GLOSSARIVM MANVALE

AD

SCRIPTORES

MEDIAE ET INFIMAE

LATINITATIS,

EX MAGNIS GLOSSARIIS

CAROLI DV FRESNE,

DOMINI DV CANGE,

ET CARPENTARII

IN

COMPENDIVM REDACTVM,

MVLTISQVE VERBIS

ET DICENDI FORMVLIS AVCTVM.

TOMVS PRIMVS.

HALAE,

APVD IO. IVST. GEBAVERI VIDVAM ET FILIVM.

MDCCLXXII.


BODLEIAN LIBRARY
28
MAR
1927
OXFORD



PRAEFATIO EDITORIS.

Quas viciſſitudines lingua latina ſubierit, ex quo Romanis barbari admiſceri coepere, neminem, qui prorſus ignoret, fore putamus. Nam cum Galli, inde a Iulii Caeſaris potiſſimum temporibus, et poſtea etiam Germani Gothique et barbari alii frequentiores in exercitibus Romanis ſtipendia mererent, alii autem Romae in Senatum vel ad cuſtodiam et miniſteria Principum admitterentur, operam quidem hi dedere, vt mores ad Romanorum exempla refingerent, at multa tamen ex priſca vitae ſermonisque conſuetudine, naturae quadam inſita vi et pertinacia, ita retinuerunt, vt ea cum ipſis Romanis communicarent; cuius mutationis veſtigia iam primo, ſecundoque aerae chriſtianae ſeculo non obſcura occurrunt, multo autem clariora ſeculo tertio deprehenduntur, quod vt omnium malorum, ita huius etiam feraciſſimum fuit. Nouum barbariei incrementum acceſſit ex Chriſtianorum, quorum iam latius diffundebatur cultus, formis loquendi, quae cum magnam partem ex moribus et lingua Iudaeorum repetitae eſſent, iamque in linguam Romanorum, eorum etiam, qui a religione chriſtiana alieni erant, quod ex ſcriptoribus illorum temporum ſatis apparet, inueherentur, ſermonis latini puritatem et ipſae corrupere. Quibus quaſi fundamentis barbariei iactis, cum ſeculo quinto populi maximam partem germanici imperium Occidentis in-

uaderent, deuictisque Romanis regna in eo conderent, cum iam ipsorum lingua cum Romana fere coalesceret, quicquid pristinae elegantiae supererat, plane deletum est. Nam et permultae voces dicendique veteres formae oblitteratae, et quae mansere, ad alium sensum detortae fuerunt, plurimaque noua rerum vocabula aliunde accessere, et tota linguae constitutio ingeniumque eius ita immutatum fuit, vt sibi ipsa plane dissimilis esset. Eaque barbaries sequentibus etiam seculis non sublata sed aucta fuit, obtinuitque vsque ad seculum decimum quintum, quo prisci sermonis hactenus pauciſſimis cognitum decus restitui coepit. Itaque pleraque omnia, quae per tantum temporis spatium litteris mandata fuerunt, latinitate illa barbara conscripta sunt, eaque qui legere cupit, cupit autem quisquis iuri patrio publico priuatoque et historiae aliisque bonarum litterarum partibus legitimam operam nauare, aut nomina saltem plerarumque, quae nunc vigent, artium intelligere constituit, ei interiore aliqua istius linguae notitia opus est. De quo quum persuasum esset hominibus eruditis maximo omnium plausu excepti sunt CANGII et CARPENTARII doctissimi labores, quibus omnem *mediae et infimae Latinitatis* copiam complecti et explicatam reddere conati sunt.

Et CANGII quidem Glossarium, quadraginta fere ante annos, a viris doctissimis *Toustain*, *d'Antine* et aliis emendatum, auctum, nouoque splendore editum, tanto est apud omnium gentium eruditos honore et nomine, vt non opus sit, in eo pluribus verbis laudando commorari. De CARPENTARII opere tantum, nostris in oris haud ita celebrato, pauca sunt monenda. In edendo Cangii Glossario iam potiorem in se sumserat partem vir doctus, et quinto volumine a. 1734. edito, omne onus in illo vno recubuerat. Absoluta hac editione, non itidem studium laboremque suum absoluit, sed assiduus fuit in perscrutandis codicibus tam impressis quam manu exaratis, et, quum in tanta messe, quantam bibliothecae et diplomatum scrinia ipsi aperuere, opus indies creuisset, *nouum* tandem *Glossarium* in lucem edidit, hac inscriptione: *Glossarium nouum ad scripto-*

ſcriptores medii aeui cum Latinos, tum Gallicos, ſeu ſupplementum ad auctiorem Gloſſarii Cangiani editionem — Collegit et digeſſit D. P. Carpentier O. S. B. Praepoſitus S. Oneſimi Donchierienſis. Pariſiis 1766.

Haec autem duo Gloſſaria quamuis innumeros fere tam rerum quam verborum complectantur theſauros, tamen non ita hac opera defungi licuit doctiſſimis eorum auctoribus, vt nihil omnino in iis deſideraretur. Nam primo cum omnia conquirerent illi, non ſolum quae ad verba explicanda pertinerent, ſed etiam quae rebus ipſis, quarum nomina proponebant, lucem aliquam afferre viderentur, integrosque adeo libellos inſererent, coniunctum illud eorum opus in decem voluminum maximae formae eorumque ſatis ſpiſſorum molem excreuit, eoque ipſo fortunam plerorumque doctorum virorum, qui tantos, quantis opus eſt, ſumtus huic Gloſſario impendere non poſſunt, exceſſit. Et profecto poterant cum in rebus ipſis multa omitti, tum vero etiam verborum magna vis, quae non latina, ſed prorſus barbara, Gallica nempe, Hiſpanica, Germanica caett. erant, praeterirı, et, quod familiam ducit, ingens illa exemplorum ad res ſaepe notiſſimas probandas in medium prolatorum multitudo ſine vllo operis detrimento imminui. Deinde apparebat vt multa ſuperflua allata, ita longe plurima plane neceſſaria eſſe praetermiſſa, ex monumentis potiſſimum in Germania editis, quorum maximus numerus eſt. Denique hoc etiam incommodi accedebat, quod vnius cuiusque vocabuli cauſa duo Gloſſaria erant euoluenda, *Cangianum* ſcilicet et *Carpentarianum*.

Quae quum ita eſſent, non alienum viſum eſt, nouum opus edere, quod incommodis illis, quantum fieri poſſet, careret, cuius primum volumen iam tradimus lectoribus. In quo opere quae niſi praeſtitimus, certe praeſtare conati ſumus, haec ſunt. Omnia retinere viſum eſt vocabula, quae in Gloſſario Cangiano a ſodalibus ſocietatis religioſae, quae Benedicti regulam ſequitur, auctо, quaeque in Gloſſario Carpentariano reperiebantur, iis tantum vt plurimum praetermiſſis, quorum ne terminatio quidem Latium ſapiebat. Vocabula, quae Carpentarii opus ſuppedita-

uit, crucis ſigno (†) ſunt notata. Cuique verbo definitio et explicatio addita eſt breuis ea quidem, ſed, quantum fieri potuit, accurata, vitatis potiſſimum verborum ambagibus, quibus nimium indulgent Cangius Carpentariusque. Vocum ſignificationes, vbi erant multiplices et variae, ad meliorem, quemque res ipſa poſcere videbatur, reuocatae ſunt ordinem, cuius rei teſtes habemus vocabula *Abbas*, *Altus*, *Bannum* et alia plura. Explicationes verborum, vt et deriuationes multis in locis emendauimus et illuſtrauimus, potiſſimum ope linguae Germanicae et reliquarum linguarum ſeptentrionalium, quarum docti Gloſſariorum auctores non tam gnari erant quam Gallicae, Hiſpanicae, Graecae aliarumque cum his coniunctarum; quem in finem etiam Germanica addita ſunt nomina aequiuoca, vbi ad etymon vocis illuſtrandum nonnihil facere viſa ſunt. Loca e diplomatibus et ſcriptoribus excerpta, in quibus congerendis aequo profuſiores haud raro ſunt Cangius et Carpentarius, omiſimus, vbi nulla plane ſignificationis obſcuritas ea exigere videbatur, addita autem ſunt vbi aliqua inde illuſtratio repeti potuit. In rebus ipſis explicandis breuiores fuimus, et tum quidem maxime, vbi ab inſtituto noſtro abhorrere viſae ſunt. Acceſſerunt denique vocabula haud pauca a Cangio et Carpentario praetermiſſa, ſed ea tantum, quae ſeſe quaſi vltro nobis obtulerunt, quum hoc conatu potius alios ad ſupplendum et augendum vtrumque Gloſſarium, praeſertim e Germaniae monumentis, quae ſollicite ſcrutanti largam omnino promittunt meſſem, excitare voluerimus, quam ipſi hanc partem ſuſcipere. Ne vero alienam laudem nobis vindicare videremur, addita a nobis qualiacunque, aſteriſci ſigno (*) notauimus.

Primum hoc volumen ſextam omnino partem tam Gloſſarii Cangiani quam Supplementi Carpentariani complectitur. Fidem itaque facere poſſumus, totum hoc Lexicon manuale ſex voluminibus iri comprehenſum; quod eorum cauſa monendum erat, qui fortaſſe verentur, ne vltra quam fas eſt, et quam promiſimus creſcat opus. Dabamus XVI. Maii, Anno MDCCLXXII.

PRAE-

PRAEFATIO
CAROLI DV FRESNE DOMINI DV CANGE,
DE CAVSIS CORRVPTAE LATINITATIS,
IN COMPENDIVM REDACTA.

I.

Linguarum inſtabilis conditio.

Ea omnino eſt rerum, quae ſub coelo ſunt, natura et conditio, vt quemadmodum ortum habent ſuum, ita et interitum conſequantur. Nihil in iis firmum conſtansque eſt, et quod ſemel in lucem prodiit, abdat ſe ſe in decurſu temporis, ac tandem extinguatur neceſſe eſt. Quin et homo ipſe perpetuae iſtius inſtabilitatis et viciſſitudinis inſigne praebet exemplum. Ex infantia ſenſim ad adoleſcentiam, hinc per ſtatae virilisque aetatis robur in ſenium tandemque in mortem delabitur. Quid mirum, ſi linguae perinde ipſae, quibus cogitationes ſuas exprimit explicatque, nedum ſibi conſtent; et vt ſua initia, ſua incrementa, ita et ſua pariter decrementa obtineant. Scite igitur, meo quidem judicio, quidam ex eruditis dixere, vivum quoddam et ſpirans in earum mutationibus humanae vitae exprimi ſimulacrum, vt quae velut infantes in ſuo balbutiant ortu, cultu deinde artisque diſciplina ſenſim adoleſcant, ac rurſum ex ejusdem artis deſuetudine ad priſtinam rediganter infantiam, vel etiam interdum omnino evaneſcant. Quod ſine compluribus accidiſſe evidens per ſe ſe manifeſtumque eſt, cum modo non ſit invenire, quaenam fuerint Poenorum, Phoenicum, Gallorum, Germanorum, Britannorum, Hiſpanorum, aliarumque gentium linguae, quarum nulla, vel certe pauciſſima ſuperſunt veſtigia: et quae nondum prorſus exolevere, tantum a primaeva ſui abſunt origine, et ab ea, in quam evaſere, praeſtantia, vt fatendum ſit in miſerabile prolapſas ſenium, ad ſuam quodammodo rediiſſe balbutiem, ſic vt non eaedem, quae prius, ſed diverſae prorſus eſſe videantur.

II.

Linguae Latinae ortus, incrementa, casus.

Iam vero si ejusdem Linguae Latinae, cujus gratia hanc Dissertationem instituimus, originem et incrementa investigemus ac perscrutemur, quis non animadvertit crebras illas quo utitur sermonis mutationes, quibus ut Linguae caeterae, juxta temporum vicissitudines, obnoxiam se vidit? Latinus sermo, ait *a*) Sospiter Charisius, „cum ipso homine civitatis suae natus, significandis intelligendisque, quae diceret, praestitit. Postmodum plane superuenientibus saeculis accepit artifices, et horum solertiae observationibus captus est, paucis admodum partibus orationis, normae suae „dissentientibus, regendum se regulae tradidit, et illam loquendi „licentiam servituti rationis addixit: quae ratio adeo cum ipsa loquela generata est, ut hodie nihil de suo analogiae inferat. Ea „enim quae ad explicandam elocutionem jam apud sensus nostros „educata sunt, a confusione veritatis dissentiens paria „copulavit, ad affectionis regulam argumento similium.„ Verum quam artis disciplina, elegantissimorumque auctorum imitatio rudem perpoliverat, brevique ad summam perfectionis dignitatem perduxerat, quaeque florente republica viguerat ac steterat quamdiu Romana res stetit, exinde cum imperio ipso sensim deflexit, et quod in caeteris rebus accidere solet, per eosdem gradus et incrementa quibus adoleverat, revocata, pristinam rursus ad infantiam: balbutiemque redacta est. Ita Latinae Linguae sua quodam modo fuit infantia vel pueritia, adolescentia et senectus: vel potius aetates quatuor, si quasi virilis seu constans aetas adolescentiae et senectuti interseratur *b*). Latinas enim linguas „quatuor quidam esse dixerunt, priscam, Latinam, Romanam, mixtam: pri„scam, qua vetustissimi Italiae Populi sub Iano et Saturno sunt usi, „incondita ut se habent carmina Saliorum, scilicet

Quum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat.

„Latinam deinde, quam sub Latino et Regibus Tusciae caeteri in „Latio sunt locuti, ex qua fuerunt XII. Tabulae scriptae: Roma„nam, quae post Reges exactos in populo Romano viguit, quam „Naevius, Plautus, Ennius, Virgilius Poëtae, ex Oratoribus Grae„chus, Cicero caeterique effuderunt: mixtam denique quae post „Imperium latius promotum simul cum moribus et hominibus in „Romanam civitatem irrepsit, integritatemque verbi per soloe„cismos et barbarismos corrupit. Priscam igitur cum infantia, „Latinam cum juventute, Romanam cum virili quasi aetate, mixtam denique cum senectute licebit comparare. De postrema, scilicet mixta, ut sileamus de iis qui Latinae Linguae quatuor assignant aetates, auream, argenteam, aeneam et ferream) sermonem instituere decrevimus, ac investigare potissimum, quid Latini ser-

a) *Lib. 1. p. 35.* *b*) *Ibid. 9. cap. 1.*

sermonis elegantiam nitoremque adeo deturparit et vitiaverit, vt in quoddam quasi senium prolapsa sequioribus saeculis, ad interitum propemodum venisse videatur. Atque huic quidem quarto et jam senescentis Linguae tempori Eloquentiae Magistri solent adscribere Gellium, Macrobium, Lampridium, Spartianum, Trebellium Pollionem, utrumque Victorem, iurisconsultorum centones, qui in Pandectis in unum quasi corpus conflati, Tacitum, et alios ejusmodi argumenti et styli, qui ad aetatem Imperatoris Gordiani pervenere. Ab eo quippe tempore penitus extinctae sunt Latinae puritatis reliquiae, et barbaries undequaque, non modo Italiam, sed et Romam ipsam invasit, atque caeteras exinde provincias Romani Imperii, in quibus utcunque Latinae Linguae puritas hactenus servata fuerat, florente adhuc Republica ac Imperio. Tunc enim barbaris has pervadentibus, non incolae duntaxat, verum etiam Lingua ipsa, quasi sub jugum missa, servitutem passa est, ita ut vix tantillum sese in aliquot Scriptoribus non prorsus incultis extulerit, conservaritque incolumem, cum in vulgo foeditate barbarica vitiata passim jaceret.

III.

Quid sit Latinitas et quibus constet.

Atque ut instituae Disputationis initium faciam, statuendum mihi videtur in primis, quid sit Latinitas, quidve hac voce intelligatur, ut in quibus corrupta vitiataque fuerit, inde percipiamus. *Latinitas*, inquit Auctor ad Herennium, *est quae sermonem purum conservat ab omni vitio remotum:* vel, ut Sosipater Charisius, Diomedes, et Maximus Victorinus, *est incorrupta loquendi observatio secundum Romanam Linguam:* ut denique S. Prosper: *Ea est, ni fallor, judicata Latinitas, quae previter et aperte, observata dumtaxat verborum proprietate, res intelligendas enuntiat, non quae vernantis eloquii sensibus luxuriat.* Constat autem, ut asserit Varro, his quatuor, natura, analogia, consuetudine et auctoritate. „Natura, inquit, „verborum nominumque immutabilis est, nec quicquam aut mi„nus aut plus tradidit nobis quam accepit. Analogia, sermonis „a natura proditi est ordinatio, quae barbaram Linguam ab eru„dita dissociat. Consuetudo, seu ratio curiosae observationis, uti „ab aliis appellatur, non ratione analogiae, sed viribus par est, „ideo solum recepta, quod multorum consensione convaluit: ita „tamen ut illi artis ratio non accedat, sed indulgeat." Auctoritas de„nique in regula loquendi novissima est: nam ubi omnia defecerint, „sic ad illam, quemadmodum ad sacram anchoram decurritur; non „enim quicquam aut rationis, aut naturae, aut consuetudinis habet, „cum tantum opinione secundum veterum lectionem recepta sit, „nec ipsorum tamen, si interrogentur, cur id secuti sint, scientium. „Quae quidem omnia brevi epilogo complectitur Victorinus, scri„bens: Latinitatem constare tribus modis, ratione, auctoritate,

„consuetudine. Ratione secundum Technicos, id est, artium tra„ditores: auctoritate, veterum scilicet lectione: consuetudine, „quae doctorum modo loquendi usu placita assumptaque sunt.

IV.

Qua ratione vitietur. Quid sit Soloecismus.

Cum igitur in Lingua Latina, de qua nobis est sermo, contra naturam, analogiam, consuetudinem et auctoritatem peccatur, tum Latinitas corrumpitur ac vitiatur, neque hac appellatione donari debet, quae suis non insistit legibus. Porro contra naturam peccatur, si vox Latina non sit; contra analogiam, si prava sit verborum constructio; contra consuetudinem denique ac auctoritatem, si verba non multorum consensione recepta, vel proborum Scriptorum judicio firmata sint. „Atque ut de consuetudi„ne et auctoritate quaedam praemittamus *c*), verborum alia vete„ra sunt, nova alia: nam si Plautina sunt, aut Enniana, quantum„cunque longo tempore non audita proferuntur in lucem, vetera „sunt: sin a Quintiliano vel Gellio, vel aliquo eorum qui tum, vel „etiam aliquot post saeculis vixerunt, ut Apuleio aliisque ejusdem „aetatis Scriptoribus efficta ac usurpata, qui non reperiebantur „Ciceronis atque Octavii temporibus, sub quibus constans Latinae „Linguae aetas vulgo censetur, nova sunt, etsi ante mille quadrin„gentos annos constituta compactaque fuerant. Prisca illa et ob„soleta, quae ante Ennium, et ista nova et ridicula, quae post „Aulum Gellium invaserant in Latinam Linguam, castior loquendi „ratio respuit, et qui sibi Aristarchi vices in illo labore desumpse„runt, pepulere foro. Caetera porro in Latinitate vitia ad duo potissimum reducuntur a Grammaticis, soloecismum et barbarismum *d*). Soloecismus ab iisdem definitur corruptio, non dictionis, sed constructionis, vel non conveniens orationi sermonis verborumque junctura, vel denique *e*), est contra rationem, sermonis disturbans orationem, et vitium in contextu partium orationis contra regulam artis Grammaticae factum. Proinde quidquid peccatur contra analogiam, soloecismus est.

V.

Quid Barbarismus, et in quo differat a Soloecismo.

Barbarismus caetera contra Latinitatis receptas regulas peccata spectat: est enim pars una orationis corrupta, vel contra Romani sermonis legem aut scripta aut pronunciata vitiose dictio, corrupta, ac per hoc non Latina. Neque aliter *f*) S. Augustinus barbarismum definit, cum ait: *nihil esse nisi verbum non eis literis, vel sono enuntiatum, quo ab eis, qui Latine ante nos locuti sunt, enuntiari solet.*

c) *Smith. l. 1. de Ling. Gr. praenott. p. 9.*
d) *Sosipater Charisius l. 2.*
e) *Diomed. l. 2.*
f) *Lib. 2. de Doct. Christ. c. 13.*

ſder. Quae quidem barbariſmi definitio vitia contra naturam complectitur, cum ſcilicet verbum, quod Latinitas non agnovit, uſurpatur: contra conſuetudinem et auctoritatem, ſi non vulgo, aut omnium conſenſione receptum ſit, aut graviorum Scriptorum auctoritate roboratum. In hoc enim differunt ſoloeciſmus et barbariſmus, quod ſoloeciſmus in ſenſu et in plurium conjunctione ſit, barbariſmus in voce. Vtrumque autem complexus videtur g) Hermogenes, ſcribens duo genera eſſe ἁμαρτημάτων contra λέξιν, ſcilicet τὸν ἑνικὸν, et πληθυντικὸν, altero ſoloeciſmum, altero barbariſmum innuens. Eſt igitur barbariſmus proprie in Lingua Latina, cum vox aliter quam debet effertur *b*). Martialis:

Cinnam, Cinname, te jubes vocari,
Non eſt hic, rogo, Cinna, barbariſmus?
Tu ſi Furius ante dictus eſſes,
Fur ipſa ratione dicereris.

Nempe aliud eſt *Cinna*, aliud *Cinnamus;* aliud *Furius*, aliud *Fur*, quatenus utrumque vocabulum Latinum ſit *i*). Et alibi:

Cum dixi ficus, rides quaſi barbara verba,
Et dici ficos, Caeciliane, jubes.
Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficos, Caeciliane, tuos.

Vbi barbarum verbum, *ficus*, non dixit, quaſi peregrinum eſſet, ſed quod in ejus declinatione barbariſmum fieri contenderet Caecilianus *k*). Aliud enim eſt barbariſmus, aliud βαρβαρόλεξις, ſeu dictio barbara, quam βαρβαρολογίαν vocat *l*) Iſidorus, cum barbariſmus ſit in Latina, dum corrumpitur, βαρβαρόλεξις vero in peregrina, dum latinis eloquiis inferuntur voces peregrinae et barbarae: cujuſmodi ſunt de quibus *m*) Tertullianus: *Quae accuſatio vocabulorum, niſi aut barbarum ſonat aliqua vox nominis, aut infauſtum, aut maledicum, aut impudicum?* Quippe barbaram Linguam appellabant, quae non eſſet Romanae legibus adſtricta: neque enim aliter *n*) S. Auguſtinus: *Barbariſmorum autem genus noſtris temporibus tale compertum eſt, ut et ipſa ejus oratio barbara videatur, qua Roma ſervata eſt.* Et auctor Queroli, ut alios omittam: *Qui Graecarum diſciplinas ore narrat barbaro.*

VI.

Librariorum incuria mendorum in libris fons et origo.

„Enimvero barbariſmi, ait *o*) Fabius, alii ſcribendo fiunt, „alii loquendo, quia quod male ſcribitur, male etiam dici neceſſe eſt: qui vitioſe dixerit, non utique et ſcripto peccat. Proindeque monet pueros, qui in Grammaticis elementis verſantur, ut in recte ſcri-

g) *p.* 406.
h) *Lib. 6. ep. 17.*
i) *Lib. 1. ep. 66.*
k) *Diomed. Prenſo. Sarish. l. 2. Mat. c. 15.*
l) *Iſid. l. 1. c. 31.*
m) *In Apol. c. 3.*
n) *L. de Ordine c. 17.*
o) *L. 1. c. 9. Epiſt. 178.*

ſcribendo ſummam curam adhibeant. Et ſane ſcriptorum ſeu Antiquariorum incuria ac imperitia, multa in libros irepſiſſe menda conſtat, quae fucum faciunt Lectoribus, difficultatemque non modicas ingerunt *p*), dum paragramata reperiunt, vel minus aliqua deſcripta, quae ſenſum legentis impediunt, quae ſi abſque naevo eſſent, facile intelligerent. Addendo quippe literas, vel demendo, vocabulorum ſententia longe diverſa efficitur, ut interdum vocabulum diverſa ſignificet. Ejuſmodi pravos deſcriptores, *negligentes veritatis Librarios* ſcite vocat *q*) Symmachus. De quibus ita Sulpitius Severus *r*): *Sed non dubito, librariorum potius negligentia, praeſertim tot ſaeculis intercedentibus, veritatem fuiſſe corruptam, quam, ut Propheta erraverit: ſicut in hoc ipſo noſtro opuſculo futurum credimus, ut deſcribentium incuria, quae non incurioſe a nobis ſunt digeſta, vitientur.* Accidit praeterea ut qui notarum compendiis libros deſcribebant Antiquarii, cum multa occurrerent quae iis exarari aegre poſſent, menda complura in libros inveherent, ſenſumque autoris ſaepe inverterent, quod in iis maxime qui de rebus myſticis agunt, eveniſſe obſervat *s*). Hieronymus his verbis: *Difficile grantes libri de rebus myſticis diſputantes, notarum poſſunt ſervare compendia, praeſertim qui furtim celeriterque dictantur ita in illis confuſa ſunt omnia, ut et ordine in pleriſque et ſenſu careant.* Vetus eſt ſtudioſorum iſta querela, cum teſtetur *t*) Tullius ſua aetate libros Latinos adeo mendoſe ſcriptos, ut neſciret quo ſe verteret. Cujus quidem Librariorum negligentiae cauſam eorum feſtinationi adſcribit *u*) Palladius, cum *x*) ſcribant non quod inveniunt, ſed quod intelligunt: et dum alienos errores emendare nituntur, oſtendunt ſuos; ita ut perſaepe difficile ſit deprehendere *y*), utrum ſcriptoris negligentia, an dictatoris contigerint imperitia: quo fit *z*) ut vitium Librarii dormitantis ad culpam interdum referatur interpretis. Accidit deinde ut qui a vitioſis codicibus exſcribuntur libri, vel cum iis conferuntur, novis deinceps erroribus infarciantur. Vnde aiebat Porphyrius, τῶν πυχλων βιβλιων ἐπὶ τὸ χεῖρον πολλαχῆ τὸν γραφέα. Et *a*) S. Hieronymus: *Sciat*, inquit, *Lector, omnia prope verba Hebraica, et nomina, quae in Graeca et Latina translatione ſunt poſita, nimia vetuſtate corrupta, ſcriptorumque vitio depravata, et dum de inemendatis ſcribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta eſſe Sarmatica, imo nullius gentis, dum et Hebraea eſſe deſierint, et aliena eſſe non caeperint.* „Quot ſunt, inquit Guillelmus Canterus, in bonis auctoribus optimae notae vocabula, quae tamen nullis in Lexicis, quantumlibet ſpecioſo decoratis ac proſtitutis titulo, unquam ſunt „inventa? quomodo enim poſſit aliter fieri, quando Lexica de „Lexi-

p) *S. Hieron. epiſt. 28. ad Lucin.*
q) *L. 1. ep. 18.*
r) *Lib. 1. Hiſt.*
s) *Epiſt. 59. ad Avitum. c. 1.*
t) *Ad Attic.*
u) *In Praef. ad lib. de Inſtit.*
x) *S. Hieron. ep. ad Lucin.*
y) *Rather. Veron. in Praef. ad Vit. S. Vrſmari.*
z) *S. Hieron. ep. 135.*
a) *In cap. 40. Enoch.*

„Lexicis, et ineptis quorundam verſionibus, non de bonis auctoribus colliguntur. Atque id non de Graecis modo dictum volo; „ſed etiam de Latinis. Nam et in his aliquando talia reperiri „multa, quae inſulſum aut dormitantem collectorem indicent, vel „una vox *ferabites* teſtabitur. Cum enim apud Nonium legiſſent „quidam e Siſenna haec relata verba: *Partim ferabitae, partim lauro „ac pinu abundant*, nec animadvertiſſent, quod erat tamen factu facillimum, pro *ferabite* legendum *fera vite*, uti nos amicus quidam *b*) „(Ioſ. Scaliger admonuit, mox vocabulum *Ferabites*, aut monſtrum potius; tanquam *ἑρμαιον* quoddam in Commentarium retulerunt, et *Agreſtem* expoſuerunt.„ Quo loco Nicolaum Perrottum in Cornucopia carpit. Quod ſane, quantum ad codices ſpectat, qui in Bibliothecis hodie habentur, ortum inde veroſimile eſt *c*) quod in Monaſteriis ex Monachis pueri, vel qui in diſciplinis nondum plene verſati erant, ad id operis adhiberentur. Quod cum in libris Eccleſiaſticis deſcribendis etiam accideret, neceſſe erat, ut, ut ex Quintiliano notavimus, quod male ſcriptum erat, male etiam diceretur. Cum contra, ut ait *d*) Caſſiodorus, *glorioſum profecto ſit ſtudium et humanis ac divinis Literis, ut videtur, accommodum, quod loqui debeas, competenter ſcribere: et quae ſcripta ſunt, ſine aliqua erroris ambiguitate proferre.* Cui quidem incommodo ut obviam iretur, cautum eſt in *e*) Capitulari Aquiſgranenſi anno DCCXXCIX. *ut ſi opus eſſet Evangelium, vel Pſalterium, vel Miſſale ſcribere, perfectae aetatis homines ſcriberent cum diligentia.* Maxime enim, ut ibidem habetur, intereſt, *libros Catholicos bene emendatos habere: quia ſaepe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros male legunt.* Hanc quidem Antiquariorum incuriam ut caverent Scriptores Chriſtiani, Operibus ſuis adjurationem praemittebant, per Chriſti nomen, diemque tremendi judicii, ut poſtquam ea deſcripſiſſent, conferrent, et diligenter emendarent ad exemplar, uti S. Irenaeus et S. Hieronymus.

VII.

Barbariem inducit Orthographia vitiata.

In orthographiam igitur peccata barbariem in Latinam Linguam invexere. „Orthographiam porro definiunt Grammatici, „rectitudinem ſcribendi, nullo errore vitiatam, quae manum continet et linguam *f*). Scribendi autem rationem quatuor modis „vitiari, ajunt, per adjectionem detractionem, immutationem, adnexionem: per adjectionem, cum additur litera: per detractionem, cum ea detrahitur: per immutationem, cum litera pro alia ponitur, ut *ſet*, pro *ſed*, quae ſaepe occurrit in libris apud Anglos ſcriptis: denique per adnexionem, cum litera ſyllabae priori adnecti-

b) *L. 3. Nov. Leſt. c. 3.*
c) *Gloſſ. v. Scriptor.*
d) *Lib. de Orthogr. c. 10.*
e) *Cap. 70.*
f) *Quintil. l. 1. c. 7. Terentius Scaurus de Orthograph.*

nectitur, quae posterioris est. Recorrigitur vero tribus regulis, historia, originatione seu etymologia, et proportione, quae a Graecis analogia vocatur. *Verborum novorum et veterum discordia omnis*, ait *g)* Varro, *est in consuetudine communi: quot modis literarum commutatio sit facta, qui animadverterit, scrutari facilius origines patietur verborum. Reperiet enim esse commutata, aut literarum demptione, aut additione, aut propter earum aspirationem, aut communicationem, item syllabarum productionem b).* „Orthographia apud Romanos consuetudini serviit, ideoque saepe mutata est; olim enim quomodo „scribebant, sic et loquebantur: hic enim usus est litterarum, ut „custodiant voces, et velut depositum reddant legentibus. Itaque „exprimere debent, quod dicturi sumus. Orthographiam, *id est „formulam rationemque scribendi* a Grammaticis institutam, non adeo „observasse Octavium Augustum scribit *i)* Suetonius, eorumque „videri secutum potius opinionem, qui perinde scribendum ac lo„quamur existiment: quomodo sane et Scriptores aliquot inferio„ris aevi, qui *Anachorita*, *Cimiterium*, *Iconomus*, et similia extule„runt, quod ita efferrentur apud Graecos.„ Fit etiam barbarismus *per transmutationem syllabae, ut desplicina, pro disciplina; imperiti hoc faciunt aliquando per imperitiam.* Verba sunt *k)* Clementis in Collectaneis ad Donatum. Ita observat Goldastus in Heitonis Episcopi Basileensis Visione Vettini, *l) spalmus*, et *spalmodia*, pro *psalmus*, et *psalmodia* perpetuo scriptum in veteri codice. Quae quidem pleraque in orthographiam peccata etiam arrident, ita ut ea corrigere piaculum ferme fuerit: *m) Tanta est vetustatis consuetudo, ut etiam confessa plerisque vitia placeant.*

VIII.

Poëtica verba obscuritatem.

Tametsi poëtica verba in oratione soluta non tam barbariem quam obscuritatem inducant, vitanda tamen Scriptori censent Rhetores: cum scriptionis emendatae legibus plerumque adversentur, nec ea admittant, qui elocutionis student venustati. Neque enim ab omnibus probatum, quod Herodotus *n)* τῇ λέξει κομιδῇ semper uteretur, κομιδικώτερα imitaretur, unde Ὁμηρικώτατος indigitatur a Longino. Poëtica autem vocabula potissimum vocabant *o)* ὅσα τινὸς ἐξαγίστους ἔσχεν, quae non ita plana essent, ut absque explicatione intelligerentur. Sed huic scribendi rationi longe potius tribuenda indulgentia, quam ei, qua nescio quos recentioris aevi Scriptores usos videmus, qui non poëtica a priscis probisque Poëtis petita; sed nova et a se conficta vocabula suis inseruere scriptis; quasi idem sibi liceret, quod Poëtis, quibus, quia plerumque

g) Varro l. i. p. 6.
h) Quintil. l. i. c. 13.
i) c. 86.
k) Apud Goldast. ad S. Valerium.
l) Vide Gloss. in Supresti in Salmas.
m) S. Hieron. 2. Praefat. in Ioh.
n) Hermog. περὶ ἰδέων. Lz. p. 399. 400.
o) Longin. περὶ ὕψους p. 25.

que metro ſervire coguntur, adeo ignoſcitur, ut vitia ipſa aliis in carmine appellationibus nominentur, proindeque haec *p*) *apud ſcriptores carminum, ut venia digna, aut laude ducantur:* data ſcilicet ipſa virtutis laude neceſſitati *q*). Nam ſoloecismos et barbariſmos, ſchemata et metaplaſmos mutatis nominibus vocarunt: *r*) quibus interea detractis ſuaviſſima condimenta deſiderarentur, ut ait S. Auguſtinus. At dum conceſſa Poëtis licentia, non Proſaici dumtaxat ſcriptores, ſed etiam mali interdum Poëtae male utuntur, ſusque deque omnia invertunt; et cum purioris Latinitatis expertes ſint, ut tamen videantur ſcioli, falſamque ſibi eruditionis perſuaſionem induant, voces peſſime compactas ac conflictas, aut a Graecis longe petitas, vel etiam male formatas interſerunt, ut de iis „liceat, quod de Ioviniano haeretico *s*) Hieronymus, in eorum „ſcriptis tantam eſſe barbariem, et tantis vitiis ſpurciſſimum ſer„monem confuſum, ut nec quid loquantur, aut quod narrare vo„lunt, poſſit intelligi; cum toti tumeant, toti jaceant: attollant ſe „per ſingula, et quaſi debilitati colubri in ipſo conatu frangantur, „non contenti noſtro, id eſt humano more loqui: affectata caetero„quin ubique neſcio qua obſcuritate, quae lectoribus intolerandum „taedium ingerit, tamen hos non poenitere tarditatis liceat, cum „id in legendo patiantur, quod ii paſſi ſunt in ſcribendo.„ Quod ſane Anglis olim ſcriptoribus familiare potiſſimum fuit; qui vocibus inepte conflictis ſic involvunt omnia *t*), et quibusdam inextricabilibus nodis univerſa perturbant, ut illud Plautinarum litterarum iis poſſit aptari: *Haec quidem praeter Sibyllam leget nemo, nam divinandum eſt.* „Quippe *u*) ut Graeci involute, Romani ſplendide, „ita pompatice dictare ſolebant, ait Willelmus Malmesburienſis; „idque, ſubdit ille, in omnibus antiquis chartis eſt animadvertere, „quantum quibusdam verbis abſtruſis et ex Graeco petitis dele„ctentur:„ maxime ſcilicet in Anglo-Saxonum diplomatibus, quae deſcribuntur paſſim in Monaſtico Anglicano, et apud Anglicos ſcriptores. Ejusmodi eſt etiam vita S. Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis carmine exarata, in qua tot voces Graecae peſſime compactae, inſulſae, frigidae et abſtruſae intermiſcentur, ut ſcriptor ejus Fridegodus inſtar Heraclitii illius, quem σκοτεινὸν appellabant, quod eum ſudantes Philoſophi vix intelligerent, jure haberi poſſit. Neque hiſce modo vitiis laborant recentiorum Poëtarum noſtrorum carmina, licet interdum haud omnino inelegantia, ſed ut plurimum nullis metrorum legibus adſtricta ſunt, in quibus longae pro brevibus, breves pro longis ſaepe uſurpantur: quod neque ipſe diffitetur *x*). Walafridus Strabus in praefatione ad viſionem Vettini monachi Augienſis, metro a ſe redditam. *Et ſi*, inquit, *in pedum menſu-*

p) *Quintil. lib. 1. c. 14.*
q) *Id. lib. 1. c. 9.*
r) *S. Aug. lib. 2. de ordine cap. 4.*
s) *Lib. 1. in Iovin. cap. 2.*
t) *Id. in Iovin. l. 2. c. 1.*
u) *Will. Malmesb. in vita S. Athelmi, cap. 5.*
x) *Apud Canis. Tom. 6. Antiq. Lect.*

menſuris et ſynalaepharum poſitione fefelli, contra nullam tamen huius rei quia ad ramuſculos ſpargendos non egi, ſed potius ad propoſiti mei conſervationem, quippe cui aetas ad talia competit, nec ſcientia ſuppetit. Hujusmodi ſunt infinita recentioris aevi edita Poëtarum carmina, qualia etiam fuere Chilperici regis, qui, ut ait *y* Gregorius Turonenſis, *confecit duos libros quaſi Sedulium meditatus, quorum verſiculi debiles nullis pedibus ſubſiſtere poſſunt: in quibus dum non intelligebat, pro longis ſyllabas breves poſuit, et pro brevibus longas ſtatuebat; et alia opuſcula vel hymnos, ſive Miſſas, quae nulla ratione ſuſcipi poſſunt.*

IX.

Barbariſmum conficiunt variarum gentium idiomata.

Barbariſmum praeterea conficiunt βαρβαρολέξεις, de quibus ſupra egimus, ſeu gentium ac populorum propria idiomata, quae ſi Latinis miſceantur, pro barbaris jure cenſentur. Barbariſmum, ait *z*) Quintilianus, *pluribus modis accipimus, unum genus quale ſit, ſi quis Afrum vel Hiſpanum Latinae orationi nomen inſerat: ut ferrum quo rotae vinciuntur, dici ſolet Cantbus, quanquam eo tamquam recepto utitur Perſius, ſicut Catullus Ploxenum circa Padum invenit. Et in oratione Labieni, ſive illa Cornelii Galli eſt, in Pollionem, Caſnar aſſectator e Gallia ductum eſt. Nam Maſtrucam, quod Sardum eſt, illudens Cicero ex induſtria dixit.* Quae quidem aliis poſtea inculcat ſcriptor eruditus *a*). *Verba aut Latina aut peregrina ſunt. Peregrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus, ut homines, ut inſtituta etiam multa, venerunt. Taceo de Tuſcis ut Sabinis et Praeneſtinis quoque: nam ut eorum ſermone utentem Vectium Lucilius inſectatur, quemadmodum Pollio deprehendit in Livio Patavinitatem, licet omnia Italica pro Romanis habeam. Plurima Gallica valuerunt, ut Rheda ac Petoritum, quorum altero Cicero tamen, altero Horatius utitur. Et Mappam, uſitatum quoque Circo nomen, Poeni ſibi vindicant; et Gurdos, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audivi.* Haec nimirum ſuis inſervere Latinis barbara vocabula, cum *potentiorem facere Linguam Latinam ſtuderent,* et ubi Latina deeſſent, ab exteris ſicut illi a Latinis nonnunquam mutuati ſunt, praeſertim a Graecis, unde *maxima ex parte Romanus ſermo converſus eſt.* Atque id prae caeteris firmat Tullius *b*): *Principio enim terra ſita in media parte mundi, circumfuſa undique eſt hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt aër, Graecum illud quidem, ſed receptum jam tamen uſu a noſtris; trium eſt enim pro Latino. Hunc rurſus complectitur immenſus aether qui conſtat ex altiſſimis ignibus. Mutuemur quoque hoc verbum, dicaturque tam aether Latine quam dicitur aër: Enſi interpretatur Pacuvius; hoc quod memoro, noſtri caelum, Graii perhibent aethera, quaſi vero non Graius hoc dicat. At Latine loquitur: ſiquidem nos non quaſi Graece loquentem audiamus, etc.*

X.

y) *Lib. 6. cap. 46.*
z) *Quintil. l. 1. cap. 5.*
a) *Eodem cap.*
b) *Lib. 2. de natura Deorum.*

X.

Qui barbarae voces Latinis inſertae.

Verum tum maxime inductum fuiſſe videtur, ut Latinis barbarae voces inſererentur, cum ab aliis quam ipſis Romanis, conſcripti libri in provinciis, ubi ſermo latinus utcumque obtinebat, in lucem prodiere, qui ab eo ſcriptionis charactere longe diſtarent, quem agnoſcit caſtior puriorque Latinitas, et ut de Livii Patavinitate aiebat ille apud Quintilianum, receptam uſitatamque apud ſuos locutionis rationem redolerent, inſperſis fere ubique indigenis, vel proprio arbitratu confictis vocabulis, adeo ut ex iis, ſi non a Latino ſermo alius, diverſus certe omnino ſcribendi ſtylus deprehendatur; cujusmodi forte fuit Gallicus, quem Squamam Latini ſermonis appellabat Sidonius, et is quo ſcriptores Afros uſos palam eſt: qui quidem a Latina oratione ita alienus eſt exiſtimatus, ut qui hos illuſtrare commentariis aggreſſi ſunt, vocum locutionumque Latinis inſolentium gloſſaria colligere, praemittereque neceſſarium duxerint.

XI.

Victores linguam ſuam inferunt in provincias debellatas.

c) Sed id potiſſimum accidit, cum victores populi arma in provincias exteras intulerunt, iisque debellatis, non Linguam modo ſuam ipſi ſervarunt, verum etiam ut ab iis, quos ſubegerant, uſurparetur, ſummam curam adhibuerunt. Ita Galli noſtri veteres, expugnatis Graeciae Provinciis, nomen ſuum indiderunt, ac propriam Linguam retinuerunt, quam eandem pene fuiſſe, qua utebantur ſua aetate Treviri, ſcribit *d)* S. Hieronymus, excepto ſermone Graeco, quo omnis Oriens loquebatur. „Nec referre, ſubdit ille, ſi aliqua exinde corruperint, cum et Afri Phoenicum Lin„guam nonnulla ex parte mutaverint, et ipſa Latinitas et regio„nibus quotidie mutetur et tempore. Sic Romani quocumque pergebant, Latinam inferebant Linguam, ut de aliis ſileamus, cum de hac maxime ſermo nobis ſit: neque enim de Graecis, qui in Maſſilienſem tractum Graecam Linguam cum Imperio intulere, quidquam dicemus, idque ſimilibus firmabimus exemplis *e)*. „Imperioſa nimirum civitas non ſolum jugum, verum etiam Linguam „ſuam domitis gentibus imponere voluit, *f)* non vulgarem modo, „de qua minus ſollicita erat, ſed et puriorem Latinam tradi pro„vincialibus curavit: unde ſtudia illa Galliarum florentiſſima, et Gallicanus cothurnus, tantopere ab *g)* Hieronymo commendatus, et municipales illae Scholae apud Viſontionem et Lugdunum, et illa

c) Bernard. Albret, l. 1. c. 22.
d) In Proœm. ad l. 2. in Ep. ad Galat.
e) S. Aug. l. 19. de Civit. Dei, c. 7.
f) Rhenan. l. 2. Rer. Germ. p. 115.
g) S. Hieron. ep. 4. 13.

illa non apud Clivium in Germania ſecunda; ſed Auguſtodunum in Heduis, cui praefuit Eumenius Rhetor. Hoc enim pacto feritas animorum paulatim abſterſa: quo quidem in conſilio res adeo feliciter ſucceſſerat, ut ubicunque Romanorum diffunderetur Imperium, *b)* hic et Latinae vocis honor vigeret, et quadam deſuetudine nativa aboleretur. Quod adeo verum eſt, ut quaeratur hodie, qua tot provinciarum, quae iis olim paruerant, incolae Lingua uſi fuerint cum et Romani appellari exoptarent, eaque nomenclatura ad caeterarum barbaricarum gentium, a quibus ſubactae ſunt deinceps, discrimen ab ipſis barbaris vulgo donarentur, eorumque Lingua, quantumvis foedata poſtmodum, et vitiata, Romana diceretur. Quod de Tudertanis, et iis praeſertim, qui ad Baetim in Hiſpania incolunt, ſcribit Strabo, *adeo in Romanum immutatum morem, ut ne ſui quidem ſermonis meminerint,* τελέως εἰς τον Ρωμαίων μεταβέβληνται τρόπον, ὡὸὲ τα διαλέκτα τῆς σφετέρας ἔτι μεμνημένοι. Atque id quidem argumenti jam alii proſecuti ſunt, atque in iis *i)* Bernardus Aldretus ſcriptor Hiſpanus cultiſſimus.

XII.

Conſtantinus M. Byzantii et in Graecia Latinum ſervat.

Quin etiam translata ab urbe Roma Byzantium, ab Italia in Thraciam, et a Latio in Graeciam, Imperii ſede, Latinam etiam Linguam in ea ſervari voluit Conſtantinus Magnus. Quod ſatis arguunt inditae novae urbis regionibus ac locis praecipuis Latinae appellationes; Inſcriptiones etiam ſtatuis, aedificiis ac monetis eadem Lingua affixae: Conſtitutiones praeterea ejusdem Auguſti et ſucceſſorum diu eodem conſcriptae idiomate *k)*. Sed in Academiis Vrbis publicis, de quibus copioſe alibi diſceptamus, Romanae Eloquentiae oratores tres, decem vero Grammatici, ab Imperatoribus conſtituti: cum in Eloquentia Graeca quinque eſſent Sophiſtae, uti appellabantur, decemque perinde Grammatici, ita ut utraque Lingua uno eodemque tempore exculta fuerit: quarum dum promiſcuus habetur uſus, utraque ſenſim vitiata ac corrupta, nec ſuis conſtitit regulis, nec ſuum nitorem ſplendoremque in ſermone ac ſcriptis ſervare deinceps potuit. Tametſi fatendum ſit, non defuiſſe identidem viros doctiſſimos, qui utriusque Linguae cognitione praeſtarent, et eleganter ornateque ſcriberent. Sed id eorum potiſſimum fuit, qui diſciplinis ac eruditioni ſtudia ſua omnia conferebant, quorum opera etiam in conficiendis vel Epiſtolis, vel Edictis, aut Conſtitutionibus, utebantur Auguſti; cum caeteri, dum vulgarem, hoc eſt, Graecanicum et Latinum una colunt ſermonem, neutro recte loquerentur. Quod quidem Theodoſii Magni temporibus accidiſſe praeſertim obſervare eſt, ex praefationibus et verſibus

b) Valer. Max. l. 2. c. 2. n. 2. Lib. 3.
i) Lib. 1. del. Orig. de la Lingua Caſtellana, c. 11. 12. etc.
k) L. 3. C. de Stud. etc.

ſibus aliquot, Itinerario, quod Antonini nomen praefert, praefixis in codice Regio, ſatis colligitur; in quibus, et quod pedeſtri, et quod ligato deſcribitur ſermone inſulſum plane eſt et ſemibarbarum.

XIII.

Quae fuerit Romana Lingua, et in quo a Latina diſcrepaverit.

Non adeo tamen ſtabilita firmataque in provinciis a Romanis ſubactis Latina Lingua, ut fere ſemper, neſcio quibus nativae locutionis aſperſa non fuerit formulis, aliquotque retinuerit ex priſtinis barbaras voces: quod in plebe maxime optinuit, quae eruditionis ac literarum expers, nitidae elocutionis diſciplinam non tam facile amplectitur. Atque inde ſenſim invaluit vulgaris illa Romana Lingua, quae, etſi aliquid Latinitatis redoleret, Latina tamen non eſſet, ut quae et barbara non agnoſceret vocabula, et longe aliis Grammaticae legibus regeretur. Eapropter jam non Latina Lingua coepit appellari, ſed Romana, quod Romani, qui in Gallis et Hiſpaniis poſt Septentrionalium nationum irruptiones remanſerant, ea uterentur. In hanc rem *l*) Luithprandus: *Romani etiam, qui in Galliis habitabant,* (ſub Chlodovaeo) *ita ut nec reliquiae ibi inveniantur, exterminati ſunt. Videtur mihi inde Francos, qui in Galliis morantur, a Romanis Linguam eorum, qua uſque hodie utuntur, accommodaſſe. Nam alii qui circa Rhenum ac in Germania remanſerunt, Teutonica Lingua utuntur. Quae autem Lingua eis ante naturalis fuerit, ignoratur.* Cum enim Romani Galliam diu obtinuerint, quae Imperii fere pars melior fuit, in eaque Imperatores aliquot ſuas fixerint ſedes, non magnopere mirandum, ſi Lingua nativa in deſuetudinem abiit, hodieque, qualis fuerit, quaeratur. Sed tum maxime pro Romanis haberi coepere veteres Galliae incolae, cum a barbaris id nominis iis inditum, quo a novis diſcernerentur *m*), qui ſe ſe etiam haud invidioſo ſibi vocabulo Barbaros dici et appellari non dedignabantur. Eorum deinde Lingua Romana dicta, non Latina, tum quod ſic appellaretur, quia Lingua eſſet Romanorum, ſeu veterum Galliae incolarum, qui Romanis paruerant, tum quod revera a Latina longe eſſet diverſa, quantumvis ab ea profluxiſſe idiomatis character ſatis doceret: quod quidem diſcrimen recte obſervat *n*) S. Gerardus Abbas Silvae majoris in Vita S. Adalardi: *Qui, ſi vulgari, id eſt, Romana Lingua loqueretur, omnium aliarum putaretur inſcius, ſi vero Theutonica enitebat perfectius, ſi Latina, in nulla omnino abſolutius.* Atque ita Romanam Linguam appellant *o*) Nithardus *p*), Capitularia Caroli C. caeteriique, quos ſuo loco laudamus, Scriptores, quam *ruſticam Romanam*, vocat *q*) Concilium Turonenſe III. ann. DCCCXIII. et *r*) Concilium

l) L. 4. c. 22.
m) *Vide Gloſſ. in verbis Barbarus, et Romanus.*
n) c. 8.
o) *Nithard. l. 3.*
p) *Capit. Carol. C. tit. 26. extremo.*
q) c. 17.
r) c. 2.

lium Moguntinum I. ann. DCCCXLVII. *Ruſticam* nude *s*) Anonymus in Hiſtoria Translationis S. Germani Pariſienſis: *Vnde factum eſt, ut tam auditu, quam locutione, in brevi non ſolum ruſticam Linguam perfecte loqueretur; ſed etiam literas, in ipſa Eccleſia Clericus effectus, diſcere coepit.* Ita nempe *ruſticam* appellabant, quia a Latinitatis legibus abſona eſſet prorſus, et barbaris potiſſimum aſperſa vocabulis. Si quid enim verbo expreſſum vellent, quod apud vulgus obtineret, Latinitaſque non agnoſceret, id ſe ruſtico exprimere dicebant: quia *noſtri ſic rure loquuntur*, aiebat *t*) ille *u*). Charta Ludovici Pii Imperatoris: *Conſtituit Monachos in Cella S. Pauli, quae ruſtico nomine Cormeriacus dicitur.* Alia Caroli Calvi: *In loco, qui ruſtico vocabulo Villalupe vocatur x*). Baldricus Noviomenſis: *Ad ſingulare certamen, quod ruſtice dicimus Campum provocaverunt y*). Helgaudus denique: *Exuens ſe veſtimento purpureo, quod Lingua ruſtica dicitur Rocus.* Et alio loco: *Ornamentum quod erat in ſex unciis auri, dependens a genibus, et quod nos Lingua ruſtica Lablellos vocamus:* Vbi promiſcue vocabula peregrina et barbara, et Latina novatae ſignificationis Ruſtica appellantur. Neque aliter *ruſtica nomina* dixit *z*) Martialis.

Nos Celtis genitos, et ex Iberis,
Noſtrae nomina duriora terrae
Grato non pudeat referre verſu
Et mox: *Non tam ruſtica, delicate Lector,*
Rides nomina? rideas licebit,
Haec tam ruſtica malo, quam Britannos.

XIV.

Qui Romana lingua uſi ſunt, multa ex aliis Linguis arceſſerunt vocabula.

„*a*) Ea porro exteros plerosque conſuetudo ſemper tenuit, „Gallos ſane et Germanos, Romanum cultum ſonumque propere „imitandi, quod in Francis multimode oſtendi poteſt, ut nihil di„cam, Romanos id maxime enixos, ut non minus Imperium, quam „Leges Linguamque ſuam quam longiſſime propagarent, qui „cum Galliam totam ex Germania profecti, in eaque nati et edu„cati occupaſſent, ita Germanica vocabula Latina norma regula„que inflexerunt, ut qui hodie Leges Salicas Ripuariaſque legat, „centeſimam non intelligat.„ Si quando enim ad res, de quibus agebatur, Latine reddendas propria deeſſent vocabula, aut ſi eſſent in Latio, ea ignorarent; tum vero ex receptis ac vulgatis in Latinum ſonum efformandi facultatem ſibi conceſſam Scriptores arbitrabantur. Quemadmodum olim Latini ipſi veteres Graeca a Graecis,

s) *c. 92.*
t) *Auctor Antibucol.*
u) *Apud Sammarth. in Abb. Cormer.*
x) *Villalupe.*
x) *Lib. 1. c. 10.*
y) *In Roberto Rege.*
z) *Lib. 1. ep. 135*
a) *Guilliman. l. 1. de Reb. Helvet. p. 10.*

Graecis, et Graeci viciſſim Latina in Linguam perinde ſuam tranſtulere, quantumvis barbara ea exiſtimarent. Nulla enim eſt tam foecunda felixque Lingua, quae non careat aliquando, quibus res haud ſibi vulgares exprimantur, propriis vocabulis. Sola fere Graeca *b*) *prolixior fuſiorque quam Latina*, id peculiare habet, ut verborum circumlocutionibus, vel compoſitionibus, propius ad id accedat. Paupertatem caeterae quandam prae ſe ferunt, adeo ut ab externis, quod ſibi deeſt, mutuari ſaepe cogantur. Atque ut id unico exemplo firmetur, ſcribit *c*) Quintilianus, non habuiſſe Romanos vocem, qua Rhetoricam dicerent, licet, inquit, non defuerint, qui copiam Romani ſermonis augere tentaverint, tum Oratoriam, tum Oratricem eam nominando: *ſed non omnia nos ducentes ex Graeco ſequuntur, ſicut ne illos quidem, quoties ſuis utique verbis ſignare noſtra voluerunt: et haec interpretatio non minus dura eſt, quam illa Flavii Entia, atque Eſſentia.* Cum igitur id occurrit, neceſſe eſt, ut ab aliis Linguis mutuemur, quibus familiaria ſunt ea vocabula, quibus caremus, vel ſi etiam deſunt, *ut dicamus, quomodo poſſumus*, ait idem *d*) Quintilianus. Quod vero de Rhetorica ille ſcribit, idem de liberalibus ac mechanicis artibus dici debet. Quippe a Philoſophis et Theologis efferuntur hodie neſcio quae verborum portenta, quae purior nuſquam agnovit Latinitas, quorum *inaudita verba tonitrua ſunt*, inquit *e*) Ioannes Sarisberienſis. Muſicam „et Aſtrologiam, quae ſunt infra Arithmeticam conſe„quentia membra Philoſophiae, nullatenus poſſunt ſine nominibus „Graecis indicari, ait Sidonius Apollinaris, quae ſi quiſpiam ut „Graeca ſicut ſunt, peregrina verba contempſerit, noverit ſibi aut „ſuper ejuſmodi artis mentione ſuperſedendum, aut nihil omnino „ſe, aut certe non ad aſſem, Latiari lingua hinc poſſe differere.„ Sed et quae religionem ſpectant, ſacraque illius myſteria, innumera ſunt ab ipſis inſtitutoribus et primariis illius cultoribus ſenſim inducta, quaeque ab iis deinceps, qui Latini ſermonis cultui ac elegantiae ſtudebant, uſurpanda etiam fuere, quod *f*) *ea mutari vetaret religio, et conſecratis neceſſario utendum eſſet*, quantumvis minus Latinis. In Medicis Latina pauca habentur propria, omnia fere a Graecis, complura etiam ab Arabibus extremis ſaeculis petita. Ejuſmodi perinde ſunt recentiorum luriſconſultorum, ſeu uti vocant, Practicorum, infinita vocabula, foro Romano prorſus incognita: tum quod aliae ſe leges a Romanis in provincias effuderint, tum quod mores alii et a veterum moribus alieni diverſique ſenſim obtinuerint, qui et res novas et nova induxere nomina a barbaris accepta, et ab ipſis hodiernis luriſconſultis, (quod de Saliorum carminibus a ſacerdotibus ſuis aiebat *g*) Quintilianus,)

b) *Agell. l. 2. c. 16.*
c) *Lib. 2. c. 15.*
d) *Lib. 1. c. 14.*
e) *Lib. 3. Metal. c. 4. Carm. 15.*
f) *Quintil. l. 1. c. 11.*
g) *Lib. 1. cap. 11.*

vix intellecta, adeo ut jus *Faunorum et Aborigimum*, quod de XII. Tabulis dixit ille apud *b*) Agellium, esse hodie existiment. Quot praeterea sunt in mechanicis artibus, quae Latine reddi non possunt, cum et forte non noverit Latium ipsum, vel si novit, ad nos vocabula ista non pervenerint: aut certe si alicubi extant, horum vim non omnino percipiamus, quod in unica Vitruviana Architectura licet observare; in cujus vocabulorum notionibus investigandis insudarunt tot viri eruditi, adeo ut vix inter se conveniant, et de unica *Scamellus* voce integri extent Commentarii. Cum igitur in hisce occasionibus nobis verba desunt, quibus res designemus, ab aliis linguis ea petenda. Scribit *i*) Quintilianus *νέῳον* qui non sit legitimus Graecos vocare, Latinos vero rei nomen cum non haberent, ideo usos peregrino, cum, ut *k*) alibi ait, sint quaedam quae proprio carent nomine. Ita *l*) Fridericus II. Imperator de aucupio per falcones, quod veteribus incognitum fuit, scripturus, haec praefatur: *Nam cum ars habeat sua vocabula propria, quemadmodum et caeterae artium, et nos non inveniremus in Grammatica Latinorum verba congruentia in omnibus, apposuimus illa, quae magis videbantur esse propinqua, per quae intelligi possit intentio nostra*, a vernaculis nempe mutuo accepta.

XV.

Difficultatem ingerit Latina inflexio barbaris nominibus tributa.

Nonnullam etiam aliquando apud Scriptores difficultatem ingerunt barbara ista nomina, quibus Latinam inflexionem ita tribuunt, ut genuinam veramque assequi appellationem haud omnino proclive sit. Quaerit *m*) „Fabius, an eadem ratione per casus duci externa, qua Latina conveniat: ac si reperias, inquit, „Grammaticum veterum amatorem, neget quicquam ex Latina „ratione mutandum. Subdit deinde, Et si recentiores instituerint, „Graecis nominibus Graecas declinationes potius dare, quod tamen ipsum non semper fieri potest, sibi tamen placere Latinam „rationem sequi, quousque patitur decor, praesertim si auctoritatem consuetudo non superet: tum enim qui Graecam, seu alterius Linguae figuram sequi malit, non Latine quidem, sed extra „reprehensionem locuturum.„ Quae quidem eo potissimum ex Quintiliano descripsimus: ut quod videmus in controversiam hodie adduci, an familiarum nominibus, vel praediorum aut dignitatum titulis, in Latinis libris exarandis, vernacula an vero Latina ratione utendum sit, leviter attingamus. Et certe Latinos Graecosve scriptores barbarica seu extranea hominum, aut regionum, vel oppidorum nomina immutasse, Latinamque iis inflexionem

b) *Lib. 16. cap. 13.*
i) *Lib. 3. cap. 7.*
k) *Cap. 12.*
l) *Lib. 1. in Prol.*
m) *Lib. 1. cap. 5.*

um dediſſe, probant, quae ſuperſunt, eorum monumenta: tametſi dum quae vernacule enuntiata non ſunt, ipſa inflexione Latina ſubobſcura facerent, atque adeo incerta. Quis enim, ut id unico aut altero firmem exemplo, hodie agnoſcit priſcam et Gallicam Icii, vel Itii portus appellationem, quam Latina ratione extulit Caeſar? Quis Lutavici Galli ducis apud eumdem ſcriptorem? Si quippe portus Itius Gallis dictus fuit *Wits*, quemadmodum verosimilius eſt, cum etiamnum hac nomenclatura donetur *Witſan*, ubi olim ſtetit *n*), quod alibi pluribus probavimus argumentis: Lutavicus vero Gallis *Lutawic*, vel *Ludwic* appellatus, quod aliqui volunt, quae ſimilitudo vel affinitas cum Latinis a Caeſare confictis vocabulis? nam in his, ut et in tractuum et oppidorum nominibus, quorum meminit, divinationi indulgendum omnino, cum nihil quippiam certi de Gallica priſcaque vel etiam genuina enuntiatione conſtet.

XVI.

Collabente Romano imperio peregrina verba ex omnibus fere gentibus in Latium venere.

Enimvero, quis adeo imperitus, qui non modo complura ex omnium fere gentium idiomatibus in Latinam Linguam immiſſa fuiſſe non ſciat peregrina vocabula, et ab ipſa ſui origine, et quando maxime efflorescebat, atque adeo inclinato et collabente Romano Imperio; ſed et ſubinde in caeteras Linguas omnes? Scribit *o*) Fabius, peregrina verba ex omnibus propemodum gentibus, ut homines, ut inſtituta etiam multa, in Latium veniſſe. Notum illud ex Suetonio, cum quidam verbum peregrinum pro Latino uſurparet, et ad reprehenſorem Auguſti auctoritatem opponeret, audiviſſe ſtatim, Caeſarem Gallos Romana civitate donare poſſe, Gallorum verba non poſſe. Sed et tradit S. *p*) Hieronymus, omnium pene Linguarum verbis uſos Hebraeos, et *q*) Iornandes: *Nemo eſt*, inquit, *qui neſciat animadverti uſu pleraque nomina gentes amplecti, ut Romani Macedonum, Graeci Romanorum, Sarmatae Germanorum, Gothi plerumque mutuentur Hunnorum.* Recte igitur dixit *r*) Rhenanus, exiſtimare ſe, hodie Linguas omnes non nihil eſſe mixtas, puram nullam. Quot enim ab Arabibus, vel Mauris, quibus diu paruere, accepta vocabula ſervant Hiſpanicae provinciae, quorum Catalogum contexuere Tamaridus, cum Nebriſſenſis Lexico excuſum, et *s*) Bernardus Aldretus in Originibus Linguae Caſtellanae? Quot ab Anglo-Saxonibus major Britannia? quot a veteribus Francis Francia noſtra? Cum, ut ait idem *t*).

n) *Diſſert. ad Ioinvill. 28.*
o) *Quintil. l. 1. c. 5.*
p) *In cap. 7. Iſaiae.*
q) *L. de Reb. Get. c. 5.*
r) *Lib. 2. Rer. Germ. p. 116.*
s) *Aldretus l. 3. c. 15.*
t) *L. 2. Rer. Germ. p. 117.*

Rhenanus, ſatis conſtet, provincialem Gallorum ſermonem ex peculiari illa veterique Lingua multas adhuc habere voces immixtas; ex Germanica quam Franci intulere, quamminimum, ſed tamen aliquid. Quot denique Catalania ac Aragonenſis tractus, ipſaque Italia a Provincialibus noſtris voces accepit? Tametſi non deſint, in quibus eſt *u*) vir plurimum eruditus, qui Bembum carpant, quod voces, quarum origo, aiunt illi, acumen ejus effugerat, Gallis Provincialibus adſcripſerit, cum tamen nemo ignoret, eam Galliae partem, id eſt Narbonenſem, ideo Provinciam appellatam, quod prima ex Gallicis Imperio Romano ſubjecta, et in provinciam redacta fuerit. Quod ſane etſi verum ſit, non ideo tamen ſequitur Provincialia idiomata non accepiſſe Catalanos et Italos, cum quae hodie ſervant, non pro Hiſpanicis vel Italicis a probatis Scriptoribus habeantur, tametſi Hiſpanica et Italica Lingua, perinde ac Provincialis, Latinae origines ſuas debeat, cum, ut ait *x*) S. Hieronymus, *unaquaeque provincia et regio habeat proprietates ſuas.* Iis porro non immoror, qui pleraſque ex vulgaribus Linguis Graecae ortus ſuos debere contendunt, quod de Francica hodierna Ioachimus Perionius et Henricus Stephanus, de Italica Monoſinius *y*), de Hiſpanica Matutius et Aldretus, de Anglica Stephanus Skynnerus, qui verborum Catalogos ſubinde contexuere, quae a Graecia profluxiſſe volunt. Neque potiori jure audiendi illi, qui omnes fere vulgares Linguas ab Hebraica accerſunt, in quibus eſt *z*) Stephanus Guichardus. Sed et autor eſt *a*) Ioſias Simlerus, Conradum Geſnerum meditari coepiſſe origines Germanicorum vocabulorum ex Hebraea, Graeca, et Latina Lingua.

XVII.

Lingua Francica in pleraſque Orientis et Occidentis regiones invecta.

Verum ut Franci noſtri armorum gloria ac bellica fortitudine, rarius affinitatum jure, quod Auſtriacis Principibus accidit, Imperium ſuum in regiones exteras longe lateque propagarunt, ita Linguam eo ſuam tranſtulere. Hanc enim ſi non tranſmiſſam omnino, ab ea ſaltem vocabula complura mutuatos earum incolas, et in ſuam ſenſim intuliſſe conſtat. Ex quo factum poſtea, ut in acta et diplomata, quae, ut fieri tum ſolebat, Latino exarata idiomate a Notariis vel amanuenſibus conſcribebantur, eadem in Latinam terminationem deflexa perſaepe inſererent. Ejuſmodi quippe multa in iis occurrunt, et apud Hiſtoriarum Scriptores, quae cum indigenae hodie haud agnoſcant, in eorum genuina retegenda notione ſaepe laborant; praeſertim vero quae Leges ſpectant, cum

u) *Octav. Ferrarius.*

x) *In Matth. c. 26.*

y) *Matute in Proſopia Chriſti, aetat. mundi 2. c. 4. §. 5. Bern. Aldret. l. 3. de Orig. Ling. Caſtell. c. 1.*

z) *In Harm. etymol. Ling.*

a) *In Vita Conr. Geſn.*

cum Europa fere universa suas a Francia nostra mutuo acceperit, ipsasque admiserit. Quae enim regio ab eorum armis intacta, vel cui non aliquando imperaverit? An utrumque Imperium Francorum non fuit? Occidentali initium et incrementum dedit Carolus Magnus, tenuit id ejus stirps diu eoque nomine non Germaniae modo; sed et toti Italiae jus dixit. Paruit Orientale, et Constantinopolis ipsa Flandrensibus, et Curtenaeis e stemmate Francico proceribus. Graecia fere universa eadem tempestate nostros agnovit dominos, iisque in regionibus stabilitae Leges Francicae, quomodo servatam Linguam Francicam docent eorum diplomata, ex qua in Commentarios suos retulere interdum vocabula Graeci recentiores Historici. Calabriam Apuliam et Siciliam Normannos nostros obtinuisse quis ignorat? quibus vario jure succedere deinceps Principes e Sanguine regio, qui et Hungariae, Poloniae, Majoricae, Corsicae, Sardiniae possedere subinde regna? In iis porro servatam Linguam Francicam, maxime in Regum Palatiis, satis docet *b*) Hugo Falcandus. Narrat enim, cum plerique ex aulicis, qui in Regium Cancellarium conspiraverant, Comitem Henricum, Reginae fratrem ab ejus amicitia divulsum, ad Regni negotia capessenda impellerent, illum respondisse, *Francorum se Linguam ignorare, quae maxime necessaria esset in Curia.* Hierosolymitanum et Cyprium Regnum sua perinde debent initia et progressus Francis nostris, qui et Linguam et Leges suas eo intulerunt, semperque servarunt, quamdiu iis paruit. Regum Hierosolymitanorum et Cypriorum servantur etiamnum Leges, Assisiarum nomine, nostro conscriptae idiomate. In Graecia ipsa, seu Orientali Imperio, dum Francorum fuit, Lingua pariter Francica obtinuit, non Constantinopoli duntaxat; sed et in caeteris, quae a primaria ista urbe pendebant, provinciis, diu etiam postquam a Graecis recepta est; adeo ut tradat *c*) Raimundus Montanerius, Scriptor Catalanus, sua aetate, hoc est, circa annum MCCC. in Moreae Principatu, et in Ducatu Athenienſi, Linguam Gallicam aeque ac Parisiis in usu fuisse vulgari: *E parlaven axi bell Frances, com dins en Paris.* Neque intacta ab eorum armis ac dominatione Hispania. Vt enim Caroli M. expeditiones Hispanicas sileam, Lusitaniae Regno initium dedit Princeps Francicus: Catalania diu etiam Reges nostros, et usque ad S. Ludovici tempora dominos agnovit, indeque Lusitanos et Catalonos complura a Francis accepisse vocabula agnoscit *d*) Bernard. Aldredus Cordubensis Canonicus. Sed et Navarra interior iis paruit, citerior eorum est.

b) *Falcandus de Calamit. Siciliae.*
c) *In Histor. Aragon. c. 261.*
d) *Lib. 2. del Origen. de la Ling. Castellana, c. 3.*

XVIII.

Normanni in Angliam Gallicam Linguam transtulere, nullaque diplomata, nisi Gallico aut Latino idiomate scribi patiebantur.

Quid quod majori Britannia a Normanis noſtris expugnata, Lingua Francica ita propagata eſt in ejus provinciis, ut Anglica et Saxonica, quae tum vigebant, extinctae ferme fuerint, adeo ut inter tot Regum et privatorum diplomata, nulla Anglico; ſed omnia, aut Latino, aut Gallico idiomate conſcripta habeantur uſque ad ſaeculum decimum quartum. Willelmo quippe Normannorum Duci, ſtatim atque firmavit Imperium, primum curae fuit, ut Francicam induceret, Anglicam ut barbaram quadam deſuetudine aboleret. *Tum enim,* inquit *e*) Ingulfus, *coepit terra ſub Rege et ſub aliis Normannis Anglicos ritus dimittere, et Francorum mores in multis imitari. Gallicum idioma omnes magnates in ſuis Curiis, tanquam magnum gentilitium loqui, chartas et chirographa ſua more Francorum conficere, et propriam conſuetudinem in his et in aliis multis erubeſcere f*). Alibi vero de Normannis: *Ipſum etiam idioma tantum abhorrebant quod leges terrae, ſtatutaque Anglicorum Regum Lingua Gallica tractarentur, et pueris etiam in ſcholis principia literarum Grammatica, Gallice, ac non Anglice tractarentur: modus etiam ſcribendi Anglicus omitteretur, et modus Gallicus in chartis et in libris omnibus admitteretur.* Id ipſum tradit *g*) alio loco, additque poſt Normannorum adventum in has provincias, chartas veterum Regum Anglorum pro Monaſteriis partim duplicatas tam Gallica manu, quam Saxonica deſcriptas. *Manus enim Saxonica,* ait ille, *ab omnibus Saxonibus et Merciis uſque ad tempora Regis Alfredi, qui per Gallicanos doctores omnibus literis apprime inſtructus erat, in omnibus chirographis uſitata, a tempore domini dicti Regis* (Guillelmi) *deſuetudine viluerat, et manus Gallicana, quia magis legibilis, et aſpectui perdelectabilis, praecellebat, frequentius in dies apud omnes Anglos complacebat. Et licet omnibus Anglicis et Normannis manus Saxonica extiterat inuſitata penitus et inviſa, ac tunc maxime cum gente ſua contemptui habita, et nimium inaccepta.* In eandem ſententiam *h*) Robert. Holkotus Dominicanus, qui vixit circa anno MCCCL. *Narrant hiſtoriae, quod cum Willelmus Dux Normannorum Regnum Angliae conquiſiviſſet, deliberavit, quomodo Linguam Saxonicam poſſet deſtruere, et Angliam et Normanniam in idiomate concordare: et ideo ordinavit, quod nullus in Curia Regis placitaret, niſi in Gallico, et iterum quod puer quilibet ponendus ad literas, addiſceret Gallicam, et per Gallicam Latinam, quae duo uſque hodie obſervantur.* Hiſce denique adjungendus *i*) Gervaſius Tilesberienſis: *Anglos,* inquit, *uſus tenebat, filios ſuos apud Gallias nutrire ob uſum armorum, et ad Linguae nativae barbariem tollendam.*

XIX.

e) *Pag.* 895.
f) *Pag.* 901.
g) *Pag.* 912.
h) *Lect.* 2. *ſup. Sapientiam.*
i) *Lib. MS. de Otiis Imp.*

XIX.

Anglicana Lingua fere extincta.

Adeo denique Gallicanae Linguae in Anglia uſus invaluerat, ac praeſertim in Regum Aula, ut S. Vlſtano Epiſcopo Wigornienſi, ab inimicis, qui a Regiis illum conſiliis amovere ſatagebant, nihil fere aliud objectum fuerit, praeter ſimplicitatem et illiteraturam, *quam quod quaſi homo idiota eſſet, qui Linguam Gallicanam non noverat, ac proinde Regiis Conſiliis intereſſe non poterat.* Vnde ipſo Rege conſentiente, et hoc dictante depoſitus eſt, uti narrat *k*) Matthaeus Pariſius: quemadmodum olim Claudius ſplendidiſſimum virum, Graeciaeque provinciae Principem, verum Latini ſermonis ignarum, non modo albo judicum eraſit: ſed etiam in peregrinitatem redegit, ut eſt apud *l*) Suetonium. Ita ſenſim prorſus extincta fere Lingua Anglicana in Anglia: qua de re extat querela *m*) Henrici Huntindonenſis: *Cui autem non comparet amorem caeleſtium, et horrorem terreſtrium, ſi cogitet non ſolum Reges eorum,* (Anglorum) *et Principes, et populum deperiiſſe; verum etiam ſtirpem omnem, et Linguam, et mentionem ſimul defeciſſe? etſi de aliis mirum non eſſet, de Lingua tamen, quam unam inter caeteras Deus ab exordio Linguarum inſtituit, mirandum videtur.*

XX.

Reſtituitur in foris publicis, ſed non omnino, Gallicana nimium uſitata.

Id ſane ita aegre tulit populus Anglicanus, ut non ſemel ſuos exoraverit Principes, ut nativae ſuae Linguae uſus tamdiu, in foris praeſertim publicis, deſitus reduceretur, abrogareturque penitus Gallicum idioma, cui plebs aegre adſueſcere poterat: quod tandem ſancivit Edwardus III. in eo Parlamento, quod Londini celebratum eſt XVII. Kal. Novemb. anno MCCCLXVII. et productum uſque in feſtum S. Bricii, quo die Rex natus fuerat, annis aetatis ſuae quinquaginta exactis: *in ſuo jubilaeo,* inquit *n*) Thomas Walſinghamus, *populo ſuo ſe exhibuit gratioſum, reis majeſtatis ſuae regiae offenſas indulgendo, vinctos libere abire permittendo, et exules revocando: ad petitionem etiam Communitatis placita in Lingua materna, et non Gallica verſari juſſit.* Verum radices jam altius fixerat Gallica Lingua in judiciariis tribunalibus praeſertim, in quibus et formulae fori Gallicani, et feudalia vocabula nimis invaluerant, quam ut tam facile convelli poſſet et extingui, uti obſervat Ioannes Forteſcutus, Angliae olim Cancellarius, et Summus Iuſtitiarius, adeo ut poſt Edwardum, extremis etiam ſaeculis, rerum forenſium libros Gallico idiomate ediderint aliquot ex Anglicis Iuriſconſultis, atque in iis Guillelmus Stanfordius, Ioannes

k) *An. 1095.*
l) *Suetou.*
m) *Lib. 1. Hiſt. p. 300.*
n) *Pag. 178.*

nes Perkinſius, Raſtallus et alii. Adde quod eorum *o)* feciales verbis Gallicis armorum inſignia etiamnum deſcribunt.

XXI.

Gallicae Linguae uſus in Scotia.

Neque in Angliae modo; ſed et in Scotiae Regno Linguae Gallicae uſus invaluit: quod ex variis Regum tabulis hoc idiomate, praeſertim ſub exitum ſaeculi XII. deſcriptis colligere licet, apud *p)* Matthaeum Weſtmonaſterienſem *q)*, Thomam Walſinghamium *r)* Guillielmum Prynneum, et alios, cum ii forſitan ſe ab Anglicorum, vel etiam noſtrorum Principum, quibuſcum varia ſubinde pepigere foedera, Linguam et mores componerent.

XXII.

Exoticas voces ſolus Gallicae Linguae peritus poteſt explanare.

Atque hic quidem tam late porrectus prolatuſque Linguae Francicae noſtrorumque inſtitutorum apud exteras gentes uſus, in eam me ſemper ſententiam adduxit, quo exiſtimarem difficile eſſe, ut, quod ſum aggreſſus operis, ab alio pro rei ſatis dignitate conficiatur, quam a Gallo, et eo quidem, qui non modo qua hodie utimur; ſed et exoletam illam, qua patres noſtri loquebantur, cujuſque in Gallo-Belgicis provinciis apud vulgus nonnulla ſuperſunt veſtigia probe noverit. Non quod revera ad id aggrediendum id ſatis eſſe putem, cum et conſuetudinum noſtrarum municipalium abſtruſas voces, et Iuriſprudentiae Gallicae formulas noſſe praeterea debeat. Qua quidem in cognitione licet non ita me verſatum haud diffitear, dicam tamen ingenue quod res eſt, pleroſque editos ac ineditos, qui praeteritis longe ſaeculis idiomate noſtro Francico jam obſoleto aliquid ſcripto mandarunt, atque adeo veteres noſtros Poetas ſat accurate evolviſſe: quibus abſque res noſtrates illuſtrare haud omnino promptum ſit. Atque id cauſae fuit, ut verba Latino-barbara Francico-barbaris perſaepe explicare, et ritus, qui in deſuetudinem abiere pridem, rurſum in lucem revocare, vel illuſtrare fuerim conatus. Quae quidem ſcribendi ratio in iis, quae criticam exquirunt manum, haud reſpuenda hactenus viſa eſt; ſed in hoc, quod aggredimur, argumento, eo tolerabilior videri debet, quod Gallicas voces, Latio utcunque donatas, non aliis fere quam Gallicis enucleari poſſe pro certo ſit.

XXIII.

o) Ralph. Brook, York, etc.
p) Matth. Weſtm. an. 1292.
q) Walſingh. anno 1297. Addit. ad Matth. Pariſ.
r) Guill. Prynneus in Libert. Eccleſ. Angl. Pag. 400. 529. 534. 649. 653. 668. 1053.

XXIII.

Barbariſmus a Chriſtianis ſcriptoribus plurimum auctus.

Enimvero ut in viam redeat, a qua longius fortean divertit oratio, et ut de Barbariſmo, quo univerſa Latinitas foedata vitiataque eſt, quae ſuperſunt dicenda paucis abſolvamus; is in privis vocibus, uti jam obſervatum, totus verſatur, quarum aliae nec uſu nec ortu ſunt Latinae, quemadmodum βαρβαρολέξεις, ſeu vocabula peregrina, de quibus egimus: aliae vero ortu quidem ſunt, non tamen uſu, cum apud probatos Scriptores neutiquam occurrant, quae cum utcumque Latinae ſint, aliquid tamen vulgarium locutionum redolent. Innumeras ejuſmodi complectuntur Gloſſaria vetera, de quibus mox acturi ſumus, noſtrumque complures continet. Aliae denique Latinae ſunt, vel Graecae originis, ſed alterius prorſus ſignificationis ab ea, qua uſos veteres conſtat: quae invectae tum maxime, cum Religio Chriſtiana in Romanum ac Latinum orbem ſe ſe effudit. Nam cum novis ceremoniis ac ritibus et a paganicis omnino diverſis conſtaret, utereturve: SS. Patres, qui florente adhuc Romanorum, ut Imperio, ita et Lingua, vixere, in explicandis deſcribendiſque Religionis ſuae myſteriis, ac inſtitutis, vocibus uſi ſunt potiſſimum, quas Latinitas agnoſceret, vel certe minime abdicaret, a genuina quantumvis et recepta notione ac ſignificatione recederent. Factum deinde ut eas interdum inflecterent et immutarent, novas etiam et priſcis Scriptoribus ignotas adinvenirent, cum, quae a Fidelibus percipi vellent ac intelligi, vocabulis purioris Latinitatis reddi vix poſſe arbitrarentur, quod ſupra monuimus. „Vnde Athanaſius apud *s)* „Vigilium Tapſenſem, objicienti Arrio novum *Homooυſii* nomen in „Symbolum inductum, reſpondit Eccleſiaſticae ſemper moris fuiſſe „diſciplinae, ſi quando Haereticorum nova doctrina exurgeret, „contra inſolentes quaeſtionum novitates, rebus immutabiliter „permanentibus, nominum vocabula immutare, et ſignificantius „rerum naturas exprimere, quae tamen exiſtentium cauſarum virtutibus congruerent, et quae magis eaſdem antiquitus fuiſſe demonſtrarent, non ortus novitatem inſinuarent.„ Atque id exemplis deinde firmat, aitque, contra primos Haereticos inductam *Chriſtianorum* appellationem: contra Sabellianos, Patri novum *Innaſcibilitatis*, et *Impaſſibilitatis*, nomen Eccleſiam impoſuiſſe: contra Photinum, *Filium Deum ex Deo, Lumen de Lumine: Similem Patri*, contra Eunomium: ita *Homooυſion*, id eſt, unius ſubſtantiae, contra Arrium tum primum dixiſſe *t)*. „Multa etiam „ſunt vocabula ab Hebraeis petita, quae ſine ulla interpretatione „ſervavit Eccleſia, ut eſt illud, *Alleluya*, *Amen*, *Maranatha*, *Ephod*, „*Oſanna*, et caetera, quae in ſacris Scripturis aſperſa paſſim habenſ.

s) Vigil. Tapſ. l. c. contra Arrium c. 11. 12. l. 1. contra Arr. Sabell. et Photin. c. 20. *t) S. Hieron. epiſt. 137. 141.*

„bentur, quae quoniam ex Iudaeis fuerat congregata, nihil ad „Credentium scandalum innovandum censuit; sed ita, ut a parvo „imbiberant, tradidit. Postea vero quam in universas gentes „Evangelii dilatatus est sermo, non potuere semel suscepta mutari. „Addit deinde Origenes propter vernaculum Linguae unius cu„jusque idioma, non posse ita apud alios sonare, ut apud suos dicta „sunt, et multo melius esse, non interpretata ponere, quam vim „eorum interpretatione tenuare *u)*.„ Mitto conficta ab Haereticis magis portenta quam nomina, quae ad imperitorum et mulierciularum animos concitandos, quasi de Hebraicis fontibus hausere, barbaro simplicique quosque terrentes sono, ut sunt Basilidianorum *Armagil*, *Barbelon*, *Abraxas*, et ridiculum *Leusiboron*, praeterea Latina *Thesaurus*, *Balsamum*, et aliquot alia Manichaeorum. Verum omissis, quae admisit Ecclesia, quot sunt verba insolentia, audacius translata, et obsoleta vetustate petita, aut poetica licentia usurpata, quae in Orationum prooemiis vitanda praesertim ait *x)* Fabius, quibus usos videmus paulo recentioris Latinitatis ex Christianis Scriptores: qui universam sermonis sui seriem ita iis intricant, ut in istis senticetis inoffenso pede Lectori progredi non liceat. Atque, ut alios sileam, quot ejusmodi occurrunt salebrae apud Sidonium, Ennodium, et ejusce aevi cultissimos alias Scriptores? Quot voces Ciceronianae Latinitati incognitae, a vetere repetitae, audacius confictae et translatae, ex quibus nonnullas interdum selegimus, praetermissis aliis, quae ab eruditissimis commentatoribus enucleantur, ne in immensum opus nostrum excresceret?

XXIV.

Latina Lingua ab interpretibus multum deturpata.

Latinam praeterea Linguam deturparunt Interpretes, seu qui Latio donarunt, vel Graecorum, vel aliarum gentium Scriptorum monumenta. Nam cum haud plane ea intelligerent; vel vocabula ex Latinis, quibus, quae intelligebant, redderent, non essent ad manum, aut ea minime agnosceret Latinitas, tum vel Graecas, vel barbaras Scriptorum voces, Latina inflexione male semper formatas, Latinis quas meliores rebantur, interdum et novas, arbitratuque suo confictas, inseruere. Deinde cum in Linguis pene omnibus diversa sit scribendi ratio, diversusque styli character, fieri aliter vix potest, quin si quis Scriptoris, quem Latinis verbis vertendum suscepit, mentem exprimere velit omnino, a proba Latinitate non recedat aliquando, vel certe nescio quid obscuri ac implexi Lectoribus obtrudat. Atque inde fit, ut ejusmodi translationes, quae verbum verbo reddunt, obscurae plerumque

u) *Id. ep. 29. in Vigilantium, et in 64. Isa.*

x) *Quintil. l. 4. c. 1.*

rumque ſint, et pro barbaris ac inſulſis a peritioribus habeantur *y*). Ejuſmodi eſt ſane S. Irenaei Interpres Latinus (nam Graece ſcripſiſſe Irenaeum in confeſſo eſt apud eruditos) apud quem plurima ſunt ita de Graecis imitata, ut, quid ea ſignificent, vix ſatis quiſpiam aſſequi poſſit, niſi mediocrem Graecae linguae peritiam ſibi compararit. Extat *z*) Nicolai PP. I. Epiſtola ad Michaelem Imperatorem Conſtantinopolitanum, qui Romanam ſeu Latinam Linguam, Scythicam et Barbaram vocaverat, quod quae Romae, vel ex Italia Conſtantinopolim perferebantur Epiſtolae, in Graecam translatae Linguam, barbarum, neſcio quid ſubolerent, non ex ipſo Linguae Latinae defectu aliquo; ſed quod ab imperitis interpretibus Graeca utcumque Lingua donarentur, ubi ſic Pontifex reponit: *Si jam ſaepe nominatam Linguam ideo barbaram nuncuparis, quoniam a translatoribus in Graecam dictionem mutata barbariſmos generat, non Linguae Latinae, ſed culpa eſt, ut opinor, Interpretum qui quando neceſſe eſt, non ſenſum e ſenſu, ſed violenter verbum edere conantur e verbo.* „Quippe ſaepe accidit, aiebat *a*) Hieronymus, ut „dum verbum de verbo exprimimus, et dum ſyllabas ſequimur, „perdamus intelligentiam.„ Quod vero in iis, quae e Latina in Graecam vertuntur Linguam, expoſtulant Graeci Byzantini, id nos potiori jure in iis, quae e Latina in Graecam vertuntur Linguam, expoſtulant Graeci Byzantini, id nos potiori jure in iis, quae e Graeca ejuſce aetatis in Latinam translata ſunt a noſtris, hodie querimur: cum nec Graeca, nec Latina dici queant, quae utriusque Linguae perperam formatis, imo barbaris omnino vocibus ſcateant, cum tot aſpergantur ſalebris, ut quantumvis in Graeca priorum ſaeculorum Lingua non modo, ſed et recentioris aevi, vel etiam in Latina admodum quis verſatus fuerit, haerere ſemper neceſſe habeat. Atque id quidem in unico Anaſtaſio in Geſtis Summorum Pontificum licet obſervare; apud quem tot voces Graecanicae male compactae ac deſcriptae interſeruntur, ut non a Latinis; ſed ab horum temporum Graecis Scriptoribus ſua hauſiſſe, quibusdam omnino perſuaſum ſit: vel certe nimia quadam affectatione a Graeca Lingua, in cujus cognitione ſat mediocriter verſatus erat, in ſpeciem eruditionis pleraque mutuatum vocabula. Vel denique, quod longe potius cenſuerim, quod ſua adhuc aetate vulgaria illa ac ſemigraeca, vel barbarograeca vocabula Romae et in Italia obtinerent, quo a Byzantinis illata ſenſim fuerant, dum iis illa parebat. In enodandis vero ac diſſolvendis, quae in hoc Scriptore crebrius occurrunt, iis difficultatibus, OEdipo fere ſemper opus eſt: quod inde tamen accidiſſe exiſtimaverim, non quod ab eo perperam efficta verba, vel reddita; verum quod ab Antiquariis, Graecae Linguae ignaris, male deſcripta ſint.

XXV.

y) *Iacob Billius l. 1. obſ. ſac. c. 33. lib. 2. cap 5. lib. 3. cap. 10.*

z) *Apud Baron.*

a) *Epiſt. 135.*

XXV.

Notariorum seu tabellionum imperitia non parum fœdata Latinitas.

Neque minus adscribenda Notariorum, seu Tabellionum publicorum imperitiae Latini sermonis barbaries. Nam ut res altius repetatur, et ab ipsis Principibus barbaris, qui Galliae nostrae primi imperarunt, quis non animadvertit, Latinitatis interitum in eorum Legibus, Latine utcumque exaratis, in quibus et desunt Grammaticae regulae, et permiscentur barbara, ignotaque hodie vocabula, vel quod, quibus ea efferrent, forte ignorarent, vel si indulgentius agendum, quod formalia et ex iis essent, quae mutari vetaret, non religio; sed barbarica Iurisprudentia. Si vetera Regum prioris Stemmatis diplomata, cujusmodi sunt, quae a Doubleto, veteraque placita, quae nuper a viro summae eruditionis Ioanne Mabillonio edita sunt, inspiciantur, nemo est, qui profligatam, ac pene extinctam, ejusce aevi Latinitatem non agnoscat: tametsi fatendum, inter has barbaricas naenias prodiisse identidem cultiora longe scripta, praesertim sub ipsa Principatus Francici initia, cum scilicet supereſſent adhuc nitidae elocutionis scintillae quaedam: quod ex Sidonii, Aureliani, et similium opusculis colligimus, et ex aliquot Chlodovaei epistolis. Sed abiit sensim postea in deterius, adeo ut in laudatis placitis et plerisque veterum formulis, nihil fere Latinitatis, barbariei plurimum occurrat. Ac si aliquantulum revixit Caroli M. cura et industria, rursumque instaurata est, haud diu id sane stetit, bellis civilibus inter Ludovici Pii filios flagrantibus, universamque deinde Franciam Normannis invadentibus et depopulantibus. Ita enim siluit inter arma Latina Lingua: siluere, vel potius extinctae penitus fuere disciplinae omnes, et, si quid ex iis superfuit, Clericos ac Monachos fere tantum spectavit, quos ad ea servanda studia adstrinxit Ecclesiastici ordinis professio. Cum igitur is mos invaluisset, ut quae in publicum emitterentur diplomata, vel quae conscriberentur epistolae, Latino idiomate exarentur, deessentque apud Laicos, qui Latinas literas scirent, e Clericorum *b)*, quos ideo *Literatos* nude interdum vocabant, ordine, sibi adscisebant Proceres et Magnates, qui amanuensium et secretariorum vices agerent *c)*, quos inde *Clericos* suos appellabant, vel *Capellanos*, quod et capellis suis domesticis praeessent, in iisque sacra munia obirent, quod pluribus alibi docemus. Atque hi quidem non adeo erant Latinis imbuti literis, ut nitide et ad amussim scriberent; sed cum has leviter, summisque, ut aiunt, labris attigissent, ea utcumque conscribebant, ita ut ubi Latina, quibus quae vellent exprimere, non occurre-

b) Gloss. in Literati.

c) In Gloss. vv. Brevis, Capellanus, Clericus.

currerent, e vernacula Lingua, Latina iis data inflexione, vocabula depromerent, non obſervatis caeteroquin religioſius in ipſa ſermonis ſerie, in quibus minus verſati erant, Grammaticorum regulis. Quod quidem accidit deinde Actuariis ac Notariis publicis, qui, ut plurimum mercede conducti, non ea eſſent, qua par erat, eruditione, cui ſtudia minime ſua impenderant, ut dictionis flores nitoremque elocutionis magnopere curarent.

XXVI.

Provinciarum Romanarum vaſtationem barbaries conſecuta eſt.

Iam vero mirum videri minime debet, ſi difficillimis temporibus, poſt vaſtationem Romanarum provinciarum, communemque depopulationem, barbaries ipſa conſecuta eſt; ſi, tot inter bellorum tumultus, inter tot gentes exteras, et ab ipſo profectas Aquilone, quae has torrentis inſtar pervaſerant, diſciplinae omnes quodammodo interierint. „Quod ſi, inquit *d)* Hieronymus de „Vandalorum et Gothorum in orbem Romanum irruptionibus „agens, juxta inclytum Oratorem: Silent inter arma Leges, quanto magis ſtudia Scripturarum, quae et librorum multitudine, et „ſilentio, ac Librariorum ſedulitate; quodque proprium eſt, ſecuritate, et otio dictantium indigent?„ Adde quod neque publicae haberentur Scholae, quas barbari ipſi aſpernabantur: nec veteribus incolis otium facultaſque ſuppeteret, hiſce applicandi rebus animum, quibus alias obſtabat rei familiaris auguſtia et egeſtas, quam *diſciplinarum novercam* ſcite vocat *e)* „Autor libri de Diſciplina Scholarium, Boetio perperam vulgo adſcripti *f)*. Tum „enim quemdam ſibi Latinum ſermonem horum ſaeculorum homines eruditi confinxere, qui quidem cum veros ac genuinos fontes non attigiſſent; ſed, neſcio quos turbidos rivos eſſent ſectati, „non omnino; ſed utcumque Latine loquebantur. Illud etiam apponе, ait Sidonius *g)*, quod tantum increbuit ea tempeſtate multitudo deſidioſorum, ut niſi vel pauciſſimi quique meram Latiaris Linguae proprietatem de trivialium barbariſmorum rubigine „vindicaſſent, eam brevi abolitam defleſſent, interitamque, ſic „omnes nobilium ſermonum purpurae per incuriam vulgi decolorabantur.„ Enimvero quis neſcit, hanc eſſe fere ſemper eorum mentem, qui provincias exteras armis quaerunt, obtinentque, ut ſubactorum Linguam abhorreant, et, ſi id facile fieri poſſet, ſuam in eas immitterent? Praeſertim vero barbaros iſtos Septentrionales, qui in totum ferme Romanum Imperium ſe ſe effuderant, literarum ſtudia averſatos, ſatis teſtantur verba iſta ejusdem *h)* Sidonii

d) Epiſt. 82.
e) cap. 6.
f) Thom. Smith. lib. 1. pag. 19.
g) Lib. 3. Epiſt. 10.
h) Lib. 1. ep. 8. lib. 2. ep. 1.

donii Apollinaris: *Negotiatores militant, milites negotiantur, ſtudent pilae ſenes, aleae juvenes, armis Eunuchi, literis Foederati:* qua poſtrema voce Gothos intelligit. Et alio loco: *Ructat inter cives pugnas, inter barbaros literas.* Sed et tradit *i)* Procopius Amalſunthae, Theodorici Regis Italiae *) uxori, graviter quondam ſuccenſuiſſe Proceres Gothos, quod Athalaricum filium praeceptoribus literis imbuendum tradidiſſet: cum exiſtimarent, literas a fortitudine longe eſſe disjunctas, traditamque a ſenibus inſtitutionem in timiditatem et animi humilitatem plerumque deflectere: itaque oportere, ut in re bellica futurus animoſus gloriaque inſignis, amoto doctorum metu, armis exerceretur. Viluere igitur, ſeu potius deſiere hiſce de cauſis in provinciis, quas ii peruaſerant literarum ſtudia omnia, inductaque ſenſim cum in moribus, tum in Lingua barbaries, apud Nobiliores praeſertim, qui Principibus ſuis placere, et in eorum verſari palatiis ambiebant. Manſit interea in lebe vulgaris ille ſermo Romanus, quo illa utebatur antea, quem *k)* S. Auguſtinus *Sermonem vulgarem et male Latinum vocat*, cum aliquot ex honoratioribus, utpote a praeceptoribus edocti, quod teſtatur *l)* Sidonius, Latina ac terſa aliquatenus oratione uterentur: non illa quidem, quae poſterioribus paulo ſaeculis obtinuit, ſed quae magis ad Latinitatem accederet, atque adeo quam *Quotidianum m)* Suetonius, *Pedeſtrem Sermonem* vocant *n)* Vegetius, Trebellius Pollio, et Vopiſcus: *πεζὸν o)* Conſtantinus Porphyrogenitus: *Vulgarem, p)* Serenus Sammonicus: *Simplicem, q)* Honoratus Maſſilienſis, et *r)* Eligius Noviomenſis, *Ruralem, s)* Dinamius Patricius: *Vſualem, t)* Sidonius: *Publicum*, auctor Vitae S. Theodardi: *Plebeium, u)* Tullius, *x)* S. Iſidorus, et auctor Vitae S. Hermelandi Abbatis: *Ruſticum* denique alii. Nam cum ſimplici ſermone, nec affectatis Rhetorum ornamentis chartae mandare ſe quidpiam profiterentur Scriptores, id ſe ruſtico quod ſupra attigimus, ſcribere dicebant, ut qui ad ruſticorum ſeu popularium ſermonem proxime accederet. Quomodo nempe ſcribit *y)* Hieronymus, Fortunatianum, natione Afrum, Aquileienſem Epiſcopum, in Evangelia brevi et ruſtico ſermone ſcripſiſſe Commentarios. Ioannes II. PP. in Epiſtola ad Caeſarium, Arelatenſem Epiſcopum: *Qui chartulam iſtam cum ſupradictis titulis Canonum non fuerit aſpernatus, nec pro ruſticitate deſpexerit, etc.* Idacius in Praefatione libri contra Varimadum: *Cujusdam Varimadi Africani propoſitionibus - - - ruſtico quidem ſermone reſpon-*

i) Lib. 1. de Bello Goth. c. 2.
*) *Amalaſuntha non erat Theodorici Regis uxor, ſed filia.*
k) Lib. de Vita beata.
l) Lib. 3. Ep. 5.
m) In Aug. c. 86.
n) In Praefat. l. 3. Artis veter.
o) De Adm. Imp.
p) Ch. 19.
q) In vita S. Hilar. Pictav.
r) Homil. 1.
s) In Praefat. ad Vit. S. Maximi.
t) Lib. 4. ep. 10.
u) Cicero l 9. Ep. famil. 21.
x) In Praefat. ad Regul.
y) De Script. Eccleſ.

reſpondens, etc. z) Ruricius Epiſcopus Lemovicenſis: *Exigit ſolliciti cordis affectus, ut imperitioris promatur affatu: nec erubeſcit ruſticitatis opprobrium, dummodo impleat caritatis imperium. a)* Et alio loco: *Cogitis enim nos auribus peritiae veſtrae verbis ruſticis injuriam inferre frequenter, dum apices noſtros ſaepius vultis accipere. b)* Gatwulfus in Epiſtola ad Carolum M. *Placuit mihi ruſtico verbo, quamvis ſicut ſum ignarus, tamen vobis ſcribere in veſtram pietatem, confidens, ut meae ſtultitiae venia detur, et veſtra merces apud Deum copioſior fiat.* Et revera ruſticitatem magnam advertere eſt in hac Epiſtola, quae vix Latina eſt. Prologus MS. in Hiſtoriam Relationis S. Sebaſtiani, ex Codice Vindocinenſi: *Neque in eo verborum phaleras, neque eloquii venuſtatem aſtendatis; non enim qualiter, quantumve volui; ſed fere qualiter quantumque potui, et licet ruſtice, verba tamen edidi: ut enim egregius doctor Hieronymus ait: Tolerabilius eſt verba ruſtice, quam falſa diſerte proferre. c)* Helpericus in Prologo ad librum de Computo: *Praeſertim cum ſim ingenio rudis, ſermone impeditus, et ne ruſticano quidem eloquio balbutire ſufficiens, etc.* Denique *d)* auctor Vitae S. Silvini Epiſcopi Toloſani in Prologo: *Praefata Abbatiſſa eam* (Vitam olim ſcriptam) *inveſtigans in corruptis membranulis, jamque nimia vetuſtate ex parte deletis, quam ſaepius relegens animadvertit, partim ruſtice, partim vitioſe compoſitam, fere juxta normam literalis artis. e)* Ruſticum ſermonem appellabant, qui artis Grammaticae regulis, aut Rhetorum figuris apprime non eſſet ſubactus; ſed nudus ac ſimplex, quemadmodum etiam appellatur a Lactantio; ſed et ab Honorato Maſſilienſi in Vita Hilarii Pictavienſis: *Si peritorum turba defuiſſet, ſimplici ſermone ruſticorum corda nutriebat.* Et a *f)* Ratherio Veronenſi: *Simplex autem, et ut ita dicam pene ruſticus, cum totus ſermonis textus altus poſſit videri ſapientibus, a nobis ideo minime viſus eſt commutandus.* Quare non invenuſte dici videtur, aiebat Quintilianus, aliud eſſe Latine, aliud Grammatice loqui, id eſt, ſecundum exactiores Grammaticae Leges, quemadmodum loquuntur ii, quos *Scholaſticos* vocabant *g)*. Severus Sulpitius, *Sedebat autem*, inquit, *S. Martinus in ſellula ruſticana, ut eſt in uſibus ſervulorum, quas nos ruſtici Galli Tripetias, vos vero Scholaſtici, aut certe tu, qui de Graecia venis, Tripodas nuncupatis.* Ruſticum igitur ſermonem non humiliorem paulo duntaxat, et qui ſublimi opponitur, appellabant; ſed eum etiam, qui magis reperet, barbariſmis ſoloecismisque ſcateret, quem appoſite *h)* Sidonius *ſquamam ſermonis Celtici*, alibi, *rubiginem trivialium barbariſmorum* vocat, *ruſticum* ſcilicet *et impolitum ſermonem*, ut eſt in Epiſtola Eadburgae apud *i)* Baronium,

a) *Lib. 2. ep. 16.*
a) *Id. ep. 40.*
b) *Tom. 2. Hiſt. Franc.*
c) *Helperic. ap. Mabillonium in Anal.*
d) *Apud Catell. p. 842.*
e) *Gellius l. 13. c. 16.*
f) *In Praef. ad Vitam S. Vrſmari.*
g) *Dial. 2. de Vita S. Martini.*
h) *Lib. 3. ep. 3. l. 4. ep. 10.*
i) *An. 725. num. 23.*

et ſicuti deſcribitur ab Anonymo in Miraculis S. Agili: *Sed et ſi quis movetur ruſticitate ſermonis, ſolœciſmorumque inconcinnitatibus, quia minime vitare ſtudui, audiat, quia regnum Dei non eſt in ſermone; ſed in virtute; neque apud homines bonos intereſſe, utrum vina vaſe aureo an ligneo propinentur.* Ruſticum igitur fere ſemper appellabant, qui nullis vel Grammaticae, vel Orthographiae legibus aſtringitur; ut ruſticos Scriptores. *k) Qui ruſticitatis enormitate incultique ſermonis ordine ſauciant, imo deformant examuſſim normatam orationis integritatem, politumque ejus lumen infuſcant, ex arte prolatum. l)* Gellius: *Quod nunc autem barbare quem loqui dicimus, id vitium ſermonis, non barbarum eſſe; ſed ruſticum; et cum eo vitio loquentes, ruſtice loqui dicebantur. m)* Publius Nigidius: *Ruſticus ſit ſermo, ſi aſpires perperam. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgo Barbariſmus, qui ante Divi Auguſti aetatem pure atque integre locuti ſunt, an dixerint, nondum equidem inveni.* In ejusmodi ruſtici inſulſique ſermonis ſpecimen afferre placet Epitaphia aliquot, quae in urbe Lugdunenſi leguntur, ut alia ejusmodi praeteream, ex quibus colligere liceat, qualis fuerit Latin, Linguae apud vulgares uſus, vel certe, quantum a primaeva ſui puritate, et *ab ubertate Gallici nitoreque ſermonis*, quem mire praedicat *n)* Hieronymus, in deterius ſenſim prolapſa ſit, quinto potiſſimum ſaeculo. Primum a I. Sponio *o)* ſic deſcribitur: ✝EPITAPHIVM HVNC QVINTVIS (*quod intuis* pro *intueris*) LECTOR BONE RECORDATIONIS AGATI NEGVTIATORIS MEMBRA QVIESCVNT, NAM FVIT ISTE SPACIO MISERIS ET PORTVS EGINIS OMNEBS ARTS FVIT PRECIPVE LOCA SANCTORVM ADSEDVE ET ELEEMOSINAM ET ORATIONEM STVDVIT. VIXIT IN PACE ANNIS LXXXV. OB VIII. KAL. APRILIS LXI. PC. IVSTINI INDICT. QVARTA. | Alterum ita concipitur: ✝ HOC TVMVLO IACET BONOM MEMORIOM RAPSO CVI VIXIT ANN. XXXV. Tertium denique: HOC TVMVLO QVIESCIT BONE MEMORIE CESARIVS VIXIT ANVS XIV REOVIBIT IN PACE SVB DIE X. KAL. DECEMBRIS ANASTASIO ET RVFO VV. CC. (an. 482.)

XXVII.

Quantum Carolinis ſaeculis Latina Lingua fuerit deturpata, et unde.

Non mirum igitur ſi Carolinis ſaeculis, vel paulo ante, in Gallia, Italia et Hiſpania, ſic deturpata deinceps fuerit Latina Lingua,

k) Diomedes l. 1. de Orat.
l) Lib. 13. c. 6.
m) In Commentariis Grammat.
n) S. Hieron. ep. 4.
o) In Antiq. Lugdun. p. 48. 49.

Lingua, quae barbarorum illuvie toties foedata fuit, quod, qui cognoscere volet, legat ex Hispanicis Scriptoribus unicum Elipantum, Archiepiscopum Toletanum, cujus extant fragmenta quaedam inter *p)* Alcuini opera: legat ex Gallicis, ut de Italicis silebam ac Longobardicis, plebeios illos Annales, quos edidit *q)* Andreas Ducheſnius, de quibus ita Regino Prumiensis in Chronico: *Haec, quae supra expressa sunt, in quodam libello reperi, plebeio et rusticano sermone compositia, quae ex parte ad Latinam regulam correxi.* Neque aliae sunt Marculfi, et quae a viris doctissimis subinde editae sunt Formulae, quas cum naevis suis, ex ipsis scriptis codicibus rursum publica luce donavit *r)* Stephanus Baluzius, quibus ille novas adjunxit longe magis barbaras, et quae ubique fere OEdipo indigeant, ut quae nulla verborum connexione cohaereant, barbarisque passim inspergantur vocabulis: quod certe non ipsis modo Scriptoribus interdum adscribendum facile mihi persuaserim.

XXVIII.

Illius tamen usus non omnino deletus.

Neque tamen ejusmodi Latinae Linguae inducta sensim et longius propagata depravatio effecit, ut illius deleretur usus omnino, cum a vulgo etiam intelligeretur: quod satis arguunt tot, quas manibus terimus, Latino idiomate conscriptae et ad populum habitae in aedibus sacris homiliae a Praesulibus Africanis, Gallis, Hispanis, aliisque, quas quidem publice non recitassent, si ab omnibus intelligi se debere non essent arbitrati. Sic nempe hodie in provinciis nostris Gallicis, in quibus tot pene Linguae Gallicae usurpantur idiomata, quot eae numero sunt, Lingua purior Gallica ab omnibus intelligitur in publicis concionibus Fatendum tamen ante Carolum M. literarum disciplinarumque in Galliis ita evanuisse studia, ac Linguae praesertim Latinae, ut stante Regum nostrorum priorum Stemmate, vix se se tantillum extulerit: quod probant, quae de veteribus formulis supra observavimus, et de Chilperici Regis Latinis seu barbaro-Latinis Scriptis tradit Gregorius Turonensis. Id etiam testatur *s)* Anonymus Scriptor de Miraculis S. Florentii: *Liberales siquidem artes*, inquit ille, *usque temporibus Domni Caroli Imperatoris, praedecessoribus nostris ita extiterunt extraneae, ut in Galliae regionibus etiam inter summos Pontifices vix aliquis, negligentia praepediente, reperiretur, qui urbanitate eloquii Synodales saltem valeret venustate exolvere definitiones. Sed quoniam, favente Deo, instantiaque Domni supradicti Imperatoris, quae vetustiores neglexerant, moderniores adsecuti sunt.* Et *t)* Scriptor Vitae S. Vrbani Lingonensis Episcopi: *Exterarum quippe persecutio gentium, et*

p) P. 998.
q) Tom. 2. Hist. Franc.
r) In nova Edit. Capitul.
s) Ex Cod. MS.
t) Ex Cod. MS.

intestina etiam bella Regum, sic postponi fecerant liberalium studia literarum, ut usque ad tempora Caroli M. vix possent in Galliis inveniri, qui in scientia Grammaticae artis essent efficienter instructi. Id ipsum profitetur *u)* Carolus ipse in ea Constitutione, quam edidit de Scholis, per singula Episcopia et Monasteria instituendis: *Nam cum nobis in his annis a nonnullis Monasteriis saepius scripta dirigerentur, in quibus quod pro nobis fratres ibidem commorantes in sacris et piis orationibus decertarent, significaretur, cognovimus in plerisque praefatis conscriptionibus eorundem et sensus rectos, et sermones incultos: quia quod pia devotio interius fideliter dictabat, hoc exterius propter negligentiam discendi Linguae imerudita exprimere sine reprehensione non valebat, etc.*

XXIX.

Linguae Latinae barbaries in Hispania post Saracenorum irruptionem.

Quod vero supra laudatus Scriptor Anonymus de Galliae nostrae in lingua Latina barbarie ante Caroli M. tempora, idem de Hispania post Saracenorum irruptionem testatur *x)* Alvarus: ubi neglectis et posthabitis Scripturis Sanctis, earumque sacris Interpretibus, quotquot su ererant Christiani, Arabum Chaldaeorumque libris evolvendis incumbebant, *gentilitia eruditione praeclari, Arabico eloquio sublimati, Ecclesiasticam pulcritudinem ignorantes, et Ecclesiae flumina de Paradiso manantia, quasi vilissima contemnentes, legem suam nesciebant, et Linguam propriam non advertebant Latini, ita ut ex omni Christi Collegio vix inveniretur unus in milleno hominum genere, qui salutatorias fratri posset rationabiliter dirigere literas, cum reperirentur absque munere multiplices turbae, qui erudite Chaldaicas verborum explicarent pompas.* Quod quidem abunde firmat, quae de Elipanto Toletano supra diximus. Sed et inde satis arguimus unde tot voces Arabicae in Hispanam, subinde sese intulerint.

XXX.

Et in Britannia post Danorum quoque irruptionem.

Neque ea in re felicior fuit Britannia post Saxonum ac Danorum maxime irruptiones, ut ex *y)* Aelfrico docemur, cujus verba hic apponam: *Sedulo cavendum est igitur Dei servis et viris Ecclesiasticis, ne in diebus nostris sacra deferveat aut deficiat eruditio, quemadmodum per paucos jampridem annos in Anglia contigit, ita ut Anglicorum Sacerdotum nullus, donec Dunstanus Archiepiscopus et Aethelwaldus Episcopus in vita monastica doctrinam resuscitassent, epistolam Latine scribere aut interpretari posset.* Dunstanum vero Archiepiscopum Cantuariensem, ut *artium liberalium in tota insula post Regem Alfredum excitatorem mirificum:* quemadmodum Athelwaldum, quem alii Adilwal-

u) Apud Sirmond.
x) In Indiculo luminoso.
y) Aelfric. in Praefat. ad Grammat. Saxon.

waldum et Ethelwodum vocant. Wintonienſem Epiſcopum, *ob ſanctitatis ſtudium et doctrinarum exercitium* commendat *z)* Willelmus Malmesburienſis. Vixit uterque obiitque Alfredo regnante *a)*, qui quidem extinctas fere in Anglia literas primus excitavit, ſcholas publicas Oxonii inſtituit, et optimates ſuos ad litteraturam addiſcendam in tantum provocavit, ut ipſi filios ſuos, vel, ſi filios non haberent, ſervos ſaltem ſuos literis commendarent. Obiit ille anno DCCCXCIX. ſucceſſoremque habuit Edwardum cognomento Seniorem.

XXXI.

Litterae jacentes a Carolo M. eriguntur.

Sic porro in diſciplinis ſorduit Gallia noſtra, usque ad tempora Caroli M. *qui*, ut ait *b)* Monachus Egoliſmenſis, *a Roma artis Grammaticae et computatoriae magiſtros ſecum adduxit in Franciam, et ubique ſtudium literarum expandere juſſit. Ante ipſum enim Dominum Regem Carolum in Gallia nullum ſtudium fuerat liberalium artium.* Quod quidem maximi Principis in liberales artes ſtudium, ita etiam praedicat *c)* Alcuinus in Epiſtola ad eundem Carolum M. *Nec faſtidioſa ſegnities legentium benevolentiae magiſtri juſte deputari debet, ſi plurimis inclusum veſtrae devotionis ſtudium ſequentibus forſan Athena nova perficeretur in Francia: imo multo excellentior, quia haec Chriſti nobilitata magiſterio omnem Academicae exercitationis ſuperat ſapientiam.* Et *d)* Lupus Abbas Ferrarienſis ſcribens ad Eginhardum: *Amor literarum ab ipſo fere initio pueritiae mihi eſt innatus, nec earum, ut nunc a plerisque vocantur, ſuperſtitioſa otia faſtidio ſunt. Et niſi interceſſiſſet inopia praeceptorum; et longo ſitu collapſa priorum ſtudia pene interiiſſent, largiente Domino meae aviditati ſatisfacere potuiſſem. Siquidem veſtra memoria per famoſiſſimum Imperatorem Karolum, cui literae usque eo deferre debent, ut aeternam ei parent memoriam, coepta revocari, aliquantum quidem extulere caput, ſatisque conſtitit, veritate ſubnixum praeclarum dictum; Honos alit artes, et accenduntur omnes ad ſtudia gloria.* Quod vero ſubdit de honore, literatis hominibus a ſummo Principe impenſo, obſervatum etiam ab ipſo *e)* Eginhardo: *Artes liberales ſtudioſiſſime coluit, earumque doctores plurimum veneratus, magnis ſublimabat honoribus.* Neque minori poſtea ſtudio Romanas ac Graecas diſciplinas coluit Carolus Calvus, Magni ex filio Ludovico nepos; quod teſtatur in primis Hericus Monachus S. Germani Autiſiodorenſis in Epiſtola illi inſcripta, ad Vitam ejusdem Sancti, carmine a ſe editam: *f)* His proinde Principibus, ne quid amplius dicam, ſua debent initia Scholae publicae ac Monaſticae, et omnium diſciplinarum

z) P. 56. 244.
a) Brompton. p. 814.
b) Mon. Egoliſm. in Vita Caroli M. an. 787.
c) Epiſt. 10.
d) Epiſt. 1.
e) In Vita Caroli M.
f) V. Gloſſ. in v. Schola.

arum in Francia inſtauratio, dum interim duplex apud vulgus vigeret idioma, Francicum ſcilicet et Romanum. Francici enim uſus erat in Regum noſtrorum Palatiis ſtante potiſſimum primo Regum Stemmate, atque adeo ſub Carolo M et Ludovico Pio, cum i Lingua ſua Sicambrica loquerentur, quod ab aliis obſervatum; apud reliquum vero vulgus, et quod a Romanis Gallis ortum duxerat, Lingua, uti vocabant, Romana ſeu ruſtica ac ſemibarbara semper obtinuit, quae, ex quo Imperii Provinciae inter Ludovici Pii filios partitae ſunt, qui Germanicis imperavere, Theotiſcam, quam *et g) Barbaram* vocabant: qui Francicis, Romanam ſervarunt, quod potiſſimum ex *h)* Foedere, quod inter illos pactum eſt, licet colligere, in quo Ludovicus Ii. Romana, quae Caroli erat; Carolus Theotiſca, quae Ludovici, ſacramentum praeſtiterunt, cum uterque plebem circumſtantem, Ludovicus Theotiſca, Carolus Romana antea eſſent allocuti.

XXXII.

Vulgare idioma ad tres linguas redactum, Vaſconicam, Caſtellanam et Limoſinam.

At quam Romanam noſtri, *Limoſinam* appellavere non modo *i)* Itali, ſed et Hiſpani praeſertim, apud quos diu in uſu fuit. Ex quo enim exacti ex Hiſpania Mauri, redactum eſt potiſſimum vulgare idioma ad tres linguas, Vaſconicam, ſeu Biſcainam, quae in Biſcaia, Navarra, Guipuſcoa et Alva obtinuit: Caſtellanam aliam, quae rarioris fuit uſus, utpote barbaris aſperſa vocabulis, a quibus tum demum eſt purgata, cum ad unicum Principem tota Hiſpaniarum poteſtas rediit. Hac autem Lingua uſi praeſertim Caſtellani, Toletani, Leonenſes, Aſturienſes, Extremadurenſes et Granatenſes. Sed et viguit in Gallica, Andalufia, Luſitania ac Aragonia, exteris ſubinde vocabulis, Arabicis, Francicis aliisque intermixta. Tertia denique fuit Limoſina, cujus uſus fuit in Catalania, in Comitatibus Ruſcinonenſi et Ceritanenſi, in Aquitania, Occitania, atque adeo, ut Scriptores Hiſpani volunt, in ipſa Regum noſtrorum Aula. A Catalania in Valentiae, Majoricae et Minoricae regna poſtea tranſiit, quod ea ad Barcinonenſes Principes perinde pectarint.

XXXIII.

Vnde nomen et origo Linguae Limoſinae. Eadem fere eſt quae Catalana.

De Limoſinae Linguae origine ac nomenclatura varia varii tripſerunt. *k)* Calca, *l)* Eſcolanus et *m)* Andreas Boſchus a Lemovi-

g) *V. Gloſſ. in Barbarus.*
h) *Nithard. l. 3.*
i) *Dant. in Purg. cant. 26.*
k) *Calca in Catalania c. 16.*
l) *Eſcolanus in Hiſt. Valentiae lb. 1. c. 14.*
m) *Andr. Boſch. de titul. honor. Catalan. l. 1. c. 2. §. 4. §. 1. 2. c. 17.*

Novicum, urbe Galliae notiſſima, denominatam volunt, inde
Catalaniam tranſiiſſe, cum Francorum noſtrorum exercitus
meos montes transgreſſi has inſedere Provincias, ex variis
genibus conflati, maximeque ex ea Occitaniae parte, in qu
eſt urbs *Catalens*, cujus incolae toti Cataloniae nomen dede
Catellus et Hiſpani Scriptores volunt. Vt ut ſit, conſtat ide
fere Catalanorum idioma, quod Provincialium noſtrorum, q
Cataloniam inductum a Comitibus Barcinonenſibus vero prox
eſt, ex quo Provinciae Comitatum ſuis adjunxere dominiis
quippe Lingua nitida adeo, florida, culta ac polita habita
nulla fere extiterit regio, in quam non immiſſa fuerit, cum
me in Principum aulis magno in pretio haberentur Poëtae P
ciales, eorumque poëmata, ut genio quaſi dotata ſingulari,
fere legerentur. Eſcolanus et Boſchus de hac Lingua ſcrib
aiunt quod fuit *tant gratioſa, corteſana, ſententioſa, y dolça, que*
lenga que ab mes breus paroles, diga mes alts y meillors, conceptes
en tot una viva ſemblaça ab ſa mare Latina. Ella fonc [illegible]que l
Principi al verſos, y rimes que uſaron en Roma, cantant ab elles a
conſonancies, las diſſonancies de las paſſions ab agats y dolços penſ
etc. Subdunt deinde hujus idiomatis vocabulis crebrius po
ſua aſperſiſſe Petrarcham, quod obſervarunt etiam ejus Interp
Raimundus Montanerius, qui vixit circa annum MCCC.
riam ſuam hac Lingua exaravit, et Carbonellus in Chronico,
dem idiomatis tabulas variaque acta deſcripſit.

XXXIV.

Lingua Provincialis in palatiis regum noſtrorum uſitata.

Certe Linguam hanc, Provincialem ſcilicet, in Regu
ſtrorum Palatiis primitus uſitatam, evincunt, quae ex ea del
n) Nithardus, a quo Romana appellatur, quae haud omnino
ſa ab ea, qua utuntur Provinciales noſtri: quod facile erit a
utramque comparanti. Vnde recte, opinor, dixit *o*) Vadian
licam Legem Romanos, hoc eſt, Provinciales vocare qui Ro
id eſt, Provinciali Lingua utebantur; cum Provincialium n
omnes de Alvernia, et Vaſconia et Gothos Provinciales a
tos autor ſit *p*) Raimundus *de Agiles*. Vt vero res plana fia
cet Sacramentum Ludovici Regis, cujus meminimus, Roman
gua deſcriptum a *q*) Nithardo hic proponere: *Cumque Karol*
quit, *haec eadem verba Romana Lingua peroraſſet, Lodhwicus, q*
major natu erat, prior haec deinde ſe ſervaturum teſtatus eſt: Pr
r) amor, et pro Chriſtian poblo, et noſtro comun s) ſolvamento di

n) *Lib 3.*
o) *Lib. de Monaſt. Germ.*
p) *In Hiſt. Hieroſol.*
q) *Bodin. l. 5, c. 6. pag. 633.*
r) *amur.*
s) *ſalvamento.*

avant, in quant Deus t) savir u) et x) podir me dunat, si y) salvarejo cist meon fradre Karlo, et in adjudha et in cadhuna cosa, si cum om z) per dreit son a) fradre salvar dist, (I. dust.) in o quid il mi altre si b) fazet, et ab Ludher nul plaid nunquam prindrai, qui meon vol cist meon fradre Karle in damno sit. Quae ſic Latinis iſtius ſeculi verbis ſonant: *Pro Dei amore, et pro Chriſtiano populo, et noſtro communi ſalvamento inantea* (ſeu deinceps) *in quantum Deus ſapere et poſſe mihi dederit, ſalvabo,* (ſeu ſalvum et incolumen praeſtabo) *hunc meum fratrem Karolum, et in auxilio, et in unaquaque cauſa* (i. re Gall. *choſe*) *ut homo per drictum* (ſeu jus) *ſuum fratrem ſalvare debet,* in *eo quod ille mihi alter faceret, et cum Lothario nullum placitum unquam capiam, quod meae voluntati huic meo fratri Karolo in damno ſit.* Sacramentum vero populi Romana pariter Lingua ſic deſcribit idem *c)* Nithardus: *Si Lodhwigs ſagrament, que ſon fradre Karole jurat, conſervat, et Karlus d) meos ſendra* (f Senior) *de ſuo e) part non los f) tanit, ſi jo returnar non g) int pois, ne jo ne veuls* (al. neuls.) *cui eo returnar h) int pois in nulla adjudha contra Lodhwig nun ſi juer.* Id eſt, Lingua ejuſce aevi Latina, quantum licet aſſequi: *Si Ludovicus ſacramentum, quod ſuo fratri Karolo jurat, conſervat, et Karolus meus ſenior ex ſua parte non illud tenet, ſi ego retornare non poſſim, vel nolim ad eum retornare, in nullo ei auxilio ero contra Ludovicum.* Vbi obſervare licet in Romana veteri iſta Lingua, ſervatas ac uſurpatas aliquot Latinas voces, *ut amor, unquam, jurat, conſervat, contra, in damno ſit:* praeterea alias Francis noſtris haud ita pridem in uſu, ut *ſalvare jo,* ubi noſtri *ſauveraije, adjudha,* pro *ayude,* quomodo Picardi dicunt: *meon vol,* ubi noſtri, *mon voill, etc.* Quaedam etiam alia occurrunt vocabula male deſcripta, ut *ſalvar dift:* legendum enim *duſt,* i. e. *debet:* nam Theotiſcum hoc loco praefert, *ſcal,* quod idem ſonat apud Keronem: et in ſacramento populi, pro *meo ſendre,* Bodinus habet *ſender,* ſed legendum videtur *ſenior,* quae vox vulgaris uſus etiam erat. Pro *taniſt,* Bodinus habet *taint, i. tenet,* quemadmodum Normanni etiam efferunt. Quae ſequuntur paulo intricatiora ſunt: *ſi jo returnar non int pois,* hiſce reddidi: *ſi ego retornare nequeo,* ſic enim Theotiſca ſonant; *nemag* quippe idem valet quod *nequeo, non poſſum: mag* exponitur *poſſiem* apud Keronem. Reliqua, quae non magis ſunt expedita, neſcio, an bene reddiderim, *ne jo, ne neuls,* (al. *veuls*) *cui eo returnar nit pois,* ubi *pois,* Theutonice redditur *mag. i. poſſum.* Neque etiam voces poſtremae planae ſunt, *nun li juer,* ubi legendum puto *fuer, i fuero,* nam Theotiſcum hoc loco praefert *ne wirdhit,*

s) ds.
u) ſanir.
x) pordi.
y) ſalverio.
z) por.
a) fradra.
b) qui id un altre ſi faret.
c) Bodin.
d) meo ſender.
e) par.
f) taint.
g) luit.
h) me. vel nit.

dic, quae vox, vel certe *wirthit*, quae eadem eſt, *fuerit*, exponitur in Capitulari Theotiſco Ludovici Pii apud *i*) Browerum, ut *theru*, non ſemel pro *ipſe*, *ille*, ponitur, quae vox occurrit in eodem ſacramento: ubi enim *ne neuls*, Theotiſcum praefert *noh thero*. Atque haec quidem Romana Nithardi, licet mendis utcumque carere non dubitem, velim Lector conferat cum veteri charta vernacula in Ruthenenſi Comitatu, ubi Lingua Lemovicina perinde uſurpata, ſub Ludovico VI. hoc eſt, circa annum MC. exarata, quam deſcripſimus ex Tabulario Abbatiae *k*) Conchenſis, ut idioma ejuſce aevi cum idiomate aevi Carolini comparet. *Ego in Dei nomine, ego Hector, et Pontius de Cambolas, et ego Falcas, daqueſta hora ad enant ella villa de Pradis, home ni femena de las crodes enins non y prendren, ni ly feren ni ly queeyren, ni ſon aver, no ly tolren, ni fac nou lafaren, ni deforas los crous home ny femenaque ſien en la villa ſia eſta debors, ſe per forfactura qué faran aquez no no fazian, et a quo no faran tro el Abat, et al Priour, quella villa tenria clamat o aeſem una vice vel duas. Et ſe els reddezer nos o fazio que non preſſen ſubre noſtre dreich, et ſeneſcian, et o efrangrian fers XIII. dias al ſo monimemt del Abbat o de ſo meſſatgue, o del monegue que la vila tenria, o de ſo meſſatgue, o emenderan aiſſi o tenuren, et o atendren per fe, et ſenes engan per es ſaints Evangelis. Authores Ademarus, Ruthenenſis Epiſcopus, et Odolricus Archidiaconus, et Guillelmus et Azemarus Dauriat, Bac de Petra bruna, Folquenis de Segur, Bernardus, qui vocatur Graecus, Bernarz Guiralz della Salas, Bernarz de Cannet, Deuſdet de Caunat, et Peire de la Vallada, Rainalz lo Monges, et altre mol que ouiro, et que audiro. Regnante Ludovico Rege.*

XXXV.

Latina Lingua non omnino extincta, ſed admodum vitiata.

Inter haec tamen non extincta omnino Latina Lingua, licet in ſenium quodammodo abierit, totque etiam barbararum gentium colluvies hanc vel deturparit, vel abſumpſerit, cum neque poſthac amplius uſu hominum frequentaretur: hanc enim qui in literis utcumque verſati fuere, vel ſacris ordinibus initiati, ut rerum Eccleſiaſticarum ſtudiis neceſſariam excoluerunt. Quin etiam ſervata ab ipſis (quod mirari licet) barbaris Romanorum provincias pervadentibus: cum hac, tum in legibus ſuis, publiciſque decretis, tum etiam in actis, qua publicis, qua privatis, tanquam quae ab omnibus intelligeretur, uſos paſſim legamus, quia forte Linguam ſuam nativam, ut barbaram inſulſamque ejus pronuntiationem aures mollioribus aſſuetas naturaliter refugere perſuaſum haberent: quod non in Galliis modo, ſed et in caeteris, quae Romanis olim paruerant, provinciis accidiſſe comperimus. Vel certe quod iis potiſſimum Romanis ſcriberentur, quos ſubjugarant, qui

i) *In Proparaſc. Annal. Trevir. n.* 14. *k*) *Cl.* 56.

qui longe potiori majorique erant numero quam barbari ipſi, quibus ii parebant, cum denique Romanis Gallis ignota prorſus eſſet Lingua barbarica. Id porro non minime ad Latinae Linguae commendationem conducit, quod inter tot barbararum gentium ubique fere terrarum quaſi exundationes ſe ſe utcumque ſervarit incolumem: ita ut Romana Eccleſia propriam ſibi effecerit, et caeterae nationes, etiam remotiſſimae, et quas Romani nunquam attigerant, non in Scholis modo publicis, verum etiam in actis fere omnibus ea uſi legantur. Vnde ortum deinde ut Eccleſia Romana, *Latinae Linguae* nomenclatura intelligatur in quodam *l*) Stephani PP. IX. diplomate: *in quorum ſorte non inferius Cluniacenſe Caenobium, quod ab ipſo ſuae fundationis primordio hactenus evibrat longe lateque ſanctae converſationis jubar ſanctiſſimum: adeo ut faciendo et docendo extiterit, et exiſtat Gallicanis, Germanicis, Italicis et plano cunctis Latinae Linguae Monaſteriis forma atque ſpeculum.* Atque id quidem in Gallia noſtra ſic obtinuit, ut et acta publica ac privata pleraque et ſuprema Curiarum judicia, Latino fere idiomate ſemper deſcriberentur, quod ſerius deſitum Franciſco I. regnante.

XXXVI.

Qui fuerit ſervata Latinitas. De Gloſſis: Quid ſint.

m) „Accidit deinde, quod fieri ſolet, ut gnavi homines et „induſtrii, tanquam frugi patres-familias, quae in ſua cujusque „aetate fuerunt vocabula, tanquam variorum cujuſdam longi anni „temporum baccas et fruges et vindemiam, in Libros, quaſi in „quaſdam cellas et horrea et ſpecus condiderint ante longo tem„pore, et invexerint. Itaque quaedam in dulcibus ac ſuavibus „Commentationibus, tanquam in melle et paſſo, et defruto ſerva„ta, quaedam in contentionibus acribus et vehementibus, quaſi in „quodam falſo atque aſpero ſucco et dura muria cooperta, quae„dam in parvis et exilibus opuſculis, quaſi in ſeriis, et cupis, et „doliolis, quaedam in magnis et ingentibus voluminibus, tanquam „in vaſto ſpecu atque horreo concluſa, uſque ad nos integra, il„laeſa, intacta, pura putaque venerunt. In hoc penu eſt, quid„quid illius verae ac veteris Linguae foetus ac fructus fuit, „quicquid extra eſt, ſpurium eſt, adulterinum eſt, nec germanum „ac verum, ſed adſcititium ac ſuccedaneum. Et quamquam pluri„ma quidem amiſimus per temporis injuriam, quae vel extincta „prorſus interierunt, vel abdita, neque dum reperta ignorantur, „magnum tamen theſaurum, et infinitam copiam Graecarum ac „Latinarum vocum reperimus, ac in uſu habemus. Nam praeter„quam quod in veterum Scriptorum monumentis patet omnibus, „emerſere ſubinde rei literariae ſtudioſi, quibus curae fuit ſelecta „utrius-

l) *In Bullario Cluniac. p. 15.*

m) *Thomas Smithus l. c. de pronunt. Linguae Gr. p. 9.*

„trinsque Linguae ac' recondítiora etiam vocabula colligere, et „posteritati servare, Glossarum nomine in publicum hactenus emisi„sa.„ In iis porro Glossis non modo probae nitidaeque Latinitatis vocabula, sed etiam antiquata, obsoleta, interdum etiam recens inducta, denique et barbarica vitiataque inserta sunt ab earum descriptoribus, qui tritico suo infelicia inspersérunt lolia. Quo factum deinceps, ut, dum nullo delectu, ejusmodi vocabulis utuntur imperiti *n) qui rusticum putant omne, quod nositur, quibusque adulterium Linguae etiam placet*, non jam Latinae loquuntur, sed barbare: cum iis, a quibus exaratae sunt Glossae de primis earum auctoribus loquor, non ea mens fuerit, ut horum vocabulorum promiscuus esset usus; sed ut cum apud Scriptores occurrerent, significatus a Lectoribus perciperetur. Vnde recte dicebat *o)* Varro, *inductis non tam iracundum, quam hujusce pravitatis patronis*. „Propterea Glossas appellarunt Graeci Linguam *p)* secretiorem, „ut γλωσσήματα, voces minus usitatas; quae scilicet a veteribus „Scriptoribus inductae, a communi usu recesserant, quemadmodum γλῶσσαν definit *q)* Galenus Τὰ τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δὲ ἀκίτις ἐστὶ τὰ μὲν τοιαῦτα, inquit, γλῶτται καλᾶσι. Et infra: Ἡ γλῶσσα παλαιόν ἐστιν ὄνομα τὸ συνήθους ἐκπεπτωκός. Neque aliter *r)* Theon Sophista: Τὰ ἀρχαῖα, τὰ πάλαι συνήθη, νῦν δὲ ἐκλελοιπότα. Atque his addit Galenus ea vocabula, quae a quibusdam e veteribus inventa, ab aliis tamen deinceps nec admissa, nec usurpata sunt: unde conficit duo esse genera Glossarum, scilicet, ἢ τὰ ἴδια παρὰ πᾶσιν ὀνόματος ἐκπεσόντος, τὰ ἐκπεπτωκότα συνηθείας, ἢ τὰ γενόμενα παρά τινος τῶν παλαιῶν. μὴ παραδεχθέντος ὅλως εἰς τὴν συνήθειαν, quomodo, subdit ille, Hippocrates καὶ μὲν ἐκ τῶν ὄντων ἐν συνήθων ὀνομάτων παραλαμβάνει, τὰ δὲ αὐτὸς ποιεῖ τὰ δὲ καὶ τοῖς σημαινομένοις ὑπεναλάττει. Quibus quidem postremis verbis tertium Glossarum genus inducit, eorum scilicet vocabulorum, quorum genuina significatio in aliam detorquetur, quod Dioscoridem, et Artemidorum Capitonem non semel feciisse observat: cujusmodi etiam complura occurrunt apud Latinos aevi medii Scriptores, praesertim Ecclesiasticos, quae in nostro Glossario explicantur. Sed et γλώσσας Graeci proprie vocabant ξένας, seu peregrina vocabula, uti docent *s)* Aristoteles et *t)* Clemens Alexandrinus: ξένα nempe τὰ ὀνόματα, τὰ ἑτέροις μὲν ἐπιχώρια, τοῖς τὴν ἄλλην ἀ συνήθη, vt ait *u)* Theon Sophista. Eiusmodi fuere Diodori Ἰταλικαί, Hermonis Κρητικαί, et Philemonis Ἀττικαὶ γλῶσσαι, quae laudantur ab Athenaeo, et aliis, quibus adjungi possunt Phrynichi et Thomae Magistri editae Ἀττικῶν ὀνομάτων συλλογαί. Laudantur praeterea nonnulli alii Glossographi ab eodem Athe-

n) Hieron. ep. 22. c. 13.
o) Lib. 8. de Ling. Lat.
p) Quintil. l. 1. c. 2. 14.
q) Galen. in Gloss. Hippocrat.
r) Theon. p. 34.
s) Aristot. de Poët. et de Rhet.
t) Clemens Alex. l. 1.
u) Theon. p. 30.

Athenaeo, ſcilicet Pamphilus, Philetas, Timarchidas et Nicander Colophonius, qui γλώσσας Heroico verſu ſcripſit, unde ἑπικοὶς appellatur: ut et Dioſcorides Iunior ab Galeno, Appollodorus Cyrenaeus a x) Suida, Zenodotus, Silenus, Himerius, Philetas a Scholiaſte Apollonii Rhodii, Simmias ab Eudocia Macrembolitiſſa, Philoxenus Alexandrinus Grammaticus apud eandem Eudociam et Suidam. Hanc denique vocem ad Poeticorum vocabulorum explicationem ſua aetate traductam, ait y) Plutarchus: (2) Ὧν (ὀνομάτων τὴν ποιητικὴν ἀνακαλυμένην διαβάλλουσιν ὡς βαρβαρίζουσαν, ὃς γλώττας τὰς τοιαύτας προσαγορεύοντες. Ita etiam Iulius Pollux. Et certe *Gloſſulas Poetica* memorat alicubi z) Diomedes. Enimvero cum in ejuſmodi Gloſſis, una cum obſoletis, confictis et peregrinis, vulgo etiam receptae, et quae in communi uſu verſantur, inſertae fuerint, factum deinceps ut *Gloſſas* promiſcue dicerent quaſvis dictiones quae aliis explicarentur: vel *Gloſſulas*, uti appellantur in a) Gloſſis ab Henrico Stephano editis, ubi λέξεις exponuntur. Neque aliter b) Alcuinus, ſcribens, *Gloſſam eſſe unius verbi vel nominis interpretationem*. Eadem ferme ratione Gloſſas acceperunt recentiores Grammatici, ut ex Vgutione et Ianua colligimus, quorum haec ſunt: *Gloſſa eſt expoſitio ſententiae et ipſius literae: quia non ſolum ſententiam, ſed et verba attendit. Vel Gloſſa eſt expoſitio ſententiae, literam continens et exponens: unde et dicitur Gloſa, quaſi Gloſſa, id eſt, Lingua, quia tanquam Lingua doctoris adeſſet, exponeret, ſic literae exponendae inſiſtit, et vim enucleat.* Hic porro non moror ineptas recentiorum Grammaticulorum nugas. Eadem deinde ratione *Gloſſemata* dicta vocabula minus uſitata, uti obſervatum ex Quintiliano: quae vox, licet ex nullo Graeco Scriptore afferatur, occurrit praeterea apud c) Varronem, a quo laudantur, *qui Gloſſemata interpretati ſunt*, et apud d) Soſipatrum. Hinc quinque genera locutionum ſtatuit e) Diomedes, Rationale, Artificiale, Hiſtoricum, Gloſſematicum et Commune: ubi Gloſſematicum videtur illud, quod ex Gloſſis, ſeu vocibus antiquatis ac peregrinis, vel etiam ex earum collectione conflatum eſt, qualis eſt illa Gloſſarum ſylloge, quae Iſidorum autorem praefert, ſeu ille Hiſpalenſis fuerit, ſive quiſquis alius, in qua obſoletae complures, et quae rarius alibi occurrunt, habentur, ab antiquariis perperam ſaepe deſcriptae. Haec porro fuſiori ſermone diſſeruimus, ut Lector tandem perciperet, cur noſtro operi titulum indiderimus Gloſſarii potius quam Dictionarii, cum vetera aliquot, et obſoleta a priſcis Latinis olim uſurpata, a recentioribus rurſum neſcio quo fato reducta, praeterea barbara ſeu peregrina, Latina etiam, ſed nova-

x) *Lib. 1. ſect. 50. lib. 2. Sect. 47. 61.*
y) *Plut. de Iſide et Oſiride.*
z) *Lib. 2. pag. 420.*
a) *Pag. 327. 527.*
b) *In Grammat.*
c) *Lib. 6. de Ling. Latin.*
d) *Soſip. l. 1 Inſt. Gram.*
e) *Diomed. l. 2.*

novitae ſignificationis, hoc eſt, quae a recta, et eorum proprio ſignificatu deflectunt vocabula contineat: atque ut verbo dicam, quae Latinitas, ſeu *f) incorrupta loquendi obſervatio ſecundum Romanam Linguam*, non agnoſcit.

XXXVII.

Antiquiora Glaſſarum vocabula prava affectatione a nonnullis uſurpata.

In his igitur, quarum meminimus, Gloſſis, ſeu Gloſſariis, Latina interdum vocabula miſcentur, ab ultimis jam obliteratis temporibus repetita, quae ſtudio peculiari, nulloque ſaepe delectu uſurpata ſunt ab inferioris aevi Scriptoribus in ſpeciem quandam reconditioris doctrinae *g)*, quod verba a vetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habere, ſed etiam afferre orationi majeſtatem exiſtimarent, cum et auctoritatem antiquitatis habeant, et, quia intermiſſa ſunt, gratiam novitati ſimilem parent.

XXXVIII.

Quod vitium Hincmarus Remenſis exprobrat Hincmaro Laudunenſi.

Id ipſum longe poſtea objecit *h)* Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus Hincmaro Laudunenſi Epiſcopo, qui in Scriptis ſuis plurima ex ejuſmodi Gloſſulis collecta abſtruſa vocabula nulla judicio interſeruerat: *Verba quoque*, inquit *abſtruſa, et undecunque per Gloſſulas collecta et ſine ratione poſita, quae in hoc ſcripto tuo poſuiſti, ſicut et in aliis Domino Regi et mihi olim directis congeſſiſti, redarguunt te typo jactantiae, cum dicat i) Apoſtolus: Vocum novitates devita, et: Malo quinque verba loqui in Eccleſia ad aedificationem, quam decem millia verborum in Lingua. Qui enim Linguam, in qua natus es, non loqui, verum nec intelligere, niſi per interpretem potes, cum ſuppeterent ſufficienter verba Latina, quae in his locis ponere poteras, ubi Graeca et abſtruſa, et interdum Scotica, et alia barbara, ut tibi viſum fuit, notabat atque corrupta poſuiſti.* Et infra: *Nos etiam moderni Gloſſarios Graecos, quos ſuatim Lexicos vocari audivimus, ſed et ſapientum ſcripta de nominibus abſtruſis habemus, et adeo ſenſaruli ſumus, ut dictatiunculas eo uſque circumducere et producere poſſimus, quatenus verba Graeca vel abſtruſa de Gloſſariis adſumpta in admirationem vel ſtuporem neſcientibus ſeu ſcalpentibus proferre poſſimus.* Denique in *k)* Concilio Duſiacenſi I. eundem Laudunenſem ſic carpit: *Quapropter nunc tibi iterum, Frater, ſcribo, non pueriliter ſermonibus per Gloſſulas exquiſitis, ut ſtudes, quo ſine ullo intelligentiae ac inſtructionis fructu, a fatuis inanes admirationis rumuſculos capias, nec quaſi aerem verberans, vel mundanae ſapientiae verbis, aut ſaeculari militia tecum pugno, ſed virtute diſpoſitionis divinae, etc.* Vbi ſane Gloſſaria, quae ab Henrico Stephano, deinde

f) Diomed. l. 2. Maxim. Victorin. de Re Gramm.
g) Quintil. l. 1. c. 11.
h) In Opuſc. 55. Capit. c. 43.
i) 1. Timoth.
k) Part. 2. c. 20.

deinde a Bonaventura Vulcanio edita sunt, videntur intelligi, cum eo, quo uterque vixit Hincmarus aevo, in Francia nostra passim haberentur, vel etiam Linguae Graecae cognitio Carolo Calvo regnante utcumque floruerit, quod testatur *l)* Hericus Monachus S. Germani Autisiodorensis in in ejusdem S. Vita carmine a se edita, quem sic alloquitur in Epistola illi inscripta: *Luget Graecia, quam sui quondam incolae jamdudum aspernantur, vestra potius magnanimitate delectati, studiis allecti, liberalitate confisi: Luget, inquam, se olim singulariter mirabilem, ac mirabiliter singularem a suis destitui. Dolet certe sua illa privilegia, quod nunquam hactenus verita est, ad climata nostra transferri.*

XXXIX

Quaenam Glossaria primas teneant, sintque aliis praeferenda.

Inter tot autem, quae labentibus saeculis prodiere, Glossaria, seu λεξικὰ, primas procul dubio tenere illa debent ac praeferri caeteris, cum propter venerandam, qua praestant potissimum, antiquitatem, tum ob extincta fere, ac oblivione sepulta, quae in lucem rursum revocant, reconditioris Latinitatis vocabula. Atque ea jure merito ut incomparabilia passim venditantur a *m)* viris eruditis, quorum auctorem Iustiniani aevo superiorem fuisse existimant: a Professoribus forte ac Grammaticis Constantinopolitanis, qui in utraque lingua florebant circa ea tempora, quod ex Prisciano et aliis colligere licet, condita: in quibus tamen reperiuntur voces aliquot, vel obsoletae, vel a veteribus tantum usurpatae, vel denique quas cultior Latinitas omnino non admiserit. Id prae caeteris observatum a Salmasio in libro de hellenistica: „Multa, inquit, idiotica vocabula in hisce Glossis occurrunt, quae „cum apud idoneos auctores non extent, et cum Gallica plerumque nostratia ex his derivata sint, liquet inde, plebeii ea tantum „usus fuisse, non doctorum indaginis. Talia sunt *Matta*, pro tegete, nunc *Nattam* dicimus: item *Storea*, pro eodem: *Sculna*, „pro sequestro: et infinita. *Scordalus*, pro feroce, quo usi Seneca „et Petronius: at illi trivialis sermo et plebeius objectus est a „Criticis: *Cocio* et *Arillator*, pro negotiatore: *Vissire*, pro flatum a „parte postica emittere: cujus verbi mentio apud Lucilium: item „*Manuari*, pro furari: *Manuae* pro manipulis: *Elutriare*, pro lavare, quo tamen usus est Plinius. Non pauca ejusmodi sordentia vocabula Laberium usurpasse Gellius notavit, quae apud eum videri „possunt. Cimussa, pro ατιμὰ; *Gerdius*, pro textore. Inexhausta „leges est harum vocum idioticarum, quas hic colligere et explicare non decrevi: haec ad exemplum sufficiant.„ Hactenus Salmasius. Servatur etiamnum in Bibliotheca Monasterii S. Germani Parisiensis, unde ea olim deprompserat Henricus Stephanus, vetus

l) Hericus Mon. in Vit. S. Germani.

m) Lud. Carrio l. 3. Antiq. lect. c. 4. Salmas. lib. de Modo usur. p. 705.

vetus Codex alter ſub Carolo Calvo Rege uncialibus literis a quodam Martino ſat male deſcriptus in quo horum alterum, Graeco-Latinum ſcilicet, continetur: qui quidem codex mendis licet ubique ſcateat, non modicum tamen conferre poteſt ad emendandum illud, quod editum eſt. Fuit Eccleſiae olim Laudunenſis, ut ex hac Epigraphe colligitur: *Hunc librum dederat Bernardus et Adalelmus Deo et S. Mariae Laudunenſis Eccleſiae: ſiquis abſtulerit, offenſionem Dei et S. Mariae incurrat.* Sed quod obſervandum, Gloſſario praefigitur epiſtola, neſcio an collectoris, vel auctoris, quam hic deſcribere viſum eſt, ut cuivis liceat de ea judicium ferre: *Dilectiſſimo Abbati S. M. fidiſſimus amicus verum in Chriſto ſalutem: Lectis epiſtolae veſtrae literis, Amantiſſime Abba, per quas me ſuper quibuſdam queſtiunculis conſulere voluiſtis, animadverti diligentiam efficacis ingenii veſtri nequaquam rerum temporalium tumultibus ſuccumbentem, ſed Scripturarum meditationibus laudabiliter inhaerere. Atque idcirco dignum eſt, ut pie pulſanti aperiam, imo ipſe per me pandere dignetur, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiae et ſcientiae abſconditi, qui aperit, et nemo claudit, claudit et nemo aperit, ſplendor eſt lucis aeternae, et ſpeculum ſine macula. Accipite igitur ἐρωτήσεων veſtrarum ſolutiones, quas de Graecorum fontibus haurire ſtuduimus, et vobis legendas ſine praejudicio altioris forte interpretationis tranſcripſimus.* Quae quidem Epiſtola fortaſſe ſcripta fuerit Smaragdo S. Michaelis ad Moſam Abbati, qui vixit anno DCCCXX. cujus nomen vel dignitas hiſce literis SM. deſignetur.

XL.

Ceteris praeſtat Dictionarium Salomonis Conſtantienſis Epiſcopi.

Laudatur deinde Dictionarium SALOMONIS Abbatis S. Galli, poſtea Epiſcopi Conſtantienſis, qui praeceptorem habuiſſe Iſonem S. Galli Monachum, cujus ſunt Gloſſemata in Prudentium, obiiſſeque dicitur anno DCCCCIX. Dictionarii Salomonis meminit *n*) Chronicon Epiſcopatus Conſtantienſis, ut et *o*) auctor Chronici Auguſtani, ubi de Henrico Abbate SS. Vdalrici et Afrae: *Salomonis Conſtantienſis Epiſcopi Dictionarium Magnum, quem Papiam appellant, ſcribi fecit.* Vnde videtur confici, Papiae nomine donatum, qui ſaeculo poſt integro vixit, quod is forte a Salomone pleraque hauſerit in eo, quod poſtmodum compoſuit, Gloſſario. Salomonianum vero eſſe non auſim aſſerere, nullo praeſertim auctore, quod characteribus Longobardicis deſcriptum habetur in duobus grandioribus voluminibus, altero in Bibliotheca D. Iolii Cantoris Pariſienſis a litera A. uſque ad literam I., altero a litera I. uſque ad ultimam, in Bibliotheca S. Germani Pariſienſis *p*); quod integrum

n) *Chron. Epiſcopat. Conſtans. p. 635.*
o) *Part. 2. c. 2.*
p) *Vtrumque volumen hodie aſſervatur in Biblioth. S. Germani.*

tegrum in Bibliotheca Vaticana extare etiam didicimus. Longe enim ante Papiam ſcriptum apparet, cum multa contineat vocabula, quae ille non habet, Papiaeque non meminerit, ſed Scriptores claſſicos praeſertim recenſeat citetque, Ciceronem, Virgilium, Placidum, Eutropium, Oroſium, Iſidorum, Eucherium, Ambroſium, Hippocratem, Galenum, Origenem, ſeu eorum Interpretes, praeterque aque Gloſſas, quas ſaepius nomine *Antiquarum Gloſſarum* donamus in noſtro Gloſſario. Gloſſas Salomonis non ſemel laudat *q*) Goldaſtus, quas extare ait Conſtantiae, et in Coenobio S. Galli, ut et librum de Septem artibus liberalibus. Sed et *r*) alibi videtur innuere Gloſſarium iſtud, quod ex omnibus veterum Gloſſariis collectum ait, ab Iſone Magiſtro Monacho S. Galli, qui obiit anno MCCCLXXI. ut auctor eſt Hepidannus, nomine diſcipuli ſui Salomonis Conſtantienſis Epiſcopi fuiſſe editum. Atque illud quidem Gloſſarium, quod interdum Longobardicum, interdum Eccleſiae Pariſienſis appellamus, caeteris quae ſubſecuta ſunt, jure praeferri debet, cum ex pravis illis ac ſemibarbaris vocabulis, quae ea induxere, vix habeat, praeter ea quae ex Gloſſis, interdum aliquot laudat; ſed ſynonyma complura, eaque a probis Scriptoribus repetita contineat. Verum qui illius auctorem excepere deinceps ejuſmodi Gloſſarum collectores, non eo, quo par erat, delectu vocabula ſuis lucubrationibus intruſere; ſed poſthabitis iis, quae cultior agnoſcit Latinitas, nova vel a ſe conficta, vel a ſemibarbaris deprompta Scriptoribus malo, ut aiunt, fato induxere. Inde enim accidit, ut artium ac diſciplinarum Magiſtri has novitiorum curas et infauſtas racemationes veterum eruditiſſimis perfectiſſimiſque Commentariis, qui nativum ſermonem Latinum una cum lacte materno imbiberunt, anteponerent, et in Scholis ſuis, pueris vel addiſcendas, vel conſulendas curarent. Adeo ut neſciam an nulla unquam deterior peſtis juventuti corrumpendae, et a regia veterum via deducendae graſſata fuerit, quam cum profligatis et in exilium miſſis veteribus, diſpendioſi novorum iſtorum hominum Commentarii in illorum locum ſubrogati ſunt.

XLI.

Aelfrici Gloſſarium Latino-Saxonicum.

s) Eodem, quo Salomon Conſtantienſis Epiſcopus ſaeculo, vixit AELFRICVS Anglus, Abbas Abindonenſis, deinde Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui non modo Grammaticam Saxonico-Latinam, ſed et Gloſſarium Latino-Saxonicum, non literarum quidem ordine, ſed ſecundum certa rerum ac argumentorum capita conſcripſit, in quo complura vocabula, aut nove dicta, aut rario-

q) *In Not. ad S. Valerian. p. 102. et ad Verſus Columbani, et l. 1. Alemann. p. 302. Simler. in Bibl.*

r) *Idem Goldaſt. in Alamannicis p 230.*

s) *Ioan. Pitſeus de Scriptor. Angl.*

rarioris usus reperiuntur. Illud Oxonii editum cura Guilielmi Somneri cum ejusdem Dictionario Saxonico-Latino Anglico ann. MDCLIX. Obiit ille anno MXVI.

XLII.

Papiae rudimentum Elementarium.

Floruit porro PAPIAS, cujus paulo ante meminimus, ann. MLXIII. ut est in Chronico Alberici MS. non vero anno MCC. ut *t*) Trithemius tradidit. Alberici verba sunt: *Anno* MLIII. *anno decimo tertio Imperatoris Henrici filii Conradi, Papias librum suum videlicet Elementarium doctrinae rudimentum edidit: quod probatur per numerum annorum, ubi agit de aetatibus saeculi, in prima litera et enumerando pertingit usque ad hunc annum.* Prostat vero ejus Glossarium typis editum cura Bonini Mombritii, cujus sunt Vitarum Sanctorum duo volumina) Venetiis anno MCCCCXCVI. mens. April. XIX. Sane non tam de novo condidisse, quam antea utcumque digestum ac elaboratum Glossarium auxisse videtur ipse innuere, in Praefatione, verbis hisce: *Iam vero de hujus artis nomine non praetermittendum videtur, quod quidem et si olim quia verbi, et simpliciter unius alterius dictionis retinebat interpretationem, Glossarium vocaretur; jam vero definitionibus, et secundum regulas notationibus, sententiis quoque, et multis id genus superadditis, altius atque aptius Elementarium doctrinae erudimentum nominari poterit.* In eo porro condendo decennium insumpsisse testantur versus adscripti Papiae exemplari Aquicinctinensi, et a viro doctissimo Ioanne Mabillonio exscripti, ubi nescio quis Rainaldus nominatur, a quo hic codex descriptus fuit. Scripsisse praeterea Papiam Epistolarum librum ad diversos, auctor est Trithemius. Edidit etiam Elias Putschius inter Grammaticos veteres Notarum veterum explicationes ex Papiae Glossario, quas in MSS. Codicibus, quos videre contigit, non animadverti.

XLIII.

Expositio Synonymorum Ioannis de Garlandia.

u) Eadem ferme tempestate, qua Papias, vixit IOANNES DE GARLANDIA Anglus, anno scilicet MXL. Haraldo in Anglia regnante, qui multa scripsit, atque in iis Synonymorum in arte Alchymistica expositionem secundum ordinem literarum, editam Basileae cum ejus Alchymiae Compendio anno MDLX. cujus etiam circumferuntur Synonyma et Aequivoca, versibus descripta, quae cum Commentario typis edita sunt Coloniae anno MCCCCXCV. et in scholis vulgo legebantur; quemadmodum *x*) Ebrardi Betunienfis Graecismus, seu Liber carmine conscriptus de Figuris, deque octo orationis partibus, editus Lugduni

t) *De Script. Eccl.*
u) *Baleus Pitseus.*
x) *Henricus a Gandavo de Script. Eccl.*

anno MCCCCXC. cum Expoſitionibus Vincentii Metulini, ejusdemque elementa Grammatica Lovanii edita: qui an ille ipſe ſit, cujus Antihaereſim contra Valdenſes haereticos vulgavit Iacobus Gretzerus, dubium facit Diſtichon ab *y*) Antonio Sandero et *z*) Valerio Andrea allatum:

Anno milleno centeno bis duodeno.
Condidit Ebrardus Graeciſmum Bethunienſis.

Secundum enim hos verſus Graeciſmum ſuum conſcripſerit ille anno MCXII. Verum cum vox *bis*, referri etiam poſſit ad *centeno*, quod ſane magis arridet, proindeque ſcripſerit anno MCCXII. idem cenſeri poteſt cum eo, qui contra varias Valdenſium ſectas, quae ſub exitum ſeculi undecimi, et initium duodecimi tum primum innotuere, ſcripſit. *a*) Laudantur praeterea ejusdem Ebrardi Epiſtolae ſecundum artem dictatae, ex Bibliotheca Monaſterii Dunenſis in Flandria.

XLIV.

Vguzionis Vocabularium.

Papiam excipit VGVTIO Piſanus, qui longe fuſius ac multa vocabulorum et ἐτύμων acceſſione auctius edidit, ſive Gloſſarium, ſive Dictionarium, quod MS. in Bibliothecis paſſim reperitur: tam typis excuſum non puto, quod cum ars typographica inventa eſt, in ſcholis haberetur illud, quod a Ioanne de Ianua ex Papia et Vgutione confectum eſt. In Praefatione vero conſilium operis et nomen ſuum ita aperit „Opus igitur divina favente „gratia componere ſtatuimus, in quo, prae aliis, vocabulorum ſi„gnificationes, ſignificationum diſtinctiones, derivationum origines, „etymologiarum aſſignationes et interpretationum reperientur ex„poſitiones: quorum ignorant a Latinitas naturaliter indiga qua„dam doctorum pigritia non modicum coarctatur. Nec hoc tan„tum ut vitream cenodoxiae fragilitatem lucrifaciamus, adimplere „conabimur, quantum ut omnium ſcientiae literarum invigilantium „communis inde utilitas effloreſcat. Nec minus deſcendat in men„tem, nos in hoc opere perfectionem inſinuatim adhibere, cum in „humanis nihil ad unguem inveniatur expolitum, licet aliis de hac „eadem re tractantibus quadam ſingulari perfectione haud injuria „videri poſſumus excellere. Nam hic parvulus delectabitur ſua„vius; hic adultus uberius cibabitur; hic perfectus affluentius de„lectabitur; hic Gignoſophiſtae triviales, hic Didaſcali quadrivia„les, hic Legum profeſſores, hic Theologiae perſcrutatores, hic „Eccleſiarum proficient gubernatores: hic ſupplebitur, quicquid „hactenus ſcientiae defectu praetermiſſum eſt; hic elimabitur, quic„quid a longo tempore male uſurpatum eſt. Si quis quaerat ope„ris

y) *Sander. in Bibl. Mſſ. p. 222.*
z) *In Bibl. Belg.*
a) *Sander. in Bibl. Mſſ. p. 203.*

„ris hujus quis actor fuerit, dicendum est Deus. Si quaerit, quod „operis hujus fuerit instrumentum, respondendum est, quod patria „Pisanus, nomine Hugutio, quasi Eugetio, id est, bona terra, non „tantum praesentibus, sed etiam futuris: vel Hugutio, quasi Vi„gitio, id est, virens terra, non solum sibi, sed etiam aliis. Ex his tamen quis ille Vgutio fuerit, et quo vixerit saeculo, non percipimus: sed id docemur ex Chronico Nonantulano MS. cujus „verba hic describemus: Per haec tempora (circa annum MCXCII.) „Agno Vgutio, natione Pisanus, Episcopus Ferrariensis, qui datus „a Sede Apostolica Coadjutor Abbati Monasterii Nonantulani pro„digo homini, ex libro Papiae, qui illic est, librum derivationum „composuit. Ejus obitum circa ann. MCCXII. conjicit Vghellus, „cui haec de Vgutione haud nota fuerunt.„ Laudatur porro is sub nomine Pisani a nescio quo Poëta infimi aevi MS.

Est commune Gigas, Pisanus ut asserit: unum
Approbo Galterum, qui protulit, Vna gigantum.

XLV.

Catholicon Ioannis de Ianua.

Papiam et Vgutionem exscripsit, auxitque tandem IOANNES DE IANVA, operique suo titulum dedit: *Summa, seu Catholicon*, unde postmodum, quae prodiere Dictionaria, hoc nomine fere donata sunt, cui praemisit multa ad Grammaticae regulas spectantia. Quando vero illud absolverit hisce verbis indicat in ipso libri fine: *Immensas omnipotenti Deo Patri et Filio et Spiritui Sancto gratiarum referimus actiones, qui nostrum Catholicon ex multis diversis Doctorum texturis elaboratum atque contextum, licet per multa annorum curricula in millesimo ducentesimo octuagesimo sexto anno Domini, Nonis Martii ad finem usque perduxit.* Quis vero fuerit, ipsemet in voce *Ianua*, edocet: *Item a Ianua porta dicta est Ianua, quaedam civitas potens, nobilis, pulcra, et dives, juxta mare sita, et est quasi introitus et porta Lombardiae, Tusciae, provinciae. Hujus civitatis oriundus fuit compilator praesentis libelli, qui dicitur Prosodia, vel Catholicon. Compilator siquidem hujus operis dictus Frater Ioannes Ianuensis de Balbis, de Ordine Fratrum Praedicatorum modicus, qui etiam compilavit alium libellum in Theologia, qui dicitur Dialogus de quaestionibus animae ad spiritum: qui etiam composuit quoddam opus Paschale, ubi scilicet de facili reperitur Pascha, scilicet hoc opus Paschale composuit, antequam Ordinem intraret.* Prostat autem Ioannis de Ianua Catholicon non semel typis editum, ac primum Moguntiae in ipsis Typographiae initiis anno MCCCCLX. cujusmodi videre licuit in Bibliotheca PP. Fulliacensium Parisiis; deinde Venetiis, scilicet anno MCCCCLXXXVII. quo sum usus codice potissimum, et a Magistro Aegidio auctum et recognitum, et denuo ab Ascensio Badio auctum, Lugduni per Io-

annem de Platea anno MDXIV. Caeterum monet *b)* Philippus Boſquierus Minorita in Catalogo MSS. librorum Bibliothecae Monaſterii S. Ghisleni Ioannem de Luna appellari. Sed vereor, ne male legerit: de quo haec ſubdit: *Addo, quod et ſi e) Eraſm. Roterodamus Catholicon Ianuenſis infamet et velut de gradu dejiciat, qua Latinitas ſpectatur, ego tamen in rebus Theologicis ſentio non contemnendum.*

XLVI.

Matthaei Silvatici Pandectae Medicinae.

Prodiit eadem tempeſtate MATTHAEI SILVATICI Mantuani Dictionarium Medicum: vivebat enim ille anno MCCXCVII. ut ipſemet teſtatur, proinde ante an. MCCCXX. uti ſcribit *d)* Trithemius: quod quidem opus *Pandectas Medicinae* appellavit, unde *Pandectarius* vulgo indigitatur, in quo voces Latinae, Graecae, Arabicae, et Exoticae, quae rem medicam utcumque ſpectant, ita aliis vocibus redduntur, ut ſani aliquid expiſcari haud promptum ſit, propter depravata, ſi non auctoris, ſaltem exſcriptorum vitio vocabula: adeo ut de hiſce Pandectis judicium iſtud ſuum interpoſuerit Otto Brunsfeldius, et ipſe Medicus: *Certe*, inquit, *in re medica veteris Pandectarii errata tam manifeſtaria ſunt, ut prorſus perſpecta nemini non ſint, niſi qui ſanae eruditionis ac veterum Scriptorum nihil attigit: in quo tertia fere ſemper dictio corrupta vitiataque, aut certe barbara, obſoleta, vel exotica eſt: nec paulo diverſa omnia ab magorum et necromanticorum praeſtigioſis nomenclaturis, ut neſcias, rerumne an malorum potius daemoniorum ſint nomina.* Sed de his videant peritiores Medici, Linguaeque Arabicae potiſſimum periti, qui unici duntaxat judicium ferre mea quidem ſententia poſſunt.

XLVII.

De variis Gloſſis in Scripturas ſacras, et maxime de Guill. Britonis opuſculo.

Habentur praeterea Gloſſae variae cum ineditae, tum editae in ſacra utriusque Teſtamenti ſcripta, quae cum ſecundum libros digeſta ſint, non omnino Lexicorum nomine cenſeri debent; tamen vocabula, quae in iis explicantur, Dictionariorum vicem videantur ſupplere. Harum aliae incertis auctoribus latent in Bibliothecis, quae non tanti viſae ſunt, ut editionis ſumptus promererentur. Aliae ſuos laudant auctores, quas inter maxime eminent hocce titulo inſcriptae in codicibus Corbeienſis Monaſterii, S. Germani Pariſ. et Collegii Navarrici Pariſienſis: GVILLELMI BRITONIS, *Ordinis Fratrum Minorum opuſculum difficilium vocabulorum Bibliae, ex Gloſſis Sanctorum, in quo praemittit ſuum praeambulum metro confectum: poſt proſaice procedit.* Fuit autem Guillelmus iſte

b) In Not. ad Gerſon. de Laude Scriptur.

c) Eraſm. de Ratione ſtudii et in Colleg.

d) In V. Brucus.

ille Brito *e*) ex antiquorum Britonum ſtirpe in Cambria natus, ut auctores ſunt ex Willoto Pitſeus, et Waddingus in Annalibus Minorum ad ann. MCCCLVI. quo ille obiit, ubi et viri elogium perſtringit. Ejus etiam fortaſſe ſunt Synonyma, quae Britonis nomen praeferunt, edita Pariſiis, per Dionyſium Roſſeum an. MDVIII. Hanc eandem lucubrationem perperam *f*) alii adſcribunt neſcio cui Ioanni Aegidio Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

XLVIII.

Mammotrectus Marcheſini, in quo voces Bibliorum enucleantur.

Similis argumenti extat liber inſcriptus MAMMOTRECTVS, in quo voces Bibliorum perinde enucleantur. Nominis rationem et etymon ſic in Prologo prodit auctor: *Et quia morem gerit talis decurſus paedagogi, qui greſſus dirigit parvulorum, Mammotrectus poterit appellari.* Imo *Mammotbreptus*, ex Gr. μαμμόθρεπτος, qua de voce prae caeteris *g*) Auguſtinus. Hunc e Regio Lepidi ortum, quae civitas prope abeſt Mutina, appellatumque MARCHESINVM, ex Ordine Minorum, ac floruiſſe in Provincia Bononiae et Cuſtodia Ferariae circa ann. MCCC. auctor eſt *b*) Waddingus: Sixtus vero Senenſis vixiſſe ann. MCCCL., ſcribit. Is liber primum excuſus Moguntiae in ipſis artis typographicae initiis, an. ſcilicet MCCCCLXX. ſervatur enim in Bibliotheca Collegii Navarrici Pariſiis, ad cujus calcem haec leguntur: *Explicit Mammetractus arte imprimendi ſeu caracterizandi abſque calami exaratione ſic effigiatus, et ad euſebiam Dei induſtrie per Petrum Schoiffer de Gernſchem in civitate Moguntina feliciter conſummatus anno Dominicae Incarnationis* MCCCCLXX. *in Vigilia Martini.* Cujus quidem codicis a primis typographiae repertoribus excuſi non meminit Naudaeus in accuratiſſima, quam de ejus ortu inſtituit, diſſertatione. Rurſum deinde Metis impreſſus eſt anno MDIX. ac demum Venetiis anno MDXCVI.

XLIX.

Varia ſaeculo XV. *et* XVI. *Dictionaria et Opera Grammatica.*

Acceſſere denique ſub exitum ſaeculi decimi quinti, aut ſequentis initium, Dictionaria, librique alii Grammatices, quorum uſus etiam in ſcholis maxime invaluit, ut *Vocabularius compendioſus ex Summa Ianuenſis, Huiguicione, et Papia excerptus*, editus Venetiis MCCCCXC. *i*) cujus auctorem neſcio quem Nicolaum praeferunt quidam codices ſcripti, in Bibliotheca Monaſterii S. Martini Tornacenſis: et *Vocabularius Breviloquus*, typis editus Argentinae anno MCCCCXCI. uterque Ioannis de Ianua Catholici Compendium, additis

e) *Pitſeus.*
f) *Ph. Labb. in Bibl. Mſſ. p. 205.*
g) *Serm. 2. in Pſal. 30.*
h) *Wadding. de Scriptor. Minor.*
i) *Sander. in Bibl. Mſſ. Belg. p. 137.*

ditis tamen et insertis subinde vocabulis aliquot, non tamen melioris notae, quae in Ianuensi non habentur. Nec scio, an alii sint diversique prorsus ab eo, quem *Papiam abbreviatum* vocant codices MSS. Bibliothecae Puteanae, qui libri seu compendii istius auctorem laudant *k)* Martinum de Arenis sub anno MCCCVII. Profert praeterea Vocabularius alter, *Catholici parvi* titulo donatus, seu Dictionarium Latino-Gallicum, in quo complura vocabula a puriori Latinitate jure proscripta continentur, typis incertis; sed antiquis, (Rotomagi editum laudat *l)* Sanderus) ex quo selectas quasdam voces, quod ineditum putaret, ex MS. Bibliothecae Thuanae erutas, libello de Lingua Francica inseruit Philippus Labbeus. *m)* Laudatur praeterea *Catholicon parvum* Roberti Veisi Angli. Ejusmodi etiam est *Catholicon Armorico-Franco-Latinum a Ioanne Lagadec Dioecesis Trecorensis, compositum ad utilitatem Clericorum novellorum Britanniae:* Ita enim libri titulus concipitur, editi Lantriguieri a Ioanne *Casnez*, v. Novemb. anno MCCCCXCIX. Prodiere praeterea eadem tempestate Dictionaria varia, scilicet *Vocabularius optimus*, *Gemma vocabulorum dictus*, editus Daventriae anno MDII. et Dictionarium *Dionysii Nestoris* Minoritae Novariensis, eodem anno Argentinae publicatum, qui quidem Catholici et Vgutionis, uti vocat, somnia singulis fere paginis redarguit *n)*. Legebantur denique in scholis sub initium decimi sexti saeculi, et antea, Grammatices libri modo ignoti, ut *Maximiniani Grammatica*, *Doctrinale Alexandri de Villa Dei*, *Partionale*, *et Combinale Grammaticae: Guidonis de Fontenaio Biturici Magna Sinonyma*, *Grammaticae regulae*, *Epitheta*, *Differentiae vocabulorum:* quibus succesisse demum Ioannis Despauterii Ninivitae, qui obiit circa annum MDXIV. et aliorum subinde ejusce generis Grammaticalia opuscula, quibus utuntur hodie scholae nostrates. Ex iis porro veteribus Dictionariis vel Glossariis, de quibus hactenus egimus, vocabulorum etymologias interdum describimus, ridiculas et putidas, quibus, quod non subinde refellantur, nolimus a Lectoribus existimari assensum nos praebere. Neque enim ejusmodi naeniis confutandis tanti visum est immorari, cum quales sint, ex se se satis ostendant.

L.

Dictionaria minus Latina in scholis diu servata locum tandem cedunt aliis purae Latinitatis.

Ejusmodi igitur Latina Dictionaria ad amussim minime exacta, neque a Latinitatis sordibus purgata, in scholis publicis passim habebantur: *o)* „quorum compactores malae interdum fidei „damnare licet, quod, quantumvis isthuc esse corruptum et adul-„teri-

k) Bibl. Mss. Labb. p. 43.
l) In Bibl. Mss. Belg. p. 132.
m) Pitiscus pag. 904.
n) Vide Hist. Academiae Paris. to. 1. p. 318.
o) Thom. Smith.

„terinum ſcirent, non putarent tamen aut otii ſui eſſe exiſtimabant, „quicquam in rebus iſtis innovare, ita quidem ut de Latinis ſenti„rent ut Latini, loquerentur et docerent ut barbari, et vocum mu„tationem ullam in Lexicis ſuis faciendam putarent: magna adeo „vis eſt, magnum pondus, auctoritas plurima conſuetudinis et „uſus, ut vitioſa retinere, bona negligere, recta contemnere, prava „colere, aequa repudiare, quam rectis inſiſtere, bonosque auctores „praelegere, ac in Latinitate duces ſibi aſſumere maluerint aetatis „iſtius Scriptores, ipſique artis Grammaticae doctores. Sed cum veritas haud facile convellatur, nec per uſucapionem aboleatur, revixit tandem ſtudioſorum opera, quae quaſi intermortua tot ſaeculis jacuerat Latinitas: ita ut ratione temporum mutata, diſcuſſa barbariei caligine, veternoſaque ablegata dicendi ratione, omnibus ſummo ſtudio ad perfectiſſimam Linguarum cognitionem incumbentibus, literarum gloria in illam magnitudinem excreverit, ut non defuerint abſolutae eruditionis viri, qui non tantum praeſtantiſſimis Latii luminibus opponi mererentur; verum etiam cum priſcis de ingeniorum felicitate contenderent. Extitere enim circa ea tempora, poſt Franciſcum Petrarcham, qui literas a multo aevo ſepultas e Gothicis tumulis primus fere excitaverat, LAVRENTIVS VALLA, civis Romanus, et NICOLAVS PEROTTVS Saxoferratenſis, Sipontinus Epiſcopus, ut omittam HADRIANVM Cardinalem, et aliquot alios, qui defaecandae Latinitati inſudarunt, quorum alter ſcriptis ſub annum MCCCCL. Elegantiarum Latinae Linguae libris ſex: alter ſub annum MCCCCLXX. publicato grandiori Commentariorum ejusdem Linguae volumine, cui Cornucopiae nomen indidit, cum duobus ſingularum dictionum indicibus, Graeco altero, altero Latino, qui juſti Dictionarii vicem praeſtant, non quatriduanam; ſed quadringentis amplius annis extinctam et ſepultam Latinitatem excitarunt, et rurſum in lucem eduxerunt. Horum denique inſiſtens veſtigiis, primus ab barbarica illa faece Dictionaria, hactenus in ſcholis recepta, purgavit AMBROSIVS DE CALEPIO in agro Bergomenſi, (*p*) quidam filium Comitis Calepienſis fuiſſe volunt, quorum quidem Comitum meminit *q*) Caeleſtinus in Hiſtoria Bergomenſi) unde et CALEPINVS appellitatur, edito Dictionario ex veteribus Scriptoribus profanis et Catholicis, in quo multa ſe contra Priſcianum, atque adeo ipſum Laurentium Vallam, praeſtantiorum Scriptorum auctoritate nixum dixiſſe et obſervaſſe profitetur in epiſtola operi praefixa.

p) *Barrichius de Lexicis Latin. pag. 3.*

q) *Caeleſt. in Hiſt. Bergom. part. 4. f. 7. a. 6.*

LI.

Primae Calepiniani Dictionarii editiones.

Calepinianum exhinc Dictionarium, neſcio an tum primum in Gallia, Pariſiis editum eſt anno MDX. quo idem Calepinus obiiſſe dicitur, cum hoc titulo: F. AMBROSII CALEPINI *Bergomatis, profeſſionis Eremitanae, Dictionarium, ex optimis quibusque auctoribus, Nonio Marcello, Feſto Pompeio, M. Varrone, Paediano, Servio, Donato, Cornucopiae Perottino, Laurentio Valla, Tortellioque: praeterea ex Suida Graeco, aliisque compluribus, nullo fere vocabulo Cornucopiae praetermiſſo ſtudioſe collectum, et ab Aſcenſio diligenter recognitum atque impreſſum.* Prodiit altera deinde editio Pariſienſis anno MDXXV. Idib. Auguſti, ſumptibus Ioannis Parvi et Ponceti *le Preux*, cum hoc titulo: *F. AMBROSII CALEPINI Bergomatis Eremitanae profeſſionis, viri undecumque doctiſſimi Lexicon ex optimis quibusque auctoribus collectum, novis additamentis, quae nondum ad nos pervenerant, ipſiusmet auctoris autographis illuſtratum, quae hoc ſigno . . . . indicantur. Adducuntur et Ioannis Badii frugiferae annotationes ſtella notatae. In ſumma hoc in opere recondita latet eruditio, ita ut nullum vocabulum Cornucopiae, immo nullius Dictionarii quaeratur praetermiſſum, etc.* Huic porro ejusdem Calepini epiſtola praeponitur, quam ille iteratae ac poſtremae ſuae editioni praemiſerat, quam Venetiis anno MDIX. factam quidam ſcribunt, in qua tum ſe decrepita fuiſſe aetate, viſu etiam prae ſenectute privatum teſtatur.

LII.

Calepini Dictionarium novis augetur vocabulis.

Sic auctem deinceps, noviſque vocabulis adornatum Calepinianum Dictionarium, in magnam voluminis molem excrevit, dum quiſque pro libitu obſervationes eo ſuas immittit, librumque ſuffarcit nominibus etiam propriis ac Geographicis, licet nihil ad Latinam Linguam ſpectantibus: quod quidem neſcio an ab ipſo Calepino in primis editionibus praeſtitum fuerit; cum eas non viderim, tametſi in prima Pariſienſi aliquot, et in iis, quae Venetiis alibique confectae ſunt, multo plura occurrant. r) Quae quidem vir multi judicii ac ſingularis literaturae Conradus Gefnerus Tigurinus, in Calepiniano Dictionario a ſe recenſito, et ſupra quatuor millibus vocabulorum ex probatiſſimis auctoribus aucto, cum proſodiae, id eſt, quantitatis ſyllabarum notis in Onomaſticam peculiare rejecerat, in editionibus Baſileenſibus ann. MDXLIV. et MDLX. poſtrema ex Pauli Manutii obſervationibus plurimum audacta. Et ſane mirandum ab ejuſmodi vocabulis, quae rurſum malo fato in alias editiones irrepſere, Calepinianum Dictionarium non purgaſſe virum in hiſce literarum ſtudiis verſatiſſimum Ioannem Paſſeratium, a quo poſtremo adornatum eſt, cum aliunde infinitis aliis Latinis

r) *Iaſias Simler. in Vita Conradi Gefneri.*

tinis vocabulis, maxime Scriptorum, qui vel prioribus Romanae reipublicae ſaeculis, vel inclinante paululum Latinitate floruerunt, adangeri potuiſſe, quae tamen omiſſa ſunt, pro certo habeatur, adeo ut ex iis duo fere alia confecerit volumina Matthias Martinius. Sed et iis praeſertim adornari debuit, quae a probae Latinitatis auctoribus peti poſſunt, ac Tullianis maxime, quae tanto ſtudio Marius Nizolius, Robertus Stephanus, et alii ordine literarum collegerunt. Qua de re merito queritur vir doctus Olaus Borrichius in ea Diſſertatione, quam de Lexicis Latinis et Graecis edidit, Hafniae excuſa anno MDCLX. Tot igitur ſubſidiis, doctorumque virorum conatibus revixit intermortua Latinitas, et abdicatis inſulſis iſtis Lexicis, a quibus barbaries ipſa fovebatur, ſucceſſere longe terſiora, et ab omni illo, quo prius ſcatebant, ſqualore purgata, quorum in ſcholis Academiiſque publicis, feliciori eruditionis ac literaturae fato, hactenus uſus invaluit. Atque haec quidem de veteribus ac etiam paulo recentioribus Gloſſographis adnotaſſe ſufficiat.

LIII.

Gentiles Chriſtianis exprobrant Linguae barbariem.

Iam vero haud neſcius ſum, fore complures, qui inferioris aevi Scriptorum, quibus nulla eſt elegentia Latinitatis, vel munditia, abſtinendum lectione eo arbitrentur potiſſimum, quod ſcriptionis ſtylum, locutioniſque characterem vitiet ac corrumpat: ut ſuam omnem ſermonis elegantiam, et Latini eloquii venuſtatem ſtridore lectionis Hebraicae ſordidatam fuiſſe agnoſcit *s)* Hieronymus: *Nos, ut ſcis,* inquit, *Hebraeorum lectione detenti, in Latina Lingua rubiginem obduximus: in tantum, ut loquentibus quoque nobis ſtridor quidam non Latinus interſtrepat.* Fuit etiam haec Gentilium expoſtulatio *t)*, quorum ſtudium omne in verborum et ſermonis elegantia poſitum erat, qui ſacros Chriſtianorum libros; quod ineleganter eſſent ſcripti, meramque redolerent barbarien, averſabantur: „ſeu, ut *u)* ait Lactantius, ſcriptis caeleſtibus, quia videban„tur incompta, non facile credebant, quia aut ipſi erant diſerti, „aut diſerta legere volebant, et quae auribus blandiuntur aſſueti, „dulcibus et politis, ſive orationibus, ſive carminibus, divinarum litte„rarum ſimplicem communemque ſermonem pro ſordido aſpernaban„tur. Quaſi vero Deus, inquit ille, et mentis, et vocis, et linguae arti„fex diſerte loqui non poteſt: cum ſumma prudentia carere fuco vo„luerit ea, quae divina ſunt, ut omnes intelligerent, quae ipſe lo„quebatur.„ Sed et *x)* S. Hieronymus fatetur, primis adoleſcentiae annis, Tullio, Platone caeteriſque ejuſmodi Gentilibus Scriptori-

s) Epiſt. 150. et in Prolog. lib. 2. in Ep. ad Gal.
t) Theodoret. de Curat. Graec. affect. ſerm. 9. initio.
u) Epiſt. c. 3. l. 6. Inſt.
x) Epiſt. 22. c. 13.

toribus perfectis, in semetipsum reversum Prophetas legere coepisse: *Sed horum*, subdit ille, *sermo horrebas inculsus, et quia lumen caecis oculis non videbam, non oculorum putabam esse culpam, sed solis.* Quin etiam aevi nostri Sectarii vulgatam versionem eo vellicarunt, quod voces aut minime Latinas, et velut ignotas, aut plane obsoletas, vel denique minus congruentes contineat. In quos *y)* viri pii ac eruditi iusurrexere non semel, variisque a sacris Libris, et sanctorum Patrum auctoritatibus petitis argumentis, eas non mutari, imo servari, ponique debuisse probarunt: tum quod res, de quibus agitur, recte omnino exprimerent, tum quod paulo humilior oratio vulgarium hominum maxime captui accommodatior sit, et, ut ait *z)* S. Augustinus, plerumque consuetudo loquendi vulgaris utilior est significandis rebus, quam integritas literata. *Mallem quippe*, ut ait, *cum barbarismo dici, Non et absconditum ossum meum, quam ut ideo esset magis apertum, quia magis Latinum est.* Quo spectant ista *a)* Hieronymi: *Illud autem semel monuisse sufficiat, nosse me cubitum et cubita neutrali appellari genere; sed pro simplicitate et facilitate intelligentiae, vulgique consuetudine ponere masculino: non enim nobis curae est vitare sermonum vitia, sed Scripturae sanctae quibuscunque verbis differere.* Et *b)* alio loco, *Camisiae* vocabulum usurpaturus: *Volo*, inquit, *pro legentis facilitate abuti sermone vulgari.* Ex quibus interim animadvertere licet vulgarem sermonem Latinum non semper ad Grammaticae leges exactum fuisse hacce tempestate. Sic igitur verborum argutias deridebant sancti Patres, cum rebus disquirendis, non sermonum lenociniis insisterent. Quin etiam ea mens fuit quorundam Philosophorum lenociniis operam non darent, nec eleganter scribere curarent; sed res ipsas potissimum spectandas censerent. De Plotino aiebat Porphyrius: Ἐγραφε δὲ ὅτε εἰς κάλλος ἀποτυπούμενος τὰ γράμματα, ὅτε ἑυσήμως τὰς συλλαβὰς διαιρῶν, ὅτε τῆς ὀρθογραφίας φροντίζων. ἀλλὰ μόνα τὰ νῦν ἐχόμενα. Ea etiam fuit veterum Christianorum scribendi vivendique ratio, ut eloquentiam non quaererent, non flagitarent Linguae nitorem: sed animae quaererent puritatem *c)*, cum apud eos soloecismus magnus et vitium, turpe quid narrare vel facere censeretur.

LIV.

Quis stylus Patrum.

Sanctorum igitur Patrum in eo cura praesertim fuit, ut *stylo Ecclesiastico* scriberent; id *d)* est, ut deposito sermonis cothurno libros suos divinae Scripturae floseulis adornarent, reperentque potius, „quam verborum exquisitione tumerent: non composita ora-

„tione,

y) Baron. an. 57. n. 175. an. 331. n. 58. et seqq. Franc. Turrian. lib. 2. pro Epist Pont. cap. 2. Filesac. lib. 1. Select. cap. 14.
z) In Psal. 38.
a) In Ezech. cap. 40.
b) De vest. sacerdot.
c) S. Hieron. Adv. Helvid. c. 8.
d) Ep. 107.

„tione, plauſinque populari, qui ſolet imperitorum aures decipere, „atque palpare, ſed oratione ſimplici, et eccleſiaſtici eloquii veri„tate, ut ait *e)* Hieronymus. Sed et id maxime curabant, ut a „vulgo intelligerentur, ejuſque captui ſe ſe accommodarent, cum *f)* „omnium operum virtutem ſententias putarent, ab hiſque ſanctita„tem et virilitatem petendam, quando nos in omnia delitiarum „genera vitiaque dicendi quoque ratione defleximus, aiebat Quin„tilianus: quod ſimili de Chriſtianis ſententia dixit *g)* Gregorius „Nazianzenus: Καὶ τοῦτο μεῖζον τῶν ἄλλων ἐφεῤῥύημεν τὸν λόγον, ὥσπερ τὰ „σώματα. Quippe ut ejuſdem *h)* Hieronymi verbis utar, quod in „diſertiſſimis viris Graeciae legimus, Aſianum tumorem Attico „ſiccebant ſale, et luxuriantes flagellis vineas falcibus reprime„bant, ut eloquentiae torcularia, non verborum pampinis; ſed ſen„ſuum, quaſi uvarum expreſſionibus redundarent *i)*. His nempe „minor fuit verborum cuſtodia, cum intellecturi non timebantur. „Hinc *k)* S. Auguſtinus: Non timemus, inquit, ferulas Gramma„ticorum, dum tamen ad veritatem ſolidam et certiorem pervenia„mus. Et *l)* S. Proſper: Tam ſimplex et apertus, etiam minus „Latinus, diſciplinatus tamen et gravis debet eſſe ſermo Pontificis, „ut ab intelligentia ſui nullos, quamvis imperitos, excludat, ſed „in omnium audientium pectus cum quadam delectatione deſcen„dat. Alia enim eſt ratio declamatorum, et alia debet eſſe docto„rum. Illi elucubratae orationis pompam totis facundiae ſuae „viribus concupiſcunt, illi rebus inanibus pretioſa verborum in„dicant ornamenta, iſti veracibus ſententiis ornant et commendant „verba ſimplicia. Illi affectant ſuorum ſenſuum deformitatem tan„quam velamine quodam phalerati ſermonis abſcondere, iſti elo„quiorum ſacrorum ruſticitatem pretioſis ſenſibus venuſtare, etc.

LV.

Vulgarem ſermonem cultiori praeferebant ſancti Patres.

Enimvero etſi plerique Patrum a puriori recedentes Latinitate, nedum receptis, verum etiam barbaris uſi ſint vocabulis, non ideo tamen elegantiae omnis atque literaturae expertes fuiſſe ſunt cenſendi. Cum id affectione quadam vulgarem ſermonem praeferrent cultiori, ut ad eorum captum, quos Chriſtianae religionis imbuere praeceptis, aut a quibus volebant in concionibus intelligi, orationes ſuas componerent, quemadmodum Iulianum, recens Imperatorem creatum, *verbis ut intelligi poſſet, ſimplicibus*, milites in tribunali allocutum, refert Ammianus *m)*. „Graecam facundiam, „quod de S. Paulo dicebat *n)* Hieronymus, contemnebant, vel „certe

e) Epiſt. ad Laetum, et Epiſt. 139.
f) Quintil. l. 1 c. 14.
g) Orat. 3.
h) Epiſt. 4.
i) Quintil. decl. 306.
k) S. Aug.
l) Lib. 1. de Vita contempl. c. 23.
m) Lib. 20.
n) S. Hier. l. 1. in Ruffin. c. 4.

„certe quod eſt humilitatis, diſſimulabant, ut praedicatio eorum „non in perſuaſione verborum, ſed in ſignorum virtute conſiſteret: „ſpernentes alienas opes, qui in ſuis divites erant:„ cum praeterea *o) nollent ea cavere, quae ſano intellectui nihil detrahunt.* Nec ſum de nominibus anxius, aiebat ipſe *p)* Quintilianus: vocet enim, ut voluerit, quiſque, dum vis rerum manifeſta ſit, appareatque hoc temporis, illud eſſe naturae. Atque hanc quidem veterum Patrum in diſſimulanda recte dicendi ratione affectationem teſtatur *q)* Hieronymus, cum ad Paulum Concordienſem Vitam Pauli Eremitae mittere ſe ait, *in qua propter ſimpliciores quoſque multum in dejiciendo ſermone laboraverat.* Auctor eſt *r)* Tullius ſua etiam aetate viſos, *qui impoliti et conſulto rudium ſimiles et imperitorum videri volebant:* quod quidem de Scriptoribus Eccleſiaſticis, alia licet mente, prodit *s)* „Arnobius, ſcribens, etiam quoſdam ſapientiae deditos non „tantum abjeciſſe ſermonis cultum, verum etiam cum poſſent or„natius atque uberius eloqui, trivialem ſtudio humilitatem ſecu„tos, ne corrumperent ſcilicet gravitatis vigorem, et ſophiſtica ſe „potius oſtentatione jactarent. Exiſtimabant quippe cum Chri„ſtianis ac fidelibus ſimplici utendum eſſe oratione ſermoniſque „abjiciendum cothurnum *t)*, quod ea convenire videretur Chri„ſtiani ſtylo, non ad oſtentationem, ſed ad utilitatem hominum „conſcribentis.„

LVI.

Rudiori ſtylo ſcripti libri non contemnendi, quid utilitatis habeant aliunde.

Proinde non continuo abjiciendi de manibus incompti illi, et quoad ſermonis characterem male feriati libri, atque adeo barbari, maxime ſi quid in ſe contineant, quod nos doceat, ſive ad vitae inſtitutum, moreſque formandos, ſive ad eruendam praeteritarum rerum cognitionem et memoriam: cum eorum praeſertim ſtudium fuerit, ut utilitatem juvandi praeferrent gratiae placendi. Licet enim complures ex Scriptoribus ac Poetis, naturae fortean vitio, orationis ſublimitatem, quam Graeci ὕψος vocant, non ſint aſſecuti, non ideo contemnendi, cum et, etſi communibus ac vulgaribus, atque adeo, uti loquitur *u)* Arnobius, *popularibus et quotidianis* utantur verbis *x)*, κοινοῖς καὶ δημώδεσι, τοῖς ὀνόμασι, καὶ ἐδὲν ἐναγωμένοις, atque ex ipſa vocabulorum concinnatione ac compoſitione vix laudem mereantur, ipſi tamen repere haud dicendi ſint, ut qui eloquii humilitatem rerum ac cogitationum magnitudine compenſent. „Puerilis ſane, inquit idem *y)* Arno„bius,

o) S. Aug. de Doctr. Chriſt. c. 13.
p) Quintil. l. 5. c. 10.
q) Epiſt. 21.
r) De Orat.
s) Lib. 1.
t) S. Baſil. ep. ad Diodor. apud Facund. Hermian. l. 4. c. 2.
u) Arnob. lib. 1.
x) Longin. περὶ ὕψους p. 61.
y) Arnob. l. 2.

„bius, atque anguſti pectoris reprehenſio, quam ſi admitteremus, ut „vera ſit, abjiciamus ex uſibus noſtris quorundam fructuum genera, „quod cum ſpinis naſcantur, et purgamenti aliis, quae nec alere „nos poſſunt, nec tamen impediunt perfrui nos eo, quod principa„liter antecedit, et ſaluberrimum voluit eſſe natura. Quid enim „officit, o quaeſo, aut quam praeſtat intellectui tarditatem, utrum„ne quid grave an hirſuta cum aſperitate promatur? inflectatur „quod acui, aut acuatur quod oportebat inflecti? aut qui minus „id quod dicitur verum eſt, ſi id numero peccetur aut caſu, prae„poſitione, participio, conjunctione? Deinde cum de rebus agitur „ab oſtentatione ſubmotis, quid dicatur, ſpectandum eſt, non quali „cum amoenitate dicatur: non quid aures commulceat, ſed quas „afferat audientibus utilitates.„ Neque alia fuit Zenonis Citiaei *z)* Philoſophi ſententia, qui in nummo non elegantiam ſcripturae ſpectandam eſſe aiebat, ſed pondus et materiam, adeoque nihil referre exiſtimabat, quam elegans ſit oratio, ſed quam utilis; ac proinde monebat diſcipulos ut non circa voces et vocabula memoriam, ſed circa intelligentiam mentem exercerent. Nam et in mala ſegete bonum aliquod ſpicum ſaepe reperitur, et in teſtaceis vaſculis theſaurus interdum reconditur. Quocirca jure carpuntur, neſcio qui magiſtelli, qui cum apud aevi inferioris Scriptores quidpiam barbari, vel minus ſani deprehendunt in vocibus, aut in verborum ſentnetiis, criticam illico immittunt manum, eas immutant, aliaſque nullo fere judicio obtrudunt, cum recentiora ſua et paulo cultiora Lectoribus fore longe gratiora, licet falso, ſibi perſuadeant. Nam cum in ejuſmodi ſcriptis non elegantiam ſermonis quaeramus, quam at tot diſertiſſimis Oratoribus et Hiſtoricis petere licet, quae ipſi prodiderunt, eorummet verbis, etſi minus Latinis vel etiam incomptis, edoceri non minima eſt voluptas. Si enim eloquentiam quaeris, Demoſthenes aut Tullius legendus eſt. Adde quod in iis, quae illi inducunt, ſaepe latent venerandae antiquitatis veſtigia, quae modo cogimur ignorare Hinc tot Sanctorum Vitas interpolatas legimus a quibuſdam ſciolis, dum eas ad cultiorem Latini ſermonis nitorem reducere conantur, et qui dum aevum illius aetatis medicari ſtudent, deformant potius pulcritudinem faciei, quam ornant *a)*. Auctor vitae S. Pauli Epiſcopi Armorici: *Hujus ſancti viri geſta ſcripta quidem reperi, ſed Britannica garrulitate confuſa, ut legentibus fierent oneroſa. Negligebantur ergo virtutum clara ingenia Scriptoris ignavi culpa. Inconveniens enim verborum ſententia ſententiarumque compoſitio nulla attentionis docilitate aut benevolentiae delectatione ſibi Lectorem comparabat. Erat igitur tota neglecta in omnibus: pro qua re utilitate multorum commoniti, et corporali praeſentia B. Pauli provocati, longitudinem ſententiarum abbreviare curavimus, et verborum ordinem, prout potuimus, ad unguem direximus.* Ita

z) *Laërt. l. 7.* *a)* *In MSS. Cod.*

Ita ille et ſimiles interpolatores, dum ſcribillandi, et ex aliorum laboribus ſua conſarcinandi laborant prurigine, fucum faciunt Lectoribus. Id ſane, neque injuria, objectum et crimini datum viro caeteroquin ſummae eruditionis, et cui plurimum debent literae, Laurentio Surio Cartuſiano, qui in magno illo quod aggreſſus eſt opere de vitis Sanctorem, pleraſque longe aliter, quam in ſcriptis Codicibus deſcriptas invenerat, edidit, mutatis interdum ſententiis, ſaepius etiam interpolatis vocabulis inſolentibus ac ignotae, ut rebatur, vel difficilis ſignificationis, in quo quidem quotquot ſunt eruditi, ejus fidem merito expoſtulant. Quod in re literaria damnum, laborioſa omnino cura ac diligentia ſingulari reſarciunt hodie viri ſupra laudem omnem, qui Sanctorum geſta ab ipſis hauſta fontibus, et prout ab ipſis etiam exarata ſunt auctoribus, luce publica donant ac illuſtrant. Sed et haec interpolatorum veſania effecit, ut genuinos Ioannis Ioinvillae foetus deſideremus, quos ab editis longe abeſſe docet autographa ipſius Epiſtola, quam olim deſcripſimus. Proinde de ejuſmodi Scriptoribus idem dicere liceat, quod de puerulis balbutientibus *b)*, *qui linguae offenſione ſunt dulciores.*

LVII.

Conſilium et labor in adornando hocce Gloſſario.

Atque his quidem hactenus, de cauſis corruptae Latinitatis ad Gloſſarium in anteceſſum praelibatis, modo ſupereſt ut noſtri in hoc aggrediendo opere conſilii rationem aperiam Lectori, ut ad illud vel perlegendum, vel conſulendum, prout libuerit, edoctus accedat. Emenſis utcumque clafficis ac veteribus, ad recentioris aetatis utriuſque linguae Scriptores acceſſi eo lubentius, quod cum nova prorſus ac mihi antea peregrina ex iis addiſcerem in dies, non mediocri inde ſenſim animi voluptate afficerer. Nam etſi aliquantulum deterreret inſulſus dictionis character, cenſebam non tam ſpectanda verba, quam res ejuſmodi mente retinendas, quas a probatae latinitatis auctoribus edoceri minime liceret: cum praeterea ex ipſis, quae barbara appellamus vocabulis occurreret perſaepe, neſcio quid, unde plurimum perciperetur eruditionis, tum ad inſtituta moreſque majorum noſtrorum, tum ad vulgarium vocum origines retegendas. Quae quidem cum memoria complecti omnia, quae legimus haud facile ſit, in adverſaria referebam, ne elaberentur, ita ut ſenſim, ac aliud fere agendo rerum inferioris aetatis immenſa pene fuccreverit ſeges, quam ita digeſſeram, ut, cum liberet, facilius quaeſita occurrerent. *c)* Quicquid enim lectione collectum eſt, ſtylus redegit in corpus, et apes imitati quae vagantur, et flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde, quicquid attulere, diſponunt, ac per favos digerunt, ut de ſe cecinit Lucretius: Omnia nos itidem depaſti

b) S. Hieron. Epiſt. 9. *c) Seneca Epiſt. 85.*

paſſi utcumque ſumus. Neque enim ea accuratione, quae iſtius erant argumenti, a me ſunt obſervata, quin quamplurima elapſa ſint: ut qui noveram, viros undecumque doctiſſimos, aut in hac palaeſtra magna cum laude jam deſudaſſe, aut id ſibi tractandum ſumpſiſſe, idque ſcriptis ſuis palam eſſe profeſſos, adeo ut praecipua duntaxat, et quae extra communem uſum eſſent omnino mihi adnotanda cenſerem, ad memoriae, ſi quando ea recordari oporteret, ſubſidium. Ita nempe Iſaacum Voſſium ſcriptis quamplurimis clariſſimum, ab hoc argumento, in quod multa jam legendo contulerat, ut erat immenſae lectionis, deterruit, non Spelmanniani tantum Gloſſarii pars prior edita, et quae ſperabatur altera, ſed et quod Ioannes Meurſius in Gloſſario Graeco-barbaro, Latino-barbari etiam publicandi ſpem fecerat, et quod neſcio quis Guillelmus Noompſius, tum temporis adoleſcens, id ſe aggredi operis palam fecerat. At iis demortuis, poenituit virum doctiſſimum intermiſſi laboris, omniaque ejuſce argumenti in chartas ſuas non reculiſſe. Damnum tamen quodammodo iſtud ut ſarciret, quae jam olim in adverſaria ſua retulerat, recollegit, excuſſiſque prius editis Gloſſariis, maxime quae Scriptoribus inferioris aevi ab editoribus adjuncta ſunt, qua ille erat literarum fere omnium amplitudine, in unum volumen compegit ac retulit quamplura vocabula, quibus et criticam manum interdum adhibuit. Dumque alia, majoraque in hanc rem molitur ac pollicetur, ejus conſilia mors abrupit, literatis omnibus ſemper nimium immatura. Gloſſarii deinde Spelmanniani prodiit pars poſterior, quae etſi multa obſervatu digna, licet indigeſta contineat, priore tamen longe inferior: ut mirum ſit, virum doctiſſimum operi, quod eruditi quique tot votis tantoque ſtudio expetererent, extremam manum non appoſuiſſe, cum prioris partis editioni, quae anno MDCXXVI. prodiit, annis XV. ſuperfuerit: obiit enim anno MDCXLI. aetatis LXXVIII. Cujus quidem rei cauſſam eſſe aliam non arbitror, quam quod Anglicanae Eccleſiae Conciliorum collectioni ac editioni, veteribuſque eruendis monumentis totum dediſſet ſe ſe, Gloſſarium vero, quantum exigebat dignitas argumenti, abſolvere immenſi nimiique eſſet laboris. Atque id quidem quod viros tantos, et in rerum ferme omnium literarumque cognitione conſummatos, toties ab incoepto revocavit, non ſemel etiam a propoſito me deterruit. At cum viderem pleroſque ex iis qui id hactenus ſibi tractandum ſuſceperant, nudis paſſim vocibus exponendis, Grammaticiſque quisquiliis incubuiſſe potiſſimum, Spelmannum vero rebus Saxonicis Angliſque, in quibus apprime verſatus erat, inſtitiſſe maxime, adverteremque in ſacris ac Eccleſiaſticis, aliis etiam prophanis inferiorum ſaeculorum ritibus, atque adeo vocabulis multa conferri poſſe, quae ille aliique non attigerant, quamplura denique in Francicis noſtris, imo et exteris elucidandis vel illuſtrandis deſiderari ſubii-

ſubiit animum rem intentatam vel certe non confectam aggredi, et quantumvis forſitan ſupra vires, ejuſcemodi ſcribendi ſuſcipere argumentum quod literarum ſtudioſis profuturum arbitrarer. Cum igitur permulta ex ingenti Scriptorum, quos identidem levandi taedii vitandique otii cauſa in manus ſumpſeram, numero adeſſent animadverſa, tot doctorum virorum inſiſtendo veſtigiis, ea recenſere, et utcumque digeſta in lucem emittere publicam decrevi. Quod quidem feci, ut non diſſimulem, animo ſat reluctanti, cum et argumenti immenſitas accurationem diligentiamque excluderet, atque tot difficultatibus, quae apud Scriptores occurrunt, enucleandis ea eſſet neceſſaria, quam mihi deeſſe agnoſcebam, cognitio. Sed importunis tandem victus amicorum flagitationibus, qualiacumque iſta ſunt, non ſine famae forſitan periculo, vel etiam diſpendio, eruditorum oculis placuit exponere. Atque id cum aggredior, ecce quod unico volumine conficiendum ſperaveram, in tria excreviſſe animadverto: unde novum poſtea in corrigendis tam vaſtae ac multiplicis literaturae mendis negotium acceſſit, quod qualis ſit faſtidii, cum innumeri pene Scriptorum loci recenſendi, ſimulque cum adverſariis exacte conferendi ſunt, norunt qui ſtudiorum ſuorum monumenta typis commendant *d*). „Verum licet prope infinitum mihi laborem „proſpicerem, et ipſa cogitatione ſuſcepti muneris fatigarer, „durandum eſſe, quia coeperamus, et ſi viribus deficiemur, animo „tamen perſeverandum, ſpemque in eo qui vires dat ponendam „exiſtimavimus.„

LVIII.

Forteſſe non erit ingratum etiam politioris literaturae amatoribus.

Noſtrum porro hoc opus ita digeſſimus, ut minime ingratum fore etiam politioris literaturae amatoribus non uſquequaque diffidamus, qui ſcilicet in evolvendis praeclarae eruditionis, veteribus nempe, ſcriptoribus, ſtudia ſua ut plurimum conferunt, qui cum in aevi inferioris incidunt libros, haerere coguntur fere ſemper, quos ejuſmodi ſalebrae plana et inoffenſa percurrere lectione non ſinunt, cum nulla pene ſit inter utrumque literaturae genus affinitas, nec qui in humanioribus literis, claſſiciſque perlegendis auctoribus, operam ſuam collocant, quidpiam continuo in iſtis percipiant *e*). Hinc optandum dicere ſolebat Joſephus Scaliger, ut infimi ſaeculi Gloſſaria quis conſcriberet. Noverat quippe nonnulla interdum occurrere, quae in perlegendis libris doctiores quoſque remorantur, nec omnia iis eſſe ſemper explorata. Quin et reperient in hoc Gloſſario qui inferioris ſunt in literis ſubſellii: unde moleſtias ſuas ſublevent, dum barbaro-Latina, aut peregrinae notionis vocabula inter legendum ſe ſe offerent.

LIX.

d) *Quintil. l. 4. c. 1.* *e*) *Scaligeriana, pag. 144.*

LIX.

Apud Scriptores medii aevi ignota sunt infinita vocabula: horum tamen notio legentibus necessaria est.

Occurrunt igitur apud medii et infimi aevi Scriptores infinita propemodum vocabula, quae aut ignotae, aut novatae significationis, aut denique barbara sunt, et cum eorum notio minime plana sit aut perspicua, Lectorem ad alia properantem non modo retardant, sed etiam quandoque sistunt, et ab eorum lectione propter obscuritatem prorsus avertunt. Equidem memini, aiebat *f*) „Vossius, cum primitus aurum duntaxat tractare adsue„tus, abderem me in hos seu ferreos seu lutulentos Scriptores, „crebro eveniſſe, ut propemodum non magis eos intelligerem, „quam si alium in orbem delatus fuissem. Ac interfui aliorum „simili querimoniae, qui eos jamdiu de manibus abjecerant, quia „de eorum mente assequenda desperarent: quando, ut dici solet, „legere et non intelligere, verius sit negligere. Proinde saepe „accidit, ut qui in probis Auctoribus scioli sibi videntur, incipiant „rursus esse discipuli in iis quae mediae aetatis appellamus.„ Ei igitur qui ad Scriptores legendos animum adjecerit, et nihil quod cognitione dignum existimet sibi elapsum voluerit, vocabulorum notiones erunt tenendae, cum absque eo nihil fere scire possit.

LX.

Non omnia sunt in hoc Glossario infimae Latinitatis vocabula.

Verum etsi ex iis complura, non omnia tamen quae apud ejusmodi Scriptores habentur, in hisce voluminibus complectimur, nec quae in iis exponimus qua par est forte eruditionis ac diligentiae dignitate tractata magnis illis ingeniis videbuntur. Nec dubitamus multa esse, quae et nos praeterierint; *Quis enim scire omnia, aut reminisci potest?* Quis libros omnes se legisse, inferioris aetatis dico, audeat profiteri? Deinde cum id consilii paulo serius ceperimus, non omnia, quae in illud argumentum conferri possent, a nobis observata ultro agnoscimus. Verum hac in re quidpiam nos consecutos saltem arbitrabimur, si ex iis, quae a peritioribus observari potuissent, nonnulla deprehendimus, vel explanavimus Sed cum infinita sit in vetustis Auctoribus ejuscemodi vocabulorum copia, nec quisquam eo sit ingenii acumine, ut singula quaeque annotet: nec hominis unius quantumvis perspicacis aetas et vires sufficiant, ad omnia perscrutanda, non potuimus non multa praeterire, et posteris eruenda relinquere, in quibus et ipsi, si in hoc argumento versari velint, desudare habeant.

f) *In Praef. p. 9.*

LXI.

Cur minima omnibus obvia non fuerint praetermissa.

Non deerunt forte etiam qui minus probent trita ac obvia, complura etiam interdum, quorum ex se notio perspicua est, vocabula; vel denique quod ex veteribus tabulis vocum quisquiliae ac nullius pene momenti interserantur: ac proinde *g)* Fabii illud objiciant: *Persequi quidem quid quis unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiae miseriae, aut inanis jactantiae esse, et detinere atque obruere ingenia melius aliis vacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam potest* Quibus quidem ut reponam, fateor, multa esse in hoc Glossario,

b) Quae pueris etiam promptum occurrere parvis.

Sed ea est scriptionis ejusmodi ratio, ut delectui locum dare haud facile sit, cum, quae omnibus nota putamus, peritioribus persaepe ignota sint, aut si sunt perspecta, ea auctoritatibus stabilita ac confirmata intueri non displiceat. Accedit, quod qui materiam scribendo aliquam sibi deligunt, nihil ex iis, quibus illustrari utcumque potest, omittere debent *i)*, *ardui* duntaxat, *laudem expetentes*, *non favorem ex obviis.* In his igitur interpretandis et explanandis, id inprimis curarum habuimus, ut nulla praeterirentur vocabula, quantumvis levia, quae aliquam lucem expeterent, adeo ut ad infima quaeque demittere interdum calamum non piguerit, nullaque vox fere occurrerit, quae a communi Latinitatis usu recederet, quae non a primaeva sui origine deducta declarataque sit, vel saltem indicata et observata. In apertis enim verbis supervacanea interpretatio visa est, cum nulla ingenii laus sperari debeat e re tam humili, et ab omni ostentatione procul posita: et *k)* *stultissimum sit docere, quod noverit ille, quem doceas.* At ubi latior se se campus aperuit, plus oneris, quam mihimet primo imposueram, sponte suscepi, et instituti ratione non satis saepe perpensa, totum me dedidi in enodandis ac investigandis, abstrusioribus, cum vocibus, tum ritibus ac moribus *l)*. „Et multis iisdemque pur„pureis locorum communium pannis semel inchoatas materias ex„tendi, rem haud ingratam facturum me arbitratus, si, quae in „desuetudinem longe abierant, et quae lectoribus difficultatem „movent, prolixiori interdum parergo plana facerem, Scriptorum „invicem peracta comparatione: in quibus Pieridum saepe peragro „loca, nullius ante pressa solo, consulto tamen omissis quampluri„bus, quibus ea potuissent adornari.„

LXII.

g) L. 1. cap. 14.
h) Terentian. Maur.
i) Idem.
k) S. Hieron. ep. 22. c. 12.
l) Sidon. carm. 22.

LXII.

Ne vitio vertantur excurſiones plurimae.

Reperientur perinde alii, qui nobis vitio vertant, quod crebrius iſtis indulgeamus παρεκβάσεσι, ſeu egreſſionibus, uti a *m)* Fabio, vel exceſſibus, ut ab utroque *n)* Plinio appellantur, atque hinc inde exſpatiemur: et quod libri titulum, quod monet Plinius alter, non ſaepius legerimus, nosque identidem interrogaverimus, quid ſcribere incoeperimus. Quibus quidem ut faciamus ſatis, velim intelligant, eam nobis fuiſſe mentem, ut haec qualiſcumque lucubratio noſtra non jejuna omnino prodiret in publicum, veterum, atque recentiorum aliquot Gloſſariorum more, quae verba cum ſola explicatione complectuntur. Nam etſi interdum vocabula, quae paucis expediuntur, noſtrum contineat, ea tamen, quae eruditionis ac literaturae admittere quidpiam poterant, pro virili illuſtrare id nobis curae ac penſi inprimis fuit, ubi *) *ne quid eſſet incognitum, vitanda fuit nimium conſtricta brevitas:* praeſertim cum veteres noſtrorum mores, ac ferme obliteratos et oblivione ſepultos ad Scriptorum intelligentiam detegendos, et rurſum in lucem revocandos exiſtimaremus. Qua quidem in re firmanda, non Latinos modo, ſed etiam aevi ſupparis Scriptores vernaculos adhibuimus, erutos plerosque e manuſcriptis codicibus. *o)* „Cum reverentia debeatur verbis Auctorum, tum quia quandam a magnis „nominibus antiquitatis praeferunt majeſtatem, tum quia diſpendioſius ignorantur, cum ad urgendum, aut reſiſtendum. potentiſſima ſunt. Sed et licet modernorum et veterum ſit ſenſus „idem, venerabilior eſt vetuſtas. Tametſi haud ſum ignarus eſſe „quosdam, quibus non omnino placent vernacula iſta vetera, Latinis admixta; quibus reſpondere liceat verbis *p)* Hieronymi: „Peregrinas iſtas merces tantum volentibus navigare: balſamum, „piper et poma palmarum ruſticos poſſe non emere.„ Mihi interim ipſis Scriptorum locis, quae in medium afferuntur, firmare ſatius viſum eſt, tum ut in perquiſitione tallum quaeſtionum numeroſitas librorum quaerenti animae laborioſa non eſſet, ſed multiplicem Lectoris ſitim haec collecta brevitas ſatiaret: tum etiam, ut ſi qua ex his diſplicuerint, erroribus meis paratior ſit venia, quia non erunt referenda ad culpae titulum, de quibus teſtificatio adhibetur Auctorum. Quod ſi in quibusdam aliquando plus quam inſtituti ratio videbatur exigere, ſermo noſter excurrat, et ſi currente rota, dum urceum facere cogitat, amphoram interdum „finxit manus, noverit Lector, tunc *q)* laudandam duntaxat

 „brevi-

m) Lib. 4. c. 3.
n) In Praefat. et Plin. Iun. l. 9. ep. 26.
**) Diomed. de Orat.*
o) Ioan. Sarisb. l. 3. Metal. c. 4.
p) In Trad. Hebr. in Prol.
q) Ammian. l. 15. initio.

„brevitatem, cum moras rumpens intempestivas nihil subtrahit „cognitioni justorum. Caeterum quamvis patula sit haec nostra „lucubratio, r) *tamen in singulis suam continet brevitatem.* Multa „enim s) ex multorum libris decerpta concinna brevitate conclu„simus, ut nec jejuna parum instruat compensatio, nec verbo„rum prolixitas fastidium legentibus moveat. t) Ita nempe so„lemus, qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. „u) Haec me ad defensionis exemplum posuisse sufficiat, ne haec „ipsa longitudinis deprecatio longa videatur.

LXIII.

Verba sine explicatione data, quod vera notio ignoraretur.

Sed et nuda interdum damus verba, et absque ulla explicatione, Scriptorum locis tantum descriptis,

x) Haec sunt viribus quoniam altiora nostris:

seu quod, ut nihil amplius dicamus, excederent intelligentiam nostram. Alia sunt exili litera expedita, et praeterita obscura multa, quod de C. Ælii Carminum Saliorum interpretatione dixit Varro, et in quibus, sicut a perfecta scientia procul sumus, levioris culpae arbitrati sumus, quodcunque dicere, quam omnino nihil dicere. Neque tamen ab his colligendis, quod eorum ignoraremus vim ac notionem, abstinere visum est. Cum nulla sint magis mandanda memoriae, quam illa verborum locutionumque genera, quae ignoramus, ut cum peritior occurrerit, de quo quaeri possunt, vel talis lectio, quae ex praecedentibus vel consequentibus, vel utrisque ostendat quam vim habeat, quidve significet quod ignoramus facile adjuvante memoria possimus animadvertere et discere. Haec ergo tanquam quae supra vires nostras essent, aliis reservare maluimus, quam minus plena proferre: et cum melius sit in occultis confiteri ignorantiam, quam periculosam sumere audaciam. Si qua tamen Lectores proposita invenerint vocabula, nec soluta, non ideo sibi nihil collatum putent; nonnulla enim pars inventionis est nosse quod quaeras, ait sanctus Augustinus: adde, quod pars scientiae est scire quod nescias.

LXIV.

r) *Diomed.*
s) *Phocas Gramm.*
t) *Plin. lib. 8. epist. 21.*
u) *Sidon. carm. 22.*
x) *Terentian. Maur.*

LXIV.

Voces aliae conjecturis utcunque illustratae.

Sunt denique voces aliae, quae conjecturis utcumque illustrantur, et cum res obscura videretur, nec occurreret ubi certo pedem figere liceret, leviter attinguntur: In re enim naturaliter obscura, qui exponendo plura quam necesse est superfundit, addit tenebras, non adimit densitatem. Proinde ubi ingenio non fuit locus, curae testimonium promeruisse contentus, paucis quae dicenda videbantur absolvi, ita ut in iis quae omnibus nota sunt vocabulis, seu ut Fabii verbo utar, quae apertiora sunt, quam ut docenda sint, vel quae frequentius occurrunt, quam ut exemplis confirmandum sit, indicata eorum duntaxat notione Scriptorum, si qui adessent, locos laudare satis duxerim, a quibus usurpata esse constaret: inutilibus caeteroquin resecatis, ne illorum more agere viderer, qui ne parum multa sciisse videantur, ea conquirunt quae nihil ad rem pertinent: cum praeterea, quoties exitus rei ostendit priora, debeamus hoc esse contenti, quo reliqua intelliguntur. Nec enim complecti omnia vel in hac parte, vel in caeteris possumus, contenti rationem plura quaesituris ostendere. Sermonis igitur latitudinem fugi, sensusque qui latum quaerunt certaminis campum, in angustum constitui, ut fastidium lectionis auferrem.

LXV.

Cautio ne laedantur Scriptores, quorum opiniones improbantur.

Cum vero in rebus iis exquirendis, quarum cognitio quibusdam est obstructa difficultatibus, ut aut quod verum sit, aut ad id quam proxime accedat, eliciatur, recentiorum Scriptorum sententias cogor expendere, ita mihi versandum semper existimavi, ut nullius famam laederem, nullius in nomen luderem, nullius fidem imminuerem. Si quando enim ab his dissentio, suppresso fere semper nomine sententiam edico, maxime si in vivis sunt. Interdum etiam ita Scriptorum sententias describo, ut Lectoris relinquam arbitrio quam de pluribus eligat. Et si quis non aliorum opiniones, sed nostram scire dicat desiderare, reponam cum *y)* Hieronymo, noluisse me sic unum recipere, ut alios videar condemnare.

y) In Prooem. l. u. in Esaiam.

LXVI.

Verborum etymologias inquirere moleſtum, utile tamen cum poſſunt inveniri.

Dum interim aliud agimus, vulgarium vocabulorum etymologias ac originationes interdum inquirimus, non ex profeſſo quidem, magnam quippe moleſtiam ſuſcipit, Chryſippi inſtar, qui rationem omnium vocabulorum inveſtigat, ſed prout ſeſe res ipſa offert. Neque enim ex iis ſum, *z)* qui ſi quid novum inſonuit auribus, non ſatis putant noſſe quid ſignificando valeat, niſi etiam unde dicatur exquirant: Stoicorum ſcilicet more, qui unde verba ſint ducta ſtudioſe indagabant. Sed cum habeat originatio uſum neceſſarium, quoties interpretatione res de qua quaeritur eget, contineatque in ſe multam eruditionem, ſive illa ex Graecis Latinisque, atque adeo ex obſoletis noſtratium vocibus, ſive denique ex Hiſtoriarum veterum notitia orta tractetur, non omittenda omnino viſa eſt. Etymologia quippe, etſi in multis obſcura eſt, ſuperque eadem voce alia alii viſa, tantum tamen abeſt, ut tollenda ſit, ut tam maxime ſit inveſtiganda, quam maxime latet. Atque id quidem, ut fatear ingenue, effecit, ut non tam facile ejusmodi conjecturis indulſerim, imo ut in iis parcus, et provide nimium cautus fortaſſe fuerim, quin et ab iis ſaepe abſtinuerim, *a)* more Academicorum, qui vitantes praecipitium falſitatis, in eo quidem modeſtiores ſunt, quod defectum ſuum minime diffitentur, et in rerum ignorantia poſiti fere de ſingulis dubitant. Quod certe longe tutius eſt, quam incerta temere definire: tametſi interdum, quod aiebat *b)* Hieronymus, quaſi per cryptam ambulanti rarum deſuper lumen conſpiceretur. Satis enim norunt quotquot ſunt eruditi, quam periculoſae ſint in verborum etymis inveſtigandis conjecturae, et quam fallaciter plerumque ſuis conjectoribus adblandiantur: ſicut, inquit *c)* Varro, de originibus verborum qui multa dixerit commode, prius boni conſulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendendum: praeſertim cum dicat Etymologice non omnium verborum poſſe dici cauſas.

LXVII.

Quidam longius arceſſunt vocabulorum originationes.

Non deſunt quippe ex hominibus apprime doctis, qui dum Linguarum ſuarum cunabula venantur, ne quicquam relinquant

z) *S. Aug. lib. 12. de Geneſi ad lit. cap. 18.*

a) *Ioan. Sarisb. in Policr. l. 7. c. 4.*

b) *Praefat. in Daniel.*

c) *Lib. 6. L. Lat.*

inquant intactum, a Graecis veteribus, vel a puriori Latinitate originationes accerſunt, verbaque ſic inflectunt, ut ſi reducantur ad primariam vocem, obſcurae omnino, duriuſculae, et aegre detortae videantur, ita ut utraque inter ſe commune nihil propemodum habeant: „qui denique, ut Ariſtophanes et „Apollodorus, apud *d)* Varronem, verba ex verbis ita declinari „volunt, ut verba literas alias adſumant, alia amittant, alia commutent; ſeu ut ait Socrates *e)* apud Platonem: ἐμβάλλοντες πολλὰ καὶ τὰ πρῶτα ὀνόματα, τελευτῶντες ποιῶσι μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων συνιέναι ὅ τι ποτὲ βούλεται τὸ ὄνομα. Neque enim vis inferenda vocabulis in eorum inveſtigandis originibus, cum nihil ſimile vero ſuccurrit. Spectandum vero maxime ut in ejusmodi disquiſitionibus, φωνὴ, σχῆμα et χρῶμα conſonent. In linguarum deinde vernacularum quae Latinam ut matrem agnoſcunt, etymis indagandis minime adhibendae Graecae voces, nec ab iis repetendae etymologiae, niſi prius in Latinitatem tranſierint, cum in vulgari ſermone recepta nusquam fuerit Lingua Graecanica, ſed Latina eaque corrupta. Vnde in ejusmodi etymis praeclaram Latinitatem vix etiam adhiberi debere plerique opinantur. Si quis igitur id ſtudii perſequi uberiore omnium fructu in animo habuerit, non continuo ad Graecas vel Latinas, ſed ad obſoletas illas vulgares voces, ſitu jam obrutas atque antiquatas recurrat, conſulatque Scriptores unius cujusque Linguae paulo ſuperioris aetatis, a quibus hauriet indubie unde conjecturas ſuas firmare longe tutius poterit; *f)* quo modo apud Graecos et Latinos, qui in diſciplina, quam ἐτυμολογικὴν vocant, deſudarunt, ab ipſamet Graeca vel Latina Lingua originationes ſuas fere ſemper formarunt: tametſi non inficias ierim eas interdum ab exteris repetendas. Aiebat quippe Socrates apud Platonem Graecos alias quidem ipſos univerſim, tum vero eos maxime qui barbarorum ditioni ſubjectas regiones incolebant, multa nomina a barbaris ſumpſiſſe, ac proinde quemvis allucinaturum, qui illorum vocabulorum rationem ad Graecae Linguae regulam exigat, et non ad illam Linguam, ex qua originem duxerunt. Verum, ut dicam quod res eſt, non ſemper vocabulorum omnium ſcrupuloſius inquirendae ſunt origines, cum infinita ſint quae primigenia, complura etiam a vulgo formata et ſenſim inducta: alia denique ab exteris barbarisque accepta nationibus, ſicque poſtmodum immutata, ut unde noſtri ea acceperint haud facile ſit expiſcari. Deinde, ut ſcribit *g)* Varro, *non omnis impoſitio verborum extat, quod vetuſtas quaedam delevit, nec quae extat ſine mendo omnis impoſita, nec quae recte eſt impoſita certa manet. Multa*

(e) 5 *enim*

d) Lib. 5. de L. Lat.
e) In Cratylo.
f) Varro l. 4.
g) Lib. 4. de L. L.

enim verba literis commutatis sunt interpolata. Omnis origo est nostrae Linguae e vernaculis verbis, et multa verba aliud nunc ostendunt, aliud autem significabant. His accedit, quod, ut alibi attigimus, in singulis Italiae, Galliae, ac Hispaniae provinciis, tot fere sunt idiomata, quot eae sunt numero, a quibus saepe viciſſim voces mutuantur, quarum incertae origines, quod ex iis complures primigeniae sint. De sola Gallia Narbonensi aiebat *b)* Ausonius:

Quis memoret portusque tuos, montesque, lacusque,
Quis populos varios discrimine vestis et oris?

Scribit Iulius *i)* Caesar Belgas, Aquitanos, et Celtas Lingua, institutis et legibus inter se discrepasse. Qui igitur Linguarum vulgarium etymologias inquirit, peculiaria provinciarum idiomata probe noscat necesse est, cum etymon quod a Graecis, aut Hebraeis, vel a longinquis petit regionibus, a vicinis, saepe repetendum sit. Idque in nostra Francica licet potissimum advertere cujus origines aegre assequetur, qui Belgico-Francicam apprime non noverit, hoc est, eam qua patres nostri loquebantur, antequam ab impura illa faece purgatior evaderet. Quae quidem non eo dico animo ut damnari velim laudandos tot eruditorum virorum in hocce genere studii conatus, (quod nec Socrates apud Platonem, nec Varro togatorum doctissimus, aliique non pauci e veteribus averſati sunt) qui praeclaros de Linguis suis Commentarios ediderunt, quarum veras origines saepe attigerunt, et si quando deflectant a scopo, multa proferunt alia quae docent, a probis repetita Scriptoribus. Atque haec quidem de Etymologica disciplina, in qua si quando ipsemet etiam a vero aberraverim, ut et in caeteris vocabulis quae explicanda illustrandaque suscepi, veniam facile mihi a benigno lectore impetrandam persuadeo, cum scriptis ipse meis tantum abest ut indulgeam, quin me primum illorum, ac forte severiorem caeteris censorem exhibeam.

LXVIII.

Hi Commentarii aegre publicantur.

Non mirum igitur si aegre ac invitus fere Commentarios istos emitto in publicam lucem, quos a nemine videri vellem, si omnibus abscondere possem. Quem enim rudis et impolitus artifex fecerit anulum, ab aliis videri formidat, omnes inspectores non laudaturos, sed judicaturos expectat. Et ostendit itaque et metuit, quia sibi et de opere suo minime credit, et de

b) Auson. in Urbb. n. *i) Lib. 1.*

de alterius judicio non confidit: dum id ſoli ſibi ante examen perfecte non placet, in examine diſplicere plus timet. Sic oſtendentis et paventis accipiat Lector munuſculum noſtrum: judicet quod placuerit, et reſcribat quod judicaverit, ut ſi refrigerato inventionis amore, diligentius repetitos, ſi Deus vitam dederit, lector perpendam, et a mendis purgati editione altera, ſi tanti habeantur, limatiores libri prodeant. Saepe enim accidit, ut ſemper addat aliquid ſtylus, et ſcribendi mora, creſcatque ipſa cogitatione oratio. Interim qui volet proferat meliores epulas, et me conviva utatur, aut qualicunque coena noſtra contentus ſit. Ego vero ſatis me praeſtitiſſe arbitrabor, ſi miſeram utcunque ſuſtinuerim antiquitatem, aliorumque ingenia ad eandem illuſtrandam excitaverim, et ſi inter mala multa, quaedam mediocria, quaedam etiam bona protulerim, cum aliter, ut ait *k)* Martialis, non fiat liber.

LXIX.

Neglectus eſt elocutionis ſplendor: hunc non patitur libri ſcopus.

In iis porro, quae a me pertractantur in hiſce voluminibus, non elocutionis ſplendorem ſpectavi, ſed placuit ut hoc ipſum tumultuario ſimplicique ſermone dictarem, cum ad Scriptorum ſententias ſubtiliter examinandas animum potius adverterem, nec ad verba expolienda ſtudium ſupereſſet, aut otium. Quaeſo igitur Lectorem, ut *l)* Vigilii Tapſenſis verbis utar, ut vilitatem noſtri ſermonis usquequaque non deſpiciat, quia et fortaſſis potuit eloquentius oratio comi. Cum nos ita ſtylum temperaverimus, ut rem potius quam verba legentibus commendaremus. Et maxime hoc opus cothurno tumentis eloquii inflari non debuit, cum in iis quae in rerum verſantur inveſtigatione, criticum omne, nihil de oratore ſperari debeat, ſed cura ſimplicis et diligentis ſolertiae. „Ejuſmodi enim ſunt lucu„brationes iſtae, ut de iis proferre liceat, quod de ſuis *m)* Pli„nius, nec ingenii eſſe capaces, nec admittere exceſſus, aut „orationes ſermoneſve: vel quod *n)* Pomponius Mela de Geographia. impeditum eſſe opus, et facundiae minime capax, quae denique ἀδιήγητα ἀπόφασιν nullo modo poſſunt, quod de iiſdem rebus Geographicis dixit Strabo. Nam et ipſum operis argumentum orationem non tam gravem, quam perſpicuam et interpretationi aptam requirit. Cum enim totum ſit in concinnandis et examinandis auctorum locis, ut vel vocabulorum genuina eruatur ſignificatio: vel ut ritus veteres moresque obſoleti, acta eorundem Scriptorum inter ſe comparatione, eluceſcant *o)*, eloquentiae „non

k) Martial. l. 1. Ep. 17.
l) L. 1. cont. Eutych. c. 15.
m) In Praef.
n) Pomp. Mela in Procem.
o) Octav. Horatian.

„non opus eſt, ſed laboris, ut verbo utar, veteris Medici, ſeu ut „Vegetii *p)* cum hic nec verborum concinnitas ſit neceſſaria, „nec acumen ingenii, ſed labor diligens ac fidelis, ut quae „apud diverſos ſcriptores diſperſa et involuta celantur, pro utilitate publica proferantur in medium.„ Huc accedit quod nulla fere eſt aevi recentioris quae hic tractantur rerum affinitas cum veterum moribus, quibus ignotae fuere, ut veterum complures hodie ignorantur, quod in deſuetudinem abierint. Si quis enim ex verborum ſimilitudine res noſtras hodiernas, aut paulo ſuperiorum ſaeculorum, ad Romanorum mores ac ritus vellet componere, non tam eas illuſtraret, quam tenebras illis caliginemque offunderet. Quemadmodum *q)* quidam ex recentioribus Iurisconſultis res noſtras Forenſes Romani fori expreſſere vocabulis, qui cum ea minime publici eſſe ſaporis ſatis perciperent, ut ipſi intelligerentur, Gloſſaria, quibus utcunque plana fierent, libris ſuis praemittere operae pretium cenſuerunt. „Quo ſane referre hoc loco placet, quae in hanc rem „habet *r)* Scriptor Anglus, dum ait, qui apud Scotiſtas, et in „multis formulis Iureconſultorum barbare loquitur et male La„tine, probari: qui pure, venuſte, Latine, licet graviter et co„pioſe differat, tamen omni irriſione ludi, et arrogantiae notari: „id quod, inquit, in Senatu noſtro accidiſſe ſuperiore die ani„madverteram Nam cum rogationem apud nos de amici ſui „honore quidam ferret, et quia Latine per ſtatuta jubemur id „facere, ſcripſiſſet, ita *Supplex a vobis contendit Titius, ut, etc.* „cum ferebatur, a multis imperitis hominibus continuo propter „Latinitatem, antiquata eſt. Quod cum ille intellexiſſet, ani„madverſo errore ſuo, ſcripſit ita, *Supplicat veſtris Reverentiis Ti„tius, quod, etc.* Statim rogatio, nemini usquam contradicente, „accepta eſt. Riſimus, ſubdit ille, in illa Academia, quae for„mulis omnibus in judicio ſuperſedere patitur, et ubi Latinae „Graecaeque linguae fons et propagatio debeat eſſe, ſcribendi „magis formulam, quia Latina fuit, ad antiquationem, quam „aequitatem rei petitae, quia juſta videbatur, ad impetrationem „valuiſſe. Didicimus tamen etiam inde, conſuetudinis uſusque „longaevi non levem eſſe auctoritatem, nimirum ad abolendam „rogationem apud imperitos et ineptos: non ad conſtituendam „Latinitatem apud doctos et diſertos. Quanquam enim repre„hendebatur, etiam cum repulſae multa, propter Latinitatem „petitio, tamen neque reprehenſio, neque repulſa poterat effi„cere, quo minus magis eſſet Latina quae rejiciebatur, quam „quae fuerat accepta.„ Hactenus ille. Vnde colligi datur haud

p) Vegetius in praefat.
q) Ioan. Lucius, Rer. Chopin. Ann. Robert.
r) Thom. Smith. l. 1. de Pronun. Ling. Gr.

haud proclive esse formulas semel receptas abolere et antiquare, deinde ejusmodi scriptionis genus, quod totum in interpretatione versatur, ita esse debere, ut interpretatio ipsa alio interprete non egeat: quod plerisque nimium disertis accidere solet, quod supra attigimus, ut major sit intelligentiae difficultas in eorum explanationibus, quam in iis quae explanare conantur *s)*. „Sterili materia re„rum natura, hoc est, vita narratur, aiebat Plinius, et haec sor„didissima sui parte, ut plurimarum rerum, aut rusticis vocabu„lis, aut externis, imo barbaris, etiam cum honoris praefatione „ponendis.„ Satius igitur duximus, aliorum Glossographorum exemplo, paulo squalidiori sermone res patrias, ipsasque nostrates formulas, et ut eae tum efferebantur, atque adeo cum ipsa barbarica et inculta minusque interdum latina loquendi ratione proponere Verbi enim gratia, *feudum*, *terram*, aut *Ecclesiam deservire*, non semel dicimus, quod sint formalia verba, ac proinde ut familiaris loquendi modus exhibeatur. Neque enim nobis ignotum, has et ejusmodi locutionis formulas barbaras esse, quae si Latinis purioribus efferrentur, non tam planae essent, quod monendum fuit, ne quis in hisce continuo criticum agat. Tametsi phrasis illa, ut id obiter adnotem, apud Latinos haud omnino insolens ac ignota, cum eodem sensu *Inservire aliquem*, „dixerint Plautus, Festus Avienus, et aliquot alii, ut observatum „est ab Eustathio *t)* Swartzio. Deinde, ut scite scribit *u)* Hen„ricus Valesius, non refugienda sunt haec verba, quae tot secu„lorum usus consecravit: alioquin *Ecclesiae*, et *Apostolorum*, et „*Episcopi*, et *Carbonici*, vitanda erunt vocabula: et longa, verbo„rum serie obscuranda erit oratio, ne dictionis unius prorsus „necessariae asperitate laedatur.„ Atque hac quidem scribendi ratione etsi aliquantum Lectores fatigentur, rerum intentos virtutibus calculum saltem veritati daturos, nec jejunae maciem orationis, ad ea quae sunt caligantibus impedita sententiis expedienda, omnino rejiciendam existimaturos confidimus. Denique si quid minus a nobis, aut secus quam oportuit dictum est, veniam postulamus: aut enim verborum nos copia defecit, ut aut quod sentiebamus exprimere nequiremus, aut quae sentienda fuerant, exilitate ingenii et mentis infirmitate sentire non valuimus. Sed si opere displicemus, saltem studio placeamus. Sit acceptum voluisse, si displicet non potuisse nostrum.

LXX.

Quinam fuerint hujus operis adjutores.

Hac igitur tanquam futuri operis crassa quadam et rudi informatione praemissa, expositaque instituti mei ratione, qua quic-

s) Plin. in Praefat.
t) Swartz.
u) H. Valef. ad l. 4. Euseb. cap. 11.

quicquid non tam praeſtiti, quam praeſtare ſum conatus, Lectoribus proponere ſtatueram, ſupereſt ut quorum ope adjutus extremam arduo et laborioſo operi manum impoſuerim, paucis aperiam, cum benignum et plenum ingenui pudoris ſit fateri per quos profeceris, et contra ingratus ſit et perverſi ingenii, qui profectus diffitetur auctorem. Ego certe, iis praeſertim debere me plurimum ingenue fateor, qui Scriptores non veteres duntaxat, ſed et quos aetas ſequior tulit e tenebris erutos, hactenusque neglectos, etiam hac ipſa qua vidimus tempeſtate, ab interitu vendicant, qui quidem etſi nitida non omnino, imo inſulſa interdum, ne dicam barbara perſaepe oratione libros ſuos conſcripſerint, habent tamen, quod jam attigimus, unde magna eruditionis ſeges accedere poſſit. Ejuſmodi ſane ſunt a viris, omni virtutis et eruditionis genere ornatiſſimis, e Societate Ieſu, IOANNE BOLANDO, GOTEFRIDO HENSCHENIO, et DANIELE PAPEBROCHIO, immenſo ſtudio undique conquiſiti, ſummoque reipublicae Chriſtianae bono editi Scriptores, qui Sanctorum vitas ac geſta literis mandarunt, quos ii eruditiſſimis commentariis, in quibus, quidquid eſt reconditioris literaturae, occurrit, illuſtrarunt. Horum veſtigiis inſiſtunt ex ordine Benedictino, ut alios ſileam, LVCAS ACHERIVS, et IOANNES MABILLONIVS, pari vitae integritate et literarum cognitione inſignes, quorum alter Scriptorum hactenus ineditorum, non Spicilegium, ſed meſſem integram demetendam literatis omnibus expoſuit, confecto tandem nuper tomo decimo-tertio: alter Analectorum duobus jam editis, aliisque paratis voluminibus, Auctorum qui ejuſdem Ordinis Sanctorum Vitas resque geſtas ſcriptis exararunt, collectioni, cum collega Acherio magna cum laude incumbit, hancque eruditis obſervationibus adornat. Horum induſtria, qua ſunt comitate ac humanitate, codices manuſcriptos ex inſtructiſſima Sangermanenſi Bibliotheca evolvere ſaepe contigit, unde noſtrum hoc opus indidem illuſtraretur. Neque ab iis divellendus vir ſimili erga nos benevolentia ac ſingulari prorſus eruditione IOANNES BAPTISTA COTELERIVS, Regius Linguae Graecae Profeſſor, qui editis duobus antiquorum Patrum, qui Apoſtolicis temporibus floruerunt, voluminibus, cum eruditis adnotationibus, idem modo fere in Graecis praeſtat, quod in Latinis Scriptoribus Acherius, Monumentis Eccleſiae Graecae, e veteribus codicibus erutis, primoque jam publicato volumine, aliis proxime ſubſecuturis. Neque perinde reticendus vir clariſſimus STEPHANVS BALVZIVS, qui indefeſſo ſtudio publicandis Scriptoribus operam collocat, nuperque Regum noſtrorum Capitula accurata prorſus diligentia conquiſivit, collegit, contulit, digeſſit, notisque ac vete-

veteribus formulis et monumentis locupletavit, ex quibus Gloſſarium noſtrum colluſtrandi oborta ſaepe facultas et occaſio. Vbi tamen monendus Lector, non ubique ſemper in laudandis ſeptem Capitularium libris ejus me editionem ſecutum, cum res dudum eſſet confecta ex Pithoeana, et quidquam in adverſariis mutare haud levis fuiſſet laboris. Mihi denique duo ſuperſunt viri clariſſimi ac doctiſſimi hac in parte commemorandi, quorum alter eſt PETRVS CARCAVIVS Bibliothecae Regiae Curator digniſſimus, cujus diligentiae quantum illa debeat acceſſionis et incrementi, ut et numiſmatum veterum locupletiſſima ac vere Regia Gaza, norunt quotquot ſunt in hac urbe Galliarum primaria eruditi. Is enim et manuſcriptos ejuſdem Bibliothecae codices, et rariores ex editis, ſingulari nobis urbanitate ſuppeditavit. Alter eſt nobili beneficentia, et rerum noſtrarum cognitione inter paucos illuſtris, ANTONIVS VIONIVS Herouvallius, literatorum fere omnium noſtrae aetatis commendatione notiſſimus: qui citius impetrantibus, quam implorantibus coacervatas undique literarias opes liberali manu diſtribuens, (verbis utor viri docti) unus ſterilitatem temporum, regionum inopiam vel ſuſtulit, vel ſublevavit: qui Hiſtoriae noſtrae in lacinias diſcerptae verius quam deſcriptae integritatem dedit ac nitorem. Is enim qua eſt animi magnitudine, et incredibili in literas omnes amore, quibus juvandis totus natus eſt, veteres codices, tabularia, ac diplomata quae vel habuit, vel quae in manus venere, mecum ſtatim communicavit: ita ut quod ex manuſcriptis monumentis toties excerpta in hocce Gloſſario laudantur, hujus praeſertim liberalitati acceptum referre Lector debeat. In quibus quidem deſcribendis ab eo nominando conſulto abſtinui tot beneficiorum in me collatorum palam in ipſo libri limine conteſtationem editurus.

LXXI.

Praefationis epilogus.


Caeterum,

Si qua videbuntur chartis tibi, Lector, in iſtis,
Sive obſcura nimis, ſive Latina parum:
Non meus eſt error, nocuit Librarius illis,
Dum properat verſus annumerare tibi.

x) Quae quidem ex Martiale duplici de cauſa praeponenda duximus, tum ut ſi quid occurrat, quod aures accuratis Grammaticorum praeceptionibus aſſueta offendat, id tanquam a recte loquendi ſcribendique legibus abhorrens non illico damnet Lector, et criticorum more quidpiam emendandum exiſtimet y) ne

x) *L. 2. Epigr. 8.* y) *S. Hieronym. in Eſa. 15.*

ne dum Scriptoris vitium putat, et errorem emendare dum vult, faciat: ſed aetatis illius agnoſcat conditionem, quae nullis erudita magiſtris incultam barbariem redolebat: deinde ut quae ex publicis documentis, vel ex alienis Commentariis laudantur, prout in ipſorum exemplaribus, vel editis, vel ſcriptis, quibus uſi ſumus, continebantur, ea nos ſumma cum fide deſcripſiſſe perſuaſum habeat. Proinde ſi non Auctorum incuriae, certe Librariorum *properantium*, ut Poetae verbo utar, ſeu ut cum Scriptoribus ipſis agatur humaniùs, celeritati, vel ſaeculi infelicitati errores ſunt condonandi. Quae vero operas ſpectant σφάλματα, fatendum aliquot, imo mirandum non irrepſiſſe plura, cum a nobis ſubinde collecta, non eo eſſent, quo par erat, digeſta ordine in adverſariis, imo tumultuaria ſatis opera, nec ſat bene deſcripta. Ex iis tamen, quae alicujus momenti eſſe viderentur, et ſub manum inter relegendum occurrerunt, ne cuipiam offendiculo ſint, quaedam emendavimus: caetera levia et quae facile aſſequi Lector poſſit, pro ſua ille humanitate boni conſulet, et ſi aliquando viderit numerum pro numero poſitum, et ejuſmodi quae Hipparchus παροράματα vocat, pro aequanimitate ſua vel corriget vel condonabit, cum haec communia ſint iis, qui tam longos ἐπιλογίσμους tractant. Appendices porro ſingulis voluminibus adjunxi, tum ut ſi quid perperam a me ſcriptum ſit retractem, tum ut quae jam excuſa novis Auctorum locis, qui me fugerant, et lucem aliquam dare poterant, firmarem.



A.

prima litera alphabeti, quae 1) quibusdam 500 deſignat. Si recta linea ſuperaddatur 500 ſignificat. 2) In ſuperſcriptione cantilenae, vt altius eleuetur admoner, cuius vſus literae Petrus Romanus, Caroli M. tempore auctor eſt. 3) A prima litera vocis graecae ἀπειλή, *comminatio*, qua litera gloſſarum ſcripturae ſacrae ſcriptores lectorem praemonere ſolebant, prophetiam eſſe dumtaxat comminatoriam. Sic in pluribus codicibus manuſcriptis prioribusque eorum editionibus ad c. 38. Iſaiae ante verba: *diſpone domui tuae* etc. et Ionae c. 3. *adhuc quadraginta dies* etc. litera A praeponitur. Cf. *Hierolex.* DOMIN. MACRI. *Biblioth. S.* SIXTI SENENS. l. 3. 4) In veteribus inſtrumentis praeſertim ſec. 12. A ſaepiſſime ponitur pro E ante M finalem; *talam*, *qualam*, *realam* quia tunc temporis ſic pronunciare conſueuerant.

A, et AB, praepoſitiones vt iam apud antiquiores aliquot ante aduerbia occurrunt paſſim, e. g. *a peregre*, *ab intus*, *ab foras*; ſic in medii et infimi aeui ſcriptoribus maxime abundant, e. g. *a longe*, pro longe, *a dim* pro dudum, *a foras* et *a foris*, pro extrinſecus, forinſecus, *ab heri* pro heſternus, *a retro*, reliquum debitae pecuniae, germ. Rückſtand, vnde et *a retro eſſe*, reliquari.

* AA, quodammodo ponitur a recentioris Latii ſcriptoribus, vt longum *a* ſignificaretur ad pronuntiandum, e. g. *aala* pro *ala*. Inſequenti tempore aſpirationem inſeruerunt, vt *ahala* pro *ala*.

AAGIATVS, egreſſus annos alienae tutelae, Gall. ol. *aagié*.

† AAISIENTIA, v. *Aiſantia*.

† AAISITVS, v. *Aiſatus*.

AALAGIA, agri villarum viciniores. *Ailages* apud Normannos, alias *Bordieres*, Picardis *Tour de ville*, apud quos *aalagia* vltra ſemiarpennem ſe non promittunt. Etymon ab *Aala* pro *ala*. V. *Eslagium*.

AAMVND v. AMVND.

AASAMENTVM, v. *Aiſamentum*.

AASANTIA, AASENTIA, v. *Aiſantia*.

† AATIA, v. *Atia*.

AATILVS, illaeſus, nil damni paſſus. Vtique ſcribendum *aatylus*, a graeco Heſychii ἀατυλος, innocens.

ABA, i. q. *Huba* q. v.

ABA, Latinis eſt, quod Graecis ἥβαι, compellatio ſcilicet, qua apud veteres, honoris cauſa, iunior ſeniorem fratrem affari conſueuerat. Sic iunior ſeniorem aut parentem voce ἄττα, vel ἄππα, ſoror ſororem voce ἀππᾶ, compellabat. Eſt autem *Aba* vox ſyriacae originis ab אבא dilexit, vnde אבא pater, quorum vtraque ab Ebraeorum אהב voluit, dilexit, et אב pater, repetuntur.

ABABTISTVM et ABAPTISTVM, terebella Gall. *Trepan*, Paulo Eginetae τρυπανον, eidem l. 6. c. 91. ἀβαπτισμος. Chirurgicum est instrumentum ad perforandam laesi capitis caluariam; ab α priuat. et βαπτιζω mergo.

*) ABACIA, vox mendosa in fragmento Perroniano, pro qua recentiores editiones rectius *ab acia* legunt. V. *Acia*.

ABACINARE, ABBACINARE, oculis priuare, excaecare, praesertim per ferrum candens, aut peluim ferream, vel aeream (quam Itali *Bacino*, et Galli *Bassin* vocant, vnde vocis etymon) oculis excaecandis obiectam. Itali *abbacinare* etiamnum dicunt. Is excaecandi modus perantiquus est, vt constat ex PLATONE in Gorgia, LIBERIO ap. Gell. l. 10. c. 17. et aliis. Plura de hac re habet CANGIVS h. v.

ABACINVS, Italis subobscurus, opacus; de eo dicitur, quod non clare apparet. Ital. *abbacinato*, v *Abacinare*.

ABACISTA, qui *Abaco* operam dat, ratiocinator, supputator, Italis olim *Abbachiere*, nunc *Abbachista*.

ABACOT, pileus augustalis regum Anglorum duabus coronis insignitus. Ita SPELM.

ABACTOR, 1. Pro *Exactore* s. Publicano. V. *Exactor*. 2. Fur iumentorum et pecorum, *Abigeus*, qui tamen significatus nec iis ignotus, qui de Iure Romano pure magis, et emendate olim scripserunt, vt Paulo aliisque.

ABACVS, praeter notos significatus sumitur etiam pro Arithmetica ipsa, quia Arithmetici in abaco, vel mensa puluere consperso numerorum notas delineabant. WILHELM MALMESB l. 2. ait, *Gerbertum Remensem* a Saracenis Hispanis didicisse *Astrologiam*, *Abacum*, *caeterasque artes*. † Hinc *libri signati per Abacum* in Stat. Mant. forte sunt Codices notis numericis per singulas paginas signati.

ABADAGIVM, vox Catalonica, quae potationem seu comestionem significat. Concil. Terracon. MS, c. 10. *Bevragia*, *comestiones*, *pastus*, *potationes seu abadagia exigere quasi ex debito non formidant*.

† ABADIA, praedium, possessio, eadem acceptione qua *Honor*; promiscue enim *Abadia* et *Honor* in Chartis vsurpantur. Vox Hispanicae originis, qua non Abbatia modo sed et praedia etiam honoratiora significantur. V. *Honor*.

† ABADILIS, ABBADALIS, abbatiali dignitati congruus, decens.

ABADIR, lapis species, in Gloss. Isidori. PAPIAS: *Abaddir Deus dicitur, quo nomine lapis vocatur, quem deuorauit Saturnus pro Ioue. Dicitur quoque Ahaddier, vel Abdira, vel Abderites, quem Graeci Badelion vocant.* V. eundem in Abdira, et SALMAS. ad Lamprid. p. 181.

ABAIA v. *Abasa*

ABALIVD, quod ab alio pendet, inferius. Tertull. l. 1. ad Nat. c. 9. *Quamquam et alias confitemini istud, si quando illos* (Deus) *supplicio nostro videmini vlcisci: Abalind a maiore defenditur; pudeat igitur Deos ab homine defendi.* Sic Graeci ἔξαλλον dicunt eadem notione.

† ABAMVRVS, s. murus muro additus, gall. *Contremur*. Charta 1270 in Hist. Lugdun. *Item transposita sunt Abamuri cum Archeriis, quae non sunt redactae ad pristinum statum, ad mensuram vnius tesae.*

†) ABANDONNAMENTVM, proclamatio seu licentia. *Nullus potest nec audet venari - - nisi per curiam Abandonnamentum et licentia data.* Charta a. 1379.

† ABANDONNARE, *Abandunnare* publico banno edicere, permittere, aut vetare. *Praedictum nemus in defensum posuere vel abandunnare mihi non licet* Chartular. Artemar. ch 201.

ABANDONVM, ABANDONIVM, ABANDVM, HABANDONVM, res arbitrio cuiusque exposita, praesertim de bonis mobilibus vel immobilibus in pignus seu cautionem assignatis pro pecunia debita, venditione aut permutatione cauenda et firmanda, gall. *Garantie Si quis vero Abandum ab aliquo acceperit, si disfrationare se iure accepisse non poterit, lege qua vinit, reddet illud.* Char-

Charta Communiae Increnſis a. 1158. *Bona fide garandire promitto per Abandonum omnium rerum mearum.* Charta a. 1245 ex Tabul. Monaſt. S. Richarii Centulenſis. Hinc *dare in abandonum* et *ponere in abandonum*, idem eſt ac oppignerare, obligare.

ABANEC, ABANES, cingulum ſacerdotale, i. q. *Abanet* ſ. *abnet* ab Hebraeo בבנט balteus, cingulum. † *Abanech cingulum ſacerdotale rotundum, polemita arte, ex cocco, purpura, iacinctoque contextum; ita vt flores atque gemmae in eo eſſe viderentur diſtinctae.* Gloſſ. vet. ex cod. reg. 7646.

† ABANGVA, v. *Abenga.*

ABANNATIO, Iurisconſultis vertitur ἀπαναγκασμός, annuum exſilium propter voluntariam caedem commiſſam; ab *ab* et *annus*. Cf. CAROL. DE AQVINO, lib. I. Miſcell. c. 13. p. 99.

ABANTE, ἀπὸ ἐναντίου, ἀπὸ προσωπου e conſpectu. *Fundi huius dominus infans hic iacet ſimilis Deo Hunc abante oculis parentis rapuerunt nymphae in gurgite.* Vetus epitaph. Romae. Aliis *ab ante*.

ABAPTISTVM, v. *Ababtiſtum.*

ABARCA, Hiſpanis eſt quoddam calceamenti genus priſcis illis ſaeculis, ac etiam praeſentibus, repandorum calceolorum inſtar, ex caprina ſ. boaria pelle confectum, ad aſpera et montoſa loca peragranda habile et aptum, propterea que paſtoribus ac ruſticanis hominibus in montanis ipſis valde commune. Ab eiusmodi calceo cognomentum *Abarcae* inditum tradunt Sanctio Nauarrae Regi, qui regnum iniit a. 907, quod in illud primum veniſſet *indutus et calceatus, ac ſi eſſet paſtor*, vt eſt in hiſtoria Pinnatenſi. V. *Alpargates.*

ABARCENVM, v. *Abartenum*

ABARDILLA. Hominium Geraldo de Moiſſaco Raymundo Comiti Toloſano praeſtitum a. 1224. in Regiſt. Toloſ. p. 14. *Praeterea illam et margillum, quam et quod habemus in flumine Tarni, cum rappis, abardillis, piſcariis, et omnibus aliis iuribus et pertinentiis ſuis. Barda* et *Bardales* Hiſpanis ſunt modo hirtae ſaepes, modo alia quaeuis ſtructilia ſaepimenta, vt e palis etc.

ABARE, fratrem affari; a voce *Aba* q. v. vt a *pappa* eſt *pappare*, a *lallo*, *lallare*. AVSONIVS epiſt. 1. patrem alloquens ait:

Nam ſupparis aeui
Sum tibi ego, et poſſem fratris abare vice.

Hunc verſum ita reſtituere Scaliger et Vinetus ex peruetuſto et optimae notae Auſonii codice; in vulgatis enim eſt: *fratris habere vice.*

ABARNARE, rem clam et occulte geſtam probationibus iudicialiter manifeſtare; ex Saxonico *abarian*, denudare, manifeſtare. Leges Kanuti Regis Angl. c. 104. *Si homo furtiuum aliquid in domo ſua occultauerit et ita fuerit abarnatus, rectum eſt vt inde habeat quod quaeſiuit.* *) Conuenit cum germ. offenbaren; nam Saxonicum *abarian* et Francicum *irbaren* ſunt a *bar*, nudus et *baren*, monſtrare. Cui addita praepoſitio *ar*, quae ſignificat *ex*, cum terminatione latina infinitiui, fit *arbarenare*, contr. *abarnare*

ABARRARE, pretio conducere, *abarratus*, pretio conductus. A voce *arrha* quomodo in officio S Agnetis 21. Ianuar dixere: *annulo ſuo ſubarrhauit me dominus.*

ABARTENVM, inhoneſtum Sic legitur in Gloſſ. Bitur et in Gloſſ. Iſidori noris Ge. Graeuii illuſtratus. In excerptis Pithoei additur ἀναξθενον, quaſi virgine indignum. Hinc patet male ſcriptum fuiſſe *Abarcenum.*

ABARTIA, ἀπληστια. Inſatiabilitas. Hinc Angl. *Abarſtik*, inexplebilis. Ex Diction. Lat. Barb. Adami Littleton.

ABAS, quaſi ὑφειος, bardus, hebes. Item ſacer morbus Tarentinis, Epilepſia. Ex Gloſſ. Ad Littleton. *) Potius a Saxon. *abaſe*, ſupprimere; nam Germani inferiores etiamnum dicunt abaſig pro alber, et Anglis eſt *abaſhed*, ſtupefactus.

ABASA, in Gloſſ. Iſidori, *infirma domus, quaſi ſine baſe.* Papias Mſt. *Abſo*; *infirma domus.* Editus, *Abbaſon* (Legebat Calepinus *Abaia*, *Abaſon, infirma domus.*) In Gloſſar. Aelfrici *Abaſo* eſt infirmatorium, i e.

aegrorum hominum domus. Leon. Friſchius ſuſpicatur *abaſa domus* dici quaſi *abſa domus*, i. e. domus ab aliis aedificiis ſeparata, vt domus leproſorum. *) Nihil obſtat quin et huius vocis originem accerſamus a ſupra memorato Saxonico *abaſe*, ſupprimere, ita vt *abaſa domus* ſit, aut domus depreſſa et humilis, aut domus infirma, aut denique domus infirmorum.

ABASCANTVS, infaſcinabilis, in quem nihil valent quaeuis faſcina. *Abaſcantos* numerat Tertullianus inter eos, apud quos quaeſtionem habendam, cum quis de hac vita egrederetur, ſomniabant Valentiniani.

† ABASSARE, ABEASSARE, demittere, minuere; vox Italica, gall. *baiſſer*. Charta 1192 apud Murator. Antiq. Ital. med. aeui T. V. p. 87. *Ad brachium rationis adbaſſentur.* Annal. Murin. ad 1262. apud eund. T. XI. Script. Ital. p 66. *Eodem anno omina molendina Mutinae fuerunt abbaſſata.*

ABASTARDARE, baſtardum, ſ. nothum aut illegitimum pronuntiare. V. *Baſtardus.*

ABASTRA, folia vitis, in Gloſſ. Mſſ. apud Franciſc. a Quercu Anglum in Etymologico.

ABASTRATVRA, Gloſſae Mſſ. Latino-Graecae: *Abaſtratura, ἀπο τῆς ἀναῤολῆς*; vbi altera manus addidit: *Lege ab aſtratura.* Martin. in Lex. Philol. *Abaſtratura in Gloſſ. lege a ſtratura, qui ſternit equum.*

ABATARE, ABBATARE, ABATERE. 1. Proſternere, deiicere. Pactus legis Salicae tit. 45. *Si quis hominem de barco abbatiderit.* 2. Ligna ſuccidere, germ. fällen, Ital. *abbatere.* Libertates Mſ. villae S. Deſiderii in Campania a. 1228. *Si aliquis aliquem inuenerit in nemoribus ſuis abatantem* etc V. in *Astroncare.* 3 Pretio diminuere, germ. abſchlagen. Charta Simonis Comitis Leiceſtriae et Montis fortis a 1209. *Si tempore ſolutionis haec moneta Melgorienſis fuerit abatuda ſeu deteriorata.* 4. *Abatare ſe*, bona decoquere, menſarias rationes mala fide creditoribus renuntiare. Vox ita confecta ab Hiſpanis, quibus *abatirſe* eſt ſe deiicere; quia decoctores ita bona ſua ſeu aliena decoquunt, vt quaſi proſtrati iaceant.

ABATIS, vel potius *a batis*, qui bato praeeſt, vt *a ſecretis*, *a caliculis.* Papias: *Abatis, ſubauditur Praepoſitus, id eſt, qui batos, id eſt menſuras regias, diſperſit* (lege *diſpenſat.*) Guill. Brito in Vocabul Mſ. *Abatis media correpta, qui cum batis diuidit auenam. Batus dicitur prouendre in Gallico.* Cuiusmodi autem fuerit Abatis munus, belle deſcribitur in Bulla aurea Caroli IV. Imper. c. 27. Vnde colligitur *Abatis* et Mareſcallorum munus idem fuiſſe. V. *Abbas Curiae* et *Abatta.*

ABATRAN, I. In lingua vulgari Hiſpanorum i. q. *abatare ſe*, q. v 2. † De rei pretio detrahere. Statut. Maſſil. l. 1. c. 40. *Quod auera ciuium* (corraterii) *non vilificabunt nec abatran, vt praeferant auera extraneorum.*

ABATTA, forte pro *Abatia* Gloſſa ad Diſticha Magiſtri Cornuti S. Io. a Garlandia. *A Bato dictum Abatis: eſt proprium nomen neutrius gen. et indeclinabile, et eſt menſura qua menſuratur praebenda auenae quae datur equis in Abatta, vel aliis ad huius officium deputatis.* V. *Abatis.*

ABATTVS, i. q. *abactus*, verjagt.

† ABATVA, monetae minutioris ſpecies videtur, eadem forte quae infra *Abenga.* Charta Petri Archiep. Bitur. *Cum controuerſia erat - - ſuper decem denariis et vna Abatua de cenſu* etc.

ABAVCTOR et ABAVCTVS, in Gloſſario Mſ. eccleſ. Bitur. et aliis pluribus pro *Abactor* et *Abactus.*

ABAVDIRE, I, Exaudire. Charta a. 1033. ap. Murator. T. 2. Antiq. Ital. med aeui p. 16. *Quidem et ego domnus Ingo epiſcopus vos, qui ſupra ingales abaudiui, et recte petitiones veſtras intellexi* etc. 2 Contemnere, non audire. Acta S. Nicephori Mart. n. 12. *Reſpno et blasphemo opera manuum hominum, imo abaudio qui eiusmodi errorum peſtibus ſeipſos tradere contendunt.* V. *Obaudio.*

† ABAV-

† ABAVNAMENTVM, i. q. *Abonamentum.* q. v.

ABAVTORIZARE, ab autoritate recedere, jurisdictionem declinare. Legg. Rotharis ap. Murat. T. I. P. 2 p. 26.

† ABAZOLARE, glebas jactando fructus ex arboribus dciicere, vt videtur. Ab Ital. *Zolla*, gleba, seu a *Bazolum*, vectis s. baculus, cui transuerso caniſtrum imponunt. Stat. Auellae 1496. ex Cod. Reg. 4624. *Item quae coeperit vel excusserit, abazolauerit, vel exportauerit in et de alienis possessionibus vel arboribus nuces, castaneas etc.*

ABBA, ἀββᾶ, in Gloss. Lat. Graeco. Alias legitur *Abba*, ἄττα; sed legendum censet Scaliger c. 29. l. 1. *Abba*, πατὴρ. V. supra *Aba* et Lexicon Martinii.

ABBA, Pater, v. infra in *Abbas.*

ABBACINARE, v. *Abacinare.*

ABBACOMITES, ABBICOMITES 1. Comites ac nobiles laici, quibus datae erant a Regibus Abbatiae et Ecclesiae jure beneficii, seu vt ajunt, *in Commendam.* Gerbertus ep. 17. *Scire cupit, an Hugo, quem vestra lingua Abbacomitem dicitis, vxorem duxerit.* *) Plura de origine et progressu hujus moris habet Cangius, quae hic addere, nimis prolixum fuerit. 2. Abbates, qui simul erant Comites.

† ABBADALIS, v. *Abadilis.*

ABBADIA 1. Ius capiendi e defuncti parochiani bonis mobilibus id quod magis placuerit. Competit autem paroeciarum Rectoribus apud Hispanos et alios in res plebis sibi commissae, ita tamen vt si Rector inter vestes eligat, si sint purpuratae, eas haeres defuncti dare minime teneatur. Hispanis Ius illud interdum idem est quod apud Belgas Ius *melioris catalli*, aut *hereoti* apud Anglos, (*) aut Hauptrecht, Weidmahl, Gewandrecht, Budtheil, Todte Hand, Todtfall etc. apud Germanos, de quibus v. SCHOTTEL. de singul. quibusd. Iurib. et HALTAVS. in Gloss.) competens domino feudali in homines suos manus-mortuae. 2. Interdum etiam *Abbadia* ponitur pro *Abbatia.*

ABBANVM, *Baculus Abbani*, baculus ad coronationem Regum Italiae adhiberi solitus. Forte baculus pastoralis Archipresbyteri Modoetiensis, qui in *modum tridentis* elaboratus exhibetur in Charta a. 1530 in Murator. dissert. de coronat. Reg. Ital. Tomo II. Anecdot. p 316.

† ABBARRARE, vox Italica, viam obsepire, intercludere, et metaphorice, decipere, fallere. Statut. Crim. Riper. c. 168. *Si vero fuerit barrus, qui aliquem barrauerit in communitate Riperiae, vendendo dolose aes pro auro, vel gemmas seu jocalia falsa - vel alio quouis modo abbarrando*, etc. A *Baro*, Italis fraudator, deceptor. V. *Baro* et *Barrare.*

ABBAS, vox Syriaca, quae Patrem sonat. Passim quoque *Abba* absque *S* scriptum reperitur. *Abba Felix*, apud Facundum Hermianens. libro contra Mocianum. *Abbates* dicti:

1. Latinis et Graecis scriptoribus vniuersim monachi omnes, praesertim senio ac vitae sanctitate venerandi, qua notione *Patres* iidem nunc appellantur. Regula S. Columbani c. 7. *Cum tanta pluralitas eorum sit, ita vt mille Abbates sub vno Archimandrita esse referantur.*

2. Praefectus Monasterii, qua notione vox notissima. Hinc ABBAS CARDINALIS, cui indultum est nomen et priuilegium Cardinalis; ABBAS IN CAPITE vt habet Charta Guillelmi Episcopi Treconensis, gall. *Abbé en chef, Abbé en titre.* ABBAS COMES, ABBAS IRRELIGIOSVS, ABBAS LAICVS, ABBAS MILES, ABBAS COMMENDATARIVS, ABBAS SAECVLARIS, comes seu nobilis laicus cui data erat a Regibus Abbatia et Ecclesia jure beneficii. V. *Abbacomes* et *Commenda.* ABBATES EPISCOPI, dicti olim in Sicilia, Catanae et Montis Regalis Abbates, quia cum a Regibus Siculis extructa essent iis in locis Monasteria, eorum Abbates postmodum a Pontificibus Episcopi creati fuere, eorumque Ecclesiae cathedrales factae. ABBATES EXEMTI a Iurisdictio-

dictione Epiſcopi ſeu ordinarii et nude a Romana ſede pendentes, ex ſpeciali priuilegio. ABBATES MITRATI, quibus epiſcopalia ornamenta, i. e. Mitram, Sandalia, Chirothecas ac Annulum deferendi a Pontificibus indidem jura indulta ſunt. ABBAS REGALIS, v. *Monaſteria Regalia.* ABBAS SECVNDARIVS dictus Praepoſitus Monaſterii, ſeu vt hodie eum vocant, *Prior*, quod vices ageret Abbatis primarii.

3. Praefectus cuiuſuis ſocietatis, ad colendam pietatem et diuini numinis cultum erectae. Sic in Capitul. Caroli M. et alibi occurrunt ABBATES CANONICORVM, nempe regularium, et ABBATES CANONICI, quibus opponuntur Abbates Monachorum. ABBAS CONFRATRIAE S. YVONIS, vocatur primus inter Praepoſitos fraternitatis ſeu ſocietatis erectae in Capella S. Yuonis Pariſiis, via Iacobea.

4. *Abbates* interdum dicti ii, quos *Curatos primarios*, gall. *Curez primitifs* appellant. Conſtat enim omnes eccleſias et ciuitatis et dioeceſis habuiſſe miniſtrum vnum maiorem, alterum medium, tertium infimum. Prior dicebatur *Abbas*, *Cuſtos*, et tandem dictus eſt *Rector*; miniſtri medii dicebantur *Presbyteri* et tandem *Capellani*; infimus appellabatur *Sacriſta*. Huc pertinent quoque ABBAS PALATII, qui alias Archicapellanus; v. *Capellanus.* ABBAS CASTRENSIS, Abbas in caſtris, Archicapellanus regius, ſic dictus, quod in caſtris oratorio palatino Capellanisque regiis praeeſſet; ABBAS CVRIAE, quo nomine venit Archicapellanus Curiae Delphini Viennenſis. Denique etiam

5. Primi ſeu Praepoſiti cuiusuis ſocietatis ſaecularis interdum *Abbates* appellabantur. De hoc genere eſt ABBAS CAMPANILIS, ſeu ABBAS CLOCHERII, miniſter in eccleſia Anicienſi, qui praeeſt pulſationi campanarum. ABBAS CLERICVLORVM, in eadem eccleſia Anicienſi, primus inter decem Chori pueros vocitatur, ſecundus *Prior* dicitur. ABBAS CONARDORVM, ſ. CORNARDORVM, quo nomine apud Rothomagenſes, Ebroicenſesque vocari ſolebat Praefectus facetae cuiusdam ſocietatis joculatorum hominum, qui ſe *Conardos* appellari amabant; v. *Conardus.* ABBAS ESCLAFFARDORVM, ſeu Dux et Praefectus initae ſocietatis ad mutuam defenſionem, inter Clericos, Eccleſiae de Romanis in Delphinatu. V. *Eſclaffardi.* Non ſolum Genuenſibus Praetor, ſeu Rector populi olim vocabatur ABBAS POPULI, ſed etiam Brixiae Decurionum primores et Mediolani Collegiorum et Sodaliriorum, imo mercatorum atque opificum praefecti ABBATVM COLLEGII nomine veniunt; quid quod in Mediolanenſium Statutis crebra fit mentio ABBATVM COLLEGII NOTARIORVM ET ARTIFICVM. Aquis ſextiis etiamnum quotannis eligitur ABBAS POPVLI, qui cum pompa interſit proceſſioni illi per totam prouinciam celebri, quae fit die feſto S. Corporis Chriſti. In epiſtolis Gerbertinis litterarii Gymnaſii primarius Praefectus, Gymnaſiarchus, ABBAS SCHOLARIS audit. † ABBAS IVVENVM, ſeu ABBAS LAETITIAE denique, eſt princeps annuus apud Arrebates ſocietatis jocoſae, idem qui Inſulis *Rex ſtultorum.* Valentianis *Facetiarum Princeps*, et alibi aliter nuncupatur. Paulo fuſius de hac ſocietate agit Carpentarius.

6. ABBAS SVPERBVS, Pica Braſiliae, Ramphaſtus, Rhinoceros, auis volucris Indica ingentis roſtri. V. Hofmann. v. *Pica Braſiliae.*

ABBASCIATVM, i. q. *Ambaſciatum* q. v.

ABBASIA, Abbatiſſa, in Charta a. 1303. ex Bullario Fontanellenſi.

ABBASO, Infirmatorium ſ. domus in quam aegroti deportantur. V. *Abaſo.*

ABBASSARE, v. *Abaſſare.*

ABBATARE, v. *Abatare.*

ABBATATVS, dignitas et officium Abbatis, vt Epiſcopatus Epiſcopi.

ABBATIA, i. Monaſterium, cui praeeſt Abbas, vel Abbatiſſa. Vox nota.

ta. †ABBATIA APOSTOLICALIS, quae sedi Romanae sine medio subjecta est. Sic in Charta Henrici I. Reg. Franc. a. 1058. ex Tabul. Fossat. † ABBATIA CANONIALIS, cujus Abbas erat Canonicus. 2. Ipsum Abbatis regimen ac gubernatio, dignitas abbatialis. Concil. Meldense a. 845. c. 10. *Talis Abbatia quae Paternitas latino nomine dicitur, funditus removearur.* 3. Ecclesia Parochialis, maxime illa, quae *Curatum* habebat *primitivum*, qui non semel vocatur *Abbas*. Hinc in antiquis Foris Nauarrae l. 1. 2. Paroecias vocant *Abbadiados*. Pari ratione ecclesiae parochiales etiam dictae sunt *Monastе ia*, vnde antiqua vox gallica *le Monstier*, quae de qualibet ecclesia intelligitur. 4. † Reditus ecclesiae parochialis ab Abbatia dependentes; quod et de praediis, aliisque bonis, quae nunc *Prioratus* appellantur, intelligendum est, et quae quondam quoque *Abassia* audiebant. 5. Dominium et possessiones ad Abbatiam pertinentes. 6. † Monachorum ex aliquo monasterio delectus ad institutionem alterius nouae Abbatiae. Epist. S. Bernh. ap. Marten. T. I. Collect. ampl. p. 738. *Si forte ad opus fratrum nostrorum naues adduxerint, et requisierint Abbatiam, quam missuri eramus*, etc 7. ABBATIA SEMPITERNA, sumitur juxta Lobinellum in Glossario Historiae suae Britannicae vt et *Monachia*, pro *feudo* jure mortuinii donato, gall. *Fief amorti*. P. 219. t. 2. eiusd. Hist. *Hoel Comes dedit S. Canuodo villam Dargoth in Abbatia sempiterna.*

ABBATIALIS, ad Abbatem pertinens.

ABBATIANI, Abbatibus subditi, addicti, vt Episcopani Episcopis.

ABBATIARE, et ABBATIARI, ABBATISARE, Abbatis vel Abbatissae munus obire, Abbatiae praeesse. Spicil. Acher. T. V. p. 45. *Fratres eius ecclesiae elegerunt Stephanum qui coepit abbatiari anno Domin. Incarnat.* 1023.

ABBATIARII, apud Beneharnenses et Bigorritanos, iidem qui *Abbates Milites*, seu *Abbates Laici*, quos vide.

ABBATICIVM, munus Abbatis.

† ABBATICOVS, vt abbatialis. *Iure abbaticio*, i. e. Abbatis potestate et dignitate.

ABBATICVLVS, diminut. *Abbatis.*

ABBATIOLA, I. Capella, Sacellum, Ecclesiola, Ecclesia minor, seu *minus* vt vulgo audit *beneficium*. Capit. Caroli C. a. 853. c. 3. *Missi inquirant de Capellis et Abbatiolis et casis Dei in beneficium datis.* 2. Paruula Abbatia, in qua scilicet pauci monachi, et res modica.

ABBATISARE, ABBATIZARE, vt *Abbatiare* q. v.

ABBATISSA, I. Praefecta Monasterio virginum, seu Sanctimonialium, *Mater Monasterii*, vt a quibusdam vocatur, *Mater Monachorum*, apud Io. de Ianua. 2. Lena et meretricum magistra in Computis a. 1400 seqq. Hist. Nem. Probat. T. 3. p. 153. *Abbatissae lenium mulierum pro vino, decem solidos Turon.*

ABBATISSALIS, ad Abbatissam spectans.

ABBATISSIATVS, *us*, munus et dignitas Abbatissae.

ABBATITVRA, I. Argentariae dissolutio, inopiae denuntiatio, gall. *Banqueroute.* Ab *abatare se*, v. *Abatare.* 2. Dominium, Iurisdictio. Vox orta a voce *Abbas*, vt *Abbatiare*, quod interdum dominari, praeesse significat.

ABBATIVNCVLA, parua Abbatia, *Abbatiola.*

† ABBATIVS, *Abbatia Terra*, dominium et possessiones ad Abbatiam pertinentes.

ABBATOR, pro *Albator*, Coriarius, qui coria dealbat, vel inficit quorneo puluere, germ. Gärber. Fleta l. 2. c. 52. §. 35. *De Abbatoribus coreorum.*

ABBATVLVS, paruus Abbas, in vita S. Bernardi.

† ABBAZIVM, Abbatis munus vel ipsa Abbatia. Charta a. 909 i. Hontheim. Hist. Treuir. T. I. p. 257. *Acta est autem haec precaria traditio publice Treueris in monasterio S. Maximini, adstante Eberhardo ipsum Abazium tenente.*

ABBECARE, roſtro ſeu *becco* impetere, germ. bicken. V. *Becco.*

† ABBERAGIVM, aquarium, i. q. *Aberagium*, q. v.

† ABBERARE, adaquare. i. q. *abebrare*, et *abenbrare.*

† ABBERGAGIVM, datio ad cenſum, conceſſio ſub certis conditionibus et ſtato pretio. Litterae official. Matiſion. a. 1455. *Faciunt inter ſe pacta Abbergagium, promiſſiones, quae ſequuntur* etc. V. *Albergamentum.*

† ABBERGARE, dare ad Abbergagium, ſeu ad cenſum et ſtatutam praeſtationem. Charta a. 1377. *Accenſat et abbergat et in emphiteoſim perpetuam tradit, cedit et concedit inſulam ſupradictam* etc. V. *Albergare.*

ABBERGVATA, i. q. *Albergata*, ſcilicet Ius hoſpitii in domo vaſalli. Item praeſtatio, quae Domino hoſpitii loco exſoluitur.

ABBETAMENTVM, Vox Saxonica, inſtigatio, incitamentum. Rymer. T. 8. p. 26. *De aſſenſu, conſilio, favore, abbetamento, couina, vi, retinentia ſeu adhaeſione praedictorum Ducis et Comitum.* Vid. voc. ſeq.

ABBETATOR, vox forenſis apud Anglos, incitator, inſtigator, qui alium ad facinus aliquod perpetrandum exacuit, tutaturue facturum. Monaſt. Anglic. T. I. p. 742. *Procuratores, notarios, nuntios, manutenſores, fideiuſſores, abbetatores, attornatos, deputatos, actores* etc. Spelmannus accerſit a Saxonico *a*, i. e. ad; vsque, et *betan* excitare. Leon. Friſchius contra cenſet, hanc vocem idem eſſe ac *Affectator*, mutatis *ff* in *vv*, et *vv* in *bb*; tumque & in *tt*, Italorum more. V. *Abettum.*

ABBETVM, i. q. *Abbetamentum*, vide etiam *Abettum.*

ABBEYANTIA, v. *Abeyantia.*

ABBICOMITES, v. *Abbacomites.*

ABBOBVTA, vox in veteri Charta Luſitanica aerae 904 obuia, apud Roderic. da Cunha in Hiſt. Epiſcop. Portenſ. P. I. c. 12. *Columnas ſex cum vaſibus* (baſibus) *totidem poſuimus, vbi Abbobuta tribunalis eſt conſtructa.* Eſt *Abobada* Luſitanis camera, fornix, concameratio.

† ABBOCATIO, conſtitutio, definitio, ab Italico *Abbocamento*, congreſſus, colloquium. Stat. datiar. Riper. c. 5. fol. 14. *Per inſpectionem incantuum et abbocationum ſeu deliberationum dicti datii* etc.

† ABBOCATORES, qui de re aliqua inter ſe conueniunt, proxenetae. V. *Abocator* et *Abrocator.*

ABBONARE, ABBONAMENTVM, ABBONATIO, vid. *Abo.* —

ABBOTAMENTVM, i. q. *Abbotum.*

ABBOTARE, ABBVTARE, ABBOTARE, ABVTARE I. Terminare, gall. *aboutir*; vox agri menſoribus gallicis familiaris, cum agri limites deſignant. *Abbutare* enim dicunt, praediorum fines, qua ſcilicet parte anguſtiores ſunt, praedio alteri; latera vero nunquam aiunt *abbutare*, ſed agro proxime adiacere. Hiſt. Fundat. Abbat. Norwic. *Quae quidem venella abbutabat ſuper communem viam.* 2. Per vicinitates et confinia creditori deſignare, oppignerare. Charta Curiae Sueſſion. a. 1260. *Pro ſe et eorum haeredibus abbotarunt et aſſignarunt dictam Eccleſiam pro dictis cuſtibus et expenſis.* De origine vocis v. *Butum.*

ABBOTVM, ABBOVTVM, fundus creditori deſignatus per ſuas vicinitates et confinia, vt in hunc creditor ſpeciale ius poſtea acquirat, gall. *About.* Charta Curiae Sueſſion. a. 1270. *De dicta domo tanquam de Abbouto et aſſignamento ſe pariter deveſtierunt.*

† ABBOTVS, *Multiverarius, homo, ome*, in Gloſſar. Provinc. Lat. ex Cod. Reg. 7657.

ABBREVIATOR, Officii nomen in Cancellaria Apoſtolica. *Abbreuiatores* 72 numerantur, e quibus 12 ſunt *de parco maiori*, et Praelatorum more veſtibus vtuntur violaceis. His Libellos ſupplices diſtribuit Cancellariae Praefectus, tumque per ſe aut ſubſtitutos Bullarum exſcribunt *minutas*, ſeu primas perſcriptiones, quae ad libelli ſupplicis calcem ſummatim collectae habentur; et inde vocis etymon. 22 *Abbreuiatores* dicuntur *de parco minori*, quorum eſt, inſtrumenta, quibus contrahi permittitur

mittitur in gradu prohibito, perſcribere et in commentarios referre. Ceteri *Examinatores* appellantur, quod eorum officii ſit, Bullas ad exemplar conferre et recognoſcere. Et hi laici eſſe poſſunt et uxores ducere.

† ABBREVVATORIVM, i. q. *Abevratorium*, q. v.

ABBROCAMENTVM, ABROCAMENTVM, emtio quarumuis mercium, antequam in foro venales proponantur et earundem ſingularum per partes venditio, Angl. *Abbrochement*. Hinc forte Gallica vox *Brocanteur*.

ABBVTARE, v. *Abbotare*.

ABCAECATIO, eluſcatio, ἀποτυφλωσις, Gloſſar. Lat. Gr. Mſ.

ABCARIARE, vehere e loco ad locum, a voce *cariare*, quae a *Carrus*. Rymer T. 12. p. 460. *Ad quascunque partes exteras, in quacunque naui vel vaſe educere et abcariare, educi aut abcariari facere poſſit.*

† ABCARIS, v. ACARIS.

ABCDARIVM, alphabetum, germ. das Abc. Hiſt. Mſ. Beccenſis Monaſt. p. 38. *Abcdarium ipſi expediendum expoſuit.* V. *Abecedarium*.

† ABCINDERE, pro abſcindere, et in ſpecie aures abſcindere, quae furum poena erat. Libert. caſtri de Malaſt. de a. 1312. *Nec aliquis abcindatur pro primo furto* etc.

ABCTVRIVM, Abecedarium ſ. litterae Alphabeti. Liber Sacrament. Gregorii M. vbi de Ordine ad eccleſiam dedicandam: *Deinde incipiat Pontifex de ſiniſtro angulo ab oriente, ſcribens per pauimentum cum cambuta ſua Abcturium, vsque in dextrum angulum occidentis.*

† ABDENTIO, denegatio, detractio, rei conceſſae repetitio, forte pro *abdictio*. Teſtam. Guill. milit. de caſtro Barco a. 1319. apud Lunig. T. 3. Cod. Ital. diplom. p. 1946. *Item dico et volo, quod per ſupraſcripta legata - nulla abdentio ſeu detractio facta eſſe intelligatur alicui perſonae vel loco, cui aliquid in hoc meo reliquiſſem teſtamento.*

ABDEROLOGVS, nugator, qui friuola atque inepta blaterat. Tatian. adv. Gentiles de Demetrio Abderita: *Quid dicemus niſi iuxta communem, Abderologus eſt homo iſte, Abderis natus.* Abdera Thraciae vrbs fuit, quae ob ciuium ſtuporem et fabulas quibus paſci amabant, abiit ipſa in fabulam.

ABDICAMENTVM, negatio. Vita S. Dunſtani T. IV. Maii p. 346. D. *Sin autem inuidis aemulorum abdicamentis refutata temnuntur, ignoratur vtique quid ſatius inceptem, quam vt* etc.

ABDICARE, 1. Abdicere. Vox fori Romani, quae occurrit apud Ludewig. Reliq. Mſſ. T. V. p. 544. 2. Abdere, abſcondere Caſp. Barthius in Gloſſ. 3. † *Abſterrere vel propulſare*. Gloſſar. ver. ex cod. Reg. 7646.

ABDICATORIVM, *locus aptus ad abdicandum*. Ioann de Ianua, i. e. ad abdendum et abſcondendum.

ABDICIVM, *Secretum, occultum, vel abſconditum*. Breuiloq.

ABDICTA, abdicatio, renunciatio. Acta b. Iulianae Cornel. T. I. April p. 440. E. *Promitto Deo et b. Mariae et tibi N. huius domus Patri abdictam proprietatis et cuſtodiam caſtitatis perpetuam et obedientiam.*

† ABDICTATVS, ABDICTIO, eadem notione. Mirac. S. Emeran. T. VI. Sept. p. 511. *Non ſolum qui falſitatis antea fuit notatus, conuictus eſt reus eſſe eiusdem abdictatus* etc.

ABDICTVS, conſtitutus, declaratus. Acta SS. Iulii T. 3. p. 364. E. *Et Epiſcopus: ego te abſoluo inquit, ab hoc reatu. Et ille: tu, inquit, non es meus Abbas abductus, ſed tantum tuae ciuitatis Epiſcopus.*

† ABDICTVS, us, oppoſitio, contradictio, ita vt incoeptum abdicare neceſſe ſit. Charta a. 951. ap. Murat. T. V. Antiquit. Ital. med. aeui p. 965. *Et vbicunque vtilitas dictauerit in portu Cumacio, vel ipſius loci ripariis, vbicumque neceſſitas fuerit, figere absque abdictu ac conſiſtere quopiam tempore*, etc.

† ABDISCERE, obliuiſci, *oublier*, in Vocab. compend. Mſ.

ABDITORIVM, arcae ſpecies, in qua quid abditur vel reconditur. Inuent. Eccleſ. Ebrac. T. II. Monaſt. Angl. p. 173. *Item vnum coffur et vna pixis*

xis de ebore ornata cum argento deaurato. Item tria abditoria et 3. pixides de ebore ornatae cum cupro deaurato.

ABDITVS, vilis, minoris momenti. Ita *abdita oppida* vſurpat lex 14. Cod. Theod. de Oper. publ.

ABDOMIRE, ἀφυπνοῦν, in Gloſſis Graeco-Lat. Martinius in Lex. Philol. habet: *abdormio*, ἀφυπνῶ, Gloſſ. *Ego obdormio.* Hinc patet legendum fuiſſe *abdormire*, quod pro *obdormire.*

*) ABDVCERE, deducere de poſſeſſione per ſententiam juris, vel vi deturbare. Dipl. Henr. Rugrauii a. 1285. *Quod nos — dotauimus noſtram legitimam, Dominam Alheidem — Ita ſine quod nos* ABDVRIMVS (lege abduximus) *quod dicitur* han abgewiſet, *fratres noſtros* etc. in D. de Gudenus Sylloge Dipl. I. p. 610. In margine notatum legitur ABDVRARE, et ita etiam in indice. Vid. Haltauſ. Gloſſ. v. Abweiſen.

ABDVCTIVS, pro abductus, gall. *éloigné.* Auſon. in Gratiar. act. *Nemo abductius jacula contorſit.*

*) ABDVRARE, v. ſupra *Abducere.*

ABEAVRARE, ABEBRARE, i. q. *Abeuvrare.*

ABECEDARIVM, prima literarum elementa. Auctor Mamotrecti: *Alphabetum, Abecedarium.* Will. Malmesb. l. 2 de geſt. Pontif. *Abecedarium ipſi expediendum expoſuit.* V. *Abcturinm.*

ABECEDARIVS I. Qui prima literarum elementa docetur, *puer literis elementariis et calculo imbutus*, ap. Capitolin. in Pertin. Petr. Damian. l. 6. ep. 17. *An literario ludo, vbi pueri prima articulatae vocis elementa ſuſcipiunt, alii quidem Abecedarii, alii Syllabarii, quidam vero Nominarii, nonnulli etiam Calculatores appellantur.* 2. PSALMVS ABECEDARIVS, v. *Pſalmus.*

ABECETORIVM, i. q. *Abcturium*, i. e. Alphabetum.

ABEGERIA, Ius hoſpitandi in domibus vaſſallorum, i. q. *Alberga*, q. v.

† ABEILLA, apis, gall. *abeille*, hiſp. *abella.* Charta a. 1286. ex ſched. Praeſ. a S. Vinc. *Medietatem omnium talarum, quae ſunt hominibus in proprietatibus eorundem, videlicet in vineis, bladis, arboribus, venationibus, et in apibus et abeillis.* Aluearia forte vel apum examina ſpeciatim eo nomine indicantur; hiſp. *abellar*, alueare. V. *Abellarium.*

† ABEL, liber apocryphus annumeratus inter eos, qui Monaſterio Vallis-bonae donantur, in Charta a. 1242 inter Inſtr. t. 6. Gall. chriſt. p. 488. *Item Abel, item ſermones per totum annum.*

ABELIANI, ABELONII et ABELOITAE, ab Abel, Adami filio, ſic dicti, quod illum ſe imitari jactitarent, inquit S. Auguſtin. in ep. ad Quodvult-Deum. Coniuges erant, nec tamen coniugali conſuetudine vtebantur, ſed puerum et puellam adoptabant, qui mortuis eadem conditione ſuccederent. Ab Abele dictos negat Hofmann. in Lex. putat autem ſic appellatos fuiſſe ab arabico verbo *Theabala*, quod eſt ab vxore ſe continere. Tradunt quippe Iudaei Doctores Adamum poſt Abelis necem ab vxore abſtinuiſſe per 130 annos. Quare Giggeius הבל אדם, i. e. Adam ab Eua ſe abſtinuit ob necem Abelis. A ſimili continentia *Abelianorum* nomen.

† ABELIMENTVM, exornatio, ornamentum, gall. *embelliſſement*, ab ital. *abbellire*, exornare. Statut. Cadub. l. 1. c. 67. *Praedictus vicarius ſurgere debeat et proponere ſimpliciter coram eis, ſine colloratione vel abelimento.*

ABELLARIVM, aluear; item alueārium, ſeu locus in quo ſunt alueāria. Edict. Iacobi Reg. Arrag. a. 1228. in Spicil. Acher. t. 8. p. 385. *Omnia animalia aratoria tantum et inſtrumenta aratoria, columbaria, palleria, abellaria, olinaria et molendina in praedicta pace conſtituimus.*

ABELLVS, *agnus recens natus.* Gloſſar. Anic. Mſ. annorum circiter 700.

ABELOITAE, ABELONII, v. *Abeliani.*

ABENCARE, *eradicare*, in eod. Gloſſar. Anic.

ABENEVISARE, ADBENEVISARE, quaſi *adbeneficiare*, id eſt, dare ad beneficium. Dicitur de fundo in emphy-

emphyteuſin locato. Eſt autem Emphyteuſis illa locatio, quae fit, vt aiunt, ad *longos annos*, i. e. a 10 annis vsque ad 99. Neque idem eſt *abenevisare*, vt aeſtimat D. *de Lauriere* in Gloſſ. Iur. Gallici, ac fixum reddere et *abornare* ſeu *abonnare*, nec enim Lugdunenſes *decima abenevisata*, *ſeruitium abenevisatum* ſunt decimae *abonatae*, aut ſeruitium *ad onnasum*; ſed decimae in cenſum datae ſub emphyteuſi. Idem de ſeruitio *abenevisato*. Non ergo *abenevisam* dicitur de qualibet conceſſione facta a Domino feudali ſub certo cenſu, ſed de ſola emphyteuſi. V. *Benevisum*.

† ABENEVISATIO, ABENEVISVM, conceſſio in emphyteuſim ſub cenſu et ſeruitio. Charta Bellijoc. a. 1393. *Fratres de Valpiliena abenevisant et titulo abenevisationis tradunt terram ſub cenſu et ſeruitio vnius livrarii ſiliginis.*

† ABENGA, ABENGHA, ABENGVA, minutioris monetae ſpecies in Gallia, mallia inferior. Gall. vulgo olim *Abenghe*, *Abengue*, *Abenge*.

ABEONA, Dea quae praeerat abeuntibus. Huius mentio fit apud Tertull. l. 2. ad Nation. c. 11.

ABEQVETORVM, Alphabetum, in Cod. Mſ. apud Wanleium de antiquit. literal. ſeptentr. *Item de literis notarum 10 ſ Vocales, a, e, i, o, u, relinquuntur pro vnaquaque Abequetori littera.*

ABERAGIVM, ABBERAGIVM, irrigatio, adaquatio, vſus aquae ad irriganda prata, aut adaquanda pecora. Charta Calomontis a 1397. *Pro champeragiis et aberagiis quae habet in ſtagno* etc. V. *Abeuvrare*.

ABERE AD PROBRIO, pro habere in proprio, gall. *avoir en propre*. Commemoratorium a. circiter 780 ap. Martene t. 1. ampliſſ. Collect. p. 41. *Ipſas villas partibus ſuis ad probrio ſe dixit abere.*

ABEREMVRDRVM, v. *Eberemurdrum*.

† ABERGARE, ABERGIARE, dare ad cenſum ſtaturamque praeſtationem, i. q. *Abbergare*. V. etiam *Albergare*.

ABERGATIVM, v. *Asturratus*.

† ABESARE, demittere, foſſam aequare, i. q. *Abaſſare*. Charta a. 1344. ex Reg. 75. *Per dictum paſſagium hactenus tranſierunt - - cum dictum foſſatum erat abeſatum et decicatum.*

† ABESSE, adſentire. Gloſſar. vet. ex cod. Reg. 7646. *Abeſſem*, *adſenſiſſem*.

ABESSI, *eſt vltima ciborum materia*. Ita Rochus le Bailif in Diction. Spagirico ad calcem ſui Demoſterii. Forte quaſi *ab eſcis*, id ſcilicet quod ab eſcis exit.

ABESTIARIVS, *Veſtiarii praefectus*, ex Lex. Graeco-Lat. in Amalth. Forte pro *a Veſtiariis* vel etiam Beſtiarii praefectus.

ABESTON, Papias Mſ. Eccleſiae Bituric *Abeſton*, Lapis qui cum ignem non habeat proprium, alieno tamen igne ſic ardet, vt non poſſit extingui. Graeca vox, ἄσβεστον, inextinguibile.

† ABESVS, *de toutes parts mengé*, in Gloſſar. Gall. Lat. ex Cod. Reg. 7684. Occurrit apud Prudent. Cath. v. 10.

ABETTVM, auxilium, incitamentum, Gallis olim *Abete*. Fleta l. 1. c. 18. §. 14. *Per cuius procurationem et abettum* etc. Vox a praepoſitione *a*, i. e. *ad*, vsque, et Saxonico *betan*, reſarcire, animare, excitare. Hinc Anglicum *Abet*, eadem notione. ‡ Etymon vero ſatis ſimile. Sed non reiicenda videtur coniectura D. *Falconet*, qui hanc vocem ductam eſſe exiſtimat ex veteri Gallico *abbeter*, in fabulis Romanenſibus vſurpato, pro ad beſtiam incitare. V. *Abbetamentum* et *Abbetator*.

† ABEVERARE, et ABEVERATORIVM, v. *Abeuvrare* et *Abeuvratorium*.

† ABEVRAGIVM. 1. Potus quiuis, quidquid bibitione ſumitur; ita etiam dicta praeſtatio, quae pro potu exſoluitur. Statut. a. 1361. T. 3. Ordinat. reg. Franc. p. 497. *Dictae impoſitiones duodecim denariorum pro libra, tertia decima pars, vini et abevragii - - non current ſed ceſſent penitus.* 2. Irrigatio, vſus aquae ad prata irriganda. Charta capit. S. Saluator. Montispeſſul. a. 1314.

ex reg. 89. Chartoph. reg. Ch. 318. *Item nolumus, nec intendimus, quod - - non poſſitis nec valeatis impedire ſeu perturbare abevragia prατorum, quae ſunt de ſubtus dictam praxeriam.*

ABEVRARE, ABEAVRARE, ABEBRARE, ABBERARE, adaquare, gall. *abbreuver*; in Foris Arragon. l. 4. fol. 85.

ABEVRATORIVM, aquarium. Transact. a. 1219 inter ſchedas D. le Tournier: *Habeant duas partes aquae quae labitur ſupra archus et eam ducere faciant in fontes et abevratoria.*

ABEYANTIA, haereditas jacens, ſ. vacans, de qua adhuc ſub iudice lis eſt. Vox fori Anglici. Recte Ed. Copus, *res in Abeyantia eſſe*, Leguleios dixiſſe coniectat, quae nondum ſunt definitae, aut ſententia comprobatae, ſed ſunt adhuc in expectatione. Gallis enim *beer*, et Germanis beiten, eſt expectare.

† ABFESTVCARE, abdicare, per *feſtucam* dimittere. Ch. Matth. Duc. Lothar. a circ. 1032 inter Probat. t. 1. Hiſt. Lothar. p. 406. *Exactiones venationis - - werpini et abfeſtucani et abbati et fratribus litere conceſſi* etc. V. *Exfeſtucare* et *Feſtuca*.

† ABFILIRE, gall. *recaler*, in Gloſſ. Lat. Gall. ex Cod. reg 521. Vox eſt artificum lignariorum quae polire ſonat. *) Forte i. q. abfeilen, aut abfillen, ab obſol. fillen, caedere.

ABGATORIA, ABGETORIVN, Abecedarium, elementum cuiuscunque ſcientiae. Matth. Weſtmonaſt. de S. Patricio: *Abgetoria quoque 345 et eo amplius ſcripſit.* Tirechanus ap. Waraeum l. 1. de Script. Hibern. *Baptizauit quotidie homines, et illis literas legebat, et abgatorias Abiectoria* perperam habet Balaeus. Formata autem vox ex tribus prioribus literis alphabeti, *a*, *b*, *c*, quam poſtremam literam vt Q pronuntiant Hiberni: hinc factum vt *abketoria* primum ab iis deinde *abgatoria* et *abiectoria* dicta ſunt.

ABGECERE, pro *abiacere*, quod iterum pro *adiacere* non ſemel occurrit.

ABGETORIVM, v. *Abgatorium*, et *Abcetarium*.

ABGISTINVM, grando minutiſſima, dicta Minoricenſibus Inſulanis, in ep. Seueri Epiſc. Minoric. ap. Baron. a. 418. n. 60.

ABHAERES, Spelmanno videtur dici de iterata renouataque haeredum ſucceſſione ſiue gradu; eadem ratione qua auus, proauus, abauus dicuntur. Charta Alamann. ap. Goldaſt. n. 50. *Si ego ipſe, quod abſit, aut aliqui de haeredibus meis, vel prohaeredibus, vel abhaerediꝫs meis, ſeu quaelibet extranea vel omiſſa perſona, qui contra* (hanc) *traditionem venire tentauerit*

ABHORRICATIO, internus horror, in Regula Magiſtri, c. 8.

ABIACERE, ABIACENTIA, pro *adiacere* et *adiacentia*. Stephanot. Antiquit. Bened. Pictav. Mſſ t. 3. p. 229. *Ipſe manſus cum caſis aedificiis ſeu cum hoſto et verdegario, abiacet ipſe manſus de vno latus S. Petri. Abiacentia* ibid. p. 419.

ABIATICVS, i. q. *Aviaticus*, i. e. auitus. V. *Aviaticus*.

ABICERE. 1. Pro obiicere. Chartul. L. Vandreg. t. 1. p. 1013. *Renuncians omni actioni exceptioni quae poſſit dici vel abici contra praeſens inſtrumentum.* 2. Pro abiicere Bulla Ioann. Papae apud Rymer. t. 2. p. 67. *Tutioris ſemper putauimus eſſe conſilii, ſecure in domo Domini abici, quam periculoſe ſuper aliorum curam et regimen euuari.*

ABIECTARE, *increpare*, *exprobrare*, Papias.

ABIECTINVS, abiegnus. Vita b. Columbae Reatinae to 5. Maii p. 289. n. 218. B. *Et in loculo nono de lignis abiectinis recondidi.*

ABIECTIKE. 1. Vadimonium deferere, deficere in lite, ius ſuum obiicere, deſerere, *placitum non cuſtodire*. Formula vetus Lindebrog. 158 quae *Iectina* inſcribitur: *Ad quod placitum veniens memoratus ille* (actor), *ibi in placito noſtro cum per triduum, ſeu amplius, vt lex iubet, placitum ſuum cuſtodiſſet, et memoratum illum* (reum) *abiectiſſet vel ſolſaſiſſet, ipſum nec veniſſe ad placitum, nec vlla ſumnia nuntiaſſe affirmat.* Placitum Chlodov. Reg. ap. Ioann. Mabil-

Mabillon. t. 4. Act. S. S. ord. S. Bened p 618. *Sed venientes ad ipsum placitum ipsi Apentes iam ipsi Abbati Nouiento in ipso Palatio nostro, per plures dies: vt lex habuit, placitum - - - custodissent, et ipso Ermenoaldo Abbati abiectissent, vel sosadissent, ipsi nec venissit ad placitum, nec missio in vice sua dirixisset, nec vlla summa nunciasset*, etc. Alia p. seq. *Et in ipso Amalchberto abiectissit vel subsadissit.* 2. duersarium deficientem in lite deprehendere, seu deserti vadimonii arguere, teste Spelmanno. Eandem huic voci notionem illigat P. le Cointe ad a. 751. n. 79. p. 276. 3. Idem quod *adiectire*, i. e. ramo vel festuca adiecta aduersarium sollemniter citare in iudicium. Et hunc sensum patiunrur exempla iam allata, sequentia adfirmant. Marculf. Form. l. 1. c. 37. *Comes palatii nostri testimoniauit, quod antedictus ille* (actor) *placitum suum legibus custodiit: et eum* (reum) *adiectiuit, solsatiuis, et ipse ille placitum custodire neglexit.* Formulae Marculphi secundum leg. Rom. c. 33 *Sed memoratus ille per triduum custodiuit et iam dictum illum secundum legem adiectiuit* (i. e. diem constituit) *qui nec ecsonia* (i. e. impedimenta) *nuntiauit, nec suum placitum adimplenit* An ad hunc intellectum trahi possint caetera loca supra allata penes lectorem esto iudicium.

ABIECTORIA, v. *Abgatoria.*

ABIECTVS 1 Qui vadimonium deseruit, qui defecit. Marculf. l. 1 form. 37. *A quo placito veniens memoratus ille ibi in Palatio nostro, et per triduum seu amplius, vt lex habuit, placitum suum custodisset, et memoratus ille abiectus sit, vel solsalissit.* 2. Festuca adiecta in ius vocatus, v. supra *abiectire.* 3. † *Genuflexus, retinens genua, haerens genitus, prostratus ad pedes, proiectus iacens, vulgaris vel barbarus, incultus aut stolidus, imperitus, tardus, incompetus, longe iactatus, contempto loco dispectus.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7646.

ABIETARIVS, *Carpentarius qui de abiete operatur.* Ioann. de Ianua.

ABIGARE, abigere. Lucifer Calaritanus de non parcendo in Deum delinquentibus: *A qua ter per Arrianos abigauit coluber ille.* Hinc

ABIGATOR, *abactor*, ἐπελαυνης, in Gloss. Graec Lat.

ABIGEATOR, in collat. leg. Mosaicae tit. 11. et apud Paul. IC.

ABIGEATVS, *dicitur tale furtum, vel etiam terrefactio ipsarum pecudum.* Ioann. de Ianua. *Crimen abigeatus deprehenditur ex numero pecorum aut ex consuetudine abiecti* etc. Ioann. Berberius in Viatorio vtriusque Iur. P. I Rubric. de *Abigeis.*

ABIGELLVS, *qui tollit rem aut peculium alienum.* Glossar. Anicienſe Mſ. Idem quod *Abactor.*

ABIGERATOR, i. q. Abigevus seu Abigeus. Papias: *Plagiarius, Abigerator, qui mancipium, aut pecus alienum seducendo distribuit.*

ABIGERE, rapere. S. Paulin. Poemate 15. p. 46. edit. 1685. de S. Felice.

- Geminos sententia discors
Diuisit fratres: Hermiam mundus abegit,
Felicem Christus sibi sustulit.

† Glossar. Lat. ex Cod. Reg. 7646. *Abegit, ventilabit* (ventilauit). *Abegit, commouit, sparsit.* V. etiam vocem seq.

ABIGERVS, i. q. Abigevus, Abigeus. Papias Mſ. *Abigerus latro, fur iumentorum et pecorum, ab abigendo, vel qui seducit alienum seruum vel pecus: nam abigere est expellere, minare, seducere, vnde Abactor.* Idem: *Abactor, est fur iumentorum et pecorum, quem vulgo Abigerum vocant, ab abigendo.* Editus habet *Abigerus.*

ABIGES, i. q. *Abigeus*, apud Io. de Ianua et alios. † Glossar. Lat. ex Cod Reg 521. *Abiges, latro* Hisp. *Abigeo*, eadem notione.

ABIGEVVS, pro *Abigeus.* Bracton. l 3. de Action. c. 6. *Quaestitas discernit furem ab Abigeuo, secundum quod furtum fuerit maius vel minus, vt si quis suem furripuerit, fur erit; et si quis gregem, Abigeus erit.* V. *Abigerator, Abigerus, Abiges.*

ABIICERE SE, alicuius rei possessionem dimittere, cedere. Chronic.

An-

Andrenſe Spicil. Acher. t. 9. p. 371. *Dodo et vxor eius Adalis* (terram praedictam) *liberam omnino conceſſerunt et coram iis ſupradictis teſtibus ſemel abiecerunt.*

† ABILHAMENTVM, indumentum, quidquid veſtiendo ornandoue corpori inſeruit, Gall. *Habillement.* Contract. matrim. a. 1470. in Reg. 3. Armor. gener. P. 2. p. 3. *Idem fuit pactum - - quod dictus - - induet - - dictam Borguinam eius ſororem de lecta, veſtibus et aliis abilhamentis* etc. Vox vero *Abillement*, latiori ſenſu a Gallis vſurpata legitur, pro eo ſcilicet omni, quod ad rem quam tractabant, erat neceſſarium aut vtile V. *Habilhamentum.*

ABILIS, pro *Habilis.* Madox Formul. Anglic. p. 145. *Vnum taurum et 30 vaccas firmabiles et abiles*, i. e. foeturae habiles.

ABILITARE, habilem iudicare, ad aliquid habilem reddere, Gall. *Habiliter.* Rymer. t. 12. p. 714. *Nullus Paccator - exercebit - - antequam ad hoc admittatur et abilitetur coram Maiore et conſtabulariis ſtapulae.* † ABILITARE SE, ſeſe exercere, aſſuefacere. Comput. a. 1489. inter Probat. t. 4. Hiſt. Nem. p. 49. *Alia expenſa - - pro dono facto per villam archeriis et arbaleſteriis dictae villae, vt ſe abilitarent in archa et baliſta.* V. *Habilitare.*

ABILITAS, Habilitas, i. e. facultas vtendi aliqua re. Sebaſt. Fontoni Hiſt. Avenion. t. 1. p. 175. *Item cameram vnam cum coquina, domo ſupra ponticum, abilitate latrinarum* etc.

ABINCEPS pro deinceps, non ſemel occurrit in vita S. Anſelmi Lucenſ. Epiſc. et apud alios.

ABINDE, inde, ab eodem tempore. Paſſim.

ABINITIO, *Diſceſſio*, in Gloſſ. Bituric. forte pro *Abitio.*

† ABINTESTATVS, inteſtatus, qui non condito teſtamento moritur, Gall. *Ab. inteſtat.* Stat. Montis. Reg. p. 136. *Si aliqua mulier - maritata deceſſerit ſine liberis, vel abinteſtata.* V. *Inteſtatio.*

ABINTIMVS, et ABINTIMAS, atis, *interius habitans et ſecretarius, qui ſcit ſecreta noſtra et intima cordis.* Vgutio. Pro ab intimis.

ABINTVS, intus. Commodianus inſtr. 64.

Extinguis te ipſum, quando te incendis ab intus.

† ABIONA, *cupidia, affectio, deſiriar, Prov.* Gloſſar. Provinc. Lat. ex Cod. reg 7657. V *Abita*

† ABIRE, Gloſſ. vet. ex Cod reg 7646. *abiit, auteceſſit, et priorem locum tenuit.*

† ABIRO, remus, a gall. *Aviron.* Reg. Cam. Comput. Pariſ. ad a. 1273. *Ipſi debent habere et parare vnum batellum; - - - et propter hoc dicti cives recipiunt bladum de Tregeto in parochiis determinatis et naulum conſuetum et Abironem.* Vbi praemium quod remigibus exſoluitur, intelligendum eſt V. *Avirunatus.*

ABIS I Pro habes. Paſſim. 2. In vita S. Gwengalaei f. 87.

Teſtis et ipſe Liger fluuius eſt cuius in abis
Acta acriter fuerunt ripis tunc praelia tanta.

Forte pro *albis.*

ABITA, *inſariata.* Gloſſ. Anic. Mſ. † *Abita, deſiderata. Abita, cognita.* Gloſſ vet. ex Cod. Reg 7646. V. *Abiona*

ABITIO, *abitus, diſceſſio, mors.* Amalth. Onom.

ABIVDICARE 1. Rem de qua controuerſia eſt, per iudicium auferre, Germ. aberkennen, aburtheilen. Io. de Garlandia in Synon.

Quod dat iudicio Iudex, adiudicat: et quod
Auferi iudicio Iudex, abiudicat illud.

Baldric Nouiom l. 3. c. 75. *Terram, quam de Epiſcopo tenebat, ei abiudicauere.* Alb. Stadenſ. a. 1180. *Imperator Henrico Duci abiudicauit omne feodum, quod ab imperio tenuit.* 2. SIBI ABIVDICARE, ſeſe exuere, deueſtire. Charta 1197 in Tabul. Abb Montis S. Martini. *Perinde Ioannes de Serainviler feodum iſtud ſibi abiudicauit, cognoſcens et ipſe tertio ſub teſtimonium hominum ſuorum - - quod nihil iuris haberet in eo.* 3. † Nude, pro iudicio damnare. Areſt. a. 1272. in Reg fol. 190. *Dicti malefactores abiudicati fuerunt et*

et bannisi, ex qua abindicatione seu banno bonorum commissio subsequitur. 4. Pro *abingere*, Germ, abjochen. Papias Mſ. Bituric. *Abiudicare, dirimere, separare, deligare.*

ABIVDICATIO, v. supra *Abiudicare* 3.

† ABIVDICATVM, quod iudicio decretum eſt, iudicatum. Scacar. S. Mich. ap. Cadom. a. 1227. Reg. 4653. *Iudicatum eſt quod secuti de combustione domus - - faciant peregrinationes et alia abiudicata.*

ABIVGASSERE, pro abiugare, iugo ſoluere Gloſſ. Lat. Gr. *Abiugassere, ἀπεζευξας.*

ABIVGES HOSTIAE, videntur dici, vt inuges, iugum non expertae. Vulcan. ad Gloſſ. Ita Martinii Lex.

ABIVRARE. 1. Papiae eſt *rem creditam periurio negare.* Germ abſchwören. 2. Terram et prouinciam eiurare, relinquere et in exilium abire. Eberard. in Graeciſmo.

Abiuras patriam, nunquam rediturus in illam.

Arnold. Lubec. l. 2. c. 41. *Dux vero per triennium terram abiurauit.* Lex Frider 1. Imper. ap Conrad. Vrſperg. *Fines imperii per annum et diem abiuret.* † Abdicare. Frodoard l 4. Hiſt. Rem. c. 35. *Comites - - quaerere coeperunt, vt - - sacerdotali me ministerio penitus abiurarem.* 3. licui nuntium remittere cum ſacramento. Charta Offic. Rothomag a 1237. *Praesumitur etiam sub praedicti debito iuramenti, quod praedictis Abbati et Conuentui litteras praedicti Succensoris iudicio praedictorum Laurentiae et Radulphi, et litteras Officialis curiae Belnacensis eorum ordinarii, sigillis eorum sigillatus, sub praedicta forma confici facient et tradi et procurabunt, quod Petrus et Martina filii dictae Laurentiae coram praedictis - supradicta omnia cum eisdem abiurabunt.*

ABIVRATIO. 1. Quid proprie ſit apud Anglos, docet Willelmus Stamfordius in Placitis Coronae l. 2. c. 40. *Abiuration eſt un ſereinent que home ou feme preignont, quant ils ont commiſe felony, et fuè à l'Egliſe, en Cimitoire, pour luition de lour vies, eſtiſant plaſtoſt perpetuel baniſſemens hors del realme, que à eſtoiſer à le ley, et d'eſtre trié del felonie* abiurationis huius ritus et conditiones pluribus docet Cangius. 2. Iuris ſui ceſſio, Gall. *Renonciation*, ſic dicta, quod exigi ſolebat ſacramentum de non repetenda re conceſſa vel vendita. 3. ABIVRATIO HAERESEOS, Gallis nude *Abiuration*, ſolemnis eiuratio et damnatio erroris praeteriti, cum quis fidem catholicam amplectitur. Hinc

ABIVRATVS, apud Rymer. t. 8. p. 178. pro eo qui iſto ſolemni ritu haereſim eiurauit.

ABIVS, i. q. *Avius*, i. e. Auus. V. *Avius.*

ABKETORIA, v. *Abgatoria.*

ABLABYNION, *Funis Aegyptius e corticibus, purgationis causa, vt hodie ad purgandas patinas.* Ital. *Scopetta.* Amalth.

ABLACTARE, *a lacte extrahere, vel remouere, segregare.* Ioa. de Ianua. Ebrard. Bethun. in Graeciſmo:

Adlactat puerum, quem mater ad vbera portat,
Vt lac fugat ab his ablactat eum remouendo.

ABLADARE, ABLADIARE, i. q. *bladare, imbladare*, i. e. agrum ſerere, quaſi *adbladare.* Charta 1263. in Tabul. Fontanell t. 1. p. 264. *De quolibet jornalio cum fuerit abladiatum de ablado qui creſcet in eodem unam garbam reddet.* Gall. olim *ablaier et emblaier.* V. *Bladum.*

ABLADIVM, ABLADVS, ABLATVM, Bladum ſeu frumentum ex agro demeſſum. Areſt. Pariſ. a 1463. *Ad ducendum eorum expensis praefata abladia ad grangiam dictorum actorum.*

ABLATA, ABLATIO, exactio, *talta*, Charta Ludov. VII. a. 1173. ex Tabul. Foſſat. *Liberos deinceps esse constituimus ab omni tallia, ablatione et exactione et queſta.*

† ABLATICVS, pro *Abiaticus*, ex filio nepos. V. *Aviaticus.*

ABLATVM, v. *Abladium.*

ABLATVS pro allatus. Occurrit in libro de miraculis S. Audoeni de quo in Annal. Bened. t. 4 p. 484. 485.

† ABLECTARE, abiurare, vendere cum ſacramento de non repetenda re

re vendita. Areſt. a. 1267. *Conquerebatur Guido de Tournebus miles, quod, cum venderet ſuperficiem boſci ſui - quodam modo vendendi, quod dicitur ablectare, quod de iure facere poterat. - - Habito conſilio reſponſum fuit, quod taliter vendere ſeu ablectare non poterat* etc. V. *Abliutare.*

† ABLEGATIO, pro *Allegatio* q. v.

† ABLEGMINA, *partes extorum, quae proſegmina dicuntur.* Gloſſar. Iſid. V. Ioſ. Scalig. ad Feſtum v. *Albegmina* et Martin. Lex. v. *Ablegmina.*

ABLEGRIGO, pro *Ablegurigo*, vel *Abliguritio*. Papias Mſ. Eccl. Bituric. *Ablegrigo, voracitas, devoratio.*

ABLEGVRRIRE, pro *Abligurire.* Papias Mſ. Eccl. Bitur.

† ABLEIA, alburnus, albula, piſciculus quidam, quem Galli *Able* et *Ablette*, nominant. Charta a. 1222. in Tabulario S. Dionyſ. *De aliis autem ingeniis ad piſcandum, ſcilicet de ſaurario ad crocham, de ſaurario cum de retibus ad ableias* etc. *) Germanice Alben, Albulen.

ABLINGVERE, lingua eluere, lambere, ablingere, Germ. ablecken. Synod. Colon. a. 1280 c. 7. *Si ſupra lignum vel lapidem - ſanguis* (Domini) *ceciderit; illa pars, ſi commode fieri poteſt, ablingatur a Sacerdote, et poſtmodum radatur.* Vbi leg. *ablingetur.*

ABLITIGATVS, proſcriptus. Decret. Alberti L. Imper. a. 1305. *Sine ſint banniti, ſive proſcripti, vel ablitigati per nos.* V. *Elitigatus.*

ABLIVIO, pro alluuio, in Charta a. 1377. ex Reg. 112. *Cum quaedam inſula pertineat Domino noſtro - ratione accreiſſuae et abliuionis - - quae quidem accreiſſuta et ablinio* etc. V. *Abluuio.*

ABLIVTARE, pro ablectare. Charta a. 1230. in Tabul. Gemmetic. *Coram parochianis penitus ablintanimus, et - fideliter affirmanimus quod in illa de caetero nihil reclamaremus.* † Legendum procul dubio *ablectare.*

ABLVCINARE, Io. de Ianua: *Ablucinatio, i. e. lucis alienatio, et abſentatio et derivatur ab ablucino quod componitur ex ab, et lucino, as.*

† ABLVERE, quid apud Chymicos haec vox ſignificat, docet Arnauldus de Villa noua in Roſar. Mſ. *Abluere eſt inhumare, diſtillare et calcinare.*

ABLVNDA, *Palea*, Papiae et Vgutioni.

ABLVTATORIVM, vas in quo ſordidae veſtes abluuntur. Guidonis Diſcipl Farf. in Vet. Diſcipl. Monaſt. p. 117.

ABLVTES, *plurali numero ſunt loca coenoſa et aquis plena, quae Ablutia dicuntur - - quod minime ſunt ablutа.* Io de Ianua, ex Gloſſ. Iſid.

† ABLVTIO, inundatio, pro *Abluuio.* Charta a. 1258. in Chartul. Pontiniac. *Quam petiam terrae Abbati et conventui ſubtraxerat per ablutionem aqua de Hermancom impetu curſus ſui.*

† ABLVTIVM, *ab abluo*, in Gloſſar. vet. ex Cod. reg. 7679. *Davies* prol. *Foſſa, Ablutium.* V. *Ablutes.*

ABLVVIO, *mundatio ſordium*, Papiae, Rectius inundatio. *Abluuium* dicitur quibusdam vniuerſalis inundatio.

ABMATRIMONIVM, i. q. *Foris maritagium*, quod vide Charta Henr. Imp a. 931 apud Miraeum in Cod. donat. piar. l 1. c. 30. *Campeſtria et ſilueſtria iura, et mortimanus, et abmatrimonium tam libere in ſempiternum poſſideat* etc.

ABMICON. Acta Munenſ. Monaſt. p. 37. *Vbicunque et quandocunque hic in terra noſtra poteſtate aliquis abmicon faciendus ac conſtituendus vel iuſtificandus eſt, illuc debet dari aratrum cum ferramentis* etc. Locus vt mendoſus aſteriſco notatus.

† ABNEGARE, *inſidiari*, (ſ pro inficiari) *pernegare.* Gloſſar vet. Cod. Reg 7641. *Abnegat, inſidiatur plusquam negat.*

ABNEGATIO, *ceſſio alicuius iuris vel praedii incurvatis digitis ſecundum morem Saxonicum - - deinde cum manu et feſtuca more Francorum.* Ita vetus inſtrum. p. 41. Vindem. litter Schannati.

† ABNODARE, nodum ſoluere. Gloſſ. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Abnodare, deſnoer.*

ABNE-

ABNEGATIO, *ceſſio alicujus juris vel prædii incurvatis digitis ſecundum morem Saxonicum - - deinde cum manus et feſtuca more Francorum.* Ita vet. Inſtr. p. 41. Vindem. litter. Schannati.

ABNORMIS, *enormis, inornis*, qui non eſt rectus, extra normam. Gloſſ. Græc. Lat. ἀνώμαλος, *abnormis, enormis*. Horat. *Ruſticus abnormis ſapiens*. Baldric. in Chron. Camerac. l. 3. c. 1. *Cum ſuas opes intactas reliquerit, Epiſcopales vero abnormi effuſione conſumpſerit.* V. *Inormis*

ABNORMITAS, *enormitas*. Gloſſ. Gr. Lat. ἀνωμαλία, *abnormitas, enormitas*. † Item, irregularitas. Epiſt. Fulb. Carnot. a. 1021. T 10. Collect. Hiſtor Franc. p. 469. *Amor juſtitiæ, qui tuam, Pater, animam imbuit, abnormitati fecit eam offenſam et ab exceſſibus cautam.*

ABNVTIVVM, recuſatio, dedignatio, a verbo *abnutare*, recuſare. Quo ſenſu verus Poeta apud Cicer. de Orat. *Quidnam eſt obſecro, quod te adiri abnuat.* Laurent. in Amalthea: *Abnutinum, diſſenſio, voluntas contraria, negatorium.*

ABOBSITVS, tenebris inuolutus. Gloſſ. Lat. Gr. *Abobſiti*, ἀνωφωτισθέντες, *Abobſum*, ἀνωφωτω.

ABOCATOR. 1 Pro *Aduocator*, vel *Aduocatus*, in veteri placito in Chron. Wlrurienſi l. 2. p. 690. 2. † Tutor, qui res pupilli adminiſtrat et defendit. Conſuet. Neapolit. MS. *Qui* (tutor) *ſic dictus, alias datus, ſecundum vulgarem vſum loquendi Neapolis, dicitur Abocator.* V. *Aduocatus* et *Abbocatio*.

ABOCATVRA. Statuta Veron. l. 4. c. 181. *Pro qualibet ſcotatura vel Abocatura alicujus vegetis* etc † Forte dolii apertura, ab Ital *Bocca*, os, oſtium, quaeuis apertura

ABOCELLVS, ABOCELLIS, coecus, gall. *aveugle*. Charta S. Audomari in Chron. Mſ S. Bertini: *hoc abocellus feci, et alius manum meam tenens ſcripſit et ſubſcripſit.* Vtitur praeterea Petr. Bleſenſ. ſerm. 18 et 43. V. *Avoculatio*.

ABOCVLIS, is, eadem notione. Vita S. Veroli Presb. t. 3 Iun. p. 385. *Febrium ignes reſtinguebantur, abocules recepto viſu illuminabantur*

ABOCVLO *librum legere*, clauſis oculis, in Fragm. Petronii

† ABOGADVS, idem qui *Aduocatus*, ab Hiſpan. *Abogado*, Ital *Awogado*.

ABOLEFIERI, noue, pro *Aboleri*. Victorin. contra Manichaeos p. 165. *De oppreſſis ergo Regnis ſe victor auxit omnipotens, et quod ingenitum percontaris, promiſtis abolefieri, vel auferri.*

† ABOLEIARE, retis ſpecie, a ſagena non diſſimili, gall. *Boulier*, in piſcando vti Inquiſit. a. 1268 ex Sched. Pr. de Mazaugues: *Sed ipſe - vſus eſt in piſcando, aboleiando, ducendo apoſtates et aues capiendo* etc. V infra *Braginus*.

ABOLENTIA, progenies, familia, genus, quaſi *Avolentia*, Hiſp *Avolengo*; vox formata ab *auus*. Ch. Hiſp. aerae IIII. apud Ant. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. t. 6. p. 450. *Ego vero non habeo filios, quia nunquam habui virum, nec ſ. prino, nec vlla gens, quae veniat de ipſa abolentia.*

† ABOLERE, *incendere, obliuiſci, neglegere*. Gloſſ Vet Cod. reg. 7646. Inſtrum. a. 1384. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 68. *Plures alios ferro calido in facie - abolebans.*

ABOLESCERE, in ſignificat. actiua pro *abolere* Tertullian. de Exhort. Caſtit. c. 6. *Vtique continentiam indicens, et compeſcens concubitum ſeminarium generis aboleſcit.*

AB OLIM, jam pridem Rymer t. 8. p 348 *Ab olim inter recolendae memoriae Dominum Ricardum quondam Regem.*

† ABOLLA, *Pallium Philoſophorum*, in Gloſſar Caſſin. a. circ. 700 Nonio, *veſtis militaris*; Papiae, *veſtis ſenatoria*. V Martin. Lexic. h v.

ABOLLAGIVM, Ius quod habet Dominus feudi, in apum examinibus, quas Galli *Abeilles* vocant, quae reperiuntur in ſyluis et nemoribus vaſſallorum; *Abeillage* in Conſuet. Iuliodun Ch. a. 1310. Tabularii Caſtri, Meliandi in Biturigibus: *Abollaginm*

lagium nemorum de Nichier, quod abollagium eidem nobili pertinebat ratione ſuae Caſtellaniae. Alias dicitur *Inuentio apum*, et *Vtilitas apium.*

† ABOMAGIVM 1. Ius defigendi metas in terris vaſſallorum, ſimul et praeſtatio quae dominis pro eo perſoluitur, i. q. *Bonagium.* Ch. a. 1278. in Chartul. Pontiniac. c. 62. *Terragiis, terciis, abomagiis, furnis, feodis et retrofeodis* etc. 2. ABOMAGIVM, ABOONAGIVM, certa ac definita praeſtatio, quam ſubditus, domino ſuo ex condicto ſoluit, ſeruitii moderatio. Ch. a. 1290 ex Chartular. Pontiniac. p. 260. *Recognouerunt - - ſe eſſe homines conditionis manus mortuae - - - ad quinque ſolidos abomagii perſoluendos*, etc. *Abonaginm* rectius quis putet in Ch. a. 1285 ex eodem Chartulario. *Dicta Maria tenebatur dictis nobilibus in duobus ſolidis annui abonagii, ratione ſeruitutis corporis ſui.* Vide *Abonare.*

ABOMINAMENTVM, Idolum. Tertull. aduerſ. Iudaeos: *Secundum dictum Eſaiae abiecit homo abominamenta ſua aurea et argentea.* V. *Abominatio* 2.

ABOMINARIVM, *liber vbi abominationes ſcribebantur.* Io. de Ianua. V. *Abominatio* 3.

ABOMINATIO. 1. Vox Medicorum; nauſea, faſtidium cibi, actio vomiturientis. Conſtant. Afric. lib. 4. de Morbor. cognit c. 10 *Cum homo antequam cibum accipiat, abominationem patiatur, mali chymi in ſtomacho eſſe intelligantur.* 2 Idolum, idololatria. Gentium idola a ſcriptoribus ſacris fere ſemper *abominationes* appellantur, quod illa Deus ſumme deteſtatur. Ex. c. 8. v. 27 etc. 3. Anathema. Io. de Ianua, *Abominarium, liber vbi abominationes ſcribebantur*; i. e. anathemata a Pontificibus, Epiſcopis et fundatoribus lata contra inuaſores et depraedatores bonorum Eccleſiae.

ABOMINOSVS, *βδελυκτος. Vox abominoſa*, apud Diomed. l. 3. Grammat.

ABONAGIVM. 1. Ius figendi metas in terris vaſſallorum Charta a. 1244. Girardi de Dilugio: *Foragia, abonagia, votagia* etc. V. *Bonagium* et *Abonagium.* 2. Alia notione, ABONAGIVM ABONNAGIVM, feudalium iurium venditio, redemtio, abalienatio, aut commutatio. Charta a. 1298. *Non obſtante libertate ſeu abonnagio ante dictis.*

ABONAMENTVM, ABONEMENTVM, ABAVNAMENTVM, ABORNAMENTVM, ABOONATVM. 1. Idem quod *Abonagium.* Necrolog. Eccleſ. Lingon. *Dedit eccleſiae Lingonenſi 60 ſolidos Antiſſiodorenſes - - - quos aſſignauit ſuper ventam et abonamenta dictae villae*, Charta Theobaldi Campaniae Comit. a. 1233 *Medietas juſtitiae et abbonamentorum, talliarum, mea vel haeredum meorum erit* 2. † Conuentio, transactio, pactum. Ch Felic. abb. Cell. Trecenſ. a. 1267. *Quod ſi quidem abonamentum ſeu transactionem in religione noſtra promiſimus*, etc.

ABONARE, ABONNARE. 1. Infamatum reſtituere bonae famae. Repertor. Inquiſitor. p. 6. 7. 2. Clientelaria jura vendere, redimere, aut etiam commutare, et abalienare. Item *Abonare* ſ. *Abornare* eſt ſeruitium moderari et de eo conuenire. Hinc ABONATI, dicuntur Dominorum feudalium ſubditi, quorum praeſtationes ex condicto, pacto, vel priuilegio moderatae, aut ad certam ac definitam pecuniae, aut alterius rei ſolutionem ſunt limitatae, ita vt talliis ac ceteris ſeruitiis non ſint obnoxii. Vox conficta ex *Bonna*, terminus, limes; nam vt agri certis limitibus definiuntur, ita eiusmodi *abonnatorum* praeſtationes ſuis finibus ac limitibus conſtant. Charta a. 1298. *Ipſum Hugonem - ejus vxorem abonamus et liberos eſſe volumus - - ab omni tallia, corveia, queſta, et ab omni alio genere et onere ſeruitutis - - - pro 4 libris cerae* etc. 3 Clientelam profiteri, † vel praedes profeſſae clientelae miniſtrare, quo ſenſu *Abonar* dicunt Hiſpani. Hominium Bernardi Com. a. 1313. inter Inſtrum t. 1. nouae Galliae Chriſt. p. 181. *Item Dominus Comes fuit et eſſe conſueuit feudatarius et vaſſallus Monaſterii praelibati, ſui etiam*

enim anteceſſores eſſe conſueverunt recognoſcendo et abonando dicto Domino Abbati nomine quo ſupra caſtrum praedictum etc.

ABONATIO, clientelae profeſſio. Hominium citatum: *Soluens Dominus Comes ex cauſa recognitionis et abonationis praedictæ, 5 Solidos Toloſanos* etc.

ABONATVS, ille pro quo praedes dari ſunt, ex Hiſpan. *Abonar*, pro aliquo ſpondere. Fori Aragon l. 1. tit. de Suprajunctariis: *Quod officia ſuprajunctariae concedantur, perſonis notabilibus, honorabilibus et abonatis, aptis et ſufficientibus ad regendum dicta officia* † Poteſt et de viro probato bonaeque famae intelligi. In Dictionario enim Hiſpanico *Abonado*, probatus.

ABONEMENTVM, i. q. *Abonamentum*.

ABONNAGIVM, V. *Abonagium*.

ABONNAMENTVM, V. *Abonamentum*.

† ABONNARE. 1. Limites ſeu *bonnas* praefigere, gall. *borner*. Ch. a. 1268. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. *Pront ipſa tertia pars ipſos Dominum Theobaldum et ejus uxorem in memore Galteri praedicto contingens limitata ſeu abonnata eſt.* V. Bonnare. 2. Alia notione V. *Abonare*.

† ABOONAGIVM, i. q. *Abonagium* 2. Charta a. 1324 in Reg. 62. Chartophyl. reg. 250. *Dictum Aboonagium ſeu denerium ſupra dictos burgenſes ſuos, ſi ad hoc conſenſerint, loco dictae juratae - - ſtatuere valeat.*

ABOONATVM, idem quod *Abonamentum*. Chartul Monaſt. de Criſenone: *Notum ſit omnibus - - quod ego - - dedi - - Eccleſiae de Criſenone 20 ſol. annuatim in Aboonatis meis de nermentam perſoluendos poſt deceſſum meum*

ABORBITARE, decedere, quaſi ab orbita declinare. Concil. Tolet. 16. c. 2. Collect. Conc Hiſp p. 744. *Qui deinceps a fidei ſuae juramento aborbitauerit* etc.

† ABORDATIO, portus oſtium. ABORDARE dicitur de loco vbi aperitur portus. Inquiſit. 1480. *Interrogatus in cujus jurisdictione nunc eſt ſituatus portus, et abordatio ejusdem - - - In brotellis illorum de Molone, vbi ipſe portus abordat, a parte Breſſiae.*

† ABORLARE, ab oris ſeu extremis campi partibus collectos ſpicarum manipulos in aceruum congerere. Stat. Avellae 1496. c. 61. *Antequam blada ſint ligata et aborlata, vel lenata* etc.

† ABORNAMENTVM, forte pro *Abonamentum*. Obituar. Mſ. Cartul. B. Mar. de Parco: *Qui ratificauit abornamentum du Porcher, quod nobis conceſſerat* etc.

ABORNARE, V. *Abonare*.

† ABORREVS, *ab eo quod eſt prior*. Gloſſar. Caſſin ann. circ 700. An idem quod abortiuus, per abortum editus? *Abortiri* enim eſt intempeſtiue oriri.

ABORRIS, *Scandaloſus*. Gloſſ. Iſid. forte *abnormis*. † In pago Dumbenſi et aliis, hominem aperte et palam nequiſſimum vocant *Avury* vel *Avourry*

ABORRITIO, pro *Abortio*, vel abortiuus foetus. Guibert l. 1. de Vita ſua: *Nec mora languidulum quiddam inſtar aborritionis effunditur.*

ABORTARE, quaſi *aboriri*. Chartul S. Vandreg. t. 1. p. 120. ad a. 1264. *De quadam pechia terrae ſicut ſe praeportat de longo in latum et abortat a terra haeredum Radulfi* etc.

ABORTICIOSVS, abortiuus. Gloſſar. Lat. Graec. *Aborticioſus*, ἐκτρωματίας.

† ABORTIRE, abortum facere, Hiſp. *Abortar*, Gall. *Avorter*. Ch. a. 1327. *Philippa erat praegnans et propter capcionem et timorem perſonae ſuae abortiit.* Vtitur Plinius.

† ABORTIVVS. *Pergamenum abortiuum*, quod vulgo virgineum vocant, (Jungfern Pergament), ex pelle viteulina vel hoedina leuiori praeparatum. Necrolog. Eccleſ. Pariſ Mſ. *Item vnum bonum breuiarium et pulcrum - - ſcriptum in pergameno abortiuo de litera formae.*

† ABOSATIO, deſtructio, euerſio, a verbo gall. *Abouſer*, quod ruſtici Dumbenſes vſurpant pro *abbatre*, diruere, euertere. Sentent ludicis

Bressiae a. 1418. *Quod tangit disruptionem, abosationem et destructionem stagni, de quo agitur*, etc.

† ABOSCATVS, de agro dicitur, *bosco* seu silua et dumetis obsito, Picardis *aboquié* Ch. a 1413. *Vnum campum terrae abosatum seu adnemoratum* etc. V. *Abosquitus*.

† ABOSO, *infirma domus. Abosus de medio sublatus et raptus. Abosus est quod sit ab actore motus.* Vet. ex Cod. reg. 7646. V. *Abosatio*, et *Abasa*.

† ABOSQVITVS, vt supra *Aboscatus*. Ch. a. 1460. *Dederunt adcapitum - - quemdam boscum siue affare abosquitum* etc. Id est praedium cum bosco.

ABOTARE, ABOVTARE, terminare, gall. *aboutir*. Vox agrimensorum. Dicitur de agrorum finibus qua parte angustiores sunt. Ch. a. 1297. in Tabul. Fiscamnensi: *Remanet mihi vnum messagium cum omnibus edificiis superpositis - - aboutans ex vno capite ad vicum praedictum.*

† ABOTINARE, praedari, gall. *Butiner*, Ital. *Abbottinare*, a *Bottino*, praeda (Beute). Testam. 1509. *Dicta galea in quamdam nauem - - irruit et de facto illam abotinauit.* V. *Botinum*.

† ABOTISSARE, a gall. *aboutir*, terminari. Ch. a 1339. *Duae domus - - facientes cuneum dicti vici in buso superiori, abotissando de retro vni parnae viae.*

ABOVTARE, V. *Abotare*.

ABOVTIZARE, eadem notione Ch. a. 1314

ABPATRVVS, *pater propatrui*, Papias. In Cod. Mss. Eccles. Anic. *Abpatruus*, *frater atani*. Qua notione vsurpatur a Iustin. in Institutis.

ABRA. 1. Ἄβρα, ancilla, famula honoratior, cujusmodi ditiores ad honestiora seruitia, seu ministeria domi suae alunt. Io. de Ianua et Guill. Brito in Vocab. Mss. *Abra, secundum Vgutionem est ancilla liberata, et dicitur ab ara, quod ad aram seruum vel liberum faciebat antiquitus.* Vita S Gudulae c. 2. *Praecunte ejus abra, cum laterna praeuii luminis.* 2. Etiam sumitur pro concubina. Quomodo *ancilla* apud Crisconium c. 231. et in Concil. Vermerienf. c. 7. 3. Charta Hugon. Comit. Campaniae: *Consuetudinem quandam quam Abram vocant, ex proprio vino dedit* etc. vbi praestationem quandam ex vino persoluendam denotare videtur.

ABRACADABRA, Inscriptio amuleti apud Serenum Sammonicum pro hemitritaeo, seu febri semi-tertiana. Quae quidem inscriptio Sammonicum Basilidis haeretici, qui sub Hadriano vixit, sectatorem fuisse arguit, cui pro summo Deo fuit nescio quis ABRACAX, seu, vt legendum, *Abrasax*, quem solem significasse, censent multi. V. de Montfaucon in Antiq. Explic. vbi de *Abraxas*.

ABRADICARE, auellere, eradicare, gall. *arracher*. Acta SS. Maji t. 5. p. 237. *Inspersto et subito prius abradicantur ungues a palmis postea cubiti a costulis.*

ABRAVIS, *vestis muliebris crocei coloris*. Amalth. Vox Graecae originis, aliis *Abramis* et *Abamis*.

† ABRASSATA, a Gallico *Brassart*, armatura qua bracchia teguntur et defenduntur. Lit. Phil. VI. a. 1335. *Armati diuersis armorum generibus, scilicet - - Abrassatis, spaleriis, gonjonibus, gorgeriis* etc.

† ABRATOR, opifex, qui ad artem texendi pertinet, sed incertum, vtrum tonsoribus, seu carminatoribus annumerandus. Statut. Taurin. a. 1360. c. 324. *Liceat - - quibuscunque abratoribus trauae et laborantibus ipsam tramam et tenere et ponere vnum quarteronum seu quartam partem vnius librae pro contrapesio.* V. *Abrocare*.

ABRATVRA, quasi pro *Abrasura*, ab *Abrado*. Dicitur de clauis soleisque equorum vsu subtritis, in ordinat. Humberti II. Dalphini p. 316. t. 2. Hist. Delph. *Item pro ferratura et abratura ferrorum et clauorum vnius equi seu ronchini* etc.

† ABRECEPTARE. Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Abreceptabat, ire incipiebat.* V. *Abreptare*.

ABRENVNTIARE, *a se renuntiando remouere, renuere, postponere, despicere* Io. de Innua (Germ. sich vers zeihen, Verzicht leisten) † Iudic. a. 1153. *Contra Dux - - rectum mihi facere deneganit, vnde et homi-*

nio

nio ejus abrenuntiasi. *Abrenuntiare Diabolo et pompis ejus*, formula obſervata in Baptiſmo cf. Io. Chryſoſt. ad Antioch. Homil. 21. Cyprian. ep. 7. Tertullian de Corona Milit.

* ABRENVNTIATIO, renuntiatio Iuris, Germ. Verzicht.

† ABRENVNTIATOR, nuntiator, nuntius. Charta a. 1385 inter Probat. vlt. Hiſt. Trenoroh. p. 253. *Item quod abrenuntiator ſeu nuncius noſtrae eccleſiae* etc.

ABREPTARE, arripere. Papiae autem in Gloſſic. Miſ. Eccleſ. Bituric. *Abreptare, incipere ire.* (Germ. ſich abſchleichen).

ABREPTITIVS, V. *Arreptitius.*

† ABREVARE, adaquare, Gall. *Abrever.* Statut. Taurin. a. 1360. *Et hoc locum habeat in cauſa Abrevandi vel tranſeundi dictum bealem.* V. *Abeuerare.*

ABREVIARE, notam ſumere, per notam deſcribere, in *brevia* redigere. Charta Henr. Reg. Angl a. 1155. *Liceat Vicecomiti et Baillivo noſtro achachiare*, (atachiare) *et abreviare catalla defuncti* etc. V. *Adbreviare.*

† ABREVIATVRA, notae, ſcriptura compendioſa, Ital. *Abreviatura.* Statut. Cadub. c. 21. *Item obtentum et reformatum fuit quod nullus notarius extrahere debeat ex abreviaturis alicujus notarii defuncti praeſam, vel praeceptum, ſen inſtrumentum debiti.*

† ABRICA, ABRIGA, ſtragulum, lecti tegumentum; Hiſp. *Abrigo*, tegumentum. Ch. a. 1342. in Tabul. S. Vict. Maſſil. *Vnum lectum munitum de vna culcitra virgata, vno pulvinari - - et vna abriga.* Inuent. a. 1361 ex eod. Tabul. *Vnam Abricam plenam mulcae.*

ABRIGEVM, male pro *Obryzum* q. v.

ABROCAMENTVM, vox forenſis, emtio mercium integrarum, priusquam vel ad nundinas, vel ad forum rerum venalium deferantur, earundemque deinceps per portiones diſtractio. Spelm. V. *Abbrocamentum.*

† ABROCARE, perforare, fiſtulam dolio apponere, (anbohren) a Gall. *Broche.* Conſuet. Mſ. S. Crucis Burdegal. ante a. 1305. *Dictus cellerarius debet eis eſtendere dolium vini, quod volunt abrocare.* V. *Addouillare.*

† ABROCATOR, proxeneta, pararius (Germ. Mäckler, Genſal.) Hinc forte vox gallica *Broccanteur.* Reg. viſitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg 1245. *Haec ſunt quae jurabunt, aut jurare debent abrocatores Deppae praeceptа a Domino Archiepiſcopo* etc. V. *Abbocatio* et *Abrocamentum.*

ABROGANS. 1. *Humilis*, in Gloſſ. Iſid. cui contrarium eſt *arrogans.* Idem Iſid. de propr. ſerm *Arrogans, ſuperbus*; *abrogans, humilis. Arrogans aſſumit ſibi fiduciam, abrogans demit.* 2. † *Detrahens, malilocus*, in vet. Gloſſ. Cod reg. 7646. Aliud Lat. Gall. a 1352. ex Cod. 4120. *Abrogare, demandeir*, i. e. *contremander*, primum praeceptum abrogare, tollere.

ABROGARE, *ablegare*, in Gloſſ. Iſid.

ABROMA, *ſtolae muliebris genus* Ita Laurent. in Amalthea. Idem forte quod *Abranis* ſupra.

ABROSTVRA, depaſtio animalium in *bruſcis* ſeu dumetis, e Germ. Broſſe, Sproſſe, Brot, Sprot, germina, ſurculi, quae a Germ. ſprieſſen, pullulare, germinare (V. Friſch Wörterb. v. Bróſte); hinc *Bruſtum* et Gallicae voces *Bronſt, brouſter, brouſtilles*; hinc etiam *abroſtura*, Normannis *Abrouſture*; quod eſt jus ducendi animalia ad paſtionem hujusmodi, certis tamen anni vicibus et conditionibus. Vetus Ch. Normann. ap. Columbum in Blancalanda p. 550. *In parco autem ſuorum tantum porcorum quietationem, et communem cum noſtris, et ſimiliter poſt nos cum porcis domini, libertatem et abroſturam vnam* etc. V *Arboſtura.*

† ABROTANVM, plantae medicinalis ſpecies, Horatio, *Abrotonum.*

† ABROVTARE, vehiculo *Brouета* dicto, transvehere, Gall *Brouetter.* Comput. a. 1450. *Item caidam broutario, qui a magno ſcabinagio vsque ad eccleſiam, abroutauit ſtatera et ponderas* etc. V. *Broutare.*

ABRVTIO, euerſio, deſtructio. Item licentia deſtruendi domum. Rym. t. 13. p. 244. *Omnimodas proſtra-*

tiones, abrutiones sive permissiones cadendi aliquarum domorum etc.

ABRVTVS, quasi ab erutus, i. e. auulsus, excussus. Priuileg. Agiradi Episc. Carnot. a. 696. ap. Felibian. in Hist. Monast. S. Dionys. p XVII. *Et nos de multiplicata segete - abrutis palliarum fordeous triticum horrea reconditis metere atque adipisci mancipari valeamus.*

ABSA, vox Occitana, mensurae species, vlna. Instrum. a. 1350. t. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 479. *Quod dicti Consules habeant potestatem cognoscendi et ordinandi de mensuris bladorum, vini, et olei, et aliis ponderibus, et de ablis, seu cannis, cum quibus panni lanei et caprini, et aliae merces mensurantur, cannantur, ac venduntur.*

† ABSACITVS, *inuestito* opponitur, *absacitum facere*, possessione exuere, possessionem abdicare. Charta apud Meichelbec. t. 2. Hist. Frising. p. 194. *Die vero eodem Legium, missum episcopi, vestiuit cum corda vnde signum tangitur, cum domibus, aedificiis, curtiferis, mancipiis, pecoribus, et seipsum in eum absacitum fecit.* V. *Absessus* et *Absitus*.

ABSARE. 1. *Absum* facere (*) i. e. sibi capere jure dominii, seu vti vocabant, indominicare, germ. abmeyern.) Tabul. S. Dionys. de Capella in Dioec. Bituric. Ch. 66 et 149. *Noverint quod Dalmas de Iricione quasdam calumnias in molendino de Espaleo tempore Radulfi Prioris anteccessoris nostri posuerat, pro quibus destructum et sicut dicitur, absatum fuerat.* † Glossae Caesar. Heisterbac. in Reg. Prum. t. 1. Hist. Trevir. ab Hontheim t. I. p. 673. *Si ipsi* (mansionarii) *ista et alia jura nostra non fideliter peregerint, dictus abbas, vel qui locum ejus tenet, feoda eorum vsque ad condignam satisfactionem debet absare, id est Vronen.* V. *Absus*. 2. † Cessare, vacare. Charta a. 1308. in Reg. 40. *Est actum cum dictis religiosis, quod si dicta molendina accensata, diluuio aquae aut vetustate, aut alio quouis modo dirruerent et absorent*, etc. Forte pro *absare*. V. *Absatio*. 3. † Euellere, extirpare; vel i. q. cedere, rem quampiam in alterum transferre. V. *Abscedere*. Tabul. S. Petri de Cellafroini, 12. circ. saec. *Audoinus Asinus laxat ac vineas S. Petro; et praeterea qui absanant vineas, reddebant quarcum de terra.*

ABSARIVS, qui agros *absos* colit (*) nomine scilicet domini fundi, seruus Vicarius, V. *Vicarius*). Const. Caroli Crassi de Feudis a. 890. *Mansionarius 5 solidos, Absarius 30 denarius, Bunatarius 15 suppleant.*

ABSBRIGARE. 1. Propria a lite liberare; a *Briga*, jurgium, lis, vnde *brigare*, litigare. 2. Praedium, castrum etc. domino capitali reddere, et ab iis ita excedere, vt nihil juris penes cedentem remaneat. Charta Alberti et Ottonis Duc. Austr. apud Ludewig t. 5. Reliq. p. 524. *Castrum in Stein a spectabili Comite - - nunc in sua detinente potestate, absbrigare tenebimur, sic vt ad praedicti Regis filii domini Iohannis manum deueniat.* V. *Abstrigare*.

ABSCEDAE, *aedificii lateres, cuniculi*, apud Papiam editum. Sed legendum videtur *latentes cuniculi*, qui longius in terram *abscedunt*.

ABSCEDERE, cedere rem quampiam, aut jus suum in alterum transferre. Wichbild Magdeb. art. 20. §. 1. *Inuenitur tandem judicialiter, quod cum heredum consensu si proprium illud sibi absscessum vel resignatum non sit.* Adde §. 2. et artic. 21.

ABSCERNERE, *repellere, rejicere*. Gloss. *Absternere* etiam ex Glossar. Isid. quod idem sonat, et est eadem vox varie lecta.

ABSCESSIO, cessio. V. Wichb. Magdeb. art. 20. §. 1. et *Abscedere*.

ABSCIDICVLA, statuae vel imaginis loculamentum in fornicis modum pro *Absidicula*, apud Ioann. Diac. in Vita Gregor. M. l. 4. c. 84. V. *Absida*.

ABSCIDILIVM, *Cultellus quo vnguiae equorum abscinduntur*. Breuiloq. (das Wirkeisen, Wirkmesser).

ABSCINDERE; V. *Abcindere*.

ABSCIRE, *de memoria exire*. Mss. Cod. Bituric. et Amalthea. Goelen. in

in Lex. Philol. *Abſtio*, ἀχρεῖον, *pro de memoria exeo*:

ABSCISA, Scripturae genus, *vt et Abſciſa Poſteriolis*. Per. in Praefat. t. 1. Anecdotor. p. 35. e Codice Vdalric.

ABSCISVRA, *inſernallum*. Gloſſ. Bitur. proprie idem quod *Abſciſſio*.

ABSCITAS, V. *Abſeitas*.

ABSCODERE, excutere, ſiliquis exuere. (Germ. **aushülſen**) Transact. a. 1516. ex ſchedis D. Chaix: *Liceat dictis hominibus flagellare ſeu abscodere, aut flagellari et abſcodi facere per alios, blada eorum propria et legumina.*

ABSCONCIA V. *Abſconſa*.

ABSCONDERE, purgare ſe. Capitul. Ludou. II. Imp. tit. 2. c. 4. *Si quis autem negauerit factum, ſi comprobatus non fuerit, propria manu ſe abſcondat.* Quo loco *abſcondere* idem valet ac *excondicere, excondire*, quod vide.

ABSCONSA, ABSCONCIA, ESCONSE, SCONSA, CONSA, caeca laterna, qua monachi vt plurimum vtuntur in obeundis dormitoriis (**Blendlaterne**). Liber Ordinis S. Victoris Pariſ. Mſ. c. 36. *Abſconſam praeparet cum candela.* † Inuentar. S. Capell. Pariſ. a. 1376. *Vna abſconcia argenti deaurati operis hachiati.* Gall. *Eſconſe*, vt pluribus exemplis monſtrat *Carpentier.* ad h. l.

† ABSCONSE, latenter, abſcondite. Meneſter. Hiſt. Lugdun. p. 7. *Conuocauerunt inibi multitudinem armatorum clam et abſconſe.*

ABSCVLTARE, pro *auſcultare*. Teſtament. Iacobi Arrag. Reg. Spicileg. Acher. t. 9. p. 199. *Et hoc exemplum inde ſumtum cum dicto inſtrumento originali inſpici et concordari et abſcultari.*

ABSCVLTATOR, forte miniſter ille qui *Tallium ad placitum* dictum, ſeu *Audientiam* exigebat. Charta Philippi Aug. a. 1287 pro Aurelianenſ. in ejus regeſto Herouvalliano fol. 102. *Idem tenendum eſſe praecipimus, vt Praepoſitus noſter per aliquem de ſeruientibus ſuis de domo et menſa ſua, qui Bedelli et Abſcultatores appellantur, circa burgenſem aliquem nihil omnino diſtrationare poſſint.*

ABSE, *ſpontaneus*, in Gloſſ. Iſid.

ABSECTOS. Iſid l. 16. Orig c. 11. de gemmis nigris: *Abſectos, nigra et ponderoſa diſtincta venis rubentibus; haec excalefacta igni ſeptem diebus calorem tenet.* An ab ἀΦαυτος, irreprehenſus V. *Abſictus*.

ABS DIVM, obſidio. Memoriale Poteſtatum Regienſium ad a. 1247 ap. Murator. t. 8. col 1115. *Poſtea venit Imperator cum D. Izolino cum magno exercitu - - et poſuerunt ſe in abſedium - - ciuitatis Parmae.*

ABSEITAS, ABSCITAS, ABSIDITAS, APSITAS, terra *abſa*. Charta Caroli Reg. Franc ap. Labbeum l. 1. Miſc. *Cum omnibus abſeitatibus et vineis, cunctisque ad ſe pertinentibus.* Alia apud Sammarthanos a. 858. *Nihil enim amplius in eodem praedio habebant, niſi vnam vineam et terram abſeitatis.* V. *Abſus*.

ABSENS, eadem notione qua *Abſtentus*. Capitul. Caroli M. l. 7. c. 215. vbi de deuota peccante et poenitente: *Quod ſi admiſſa fuerit, etium haec quae eam receperit, habebitur abſens.* Id eſt, abſtinebit pariter ab ingreſſu Eccleſiae, ſeu habebitur pro excommunicata. ABSENTEM SE FACERE, deueſtire ſe de re aliqua, exuere poſſeſſione et eam in alium transferre. Charta vet. a. 1075. in Probat. Hiſt. Sabaud. *Exinde vltimam facio traditionem et veſtituram et me exinde foris expuli, warpiui et abſentem feci.*

† ABSENTANDVS, abſens, fugitiuus. Litt. remiſſ. a. 1358. in Reg. 86. *Maciotus ſe reddidit propter hoc abſentandum.*

ABSENTANEVS, *qui ſe ſemper abſentat*. Ioann. de Ianua.

ABSENTARE 1. Occultare, abſcondere. Io. de Ianua: *abſentare, remouere, abſentem facere vel eſſe.* Alanus de Inſulis in Planctu naturae: *caetera vero, quae thalamus ſecretior abſentabat, meliora fides eſſe loquebatur.* ABSENTARE SE. Concil. Caeſar. auguſt. c. 4. *Nulli liceat ſe de Eccleſia abſentare.* Vide leg. 4.

Cod. Theod. de Decur. et quae ibi notauit Iac. Gothofredus et Sauato ad Sidon. l 9. ep. 13. 2. ABSENTARE, ABSENTERE, abeſſe. Valerian. Cemelenſ. homil. g. *Ecce hic dicit: clauis deeſt, cuſtos abſentat.* Vtitur etiam Eucher. in Homil. Alanus l. 4. Anticlaud. p. 61. 3. † ABSENTARE ALIQVID, ab eo recedere, illud relinquere. Litt. remiſſ. a. 1384. *Hoc facto metu vigoris juſtitiae, domum ſuam abſentauit.* 4. † Auferre, abſcindere, ſeparare Marten. t. 6. Ampl. Collect. p. 1018. *Quamuis de capite nihil praeter mentum haberetur, ſicut percuſſoris illud abſentauerat gladius.*

ABSENTATIO. 1 S. Bernard. lib. de Praecepto et Diſpenſat. c. 10. *Illa vero circa corpus quid eſt, niſi a Deo quaedam abſentatio? Et abſentatio quid, niſi peregrinatio?* 2. Vulcanius et ex eo Laurent. in Amalth. *Abſentatio, recitatio facta abſente libro.*

ABSENTATVS. 1. Deperditus, amiſſus. Lex Longob. l. 2 tit. 26. § 6. *Et dixerit quod munimen ſuum abſentatum fuiſſet* i. e. Charta ſ. diploma non reperiretur. 2. *) Alia notione. V. *Abſentum.*

ABSENTER, in abſentia, in Translat. S Guthlaci, April. t. 2. p. 60.

ABSENTERE, i. q *Abſentare*, 2 in Capitul General. Mſſ. S. Victoris Maſſil.

ABSENTIALIS DIES, dies, qua quis abſens eſt, vt cum Canonicus a choro abeſt. Statuta Stephani Tornac. Epiſc. a 1196. p. 1197 edit. nouae Diplomat. Miraei. *Si etiam aliquis Canonicus - abſens fuerit, - illorum dierum abſentialium anguſtia ad hoc vt foramen judicetur non poterit coarctari.*

ABSENTIALITER PRAESENS, i. e. corpore quidem abſens, ſed praeſens mente. Epiſt Halinardi Epiſc. circ. 1051. t. 4. nouae Gall. Chriſt. Inſtrum. col. 8. B.

† ABSENTIELIS AETAS, majoritas, vt vulgo dicitur, cum quis ſuae tutelae eſt, quaſi quod *abs* ſe ſit, i. e. ſibi relictus. Scacar. apud Cadom. 1234. *Nullus auditur de venditione conſanguinei reuocata poſt annum praeteritum abſentielis aetatis.*

† ABSENTIMENTVM, pro *adſentimentum*, conſenſus, in Charta a. 1231. apud Manni in Obſerv. Hiſt. ad Sigill. antiq. t. 7 p. 118.

† ABSENTIO, *adolacio*, in vet. Gloſſ. ex Cod. Reg. 7646.

ABSENTIVVS, in fragmento Petronii: *Sed ne diutius abſentiuus eſſem, voluptatem mihi negaui.*

ABSENTVM, pro *Abſinthium*, in Cod. Mſ. Apulei de Herbis, monente Salmaſio ad Lamprid. indeque *abſentatum vinum*, apud eund. Lamprid. in Cod Palat. pro *abſintiatum*, vt editus praefert.

† ABSEPTICVS, *furioſus*, in vet. Gloſſ Cod. reg. 7641.

† ABSESCVTARE, deueſtire ſe de re aliqua, et juri, quod in eam quis habere poteſt, renuntiare atque in alium transferre. Charta a. 1269. ex Cod. reg 9561. *Dictis bonis - - pro nobis et noſtris Succeſſoribus ſine haeredibus abſeſcutauimus, et per praeſentes abſeſcutamus et renunciamus.* V. *Abſacitus.*

ABSESITVM SE FACERE, ABSITVM FACERE, vt *abſentem ſe facere*, i. e. deueſtire ſe de re aliqua. Vet. Ch. ap. Vghell. t. 3. p. 61. et 415. *Legitimam facio veſtituram per cultellum, feſtucam nodatam - - me ea inde foris expuli, et verpiui et abſeſitum feci.* Conſtat ex praepoſ. *ab* et *ſeſitus*, quod a verbo *ſeſire* ſeu *ſaiſire*, tenere, Gall. *Saiſir.*

ABSICTVS, *gemma nigra et ponderoſa*, in Gloſſ. Bituric. Mſ. V. *Abſectos.*

ABSIDA, APSIDA. 1. Fornix, ex Gr. ἀψὶς, fornix, arcus. Papias: *Abſida eſt hemiſpherium.* Honor. Auguſtod. l. 1. de imag. mundi c. 77. *Abſides, id eſt circuli.* Iſid. l. 14. c. 18. *Vtrum Abſidam an Abſidem dicere debeamus, hoc verbi genus ambiguum quidam Doctorum exiſtimant.* S. Hieron. l. 2. in Ep. ad Epheſ. *In ſummo coeli fornice, et vt ipſo verbo vtar, Abſide.* Vtitur etiam Senator l. 8. Ep. 33. Ordericus Vital. l. 9. p. 719. Vide Alcuinum Poem.

Poem. 3. 2. Proprie eſt cujusvis aedificii pars extrema et interior ſuper planum ſemirotundum erecta et concamerata. Conuenit itaque cuilibet ſtructurae in arcum deſinenti et concameratae, quare et dicitur de eccleſiarum Sacellis ſemirotundis, deque aliis partibus eccleſiae, cum in circulum pariter terminantur maxime vero de parte interiore aedis ſacrae, in qua altare collocari ſolet, (das Chor) vti multis exemplis probat Cangius h. v. 3. Interdum pro Epiſcopali ſede, quod in medio *Abſidae* collocari ſoleret, vt in eccleſiis in quibus Chorus retro altare eſt. S. Auguſtin. ad Albium: *Dicebam ego quibus poteram qui nos in Abſidem honoratiores et graniores aſcenderant.* Adde ep. 203. ad Max. 4. Ferretrum, in quo reliquiae Sanctorum continentur, ſic forte appellatum, quod in abſidem ſ. cameram deſuper conuoluatur. Geſta Conſul. Andegav. c. 3. n. 26. Vid S. Paulini ep 32. edit. 1685 p. 206. et not. 149 p 64. vbi praeter cetera docetur, *Abſidam* vt plurimum ſumi pro concha altaris, vel ipſa ſacra menſa ſeu altari; v. g. cum dicuntur in *Abſidis* repoſitae ſanctorum reliquiae, quas ſub altaribus et intra altaria recondi ſolitas; notum eſt. 5. *Latior pars aedis* in Gloſſis Mſſ. 6. ABSIDA, ABSIDIA, ABSIS, ſacra vmbella quae aut ſuprа SS. Corpora erigitur, Gall. *Baldachin.* Gloſſulae excerptae e Cod. Mſ. Cluniac. t. 2 p. 23. operum poſth. Mabillonii: *Abſis eſt freda, operculum ligneum, quod retro altare ſit ſupra corpora ſanctorum,* In Geſt. Dagoberti I. Reg. Franc. c. 17. *Abſidia* dicitur. 7. Orbita, circulus rotae. Quod autem ſic dicatur, inquit Spelmannus, fieri videtur non ab ἀψὶς, fornix, ſed ab ἅψις, tactus, qui pars illa rotae quae orbitam deſcribit, terram tangit,

ABSIDATVS, concameratus, in abſidis ſ. arcus formam tectus. *Porticus abſidata*, apud P. Victorem in Deſcr. Romae reg. 4.

ABSIDIA, v. *Abſida* 6.

ABSIDICVLA, apud Io. Diac. l. 4. Vitae S. Gregor. M. c. 84.

ABSIDITAS, i. q. *Abſcitas*, i. e. Terra *abſa*. Charta Aganonis Epiſc. Carnot. ap. Sammarthanos: *Eſt quaedam terra in Abſiditate redacta S. Petri* etc. Charta Radmundi Epiſc. Auguſtod. in Tabul. S. Florentii Salmur. *Manſi ſcilicet 3 veſtiti et Abſiditates 5 pertinentes ad Biliniacum Fiſcum.* V. *Abſus.*

ABSIGNARE, ἀποσφραγίζειν, in Gloſſ. Lat. Gr. reſignare, deſigillare.

† ABSILIRE. 1. *Dividere, departir.* In Gloſſar. Prouinc. Lat. ex Cod. reg 7657. 2. Deſcendere, Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646. *Abſiliunt, deſcendunt.*

ABSINTHIVM, V. *Abſynthium.*

ABSIS, V. *Abſida.*

ABSISTERE, V. *Abſtitere.*

ABSITAS, eadem notione ac *Abſcitas*, i. e. terra abſa. Sabul. Briuatenſe c. 366. *Videtur autem ipſa Abſitas ſita eſſe juxta villam* etc. V. *Abſus.*

ABSITITIVM, vel ABSITVM SE FACERE, i. q. *abſentem*, vel *abſeſitum ſe facere* Tabul. Caſaur. a. 22. Ludov. Imp. Loth. F. *Et juxta legem meam - vobis exinde - facio inueſtituram - et me inde foras expuli, et abſito feci.* Adde Vghell. Ital. S. t. 3. p. 49. 51.

ABSIVRARE, ABSIVRATIO, V. *Abiurare.*

ABSLATATA, *nauis gyratica*, in Onomaſt. V. *Abſtlata.*

ABSO, V. *Abbaſo.*

ABSOLERE, *ab vſu recedere.* Papias.

ABSOLVERE. 1. Liberum dimittere. Lex Wiſigoth. l. 9. tit. 1. §. 2 *Si quis alienum ſeruum in fuga lapſum, ferro vinctum, aut in quocunque ligamine conſtitutum abſoluerit.* Vid. Vghell. t. 7. p. 977. 2. Interdum, mittere, remittere in patriam, domum. Anaſtaſ. in Hiſt. Eccleſ. *Hunc nos baptizantes, ad propriam abſoluimus regionem.* 3. Donare, dimittere, contradere, in poſſeſſionem mittere. Tabular. Conchenſe in Ruthenis c. 91. *Euſtorgius - dimiſit et abſoluit Sancto Saluatori de Conchas - eccleſiam* etc. Vid. Miracula S. Ludgeri Epiſc. Miming. n. 39. 4. ABSOLVERE DEFVNCTOS, eſt di-

cere *Collectam* mortuorum: *Absolue, Domine, animas fidelium defunctorum.* Odo Epiſc. Pariſ. in Praecept. Synod. § 7. *Sacerdotes audito Parochianorum ſuorum obitu, ſtatim abſoluant eos cum Pſalmis pro defunctis et Collecta.* Adde lib. Vſuum Ord. Ciſterc. c. 30. 99. 5 † ABSOLVERE, permittere, dimittere. Acta Mſſ. Inquiſit. Carcaſſon. a. 1308. *Ermengardis conceſſerat, quod Guillelmus Yſſaura, vir ſuus, haereticaretur, et ipſum Guillalmum abſoluit ipſis haereticis.* 6. ABSOLVERE AD CAVTELAM, V. infra *Abſolutio ad cautelam.*

ABSOLVIMENTVM, licentia, facultas aliquid faciendi. Synod. Caeſarauguſt. a 1088. t. 3. Collect. Concil. Hiſp. p. 220. *Nec per vllum nuncium non dirigat ei ſine conſilio et abſoluimento de ſupra dicto comite Raymundo.*

ABSOLVTE. 1. Absque praeuia ſalutatione, cantu, benedictione, aut inuitatione. Vox officii Eccleſiaſtici. Codex Rituum Eccleſ. b. Mar. Deauratae Mſ. et in aliis libris Ritual. *Dicuntur abſolute et ſine oratione nec ante nec poſt* etc. 2. ABSOLVTE ORDINARI, dicitur de Clericis qui ad ſacros Ordines promouentur absque *Titulo* ſeu Eccleſia cui mancipentur, et de cujus redditibus viuant.

ABSOLVTIO. 1. Indulgentia, remiſſio a peccatis Ita Ordericus Vitalis l 5. (*) Antiquiorem Orderico Vitali Abſolutionis formulam, ex Archiuis S. Victor. Maſſil. refert Carpentarius ad h. v.) Hinc ABSOLVTIO AD CAVTELAM, dicitur de abſolutione quae majoris ſecuritatis cauſa alicui judicis ſententia excommunicato et appellanti conceditur; dummodo ferendo demum judicio ſe pariturum promittat praeſtito ſacramento. Hujus abſolutionis ad cautelam nulla mentio ante Celeſtinum Papam qui a. 1195. ad Epiſcopum Lincoln. ſcribens, quosdam abſolui permittit *ad majorem cautelam.* Adde Conc. Tarracon. a. 1591. t. 4. Collect. Conc. Hiſp. p. 589. ABSOLVTIONIS DIES, apud Baldricum Nouiom. l 3. c. 47. et alios *le Jeudy abſolu*, (germ. der Antlaß-Pfingſttag) feria nempe quinta ante Paſcha, qua poenitentes abſolui ſolebant. ABSOLVTIONES RELAXATORIAE, vocantur conceſſae excommunicatis abſolutiones ad tempus. Statuta Synodalia Eccleſ. Aeduenſ. apud Marten. t. 4. Anecd. p. 511. 2. Diſpenſatio, dimiſſio, libertas, permiſſio. S. Bernard. Epiſt. 313. n. 3. Edit. a 1690. *Et credo, ni fallor, quod abſolutio quae facta eſt, poteſt interim impediri.* Hinc ABSOLVTIONEM FACERE, jubere, vel potius facultatem ac licentiam dare aliquid faciendi. Charta Dagob. Archiep. Bituric a. 990. *in ipſius loco jubeo et abſolutionem facio ad Coepiſcopos noſtros* etc 3. Apocha, acceptilatio, germ. Quittung. Diploma Caſimiri Polon. reg. a 1356. *Litteras quitantias dabimus, et abſolutiones ſub forma debita.* 4 In eccleſiaſtici officii rubricis eſt deprecatio breuis quae dicitur finitis Pſalmis cujuslibet Nocturni, qua ſolebat olim terminari officium nocturnum vniuscujusque Vigiliae; *Abſolutio enim terminum et finem denotat*, inquit Macer in Hierolex. V. Hofmann. 5. Collecta ſeu oratio pro mortuis, illa praeſertim quae incipit: *Abſolue Domine* etc. Item quaeuis aliae orationes pro defunctis, ac etiam preces, thurificationes aſperſiones, quae circa corpora defunctorum fiunt. Mſ. Conſuetudinum S. Auguſtini Lemouic. fol. 18. *Quando pro aliquo Abbate vel Abbatiſſa deferrur rotulus, ſi conuentus eſt in claustro - - Cantor debet ſcribere in eo abſolutionem vel orationem conſuetam.* 6. ABSOLVTIO CAPITVLI, breuis Lectio ex Scriptura S. quae quotidie poſt Primam dici ſolet, et quae primum in Monaſteriis finito *Capitulo* antequam Fratres exirent ad opera et benedictionem a Superiore acciperent, decantabatur.

IN ABSOLVTO, voces Agrimenſoribus propriae, apud quos agri *in abſoluto* remanere ac tenere dicuntur, qui ſine lege et finitione ſunt, id eſt, finibus ac limitibus non terminantur,

nantur, apud Frontinum et Aggerum.

ABSOLVTORIVM, acceptilatio, apocha. Synod. Conſtitut ad calcem lib. de Officiis Io. Abrinc. p. 4. *Obligatoria et quittatoria inſtrumenta - - paſſare faciunt fraudulenter vt abſolutoria ſua fallaciter extorquere poſſint et valeant.*

ABSOLVTORIVS. *Abſolutoriae litterae*, 1. quae re confecta Miſſis ac Legatis dantur cum domum remittuntur, germ. Recreditiv. Hugo Flauiniac. in Chron. p. 254. *Vt reuerſis Miſſis ſuis cum litteris abſolutoriis, ibi quoque a ſuffraganeis et dioeceſi ſua viaticum acciperet.* 2. Litterae quibus Pontifex excommunicatum, ab excommunicatione a ſe abſolutum eſſe, denuntiabat. Concil. Burdegal. a. 1262. c. 1.

ABSOLVTVS. 1. † ABSOLVTVS DIES IOVIS, gall. *le Jeudi abſolu*, feria nempe quinta hebdomadis ſanctae. Benedict. Abbas Petroburg. ad ann. 1177. *Quod cum regi nuntiatum eſſet in craſtino ſummo mane diei Iouis abſoluti venit Cantuariam.* V. *Abſolutio* 1. 2. Deſperatus. Dicitur de aegro cujus morbus deploratur. Vita B. Columbae Realtinae t. 5. Maji p 392. *De quadam ſcala proneras, ac fracto capite, ac diſcooperto cerebro, inuadente febre, multiplicatisque variolis, abſolutus erat judicio medicorum.* 3. † Perſolutus, *Aſoal*, Gallis olim. *Abſoluta pecunia*, praeſens pecunia, Germ. baar Geld. Charta a. 1238. ap. Hontheim t. 1. Hiſt. Trevir. p. 724. *Bona quaedam, quae mea abſoluta pecunia comparaui.* 4.*) Solutus et liber, liber Fidelis, Vaſallus vni addictus. Diploma a. 1250. in Sande Com. ad Gelriae Conſuet. Feud. Tract. 1. Tit. 1. n. 25. *De dicto caſtro ſine domo ero homo ſuus abſolutus quod vulgo Ledigh-man nuncupatur.* Schannat. Hiſt. Epiſc. Worm. T. 1. p. 244. *Hartradus de Merenberg partem caſtri in Merenberg - - beato Petro tradidit, ratione cujus vaſallum ſe fecit Wormat. Eccleſiae abſolutum, quod vulgo dicitur Ledigh-mann.* V. *Solutus*, it. *Ligius*. Adde Haltaus. Gloſſar. v. *Ledig-mann*

ABSONIARE. Sacramentum fidelitatis Angloſaxonicum laudatum a Somnero: *In illo, Deo, pro quo ſanctum hoc ſanctificatum eſt, volo eſſe nunc Domino meo N. fidelis et credibilis, et amare quod amas, et abſoniare quod abſonies, per Dei rectum et ſeculi competentiam.*

† ABSONVS, *ſine ſono, homo.* Gloſſar. vet ex Cod. reg. 7641.

† ABSORBERE, praetermittere, nullam rei alicujus rationem habere. Lit. ant. a. 1408. t. q. Ordinat. reg. Franc. p. 355, *Arreſtum et priuilegia ſupradicta, ac alia per dictum dominum genitorem noſtrum in hac parte edita, de quibus nobis licuit, abſorbendo* etc.

† ABSORSIT, *foras ejecit, exturbauit, expoſuit, exegit, vel ejecit.* Gloſſ. vet. ex Cod reg. 7646. Vid. *Aboſo.*

† ABSORTVS, ibid *Abſorta eſt, reſtricta eſt, conſenuit, vel elanguit. Abſorptus*, Num. 11. 2. 1 Cor. 15. 54.

ABSPES, ſine ſpe. Occurrit in vita S. Onuphrii c. 10.

ABSPORTARE, pro *aſportare* vel *abigere*, ſi de pecoribus agitur. Charta Philippi Auguſti, a. 1194. *Si quis a ciuitate fugerit et catalla cujuspiam Burgenſium abſportaueris.*

ABSQVE. 1. Praeterquam. Aurel. Vict. Schotti in Auguſto: *Felix adeo, absque liberis, tamen ſimulque conjugio* Vtitur idem in Caligula, in Hadriano, nec non Ammianus et alter Victor in Vitellio, Veſpaſiano et Theodoſio. 2. † ABSQVE EO QVOD, quamuis non. Formulae Maſſil. ex Cod. reg. 7657. *Absque eo quod dictum officium juraueris* etc.

ABSRADICARE auellere, eradicare. Charta Guidon. Comit. Flandr. a. 1237. *Item debet habere omnes emendas - metarum abſradicatarum ſiue remutatarum absque mesleja.*

ABSTANTIA, interuallum, diſtantia. Vitruv. 1. q. c. 4. *Quod ajunt ſolem, cum longius abſit abſtantia quadam.* A verbo *abſto*, quod vſurpat Horat. de arte poet.

ABSTEMIVS, non modo qui a vino, ſed etiam qui a carnibus abſtinet, quo

quo sensu dixit Plinius *prandium abstemium*. Vita B. Geraldi Auriliac. l. 2. Annal. Bened. t. 3. p. 462. *Tum vero confidentibus ad mensam comedit ille abstemius de pisce parato.*

ABSTENIS, i. q. *Abstemius*, sobrius. Supplem. Antiquarii.

ABSTENTVS. 1 Excommunicatus, apud Cyprian. Epist. 38. et 55. et lib. de Lapsis, et alios. V. *Abstinere*. 2. Apud Iuris peritos, Pupillus qui tutoris auctoritate ab adeunda haereditate reuocatus est, ex eo nempe quod nimis illa sit in aere alieno.

ABSTENVS, sobrius. Ianssonii auctar. ad Gloss. Isid.

† ABSTERE, abjungere, Gloss. vet. Cod. reg. 7641.

ABSTERGERE. 1. Pro *Aspergere*. Occurrit in Cod. Ms. Caeremoniar. Monast. B. M. Deauratae Tholos. 2. † Aribo Episc. Frising. in Vita S. Corbiniani, t. 3. Sept. p. 282. *Tunc vir Dei crebris aduenientium colloquiis occupabatur - - quod magnis fletibus atque lamentis se abstergere nitebatur.* Vbi delendum forte pronomen *se*; adeo vt sensus sit, quod in his colloquiis peccasse autumabat, fletibus abstergere nitebatur; nisi cum Hagiographis pronomini *se* praeponas *a* et interpreteris, repellere conabatur.

ABSTERNERE, *abjicere*, *repellere*, in Gloss. Isid. *Absternere*, *abdicare*, *propulsare*, *respuere*, Papias.

ABSTERSORIVM, pannus lineus, quo vtitur sacerdos dum Missam celebrat ad extergendos sibi digitos post attrectatam hostiam. In hoc differt *absterforium* a manutergio, quod isto duntaxat vtantur, cum res diuinas nondum attigere.

ABSTINATIO, legis, edicti violatio. Charta ex Eccles. S. Audomari: *Nec possint aliqui, - - de territorio fructus remouere - - alioqui si eorum abstinatio possit euidenter comprobari - - deberent ex hoc puniri.* Forte pro *Obstinatio*.

ABSTINAX, abstinens. Fragmentum Petronii:

Et quid si abstinax non fuisses?

ABSTINENTIA. 1. Cessatio ab armis. Rymer. t. 2. p. 800. *Prorogandi sufferentiam seu abstinentiam inter nos ex parte vna* etc. † Litt. remiss. a. 1357. in Reg. 89. *Cum eadem partes abstinentias siue treugas inter se et amicos suos - habuissent.* 2. † Renunciatio, cessio. Statut. antiq. Florent. l. 1. c. 29. *Repudiatio vel abstinentia haereditatis vel successionis alicujus - a die repudiationis vel abstinentiae infra menses duos - - notificari debeat.* V. *Abstinere*. 3. Excommunicatio. Fulbert. Carnot. ep. 83. *Ab officio remouendus est et tamdiu abstinentia castigandus est* etc.

ABSTINERE. 1. ABSTINENTES, iidem videntur qui *Continentes*, vel qui jejunia obseruant, et ab escis abstinent. S. Cyprian. seu auctor de singularitate Clericor, Vita S. Tilonis Mon. n. 22. Vita S. Praejecti Mart. posterior n. 7. ABSTINENTES etiam Haeretici in Hispania, Gallia, Italia, *separantes persuasionibus conjugia hominum et escarum abstinentiam promittentes* etc. V. Philastr. de Haeresibus. 2. Actiua significatione vsurpauit Marcell. Empiricus c. 29 *Gallinam per totum diem a cibo abstinete.* Ita etiam non semel Plautus et Coel. Aurelian. Siccens. l. 5. Chron. c. 10. ABSTINERE ALIQVEM COMMVNIONE, COMMVNICATIONE, idem est ac excommunicare. Caldonius in ep. quae est 39. inter epp. Cypriani. Auitus Vienn. ep. 14. et passim alibi. 3. † Renunciare, cedere. Statuta antiq. Florent. l. 1. c. 29. *Si alibi abstinuerit vel repudianerit.* Vox nota Iuris consultis, *Abstinere proprie dicuntur sui vel necessarii haeredes; vt extranei repudiare*, inquit Brisson. l. 1. de Verbor. signif. 4. † Abstenere, detinere. Litt. remiss. a. 1363. *Henricus - - confestim ipsam vxorem verberare nisus est, et se contra ipsam fecit abstinere.*

ABSTIPVLARE, dimittere, werpire. Ch. Conradi II. Imper. a. 1146. *Comes - rejurauit ei fidelitatem, et werpiuit ei in praesentia nostra - et omnem*

omnem abstipulatis de ea (Abbatia) *calumniam.*

*) ABSTIRPARE. *Abstirpare*, ausroden. Vet. Vocab. Germ. Lat. de a. 1477.

† ABSTITERE pro *abstitere*. Gloss. vet. ex Cod. reg. 7646. *Abstiteres, abires - - Abstitit, stetit, desinit, restitit.*

ABSTLATA, *navis piratica*. L. Laurent. in Amalth. Vox orta ab obsol. *abstulo*, aufero. V. *Abslatath.*

ABSTOLLERE, auferre. Chron. Fredegar. c. 76. *Excepto Ducatu Dentelini, qui ab Austrasiis iniquiter abstultus fuerat. Abstollere* et *abstultus* saepius apud Anastas. Bibliothec in Vitis PP. p 93. 104. 105.

† ABSTRACTE, *ejecte vel abjecte.* Gloss. Vet. Cod. reg 7646.

† ABSTRACTVS, a scriptoribus ascreticis dicitur ille qui extra animi sensus raptus est, germ entzückt. Barlaam Serm. in festo S. Thomae Aquinat. Hisp. *abstracto.*

ABSTRIGARE, ab omni mora et impedimento liberare. Dipl. Alberti et Ottonis Austr. Duc. a. 1336. t. 5. Reliq. Mst Ludewig p. 526. *A praemisso - vinculo absolui non debebit, quousque praefatum Castrum - abstrigatum et in praefati Regis potestatem sit traditum.* A *Trica.* V. *Tricare* et *Absbrigare.*

ABSTRVERE, pro *abstrudere.* Tertull. l 4. adv. Marc.

ABSTVLA, pro *Astula.* Breuiloq. *Abstula i. napta*, V *Astula.*

ABSTVLTVS, v. *Abstollere.*

ABSVRATIO, pro *Absjuratio*, rei cessio cum praestatione Sacramenti Litt. Official. Ambian. a. 1243.

† ABSVRDESCERE, exsurdare, aures praegrauare, gall. *assourdir.* Lit. remiss. a 1381. ex Reg. 119. Chartoph. Reg. ch. 37. *Ne clangor hujusmodi dictam suam uxorem aegrotantem praegrauaret et absurdesceret.*

*) ABSVRDVS. *Absordus*, ungehorde, Vet Vocab. Germ Lat de 1477.

ABSVS, APSVS, incultus ager, qui vulgo in Chartis opponitur *vestito*, hoc est, culto. Charta Caroli C. apud Perardum: *Terras apsas ubi possunt seminari modii* 150. perperam *aptas* editum. Tabul. Eccles. Niuernens. *De Curte Patriniaco - mansos vestitos 2 - - in possessione mansos 3 vestitos, quartus vero absus.* Charta Odonis Reg. Franc. in eod. Tabul. *In pago Matisconsi - - mansos 3 vestitos cum terra apsa - - de potestate mansos 3 apsos.* Tabul. Belliloc. in Lemouic. n. 95. *De terris vero absis, si homo aliquid fecerit, Judex excipiat quod exierit, et si censum soluere debuerit, in vicariis recipiant*, etc. Charta Ottonis I. Imp. in Hist. Episc. Metens. *De qua terra sunt mansi n. 5. vestita, alia vero sex manent absa.* Charta permutationis inter Episcopos Aptensem et Sistaricensem: *Campos, vineas cultas, et incultas, seu absas.*

Interdum *absus* ager dicitur non modo vacuus, sed et prorsus incultus ac pasturae idoneus. Charta Heriuei Episc Eduensis in Tabular. ejusdem ecclesiae: *Mansos duos penitus absos et omni cultura destitutos, pascuis solummodo animalium aptos.* Annotatio Arnonis Episc. *Tradidit in pago Drungoe territorium quantumcunque possidere visus fuis, quod nunc jacet absum.*

*) Cangii interpretationem contra D. Bauquet t. 1. Iur. publ. Franc. p. 53. defendere conatur Carpentarius, sed nullis in medium productis argumentis. *Mansi absi* sunt mansi dominici, fiscales, qui colonis non sunt adsignati, et opponuntur *vestitis*, i. e. colonis traditis. Rem dirimunt verba Caesarii Prumiensis: *Si autem ipsi* (mansionarii) *ista et alia jura nostra non fideliter peregerint, D. abbas vel qui locum ejus tenet, feoda eorum usque ad condignam satisfactionem debet apsare, id est vronen.* Et in Glossa ad Registrum bonorum Eccles. Prumiensis, quem locum non nisi mutilum adduxit Carpentarius: *Mansi apsi sunt qui non habent cultores, sed Dominus eos habet in sua potestate, qui vulgariter appellantur Wroinde.* Quibus locis simul etymon verbi *absare* eruitur, huc usque frustra tentatum. Vox germanica Frohnen, siue Vronen

est

est a particula exclusiua ohne et praefixo ver, et in genere significat, separare. amouere, in specie vero autoritate dominica et ad manus Domini ab vsu et possessione fundi vel mansi amouere, quod vocabant *indominicare*, vel *dominicare*. Hanc vocem germanicam pressius secutum recens Latium finxit *absare*, a praepositione *abs*. *Ager absus, mansi absi* iidem igitur sunt ac Germanorum medii aeui Frongut, Fronhusen. V FRID CAR. VON BVAT Erläuterung des Lehen-Rechtes, P. IV. p. 8 seqq. HALTAVSII Gloss. v. Fron.

ABSYNTHIOSVS, amarus. Acta SS. April t 2. p p. 312. *Similiter et absynthiosae passionis* (Christi) *diem ac noctem transigeret.*

ABSYNTHIVM, potio mellita, monachica. Consuerud. Floriac. p 405. *His tribus diebus post cymbali pulsationem, qui voluerit, bibet de Absynthio nielle confecto* etc.

ABTERMINATVS, ἀΦορισεὺς, ἀπὸ ἀξιοχρεωσεως, in Gloss. Lat. Gr. i. e. Exilio damnatus.

ABTVS pro *Aptus*, in Castimon. MS. S. M. Deauratae Tholos.

† ABVEDERIVM, prima litterarum elementa, Alphabetum. Charta Iocii Archiep. Tyrens. a. 1190. in Cod. Diplom. Ital. t. 4. p. 1918. *Chirographo per Abvederium destinato conscriptum fuit.* Lege forte *Abecedarium.*

† ABVELARE, *detegere, descubrir.* Glossar. Prouinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† ABVICINARE, *seiparer, desioindre.* Vocabul. compend. ex Sum. Ian. Vgut. et Papia

† ABVLA, f. pro Albula, gall. *Able.* Comput. Ms. a. 1239. *Decimo Turon. ille, qui capit Abulas, de dono ad vnum batellum emendum, XL. Sol. Tur.* V. supra *Ableja.*

ABVNCOLVS, pro Auunculus Charta Chlodov. III. Reg. Franc a. 692. apud Felibian. in Hist. S Dionys. p. XII.

ABVNDA 1. *Panici et mellei folliculi.* Gloss. Ms. Eccles. Anic. 2. Meta, terminus, Gall. olim *borne, bunde*, vnde Anglor. *Bound* Charta Walth. Ingeram. ap. Kennet. in Antiquit. Ambrosden. p. 208. *Noueris - me dedisse - - totam illam placiam quae se extendit in longitudine - - iuxta ripam de Charwell vsque ad metas et abundas ibidem per me concessas et appositas.* V. *Bunda.*

EX ABVNDANTI, praeterea, insuper. Occurrit inter opera S Bernhardi t. 2 p. 1276

ABVNDANTIA. 1 Erogatio, largitio. Lobinell. in Hist. Brit. t. 2. p. 1604 *In offertorio fuerunt publicatae abundantiae et porrectae pecuniae et aurum et argentum.* 2. † Possessionis genus. Charta a 886 t q. Collect. Hist. Franc. p 353. *Campaniae, plantae, abundantia, curticanus, et clausellus de Parriniaco, cum aliis vineolis.*

ABVNDAT, sufficit Collat Carthag. 1. c. Donatistis c. 162. *Abundat nos absenti praejudicasse*

† ABVNDIA, quae abundantiam impertitur, vt somniabant. Guill. Paris. P. 2. tract de Vniuerso c 12. *Dominam Abundiam* (vocant) *pro abundantia quam eam praestare dicunt domibus, quas frequentauerit.* V. *Diana.*

ABVNDVS, Eckehard jun. de casibus S Galli c q *Cum pane abundo et quinque mensuris de cerevisia.* V. *Abunda* 1.

ABVRGARI, intra fines burgi aut villae aliquam terram includere, comprehendere. Chron. Parmens. ad 1268 ap Murat. t 9 p. 784. *Et ordinatum fuit - quod nunquam refici deberet sed aburgari et extendi versus civitatem* etc

ABVSIO 1 Non vsus, abstinentia. S Paulinus ep 27 V. *Abusi.* 2 Deceptio, error Gasp. Barthii Glossar. ap. Ludewig. Reliq. Ms. t. 3. p 94. ex Roberti Monachi Hist. Palaest. *Haec Corbanam locutus, in superbia et abusione, quae ei conuersa sunt in abominiam et confusionem.* Ibid. p. 45.

† ABVSITATVS, *minus instructus scientia. Abusus, sublatus a consuetudine.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7646.

ABVSOR,

ABVSOR. qui male vtitur. Statuta Ord. Cluniac. a. 1301.

ABVSVS, defectus. Alanus l. 4. Anticlaud. c 3. *Non eris a propriis exclusus dotibus ejus cultus, et in nullo formae patietur abusum.* Adde Baldric. Nouiomac. l. 3. c. 69. et alios.

ABVTARE, V. *Abuttare* et *Abbotare.*

ABVTARIVS, forte pro *Abutarius.* Ch. a. 1267. ex Chartul. Fontanell. l. 1. p. 777. *Supra quodam masagio sive juxta plateam abutariorum Rothomagensium.*

ABVTERO, *abutor.* Supplement. Antiquarii.

ABVTI. 1. Igne consumere. Auctor incertus de limit. *Terminos sanctificales ponunt, vbi illos sacrificii opportunitas suadet poni, hoc est, loci commoditas, in quo sacrificium abuti possint.* 2. Non vti. Papias: *Abusi male vti quo igne debet vti, vel modice contemnere, et non vti, modo minime vti.* Occurrit etiam ap. Commodian. instr. 63. Paulin ep. 21. ep. 36. ep. 27 S. Augustin. ep. 59. Regula S Isidori c. 13. 3. ABVTI cum accusatiuo. Commodian. instr. 56.

Abuteris domini mandata, et te filium inquis.

Adde Decret. Gundemari Reg. in Concil. Tolet. et vide Iuret. ad Symmach. l. 3. ep. 46. et Salmas in disquisit. de Mutuo p. 136. 4. Pro *vti* vsurpat S. Hieronym. in 4 Esaiae: *Abstendum est hoc testimonio, et aduersum Ecclesiae feminas* etc.

ABVTTARE, terminare, Gall. *aboutir.* Dicitur apud Agrimensores de agrorum finibus qua parte sunt angustiores. Nam ea parte qua sunt longiores *adjacere* dicuntur. Kennet. Antiq. Ambrosden. p. 399. *Vna acra inter terram - et abuttat super praedictam acram.* Adde Rymer. t. 14. p 410. Formul. Anglic. p. 159. V. *Butum.*

† ABVVRAGIVM, Ius, quod vna cum *caponibus* exigitur et persoluitur, forte quod praeter Ius *caponum* corollarii vice in conuentionibus concedatur. V. *Biberagium.* Ch. Caroli IV. Reg. Franc. a. 1327. *Duos solidos Parisienses de abuvragio renduales, quos dicunt se habere in loco de Auxtico et pertinentiis ejusdem.* Ch. a 1357. *Vno capone et pro quolibet capone octo denarios Paris. de abuvragio.* Gall. *Aboivrement* (Trinkgelt) dicitur id quod bibitionis nomine ab eo soluitur, qui in societatem aliquam recipitur. V. *Abevragium* 1.

† ABWARPIRE, i. q. *Warpire*, possessionem rei alicujus dimittere, Gall. *deguerpir.* Ch. a. 935. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 941. *Et taliter se praedictus Anschario marchio exinde abwarpiuit et abascito fecit.* V. *Guerpire.*

ABYRTACE, ABYRTACVS et ABYRTACA, ap. Athen. l. 3. c. 35. Barbarum erat condimentum apud Persas et Medos ex allio, porro, cardamo, granis mali punici, sinapi, aliisque acerbis, aut etiam ex herbarum virentium succo confectum. Lex. Phil. Martinii.

ABYSSALIS, a Graec. *βυθος*, vel *βυσσος* et *ἀ* priuat. Fundum non habens. Prolog. Vitae B. Coletae t. 1. Maji p. 539. Vide Imitat. Christi l. 3. c. 14. n. 3.

ABYSSARE, mergere in profundum. Item immergere. Acta SS. Maji t. 5. p. 108. A. *Totus in Deum abyssatus erat.* Adde Martii t. 2. p. 140.

† ABYSSVS, infernus *De abysso vsque in coelum*, formula, qua in cessione nihil sibi reseruatum esse significabant. Ch. Petri reg. Majoric. a. 1235. ex bibl. Reg. *De cetero praedictas alquerias - - ad praedicta omnia de abysso vsque ad coelum habeatis.*

ABYSVS, secunda correpta, pro *Abyssus* ap. S. Palin. poemate 27. de S. Felice, p. 111. edit 1685.

† ACA, *amoenitas.* Gloss. vet. Cod. Reg. 7646.

† ACABELLATVS. VINVM ACABELLATVM, quod nomine *cabellae* seu banni venditur, (Germ Bannwein) Pact. a. 1303. *Liceat ipsis hominibus dicti castri eorum vinum vendere en gros, quibuscunque personis voluerint, tenente et durante ipsa cabella*

bella et vendente vino acabellato. Vid. *Cabella.* 1.

ACADIA, Pact. inter Thom. Comit. Sabaud. et Abbat. Pinarolenſ. a. 1246. *Tam in montis, quam in plano, et villis et hominibus, et acadiis, et ſiluis et paſcuis.*

† ACALICVLVS, *Pincerna, Batelhier,* in Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. Reg. 7657.

† ACALICVS, *Eſcale,* Gloſſar. Lat. Gall. Cod. Reg. 7692.

ACAMPANARE, in campum educere. Fori Arag. l. 4. p. 85. *Quod poſſint praedictis pendentibus litigiis ganata ſua depaſcere, abeunare, acampanare, lignare, carbonare, arbores ſcindere* etc.

† ACAMPASSA, congregatio quaeuis, conuenticulum quoduis, a verbo *acampar,* quod Prouincialibus ſonat colligere, congregare. Charta Dominor. Canneti in Prouincia 1338. *Nulla perſona extranea vel priuata in caſtro de Canneto ſeu ejus territorio faciat Acampraſſam* (rectius *Acampaſſam*), *ſeu conuenticulum a jure prohibitum.*

† ACAMPATVS V. *Accampatus.*

ACAMPRASSA V. *Acampaſſa.*

† ACANARE, *Acanna* Prouinciales dicunt, pro virga decutere. *Acanatio,* actio decutiendi. Transact. a. 1501. *Neque paſtores aliqui - - non poſſint - - aliquas quercores, nec euves aglanderatas acanare nec acanari facere. - - Manualiter colligere et ſine acanatione quacunque de dictis glandibus.*

ACANNIZARE. Fori Oſcae Iacobi I. Reg. Arag f. 16. *Quicunque acanniuauerit vaccam vel bouem, ſi bos vel vacca feceris damnum caſu fortuito, dum acanninatur, cujus eſt, amittat ipſum bouem vel vaccam, niſi acanninetur cauſa nuptiarum.* Picardi etiamnum dicunt *acanner,* cum aliquem conuitiis inceſſunt. Italis *accannare* ſonat ſtimulis agitare, acutis *cannis* excitare.

ACANONICVM, non canonicum, extra canonem et regulam, Gr. ἀκανονίστον. Goclen. Lex Philol. 285.

ACANONISTVS, qui contra Canones aliquid facit, vel qui Canones ignorat. Sirmondus in Gloſſ. ad calcem Supplementi Concil. Gall.

† ACANZI, genus militiae Turcicae, de qua vid. Iouium t. 1. l. 14.

† ACAPERE, ad *acapitagium* dare. Vid. h. v. Ch. 1271. ex Chartul. S. Martin. Auguſtodun. *Concordatum fuit, quod quicunque ſit Dominus de Chaudenoy praedictam villam de Bordis non poteſt alienare a manu ſua, nec in feudum dare, vel acapere vel conferre alicui.* V. *Accapitare.*

ACAPITA, V. *Acapitum.*

† ACAPITAGIVM, ACAPITATGIVM, *Releuium* ſeu quod nomine *releuii* exſoluitur domino *capitali.* Lit. Phil. VI Reg. Franc. a 1335. *Cum vero monaſterii abbas et conuentus, qui duas partes vnius falconis in mutatione cujuslibet domini ſeu vaſalli, pro acapitagio ratione feudi ſeu affariæ aut tenementi de Caſtilhoneſio - - ſolnere nobis tenentur,* etc. V. *Accaptare.*

ACAPITARE. 1. Incipere, quaſi *adcapitare.* Vox Agrimenſorum. Chartul. S. Vandregeſili t. 1. p. 757. *Et acapitat* (ille campus) *ad nemus dictorum Religioſorum.* Quaſi diceretur, et habet caput ſuum ille campus etc. 2. Alia notione pro *Accapitare* V. *Accaptare.*

ACAPITIDATIO, V. *Accapitidatio.*

ACAPITIS, i. q. *Acapitum.*

† ACAPITVRA, i. q. *Acapitagium.* Homag. praeſtitum Comiti Armaniaci, a. 1418. *Cum vendis, laudimiis, - - acapiturris - - et aliis juribus ad dicta feuda pertinentibus.*

† ACAPTA, vt *Acapitura,* Statut. a. 1277. t. 4. Hiſt. Occit. inter Probat p. 69. *Acaptae vero erunt illius, qui ponet in poſſeſſione emptorem.* V. *Acaptis.*

† ACAPTAGIVM, i. q. *Accapitum.* Regeſt. Conſtabul. Burdegal. *Acaptagia, quae alibi Releuia dicuntur; leuata eodem anno in eadem Seneſchallia.*

† ACAPTAMENTVM, Ius praecipuum ad rem quampiam. Ch. ſec. XI. ex Cod. S. Martial. Lemouic. *De ſolario quem vendiderunt in vita illorum, et non retinuerunt Acaptamentum, nec filii ſui aut filiae.* V. *Accaptamentum.*

† ACAP-

† ACAPTARE. 1. Nude pro emere, Gallis olim *achapter*. Ch. a. 1000. t. 2. Hiſt. Occit. inter Probat. p. 157. *Et eſt ipſe alodes in comitatu Lutevenſe - - quem Hildinus pater meus et ego Odo acaptaninus de Ardemando.* V. *Acaptum*. 2. Idem quod *Accaptare*, q. v.

† ACAPTATIO, i. q. *Accapitum*.

† ACAPTATOR, qui ad *Accapitum*, ſeu ad cenſum accipit. Statut. Maſſil. l. 3. c. 31.

† ACAPTIS. 1. Conceſſio vel acquiſitio ad *Accapitum* ſeu in emphyteoſim. Ch. a. 1064. in append. ad Marcam Hiſp. p. 1127. *Et ſi ego - - fecero acapte de Atchugib vel de Almandafar de terras* etc. Teſtam. Bern. Aronis c. 1118. ap. Baluz. t. 2. Hiſt. Arvern. p. 487. *Et omnes acaptes, quos ego feci in ſupradictis honoribus, ſint ſimiliter ejusdem Rostgerii.* 2. Vt ſupra *Acapitagium* in Ch. a. 1123. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 424. et in Conſtit. Petri I. Reg. Arag. a. 1200.

† ACAPTVM, emtio, Gall. *achat*. V. ſupra *Acaptare*. Alia notione vide in *Accapitum*.

ACARALHA, ACARALHVM. (†Emiſſarium aquarium, vel quid ſimile, vt videtur; forte ab Hiſp. *acarrear*, importare, quia per illud aqua et ſordes importantur.) Edict. Ioann. I. Reg. Franc a. 1351. ap. de Laurière t. 2. Ordinat. Reg. p. 480. *Quod dicti conſules - - habeant poteſtatem cognoſcendi de viis publicis et itineribus reparandis, de clertiis, doblis, acarallis ſenioralibus* († forte *femoralibus*) *edificiis et tabulariis Beſcalir*, etc.

ACARNERARE, pecora aliena in agro damnum facientia capere atque etiam occidere et comedere. Ch Sancſii Ramirezii Reg. Arag. ap. Martinez. in Hiſt. Pinnat. l. 3. c. 27. *Omes S. Ioannis et omnia pecora illius coenobii - - mando vt in toto regno meo, ubi herbas inuenerint, paſcant - - et nullus ſit auſus pignorare vel acarnerare*. V. *Carnale*.

ACATAPANVS, ACATHAPANVS, Praefectus ciuitatis vel prouincie; idem qui *Capitaneus*. Occurrit in Ch. Alfonſi Reg. Arag. et Sicil. a. 1456. apud Bonfil. Conſtant. in Meſſana l. 8. p. 64. V. *Catapanus*.

ACATARE, emere, Gall. *acheter*. Item releuium exſoluere. Necrol. Corbeienſe Mſ. *IX. Kal. April, - - Anniuerſ. principale, pro cujus anniuerſario habemus VII. modios frumenti ad molendinos quos acatauit Iohanni dicto Roenel*. V. *Accaptare*.

† ACATHALANTIS, *auis eſt*; *Gallice Cardonnereule*. Gloſſ. vet. Lat. Gall. Cod. reg. 521. Pro *Acalanthis* a. Gr. ἀκαλανθὶς. V. Lex. Martinii et Theſaur. Fabri.

† ACATHAPANVS, vt *Acatapanus*, in Conſtitut. Friderici Reg. Sicil. c. 116.

† ACATHIA, ornamentum muliebre. Ch. a. 1386 ex Bibl. reg. *Bona mobilia, tam in auro quam in argento - - jocalibus, percoralibus ſeu acathiis, nonis* etc. Vbi legendum videtur *pectoralibus ſeu atachiis*.

† ACATVRA, pro *Aquatura*, in Ch. Philippi I. a. 1075. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 205.

ACATVS. 1. Vox graeca, nauis actuaria, i. q. *Actium*. Tertull. adv. Marc. l. 5. *Quamobrem Pontice nauclere, ſi unquam frumentas merces vel illicitas in Acatus tuas recepiſti* etc. V. Graeuium ad Gloſſ. Iſid. in *Accepte*, et infra *Accato*, *Achateon*. 2. † Idem quod *Angiarus*, in Gloſſ. Prouinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† ACAV, vox Gallica vulgaris, caute, ſecreto, Gall *en cachette*. Occurrit in Statut. ſartorum Montispeſſ. a. 1323. t. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 470. art. 13.

ACAVNVM, v. *Agaunum*.

ACCABVSSARE, immergere, in mare demittere; poena in meretrices et lenones vulgo decreta etiamnum apud Burdegalenſes, qua ſcilicet in cauea ferrea incluſi, in mare demittuntur, et ſubtus nauim denuo ſubmerguntur. Statut Mſ. Maſſil. l. 5. contra eos qui ludendo deierant: *Et ſi illos in denarios dare et ſoluere non poterit, accabuſſetur, penitus indutus cum veſtibus - in portu Maſſiliae* etc. Vbi *accabuſſare*, videtur

tur idem esse quod *immergere*; est enim Occitanis *Cabussa*, *faire la culbute*, prono capite prolabi. † Vocis etymon ab *Acha* vel *Acca*, aqua, et germ. *Busse*, poena, deducit Schilterus in Gloss. Teut. p. 5. Est ergo poena aquae aliquem punire.

ACCALVASTER, ab anteriori parte caluus, sicut recalualter, a posteriori. Ebrardus de Bethunia:

Est Accalualter vir caluus ab anteriori
Parte, recalualter retro calnus habetur.

† ACCAMPATVS, ACAMPATVS, qui habet castra, Gall. *campé*, ab Ital. *accampare*, Hisp. *acampar*, Castra metari. Iac. Delayto in Annal. Estens. ad a. 1404. ap. Murator. t. 18. Script. Ital p. 1023. *Prodiit in hostes accampatos - - in terra juxta Padum.*

ACCAMPIA. Ch. a 1322. in Maceriis monast. S. Barbarae Lugdun. p. 203. *Item quod idem Camerarius det et dare teneatur cuilibet Monacho - - quasdam estaminas - - et tria paria sotularium - - et quod dicta aestiualia teneantur semel facere* (reficere) *de accampiis et sotularibus, si et quando super hoc fuerit requisitus.*

ACCANTARE, *iterum vel juxta cantare*, Ioanni de Ianua.

ACCANTATOR, vectigalium conductor, qui vulgo *Firmarius*. In Tabular. Tolosano Camerae Comput. Paris. a 1239. f. 87. *Pro se et pro caeteris accantatoribus eorum bonorum hujus urbis Tolosae ac suburbii*, etc. V. *Incantare* et *Incantator*.

† ACCAPITAMENTVM V. *Acceptamentum*.

ACCAPITARE, V. *Accapitare*.

† ACCAPITIDATIO, ACAPITIDATIO, charta quae conditiones *Accapiti* continet, vel ipsa ad *Accapitum* concessio. Transact. a. 1501. *Recognoscent - - eidem Domino et suis sub seruitiis in dictis Accapitidationibus contentis et declaratis.*

ACCAPITIS V. *Accapitum*.

ACCAPITVM, ACCAPTVM, ACAPITA, ACAPITIS, ACAPTAGIVM ACAPTATIO, agnitio in dominum, quod vulgo *Relagium*. Ch. Michael. Archiep. Arelat. a. 1214. in Regesto Tolosano: *Item confitemur nos recepisse a vobis pro Accapito 1400 marchas boni et legalis argenti.* Ch. a. 1150. inter Anecd. Marten. t. 1. p. 410. *Deinde dono et laudo - - totum honorem meum, ciuitates videlicet, atque burgos, castra, villas atque dominia, feudos, alodios, accapites, pignoras et acquisitiones*, etc. Ch. Isli Episc. Tolos. *Et pro hoc feno dederunt illorum domino Praepositо 5 solid. Acaptationis.* Regest. Constabul. Burdegal. *Acaptagia quae alibi Releuia dicuntur; leuata eodem anno in eadem Senescallia.* AD ACCAPITVM DARE igitur idem est ac in emphyteusin dare. Ch Iacobi Reg. Majoric. a. 1310. *Damus in accapitum seu emphiteusim alcheriam nostram* etc. Et passim alibi.

Accapiti notionem longe diuersam tradit D. Brussel. tract. de vsu feud. l. 3. c. 11. Existimat enim idem esse ac feudum *sine capite*, h. e. sine clientela et alta justitia: quae feudi species, inquit, in Occitaniae tantum prouinciis in vsu fuit. Verum si res ex judicio Scriptorum harum prouinciarum dirimenda est, ad quos potissimum spectat de vsaticis suis scribere, *accapitum* nihil aliud erit quam *relenium*, seu agnitio in dominum. V. *Reaccapitum* et infra *Accapitare*. *) Ex mente Frid. Carol. de Buri im Lehnrechte P. IV. p. 14. *accapitum* est species Emphyteuseos, quae parum differebat ab ea, quae Germ. vocabatur Laudemial- oder ehrschätzige Zinsgüter.

ACCAPTAMENTVM, ACAPTAMENTVM, ACCEPTAMENTVM I. Idem quod *Accapitum*. Ch. Petri Episc. Inculisin. a. 1178. *Licet hominum recognoscerent tam achaptamentum mille solidorum debere constanter negabant.* Ch. a 1240. in Tabul. Dalonensi: *Accaptamentum vero nobis debet persolui nostrisque successoribus ad vtriusque partis mutationes.* † Ch. Philippi Pulchri a. 1310. *Item de quolibet* solo - - *habebimus sex denarios Turon. obliatum - - - et totidem de accaptamento in mutatione Domini.* AD ACCEPTA-

CEPTAMENTVM TRADERE, occurrit in Conſuetud. Lemouic. art. 61. *Si aliquis - tradit terram ad cenſum et acceptamentum* etc. 2. † Stips, eleemoſyna quae corrogando colligitur, eadem notione ac *Quaeſta*. Statuta Subater. Carcaſſ. a. 1402. t. 8. Ordinat. Reg. Franc. p. 560. art. 15. V. *Accattator*.

ACCAPTARE, ACAPTARE, ACCAPITARE, ACAPITARE. 1. ACAPTARE AD ALIQVEM, vt *caput* et dominum agnoſcere, capere. Capit. Caroli C. tit. 16. c. 7 *Et propter hoc jam vltra ad illum non debeat* (ſ. habeat) *conſilium accaptare*. Et c. 13 *Et illi ſimulas vt ad alium ſeniorem melius quam ad illum acaptare poſſit, veniat ad illum*. 2. Capere ad *accapitum*, h e. capere vel poſſidere feuda aut quaeuis alia bona ſub *accapiterum* conditione ac onere. Ch. fundat Montis-Albani a. 1144. *Et ſi feudatarii qui accaptant honorem de domino comite volunt vendere, vel impignorare feudum, faciant hoc conſilio Comitis, aut ſui miniſtri; ita vt dominus Comes habeat de vnoquoque ſolido venditionis vnum denarium et de vnoquoque ſolido impignorationis vnum obolum*. Ch. Raimundi Com. Barcinon. apud Diago l. 2. c. 86. *Et ego - - dono vxori meae - - omnia quae acaptaui in Balagario*. 3 Interdum etiam ſimpliciter pro emere absque vllo onere. Hinc vox Gallica *acater*, *achapter*, *acheter*, ad quamlibet emtionem translata Ch. a. 1060 inter Inſtrum. t. 1. nouae Gall. Chriſt p 23. Et in codice Mſ. Coenob. S. Victor. Maſſil. *Cum omnibus rebus, quas acaptabit vel recuperabit*. 4. ACCAPITARE ALICVI, releuium facere vel exſoluere, vel aliquem pro domino, et velut pro *capitali* domino agnoſcere. Fleta l. 2. c. 50. §. 6. *Sed omiſſo illo medio, capitali domino accapiet, et ei reſpondeat de eisdem ſeruitiis - - nec liceat huiuſmodi capitali domino vlterius ipſum tenentem diſtringere, dum praedictus tenens ſe offerat accapitare ei et facere ei ſeruitia debita et conſueta de quarentaſe tenementi*. Vid. l. 3. c. 16. §. 7. 38. Bracton. l. 2. c. 35. §. 1.

ACCARATIO, ACCARRATIO, teſtium cum reo compoſitio, Gall. *Acaremens*. Bleynianus Inſtit. Theor. et Pract. l. 4. p. 572. *Confrontationes vero fiunt exhibitis ipſi reo teſtibus, et in ejus conſpectu poſitis, vnde et Accarrationes a Cara barbaro nomine, quod faciem ſignificat nominantur*. V. *Cara*.

ACCARO, inſtrumentum ruſticum. Petr. Creſcent. l 1. de agric. c. 6. *Et ſuperducta iterum dicta terra cum vangis et accaronibus* etc.

ACCARRATIO V. *Accaratio*.

† ACCASAMENTVM, caſa, domus, aedificium. Ch. a. 1232. ap. Cencium inter Cenſus Eccleſ. Rom. *Cum quodam accaſamento poſito vltra praedictum foſſatum* etc. Interdum hac voce ſignificantur aedificia domui praecipuae adjuncta, vt in Ch. a 1286. ap. Garamp. in Diſquiſ. de Sigill. Garſagn. p. 53. V. *Caſamentum* et mox

† ACCASARE, vox Italica, domibus inſtruere. Ch. Henrici V. Imper. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Cha it. P. 3. p. 1182. *Poſtquam dictum caſtrum accaſatum fuerit intra muros*, etc.

ACCATO, Gr. ἀκκατος, genus nauigii actuarii. De Breydenbach Iter. Hieroſol. p. 234. *Die XXIX. iterum contra Maleam ire temptauimus, licet ventum nonniſi pro ſex pannis Accatonis habuerimus exiguum*. V. *Acatus*.

† ACCATTATOR, qui ex officio ſtipem corrogat aliis diſpeniandam; Italis *Accattatore*, qui mutuo accipit. Occurrit in Statut. antiq. Florent. ex Cod. Reg. 4621. c. 82. V. *Accaptamentum*.

ACCATTVS, i. q. *Accapitum*, jus quod nomine releuii exſoluitur Vox obuia in Ch. a. 1233. apud Manni de Sigill. antiq. t. 1. p. 98.

† ACCATVM, acquiſitum, comparatum. Ch. a. 1202. t. 2. Cod. dipl. Ital. p. 254. *Medietam comperam ſeu accatum quod ipſi marchiones fecerunt a marchionibus de Eſti* etc.

† ACCAYRA, pugnae genus, qua ſcilicet funda lapides jactantur; ACCAYRARE, ſic pugnare; a *Cairu*, Occitanis calculus, *caillou*. Ch. 1353. inter Inſtrum. Hiſt. Nem. p. 153. *Quod nulla perſona audeat ſe accayrare ſine facere accayras* etc.

AD ACCEDENTES, Reſponſorium quod in Eccleſia cantabatur, dum ad S. Synaxim Fideles accedebant, juxta Officium Muz-Arabicum. Ordo Officii Goth. t. 3. Collect. Conc. Hiſp. p. 267.

† ACCEDERE, *tenere*. Gloſſ. Vet. Cod. Reg. 7646.

ACCEDIA, pro *Acedia*, in Cod. Mſ. S. Martialis Lemouic. n. 4.

† ACCEIA, ACCELA, V. *Accia*.

ACCELERANTIA, celeritas, apud Pet. Diac. aſin. de Corpore S. Bened. Caſini.

† ACCENDERE. 1. Lignatio, lignum accendendo foco neceſſarium (Germ. Feuerung). Ch. a. 1210. Chartul. Campan *Blancha - - nobis conceſſit, quod - - poſſimus ire in memoribus ſupradictis, quamdiu ei placuerit, per* (pro, *noſtro accendere*. 2. ACCENDI, de Luna dicitur, cum a Sole in nouiluniis incipit illuminari. Calendar. Mſ. San. German. X. circiter ſaec. *Luna Ianuarii media nocte accenditur* etc. V. *Incenſio Lunae*.

ACCENDONES, Laniſtae ſeu Gladiatorum magiſtri, ſic dicti quod Gladiatores ad pugnam accenderent. Tertull. de Pallio c. vlt. *Verum et Accendones et omnis Gladiatorum ignominia tegata producitur*. Ita correxit Salmaſius pro *et Cerdones*, vt antea legebatur. De his plura Hoimann. ad h. v.

ACCENGIA, ACCINGIA, ASCINGIA, AVCENGA, ACCINGA, INCENGIA, modus agri. Ch. Adami Vicecom. Melduenſ. in Tabul. S. Victor. Pariſ. c. 10. *Simon - dedit - - medietatem decimae ejusdem villae, et vnam accingiam prati, vnum arpentum terrae*. h. a. 126. in M. Paſtorali Eccleſ. Pariſ. l. 2. c. 119. *De ſeptem quarteris terrae, de quibus vna accengia ſita eſt in cenſiua Petri Pauonis*. In Ch. praeced. a. 1155. *Nobis dedit et conceſſit - - videlicet Encengiam vnam in cenſiua P. Pauonis*. Tabul. N. D. de Campis: *Duos arpennos pratorum - et ejusdem feodi duas terrae aſcingias*. Alibi: *Ita quod monachi pro notitia praedictae terrae vnam Aucengam praedictae terrae laborarent*. † Ch. Pibonis Epiſc. Tull. a. 1079. *Conceſſit - - pratum ad tres carratas feni cum chiroadâ et accingis ſex, quas aratus ipſi homines*. V. *Andecinga*.

ACCENSA, ACCENSATIO, ACCENSIVATIO, ACCENSAMENTVM, ASSESSAMENTVM, ACCESSATIO, ACCESSAMEN, ACCENSIVA, ACCENSIVIO, ACCENSA, ACENSSA, Cenſus, datio ad cenſum. Io. Hocſemius in Hugone 72. Epiſc. Leod. c. 23. *Major in villa et Aduocatus a Prumienſi Abbate domino villae villam tenebat ad accenſam*. Ch. Communiae Compendii a. 1186. ap. Baluz. t. 7. Miſcell. p. 315. *Quae omnia homines dictae Communiae antiquitus ea accenſione Patris noſtri, qui eis hoc accenſuit, tenuerant*. Tabular. S. Cruc. Burdigal. *Pro arrendatoribus ſeu recipientibus in acenſam - - Dum tamen acenſae praedictae fiant de anno in annum*. Adde Hiſt. Brecenſ. p. 24. Martene Collect. Ampliſſ. t. 1. p. 1030. V. etiam *Adcenſimentum*.

ACCENSARE, ACCENSIARE, ACENSARE. 1. Dare ad cenſum, Gall. *Acenſer*. Tabul. Caſtri. Meliandi: *Accenſauit et nomine accenſationis in perpetuum conceſſit et tradidit* etc. 2. ACCENSARE SE ALICVI, certis conditionibus ac ſtatuto pretio quidpiam conficere. Curia Gener. Barcinon. art. 1291. *Item quod aliquis ſcriptor non audeat ſe acenſare vicario, bailo, vel alicui officiali*. 3. † ACCENSARE, cenſum exigere loco alterius praeſtationis, ſeruitium cum cenſu commutare. Ch. a. 1299. ex Reg. 38. Chartoph. Reg. ch. 4. *Cum homines villarum - obligati fuiſſent ad ſoluendum et ad liberandum charragium domino regi, pro ſuis operationibus - - ſupplicauiſſent domino regi, quod ipſe vellet accenſare dicta charragia et loco eorum*

rum recipere certos redditus annuatim etc. V. etiam *Adcenſuare*.

† ACCENSATIO, vt *Accenſa*.

ACCENSATOR, ACENSSATOR, Firmarius. Concil. Burdegal. a. 1255. 2. 14. *Accenſatores autem decimarum a laicis, ſi laici fuerint, ſimili ſententia ſe nouerint irretiri.* Vbi perperam *Aſſenſatores* editum. In Tabular. S. Crucis Burdigal. *Vina quae per ipſos vel eorum accenſſatores praedictos vendebantur* etc.

ACCENSIARE, V. *Accenſare*.

ACCENSIO, V. *Accenſiuncula*.

ACCENSIVA, ACCENSIVIO, V. *Accenſa*.

ACCENSIVNCVLA, Gloſſ. Lat. Gr. ἐπιλῆψια ἡ νοσος, *Accenſiuncula, morbus comitialis*. Ita etiam Mſ. Et alibi: *Accenſiones*, ἐπιλήψια, ἐπισημασιαι. Vbi leg. *Accenſio*, ἐπιλῆψις. *Acceptio*, ἐπισημασια.

ACCENSOR. 1. Gloſſ. Lat. Gr. *Accenſor*, ἐισαγωγευς, ἐισηγητης βαλανειχος. In Gloſſ. vero Gr. Lat. ἐισαγωγευς, eſt *lator, inſtitutor*. Sed videtur legendum *delator*. Vnde confici videtur *accenſorem* eundem eſſe cum delatore. 2. Acolythus, cui incumbit cura accendendi lumina in Eccleſia. Honor. Auguſtod. l. 3. c. 64. *Acolythus, qui eſt accenſor luminum*.

ACCENSVATVS, homo domino propter terras ad cenſum acceptas ad certa onera et praeſtationes adſtrictus. Libert. Calmae t. 1. Hiſt. Dalphin. p. 19. *Exceptis illis qui mihi ad ſerviendum bis in anno cum bobus ſuis ſunt accenſuati.*

ACCENSVS. 1. Eadem notione. Ch. a. 696. inter Inſtrum. t. 4. nouae Gall. Chriſt. p. 43. *Si quis ſervis libertis ac colonis, accenſisque omnibus*, etc. 2. Superadditus, ſupernumerarius, idem qui in veteri militia *adſcriptius* dicebatur. Veget. l. 2. c. 19.

ACCENTHVSARIA, vas in quo thus accenditur. Franciſ. de S. Querou in Etymolog.

† ACCENTVARE, accentus obſeruare. Regula Fontis Ebraldi c. 38. *Ignorantes diſcant plane legere, punctuare vel accentuare, vt aedificent audientes.*

ACCENTVATIO, ſpecies cantus qui fit eleuando, aut deprimendo Syllabam, juxta accentuum poſitionem vt cum in Eccleſia lectiones aut orationes cantantur; cui opponitur *Directus*, qui fit absque vocis inflexione. Schramb. Chronic. Mellic. p. 348. col. 1.

† ACCENTVS, ſonus vocis, modus pronuntiandi, Gallis *Accent*, Hiſp. *Accento*. Conſtitut. Capitul. eccl. Barcinon. a. 1423. *Magiſter grammaticae - - etiam - - lecturam et accentum legentium in choro corrigat et emendet.*

ACCEPTA. 1. *Genus nauis*, in Gloſſis Iſidori. Forte *Acceptor*, *genus nauis*. In excerptis Pithoei legitur: *Accepta genus nauis, Acatus*. Verum la Cerdá legit: *Genus anis*. 2. ACCEPTAE, ACCEPTIONES, agri portiones viritim aſſignatae, aut quae ſortito obtigerunt. Ita Agrimenſores hanc vocem vſurpant, Siculus Flaccus et Hygenus.

† ACCEPTABILIS, acceptus, gratus. Occurrit paſſim in Bibliis, apud Tertull. adv. Iud. c. 5. et Saluian. de Gubernat. Dei, p. 127.

ACCEPTABILITAS. Theologi Scholaſtici dicunt: *Obedientiae et Paſſionis Chriſti acceptabilitas*, pro merito et gratia. Goclen. Lex. Phil. p. 285.

ACCEPTABVLVM. 1. Papias Mſ. Eccleſ. Bituric. *Acceptabulum, quarta pars eminae, dictum quod acetum ferat; duas vncias retinet et ſex ſcrupulos. Acetabulum* Plinio l. 21. c. 34. eſt etiam heminae pars quarta. V. *Acetabulum*. 2. † Vt *Acetabulum*, Scutella acetaria. Gloſſ. Lat. Gall. a. 1384. ex Cod. Reg. 4120. *Acceptabulum, Gall. Saucier, vas in quo ſeruatur acetum, et derivatur ab hoc nomine acetum.*

ACCEPTAMENTVM, V. *Accaptamentum*.

ACCEPTATOR. 1. Qui ſine cauſa perſonarum habet rationem. Vox et phraſis ortae ab illo Act. Apoſt. c. 10. v. 34. *Quia non eſt acceptor perſona-*

perſonarum Deus. Lucifer Calarit. an. l. 1. pro S. Athanaſ. 2. † *Acceptator*, *auctor*, *conſcriptor*, in vet. Gloſſar. ex Cod. reg. 7641. V. *Exceptor*.

† ACCEPTIO, V. *Acceſſio* 3. et *Accepta* 2.

ACCEPTOR, accipiter, quem vulgo *Sparvarium* reddimus. Gloſſ. Lat. Gr. *Acceptor*, ἱέραξ. Gloſſ. Iſidor. *Pipiunculus*, *accipiter*, *acceptor*. Papias: *Accipiter eſt auis armata vngulis*, *ab accipiendo dicta*, *eo quod ſibi capiat*, *et ab altis rapiat*. Vox Latio veteri cognita teſte Soſipatro L. 10. in vſum reuocata demum a Scriptoribus medii aeui et in legibus antiquis ſat frequens; in Salica tit. 7. §. 1. 2. 3. Burgund. add. 1. c. 11. in Lege Longob. tit. 104. §. 18. 19. 20. in Concil. Sueſſion. can. 3. vt habet Codex Belvac. in Capitul. 1. Caroli M. a. 802. c. 19. De antiquitate artis aucupandi cum accipitre, et de accipitre primae nobiliratis ſigno nonnulla habet CANGIVS ad h. v. vt et CARPENTARIVS de more inter Sacra accipitrem deferendi, quaedam refert memoratu non indigna.

ACCEPTORICIVS CANIS, canis auiarius, ſeu qui cum accipitre venatur aues. Lex Friſonum: *Qui canem acceptoricium occideris* etc. idem qui in lege Bajwar. tit. 19. §. 6. *Hapichunt* appellatur. *) Rectius canis accipiter, non quod cum accipitre venetur aues, ſed quod feram *capiat*. Germanicum *Hapich*, Habicht, eſt a *haben* vel *heben*, tenere, vt accipiter ab accipiendo. Vtrumque non ſolum de auibus ſed etiam de canibus dici poteſt.

ACCEPTORIVM. 1. Salinum, *Saliere*, in vet. Gloſſ. Lat. Gall. Mſ. ex Bibl. Thuana n. 525. 2. Epiſt. 41. inter epiſtolas S. Bonifac. Mogunt. Archiep. *Libellum quendam habes*, *qui non eſt major acceptorio duarum ſeptimanarum*, *quem ego legere cupio*. Vbi videtur intelligi tot foliis conſtitiſſe hunc librum, quem ſibi dari cupiebat, quot officium eccleſiaſticum duarum ſeptimanarum continebat. At cur in *acceptorium* appelletur, non plane aſſequor, niſi legendum ſit *exceptorio* aut *excerptorio*. 3. † Praecept. Philippi ducis Tuſciae a. 1196. ap. Murator. t. 2. Antiquit. Ital. medii aeui p. 91. *Item dicit*, *quod acceptorium juxta Paleam inter Guidonem Monaci et Cruaconnum*; *ſunt Rodia de Curia*. An locus vbi *acceptores* ſeu accipitres nutriuntur?

ACCEPTVRARIA, cymbium quo in eccleſiis aſſeruantur micae thureae. Sic forte dicta ab *accepto thure*, ſeu etiam pro *acerra thuraria*. Martin. in Lex. Philol. At in Gloſſ. Lat. Gr. *Accepturaria*, λιβανωτρὶς; quod eſt thurea planta.

ACCERES, V. *Acieres*.

† ACCERSIRE, *conuenire*, in vet. Gloſſ. Cod. Reg. 7646.

ACCESSA. 1. Acceſſio, acceſſus, *acceſſa maris*, *receſſa maris*. Seruius in Fragm. *Conſtat et in illo loco acceſſum maris vsque ad montem peruenire*. Itinerar. Burdegal. *Facit mare Oceanum acceſſa et receſſa per leugas plus minus centum*. *Acceſſus maris*, in addit. ad legem Friſion. tit. 12. 2. Terrarum accretiones factae vi fluminum (Germ. Anſchütt, Anwachſung). Sunt et aliae accretiones memorum. Ch. a. 1057. ex Archiuo S. Victor. Maſſil. *Cum paſcuis*, *ſiluis - - aquarumque decurſibus acceſſisque omnibus - - garricis*, *montibus*, *vglatis*. V. etiam *Acceſſio* 4.

ACCESSAMEN, V. *Accenſa*.

† ACCESSAMENTVM, i. q. ſupra *accenſamentum*. Ch. a. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 102.

ACCESSATIO, V. *Accenſa*.

‡ ACCESSIBILIS, acceſſu facilis. Gloſſ. Philox. ἐυπρόσιτος, *acceſſibilis*. Epiſt. ſynod. ad Boſon. reg. a. 879. t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 305. *Qui ſitis acceſſibiles omnibus recta ſuggerentibus*. Occurrit etiam apud Tertull. adv. Praxeam, c. 15.

ACCESSIO. 1. In Gloſſ. Gr. Lat. ἐκτεταμένον ἐν πυρετῷ, acceſſio febris. Epiſt. Scripta ſub nomine I. C. ſub Carolo M. *Mittam in eis puſtellas*, *acceſſiones et langores et omne genus infirmitatis*. Adde Apul. de Virtut.

Virtut. herbar. p. 190. 2. Acquiſitio. Ch. Ludov. Pii Imp. in Chron. Farfenſi p. 654. *Et undecunque ad eos tam per venditiones, acceſſiones, commutationes poſſeſſionesque eidem Monaſterio - - venit.* 3. † Canalis, rivus; quia ad opus molendini neceſſario *accedit*. Praecept. Lud. Pii a. 823. ap. Vghell. t. 1. Ital. S. p. 96. edit. 1717. *Similiter donationem quam fecit - - de molendino prope ſtrecam, cum acceſſione ſive aquario.* Vbi perperam editum *acceptione* ap. Murator. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 772. Adde Ch. a. 998. apud eund. Vghell. ibidem p. 108. et p. 810. 4. † Terrarum accretio, l. q. *Acceſſa* 2. Ch. Frid. I. Imp. a. 1177. ap. Murat. t. 5. Ital. med. aeui p. 1048. *Piſcationibus, venationibus, ſalinis, et his quae acceſſione et alluuionis jure capiuntur.* Niſi tamen idem ſit quod *Acceſſio* 2. acquiſitio.

† ACCESSIVVS. Ann. Victoriani Mſ. ad a. 1244. *Hic etiam* (Fridericus Imp.) *ducem Bauariae, virum catholicum, fidelem eccleſiae et deuotum, feceras occiſi per acceſſinos.* Vbi legendum forte *per Aſſaſſinos.*

ACCESSOR. 1. Pro *Aſſeſſor* in Ch. a. 1337. ap. Vghell. t. 7. p. 616. et in Sermone Rob. de Sarbona de Conſcientia. 2. † ACCESSOR, ACCESSORIVS, fidejuſſor, Sponſor. Statut. Arelat. Mſ. cap. *De acceſſoribus et fidejuſſoribus et qualiter conueniantur* etc. Quod ſecundus a debitore *accedat*, vt creditori fiat ſatis, ſic dictus. Hinc etiam 3. † Adjutor, ludi ſocius. Statut. Auenion. Mſ. a. 1243. c. 65. *Sine ſit luſor principalis, ſine Acceſſor.* Conſules Nemauſenſes cauſam ſuam defendunt *per eorum Acceſſorem et aduocatum* vt legitur in Ch. a. 1454. inter Probat. t. 5. Hiſt. Nem. p. 287. V. *Acceſſorius.* 4. † ACCESSOR, ACCESSARIVS, miniſter ſecundarius, qui praelatum comitatur, eique in ſacris deſeruit, Gall. *Aſſiſtans.* Occurrit in Ordinar. Mſ. S. Petri Aurese-Vallis.

ACCESSORIE, per acceſſionem. Conſtitut. Mſ. Ord. Cluniac. *Ne - directe nec indirecte, principaliter vel acceſſorie ſubditis ſuis - - graues amodo ſe exhibeant.*

ACCESSORIVM, quicquid cauſae aduentitium et extraneum eſt. Statut. Eccleſ. Ruthen. a. 1341. ap. Marten. t. 4. Anecd. p. 781. Vox Practicis nota.

ACCESSORIVS, vox fori Anglici, inquit Spelmannus, in quo ita appellatur is, qui ſceleris conſcius, facinoroſo ſubuenit, ſiue ope, ſiue conſilio. V. etiam *Acceſſor* 2. et 4.

ACCESSVS. 1. *Per acceſſum* pontifex Romanus eligi dicitur, cum Cardinales omnes vnanimi conſenſu ad eum *accedunt* et Papam ſalutant. V. Ceremon. Rom. l. 1. Sect. 1. 2. Alia notione V. *Acceſſa.*

† ACCETTA, vox Italica, bipennis, aſcia. Vox obuia in Conſtitut. Caroli II. Reg. Sicil. p. 327. Statut. ant. Florent. Cod. reg. 4621. c. 127. et alibi. V. *Acciatus* et *Azzetta.*

ACCETARE, aceſcere. Apul. de Virtut. Herb. p. 194. *Herbae verbenacae ramulos ex vino decoquito et conterito, deinde quod accetauerit, plagae imponito et adaperiet.*

ACCIA, ACCEIA, ACCELA, auis a roſtri magnitudine ſic dicta; Gall. *Beccaſſe*, Ital. *Acceggia*, perdix ruſtica apud Martialem. (Germ. Schnepf.) Gloſſ. Lat. Gr. Mſ. *Accia* et *Accela*, ἀσκαλαφη.

ACCIACCVS, debilis, contuſus, fractus membris, vnde adhuc in lingua Hetruſca vſurpatur, *acciaccare*, contundere, frangere. Miracula S. Zitae Virg. Luc. t. 3. April. p. 517.

ACCIAIVOLI, Mercatores Italici propter foenerationem, vt et *Caorcini* ſeu. *Corſini* olim celebres. De his et eorum ſocietate paſſim apud Io. Villaneum, praeſertim l. 11. c. 137. *Societates Amanatorum, Acciaiuolorum, Bardorum, Corſinorum* etc. Quae videntur totidem familiarum maxime Florentinarum nomina. Nouere omnes *Acciaiolorum* Florentinam ſtirpem, quae Athenis, Corinthio et Thebis Duces, Romae Cardinales multos dedit.

ACCIARIVM. 1. *Acciarium*, *ακκιαρα*, in Gloss. Lat. Gr. Sed quid? an fauces, vel ostia? V. *Aciarium*. 2. † Vt *Aciarium*, chalybs, Gall. *acier*. Occurrit in dipl. Conradi II. Reg. Sicil. a. 1869. ap. Lam. in Delic. erudit. p. 272.

*) ACCIATVM, *vel* ACCIVVM *potus vilis seruorum*, *Luer* oder *Schenbier*. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impressum.

ACCIATVS, in Breuiloquo est *Cultellus magnus et acutus*, *et dicitur quasi ac rescindens*, *et sunt plura nomina idem significantia*. Vnde

Accinctus pugio, conjungo nouacula cultris,
Cultellosque, spatas, rasoria, jungimus illis.

ACCIDENCIA, *συμβαμις*, in Gloss. Gr. Lat.

ACCIDENTIA, quod casu *accidit*, obuenit. 1. Idem quod *Escaeta*, haereditas. Ch. Roberti Com. Drocar. a. 1219. *Quae videlicet praedicta massura ad me descendit ex accidentiis uxoris meae*. 2. Morbus infortunium. Vita S. Godrici Eremitae, t. 5. Maji, p. 80. *Accidentia* Plinio idem est in morbis, quod Graecis *συμπτωμα*, Latinis, casus, Medicis affectus praeter naturam. 3. *Ab Accidentibus*, ille dicitur apud Reges Persarum, qui res scribebat quotidie *accidentes*. Esdr. l. 3. c. 3. v. 17. et 25. Vers. vulg.

† ACCIDENTALITER, casu, fortuito. Lit. a. 1359. ex Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 444.

ACCIDENTIVVS, accidens. Vita S. Fructuosi Ep. n. 25. *Nervorum distinta et accidentiua conglutinatio*.

† ACCIDENTVM, vt *Accidentia*. 1. Occurrit in Ch. a. 1281. inter Probat. Hist. Brit. nouae edit. t. 1. p. 1061.

ACCIDIA, ACCIDIARI, ACCIDIATVS, ACCIDIOSVS V. *Acedia*.

ACCIERIS, securis. V. *Acieres*.

ACCINA, Glans quernea aut ilignea a Saxon. *Ac*, quercus, vel ab *Accyn*, ilex, Gall. *Yeuse*, quae item glanifera. Ch. 60. inter Alamannicas Goldasti: *Hoc est de annona spelda modios decem, et de accina viginti, et frisinga seigit valenti*. Verum dubitare licet an hic scriptum non sit pro *Auena* errore facili; vel etiam vtrum *Accina* vuam non significet. *Acinus* enim vel *Acinum*, teste Rouillio ap. Martin. in Lex. *non pro vuae vinaceo, sed pro vuae fructu toto accipi* solet.

† ACCINCTA, ambitus, circuitus, septum, Gall. *Enceinte*, (Germ. Begirk.) Compositi. inter Philipp. reg. et Guillel. ap. Paris. a. 1222. inter Instr. t. 7. Gall. Christ. p. 94. *Dicebant se incurrisse in accinctam castelli Luparae, et appendiciorum ejus et in accinctam castelli parui pontis* etc. V. *Accingere* et *Ascinus*.

ACCINCTOR. Regestum Castri. Licti in Andibus f. 47. *Habet quoque in Lango alneto versuram omnibus diebus cum uno milite et suis accinctoribus*, i. e. famulis, qui latus cingunt.

† ACCINERE, *accender*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. reg. 7692.

† ACCINGA V. *Accengia*.

† ACCINGERE, ambire, circumdare. Ch. a. 1227. ex Tabul. Major. Monast. *Ego - - dedi - - manachis de Boerio hajam, quae accingit garennam*. V. *Accincta*.

ACCINGIA, V. *Accengia*.

ACCIONARIVS, V. *Actionarius*.

ACCIPEDARIVS, V. *Acupedium*.

ACCIPERE. 1. Emere. Gasp. Barthius in Gloss. ex Raimundi Agilaei Hist. Palaest. 2. † Mulcta pecuniaria aliquem punire eamque exigere. Ch. Milonis dom. Noëriorum a. 1218. in Chartul. Lingon. eccl. Mss. *Et nisi forte tale forisfactum faceret, quod non posset esse quin acciperetur*, etc. 3. † ACCIPERE SE AD INVICEM, manibus sese apprehendere, ad inuicem adhaerere. Lit. remiss. a. 1376.

ACCIPES, V. *Acupedium*.

† ACCIPIENSER, pro *Acipenser*. Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Accipienser, genus est piscium raro inuentum, id est nobile, placidus*.

ACCIPITARES, *i. e. ancillatores*, in Capitul. de villis c. 45. accipitrarii, vt forte legendum.

ACCIPI-

ACCIPITRARIVS, accipitrum curator et domitor. Ch. Edwardi I. Reg. Angl. ap. Rymer. t. 2. p. 191. Florenc. Wigorn. a. 871.

ACCIPITRVM CAPTVRA, inter jura dominica recenſetur in Ch. Alani Com. Penteuriae, apud Aug. du Pas p. 20.

† ACCIPTVS, f. pro *acceptus*, acceptio. Statuta ſabaud. Carcaſſ. a. 1402. c. 8. Ordinat. Reg. Franc. p. 564. *Quod dicti ſupraproſiti in caſu praedicto, ſine accipta quocunque deheant et teneantur semen mortuum facere ſepeliri.* Niſi idem ſit quod ſupra *Acceptamentum.*

ACCISIA, pro *Aſſiſia*, et tributo non ſemel in Chartis Imperatorum ap. Io. Voppium in Hiſt. Aquisgran. l. 3. n. 2. p. 19. 20. *Teloneum ſive accisia de vino*, etc. *Accisa* dicitur pro *Aſſiſia*, ſeu *Aſſeſſio*, tributi impoſiti taxatio et peraequatio. Miraei Dipl. Belg. edit. nov. t. 2. p. 1050. *Absque vlla ſolutione Acciſiae.* V. *Aſſidere* et *Aſſiſa.*

*) ACCISTO, *voco*, *rufen*. Vet. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ.

ACCITACVLVM, *quaſi accitum ferro ſonabulum*. Papias. Forte legendum *accinctum ferro*, etc. Legere aliqui *acutum ferro*. V. *Acitabulum.*

† ACCITARE, pro acitare, ſaepe agere, in ver. Gloſſ. Cod. reg. 7646. *Accitet, ſaepe agit.*

*) ACCIVVM, V. *Acciatum.*

ACCLAMARE. 1. Idem quod *clamare*, vendicare, aſſerere. Simeon Dunelmen. *Et cum ipſa Fitzeda eſſet Comitiſſa - - acclamavit ipſa jure hereditario has ſupradictas terras.* 2. Vocare accire. Baldric. l. 3. Chron. Camerac. c. 85. *Anselmus - quendam Ebulonem - acclamavit, et ut Rex concederet ſuis adulationibus impetravit.* 3. In ius vocare, accuſare. Ch. Comit. Flandr. ex archivo eccleſ. S. Audomari. *Si quis autem juſtitiam de latrocinio acclamatus fuerit.*

† ACCLAMATIO, actio quam quis intendit ad recuperandam proprietatem vel poſſeſſionem rei ſuae quam alius ei abſtulit. Ch. 1154. inter Inſtr. t. 11. Gall. Chriſt. p. 248.

† ACCLAPARE, tegere, operire, a voce Prouinciali *Aclapa*. Ch. 1268. *Quod quandam fuit tanta nix in Cravo - - quod occupauit et acclapauit fere duo millia ouium.*

ACCLAVENSIS, forte adjacens, incurrens in aliud, Gall. *Enclavé.* Inſtrum. 4. t. 4. nouae Gall. Chriſt. p. 1. *In alio loco acclauenſe curtilis et terra*, etc.

† ACCLAVSVM, clauſum, ſeptum, ambitus, Gall. *Clos*, *Closture.* Ch. Philippi Pulchri a. 1308. *Quod in dicto maneerio ſuo ejusque proprioſo et acclauſo idem clericus praedictam abbatiam poſſit conſtruere et fundare.*

ACCLIBANVS. *obliquus*, in Gloſſ. Iſid. vbi forte legendum *acclinus*, aut potius *acclinatus*, vt habet Papias.

ACCLINATORIVM, *locus in quo acclinari vel requieſcere poſſumus.* Vgutio, et Laur. in Amalth.

ACCLINIS, dependens, obnoxius. Ch. Childerici Reg. ap. Doublet, Antiq. S. Dionyſ. p. 686. *Cum aliis quinque his acclinibus.*

ACCLIVATVS, V. *Acclibanus.*

† ACCLVSARE, *Cluſam* facere, ſeu aggerem conſtruere, quo concludantur aquae. Occurrit in Statut. ciuit. Mutin. p. 73.

ACCOBOR, *mus.* Papias Mſ. eccleſ. Bituric. et *Acebor* in Amalth. Onomaſt. ex eodem Papia.

ACCOGNITARE, V. *Adcognitare.*

ACCOLA. 1. † Colonus, qui terram colit, (Ackermann). Lit. nobilit. a. 1450. ex Reg. 185. Chartoph. Reg. ch. 46. *Viſo etiam quod liberae conditionis thoriique legitimi ac ex honeſtis parentibus, licet accolis, procreati exiſtant* 2. Colonus, ſeu adſcriptitius, qui ſimul cum praedio venibat (Leibeigener, Eigenbehörige) Iſidor. l. 10. *Accola eo quod adveniens terram colat.* W. Brito: *Accola, cultor loci in quo non eſt natus.* Vnde quidam,

Accola non propriam, propriam ſibi incola terram.

Hoc ſenſu ab Ambroſio vſurpatur l. 2. de Abraham n. 41. p. 330. in Ch. Caroli M. in Chron. Laurish. a. 776. in Antiquit. Fuld. l. 1. trad. 23. et paſſim alibi. Ita etiam apud

Marculfum l. 1. form. 13. Hinc reſtituendum conſtat pariter *Accolabus*, in Trad. 27. pro *accolabiis*; vnde Spelmannus *Accolabium* perperam confinxit, pro domo ruſtica quam accolae habitant. 3. *Accolae, manſi*, qui accolarum erant, et ab iis colebantur. Annal. Bertin. et Chron. Normann. a. 866. *De vno quoque manſo ingenuili exigunter 6 denarii, et de ſeruili 3, et de accola vnus, et 2 de Hoſpitibus.* Tabular. S. Remigii Remenſ. *Theutbertus et Hrodoërnus ingenui tenent accolam i. arant menſuras et corrogant, vt ingenuiles manſi.*

† ACCOLABERTA, accolae habitatio cum praedio. Chartul. S. Sulpitii Bitur. fol. 30. *Tam in colonis quam in accolabertis.*

ACCOLABIVM, vel *Acolabium*, vox ficta ex mendoſa lectione, vt dictum eſt in *Accola* 2.

ACCOLANA. Formula 62. inter Lindenbrog. *Tam in terris, manſis - - accolabus, merito accolanarum, vineis.* Vbi *meritum accolanarum* eſt reditus domus ruſticae, niſi legendum ſit *accolanorum.*

ACCOLANVS. Ch. Caroli M. apud Mabill. Diplom. p. 510. *Ipſa vero loca vna cum colonis, accolanis, ſeruis, libertis* etc.

ACCOLARED, forte pendens, alteri ſubjectum. Chartar. Eccleſ. Auxitanae art. 21. *Bertrardus de Zabordа habebat vnam eccleſiam accolared de ſancto Iohanne, et mutauit eam ad Orgaſſam per conſilio Archiepiſcopi.*

ACCOLATVS, in plur. *accolani*, accolae 2. Marculfus l. 2 form 41. *Quidquid reliqui accolani veſtri faciunt, nos reddere ſpondimus.* Ita et in Form. vet Pithoei c. 23.

ACCOLIBILIS, colendus, amabilis. Catal. operum B. Raym. Lulli t. 5. Iunii p. 617. *Quoniam Deus multus eſt accolibilis.*

*) ACCOLITARE, *accolitsen, weyhen.* Vet. Vocab Lat. Germ a. 1477. impreſſ. Forte ab *Acolythus.*

ACCOLLECTIO, V. ſeq

ACCOLLIGERE, aſſociare, in partem dominii quempiam adſciſcere, Gall. ol. *acueillir.* Ch. Ludov. Iun. apud Thomaſſer. Conſuetud. Bituric. p. 396. *Rex autem accollegit abbatem et eccleſiam Benevallenſem, in omnibus, quae - habebat, et in omnibus accollectionibus, quae ſibi - factae erunt* etc. V. *Colligere.*

ACCOLONVS, i. q. *Accola* 2. in Teſtam. Rogerii Comit. t. 2. Annal. Bened. p 711. in Append.

† ACCOMANDISIA, ACCOMANDITIA, conceſſio facta lege fiduciariae poſſeſſionis et non definitivae ſeu abſolutae; quae plurimum fit, vt alicujus gratiam quis ſibi conciliet. Italis *Accomandigia*, tutela, protectio, vnde vocis origo *Recipere aliquem in ligam aut accomandigiam.* Petrarch. ep. 35. Occurrit paſſim in Statut. antiq. Florent. Mſ. V. *Commendiſia.*

† ACCOMENDA, ACCOMENDATARIVS, ACCOMENDATOR, voces, quarum ſignificationem declarant Statut. ciuit. Genuenſ. l 4. c. 13. *Declaramus accomendam intelligi de pecuniis mittendis pro emptione mercium, et de mercibus mittendis, ad hoc vt vendantur. - - Accomendatarius eſt is, qui de accomendis ſeu implicitis exequendis curam habet: Accomendator vero qui ordinat, et quicumque qui particeps eſt in accomendis ſeu implicitis.* V. *Commenda* 2.

*) ACCOMMENTRITOR, *ein Buchdychter* Vet. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſum.

ACCOMMODARE 1. Pro *commodare* ap. Greg. M. l. 7. ep. 44. 60. † Quod et de ſeruis qui in alienum ſeruitium *commodabantur* dictum reperimus. Ch. 1207. in Chartul. Campan. Mſ. *Blancha - - domni Dei - - Herbertum de Horridomonte accommodauit liberum et quietum ab omni tallia et exactione.* ACOMODARE, eadem notione in Statut. Arelat. Mſ art. 70. ACOMODATOR, qui commodat, in Conſuetud. Mſ. villae de Buzet. a. 1273. 2 † *Accommodat, addit, ſuſpendit, ab te* (l. apte) *collocat.* Gloſſ. vet. Cod. Reg. 7646.

ACCOMMODATIO, commodatio.

ACCOMMODIFICARE SE, pro *accommodare ſe.* Remig. Antiſſiod. Homil.

mil. in Fer. VI. poſt Domin. Quadrageſ. *Chriſtus ita ſe noſtrae conſemperanit accommodificauitque infirmitati.*

ACCOMMVNICARE, corporis domini ſacramentum alicui dare, Gall. ol. *accommicher*, *accommuſchier*, *eſcommicher*, et hod. *communier*. Codex Mſ. Eccleſ. Nouiomenſ. *Quando accommunicantur infirmi.*

† ACCONCIAMENTVM, reparatio, refectio, ab Ital. *acconciamento*. Statut. ciuit. Aſtae c. 16. *Quod de acconciamentis et renouationibus venditionum et inueſtiturarum nihil ſolui debeat* etc.

† ACCONCIATOR, idem qui *Paciarius*, qui pacem inter ciues tuetur, ab Ital. *acconciare*, pacificare, reconciliare. Occurrit in Statut. Montis. reg. p. 33.

† ACCONCIVM DOTIS, ſuppellex quae in augmentum doris nouae nuptae a parentibus datur, ab Ital. *acconcio*, aptus concinnatus. Occurrit inter Deciſ. Rotae ad calcem Fontanel. de Pact. nupt. Deciſ. 43. et 44.

ACCORDABILIS, quidquid reddi et ſolui debet ex aliqua pactione ſeu *accordamento*. Ch. a. 1279. apud Thomaſſer. Conſuetud. Bituric. p. 112.

† ACCORDALIS, ex *accordo*, ex conuenu et pactione. V. *Cenſus accordalis.*

ACCORDAMENTVM. 1. Pactio, conuentum, transactio, litis compoſitio. Tabular. Voſienſe, fol. 68. *De contentione quam habebat cum eis, accordamenti ſuis haec ratio.* 2. Laudimia, praeſtatio quae in mutationibus domino conſuali debetur, ſic dicta quod inter dominum et emtorem de ea ſolet conueniri; Gall. ol. *Accordement*. Ch. 1279. apud Thomaſſer. Conſuet. Bituric. p. 112. *Percipiamus accordamentum de omnibus immobilibus*, etc. V. *Adcordabilis.* 3. † Conſenſus, Gall. *Accord*. Libert. Verment. a. 1235. t. 9. Ordinat. Reg. Fr. p. 678. art. 25. *Praepoſitus noſter - - bedellos ſuos, per accordamentum praedictorum hominum, in diſtum tenebitur ponere libertatem.*

ACCORDARE, paciſci, concordare, contentionem inter aliquos componere, Gall. *accorder*. Vox obuia apud Marten. t. 1. Anecd. p. 1501. et paſſim alibi.

ACCORDATIO, pactio, conuentum, Gall. *Accord*. Cancellariae Imperii Regeſtum ſub Ferdin. II. 1626. *Ratione templi Dominicanorum Ratisbonae accordatio facta eſt.*

† ACCORDELLATVS, dicitur de panno raſo, cujus textura facile apparet. Statut Orviet. a. 1496. *Guarnellorum gregiorum ſiue albiorum, raſorum vel accordellatorum, piloſorum* etc.

† ACCORDERE, f. pro accidere, contingere. Iura Vicecom. Biter. in ciuit. Albiae, a. 1252. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit p 494. *Recognouit dicto Vicecomiti - - cum tertia parte juſtitiarum, quae debent ibi accordere.* In Mſ. legitur *Acordere.*

† ACCORDIA, i. q. *Accordium.*

† ACCORDIVM, pactio, conuentum Gall. *Accord*. Occurrit in Barthol. Scribae annal. Genuenſ. l. 6. a. 1241. apud Murat. t. 6. p. 489. in Arreſt. Conſil. Delphinatis a. 1452. ap. Salvaing. de vſu feud. p. 50. et alibi.

ACCORDVM, eadem ſignificatione, in edicto Phil. VI. a. 1345. in multis Parlamenti Arreſtis ejusdem aetatis et in Hiſt. fundat. Caeleſtinor. Sueſſion. ap Marten. t. 6. Ampliſſ. Collect. p. 604.

ACCORPORARE, ADCORPORARE, incorporare. Ammian. l. 16. *Inflabant itidem has malorum cantilenas buccinas, potentes in Regia ea re vs damnatorum petita bona ſuis accorporarent.* Cod. Th leg. 30. de Haeret.

ACCOSTARE, jungere, applicare. Miracula S. Zitae Virg. t. 3. April. p. 523. *Quod - vnum crus vel genu cum alio non poteras accoſtare aliquo modo.* V *Acoſtare.*

† ACCORTIRE, aſſentire, concedere, Gal. alias *eſcourder*. Ch. Amortiſat. a. 2280. t. 1 Probat. Hiſt. Brit. p. 1065. *Mediteriam - abbatiſſae - accortimus, et volumus, quod praemiſſa in pace teneana amorbita. in futurum.* Si tamen non eſt legendum *amortimus*, quod facile crediderim.

† ACCOTVMARE, mores corrigere, ad officium et meliorem vitam reuocare.

care. Italis *accoſtumato*, eſt homo frugis, vir probus et officioſus. Ch. a. 1292. t 4. Cod Ital. Diplom. p 1925 *Poteſtatem et balliam habeat accotumandi contrafacientes, vel non obſeruantes.*

‡ ACCREANTARE, i. q. *Creantare*, fide et ſacramento interpoſitis promittere, cauere Ch. 1166. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 23

† ACCREANTATIO, cautio de re quapiam facienda, vt *Creantum*. Ch. 1234 ex Chartul Cluniac.

ACCREDERE, ACCRIDERE. 1. Mutuo dare, Gall. *accroire*. Epiſt. 118. ex Sugerianis: *Vt de redditibus Pictauiae pecunia, quam ei accredideram, mihi ſine diminutione ſolueretur.* 2. Mutuo ſumere. Litterae Phil. Aug. t. 1. nouae Hiſt. Pariſ. inter Inſtr. p 93. *Vt nihil omnino contra voluntatem negotiatorum ab ipſis accredant, neque proprium auferant.* Ch. a. 1246. ap. Thomaſſer. Conſuet. Bituric. p. 87. *Tenemur prius reddere quidquid accridederimus ab ipſis.* V. *Credentia.*

ACCREDITVS, fidus, vel qui auctoritatem apud aliquem ſibi creauit, Gall. *accredité*. Dudo l. 2. de Actis Normannor. p. 81. *Friſonum quidam de gente natus, qui erat illis accreditus.* V. *Creditus.*

ACCREDVLA, Galerita, ſeu Alauda. Adhelelm. Epiſc. Sagienſ. in Mirac. S. Opportunae c 14. *Vidit auiculam nomine accredulam, quam vulgus vocauit alaudam.* Multum vicino nomine in Gloſſ. Bitur. *Aggredula* dicitur *rana parua in agro.* Haec forſan eadem eſt ac illa *accredula*, de qua Cicero ex Arato:

Et matutinis acredula vocibus inſtat,
Inſtus et aſſiduas vocum jacit ore querelas.

Autor Philomelae carminis pro ipſa Philomela *acredulam* vſurpat, alii pro Monedula (Germ. Dohle). Feſtus Auienus pro Vlula, Conſtantin. in Supplem. pro aue quadam, quam Galli vocant *Prêtre de montagne*, nemo praeter Adhelelmum pro alauda.

† ACCRESCENTIA, accretio, incrementum. Ch. Odonis duc. Burg. a. 1212 in Chartul. Campan. *Quod comitiſſa teneret illa acquirimenta - - in accreſcentia feodi* etc. et paſſim alibi.

† ACCRESCIO, f. pro accretio, acceſſio. Ch a. 1300 ex Chartul. S. Germ Prat. *Cedentes eidem - - omnia jura et omnes accreſciones reales et perſonales quae et quas iidem - - habere poterant aduerſus quoscumque debitores.* Niſi legendum putes *Actiones.*

ACCRIDERE, V. *Accredere.*

ACCRIPENNVS, jugerum. Ch. Willelmi Reg Angl. a 1080. in Chartar. S. Trinit. Cadom. *In villa - - Mentrud - - acras terrae - - XX Accripennos.* V. *Arapennis.*

ACCRVS et ACRVS, pro *Acra*, modus agri centies occurrunt in Diplomatibus Willelmi Nothi Angl Reg. et in aliis ejusdem aeui inſtrumentis in Tabul. Parthenon. S. Trinitat. Cadom. V *Acra* 1. et *Acri.*

† ACCVBARARE, *eſt toto corpore incumbere cubito*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646 neſcio an pro *accubare* quod infra occurrit: *Accubare eſt corpore toto incumbere.*

ACCVBATVS, morbus caducus. Conſtantin. Afric. l 1. de Morbor. curat. c. 32. *Paſſionem quae ſubito homines cadunt, antiqui frequenter habuerunt, et peſſimum morbum vocauerunt: vulgus dicit Accubatum, et iram Dei eſſe.*

ACCVBIA, acus, acicula, Ital. *Aguglia*. Io. Diac. l. 4 Vitae S. Gregorii PP. c. 80. *Pallium ejus - nullis fuiſſe cernitur accubiis perforatum.* Forte *acculiis*, vel *acubus.*

ACCVBITA, V *Accubitus.*

ACCVBITARE SE, cubito inniti. Adrian. Praepoſ. Malbod. in Hiſt. translat. S. Adelgund. n. 5. *Vnus ad pedem, alius ad pedem humiliter accubitando ſe inclinauerunt.* Galli vulgo dicunt *accouder*, et Normanni *s'accouter* V. *Accubitus* 1.

ACCVBITATVS, de eo qui ad menſam accumbit, apud Sugerium in Ludov. VI. Braulio Caeſaraugust. in Vita S. Aemiliani c. 24. *Cum cauſa conuiuii fuiſſet accubitatus.* N. *Accubitus* 3.

ACCV-

ACCVBITOR, Praefectus sacri cubiculi, idem qui alias *Comerarius*. In aula Imperatorum Graecorum primus *Accubitor* seu Cubiculariorum princeps dicebatur παρακοιμωμενος τε κοιτωνος, de cujus aliorumque *Accubitorum* dignitate multa Codrinus Lib. de offic. c. 5. et post ipsum Gretzerus et Goarus. Adde Meursium in Glossario, Cangium ad Villeharduinum p. 301. et in Gloss. h. v.

ACCVBITVS. 1. Cubitus. Egesipp. de distant. locor. Terrae S. p. 105. *Super lacum in accubitum Iudaeae, Segur - - ostenditur*, i. e. qua parte Iudaea situ suo *cubitum* effingit. Hinc *accubitare se*, q. v. 2. Pro *cubitu* aut *cubitu*. Ita videtur vsurpasse Guibert l. 5. Hist. Hierosol. c. 24. *Ciborum, accubituum, excubiarum, frigorum, pluuiarumque sustinere miserias*. ACCVBITA seu ACCVBITVS, Graecis ἀνακλιντηριον, i. *reclinatoria*, vti appellantur a Wilramo in Cantic. Canticor c. 2. Lamprid. de Commodo: *Nec cubais in accubitis facile, nisi quae pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum fabalares, saepe calcitras mutans*. Est igitur *accubitum* vel *accubitus*, locus editior ad quem accumbimus, seu potius mensa ad quam accumbunt conuiuae. 3. Mensa vel sedes ad mensam, ad quam accumbitur. Ch. Otton. Frising. a. 1157. in Metrop. Salisburg. t. 2 p. 107. Vide S. Paulin ep. 13 p. 37. et Poem n 11. p. 37. edit. 1685. Hinc *accubitatus* q. v. 4. ACCVBITVS et ACCVBITA, prandia et conuiuia ipsa. Papias: *Accubitus, prandia, quasi accibitus epularum*. Isid. Orig. l. 20. c. 2. Acta S Basilisci Martyr. n 1. Vid. Rufin. in Reg. S. Basil. c. 10. Inde ACCVBITVS VASTATORII, lus prandii, pastus. Ch. Conradi Imp. a. 1145. *Exactiones, tallias, - - vel accubitus vastatorios*. V. *Pastus, Prandium, Procuratio*. 5 Triclinium in quo ad mensam adcumbitur. Itinerar. Hierosol. Antonini Monachi: *In quo sunt tria accubita in quibus ille* (Christus) *accubuit. Accubitalia triclinii*, refectoria monachorum vocat Orderic. Vital. l. 2. p. 412. Hinc *Accubitus* et *Accubita* appellata olim triclinia majoribus aedibus sacris adjuncta, in quibus Pontifices e Clero et Laicis praecipuos conuinio excipiebant post sacra peracta. Vid. Cangii Constantinop. Christ. vbi de *Tribunali nouemdecim accubituum* egit. 6. Ipsae accubitoriae vestes, quae accubitis insterni solent. Gloss. Lat. Mss. Reg. Cod. 1013. *Peristromata, gemina regnina, vel accubitus*. Eaedem *accubitalia* dicuntur apud Pollion. in Claud.

ACCVCVLA, ACCVCVLIA, V. *Agagula*.

ACCVGVRATIO. Schola Salerniit. p. 109. edit. a. 1621. *Dulcia enim cariditate atque humiditate sua os ventriculi lentunt, ac laeuigant, illique affectionem inanitioni ac accuguratione famis cansae, contrariam inducunt*. Quid si legendum *acculeationi*.

ACCVLARE. ACCVLEARE, in angustias, vel in arctum redigere, ex Gallico *acculer*. Chron. Willi. Nangii a. 1255.

ACCVMVLASCERE, accumulari, accrescere, Gall. *s'accumuler*. Vita S. Huberti, Maji t. 7. p. 278.

† ACCVPEDIVM, V. *Acupedium*.

† ACCVRRIMENTVM TEMPORIS, idem quod Practicis *Retractus*, in Statut Montis. reg. p. 132. Gallis alias *acourement*, nunc *Course, Action d'accourir*.

ACCVRSA, *exilium*, Vgutioni.

ACCVRSARE. Statut. Veron. l. 3. c. 58. *Monetam grossam vel minutam accursatam, seu quae accursabitur in futurum in ciuitate Veronis* etc. i. e. cui dabitur *cursus*, quae in vsu communi erit.

† ACCVRSIANI. Iul. Pacii I. C. Analys. Institut. Imper. in epist. dedicat. *Accursius in libros iuridicos glossemata conscripsit. Inde qui ejus methodum secuti textum glossematis onerarunt, Accursiani dicti sunt*.

ACCVRTATIO, chymica vox, de qua in Catalogo operum B. Raymundi, Iunii t. 5. p. 708. *VII. Epistola ad Regem Rupersum de libris suis chimicis et de accurtatione*. Exstat

ſtat epiſtola haec Mſ. in Biblioth. Caeſarea.

ACCVRTATVS, curtus, breuis. Decret. de reformat. in Concil. Conſtant. t. 1. col. 693. *Qui - - in veſtibus accurtatis - - equitant.*

† ACCVS, pellis vitulina praeparata, charta Pergamena. Comput. a. 1335. inter Inſtr. t. 2. Hiſt. Nem. p. 86.

ACCVSA, pro *accuſatio*. Chron. Parmenſe ad a. 1304. apud Murator. t. 9. p. 851. Paſſim in legib. ciuil. Veronenſ.

ACCVSAGIVM, quoddam exercitium vicariae jurisdictionis in *accuſationibus* querelisue audiendis ac diriuendis forte ſitum. Hominium Guidon. Vicecom. Lemouic. a. 1245. apud Stephanot. inter fragm. Hiſt. *Nos ex praepoſitus et viguerii burgi de Monmalier, ingerendo nos et lauando ibidem et in aliis locis accuſagia et vigueriam et quaedam alia, quae ad Abbatem et Conuentum jure dominii pertinebant*, etc.

ACCVSATIO SIMPLEX, TRIPLEX, V. *Lada*, *Ordalium*.

† ACCVSIO, accuſatio, reprehenſio, calumnia. Charta Commun. Bitur. a. 1181. *Si quis vias Bituricae voluerit emendare, liceat ei ſine accuſione.* Gallis olim *Accuſon*.

† ACCVTVS, pro acutus, in lit. remiſſ. a. 1450.

ACEDIA, ACCIDIA. *Acedia, Taedium*, in Gloſſ Mſ. Vgutio: *Accidia, triſtitia, moleſtia, anxietas, vel taedium.* Breuiloq. *Accidia dicitur indurata mentis triſtitia, quae dum quis laboras, vertitur in taedium.* Gr. Ἀκηδία. Melancholiae ſpecies, quae Monachorum propria eſt, atque ita appellatur a S. Hieron. ep. 4. Occurrit vox ap. Caſſianum l. 10. de Coenob. inſtit. c. 1. et Collat. 5. c. 2. 9. S. Athelm. Epiſc. de 8 principal. vitiis, n. 66. Caeſar. l. 4. c. 27. Adam. Abb. Perſeniae Epiſt. L. ex Baluzianis. S. Bernard. ap. 78. aliosque plures. *) Accidia, **dragheyt, verdroſſenheyt.** Vocabul. vet. 1477. impreſſum.

ACEDIARI, ACCIDIARI, indignari. Gloſſ Mſ. Regium: *Accidiatur, ſtomachatur.* Papias: *Accidiari, ſtomachari; vnde accidia, quae eſt taedium animi, vel anxietas, vel contra.* Hincmar. Laudun. ad Hincmar. Rem. t. 2. p. 335. ACCIDIATVS, taedio affectus. Rer. Mogunt. t. 2. p. 895. edit. 1122.

ACEDIOSVS, ACCIDIOSVS, apud Balbum et Vgutionem, *moleſtus, triſtis, anxius.* Occurrit in Regula S. Bened. c. 48. Vita S. Sulpitii Pii Epiſc. Bituric. c. 10. n. 42.

† ACEDVLA. Gloſſ. Lat. Gall. ex Cod. Reg. 521. *Acedula, ae, Gall. Surele.* Ebulum eſſe, Gall. *Hieble*, Sambuci genus, putat Borellus; Oxalidem, Carpentarius, Gall. *Oſeille*, Germ. **Sauerampfer**, quae in quibusdam prouinciis Galliae etiamnum *Surelle* appellatur, eſſe opinatur. *Acedula* nuncupatur, quia herba eſt acida.

† ACEGVNVS vel ACEGVVS, pro *Actignus*. Statut. Vniuerſ. Andegav. a. 1395. V. *Actignus*

ACEIR, V. *Acer* 1.

ACELEXIA, panni aut ornamenti eccleſiaſtici ſpecies. Ch. Aldegaſtri a. 781. ap. Sandovallium: *Ad ornamentis eccleſiae damus octo veſtimentis et tres mantos, et ſex ſtolas - - quatuor ſine ſerico et tres acelexias et duas ſtacatas et vna copa ſerica.* Vbi pro *Acelexias* Sandovallius reddit *Aceleias*.

ACELIA, pro *Axella* in Geſtis Reg. Franc. c. 24. V. *Axella*.

ACEMETI V. *Acoemeti*.

ACENCENARE, ſiue *computare*, in Obſeruantiis ad Foros Aragon apud Mich. del Molino in Repertorio p. 75.

ACENCENATIO, *computatio*, ibid.

ACENGIA, ACENIA, modus agri, qui in Leg. Bajwar. tit. 1. c. 14. eſt decem perticarum, ſcilicet 4 pedum in transuerſo, 40 in longo. Chartular. AB. Sangerman. fol. 3. 4. † Ch. Adelfonſi Reg. Caſtel. a. 1181. ap. Baluſ. in Hiſt. Tutelenſ. p. 493. *Cum rinis, molendinis aceniis et eorum locis*, etc. V. *Andecinga*.

ACENSA ACENSARE, ACENSATOR, V. *Accenſa*

ACEOLVM. Vita S. Vdalrici Epiſc. in Actis SS. ord. S. Bened. ſaec. 5. p. 427.

p. 427. *Missarum autem celebrationibus expletis - ad hospitiolum pauperum perueuit, et XII. pauperum pedes lauit, et vnicuique eorum de aceto pretium vnius denarii donauit,* Ibid. p. 429. *Allatis vestibus nouis; XII. pauperes vestiuit et acerulum aceti aliis dispensauit.* Dictum coniicit Mabillon. pro sacculo aut marsupio. Verum repugnat exemplum vltimum. Mendose scriptum credit Cangius pro *Linteolo*, seu *lineolo*, tela linea, vnde Gall. *Lineuil.*

ACEPHALA, regio nulli Episcopo subjecta. Concil. Auenion. a. 1209. can. 5.

† ACEPHALARE, caput abscindere. Chron. Ioann. Vitodur. in Thesaur. Hist. Heluet. p. 5.

ACEPHALITAE, Haeretici quidam sic dicti, quod neminem sibi haeresis auctorem agnoscerent, vt est apud Isidor. l. 8. c. 15. et Adonem Vienn. in Chron. Iidem videntur cum *Acephalis.*

ACEPHALVS, a Gr. ἀ et κεφαλή, sine capite. Baluz. Miscell. t. 6. p. 305. *Truncі iacent acephali.* In specie *Acephalorum* nomine veniunt: 1. Ii qui in Synodo Ephesina nec S. Cyrillo, nec Io. Antiocheno adhaerere voluerunt. 2. Haeretici qui V. sec. Petrum Mongum seu Moggum primum secuti, ab ipso desciuerunt, vbi Henoticon et Synodum Calchedonensem suscepisset. 3. Sub Iustino Imperatore *Acephali* dicti sunt Seueti Antiocheni Sectatores, arque ii omnes, qui Calchedon. Concil. noluerunt recipere. 4. *Acephali* praeterea dicuntur Monachi, quorum Abbas vel Prior defunctus est, apud Prynnaeum in Libertat. Angl. t. 3. p. 636. 5. In legg. Henr. I. Reg. Angl. c. 21. *Acephali* sunt qui nec Regem, nec Ecclesiam, nec Barones, aut dominos feudales agnoscunt, cum pauperes, et nullum tenementum possideant, ratione cujus eos vt *capita* sua recognoscant. 6. Isidor. l. 2. de eccles. offic. c. 3. *Duo sunt genera Clericorum, vnum Ecclesiasticorum sub regimine Episcopali degentium, alterum Acephalorum, i. e. sine capite, quem sequantur ignorantium. Hos neque inter Laicos secularium officiorum studia, neque inter Clericos religio detentat diuina, sed solutos atque oberrantes sola turpis vita complectitur et vaga.* De iis agunt Concil. Mogunt. can. 22. Meldense a. 845. c. 57. Paris. c. 10. Ficinense, a. 850. c. 18. Melsitanum a. 1079. can 9. Capit. Caroli C. tit. 6. c. 57. Burchard. l. 2 c. 22. etc.

ACER, I. AÇER, ACEIR, Chalybs, Gall. *Acier.* Fleta l. 2. c 12. Priuil. Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. a. 1036. 2. Agri modus, V. *Acra, Acri.*

ACERA. 1. Versus vett. in Hist. S. Martini de Campis p. 17.

Per paruas partes perfectas itur ad artes,
Subueniunt magnis animalia parua -
Hic capiendo feras, hic pisces, hic et Aceras.

Per *Aceras* volucres intelligi suspicatur Cangius. 2. Papias in Gloss. Ms Eccles. Bituric *Acera, offula, Furfuratio panis.* † Gloss. Vet. Cod. Reg 7646. *Acera, offula furfuraceo pane.* Rectius certe. 3. † l. q. acer. Ch. a. 1279 t. 5. Ordinat. Reg. Franc. p 718 art. 34. *Constituimus - vt homines praedicti vsum suum habeant in dicto bosco ad tremulum et charmen et aceram.*

‡ ACERAMEN, *Limitas, nigredo, negressa.* Gloss. Prouinc. Lat Cod. Reg. 7657.

† ACERARE, paleis miscere, in Gloss. Lat. Gall. Cod. Reg. 521. *Lutum aceratum*, paleis subactum apud Festum et Nonium. V. *Aceris* 2.

† ACERATVM, *calatus de fasticis*, in eodem Gloss. Cod. reg. 521.

ACERBA, († vua acerba vnde omphacium elicitur; Lugdunenses *aigrès* etiamnum vocant,) Informat. super Iurisdict. S. Victoris Massil. a. 1206. *Coperat vnam acerbam sine aygras.*

† ACERBOSVS, idem qui acerbus, in Vocabul. compend. ex Summ. Ian. Vgut. et Pap.

† ACERBVM, *mors inchoata*, Gloss. vet. Cod. reg. 7641.

† ACA-

† ACERE, *Toarner, engrir*, ibid. et in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. V. *Acetare.*

ACERIES, *genus ſecuris.* Ianſſonii Collectanea in Iſidori Gloſſar. V. *Acieres.*

ACERIS. 1. Pro *Acerra*, Cymbium, quo in Eccleſiis aſſervantur micae thureae. Ch. Ferdin. Imp. a. 1191. ap. Anton. de Yepez t. 7 Chron. Ord. S. Bened. 2 † ACERIS, *palea mileutia.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. V. *Acerare.*

ACERIVM. 1. Chalybs, Gall. *Acier.* Praeceptum Phil. Pulcri a. 1304. *Ferrum, calibem ſeu acerium.* 2 Statut. Ord Grandimont. apud Martene t. 4 Anecdot p 134. *Acerium h. e. inſtrumentum quo cultellus acuitur.* Hic ſumi videtur pro inſtrumento chalybeo quali vtuntur vice cotis ad exacuendos gladios. (Germ. Strichſtahl, Stahl.)

ACERNA, pro *Acerra*, inter miniſteria ſacra Necrol. Eccleſ. Pariſ. prid. Non. Maji.

ACERRA, pro *Acra* Ch. Henr. Reg. Angl. in Mon. Anglic. t. 1 p. 442. *40 acerras terrae de aſſartis.* V. *Acra.*

ACERRVM, chalybs, Gall. *acier.* Hiſt. Delphin. t. 1 p. 86. *Ferrum, acerrum ſeu chalybem.*

† ACERVM, f vt *Acieres*, genus ſecuris. Statut. ciuit. Aſtae ex *Intratis* portarum: *Acerum de ſtipis ponatur et ſoluat pro quolibet balono lib. 15. Acerum taglantem ponatur et ſoluat pro quolibet balono librarum 20.*

ACESSAMENTVM, traditio ad cenſum, Gall. *Acenſement.* V. *Accenſamentum.*

† ACESSARE, vt *Acenſare*, dare ad cenſum. Charta a. 1198. ap. Murator. t. 1. Antiq. Ital med. aeui p. 443.

ACETABVLVM. 1 Scutella acetaria. Iſidor. l 2. c. 4 *Acetabulum quaſi acetaſorum, quod acetum ferat.* Vgutio: *Acetarium, et dicitur acetabulum, et acetaforium, quod ferat acetum et appendat 12 dragmas.* Io. de Ianua habet *Acetoferum.* 2. Menſurae ſpecies. *Acetabulus*, Iſid. l 14. c. 25. *Acceptabulum* Vegetio l. 2. artis veterin. c. 53. Erat apud Veteres ſesquicyathus. Muſaeum Collegii Rom. Soc. I. p. 22. 23. 3. Quid ſit in Sacris libris non omnino conſtat. Exod. 25. v. 29. cap. 37. v. 16. Num. 17. v. 13. Gloſſae Biblicae Mſ. *Acitabulum, vas rotundum vbi vinum juxta altare ſeruatur.* W. Brito in Vocab. *Acetabulum, vel Acetarium vas eſt aceti* etc. Graecus interpres τριβλιον vertit.

ACETÀBORVM, V. *Acetabulum.*

ACETALLVM, in Breuiloquo dicitur, *Vas in quo aceta probantur; vel vas aceto plenum; vel vas ad acetum recipiendum; vel vas in quo liquida omnia probantur.*

ACETARE, aceſcere. Gloſſ. Lat. Gr. *Acetât, aceſcit, ὀξιζει.*

ACETARIVM, V. *Acetabulum.*

ACETOSITAS, acerbitas, acor. Hugon. Falcandi Hiſt. Sicula ap. Murat. t. 7. p. 258.

ACETRVM, ex Hiſpanico *Acetre*, vrna aenea, ſitula aenea. Occurrit ap. Innocent. III. PP. lib. 13. epiſt 61.

ACETVM PHILOSOPHORVM, *Lac virginis, vel aqua virginalis qua metalla ſoluuntur.* Rochus le Baillif in Diction. Spagyr.

ACHA. 1. Gloſſar. Saxon. Aelfrici: *Acha i. virtus*, Strength, i. vis, vigor, virtus. 2. † ACHA, ACHIA, ſecuris, Gall. *Hache*, (Germ. Axt.) Proceſſ. a. 1488. ex Tabul. D. Venciae: *armati cum achiis, parteſanis* etc.

† ACHACHIA, *ſuccus ſiliquae*, in vet. Gloſſ Cod. reg. 7646.

ACHACHIARE, ſic perperam editum in Ch. Henr. Reg. Angl. a. 1155. apud Bruſſel. de vſu feud. t. 2. p. 4. pro *Atachiare* q. v.

ACHALVS. Epitaphium Ricardi Angliae Reg. et Duc. Normann. in Libro: *Antiquités de la ville de Rouen* p. 170

Achalus cecidit Rex regni cardo Richardus.

Ricardus I a. 1198. dum caſtrum Lucii vulgo *Chalus* vel *Calus* in Lemouicibus obſideret, ſagitta percuſſus eſt Ergo dictus *Achalus*, quod Caſtellucio minime capto cecidiſſet; niſi

nisi forsan per *Achalas* ecidit, intelligi putes, Castellucii cecidit.

ACHANVM, morbi species in bobus, de quo Veger. l. 3. artis veter. c. 2.

ACHAPTAMENTVM, i. q. *Releuium.* Tabular. Vosiens. fol. 76. *Sub achaptamento duodecim denariorum.* V. *Accapramentum.*

ACHAPTARE, i. q. *Accaptare.*

ACHAPTATOR, emtor, Gall. *Acheteur.* Litterae patentes Abbatis *Conardorum: non obstante quod nos inemisserimus achaptatorem* etc.

ACHAPTIS, ACHAPTVM, i. q. *Accapitum.*

† ACHAPTVS, quidquid sub *accapitamento* conditione et onere possidetur. Ch. 1118. inter Probat. t. 2. Hist Occit. p. 404. V. *Accaptare.*

† ACHARIS V. *Acaris.*

ACHATEON, *velum maximum in medio nauis.* Gloss. Isid. Melius legeretur *acatium*, quod est genus nauis actuariae, simulque *Velum maximum in media naui constitutum*, vt habet Isid. Orig. 13. 3. V. Schefferum de Militia nauali l. 11. c. 5. V. *Acatus*

ACHATVM. 1. Releuium apud Spelmannum ex veteri Rotulo. V. *Acapitum.* 2 † Emtio, Gall. *Achat.* V. *Achetum.*

*) ACHATVS, ſenſtmühekeyt. Vocabul. vet. Lat Germ. a. 1477. impreſſum.

ACHELANDIVM, nauigii ſpecies. V. *Chelandium.*

† ACHELETVS, adminiculum vineae, pedamentum, Gall. *Echalas.* Ch. 1358 ex Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 44 *Furtiue ceperat - - Achelestas ſeu baculos ad vſum vinearum poni conſuetos.*

ACHEMENIA, ira, excandescentia. Agnelli liber Pontif. ap Murat. t. 2. p. 157. Graecis ἀχήνων interdum idem est quod ἀπορίαν, inopia consilii An inde *Achemenia?*

ACHEROPARTA, ACHEROPOSITA V. *Achiropictos* et *Antheropsita.*

ACHESO, *accasio*, exactio, tributum, pensitatio indebita, vexatio, lis contra ius intentata. Charta Matth. de Montmorency a 1205. apud Duchesnium. V. *Occasio* 4.

ACHESONATVS, vexatus, mulctatus, in eadem Charta. V. *Occasionare* 1.

† ACHETA, diminut. ab ascia, securicula, Gall. *Hachette*, vel *Assette.* Ch. 1357. ex Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 4. V. *Assiata,*

† ACHETVM, emtio, Gall. *achat*, olim *achet.* Ch. 1369. in Inuentar. monast. Athanat. *Acheti seu emtionis XII. librorum.* V. *Achatum.*

† ACHEVELATVS. Arest. Parlam. Paris. a. 1330. ex Reg. *Olim: Homines in bracis et camisiis, et mulieres in tunicis acheuelatis, nudis pedibus* etc. Tunica ex cannabe, vel tela grossiore, vt videtur.

† ACHIA. 1. Poena queuis aut mulcta. V. *Hachia.* 2. Securis. V. *Acha.*

† ACHILO, pro Aquilo, in Ch. Ponti archiep. Aquens. a. 1019.

ACHIMITENSES, V. *Acoemeti.*

ACHINVS, *dicitur hortolanus in villis residens, non habens mansos.* Breuiloq.

† ACHIOLI, Societatis mercatorum Italicorum nomen. Reg. bailliv. parlam. Paris. a. 1342. *Concordia inter socios societatis Achiolorum et comitem et comitissam Flandriae* etc.

ACHIROPICTOS, vox hybrida pro ἀχειροποίητος. Ita appellabant quasdam S. Virginis imagines, quas diuinitus, nec arte humana pictas putabant, de quibus Comment. scripsit Io. Gretserus. V. *Antheropsita.*

† ACHOISONARE, occasionibus grauare, vexare, molestare, mulctare, Gallis olim *achoisonner*, et *accisonner.* Chartar. Casalin. *Nec propter hoc ipsos - - poterimus in aliquo achoisonare, nec etiam in aliquo molestare.*

† ACHONVS, an securicula? Litt. remiss. a. 1482. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 319. *Supplicans reperit in porta seu janua dictae domus quemdam achonum ferreum - - praefatum achonum - - contra dictum Tantillionis projecit* etc. V. *Angones* et *Azza.*

ACHOR. Gloss. Saxonicum Aelfrici: *Achor. i. conturbatio: dreſing* Vox plane hebraica ab עכר, turbauit.

ACHRAMIRE, ACHRANMIRE. V. *Adramire.*

ACHRATOFORVS, *vas vinarium*, apud Papiam in Gloſſ. Mſ. Bituric. Idem eſt quod *acetaſorium* de quo ſupra in *Acetabulum.*

† ACHTA, AHTA. 1. Idem quod *Defenſa*, ager, pratum etc. vbi quidpiam agere, quod iis noceat, non licet; terra quae ſub banno eſt a Germ. Acht, bannum. Ch. a. 1231. t. 1. Hiſt. Treuir. p. 710. *Eccleſiae ſimiliter de achtis ſuis et de dote eccleſiae - - non dabit monaſterio decimam.* Adde Gloſſ. Caeſar. Heiſterbac. in Reg. Prum. ibid. p. 664 V. *Acta.* 2. *) Hoſtilis conſectatio, publicumque odium omnium, per ſententiam decretum et ſancitum; Germ. Acht, Gaſſarus in Annal. Auguſt. ap. Mencken. t. 1. p. 1573. *Proſcriptiones eas, quas a perſequendo achtas vulgariter vocamus, etc.*

ACIA 1. *Ala*, in Gloſſ Iſid. In Excerptis vero Pithoei: *Aria, ala, axillo, ala.* Forte: *Axilla, ala.* 2. In Gloſſ. Lat. Graec. *γάμμα* exponitur, quod idem eſt ac *Sutura*, et accedit ad *aciam* Petronii, in cujus fragmento: *ab acia et acu mi omnia expoſui.* Vox antiquae originis, quae proprie filum ad conſuendum ductum ſignificat. Hoc ſenſu apud Nonium Marcellum Titinnius Poëta Comicus illa vſus eſt; eadem et Celſus l. 5. c. 26. Conf. Turneb 17. Aduerſ. 21. V. etiam *Alia.* 3. Malitia, inuidia. V. *Atia.* 4 Dolabra. V. *Aciculus.*

† ACIALIS, angularis, in angulo poſitus. Ch. Frider. epiſc. Lebuſ. a. 1466. *Idem ſuper domo acidli* etc.

ACIARE, *ferrum duriſſimum*, Papiae, chalybs. Gall. *acier.*

ACIARIVM. 1. Acuum theca, in Gloſſ. Gr. Lat. 2. Chalybs. Gall. *acier*, Ital. *acciaio.* Vox facta a Latino *acies*, quod gladiorum aliorumque inſtrumentorum hujusmodi *acies* chalybe muniatur.

ACICVLVS. Vgutio: *Acia, dolabrum, quaſi acute ſcindens, unde aciola dicitur: et dicitur haec acies aſcia pro ſecuri, quia cementarii utuntur: unde hic aciculus dicitur.* Ita etiam Io. de Ianua.

ACIDIA, V. *Acedia.*

ACIDONICVS, acidus. Alex. Iatroſophiſta l. 2. Paſſion.

† ACIERERIVS, faber, qui *aciarium* ſeu chalybem operatur. Statut. Auellae a. 1496. *Si aliquis faber, vel payrolerius ſeu acierarius* etc.

ACIERES, *genus ſecuris.* Ita in excerptis Pithoei, et in quibusdam Iſidori Gloſſis. Feſtus: *Acieris, ſecuris aenea, qua in ſacrificiis. vtebantur ſacerdotes* Gloſſ. Mſ. Bituric. habet *Aceries*, ſicut et Cath. in Amalthea.

ACIES. 1. Lanx trutinae. Anaſtaſ. Biblioth. in verſ. vitae S. Ioann. Eleemoſ. c. 7. n. 37. Vbi indubie in Graeco Leontii vox *Φαλαγξ* vſurpata, quae Graecis *trutinam*, ſeu *lancem* et *aciem* exercitus ſignificat. 2 † *Acies*, *otage vel pointe de foc, vel cornèe de Puel* (oeil), in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. 3. † *Acies*, *exercitus*, *hoſtis*, vt legitur in aliis inſtrumentis, hoc eſt ſeruitium militare, quod domino debent vaſſalli. Ch. a 1322. *Retentis domino Regi acie et cavalgata, ac incurſibus hereſum, fuiſſe monetae, et aliis.* 4. † Angulus, cornu, Germ. Ecke. Pontif. Mogunt. Mſ. fol. 87. *Benedictio lapidis itineranti - - in medio lapidis et per quatuor ejus acies* Infra: *per quatuor ejus cornua.* 5. ACIES TERMINORVM, apud Agrimenſores, qui inuicem concurrunt. Cajus: *Si terminus in tres acies conſtitutus fuerit, tres lineas auctoris offendit: ſi in quatuor acies, quadriſinium facit.*

ACILIVM, axis, Gall. *Aiſſieu* vel *Eſſieu.* Monalt. Angl. t. 1. p. 788. *Cum acilio ſeu apparatu ad quinque equos caractarios.* Forte *atilio*, Gall. *Atelage*, quod magis ad rem.

ACILLARE, mouere. Papias: *Furcellae dictae, quod his frumenta acillentur, id eſt moueantur.* In Mſ. Bituric. *cillantur.* Melius vt apud Iſid. l. 20. c. 14 † Niſi ſit vox ficticia, malleum *acillare*, a verbo *cillere*, *cillo*, apud Iſid. l. 20. c. 14, vel a *cillere*, *cilleo*,

cilleo apud Seruium pro mouere, a cire vel ciere.

ACILVS. Gloſſ. Bitur. *Acilus*, *anguitas*, *vigor ſignificat*, *vel quod habes recuruum naſum*, *ſicut aquila*. Papias ap. Laurent. in Amalth. *Acilus*, *niger vel habens naſum aquilinum*.

† ACINACIVM, chalybs. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684.

ACINARI, *stricari*, in *parua mutari*, in Gloſſ. Iſid. quod faciunt qui in acinis vuarum eruendis, tempus terunt, vel qui de *acinis* diſputant. Caſaubonus *apinari* reſtituit. Eum conſule ad Pollion. in Gallicenis, vt et Roſweid. in Gloſſar. ad Vitas Patrum. V. *Acies*.

† ACINARIVM, *Marc ou vendange*, in Gloſſ. Lat Gall Cod. Reg. 7679.

ACINATICIVM, ὀξύοδος, *acidum*, in Supplem. Antiquarii.

† ACINATIVM, Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 521. *Acinus*, *pepinus uuae*. *Inde Acinatium*, *congregatio racemorum*. *Gall. Moiſſina*.

ACIRALIS. Ch. Budeſindi epiſc. Dumienſ. aerae 930. ap. Ant. de Yepez t. 5. Chron. Ord. S. Bened. p. 424. *Concedimus etiam phialas argenteas franciſcas duas - - Cencos imaginatas 7. caſticales 2. vaſa vitrea*, *concas aciralis 2 arrodomas*, *ſicacyralis 9*. Vbi *aciralis* forſan pro *acicalis*, politus, ab Hiſpan. *acicalar*, expolire. Qua ratione legendum eſſet *Concas acirales* 2, *arrodomas ſic acyrales* 9. etc.

ACISCOLVM, *malleus ſtructorius*, in Onomaſt. apud Turnebum 28. V. *Aciſculum*.

ACIOCVLARIVS, λιθοτόμος, in Gloſſ. Lat. Gr. Mſ. a e. *Lapicida*.

ACISCVLVM, σκαλπρον, ἄκρον ὀργὺ κεκαυμένον, in Gloſſ. Gr. Lat. Gloſſ. Sax. Aelfrici: *Aciſculum*, *pic*, *i. foſſorium*. V. *Baſtulum* et *Acicutus*.

† ACISSIMII, V. *Aſſiſſimii*.

ACISTERIVM, V. *Aſceterium*.

ACITABVLVM, crepitaculum, quod ſint ex iſtius Muſicae ſpecie, quam ὀξυβαφον μουσικὴν vocant Graeci. Breuiloq. *Acitabula ſunt Muſica inſtrumenta aenea vel argentea*, *quae percuſſa ſonum jaciunt grandiorem*. Papias: *Acitabulum*, *quaſi acutum ferro dicitur*, *id eſt ſonabulum*. Senator l. 5. ep. 51.

ACITARA, Stragulum, vox Hiſpanica. Teſtam. Ranimiri Reg. Arag. aerae 1099. in Hiſt. Pinnat l. 2. c. 38. Yepez Chron. Ord. S. Bened t 6. et alibi.

ACLA, modus agri. Ch. Grodegandi archiep. Metenſis ap. Meurisſium: *Molendinum vnum cum tribus jurnalibus*, *aclam vnam ſoluentem denarios decem*. Et paſſim alibi. In Ch in append. ad Hodoardum perperam *ada* legitur. Ita etiam in Ch. Caroli Simplicis in Hiſt. S Marculfi p 88. *alla* pro *acla* videtur perperam ſcriptum. *Acla* aut contractum eſt ex *accola*, pro *manſo accolae*, aut idem eſt ac *acra*.

† ACLAMATIO, i. q. *Advocatio*, clientelaris profeſſio, agnitio in dominum V. *Clamare* 2. Ch a 1066. inter Probat. Hiſt. Nem. t 1. p 23. *Vt teneamus ipſum manſum in vita noſtra per aclamationem de S. Maria*. V. *Addonare*.

ACLASSIS, fimbria, limbus, quod imae veſti affutum eſt. Martinio in Lex. Philol *Aclaſſis* eſt tunica ab humeris non conſuta; Feſto *Calaſſis*, *tunicae genus*, *quam Graeci κυλουρον appellant*. Vocem deducit Scaliger, a χυλὸς laxo.

ACLEA, campus vel locus querceus, quercetum, a Saxonico *Ac*, quercus, et *Lea*, campus, locus. Afferus Meneuenſ. in vita Aelfredi: *in loco qui dicitur aclea*, *i. in campulo querceo*, *diutiſſime pugnauerunt* Adde Fl. r. Wigorn. a. 851. Ethelwerd. l. 4. Hiſt. Angl. c. 3.

† ACLEPSAVDIA. Conſuet. villae de Buzeti a. 1273. art 24. *Vinum quod venditur aclepſaudia taſerinus conſentum in dolo* (dolio) *eſt nobis incurſum*. Videtur legendum *a clepſaudia*, i. e. clam, furtiue. V. *Cleptes*.

ACLHESIA. Inſtrum a 1150. apud Martene t. 1. Anecdot. p 414. *Longus quidam et ſubniger lapis*, *quam aclheſiam vocant*. Vbi videtur *ardeſiam*. † Bollandiſtae *adheſiam* ediderunt t. 3. Sept. p. 61.

ACLIBANVS, V. *Acclibanus.*

ACLONIA, excuſatio, quae affertur cum aliquis ad conditum diem juri ſtare non poteſt. Vetus Notitia Iudicati in Chartis Burgund. Perardi p. 148. Videtur legendum *Exoniam*, ſ. *Ecſoniam*, q. v.

† ACLOSSERIVS, vel *Arloxejus*, arboris ſpecies, ſ. quae Gallis *Alijier* dicitur et Burgundionibus *Alouche* aut *Alouchier*, (*) Germ. Elſebeer, Arleſbeer). Ch. a. 1206. in Chartular. Arremar. ch. 9. *Excepto jarrone, et piro, et fago, et pomerio,* (et) *aclosſerio - - jarrone - et fago, et piro, et pomerio, et arloxeio.*

† ACLVDERE, pro occludere. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. V. *Acclauſum.*

ACLVS, Iunius. Papias Mſt. Bituric. *Aclus Tuſcorum lingua menſis Iunius.*

ACNONITVS, *qui nulli communicat.* Gloſſ. Mſ. Eccleſ. Anic. † *Acoenonitus, qui nulli communicat*, Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641. Ex Gr. ἀκοινώνητος. V. *Acomoninatus.*

ACOBOR, V. *Acobor.*

ACOEMETI, AQVIMITI, ACHIMITENSES, ACYMETENSES, ACVMENSES, ACOEMETENSES, paſſim monachi quidam primitiuae eccleſiae vocabantur, a Graeco ἀκοιμῆτοι, quod diu noctuque pſallerent in eccleſia, nullaque hora vacarent a laudibus diuinis, quas ex eo *laudis perennis* nomine agnoſcunt ſcriptores. Diuiſi erat in hunc finem in tres coetus Monachorum ſodalium, ita vt peracto a priori in eccleſia officio, ſecundus et mox tertius ſuccederet; ſicque nulla hora eccleſia a laudibus, et canticis, vacaret. Prolixius de hoc Monachorum genere agit Cangius h. v.

ACOFRARE Ch. Sanctii Reg. Arag. aerae 1232. apud Martine 2. in Hiſt. Pinnat. l. 3. c. 26. *Ita quod homines et feminae, qui in diſtis locis domos vel terras S. Ioannis tenebunt, ſint franqui et liberi ab omni ſervitute mea, - - ſed pectent et acofrent, vt ſint vaſſalli proprii ſanctii Iohannis.* Leonh. Friſchius in obſervat. ad Gloſſar. exiſtimat, *acofrare*, idem eſſe quod Latinum, *ſufferre*, Gall. *ſouffrir*, vt Hiſpani pro *Safran* dicunt *Acafran*, pro *Sucre Azucar*. Sed cum *Acofar* nomen Hiſpanis ſit aes fuſile, et inde *acofrar* verbum facile poſſit effingi, potius crediderim *acofrar* eſſe quaſi aes ſeu pecuniam ſoluere; quod optime congruere videtur loco allato.

† ACOHA, ſ. appendix, appenſiuum domui tectum. Ch. 1363. *Item domus dirrupta - - videlicet in quarta parte verſus ſolis ortum et in una acoha.*

ACCISA, V. *Aſſiſa.*

ACOLA, ACOLABIVM, V. *Accola.*

† ACOLABVS, *dum volare incipit*, in Gloſſ. Prouinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 Vocabul. compend. *Acolabus, brucus, cum modicum volare incipit, Petit hameton.*

ACOLEI, *introitus*, Pap. V. *Acolyti.*

† ACOLETVS, panni ſpecies. Litt. remiſſ. a. 1351. *Quandam pramam veſtem de acoleto, forratam de eſquevineſſiis - - cepit.* V. *Alcus* 2.

ACOLVTHVS, V. *Acolytus.*

ACOLYTATVS, officium *acolythi.* Paſſim occurrit apud ſcriptores liturgicos.

† ACOLYTHA, pro *Acolythus*; niſi de moniali, quae acolythi officio fungitur intelligas. Ordinar. Mſ. S. Crucis Pictav. *In die Epiphaniae, dum legitur nouiſſima lectio, induitur diaconus dalmatica et acolytha alba et amictu.*

ACOLYTHVS, ACOLVTHVS, proximus hypodiaconatui gradus, vt pater ex Synodo Romana Sylueſtri can. 7. vbi Epiſcopo parere jubetur, *Presbyter, Diaconus* Presbytero, Diacono *Hypodiaconus*, huic *Acolythus*, Acolytho *Exorciſta*, cui *Lector*. Dicti autem *Acolyti*, quaſi ἀκόλουθοι; ſunt enim veluti famuli Eccleſiaſtici, vtpote qui vilioribus Eccleſiae miniſteriis deputantur, vt cereis deferendis. De eorum officio et ordinatione adire juuat, ſi jubet, Cangium, et Scriptores ibidem laudatos. ACOLYTHI SEDIS APOSTOLICAE octo ordinarii, *qui cum Pontifex apud lectum paramenti, et ſimiliter*

similiter in Ecclesia est celebraturus, et induitur sacris vestibus, circumstant genuflexi, et ornamenta subministrant Diaconis Cardinalibus, etc. Ceremon. l. 3. p 320.

ACOLYTI, mansio seu exedra *Acolythorum* juxta ecclesiam aut Secretarium ecclesiae. Anastas. Bibl. in Gregor IV. p. 166. *Fecit etiam juxta Acolyti pro quiete Pontificis - - hospitium parvum*, etc Aut potius aedificium juxta introitum ecclesiae aedificatum, quum *Acolei* Papiae sit introitus.

† ACOMANDA, depositum, Ital. *Accomanda*. Statut. Placent. l. 3. fol. 33. v. *Si aliquis de caetero receperit - - pecuniam vel rem depositi et acomanda ab aliquo civitatis* etc.

ACOMARE, equorum comas pectere, equos comere. Hist Delphin. t. 2. p. 394. *Item ipsos equos fretari, estrilari, acomari, literias ejus fieri et bene estachari facere teneatur.*

ACOMODARE, ACOMODATOR, v. supra *Accom.*

† ACONITARIVS, veneficus, qui *aconitum* seu venenum propinat: Φαρμακοπώλης, in Gloss. Gr. Lat.

ACONOMINTVS, *qui nulli communicat*. Papias. Ita etiam in Mss. sed legendum *Acoinonitus*, ex Graeco ἀκοινώνητος V. *Acoinitus*.

ACONTRACTIO, solutio a contractione. Miracula S. Gengulphi Martyris, t. 2. Maji p. 654.

ACOPHILVS, in Breuiloquo dicitur *Pincerna*. Forte *ascophylax*, ex Graeca voce.

† ACOPIAGIVM, *Relevium* et quod jure releuii exsoluitur, i. q. *Accipitum*. Forte quia rerum facta aestimatione exigitur, sic dictum, ab Hisp. *Acopiamiento*, quod idem sonat; nisi legendum sit *Acapitagium*. Occurrit in Libertat. Villae-franchae Petragoric. a. 1357. t. 3. Ordinat. Reg. Fr. p. 205. art. 10. V. *Achaptare*.

ACORA, 1. Pro ex *hac hora*, sublata h, vt saepe solet, Germ. von jetzt an. Ch. ap. Ios. Moretum Antiq. Nauarrae p. 406. *Et acora sic affirmo eam ad mea germana dona Tota* etc. i. e. Et ex hac hora sic affirmo eam (Abbatiam) ad meam germanam dominam Totam. 2. † Alex. Iatrosophista Mss. l. 1. Passion. c. 18. *Acora, passio est in ipsa cute capitis facta, parva foramina habens, ex quibus fluit humor, quod ycora Graeci vocant, unde et ipsa passio Acora vocatur, quod nos tabem dicimus.*

† ACORARIVS, pro *Acurarius*, faber ferrarius, q. v.

† ACORDAMENTVM. *Liber Acordamenti*, qui et militiae statuta et militantium conditiones, atque nomina continet. Constit. Mss. Petri III. Reg. Aragon. a. 1365.

† ACORDATVS. Qui stipulatione facta, conscriptus, adscriptus est, Gall. *enrollé*. Ch. Petri III. Reg. Arag. a. 1355. Quo etiam sensu accipienda est Charta ex Tabular. S. Vict. Massil. laudata a Cangio: *Quod nullus patronus Gallae consentus cum curia, seu acordatus in felici armata Domini N. regis* etc.

† ACORDERE, f. pro accidere. V. *Accordere*.

ACORDIA, pactio, conuentum, transactio, Gall. *Accord*. Tabul. S. Vict. Massil. in *Requesta* originali a. 1332.

ACORDVM, i. q. *Accordum*, q. v. Occurrit ap. Rymer. t. 2. p. 853.

ACOSTARE, lateri adhaerere, Gall. *acoster*, a voce *Coste*, latus Dixere Agrimensores de campo aliis adjacente secundum sua latera longiora. Chartul. S. Vandregesili t. 1 p. 220. *Quarum una* (pechia terrae) *acostat ex una parte ad terram Ricardi l'Anglois* etc. V. *Accostare*.

† ACOT, flagellum, virgae, ab Hisp. *Azote*. Curia Montessoni sub Alfonso reg Arag. a. 1289 *Qui contrafecerit - - accipiat decem Acots in platea*. V. *Assotare* et voc. seq.

ACOTARE, flagellare. Vox Hisp. ab *Acotar*, flagellis caedere. Fori Oscae a. 1247. *Et si forte persolvere non poterit, acotetur*. Ita etiam in For. Arag. l. 9. tit. de Lenonib.

† ACOVPLARE, copulare, a Gall. *accoupler*. Ch. Caroli IV c. 1325. *Vnam copplam cordae canapis pro duobus canibus acouplandis.*

ACOXA, coxa claudus, ex *a* priuat. et coxa. Papias Mſ. *Catax, acoxa, claudus.*

ACOYS, vox Gallica, Anteris, fulcrum. Ch. a. 1363. ex Cod. reg. 5906. *Parietes laterales dicebantur deſtructi taliter quod ipſos firmare oportet cum Aceys.*

† ACQVEREMENTVM, adeptio, comparatio, emtio, Gall. *Acqueſt*, olim *Acquerement.* Ch. Odonis Duc. Burg a. 1212. Cod. Reg. 5993. *Quod comitiſſa teneret illa acquerementa de Epiſcopo Lingonenſi* etc. V. *Acquiramentum.*

ACQVESTA, acquiſitum, Gall *Acqueſt.* Obituarium Mſ. Eccl. Morinenſ. fol 2. *In plenis obitibus quos burſae Celarii, minutorum breuium, cotidianae, luqueti, fabricae, ac nonorum Acqueſtarum ſoluunt, Canonici et magni Capellani lucrantur quilibet 2 ſol.*

ACQVESTVS, eadem notione. Gloſſar. Hiſt. Brit. minoris Lobinelli: *Cum vniverſis acqueſtibus inibi factis.* Occurrit et paſſim alibi.

† ACQVEVERSIVM, aquarum diuergium, diuerticulum Ch. a. 1308. *Cum omnibus - - ſtillicidiis et acqueuerſiis, et aliis - - pertinentiis.*

† ACQVICTIARE, quietum reddere; Gall *acquitter.* Chron. Nemauſ. inter probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 7 *Tenebuntur talia eorum tempore imponenda exhigere et villam acquictiare.* V *Acquitare* 1.

† ACQVICTVM, V. *Acquitum.*

ACQVIETANTIA, apocha, vox frequens apud Leguleios; Gall. *Quitance*, Germ. Quittung. Cf. Ed. Cokum ad Littletonem, Monaſt. Angl t 1 p. 196 et Raſtallum.

ACQVIETARE, ADQVIETARE. 1. Soluere Leg. Eduardi Confeſſ. c. 35 *Et qui terram acquietatam habet comitatus teſtimonio, habeat ſine querela in die* Vid. t. 2. Monaſt. Angl. p. 199. 2. Quietum et ſecurum reddere, abſoluere; vox forenſis. Galli dicunt *acquitter.* Leges Ethelredi Reg. Angl ap Brompton. c. 10. *Et reget vt mundifices, et acquietet eum, ſi poſſit.* Leges Henr. 1. Reg. Angl. c. 87. *Qui in collegio vel ſocietate fuerit, vbi aliquid occidatur, acquietet ſe, quod eum non percuſſit.* Idem quod *adlegiare ſe*, purgare ſe.

† ACQVILLA. Ch. 1351. ex Reg. N. Chartoph. reg. ch 26. *Item vnum nappum ſeu ciphum cum tribus pedibus cum vna acquilla ponderis marcarum XII. vnciarum VI et ſterlingorum XV. de argento.* An pro aquilla? An peluis vel polubrum?

† ACQVINEIA, equus gradarius, Gall *Haquenée.* Ch a. 1397. inter probat. Hiſt. Autiſſ. p. 127. *Item leguit - - duos equos ſuos, acquineiam et boyardum.* V. *Hakineius.*

ACQVIRAMENTVM, ACQVIRIMENTVM, emtio, comparatio. Ch. a 1253. in Tabul. Monaſt. B. M. de Bono-nuntio Aurel. Charta Libert Montis-brit. Hiſt. Delphin. t. 1. p. 83. V. *Acquerementum.*

† ACQVIRERE, quietum reddere, ſ. pro *acquitare. Dicitur de Epiſcopo qui eccleſiam ſuam acquiſierat, quam praedeceſſor ſuus obligauerat.* Menſ. Philoſoph. c 27. Theol. Anquilberti.

ACQVIRIMENTVM, V. *Acquiramentum.*

ACQVISIMENTVM, i q. *Acquiramentum.* Occurrit in Hiſt. Delph. t. 2. p. 8.

ACQVISTANTVM, idem vt videtur, quod pertinentiae et dependentiae nomine ſignificatur, ni mauis idem eſſe quod *Acquiſimentum.* Ch. Henr. Reg. Angl. t. 3. Hiſt. Harcur. p. 40. *Item ex domo Roberti filii Rocheldis duas domos cum acquiſtantis illarum domorum quas Olia Maloviel dedit.*

† ACQVISTVM, ab Ital *Acquiſto*, adeptio, comparatio, emtio, Gall. *Aqueſt.* Io. Demuſſis Chron. Placent. ap. Murator. t 16. Script. Ital. p. 460. *Placentini acquiſuerunt Godanum; pro quo acquiſto diſcordiam habuerunt cum Parmenſibus.*

† ACQVITAGIVM, veſtigal, tributum, praeſtatio, cujus ſolutio ſchedula aſſeritur, Gallis *Acquit.* Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1341. *De qualibet ſommata alecium, duo; ultra acquitagia ſeu redibentias ſolet conſuetas conſtumariis portarum dictae villae* V. *Acquitum.*

ACQVI-

ACQVITAMENTVM, solutio, apocha, apud Baluz. Hist. Arvern. t. 2. p. 164.

† ACQVITARE. 1. Quietum reddere, immunem facere, dimittere, Gall. *quister*. Ch. 1218 in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. fol. 405. *Ego acquito dotalicium meum* etc. 2. Débita soluere, Gall *acquitter ses dettes*. Ch. a. 1339. *De arreragiis - - absolvere penitus debeant, et acquitent omnino.*

ACQVITATIO, solutio, deductio. Ch. a. 1232 apud Marten. t. 1. Anecd. p. 970

AQVITTVS, solutus, liberatus, Gall. *acquité*. Item, liber, immunis. Ch. a. 1244. *Decem buccellos frumenti - - modis omnibus acquitos*. V. *Quietus*.

† ACQVITVM, vt supra *Acquitagium*. Lit. Caroli V. a. 1367. t. 5. Ordinat. Reg. Fr. p. 74. *De quibus* (nundinis) *acquita et consuetudines ad nos pertinentes* etc et passim alibi. Gallis ol. *Acquis* et *Acut*.

ACRA. 1. In Germania, Anglia, Normannia aliisque regionibus est certa terrae porcio mensurata, variae tamen quantitatis, pro diuersis regionum et prouinciarum moribus. Verus Regest. Camerae Comput. Paris. *Viginti quatuor solidi pedis faciunt perticam terrae, 4. virgatae faciunt acrum: pertica terrae facit 24 passus, seu solem pedis: 40 perticae terrae faciunt virgatam: duae virgatae faciunt arpentum*. Tabular. Blancaland. ap. Columbum p. 557. *Acra capit virgeas 4. virgae perticas 40. pertica pedes quadratos 40*. De *Acra* apud Anglos v. Rastallum v. *Acre*. Vocabuli etymon est ab Anglo-Saxon. *Aecer* et Germ. Acker, quod *agrum* significat. V. *Ager*, *Acri*, *Acrum*, *Acrus*. *Acna* Columellae est certus mensurae agri modus. Heroni *δικαια* est mensura decem pedum. 2. Extrema, ex Graeco ἄκρα. Vita Alcuini: *Non istum verberibus, quia rudis adhuc est, acris pedum saltum, in quibus durities inest calli, tenuique cultelli castigemus*.

ACRAMENTVM, ACREMENTVM, augmentum ex *accrescere*. Monast. Angl. t. 2. p. 39. *Praeter hoc dedi - - - de acremento vnam virgatam terrae.*

ACRENIS, *acerbitas*. Vita S. Sacerdotis Episc. Lemouic. n. 14. *Grauabat febrium afficiebatur acredine*. Vox quoque occurrit in Gall. nova Christ. t. 4. Instrum. p. 357. Vid. Ludewig. Reliq. t. 3. p. 437.

ACREDVLA alias *Acredula*, alauda, galerita, Germ. Lerche. Acta SS. Ord. Bened. Sec 3. t 2. p. 237.

† ACRESISEVTA, accretio, incrementum, Germ. Anwachs, Anschütt. Ch. a. 1377. ex Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 151. *Cum quaedam insula pertineat domino nostro Francorum regi ratione accreissitae - - quae quidem accreissita - - pertineat* etc

ACREMENTVM, V. *Acramentum*.

ACRI et AGRI, saepe occurrunt; forte a nominat. sing. *acer* et *ager*, non *acrus* aut *agrus*, inquit Spelmannus. Equidem *agrum* aliquando pro certa terrae portione sumtum fuisse testatur Isidor. Orig. l. 15 c. 14. *Altum prouinciae Benici rustici agrum vocant*. Et mox infra: *Ager habet passus 125 vel pedes 625* etc. Antiq. Fuld. l. 2 Tradit. 209. *In villa Surinuurt de terra culta atque arabili, agros 54*. V. *Acra* 1. *Acrum*. *Acrus*.

ACRIBIA, diligentia, ἀκρίβεια. Acta S. Cononis t. 7. Maji p. 6. *Volo cum acribia vitam tuam cognoscere*.

ACRIFORMA, asperitas. Dicitur de re aspera et rudi, quae non est adaequata. Arest. Parlam. Paris. a. 1321. *Item vnum scutum eleuatum acriformae de armis Burgundiae*.

ACRIMONIA. 1. † *Est poena quae sacrilegis praecipue infligitur, sicut est incarceratio, vel exilii relegatio*. Vocab. Martin. Iur. Canon. ex Cod. reg. 4151 2. *Acrimoniae*, exactiones, vexationes, in Ch. a. 1056. ap. Vghellum in Episcopis Vercellens. p. 1077.

ACRIMONIVM. Gloss. Gr. Lat. ἀκρόμων, *acerbitas*, *acrimonium*.

ACRIMONIOSVS, *fortis, constans, asper*. Catholic. fo. de Ianua.

† ACRIMONIANA MONETA. Curia 2. Genepal. Terracon. sub Iac. I. rege: *In Catalonia vero vbi currit*

moneta acrimontana, vendantur frumentum et ordeum ad valorem cambii Iaccenſis.

† ACRIMVS, f. idem quod ſupra *Acerum*, genus ſecuris, vel vas acerba. Conſuet. S. Dion. Exoldun. ex Chartul. ejusd. eccl. *Item ſicut diximus ſuperius de quadriga portante pannos ita dicimus de quadriga portante acrimos.*

ACRIPEDIVS, v. *Acupedium.*

ACRIPENNVS, V. *Agripennus.*

ACRIROMVM, malum aureum, Gall. *Orange.* Nic. Specialis de Siculis rebus l. 7. c. 17. ap Murat. t. 10. col. 1069 *Ipſam* (ſic) *etiam acripomorum arbores, quas vulgo arangias vocant* etc.

ACRIS, pro *Acra*, in Chartul. Gemeticenſi t. 1. p. 264. 267.

ACRISIA, v. *Acroiſia.*

ACRISIMVS, v. *Acroximus.*

† ACRITVDO, *aigreſſe, amertume*, in Gloſſ. Gall. Lat Cod. reg. 7684. V *Acrumen*

ACRIVIOSE, accurate, ex Gr. ἀκριβῶς. Iſid. Pacenſ. in Chron. aera 788.

ACRIZIMVS, v. *Acroximus.*

† ACROAMA, feſtiua et ludicra narratio. Eginhard in vita Caroli M. c. 24 *Inter coenandum aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat.* ACROAMATA, *auditio lyrarum vel tibiarum.* Gloſſ. Iſid. a Gr. ἀκρόαμα, quod audirur. Id autem etiam de mimis et hiſtrionibus interdum intelligitur, vt ap. Athen. l. 4 f2.

ACROCHARE, vnco apprehendere, inuncare, Gall. *a crocher*, a Gall. *Croc.*, vncus (Germ. Krücke). Liter. de Vidimus Ludov. Reg. a. 1256. *Dicti nouo homines - - habent morticinum ramum ad arrochandum cum erochete per mortuum nemus.*

ACROCHERIA, *ligatura articulorum.* Papias.

ACROISIA. Vita S. Gilberti de Sempringham t 2 Monaſt. Angl. p 694. *Inter medios hoſtes, qui ei inſidiis tetenderant, quaſi acroiſia perculſos, ad inſtar Eliuri tranſierunt.* Leg. *aerafia* ex Gr ἀφασία, *caecitas.* Balbus in Cathol. ait: *Aerafia debet dici. Quidam tamen dicunt aeriſia, quidam anriſia.* Ita perperam Scriptum *Acriſia* in ep. 29. Petri Bleſenſ. et in Hiſt. Scholaſt. Pet. Comeſt. c 52. Sunt tamen qui *Acriſiam* a voce κρίσις et ea priuat. factam putent, ita vt ſit *iudicium erroneum*, inquit Macer in Hierolex.

ACROMA, caput, ſummitas, τὸ ἄκρον. Vfingus Monach. in Carmine de S. Ludgero Epiſc. Mimigard.

ACROMPHALVM, vmbilici medium.

ACROPHAGIA, V. *Aecrophagiae.*

ACROSTICHIA, initia verſuum. In Conſtitut. Apoſt. *Alius quidem Pſalmus Dauidi canat, populus vero initia verſuum quae dicuntur acroſtichia ſuccinat.* Eſt ἀκροστιχὶς prima litrera, ſyllaba, aut verbum verſuum. Hofmann. h. v.

ACROSTICVM, i. q. *Cruſtica*, q. v. cenſus nimirum qui agri nomine pendebatur, *agrarium*, a Graeco ἀγρόσικον. Occurit in epiſt. Roberti Imp. Conſtant. ap. Odoric. Raynald. in Annal. Eccleſ. a. 1221. n. 25.

ACROTOMVS. Papias Mſ. Eccl. Bituric. *Acrotomus, lapis dedolatus.* Vox plane Graeca, de qua Laus. in Amalthea: *Acrotomus, cujus ſummae partes ſectae ſunt.*

ACROZIMVS, *panis leuiter fermentatus, quaſi acroximus.* Iſid. Gloſſ. et Orig. l. 20. c. 2. In Gloſſ. Mſ. Bitur. *Acrizimus panis leuiter fermentatus, quaſi Agrozimus.* Ita et in Amalth. Onomaſt.

ACRVM. 1. Pro *acra*, in Tabular. S. Florentii 1050. 2. Pro *acre*, acerbum, Gall. *aigre.* in Vita S. Willibaldi Epiſc. t. 2. Iulii p. 506.

ACRVMEN, acredo, acrimonia. Gloſſ. Lat. Gr. *Acremonia*, ὄξιμον, *acrum*, ὄξιμον, *ſumor.* Vbi legendum forte *acrumina.* Conſt. African. ubi de Victus ratione: *nullum acrumen detur, antequam febris abſoluatur.* Academicis Cruſcanis *Agrume* eſt nomen genericum omnium olerum acrium.

ACRVS. 1. Pro *acra.* Charta Willermi Reg. Angl. a. 1080. 2. *Acrus*, ſen acer, i, pro *Aceris* (Germ. Ahorn, Maßholder) Ch. Comit. Ahtiſſiodor. a. 1213. *Vſuarium ſuum habent - - ad tremulum et ad chartum*

unitur et coniungitur et ultimum ei genesium et ad omne usuum mortuum.

AC SI: formula frequens in subſcriptionibus; v. g. in Actis Epiſcopor. Cenoman. p. 204. *Laudobertus ac ſi peccator Epiſcopus hoc priuilegium ſubſcripſi.* Graeci hodie ταχα eodem ferme ſenſu praeponere ſolent. V. Gloſſ. med. Graecit. h. v. Mabillon. de re Diplom. p. 468. † *Ac ſi, quaſi, quaſi.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ACSIVM, veru, id eſt ſpitum. Gloſſar. Cambron. Cangius legit *Affium* infra in *Spitum.*

ACTA. 1. AB ACTIS, actuarii, exceptores, actorum ſcriptores, in Nov. Iuſtin. 38. AB ACTIS FORI, apud Gruter. 445. 9. 10. et in leg. *Per hanc.* Codic. de Aduocat. diuerſ. judic. AB ACTIS SENATVS, apud eund. 389. 6. 446. 3. 457. 2. 458. 6. V. Pancirol. ad Notit. Imperii. 2. † ACTAI. q. ſupra *Athta, defenſa*, ager etc. quae ſub *hanno* ſunt. Ch. a. 765. tit. 1. Hiſt. Lothar. inter Probat. p. 282.

† ACTACHIARE, pro *attachiare*, clauo figere, in Ch. a 1482. inter Probat. t. 4. Hiſt. Nem. p. 21. V. *Attacare.*

† ACTAE, acta, chartae, inſtrumenta. Comput. a. 1357. ex Tabul. S. Vulfr. Abbatvil. fol. 11

† ACTARE, ſententia lata ſtatuere. Inſtr. a. 1284. ap. Laur. in Delic. erudit. P. 2. p. 411.

ACTARIVS. 1. *Actarii, diuerſis actibus occupati.* Papias. Io. de Janua habet *Actuarii.* 2. *Actarius* pro *Actuarius*, Commentarienſis. Vetus Inſcriptio ACTARIVS LEG. VII. V. Baron. ad 27. Martii. Vox quoque obuia in dipl. Philippi IV. ap. de Lauriere t. 1. Ordinat. Reg. Fr. p. 393.

† ACTE. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646. *Acte, coacte, compulſe. Acti, coacti. compulſi.*

† ACTEMPTATA, ACTEMPTATVM, a Gall. *Attentat*, aggreſſio, vſurpatio. Ch. Caroli IV. reg. Franc. a. 1405. in Hiſt. Lugdun. p. 128.

† ACTENVS *pro hactenus*, in Voeab. compend.

ACTERGVM. Ch. Ludov. Vltramar. Reg. Fr. in Tabular. Cluniac. in Probat. Hiſt. Vergiac. p. 42. *Sunt autem praedictae res in pago Matiſcenſe, in villa quae dicitur Materias, et in alterga, quae dicitur Nerunda ſuper fluuium Gronna.* † Forte retro; V. *Astergus.*

ACTERMINARE, pro *atterminare*, diem ſoluendae pecuniae ſtatuere. Gall. *attermer.* Probat. Hiſt. Harcur. t. 4. p. 1231. V. *Atterminare.*

ACTIBICARE. Formula vet. Andegav. 49. *Sic juxta actificantes ſaepe dictis germanis viſum eſt, ad ipſas perſonas decreuiſſe judicio* etc. V. *Aptificare.*

† ACTIGVVS, pro *attiguus*, adjacens, proximus. Occurrit in ch. Caroli M. a. 798. ap. Vghell. t. 1. Ital. S. p. 50.

ACTILE. Prima Statuta Rob. I. Reg. Scot. c. 27. quod eſt *de armaturis pro guerra. Quilibet paratus ſit cum actiliis et harneſiis praedictis - - et quicunque - - non habuerit omnia armorum actilia praedicta* etc. Pro *utenſilibus* militaribus vox haec videtur ſumi. Galli quaeuis inſtrumenta *outils* vocant.

† ACTINENTIA, pro *attinentia*, conſanguinitas, cognatio, affinitas. Statut. Synod. eccleſ. Caſtrenſ. a. 1348. P. I. c. 28. ex Cod. reg. 1592. V. *Attinentia* 1.

ACTINOSVS, reſplendens, radioſus. Hoc ſenſu ab Ambroſio lib. de interpel. Dauid, eccleſia *actinoſa* vocatur, i. e. fide operibusque ſplendida. Quidam legunt *actuoſa.* Rectius *actinoſa*, ab ἀκτις, radius ſolis.

ACTIO. 1. Officium, miniſterium, munus. Senator l. 3. ep. 25. *Animus publicis actionibus perſonas inſerere morum probitate conſpicuas.* Adde Victor. Vtic. n. 2. Leon. PP. ep. 77. Gregor. Turon. l. 4. Hiſt. c. 42. Fortunat. in vita S. Medardi c. 2. aliosque permultos a Cangio laudatos. 2. ACTIONES, acta, inſtrumenta actionum. *Actiones fiſci concremari* jubentur in leg. 3. Cod. Theod. de jure fiſci. 3. ACTIO, idem qui *actionarius* infra, Gall. *Agent.* Capitul. Sicardi principis

Beneuent. a. 836. *Si autem aliquis praesumserit actionem occidere, vtilitatem suam peragentem* etc. 4. Canon Missae, sic dictus, *quia in eo Sacramenta conficiuntur dominica*, inquit Walafrid. Strabo lib. de Reb. Eccles. c. 22. Hoc sensu vox occurrit passim apud Scriptores ecclesiasticos, vt patet ex locis a Cangio laudatis. 5. ACTIONES, Scenae spectacula. Collect. Concil. Hisp. t. 4. a. 1585. p. 360. *Decernit haec Synodus et mandat, vt in ecclesiis choreae, saltationes, actiones et profani cantus prohibeantur.* 6. ACTIONES SYNODORVM. Aliud est *Synodi Sessio*, aliud *actio*, cum in vno interdum consessu plures causae vel actiones explicari soleant. In Synodo Calchedonensi sex primae sessiones sex omnino actiones continent, singulae singulas. At Sessio septima tres actiones amplectitur, septimam, octauam et nonam. Sirmond. ad Facund. Hermian. l. 5. ex Liberato, qui id pluribus explicat c. 13. 14. 7. ACTIO FIDEI, vltimus et solemnis Inquisitionis actus aduersus haereticos variis poenis aut supplitiis afficiendos. Ejus ritus fuse explicantur apud Hofmann. ex Phil. a Limborch in Hist. Inquisit. l. 4. c. 41. Actionem hanc dixere primum *Sermonem generalem de fide*. Hispani vocant *Auto de Inquisicion*, Lusitani *Auto da fé*.

† ACTIONABILIS, efficax. Alex. Iatrosoph. Ms. l. 2. Passion. c. 140. *Hoc medicamen - - est actionabile et facile inuenitur.* V. *Actionarius.*

ACTIONALIS MALE, quisquiquas agit. Vita S. Dunstani t. 4. Maji p. 372. *Clericos etiam male actionales de ecclesiis propelleret.*

ACTIONARE, in jus vocare. Galli etiamnum dicunt *actioner*, *intenter vne action*. Occurrit ap. Will. Thorn. in Chron.

ACTIONARIA. 1. Idem quod *actio*, munus publicum, in Diurno Rom. c. 6. tit. 20. 2. Praedium villicum, seu possessio quaeuis quae ad ecclesiam aliquam pertinet. Chron. Farfense, ap. Murat. t. 2. P. 2. p. 450. *In primis actionaria Guidonis, Optemanus conductor vnus nobis colonum vnum nomine Guinicisum.*

ACTIONARICVM, i. q. *actio*, munus publicum. Synod. Rauennens. sub Io. VIII. c. 15. apud Holstan.

ACTIONARIVS. 1. Idem qui *actor*, *agens*, vel cui *actio* seu prouincia aliqua demandata est. Glossae veteres: *Actionarii, qui res nostras agunt.* Aliae: *Actionarii, comites, actiones et jura perquirentes.* Adde Capitul. Sicardi Princip. Beneuent. a. 836. Chron. Farfense, t. 3. Hist. Franc. p. 653. 657. 664. aliosque.

ACTIONARII PVBLICI, occurrunt apud Gregor. M. l. 10. ep. 8. 2. Efficax. Alex. Iatrosoph. l. 1. Passion. *Est enim satis actionarium medicamen.* 3. ?) ACTIONARIVS, ein Fürkäufer. Vocabul. Lat. Germ. 1477. impress.

ACTIONATOR. Gloss. Anglo-Sax. Aelfrici: *Actionator*, *Folc-gerefa*. i. actionarius, vel populo praefectus, praepositus. Ex Sax. *Folc* populus, et *Gerefa*, comes, praefectus. Ch. Ludov. II. Imper. ap. Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 224.

ACTITATA, actiones, seu agendi formulae, tota litis series, (Germ. Verhandlungen). Bulla Ioann. PP. XXII. a. 1333. *Visis et diligenter inspectis omnibus actis actitatis.*

ACTIVITAS, Philosophis scholasticis vis agendi. V. Goclenii Lex. Philos. p. 285.

ACTIVVM, *factionum*, *actensum*, in Gloss. vet. Cod. reg. 7641.

ACTO, ACTOE, vel ACHTEO, octo. In Pacto legis Sal. tit. 80. §. 9. Germ. acht.

ACTON, V. *Aketon.*

ACTOR. 1. *Defensor*, *patronus*, *causidicus*, *aduocatus*, *cursor*, Papiae. Lex Ripuar. c. 58. §. 20. *Servi ecclesiarum non per actores, sed ipsi pro semetipsis in judicio respondeant.* 2. Villicus, qui res domini curat, qui praediorum illius curam agit. Gloss. Ms. Cod. Reg. 1013. *Actor, villicus, instructor, artator.* ACTORES DOMINICI, qui res domini agunt, et eorum possessionibus et vtilitatibus inuigilant, in leg. 11. Cod. Theod. de Iurisdict. leg. 4. et passim

passim alibi. ACTORES REGIS, qui res a Rege sibi demandatas agunt, in Lege Longob. l. 1. tit. 9. §. 16. tit. 25. §. 21. tit. 30. §. 10. et alibi. ACTOR PVBLICVS, idem ac Actor Regis, in Legg. Liutprandi Reg. Longob. apud Murat. t. 1. P. 2. p. 62. ACTOR CVRTIS REGIAE, in Legg. iisdem tit. 39. §. 3. ACTOR PATRIMONII REGII, in lege Burgund. tit. 50. §. 3. ACTOR FISCI REGII, in leg. Wisigoth. l. 12. tit. 1. §. 2. Capit. Caroli M. l. 4. §. 3. ACTOR ORIGINALIS, († qui primus litem infert seu actionem intendit aduersus eum, qui sponsores et sponsorum sponsores habet; cujusmodi actores a Practicis Galliae *Demandeurs originaires* etiamnum vocantur. Ch. Ludov. Reg. Franc. a. 1484. ap. Baluz. t. 2. Hist. Aruern. p. 233. *Quare petebant et requirebant dicti actores originales, in quantum actores erant, dictos contractus venditionis terrarum - - rescindi, cassari, et adnullari.* ACTORES ECCLESIAE, proprie appellati, qui bona, possessiones, et facultates Ecclesiarum administrabant, veluti earundem oeconomi, seu vt Pithoeus censet, Aduocati, et Defensores Ecclesiarum. Pallad. Episc. in Epist. ad Defider. *Quid frater suus Deotherius Presbyter actorem ecclesiae Santonicae egit?* Gregor. Tur. lib. 7. c. 22. *Denique anno superiore commotum quendam leuem e ciuibus, ecclesiae actores fecit interpellare.* ACTORES PROVINCIARVM, *exactores et receptores publici debiti* dicuntur in Gloss. Mss. ad Cod. Theodos. l. 1. in Cod. Reg. 1197. Horum mentio est in Leg. Wisig. l. 12. tit. 1. §. 2. ACTORES VILLARVM, villici, apud Iulium Firmicum l. 3. Matth. c. 11. in Capit. Caroli M. l. 4. c. 41. ACTOR DOMVS, apud Sidon. l. 5. ep. 20. qui *Agens domus* dicitur apud Gregor. Turon. l. 7. ACTOR LOCI in lege Wisig. l. 6. tit. 1. §. 1. ACTOR POSSESSIONIS, in lege Burgund. tit. 50. §. 1. Vide Senatorem l. 4. ep. 40. 3. † Curator, qui ad opus vrget, vti explicat Flettwood in Sylloge antiq. Inscript. P. 2. p. 439.

Euge actor sacri princeps Leutbrande laboris.

ACTOREA PARS, actor, actoris pars, cui opponitur reus in speculo Saxon. l. 3. art. 33. Adde Ludew. Reliq. Mss. t. 6. p. 225.

† ACTORIA, ipsa actoris constitutio, nominatio. Ch. 1292. *Et Syndici, Actores et Procuratores - - vt de eorum syndicatu, procuratione et actoria constat per publicum instrumentum* etc. Academicis Cruscanis *Attoria* est munus actoris.

ACTORNATVS, Procurator, Syndicus communitatis, ap. Lobinell. t. 3. Hist. Paris. in Gloss. v. *Attornatus.* V. *Atturnatus.*

ACTRIX PARS, quae parti reae aduersatur. Rymer. t. 8. p. 211.

ACTVALIS. 1. Re ipsa existens, Gall. *actuel.* Item ad actum spectans; vnde Papias Mss. Bitur. *Actualia nomina ab actu dicta, vt Dux, Rex, cursor.* 2. Io. de Ian. *Actualis est qui facit acta, Actuarius diuersis actibus occupatus.* ACTVALIS CONVERSATIO, vita piis actibus occupata, vita perfecta. S. Isidor. in Additis ad libr. S. Hieron. de Viris illustr. V. *Actuare.* ACTVALIS VITA, eadem notione. Testam. S. Rudesindi a. 978. t. 3. Collect. Concil. Hisp. p. 184. † ACTVALIS IVSTITIA, quae in actu est. Exposit. regulae S. Bened. in Bibl. Heilsbr. p. 64. † ACTVALIS SCIENTIA *dicitur, quae res propositas operationibus suis explicat; cujus partes sunt tres, moralis, dispensatiua et ciuilis.* Gloss. vet. Cod. Reg. 7646. V. Isid. l. 2. Orig. c. 24.

ACTVALITER. 1. Re ipsa, nunc ipsum, Gall. *Actuellement.* Madox Formul. Anglic. p. 69. *Visitationem nostram ordinariam actualiter exercentes comperimus* etc. 2. † Per se ipsum agendo. Ch. 1413. in Reg. 167. Chartoph. Reg. ch. 138. *Ipse reus praemissa omnia et singula fecerat et perpetrauerat actualiter et manualiter, seu ea fieri fecerat* etc.

ACTVARE, perficere, finire, terminare, exercere se, seu vt ajunt Philosophi,

loſophi, *ad actum redigere.* Vita S. Franciſcae t. 2. Martii, p. 130. *Actuaſti te juxta poſſe tuum ad habendam mentem puram.* Quam loquendi rationem detorſere aliqui etiam ad aedificia. Ch. 1289. ap. Marten. t. 1. Aneod. p. 1212. *Ita tamen quod caput eccleſiae praedictae et oratorii actuetur juxta carreriam.* Id eſt, terminetur juxta viam.

ACTVARIVS. 1. In Gloſſ. Lat. Mſ. eſt *acta qui facit.* Papias, *Scriptor publicus, qui facit acta.* Io. de Ianua: *Actualis eſt qui acta facit; Actuarius diuerſis actibus occupatus.* † ACTVARIVS CVRIAE, Scriba: Statut. criminal. Saonae c. 13. p. 13. 2. Idem qui *Actor.* Ch. Ludov. III. Imp. in Tabular. Viennenſ. eccleſ. *Quandam partem villae - - ob incuriam priorum Praelatorum ejusdem eccleſiae* (et) *Actuariorum fuiſſe ſublatam.* ACTVARIVS CAPITVLI, in compendioſa Beneficiorum expoſit. Mſ. folio 16. † ACTVARIVS CAVSAE, actor qui cauſam proſequitur. Statut. criminal. Saonae c. 5. p. 6. 3. *Actuarii, Abbreuiatores, majoris et minoris parci, quorum primi diplomata ſignant, alii pecuniam pro ſignandis accipiunt.* Scriban. Amalth. V. *Abbreuiator.* 4. *Actuarius, qui balneare exigit.* Gloſſ. Iſid. in voce *Captura*, i. e. vt videtur Graeuio, qui mercedem a lauantibus exigit. Cangius v. *Captura* legit cum Mſ. regio: *Captuarius, qui balneaticum exigit.* Graeuius antiquam lectionem cenſet retinendam. 5. *Actuarii* proprie dicti, qui annonam a ſuſceptoribus accipiebant, dato pittacio, in quo continebatur quantum accepiſſent, eamque poſtmodum militibus erogabant, vt colligere eſt ex titulo Cod. Theod. *de Erogatione militaris annonae*, leg. 11. 13. 16. 24. 28. et tit. *de Numerariis et Actuariis*, leg. 3. 5. 10. 14. 15. Horum meminere Ammian. l. 20. et l. 25. Eutrop. Aurel. Vict. et Trebell. Pollio in Victorino. V. *Actus.* 6. *Actuarius agilis, velox.* Item *Notarius acta cito ſcribens*, in Amalth.. In Gloſſis Lat. Gr. *Actuarius, efficax, agilis, πρακτικος.* 7. ACTVARIVS LIMES, apud Agrimenſores dictus ab actus latiudine, qui agrum per jugera diſcriminabat. Nam duo actus quadrati jugerum faciebant, cujus eadem erat latitudo cum vnius actus longitudine. V. Salmaſ. ad Solin. p. 677. 678. ACTVARII PALI, Hygino, qui deſigebantur inter centenos vicenos pedes, ſic dicti ab actus longitudine, qui per 120 pedes porrigebatur.

† ACTVATIO, efficacitas. *De actuatione medicinarum*, Gentil. Fulginus in Expoſition. cum textu Auicen.

ACTVBERNALIS, *vicinus proximus.* Papias. Sed legendum *Adtubernalis*, vt apud Feſtum.

ACTVLA, littus, ora. Gloſſ. Gr. Lat. *ἀκτη, ἡ της θαλασσης, Actula, ora.*

ACTVM, quod in fine diplomatum, aliarumue Chartarum ſaepiſſime legitur, non ſemper idem eſt ac *Datum. Datum* tempus confecti diplomatis, *Actum* rem transactam ſignificat; vel *Actum* tempus confecti inſtrumenti denotat, *Datum* conceſſi, cum ſcil. inſtrumentum in manus impetrantis traditur. V. Mabill. Diplom. p. 193.

ACTVM, alio ſenſu V. *Actus* 3.

ACTVMARE, pro autumare, Gloſſ. Lat. Gall. ex Cod. Reg. 7692.

ACTVOSVS, V. *Actinoſus.*

ACTVPLEX, corrupte in Pithoeanis, pro *artifex*, inquit Graev. ad Gloſſ. Iſid. in v. *Artifex*, quae *dupliceм* aut *doloſum* ſignificat apud Iſidorum.

ACTVS. 1. Idem quod *actio*, officium, miniſterium. S. Cyprian. ep. 55. Hincmar. opuſc. 29. paſſim in Cod. Theod. et alibi. 2. Pagus, *Actoris*, ſeu Comitis aut Vicarii diſtrictus, vicaria. Vetus Ch. apud Perard. in Burgund. p. 21. *Peciola de terra, quae eſt ſita in Actu Oſtmenſe, in fine Elariacenſe.* 3. *Actus*, vox Gromaticorum et Agrimenſorum, Gr. *πλεθρον.* Gloſſ. Mſ. reg. 1013. *Actus, agri ſpatium 120. ped.* Iſid. l. 15. c. 15. *Actus eſt minimus latitudine pedum 4. longitudine 120.* ACTVS QVADRATVS *undique finitus*

tur pedibus 120. hunc Bortici arpennem dicunt, ab arando ſcilicet. Iſid. Papias: *Actus, menſura quae habet 120. pedes in latitudine. Haec arpennum dicitur.* ACTVS DVPLICATVS *jugerum facit*, Iſid. ACTVM INTERVICINALE, *quatuor pedes latum, qua jumenta agi poſſunt.* Papias ex Feſto. Iuriſconſult. *Actus* eſt jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. V. Rigalt. ad Gromat. 4. ACTVS APOSTOLORVM, liber eccleſiaſticus, qui vulgo *Acta Apoſtolorum*, apud Anaſtaſ. in S. Sil-ueſtr. et in Chron. Beſuenſi p. 514. lea apud Thuribium Aſtor. Epiſc. in libris apocryphis recenſentur: *Actus S. Thomae, Actus S. Andreae* etc.

† ACTVVM. Ordinar. antiq. eccleſ. Biſuntt. inter Probat. Hiſt. Sequan. t. 1. p. 91. *Sedente pontifice, ſine praeſentes in actuo eccleſiae, qui reconciliandi ſunt poenitentes.* Vbi legendum videtur *cetu*.

† ACVA, ſ. angulus, vel arcus. Ch. Aronis vicecom. Nemauſ. a. 1177. inter Inſtr. t. 3. Hiſt. Occit. p. 141. *Trado tibi — — II. ſolidos conſulatus, quos debatis pro tabula* (Sic) *quae ſunt vel ferri poſſunt ex utraque parte viae ab Acua qua* (Sic) *eſt ſuper cloquarium S. Eulaliae, uſque ad viam qua diſcurrit ad pratum.* Quae ſic legunnur in Ch. a. 1197. ib. p. 183. *Ab acu, quae eſt ſuper clocharium S. Eulaliae*, etc.

ACVANITAE, haeretici, quorum primus Acuas quidam Manetis diſcipulus. De his Baron. ad a. 277. n. 42.

ACVARIVM, *theca acuum*, in Onomaſt. ad calcem Aſtor. SS. Iunii t. 2.

ACVARIVS. 1. † Vt *acuarium*, in ch. a. 1248. 2. Acuarii, Anaſtaſ. Bibl. in verſ. Synodi VIII. act. 9. *ἀκουαρίους βαλλουσιδες, ἤγουν ἀκονητρους* etc. *Acuarii, ſtabularii, veterinarii, ſeu medici equarii.*

ACVBICVLA, male pro *Acupictile* legitur in Legg. Francor. Balil. editis l. 1. c. 75.

ACVBVS, V. *Aculus*.

ACVCLA, Scaplum, *ξυστρον* in Gloſſ. Gr. Lat. pro *Acucula*, vel etiam pro *Radula*.

ACVCVLA. 1. ACVCVLLA et ACVLA, diminut. ab *Acus* quaſi minor acus; ſic autem *diſcerniculum* dicitur. *Acum* Martial. *Acum crinalem* Apul. l. 8. *Acus crinibus diſtinguendis* Tertull. l. de Poenit. *Acum comatoriam* Petron. vocant. vbi Woweren. et Erhard. conſulendi. 2. ACVCVLA, ACVCVLIA, acutus, ſolers. V. *Agagula*.

ACVDA, rota hauritoria. V. *Acutum*.

ACVDAMENTVM, ACVIDAMENTVM, belli declaratio. ACVIDARE, eadem notione. Concil. Tarracon. a. 1591. t. 4. Collect. Conc. Hiſp. p. 591. Ibid. p. 583. V. *Acuydare*.

ACVITAS, acumen, vt ſtyli, ingenii etc. Goelen. Lex. Philoſ. 285.

ACVLEA, cuſpis campanaria, pyramis, obeliſcus, Gall. *Aiguille*. Vita b. Columbae Reat. t. 5. Maji p. 392.

ACVLERIVM, acuum theca. Statut. Ord. Grandimont. apud Marten. t. 4. Anecd. p. 1234.

† ACVLEVS, *genus tormenti ad modum acus acuti.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 521. V. *Equuleus*.

† ACVLIVM, pertica ferro praeacuto munita, vnde nomen. Tractat. Mſ. de re milit. et mach. bellicis c. 3. *Beccusfredus alias aculium, marinus fragens naues.* V. *Beccusfredus*.

ACVLVS, *Miniſterialis domus regiae*, in Gl. Iſid. Excerpta Pithoei: *Aculus, Miniſterialis*, etc. Cerda emendat *Acolythus*, Barthius *Aulicus*. Sed optime I. F. Gronouius *a caliculis*, quod probat ex Papia. Eſt autem a caliculis, pincerna, qui Suetonio dicitur *ad cyathum ſtare*. V. *Agagula*.

ACVMBA, *accubitum*. ACVMBISMA, *fulcrum*. Lex. G. B. in Amalthea.

† ACVMENTVM, quod pro acuendo inſtrumento ferreo ſoluitur. Inquiſit. a. 1284. V. *Acutio* et *Agnſtire*.

ACVMINARE, acuere, metaph. excolere, perpolire. Guibert. l. 2. de vita ſua, c. 5. *Adeo namque ſolers ejus quotidie acuminatur ingenium.* Hac voce ſine tropo vſus eſt Lactantius Opific. c. 7. *Acuminauit in caullam*, ACVMINATI CALCEI, V. *Roſtra* et *Paulainha*.

ACVMINARE, V. *Acuminare*.

† ACV-

† ACVNEI, *Victimae*, Gloss. vet. Cod. reg. 7641.

ACVNYDAMENTVM, ACVDAMENTVM, belli declaratio, diffidatio. Concil. Tarrac. a. 1591. t. 4. Conc. Hisp. p. 591. Ibid. p. 583. Vsatic. Barcimon. Mss. c. 64.

ACVNYDARE, ACVNDARE, ACVYNDARE, ACVIDARE, AQVINDARE, vox Catalonica, diffidare, hostem se declarare, ad bellum prouocare. (Germ. ol. absagen) Oriri videtur ex *abcognitare*, quod Leonh. Frischio est symbolo se distinguere, cui contrarium est *adcognitare*, alicui sese adjungere, Gall. vet. *s'acointer de quelqu'un*. Quid si *Acunydare* vox esset hybrida ex vocibus *ad invvu dare*, Canem vocare, quod constat ab eo qui alterum ad certamen prouocabat olim factum fuisse. Vsatici Barcinon. Mss. c. 81. *Si quis aliquid eis nocuerit, vel aliquod damnum vel forisfactum eis fecerit, ipsa teneat die per Acunydatum a Potestate.* Cap. 115. *Idem statuerunt - - quod si aliquis per semetipsum, vel per suum nuncium voluerit aquindare, vel diffidare suum seniorem, semel possit facere.* Adde Cap. 110. 111. Constitut. Catalon. Mss. c. 1. Ch. Ildefonsi Reg. Arag. a. 1187. in Reg. Lud. Hutini Reg. Fr. f. 7. *Vel non fuerit aquindatus vel diffidatus.* † Occurrit praeterea in Concil. Terrac. a. 1282. apud Martene t. 7. Ampl. Collect. p. 279. In alio a. 1291. ibid. p. 291. In Responss. Iacobi I. Reg. Arag. a. 1266. in Append. ad Marc. Hisp. p. 1448.

ACVPEDIVM. Gl. Gr. Lat. ὀξυποδία, *acupedium*, *adensatio*. Ὀξυπόδα, *adensa*, *denso*. *Acupedius*, *vel secundum aliquos acupedieus*, *i. Cursor*, *quasi acutis pedibus currens*. *Acupedineus*, *velox*, *vel ad acupedium pertinens*. *Acupedilius*, *velox*. Vgutio, Breuiloq. Io. de Ianua, ex Festo. Item *Aequipedius*, *Acripedius*, *Agipedius*, *Accipedarius*, *Accipes*, *Agipes*, eadem notione in Amalth. Onomast. *Acupes*, quasi *Ocypes* a Gr. ὠκύς, celer dictus est, *Acripedius* ab ἄκρος, extremus. Vox Graeco-Latina, quae hominem tanta velocitate currentem sonat, vt vix tangat humum summis pedibus.

ACVPICTILIS, Anastas. Bibl. in Leone IV. p. 177. *Velum acupictile habens hominis effigiem sedentis super panonem vnum.* Ibid. p. 187. Adde Capit. Caroli M. l. c. 81. V. *Acupictus* et *Acubicula*.

ACVPICTVRA. Regula S. Caesarii ad Mon. c. 42. *Plumaria et acupictura et omne polymitum - - nunquam in monasterio fiant.* V. seq.

ACVPICTVS. Isid. l. 19. Orig. c. 22. *Acupicta vestis*, *acu textilis*, *aut acu ornata. Eadem et Phrygia. Huius enim artis periti Phrygii omnes dicuntur.* Virgil. l. 11. Aeneid. *Pictas acu tunicas.* Vbi Seruius: *Nominat artis qualis esset tunica demonstrauit, nam huiusmodi vestes acupictae dicuntur.*

† ACVPITA, pro *Acupicta*, in Glossar. Cassin. annor. circ. 700. *Acupita*, *vestis est acu texitis.* Vbi lege *textilis*.

ACVPODIVM, ἀξυπόδιον, in Glossis Cyrilli. V. *Acupedium*.

† ACVRARIA, arg. *Acurarii*.

† ACVRARIVS, fabet ferrarius. Inquisit. a. 1288. inter Accessi. ad hist. Cassin. P. 1. p. 385.

† ACVRIVS. Cod. reg. 5600. annor. circ. 800. fol. 101. *Calendas Ianuarias quod maledictus Ianus docuit, hoc custodiunt, vel impuras quod mensus complunt, aut Acuriis attendunt, auiculas cantusues*, etc. Vbi legendum videtur *Augurios* pro Auguria.

† ACVSVS, accretio, accessio, (Germ. Anwachs, Anschütt) Ch. 1267. ex Bibl. reg. *Ripas fluminum et acursus, communes sunt.*

ACVTARE, breuiare, contrahere (Germ. abkürzen.) Prolog. part. 2. Hist. Translat. b. Edmundi ap. Marten. t. 3. Anecd. p. 185. *Cujus narrationes seriem ita acutare decreuimus*, etc.

ACVS. 1. Acicula, spinula, qua Pallium Archiepiscopale conssingitur, seu configitur. Ordo Roman. *Pallio superindutur, et configitur per acus in planeta retro et ante.* Bruno Signiens. de Vestim. Episc. Ch. a. 1301. in

in Sanct. c. 262. Proprie vero *acus* dicitur pars fibulae, qua illa claditur et astringitur. Trebellius Pollio: *Fibulam auream cum acu Cypria magna.* Fortunatus lib. 8. poem. 4. *Chrysolithus auratam fibula claudit acum.*

2. ACVS, *Calamistratorium*, in Gloss. Isid. V. *Acucula.*

ACVSTVMARE. 1. Tributum ex *consuetudine* seu consuetudine exigere. Hinc Gallorum *accoustumer*, assuefacere. Arrest. Parlam. sub Phil. in Tabul. Compend. *Nituntur - - acustumare pagenses injuste et de novo mercaturarum villae Compendiensis.* V. *Consuetudo.* 2. † A tributo quod *consuetudo* dicitur liberare, vel liberum declarare. Ch. 1452. Chartoph. reg.

ACVTA. 1. Febris violentior. Vita S. Margarethae Hung. n. 13. *Acuta Febris*, in vita Lietberti Episc. Camerac. c. 9. *Acutae passiones* apud Coelium Aurelian. l. 3. Tardarum passionum c. 5. et apud Orderic. Vital. p. 873. *Acuti morbi* apud Constant. Afric. l. 10. Pantechn. c. 5. Celsus l. 3. c. 1. ait, Graecos diuisisse morbos omnes in duas species: *alios namque ex his acutos, alios longos esse dixerunt.* IN ACVTIS LABORARE; Caesar. l. 10. c. 44. lib. 11. c. 36. lib. 12. c. 36. l. 1. c. 25. et alibi non semel. Noti sunt Arretaei et aliorum Medicorum libri περὶ ὀξέων παθῶν et Coelii Aureliani *de Acutis.* V. Humelberg. ad Sereni Sammon. c. 2. 2. ACVTA, in Musica. V. *Superacuta.*

ACVTARE, acuere. Passio S. Bonifac. Mart. n. 8. *Jussit ut calami acutarentur.*

ACVTARII CANES, in Lege Salica, iidem qui *Argutarii.*

ACVTELA, *acumen*, lo. de Ianua.

ACVTIA, *versutia: acutus, versutus*, Papiae. Ekkehard. Jun. de Casib. S. Galli c. 10. *Quae acutia sua versipelli resumpserat.* Adde c. 11. c. 16. *Saularium acutia*, i. cuspides, *Rostra*, in Vita Mariae de Mailliaco n. 36.

ACVTIANGVLVS, angulus acutus. Prolegom. in Euclid. l. 8.

ACVTIATOR, qui acuit, famiarius. Gloss. Lat. Gr. *Samiarius, sociarius, acutiator.* Idem *Acutor* dicitur Ioanni de Ianua.

ACVTIES, acumen, cuspis. Vita S. Cathar. Senens. t. 3. Apr. p. 901.

ACVTIM, *acute*, lo. de Ianua.

† ACVTIO, actio, qua quis aliquid acuit, vel subtilitas. Gloss. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Aguisement, acutus, tus, tui. Acutio, onis, idem, ou Soustiveté. Agumen, utue, vel subtillter.*

ACVTOR, V. *Acutiator.*

† ACVTVLE, diminut. ab acute. Timoth. Matt. de Magnif. Cosmi Med. apud Lam. in Delic. erud. p. 150.

ACVTVM, aedificii species, Hispanis, quae vox occurrit non semel in Foris Aragonensibus apud Mich. del Molino in Repertorio in h. v. ea in vi *Apprehensio*, vbi jungitur cum *Cequia*, i. Fossa riui. Hispanis *Acuda*, est rota hauritoria.

ACVTVS. 1. Clauus aut gomphus. Ebrard. in Graecismo c. 12. *Claua, genus baculi: clauis, sera: clauus, acutus:*

Mamotrectus ad c. 41. Ies. *Clauis, i. acutis. Acutum cuprinum* dixit Vegetius l. 3. de re veterin. c. 2. Innocentius Agrimensor, *acutum Cyprinum*, pro clauo aereo, quem *Cyprinum clauum* vocat Palladius. Pelagius libello 15. n. 48. *Impossibile est namque fabricare sine acutis.* Adde Bonifac. Episc. Atinens. in Sermone de SS. Nicandro, Marciano et Marcot. Vit. S. Potiti Mart. n. 20. Macrob. et Isidor. l. 19. c. 33. 2. *Pauis triangulus*, in Gloss. Mss. in Cod. reg. 319.

ACVYNDARE, V. *Acumydare.*

ACYNIDAMENTVM, V. *Acumydamentum.*

ACYRALIS, V. *Achiralis.*

ACYSTERIVM, V. *Asisterium.*

ACYTVRA, pro *Adjutura*, tributi species. Gall. *Aide* (Germ. Steuer). Ch. a. 1375. apud Baluz. t. 2. Hist. Aruern. p. 174. *Redditus, decimas, parcerias, prata, terras, nemora, riperias, portus, passagia - - et omnia alia commoda et emolumenta, jura, deuoria, et acyturas.* V. *Auxilium.*

ACZADA, Hiſpanis *Açada*. (Germ. ein Karſt) Gall. *Houe*, idem inſtrumentum ac *Acadus*, a quo tamen latitudine differt. *Acada* inſtrumentum eſt tenue, longum 8 vel 9 pollices, ac recuruum, quo maxime vtuntur vinitores et paſtinatores. V. *Açada* et *Açadon* in Diction. Hiſp. Gall. Sobrini.

ACZADVS, ex Hiſp. *Açada*, caprecolus, bidens, ligonis ſpecies. Innocent. III. PP. l. 13. ep. 161. de Burgenſi eccleſia: *Ferrum caldarariſum, acetrum, tres acuados, totidem acudas, 4 ciſtas Scutellis plenas*, etc.

ACZARIVM, chalybs, Gall. *acier*. Computum a. 1333. t. 2. Hiſt. Dalphin. p. 278.

ACZIMA, AOEIMATVRA, ACZIMIATVRA, pannorum tonſura. Comput. Io. de Poncinco ſub Humberto Dalphino a. 1333. t. 2. Hiſt. Delphinat. p. 279. *Item pro aczima ipſius robae - - fol. III.* Et p. 283. *Item pro tondiſtura ſeu acziniatura panni robarum Dominae Beatricis: - - 7. ſolut. den. Vienn.* Ibid. p. 284.

ACZIMARE, tondere. Ibid. p. 282. *Item pro tondendo ſeu acziniando ipſo panno*, etc.

AD. 1. Praeponitur ſaepe locorum nominibus, ex familiari ac vulgari loquendi formula, qua *ire ac pergere* dicunt *ad quaedam loca*; cujusmodi exempla paſſim proferunt Itineraria veterа Antonini et Hieroſolymitanum, et Peutingeri tabulae. Ita apud Ammian. l. 27. Mediolani locus occubrit, *ad Innocentes* appellatus. Graecos etiam recentiores ita locutos docuit Cangius in Deſcript. S. Sophiae n. 18. Regino a. 962. *In quodam monte qui dicitur ad Sanctum Leonem*. Frequentiſſime occurrit iſthaec loquendi ratio, praeſertim apud Scriptores Gallos et Germanos qui illum a vernacula mutuuerunt, non modo ubi de locorum nominibus ſermo eſt, ſed etiam et praecipue quidem, cum de officiis, miniſteriisue agitur. Sic in Computo gener. redditurum Reg. Fr. a. 1202. apud D. Bruſſel tract. de vſu feud. t. 1. p. CLVI. *Pro LX ſervientibus ad equos, et pro C ſervientibus ad pedem*; quod Gallis dicunt *Sergens à cheval, Sergens à pié*, (immo et Germani, die zu Pferde und zu Fuſſe dienen.)

2. AD non raro ponitur pro *in*. Spartian. in Pio: *Profectus eſt ad Campaniam*. V. Caſaub. ad eund. in Hadrian.

ADA, modus agri, in Charta quae habetur in Appendice ad Flodoardum, procul dubio mendoſe pro *acla*, quod vide.

ADACCVBITARE, i. q. *accubitare*. Abbo l. 2. de Bellis Pariſiac.

Cujus adaccubitus patens veſtigia, etc.

V. *Accubitare*.

† ADAEQVANTIA, juſta aeſtimatio, adaequatum cum re aliqua pretium; Gall. *adequer*. Statuta Vercell. l. 4. p. 166.

ADAEQVARE, aeſtimari diligenter diſcuti, inſpici. Honor. Imp. in lege 2. 413. t. 5. Cod. Theod. p. 134. *Loca quae praeſtationem ſuam implere non poſſunt, praecipimus adaequari, vt quid praeſtare poſſint - ſcribatur*.

ADAEQVATIO, aequa bonorum partitio inter hueredes, in Leg. Longob. l. 2. tit. 89. §. 3. cujusmodi *adaequationis ſ. exaequationis* bonorum formulae habentur ap. Lindenbrog. form. 67. 68. 69. 70. V. *Aequalentia*.

ADAEQVE, pro pariter, perinde, in diurno Rom. c. 8. tit. 4. §. 10.

ADAERARE. 1. Pretium addicere, aere aeſtimare, ad aeris pretium redigere, vulgo *adpretiare*. Gloſſ. Lat. Gr. *Adaerat*, ἐξαργυρίζεται, διαχαλκίζει, *Adaeratio*, ἐξαργύρισμος. Lex Burgund. addit. 2. §. 7. *Solidi qui a tempore Alarici Regis adaerati ſunt*. Et Lex Wiſigoth. l. 4. tit. 5. §. 7. *Poſt parentum obitum adaeratione adhibita*. Adde Io. Diac. in Vita S. Gregorii M. l. 2. c. 24. *Adaeratae annonae*, in leg. 31. Cod. de Erogat. milit. annonae, cum ſcilicet annonae in aere perſoluuntur.

2. Hinc Iac. Cujacio *adhaerare* idem eſt ac *albergare*, quod ſcilicet *alberga* quae primum ſeruitus erat fundo impoſita v. g. hoſpitio excipiendi,

nunc in aere ſoluatur. V. Caſaub. ad Theophr. Charact. p. 332. et ad Sueton. Salmaſ. ad Pollion. p. 398. et Iac. Gothofred. ad leg. 28. Cod. Theod. de Erogat. milit. annonae. 2. ADAERARE, ſ. aere munerare, ſtipendia decernere. Bulla Adriani I. PP. a. 772. in Bullario Caſin. t. 2. p. 13. Gloſſulae in Cod. Mſ. Cluniac. t. 2. Operum poſthum. Mabillon. p. 23. *Adaeranit, id eſt aere muneranit.*

ADAERATIO, V. *Adaerare* 1.

† ADAGAGIVM, vulgari pronuntiatione pro *Adaquagium*, irrigatio, vſus aquae ad prata irriganda. Ch. 1471. *Adagagium ipſum funditus vetus.* V. *Adaquagium.*

ADAGONISTA, *incitator, certator*, Io. de Ianua pro *Antagoniſta.* † Gloſſ. Lat. Gall. Cod. Reg. 7692. *Adagoniſta, Eschercheur.*

ADALBERGA. Teſtam. Adalaidis a. 978. ap. Marten. t. 1. Anecd. p. 97. *Alia medietas de fructu remanent Raimundo archiberga et adalberga.* Haud ſcio, an *archiberga* et *adalberga* idem ſint, qui dominus *albergae*, cui competit jus *giſti* ſeu jus quibusdam in praediis hoſpitandi. V. *Alberga.*

ADALGERE, pro *adaugere*, addere. Ch. pro monaſt. Nobiliac. Rotberto Rege: *Statui apud me: adalgere deberem ad eleemoſynam genitoribus meis.*

ADALIDES, auditores, Mauris Hiſpanis; apud Roderic. Tolet. l. 3. de reb. Hiſp. c. 24. alias *Adalides* dicuntur *itineris doctores.* De eorum munere vid. Gregor. Lopez. ex lege 4.

ADALINGVS, ADELINGVS, ETHELINGVS, EDELINGVS, EDLINGVS, etc. voces vnius et ejusdem originis, Saxonicae nempe, quae *nobilem*, et natalium ſplendore illuſtrem quempiam ſignificant; ab *aethel* vel *edel*, nobilis, quam etiamnum vſurpant Germani eodem ſignificatu. Lex Anglorum et Werinor. tit. 1. *Si quis Adalingum occiderit, 600 ſol. comp. qui liberum occiderit, etc. qui ſervum occiderit*, etc. Ita tit. 2. 3. 4. et 5. vbi trifariam hominum conditionem apud Saxones diſtributam obſeruare eſt, in *Adalingos* ſeu nobiles, *Liberos* et *Servos.* Quod firmatur ex Nithardo l. 4. Vocis vim attigit etiam Simeon Dunelm. et ex eo Rog. Houedenus a. 887. *In loco qui dicitur Ethelingaege, id eſt Nobilium inſula.* Nec dubium quin ab hac voce formata ſint Angloſaxonica illa vocabula appellatiua, *Ethelredus, Athelunus, Ethelbaldus, Ethelulfus, Ethelſtanus*, Regum Angloſaxonum familiaria nomina. Spelmannus auctor eſt, Saxonibus in more fuiſſe patrio nomini *Ling* ſubjungere, cum vel filium, vel juniorem denotare vellent, verbi gratia *Eadmundling*, pro filio Eadmundi; indeque plerasque Arctoas nationes terminationem iſtam retinuiſſe in nominibus appellatiuis, quae earum originem deſignabant. Vnde *Salingi* dicti a *Sale* fluuio, a quo profecti; *Nordalingi*, quaſi filii Aquilonis; *Eaſterlingi*, quaſi ſoboles Orientis. Vid. Cluuer. in Germ. ant. l. 1. c. 15. Beſold. in diſſ. de Ord. equeſtri p. 4. Ab hac igitur originatione dictos putant *Adelingos* regum praeſertim filios et haeredes. Edward. Confeſſ. in legg. c. 35. *Rex vero Edwardus Edgarum filium eorum ſecum retinuit, et pro ſuo nutriuit; et quia cogitabat haeredem eum facere, nominauit Adeling, quem nos dicimus Domicellum. Sed nos indiſcrete de pluribus dicimus; quia Baronum filios vocamus Domicellos, Angli vero nullum niſi natos Regum.* Certum autem regum filios *Adelingos* vocitatos. Ita ap. Simeon. Dunelm. de geſtis Angl. a. 866. *Elfredus, id eſt, Clito Adeling.* Ch. Aelfredi reg. in Monaſt. Anglic. t. 1. p. 203. *Ad inſulam Clitonum quae Anglice vſitato nomine Aedlingaeg nuncupatur.* Vnde colligitur *Clitones* et *Adalingos* eosdem eſſe. Adde Orderic. Vital. l. 12. p. 855. 869. V. *Adelinga.*

† ADALLEVANTIA, armorum quibus offendi poteſt genus. Stat. ciuit. Piſtor. a. 1107. ap. Murator. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 560. art. 130. *Si aliquis Piſtorienſis ciuis detulerit adſeritium, vel adallevantiam, ſpedum,*

dum, *vel lanceam*, *vel barionem*, *vel malatayam*, etc.

† ADALMATICA, pro *Dalmatica*, veſtis eccleſiaſtica. Ch. ex archiuo monaſt. Caſſin. *E. i. plubiale, e i adalmatica, e n crucifixos de lima* etc. V. *Adamaſchus*.

† ADALTA, *atria*, *vsque ad alteram partem domus*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

† ADALVS, inter piſces, qui ad dominos jure dominii pertinent, annumeratur, in Ch. a. 943. ap. Murat. t. 6. Antiq. Ital. med. aeui p. 456. *Si - ſturionem aut adalum in longitudine plus quam quatuor pedum prenderimus* etc. Stat. Mantuae l. 1. c. 2. Cod. reg. 4620. *Exceptis ſturionibus et adaïs et aliis piſcibus Padi*.

† ADAM. Ita apud Halberſtadienſes nuncupabatur quidam poenitens publicus, de quo Vid. Aeneam Silv. in Hiſt. de Europa c. 31.

ADAMA, humanum genus, Adami progenies. Miſſale Gallic. ap. Mabillon. Liturg. Gallic. p. 355.

ADAMANTES, ſpecies tignorum, vt videtur, ad apparatum nauis accommodorum. Informat. ciuit. Maſſil. ex Mſ. San. Germ. vbi de nauium apparatu: *Item VI adamantes ad longitudinem XVIII. paſſorum*.

ADAMAS. Vita S. Walrici Abbatis n. 10. t. 1. April. p. 19. E. *Hic ergo Sacerdos, juxta Prophetam, in templo Dei lapis eſt vivus in aedificio Dei appellatus, qui recte, vt antiq adamanti lapidi pretioſo comparatur, cujus natura talis eſt, vt quidquid adſpexerit, ipſum etiam ferrum ad ſe ſubtrahat.* † Videtur eſſe Magnes, Gall. *Aimant*. Vox Graecae originis. At vero Gallis olim *Adamas* prius dicebatur, *Aiment*, quam vocaretur *Diamant*; quae vtraque vox a verb. *adamas* originem habet.

† ADAMASCHVS, Damaſceni operis pannus bombycinus, Gall. *Damas*, Ital. *Damaſco*, (Germ. Damaſt.) Inuent. local. a. 1389. t. 3. Codic. Ital. diplom. p. 363. *Planeta una drappi auri in campo viridi, facta ad ſpicas cum friſiis largis adamaſchi, fodrata tafetali rubeo.*

ADAMATICA, arbor Paradiſi terreſtris, cujus fructum manducauere primi parentes. Petr. Chryſolog. Serm. 54.

ADAMATORIVS, ἐρωτικὸς, in Gloſſ. Lat. Gr.

ADAMATRIA, eadem notione apud Laurent. in Amalthea.

ADAMIANI, et ADAMITAE, dicti quidam Haeretici, qui Adae imitantur nuditatem, vnde et nudi orant, et nudantes ſe mares et foeminae conueniunt, etc. S. Auguſtin. lib. de Haereſ. et Iſidor. l. 8. c. 5.

ADAMICARI, adamari. Hiſt. Miſcell. apud Murator. t. 1. part. 1. p. 112.

*) ADAMIRNONI, Ketzer. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſum, procul dubio pro *Adamiani*.

ADAMITAE. 1. V. *Adamiani*. 2. *Adamitae, albi lapides durißimi*, Rochò le Baillif in Diction. Spagyr. quaſi diceret *indomitae* ex *a* priuat. et δμᾶω, domo. Iidem lapides ſunt, qui Plinio *Adamantites*.

† ADAMITTERE. Libertat. Pontis Vriſonis t. 4. Ordinat. reg. Franc. p. 640. art. 19. *Si pretor aliquem mandauerit, et ipſe cum inuentatur* (inuenietur) *ire noluerit, duodecim nummos adamiſeras.* Vbi eruditus editor emendat, *amittat*; quidni *adamittat?* V. *Admittere*.

ADAMPLARE, vt *adampliare*, Gall. *amplifier*. Roland. Patav. de factis in Marchia Tarui. l. 8. c. 6. ap. Murat. t. 8. p. 288. *Verſus inimicos fecit planari foſſas et adamplari vias.*

† ADAMPLATVRA, idem quod *Exartus*, ager recens exaratus, proſciſſus. Ch. Frid. II. Imp. a. 1220. ap. Murator. in Antiq. Eſtenſ. p. 415. Ital. diplom. t. 1. p. 1578.

ADAMPLIARE, pro *ampliare*. *Adampliare templum donis*, in veteri inſcriptione.

† ADANIARE, oſtendere, probare. Iudicat. a. 796. ap. Murat. t. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 318. *Poſtea interrogabimus - - vt ſi poterit adaniare*

viare linertate ſua, aut per chirtulam aut per teſtimonia, vel poſſeſſionem juxta lege quidem: ipſi dixerunt, quod ſua linertate adprobare poterit - Nec linertate noſtra adaniare non poſemus. An reſpexit ad notam manumiſſionis formulam per denarium, ita vt legendum ſit *adenariare?* V. in *Manumiſſio.*

† ADAPTARE, aptare, accommodare. Statuta Crimin. Saonae c. 35. *Prout caſus delicti ſe adaptaverit alicui de capitulis ſupradictis.* Ibid. c. 37. ADAPTARE SE, indulgere, de jure cedere. Litt. Officiali. Noviom. a. 1349. *Dicit dictus reus quod jura ſe adaptant, et per conſequens animus judicis ſe debet adaptare, adeoque tendunt ad finem humaniorem.*

ADAPTATIO, accommodatio, applicatio. Hiſt. Translat. B. Edmundi inter Anecd. Marten. t. 3. p. 1859. *Quod ſi ſimilitudo ad habitum referatur - - vera eſt adaptatio.*

† ADAPTVS pro *adaptatus*, aptatus, fabricatus. Stat. pro lanificio et pannificio a. 1317. *Loci, in quo* (panni) *parati fuerint et totaliter adapti.*

ADAQVAGIVM. 1. Aquarium. Serar. de reb. Mogunt. t. 1. p. 38. notae edit. 2. † Irrigatio, vſus aquae ad irriganda prata. Tetrar. Bellijoc. p. 50.

† ADAQVALE, riuus, canalis. Chartar. notarii d'Aubagne: *Confrontatam cum vallato ſine adaquali* etc. V. *Aquale.*

ADAQVARE. 1. Gloſſ. Lat. Gr. *Adaquat, ποτιζει.* Gloſſ. Gr. Lat. *ποτιζω ικανος, adaquo.* Lex Wiſig. l. 8. tit. 3. §. 15. *Pecora adaquentur tantummodo.* Adde Saxon. Gramm. l. 10. Hiſt. Dan. p. 179. Sueton. in Galba c. 7. Gregor. M. l. 11. ep. 5. Italis *adaquare*, eſt irrigare. Hinc 2. ADAQVARE pro irrigare apud illorum Scriptores occurrit, cum latine ſcribunt, Germ. bewäſſern. Chron. Parm. ad 1303. apud Murator. t. 9. p. 849. 3. Miſcere aqua, aqua diluere, Germ. wäſſern. Transact. a. 1351. ex libri Viridi fol. 63. 4. † Aquam praebere, ſuppeditare. Ch. a. circ. 1063. *De dicto fonte adaquantur officinae S. Chriſtophori.*

ADAQVARIVM, aqualis. Teſtam. Richardi II. ap. Rymer. t. 8. p. 76. *Et quod omnia, coronae aureae, ciphi, adaquaria, et vaſa aurea, et alia jocalia*, etc.

ADAQVATORIVM, aquarium, in Ch. Philippi Reg. Fr. a. 1270.

† ADAQVATVS, aqua aſperſus, madidus. Litt. remiſſ. a. 1355. Chartoph. Reg. *Et una camiſia adaquata - armatus erat.* Niſi ſit pro *adaequatus*, aptatus.

† ADAQVERIVM, aquarium. Ch. a. 1301. ex Tabul. Maſſil. *Propter putrefactiones adaqueriorum et privadarum dampnoſe confluentium ad portum.*

† ADARABA. Areſt. a. 1374. 10. Iun. ex Vol. 6. Areſt. Parlam. Pariſ. *Certa ſententia ſeu excommunicatio, quam Judaei inter ſe vocant niduy - - Dictus Vinentius Columbum praedictum in niduy poſuerat; et praefatus Columbus eidem Vinentio reſponderat, quod eidem dicebat Adaraba.* V. *Aladma.*

ADARCA, clypeus, pelta; Hiſp. *Adarga*, ab Arabico *Tarka* ſeu *Darca*, clypeus, inquit Bochartus. Germ. Tartſche. Teſtam. Ranimiri Reg. Aragon. aerae 1099. in Hiſt. Pinnat. l. 2. c. 38.

ADARDIRE CVM ALIQVO, i. e. pugnam eum eo experiri; inquit Muratorius. Hinc nata videtur Italicè vox *ardire*, tentare, audere. Vetus formula inter Luitprandi Leg. ap. Murat. t. 1. part. 2. p. 75. *Cum eo adardire voto.*

ADARESCHILD, aggreſſio facta in aliquo vico. Vox Longobardica, de qua Macer in Hierolex. orta ab *adardire.*

ADAS, *libra inter duodecim ſigna.* Papias.

ADASTA. Laurent. in Amalth: *Adſtia, ovis recentis partus, ſed vetus, ineptaque ſacrificiis, ficuti nec agna; nec dum bidens.* Feſto eſt etiam: *ovis vetula recentis partus.* Sed quomo-

do *recentis partus*, ſi vetula? Haec verba inquit Graeuius pertinent ad *Auilla*, de qua inferius: *Avilla, agna recentis partus;* juxta Scalig. *Adaſiae* opponuntur *bidentibus*. In Gloſſ. Iſid. *Adaſia, ouis major nata;* in excerptis vero Pithoeanis, *major natu*.

† ADASIATVS, Gall. *à l'aiſe*, ludicrum cognomen, apud Lobinell. in Gloſſar. ad Hiſp. Britann.

† ADASSAMENTVS, reditus, prouentus; niſi ſit pro *adcenſamentum*. V. *Adcenſare*. Teſtam. Guillielm. V. Dom. Montispeſſul. a. 1121. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 416. *Iubeo vt Lambertus bajulus meus teneat quatuor annos omnes adaſſamentos de Montepeſſulano et de Palude* etc.

ADASTRIA. Gloſſar. Bituric. *Adaſtria interpretatur petroſa vel dura; nam Adia Graece, petra; vel ab Adranes; i. e. infirmitas, vel impotentia: ſignificat autem ſortem quae eſt dura et inexorabilis.*

† ADATICTVS, pro *adtactus*, tactus morbo. Ch. a. 1459. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 288. *Nec octo, dies labuntur, migrati ſunt minusque adatacti aliqui in dicta ciuitate Nemauſi.* Vbi de morbo epidemico ſermo eſt.

ADAVCTAGERE, adaugere. Gloſſ. Lat. Gr. Mſ. *Adauctagit*, ἠυξησε. Forte *adauctaſcit*, vel *adauctegit*.

ADAVGMA, *augmentum*, *additamentum*. Io. de Ianua.

† ADBASSARE, demittere, V. *Abaſſare*.

ADBENEVISARE, V. *Abenemiſare*.

ADBOVTAMENTVM, fundus cum ſuis limitibus creditori aſſignatus, vt poſtea in illum ſpeciale jus acquirat. Hoc ſenſu accipitur in Conſuet. Pontiuienſ. art. 133. At in Meteruſi tit. 4. art. 31. fundus eſt aſſignatus et ſpecialiter creditori oppigneratus. Litt. Official. Attrebat. a. 1290. *Aſſeruit dicta Domicella - - ſe habere ſufficiens excambium ſine adboutamentum de dote ſua recuperanda* etc. V. *Abbutum* et *Butum*.

ADBREVIARE, *breuiare*, Io. de Ianua, in breuia redigere, *imbreuiare*, *adimbreuiare*, Italis *abbreuiare*. Matth. Weſtmonaſt. a. 1297.

ADBVTARE, terminare, Gall. *aboutir*. Ch. a. 1284. *Vna piechia terrae - - et adbutat ad terram* etc. V. *Abuttare*.

ADCAPITA, vt *Accapitum*, Emphyteuſis. Stat. Eccleſ. Nemauſ. inter Anecd. Marten. t. 4. p. 1043.

† ADCATHENARE, catena ligare, conſtringere, Germ. anketten. Ch. Raim. de Agouto a. 1348.

ADCAVSARE, in jus vocare. Vet. Formulae Andegav. apud Mabill. t. 4. Analect. p. 262.

ADCENSA, V. *Accenſa*.

ADCENSARE, ad cenſum dare; interdum et recipere ad cenſum. Lit. Official. Bitur. ex Cod. Mſ. Coaslin. *Dominus - publice confeſſus fuit ſe adcenſaſſe et ad cenſam annuam et perpetuam tradidiſſe* etc. Ch. a. 1244. inter Inſtrum. t. 4. nov. Gall. Chriſt. p. 162.

ADCENSATARIVS. 1. Qui dat ad cenſum. Litter. Official. Bitur. a. 1447. ex Cod. Mſ. Coaslin. In iisdem Litteris *Adcenſator* et *Adcenſatarius* modo vſurpantur pro illo qui ad cenſum tradit, et modo pro eo qui recipit. 2. Qui ad cenſum recipit. Litt. Official. modo laudatae.

ADCENSATIO, locatio ad cenſum annuum. Litter. Official. Bitur. modo laudatae. V. *Accenſa*.

ADCENSATOR, V. *Adcenſatarius* 1.

† ADCENSIMENTVM, datio ad cenſum. V. *Accenſa*. Ch. Lud. VII. reg. Fr. a. 1179. *Retinuimus etiam alia omnia quae tenebamus, quae ad praedicta adcenſimenta non pertinent.*

† ADCENSIRE, dare ad cenſum. Ch. a. 1163. ex Chartul. Regniac. *Herbertus adcenſiuit eccleſiae - - totam aquam ſuam* etc.

† ADCENSIVARE, eadem notione. Ch. a. 1207. in Chartul. Thenol. V. *Accenſinatio*.

† ADCENSVATIO, ASCENSVATIO, vt ſupra *adcenſimentum*. Ch. 1242. ex Chartul. Maurigniac.

† ADCESCARE. Ordinat. Alfonſi com Toloſ. a. circ. 1254. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 512. *Haec erit forma tradendi baltiriias et praepoſituras D. comitis, et terram ipſius adceſcandi.* Vbi forte legendum *adcenſandi*.

AD.

ADCHRAMIRE, V. *Adramire.*

† ADCLAMARE, vendicare, repetere, practicis Gallicis *clamer*. Chartul. prior. Neronis-Villae. V. *Clamare* 2.

† ADCLEPIATVS, infirmus, debilis, vt videtur; Gallis vulgo *éclopé*. Ch. a. 905. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 777. *Praepositus ejus* (abbatis) - - *injuste* - - *olinas contra consuetudinem colligere et premere fine calcariam facere praecipit, adclepiatis quoque, volentes nolentesque ire, et vites illic amputare contra consuetudinem jubet.*

† ADCLINE. Mirac. S. Germ. epiſc. Autiſſ. t. 7. Iul. p. 274. *Erat locus naturali quodam ſitu commodiſſimus; atque a parte orientali, clino montis paulatim lenteſcente, competenter adcline pendulus.* Id eſt leniter acclinis. Vide mox

† ACLINVS pro *acclinus*, acclinis. Glab. Radulph. Hiſt. l. 3. c. 5. t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 32.

ADCOGNITARE, ACCOGNITARE, notum vel *cognitum* facere. Gloſſ. Lat. Gr. *Adcognoſcit*, ἐπιγινώσκει. Hincmar. Rem. opuſc. 5. de coercend. milit. rapinis. Capit. Caroli C. tit. 16. *Vt omnibus ſuam voluntatem - - accognitet.* Ibid. tit. 27. 28. 30.

ADCOGNOSCERE, agnoſcere. Gloſſ. Mſ. Lat. Gr. *Adcognoſcit*, ἐπιγινώσκει. Germ. anerkennen.

ADCONQVIRERE, adquirere, apud Rymer. t. 2. p. 659.

ADCONSILIARE, conſilium dare, conſulere. Germ. anrathen. Notitia vet. in Pancharta nigra Turon.

ADCOPIOSVS, locuples, abundans. Gloſſae Lat. Gr. Mſ. *Adcopioſus*, ἱκανός.

ADCORDABILES DENARII, qui dantur domino vice laudimiorum, cum poſſeſſiones cenſuales diſtrahuntur, aut permutantur: quia eo caſu dominus et vaſſallus, ſi in diſtractione aut venditione nulla pecuniae ſolutio interuenerit, inuicem conueniunt; vnde ejusmodi laudimia *Accordemens* dicuntur in Conſuetud. Bituric. tit. 6. art. 1. 6. 7. 8. V. Conſuetud. localem Caſtellaniae Bellijoc. apud Thomaſſer. l. 1. c. 97. et p. 208 etc. V. etiam *Accordamentum.*

ADCORPORARE, V. *Accorporare.*

ADCRATATOR, Sarcinator, ſi bene conjicio; in enumeratione enim, qualem exhibet exemplum ſeq. ſarcinatores ſeu ſartores non ſolent omitti. Sed forte mendoſe legitur *adcratator*. Chron. Senon. t. 3. Spicil. Acher. p. 396. *Litteras ſuper hoc conſcripſerunt, continentes, quod Eccleſia Senonienſis duos carpentarios haberet, vnum coquum, adcratatorem vnum, lauandarium vnum, ſutorem vnum, piſcatores duos.* † Quis ſit *adcratator* non facile eſt diuinare. *Cratare* dixerunt pro Scalpere; an idcirco ſculptor hic eſt intelligendus? An aſſarius, Gall. *Rotiſſeur*, a crates vel craticula? Ex enumeratione enim miniſteriorum, quae eo loci exhibentur, nihil certi concludi poterit.

ADCREDITATVS, cui fides habetur, cui creditur, Gall. *accredité*. Hugo Farſitus lib. de mirac. S. Mariae Sueſſionenſ. c. 8. V. *Accredere.*

ADCREDVLITARE, fidem facere, purgare ſe, ſacramento omnem criminis ſuſpicionem amouere. Leges Inae Weſtſax. reg. c. 36. ap. Brompton. *Qui in collegio fuerit, vbi aliquis occiſus ſit, adcredulitet ſe, quod eum non percuſſit.*

ADCRESCENTES, dicti potiſſimum milites σχολαζοντες, qui non militabant, ſed militaribus numeris adſcripti, in locum legitimorum militum amiſſorum ſubrogabantur, ita vt numerus, ſi quando eſſet imminutus, repararetur, in leg. 11. Cod. Theodoſ. de re milit. et leg. 6. 7. de Tyron. et leg. vn. de Claſſ. ad quarum legum illuſtrationem adhibendus omnino auctor vetus ſubditus Notitiae Imperii c. 5. *Supplementa* vocantur in lege 9. Cod. Theod. de Tyron. leg. 3. de Tabul. et apud Ammian. l. 21.

ADDA, *cuneus, vel turba*, in Gloſſ. Mſ. Eccleſ. Bituric.

ADDAMNARE, ADDEMPNARE, damnum inferre. Vetus Notitia ap.

Louuetum in Bellouaco p. 531. † Ch. a. 1165. in Chartul. S. Ioann. Laudun.

ADDECIMARE, 1. Reg. c. 8. verſ. 14. 17. eſt *decimam accipere.*

† ADDECIMARI, decimae ſubjici, obligari. Ch. Gaufredi Duc. Aquit. Vita B. Meinwerci t. 1. Ian. p. 551.

ADDEMNARE, januam, feneſtramue ita obſerare vel firmare vt aperiri non poſſit, Gall. *condamner*, Germ. verdämmen, zudämmen. Guibert. l. 3. de vita ſua c. 11. *Reſidui Proceres profugarum vsque ad gonfos, feras et peſſulos omni ſubſtantia atque vtenſilibus addemnabant.*

ADDEMPNARE, V. *Addamnare.*

ADDENSANTOR, ὀξυκοδιστης, in Gloſſis Lat. Gr. Mſ. vtique pro addenſator, fullo, ὀξυκοδιστης, vt in aliis Gloſſis. In iisdem ὀξυκοδια, *acupedium, addenſatio.* Argutari pedibus dicuntur fullones; dum ſaltu ſuo fullonio, inquit Hofmannus, pannos condenſant. Hinc Titinnius de quodam fullone: *Terra haec eſt, non aqua, vbi tu ſolitus argutari pedibus cretam dum compeſcis veſtimentaque lanas.*

ADDESTRARE, Florentini dicunt pro *andar alla ſtaffa de Principi*, ſeu Principi ad equum inſeruire. Chron. Parm. ad 1291. ap. Murat. t. 9. p. 821. *Et Majores milites ciuitatis, Parmae pedeſtres adeſtrabant eum per fraenum et ſuper ſtaffas honorifice.* Vide mox

ADDEXTRARE, ADEXTRARE, tegere latus dextrum, ad dextram cujuspiam ſtare, incedere, conſidere. Baldric. in Chron. Camerac. l. 3. c. 38. *Eam* (Imperatricem) *in proceſſionem domnus Epiſcopus addexterauit.* Ceremon. Cencii Camerarii, Vita Gregor. PP. X. Clemens IV. PP. ap. Odoric. Raynald. a. 1311. n. 13.

ADDEXTRATORES. Cencius Camerar. in Caeremon. Mſ. ſic appellat *Papalis mitrae delatores; quia ipſi ad Papae dextram incedebant, quando equitabat ad viſitandam aliquam eccleſiam*, inquit Macer in Hierolex. v. *Adexterо.*

ADDICIALIS MENSA, regale conuiuium. Libell. de cauſis renunciati Sacramenti Daniae regi, ap. Ludewig. t. 5. Relig. Mſ. p. 323. † Pro *adjicialis*; eſt autem Latinis *adjicialis coena*, quae lauta eſt et affluens, vt docet Martin. in Lex. ad h. v.

† ADDICIO, tirocinium, a verbo addiſcere. Stat. Sabater. Carcaſſon. a. 1402. f. 8. Ordinat. reg. Fr. p. 568. art. 28. *Niſi tamen eciam quod dictus talis famulus ſine ſuus magiſter primitus pro ſua intrata addicionis ſui miniſterii, ſoluerit dictos X ſolidos Turon.* Quaſi pro *addiſcio*, vt et *addicens* pluries ibi pro *addiſcens*, V. *Addiſcere.*

ADDICTARE, i. q. *indictare*, deferre, poſtulare in judicio. Henr. Knigthon. l. 5. *Quem Rex fecit addictari et exulare per leges regni.* Latinis Scriptoribus *addicere*, eſt condemnare, *addictus*, condemnatus, vti pluribus probauit Sauaro ad Ep. Sidonii Apoll. Aliud ſignificat vox *addicter* Gallica, ſcilicet expreſſe ſtipulare.

† ADDISCERE, in tironem recipere, admittere, (Germ. anlernen, rectius anlehren). Ch. a. 1323. ex Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 35. *Dicti textores dicebant, quod ipſi non debebant ad eorum miniſterium ſeu officium aliquem addiſcere; niſi idem addiſcens per annos quatuor in dicto miniſterio ſeruiret.*

ADDISRATVS, V. *Adiratus.*

ADDITIO, Legulejis Anglicis dicitur quod praeter nomen et agnomen homini datur, quo illius ſtatus, gradus, conditio, ars ſiue miniſterium, et patria deſignantur, quae quidem in qualibet actione, in qua vtrigaria ſeu exilium decerni poteſt, addi et apponi debet nomini rei, ex Statuto Henr. V. a. 1. c. 5. Raſtallus.

† ADDITIONARE, amplificare, augere. Annal. Victorini Mſ. ad a. 1337. *Iohannes Andreae doctor eximius - - Clementinas gloſauit et Speculum Iuris additionauit.*

† ADDOARE, Seruitium militare, prout *feudatarii* ſolent, praeſtare, armis inſtruere. Ch. Caroli reg. Sicil. a. 1269. ex Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 80. *Quorum bonorum fructus -*

Ioanni

Ioanni Trencharona - - concedimus - - in pheodum nobile - - ſub ſervitio inſrafcripto, videlicet quod pro XX vnciis ex quantitate praedicta ſub ſervitio vnius militis, et pro aliis vnciis auri XIII. addoare vel addoari teneatur, ſicut alii feodatarii regni, juxta conſuetudinem regni noſtri. V. *Adobare* 2. et *Adohamentum.*

ADDONARE, clientem ſe profiteri, alicui addicere ſe. *Addonatio* ipſa clientelaris profeſſio. Ch. Phil. Pulcri reg. Fr. a. 1296. ex lib. rub. Cam. Comput. Pariſ. *Qui ſe eisdem praepoſito - et capitulo, infra annum et diem addonauerint ſeu ſe advoauerint ab eisdem, poſt talem addonationem ſeu advoationem* etc. V. *Aclamatio* et *Advoare* 3.

ADDORMIRE, obdormire, ſomno ſopire. Itinerar. Burdegal. *Eſt locus, ubi Jacob, cum iret in Meſopotamiam, addormivit.*

† ADDOZILLARE, ADOSILHARE, perforare, (Germ. **anbohren**), *duciculum* dolio apponere, a Gallico *Douzil.* V. *Duciculus.* Ch. Raim. com. Toloſ. a. 1219. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 68. *Item nullum vetum habemus, nec deinceps habebimus in vinis noſtris, quae addozillata fuerint ad vendendum ante noſtrum vetum.*

ADDRETIARE, ADDRESSARE, juri ſtare, († vel potius jus, ſeu quod juris eſt, facere, damna reparare) ex verbo *Dictum*, Gall. *Droit.* Regiam Majeſtat. l. 2. c. 74. §. 9. *Si contra dominum ſuum, et non juxta aſſiſam (parpreſturam fecerit) tunc diſtringetur occupator, vt veniat ad curiam domini ſui, id addreſſaturus.* Geruaſ. Dorobern. a. 1170. Quod erunt coram domino rege, die quem eis conſtituerit, ad rectum faciendum et addretiandum ei, et hominibus ſuis quod addretiare debuerunt. Ch. Comit. Burgund. a. 1287. in Tabul. Campaniae Thuani, f. 153. Hinc vox Gallica *addreſſer.* V. *Adreſciare.*

† ADDVCIMENTVM, praeſtatio, quae pro exemptione eundi in exercitum a vaſſallis penditur. Conſtitut. Freder. reg. Sicil. c. 29. *Quod nullus comes, baro ex feudatarius cogatur aut teneatur aliquid ſoluere pro adducimento; ſed perſonaliter ire in exercitu teneatur modo praedicto.* V. *Adhoa.*

ADDVCTIO, ſervitium in *adducendis* ſeu aduehendis meſſibus, lignis etc. Item in deducendis pecoribus, de loco in locum. Deſcriptio cenſuum et Reddit. dominii de Eska in Archiuo S. Audomari: *Item quidam - - debent adductionem quae Gallice dicitur* Dreſte - - *videlicet adducere animal vel animalia cujuscunque generis fuerint, vbicunque cenſuarius voluerit,* etc.

† ADEBITATVS, oneribus publicis obnoxius. Statut. Montis. Reg. p. 236. *Quod ſi aliquis inuentus fuerit tenere aliquid commune, quod non ſit adebitatum,* etc.

ADECERDITAE, Haereticl, qui dicebant, *Chriſto deſcendenti ad inferos, omnem animarum multitudinem occurriſſe ei, et credidiſſe ei, et liberatam fuiſſe.* Ita auctor Praedeſtinati l. 1. haer. 79.

† ADECIMARE, decimam aeſtimare, ſtatuere. Statut. Cadubrii l. 2. c. 85. *Et ad ſoluendum dictam decimam, et quod licitum ſit illi, qui exigere debet, decimammet adecimare et decimam facere, dummodo ille, qui decimam ſoluere debet, vel aliquis ejus familiaris ſit in praeſenti.*

ADEGA. Teſtam. Sancii II. Reg. Portug. aerae 1286. ap. Brandeonum t. 4. *Et totam adegam meam de Maçuilla, SS. cum omnibus cupis ſuis, quam emi pecunia mea.* † Forte Supellex, Gall. *Meubles.*

ADELANTADVS, Praefectus, Seneſcallus, olim idem Hiſpanis qui Gallis Gubernator et magnus Ballivus, teſte Cobarruuia. Hiſpan. *Adelantado.* Thuan. l. 14. p. 422. Edit. Genev. Rymer. t. 8. p. 619.

ADELINGA, ordo nobilium. Gotefrid. Viterb. a. 776. de Longobardis agens: *omnes reges illi fuerunt Adelingi, i. e. de nobili proſapia, quae apud illos dicitur Adelinga.* V. *Adalingus.*

ADELINGVS, V. *Adalingus.*

ADELPHI, monachi, fratres, ἀδελφοί, in vita Mſ. S. Magnobodi Epiſc. Andegav. c. 26. V. Meurſium in ἀδελφατον.

ADELPHORVS, frater, collega. Chartar. Eccleſ. Auxitanae in Biblioth. Sangermann. c. XLII. *Quia a ſanctos canones prohibetur tali conſanguinitas, ne jungatur a me et a meisque adelphoris, tali abſolutio inuenitur.* Hic agitur de matrimonio inter conſanguineos contracto, quod Archiepiſcopus Garciae dicit neque a ſe neque a ſuis *adelphoris* poſſe approbari.

ADELSCALC, miniſter Principis, ſeruus Principis; vox compoſita ex German. edel, nobilis, et Schalk, ſeruus, miniſter. Decret. Taſſilonis Ducis Bajouarior. Part. I. c. 1. *Serui Principis, qui dicuntur Adelſcalc.* V. *Hiltiſcalcus.*

ADEMPRAMENTVM, i. q. *Ademprum.* Vſatici Barcinon. c. 18. *Caſtrum cum adempramento ejus.* Adde c. 109.

ADEMPRARE. Ch. a. 1312. pro Pariagio Caſtri de Veneſcio in Occitania. *Item quod homines dictorum locorum ſe poſſint ademprare in locis circumuicinis, ſic vt conſueuerunt.* Michael del Molino in Repert. p. 224. *Milites et Infanciones poſſunt montes regales juxta forum ademprare et paſcere.* V. *Ademprum.*

ADEMPREMENTVM, i. q. *Ademprum*, in Annal. Toloſ. t. I. Inſtrum. p. 4. Item t. 2. Inſtrum. p. 14.

ADEMPRIVIVM, eadem notione, Inſtrum. a. 1229. ap. Marten. t. 1. Anecd. p. 953. *Nullam queſtam, nullam exactionem, vel forciam, nullam demandam ſeu adimpriuium habeo, vel habere debeo aliquo jure, vel aliqua ratione.*

ADEMPRVM, ADEMPRIVVM, ADEMPTIO, ADEMPTVM, ADEMRIVVM. (1) Praeſtatio quaeuis. Ch. Raimundi de Termes in Tabul. Carcaſſon. fol. 69. *Nullum Ius vel dominium habeo, nec jurisdictionem aliquam, nec ademprum, nec habere debui in toto caſtro.* Alia pro Caſtro Moiſſacenſi in Regeſto Toloſ. fol. 19. *Retinuerunt inſuper quod Conſules pro tempore conſtituti non ſint immunes a collatione, quin conferant, in quaeſtis et adempris factis communitati villae per D. Comitem.* Alia Petri Reg. Aragon. a. 1212. *Cum ſeruitiis, vſaticis, et aliis omnibus adempriuis.* V. Catellum in Comit. Toloſ. p. 225. Foros Arag. l. 4. fol. 85. et ex Obſeruantiis Regni Arag. l. 9. tit. Actus Curar. §. 8. Et Mich. del Molino in Repertor. p. 26. Neſcio an huc pertineat quod habent Vſatici Aquarum mortuarum: *Sint immunes ab omnibus quaeſtis, talliis et toltis, et mutuo coacto, et omni adempto coacto.* Nam ejusmodi vocabuli ab *adempeis rebus*, originem recte, vt opinor, accerſit Dion. Salvaingus in Tract. de Iur. Domin. c. 40. Ch. Wilhelmi Reg. Rom. a. 1252. in Probat. Hiſt. Sabaud. *Nec non adempta, quaeſtas, tallias, alias exactiones conſuetas*, etc. Ita *ademptio* in veteri Charta apud Columbum in Epiſcopis Siſtaric. l. 3. n. 13. idem ſonat quod *tolta.*

(2) Caeſar Noſtrad. in Hiſt. Prouinc. p. 398. ait eſſe jus quoddam a Comitibus Prouinciae ſubditis ſuis impoſitum ad expenſas faciendas pro maritandis ſeu nuptui collocandis filiabus, pro expeditionibus Hieroſolymitanis ſubeundis, et pro terris acquirendis: quo caſu eadem eſſet vis vocabuli, ac *Auxilii*, de quo ſuo loco.

(3) † Eadem notione ac *Vſagium*, ſeu jus vtendi aliqua re, paſcuis nempe et foreſtis. Pariag. inter reg. et condom. villae de Cuquo a. 1319. ex Reg. 61. Chartoph. reg. Ch. 343. *Item quod concedatur dictae vniuerſitati, quod ademprina ſeu paſcua communia, quae dicta vniuerſitas nunc tenet - - impoſterum ſimiliter teneat.* Alia 1341. ex Reg. 72. ch. 250. *Ademprium ſiue vſum depaſcendi ſua animalia et ligna ſcindendi.*

(4) † Io. Noſtradamus in Vit. Poet. Prouinc. p. 104. vocem *Ademprum* interpretatur *Emprunt*; at quo vade neſcio. Longe diuerſa notione occurrit.

(5) Adem-

(5) *Adempriuum* in Stat. Sabater. Carcaſſon. a. 1402. t. 8. Ordinat. Reg. Tr. p. 562. art. 12. *In caſu vero quod ille ſen illi, qui faceret adempriuum ſiue inuitationem gencium dicti miniſterii, pro communione ſen ſepultura talis infirmi ſen mortui* etc. Vbi adempriuum idem eſt atque inuitatio, vocatio, monitum. V. *Auemprare.*

ADEMPTARE pro *Attemptare*, tentare, ad malum inducere. Gezzo Abbas de Corpore et Sanguine Domini ap. Murat. t. 3. p. 278.

† ADEMPTIARE, aeſtimare, ad aeris pretium redigere. Ch. a. 1231. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 357. V. *Adaerare* 1.

ADEMPTIO
ADEMPTVM
ADEMRIVVM } V. *Adempruum.*

† ADENS, a verbo *adeſſe*, praeſens, aſſiſtens. V. *Adentia.* Vita S. Amati t. 6. Aug. p. 723.

ADENTIA, praeſentia, a verbo *adeſſe*. Ch. Creſimyri Reg. Dalmat. a. 1054. ap. Lucium l. 2. Hiſt. Dalm. c. 15.

ADEPS. Io. de Ianua: *Adeps, pinguedo exponitur, ex ad et epulum, quia epulis pinguedo ſolet addi - - Adeps proprie eſt pinguedo interior, et quae inteſtinis annexa eſt.* Papias: *Adipata, edulia adipe condita, cibi pingues.* Deſcriptio Bonorum Monaſt. Sanctimon. Deiparae Sueſſion. a. 558. *Adipis modii 100, ad diuerſa monaſterii luminaria, et ad condiendos cibos Sanctimonialium.* Et paſſim alibi. Adeps vero differt a ſepo vel ſeuo; Seuum enim animalium pinguitudo eſt, plusque terreſtris naturae participans, et cum refrixit, glaciatur, et fragile eſt, atque aegre liquefit, liquatum vero celerrime denſatur: adeps autem contrario modo ſe habet, nam liquidior eſt, minusque duratur.

ADEPSIT, pro adeptus eſt. apud S. Eulog. Cordub. in Apologet.

ADEPTICVS, *qui de facili acquiritur.* Io. de Ian.

ADEPTVS, (1) In Gloſſ. Gr. Lat. exponitur *δορυαλωτος*, qui gratis accipit. (2) † *Adepti* dicuntur in arte chymica, Parac. et Helmont. *Myſtae*, immo *ἐνοπται*.

† ADERARE, i. q. *adaerare* 1. in Ch. a. 957.

† ADEREPLARE, *epouſeir*, in Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352. Cod. reg. 4120.

ADESCARE, buccella in os inſerta paſcere, in os vel roſtrum eſcam indere. (Germ. ätzen, ſtopfen) Gloſſ. Lat. Gr. Mſ. *Adeſco, focio, ψωμιζω.*

ADESCATIO, *Dicta, cibatio*, ap. Math. Siluat. in Pandect.

ADESITARE, aſtringere, cogere. In Gloſſis Lat. Gr. *Adefitat, συναλυσει, συναγει.*

† ADESTARE, atteſtari. Placit. ſub Childeberto III. a. 711. t. 8. Collect. Hiſt. Fr. p. 676.

ADESTRARE, V. *Addextrare.*

ADEVANTAGIA, i. q. Gallis *avantage*, quod vltra partem recipitur, v. g. in Foris Aragon. l. 5. eſt titul. *De avantagiis, quas vxore praemortua, vel ipſa ſuperſtite, vir aut ejus ſucceſſores habere debent.* Alter: *De rebus, ſiue adevantagiis, quas vir et ejus haeredes habere debent aute partem.*

ADEXTRARE, ADEXTRARIVS, ADEXTRATOR, V. *Addextrare* etc.

ADFABER, arte peritus, in Gloſſis Gr. Lat. Mſſ.

ADFATIMIRE, V. *Affatimire.*

ADFATIO, allocutio, colloquium, in Gloſſis Lat. Gr. Mſſ.

† ADFATOMARE, donare per *adfatomiam*, i. e. feſtucam in ſinum ejus, cui donatio fit, projiciendo. V. *Affatimire.* Epiſt. Wittechindi abb. Corb. nonae a. 1196.

ADFATOMIA. V. *Affatomia.*

† ADFECTATORES, *petitores*, in Gloſſar. vet. Cod. reg. 7641.

ADFECTATVS, affectus, diſpoſitus. Acta SS. Martii t. 2. p. 451.

ADFERIAL, quaſi *ad feralia*, aquae quae ſuper mortuorum ſepulchra litabatur. Gloſſar. Lat. Gr. *Arferia*, apud Laurent. in Amalth.

† ADFEVDATVS, qui nomine *feudi* poſſidet. Ch. a. 1221. ex Reg. 71. Chartoph. reg. 34.

ADFIDARE, ADFIDVCIARE, V. *Affidare.*

† ADFIDIARE, fide data promittere, obligare ſe. Fundat. Ardenae a. 1138. inter Inſtrum. t. II. Gall. Chriſt. p. 77. V. *Affidare* 1.

ADFIGATIO, actio affigendi. Gloſſ. Lat. Gr.

ADFIGERE, vox propria in Legibus, cum ſc. Capitulum aliquod iis additur, *adfigitur*. Leges Luitpr. reg. Longob. tit. 63 54 tit. 69. §. 5. tit. 75. §. 1. tit. 91. §. 2. tit. 104. §. 4. tit. 110. §. 1.

ADFIGVRARE, pro *figurare*, vtitur Diomed. l. 1. Art. Grammat.

ADFILIARE, in filium adoptare. Anianus ad leg. 2. Cod. Theod. de legit hered. *Adoptivum, id eſt, geſtis ante curiam adfiliatum*. Vita Mſ. S. Gaugerici Epiſc. Camerac. l. 1. c. 4. Chron. Farfenſe apud Murat. t. 2. part. 2. p. 434. Gallis olim *affilié*. V. Cajum in Inſtitut. Parerga Alciati, et Cujac. l. 7. Obſerv. c. 15.

ADFILIATIO, AFFILIATIO. (1) Adoptio in filium. Gloſſ. Lat. Mſſ. Cod. reg. 1013. et Gloſſ. Iſid. (2) Acquiſitionis ſpecies. Chron. Farfenſe p. 657. et 663. *Solenni donatione contulerunt, quae ad eos ex conceſſione Regum, Reginarum vel Ducum, vel per affiliationem; vel comparationem, vel alium quemlibet attractum pervenerint*. V. *Filiolatus*.

† ADFLARE. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641. *Adflarat, addiderat. Adflauit, adiecit*.

† ADFORARE, aeſtimare, *forum* ſeu pretium imponere, conſtituere. *Adforatio*, ipſa aeſtimatio. V. *Afforare*. Ch. a. 1270. ex Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 151.

ADFRAMIRE. In Pacto Legis Sal. tit. 49. concipitur *de Adframire*, vbi in Edit. Pith. eſt 48. *de Afatomie*. V. Wendelin. et Cl. Eccard. cui *de Adfromire*, vel *de Adramire*, idem ſonat quod de deſignatione haeredis per ramum vel feſtucam in ſinum alicujus projectam facta.

† ADFRONTARE, terminari a parte, quae agri *frons* dicitur. Ch. a. 898. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 53. *Dono vobis vineam - - et adfrontat ipſa vinea de parte circii*, etc. vnde *fines ſive adfrontationes* in Epiſt. Ioann. XV. PP. a. 985. V. *Affrontare* et *Affrontatio*.

ADFRVTARVLVM, *vaſculum*, in Gloſſ. Iſid. In excerptis Pithoei, *Adfutabulum*. Forte *Acetabulum*.

† ADFVLARE, pro *adfolare*. Gloſſ. reg. Cod. reg. 7646. *Adfulauit, leuiter tetigit*. V. *Affolare*.

ADGAVDERE, gratulari, gaudia ſociare cum aliquo. Vita S. Syuonis Epiſc. Perſae in Actis SS. Iun. t. 2. p. 290.

ADGENICVLARI, ad genua prouolui. Tertull. de Poenit. c. 9. V. *Aggeniculare* et *Poenitentes*.

ADGISTARE, V. *Agiſtare*.

† ADGLIVATVS. Gloſſ. Cod. reg. 7646. *Adglinatum, obliquum, curuum*.

ADGNAEVM *repraeſentare*, apud Guillimannum in explicat. vocabul. aeui inferioris l. 1. c. 9 exponitur: auf gnad und ungnad ſtellen.

ADGNASCI, IC. ſaepe eſt pro *naſci*; inde *agnatio*, pro liberis, aut liberorum procreatione, apud Marculf. l. 2. form. 29. et in leg. I. Cod. Theod. de Collegiat. in leg. 19. eod. Cod. de diuerſ. Offic.

† ADGRAVARE, moleſtiam vel damnum inferre, in Chron. S. Petri Viui ad a. 99.

ADGRAVARI *aliquem*, in Iure Hungarico, punire victum.

ADGRETTVS et ADGRETVS, *aggreſſus*. Amalth I. Laurentii.

ADHABERE, pro *habere*, tenere, poſſidere. Tabul. S. Victoris Maſſil. ſub a. 12. Caroli M. Ch. Arnulfi Regis ap. Baldric. l. 1. Chron. Camer. c. 62. c. 77. Tabular. Briuat. c. 252. et alibi.

ADHABITARE, juxta ſeu prope habitare. Gloſſ. Lat. Gr.

ADHAERERE DARE, mittere in poſſeſſionem, *adheriter* in Conſuetud. Hannon. c. 77. 80. Montium c. 46. Camerac. tit. 1. art. 3. et alibi. *Paternis haereditatibus adhaereditatus*, in vita Lietberti Epiſc. Camerac. c. 2.

ADHAERENTIA. (1) Societas, adhaeſio. Rymer tit. 2. p. 503. *Perſonae - - captae vel propter adhaerentiam alterius partium, punitae revocaturum*. Ch. 1352. ap. Martene

t. 1. Collect. ampliſſ. p. 1468. Ludewig. Reliq. Mſſ. t. 6. p. 190. (2) Appendix, id quod adhaeret, Buhang. Vita S. Henrici Imp. t. 3. Iul. p. 759. Ludewig. Reliq. Mſſ. t. 5. p. 555.

ADHAERERE, (1) Pro *adjungere*. Anaſtaſ. in Stephano III. PP. *Adhaerens eidem Imperiali miſſo, quendam propriae gentis nefarium virum.* (2) ADHAERERE SAXOS, forte conuellere vel auferre ſilices. Agnellus in lib. Pontific. ap. Murat. t. 2. p. 178. *Alii tendebant ſalicum ramos, qui operiebant gloſſochomum, alii ſtrabam deſuper virentes herbas, alii extrahebant ebulos fagineos, adhaerebant ſaxos, velocius vt diſcurrerent rotae.* (3) † Admouere, applicare, fulcire. Stat. crimin. Saonae c. 35. *Nec liceat alicui appodiare vel adhaerere domui habitationis alicujus - - ſcalam aliquam, trabem, vel ingenium*, etc.

† ADHANSSARE, penſitationem pro mercibus exportandis ſtatutam perſoluere. Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1384. V. *Hanſa* 1.

† ADHEQARE, adaequare, partiri in aequas partes. Comput. a. 1382. ex Tabul S. Vulfranni Abbauil.

† ADHENAYRIA, V. *Azenayria.*

† ADHERBARE, agrum in pratum ſ. herbam redigere. Ch. 1459. *Ipſo prata - - a paucis diebus citra aprata et adherbata.*

ADHEREDITARE, dotare, mittere in poſſeſſionem. Acta SS. Iunii t. 4. p. 528. *Coenobium - - paternisque hereditatibus adhereditatum.* V. *Adhaeredare.*

ADHERMALES TERRAE. Vox Gallica quae idem fere ſignificat ac *Terres Ermes.* Praedia fere deſerta et inculta quae ad *terras hermas* prope accedant. Edict. Phil. IV. a. 1314. ap. de Lauriere t. 2. Ordinat. Reg. p. 22. *Et quamuis res ipſo tempore conceſſionum quondam deſertae, quoque tamque incultae, et aliae adhermales, ſeu medii valoris eſſent.*

ADHESIA, V. *Acheſia.*

† ADHIBERE. Gloſſ. ver. Cod. reg. 7641. *Adhibet, promiſit vel praeſtitit. Adhibete, praeſentem facite, inuocate.*

ADHOA, ſumitur vt plurimum pro jure *Releuii*, aut *Racheti*, vti paſſim videre eſt apud Andr. de Iſernia et Matth. de Afflictis in Conſuetud. Neapol. Marinum de Freccias de Feudis Sicil. l. 2. tit. de Releuio; Iac. de Axello Neapolit. in tract. de juro Adohae, Releuii atque Subſidii, ed. Lugd. 1554. Io. Franc. Capiblancum in tract. de Iure et Offic. Baron. orga vaſallos. Exponitur *ſeruitium militare* in Ch. Ioannae Reginae Sicil. a. 1366. V. *Adoha* et *Adobare.*

ADHOAMENTVM ADHOGAMENTVM, eadem ſignificatione occurrit in Statut. Honorii IV. PP. pro Regno Neapol. ap. Raynald. a. 1285. n. 48. Diploma Caroli Neap. Reg. filii a. 1328. ap. Vghellum in Epiſc. Aprutinis; *Sub feudali ſeruitio ſeu adhoamento.* V. *Adohamentum.*

† ADHORTATVS, in ſignificatione paſſiua, inuitatus. Epiſt. 42. Nicol. I. PP. t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 434.

ADHOSPITARE, in loco collocare. Dict. Cret. *Martem et Concordiam multis inimolationibus ſibi adhoſpitauere*, id eſt, vt in eodem quaſi hoſpitio habitarent, effecere.

ADHRAMIRE, V. *Adramire.*

† ADHVMATIO, humatio, ſepultura. Teſtam. Herib. Viromand. com. a. 1059. in Suppl. ad Aub. Mir. p. 304.

† ADHVRIVM, coeruleum, Germ. Azur. Acta inquiſit. Carcaſſon. Mſ. a. 1308. *Librum - peroptime illuminatum de adhurio et minone.*

ADHYCERE, pro *adjicere*, Rymer. t. 2. p. 469.

ADIACENTIAE, loca vicina eidem domino, aut dominio parentia, vel ſubjecta, *adjacentia*, appendices, Germ. Zubehör. Placit. Clodovei III. t. 4. Actor. SS. Ord. S. Bened. p. 619. *Cum omni integritate ſua, vel adjacentiis.* Adde Ch. Alamann. n. 26. apud Goldaſt. n. 39. n. 50. Flodoard. l. 1. Hiſt. Rem. c. 30. et alios.

ADIACEN-

ADIACENTIARI, aequiparari, componi, juxta poni, comparari. Ch. 1304. *Confrontatis et adjacentiatis inter terram dicti domini Petri ex parte una et vineam* etc.

ADIACTIVVS, pro *abjectivus*, qui vadimonium deseruit. V. *Abjectire*. † *Adactivus* legit Mart. Lyd. Gloss. in Nlc. de Clemangis.

† ADIANCIAMENTVM, in districtu parlamenti Burdigalensis idem est, quod alibi *augmentum dotis* nuncupatur; incrementum scilicet dotis quod mortuo marito vxori superstiti redditur supra dotem propter nuptias; Gall. AGENCEMENT, a Gall. *agencer*, conuenire, pacisci, quia ex antea actis pactionibus statuitur ac definitur. Nisi sit a voce *adjecement*, quam dixerunt pro incrementum, perfectio. Ch. 1366. inter Probat. t. 1. Hist. Nem. p. 295. V. Gregorium in Syntagm. juris vniu. l. 9. tit. 23. c. 5. et *Boucher d' Argis des gains nuptiaux et de survie* c. 2. n. 2. p. 27. V. *Agentiamentum*.

ADIAPHORISTAE, inter Euangelicos dicti sunt, qui paullo post incoeptam reformationem, indifferentes quosdam ecclesiae ritus retinere posse censebant. Hinc graues inter illos dissidii caussa, aliis librum *Interim* rejicientibus, aliis duce Melanchthone multos ritus tanquam *adiaphoros* admitti posse defendentibus. V. Hofmann. h. v.

† ADIBILIS, accessu facilis. Memoriale H. Cam. Comput. Paris. ad 1413. fol. 13.

ADICERE, pro *adjicere*, ap. Rymer. t. 2. p 99. et alibi passim, nec raro apud antiquos. V. Antiquarium Laurenb.

ADIECTAMENTVM, in l. 242. D. de Verb. sign. *Additamentum* in leg. 70. D. de Legat. 2. et alibi.

ADIECTIRE, in jus vocare. V. *Abjectire*.

† ADIECTIVARE, *faire adjectif*, in Vocabul. Compend.

ADIECTVS, additio, additamentum. Hist. Delphin. t. 2. p. 152.

ADIENCIAE pro *Adjacentiae*, appendices. Tabular. Calense p. 176.

† ADIENCIVM, quod *adjacet*, quod vicinum est, appendix Ch. a. 880. ex Chartular. eccles. Vienn. *Ipsam vineam cum casa et adjencio suo*. V. *Adjacentiae* et *Adjenciae*.

† ADIGERE, cogitare, Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Adigebant*, *cogitabant*.

ADILLARE, per alluuionem accrescere. Notitia a. 1145. *Hardacium parum*, *quod sub exclusa praedictarum ecclesiarum communi in sabulo impulsu undarum ibi adunato adillando creuerat*. Vbi pro *adillando* legendum videtur *adluniando*.

ADIMBREVIARE, i. q. *imbreuiare*. Vtitur Fleta l. 2. c. 27. V. *Adbreuiare*, *Imbreuiare*.

*) ADIMPERARE, edicto excitare, euocare ad aliquid exequendum. Germ. aufbieten. Itinerar. vet. in Hier. Pezii Scriptor. rer. Austr. T. II. p. 454. *Discurrit communitas*, *confunditur ciuitas*, *adimperatur et turbatur totius ciuitatis populus*.

† ADIMPLEBILIS, completus, Gall. *accompli*. Glab. Roduph. l. 3. Hist. c. 8.

ADIMPLERE, concedere, permittere. Tabular. S. Vandreges. t. 2. p. 148.

ADINEPISCI, adipisci. Ch. Pipini Franc. Reg. a. 768. ap. Felibian. in Hist. Monast. S. Dionys. p. XXXI.

ADINQVIRERE, pro *acquirere*. Ch. a. 1. Ludouici Reg. ex Archiuo Nobiliac.

*) ADINVENIRE, inuenire, sensu fori Germanici est, disquirendo, cogitandoque in causa, quid verum, justum et aequum sit, cognoscere; Germ. finden. In Dipl. Bremensi a. 1336. *Sententsamalitor fuit adinuentum*, i. e. sententia fuit inuenta atque inde pronuntiata. V. *Inuenire*.

ADINVENTIO, vel ADVENTIO, acquisitio. Statuta Monast. S. Claudii auctoritate Nicol. V. Papae edita p. 73. 84.

*) ADINVENTIONES, ADINVENTIONVM AVXILIA seu ADMINICVLA, saepe in antiquis documentis nominantur, inuentiones ad fallendam fidem, exceptiones pro infirmandis pactis et contractibus exco-

excogitatae; Germ. neue Fünde, böſe Fünde Io. Melberus de Geroltzhofen in Variloquo: *Adinuentiones*, die Fünde, vel neue Fünde. Dipl. a. 1477. ap. Hergott Geneal. Vol. III. p. 447. *Ad euidentiam praemiſſorum renunciamus juri, conſuetudinis, facti, indulgentiae, Papatis, Regalis et omnis adinuentionis auxilio et beneficio, per quae*, etc. Bulla Martini V. *Noxiis litigatorum nouis ſe frequenter adinuencionibus fallaciter implicancium repreſſis abuſibus.* V. Hornii Hiſt. Frid. Bellicoſi p. 851.

ADIOCARI, blandiri, ſchmeicheln. Acta SS. Maji t. 7. p. 647.

ADIOCATIO, colludium, jocus cum alio. Vita B. Car. Boni Comit. Flandriae t. 1. Martii p. 204.

† ADIORNALE, opus vnius diei, *cornatae* ſpecies, quam a ſubditis, ſuis domini exigebant, idem quod *Iornale*. Ch. a. 1325. in Reg. 64 Chartoph. reg. ch 127. *Vniuerſi, burgenſium tenentes, vndecunque venerint, ab omnibus talliis, pedagiis, paſſagiis, boagiis, adjornalibus perſonarum et animalium - - perpetuo ſint immunes.*

ADIORNAMENTVM, ADIOVRNAMENTVM, Vocatio in Ius, citatio ad diem dictam, Gall. *Ajournement.* Ch. a. 1296. apud Lobinell. t. 2. Hiſt. Britann. Litterae Philippi Reg. a. 1320. *Adjornantes partes eaſdem ad certam diem in curia noſtra - - certificantes curiam de adjornamentis eisdem.* Et paſſim alibi. Vide mox

ADIORNARE, ADIOVRNARE, ADIVRNARE. (1) Diem dicere alicui, in jus vocare, vox forenſis; Gall. *Adjourner.* Capit. Caroli M. l. 5. c. 151. Ch. Caroli Reg. Fr. a. 1446. ap. Thomaſſer. Conſuetud. Bituric. p. 107. Hiſt. Harcur. t. 3 p. 755. (2) Angli pro comperendinare, vadari, in vlteriorem diem ponere, vſurpant; Germ. aufſchieben. Statut Dauid. II. Reg Scot c. 21.

† ADIOTVM, AIOVDVM. Ch. a. 1252. ex Chartul. Vallis B. M. dioeceſ. Pariſ. *Conceſſerunt abbati et conuentui Vallis B. M. quod ipſi aedificent - - totum Ajondum, quod fuit Philippi Begouin.* Alia a. 1253. in caeteris alteri perſimilis ibid. habet *Adjotum*, vt et in Ch. a. 1268. ex Chartular. Domus Dei Pontiſar. *Item a Petro Tiart duodecim denarios de adjoto ſuo.* Gall. olim *Adjoubs* Liber cenſ. et redit. caſtellaniae Arciacenſ. ad Albam: *autres terres qui ſont appellees adjoubs.* Corgrauius in Dict. Gall. Angl. *Ajous* vertit *Furze*, geniſtae ſpecies, quae ſpinoſa eſt; *Adjotum* igitur ager eſt geniſtis obſitus. Et quidem *Ajous*, et *Ajoous*, nunc *Ajoncs* pro ipſa geniſta, vlex, occurrit paſſim.

ADJOVSTARE, AJOVSTARE, ADJVSTARE, quaſi *adjuxtare*, juxta ponere, rem ad alteram adaptare, comparare, Gall. *Ajuſter.* Cod. Mſ. cenſuum Epiſcopat. Antiſſiod. *De menſuris S. Germani et S Iuliani ajouſtare. Ille qui habet balliam S. Germani debet adjouſtare ſuum modium ad menſuram comitis.* Ch. Philippi Fr. Reg. a. 1280. ex Tabular. Corbeienſ. Conſuetud. Bituric. apud Thomaſſer. p. 340.

ADIPALIS, pro *adeps*, dixit S. Ambroſ. t. 2 p. 1040. *Adipalis* adjectiuo vſus eſt Arnobius, imo et Tullius in Oratore juxta edit. Argent. a. 1540. p. 199. *Adipale dictionis genus*, pro quo alii legunt, *adipatae.*

ADIPATA, *edulia adipe condita, cibi pingues*, Pap. † Gloſſ. Lat. Gall. Cod. Reg. 7684. *Adipatum, eau graſſe, i. bronet.*

ADIPICVLVS, *parvus adeps*, Ioannis de Ianua.

ADIPSAL. S. Ambroſ. t. 1. p. 66. de interpellatione Dauid: *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in diſpoſitionem cordis. Ab adipe adipſal enim dicitur*, id eſt *pingue.*

ADIRARE, ADIRATVS, ADISRATVS, dicitur de re non tam deperdita, quam quae non eſt ad manum; Gall. olim *adiré, esdiré.* Cod. Legum Normann. apud Ludewig. Reliq. Mſſ. t. 7. p. 190. *Si quis bouem vel aſinum, vel aliquam rem ſuam adirauerit, quae ab aliquo vania fuerit inuen-*

inuenta. Bracton. l. 3. tract. 2. c. 32. §. 2. *Poteris enim rem suam petere vt adiratam - - et sic consequi rem suam quamuis furatam.* Fleta l. 1. c. 38. §. 1. lib. 2. cap. 1. §. 5. Videtur vox orta a Latino *adaerare*, adeo vt *res adiretæ*, sit ea quae amissa et deperdita, et quae *adaeratur*, seu cujus pretium aestimatur, quod possessori reddendum sit.

† ADIRE, *expedire*, *sustinere*, *instituere*, *informare*, *vel inchoare*, *pronocare*, *subire*, *explicare*, *periculum facere*, *elidere*, *excutere*, *exuberare*, *insidiare*, *inducere*, *irretire*, *illicere*, *implicare*, *infestare*, *infectari*, *vel persuadere.* Gloss. vet. Cod. reg. 7646. In Cod. 7641. *Adire*, *pati*, *perferre.*

ADIRECTARE, *adtingere*, in Gloss. Ms. Regio Cod. 1013. Infra: *adtingere*, *adirectare.*

ADIS, frumentum. Gloss. Lat. Gr. Ms. *Adis*, σῖτος. Forte legendum *Adus*, vel *Ador.*

ADITA, pro *Aditus*, in Vita S. Bertini in Actis SS. Bened. saec. 3. part. I. p. 116.

ADITOR, qui adit, in Gestis Tancredi inter Anecd. Marten t. 3. col. 176.

ADITVS INTRANDI ET EXEVNDI, tributum ab introeuntibus et exeuntibus exactum. Ch. Hugon. Episc. inter Instrum. t. 2. nouae Gall Christ. p. 440. *Hunc locum - Deo et S. Petro deuote obtulit, cum terris et vineis atque casalibus, aquis, aquarumue decursibus, introndi et exeundi aditibus et cunctis ad eum pertinentibus.* † Rectius intelliges de nuda facultate libere introndi et exeundi.

ADIVDA, Hisp. *Ayuda*, Gall. *Aide*, auxilium. Ch. apud Marcam Hist. Beneharn. l. 6. c. 5. n. 6. V. *Aiuda.*

ADIVDICARE, i. q. *Indicare*, de qua voce suo loco, cedere; donare per testamentum, *extremo judicio.* Ch. Caroli Crassi a. 880. ap. Puricell. in Ambrosiana Basil. p. 236.

ADIVMENTA. Vetus Ch. Massiliensis a. 780. ap. Sammarthanos in Episcopis Massiliensibus: *Quod villa Caladius una cum appendiciis suis, vel omnes adjumentas suas, mancipia* etc. Sed legendum puto *Adjacentiis.*

ADIVNCTIONES. 1. Adjuncta, Germ. Zubehör. Donatio D. Munitae Abbatissae t. 3. Collect. Concil. Hisp. p. 91. 2. † Ordinationes. Statut. Monast S. Claudii auctoritate Nicolai V. Papae edita, p. 46. *Posterunt quoque - - manumittere, affranchisare, liberare, simul etiam per adjunctiones secundum patriae consuetudinem injungere et aggregare, et super hoc cum eisdem hominibus componere.*

† ADIVNCTVS, Socius, collega. Ordinat. a 1363. t. 3. Ordinat. Reg. Tr. p. 654.

† ADIVNGARE, *Décevrer*, in Gloss. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† ADJVNGERE, aequare. Glossar. aliud Cod. reg. 7646. *Adjungis*, *aequas.*

ADIVRARE. 1. Ad sacramentum adigere. Flodoardus l. 3. Hist. Rem. c. 28. *Post haec adjurent accusatores vel testes eorum in illorum baptisma.* Regula Magistri c. 61. Brompton. a 1018. Andr. Suenonis l. 4. Legg. Scaniae c. 12. vbi videtur legendum *abjurauerint.* 2. ADIVRATVS, Iuramento obstrictus, Gall. *adjuré*, in Consuetud. Hannoniensi, c. 77. §0. art. 4. Helmold. l. 1. c. 3. Roger. Houeden. in Ricard. 1. 3. † ADIVRANTES, Exorcistae. Pontific. vetust. Cod. reg. 943.

ADIVRNARE, V. *Adjornare.*

ADIVS, testis, qui rem ab aliquo affirmatam sacramento jurabat se veram credere; dicitur apud veteres. *Sacramentalis*, et *Sacramentarius.* Leges Rotharis apud Muratori. t. 1. part 2. p. 45. *Iuret cum duodecim adiis suis.* V. *Aidus* et *Sacramentalis.*

† ADIVSTAMENTVM, Ius adjustandi et adaequandi mensuras et exigendi quod pro eo jure exsolui debet, Gall. olim *Adjustement* Arest. Parlam. Paris. a. 1277. Gh. a. 1381. ex Chartular. *Airremar.*

ADIVSTARE, V. *Adjoustare.*

ADIVSTITIARE, adaequare, consequare, mensuram suo archetypo adaequa-

sequare. Ch. a. 1766. apud Loiſellum in in Bellovac. V. *Adhuſtare*.

ADIVTORES, dicuntur qui Magiſtratibus, ſeu potius officialibus quibustuis adiungebantur, vt in muniis obeundis eſſent, qui eos adiuuarent. Valerius Probus de Notis: ADI. *Adiutor*. Senator l. 6. ep. 6. ADIVTOR A LIBELLIS, qui ferebat opem Magiſtro Libellorum. Salmaſ. ad Lamprid. in Seuero c. 31. ADIVTOR A RATIONIBVS, qui proximo rationalium adiungebatur. Salmaſ. l. c. ADIVTOR A TABVLIS, i. q. *Adiutor Tabulariorum*. † ADIVTOR CLERICVS. Litter. remiſſ. a. 1398. Qui curionem in ſacro miniſterio adiuuat. ADIVTOR ILLVSTRIS COMITIVAE SEDIS, in Collat. I. Carthag. initio. Paulin. ep. 39. vbi alludit ad *Adiutores Comitum*. ADIVTOR COMITIS REI PRIVATAE, in Actis S. Suſannae. V. legg. 16. 17. 20. Cod. Theod. de Palatin. et l. 4. de Executor. ADIVTOR COMMENTARIORVM OFFICII V. CL. ET SPECTABILIS PROCONSVLIS, in collat. 2. Carthag. ADIVTOR COMMENTARIENSIS, in leg. 5. Cod. Theod. de Cuſtodia reor. ADIVTOR SACRI CONSISTORII. Concil. Calchedon. act. 14. ADIVTOR CORNICVLARII, in Notitia Imper. non ſemel, in vet. Inſcript. apud Gruter. 561. 11. et paſſim alibi. ADIVTOR ELEEMOSINAE, in Codicillo Philippi Pulchri a. 1314. ADIVTORES EPISCOPORVM, V. *Chorepiſcopus*. ADIVTOR AB EPISTOLIS, qui Magiſtratum ad alium in ſcribendis epiſtolis iuuabat. Salmaſ. ad Lamprid. in Seuero c. 31. ADIVTOR FOVRRERIAE, in Ordinat. Hoſpitii Ludov. IX. a. 1261. ADIVTOR MAGISTRI OFFICIORVM, in leg. 3. Cod. Theod. de agentib. in rebus, leg. 1. Cod. Iuſt. de offiic. Magiſtri offic. et alibi. ADIVTOR NVMERORVM V. C. ET SPECTABILIS VICARII, in Collat. Carthag. 2. c. 1. Collat. 3. c. 169. ADIVTOR PALATINORVM OFFICIORVM, in lege 4. Cod. Theod. de Execut. l. 17. de Palatinis i. q. *Adiutor Magiſtri officiorum*. † ADIVTOR IN PANETARIA, ſecundus in officio Panetariae. Ch Philippi Pulchri a. 1304. ADIVTORES DE SCHOLA NVMERARIORVM, in Notit. Imperii. ADIVTOR PRAEFECTI VRBIS, ſeu VRBANI OFFICII, in l. vlt. Cod de Offic. Praef. vrb. et apud Symmach. l. 10. ep. 36. ADIVTOR PRAEFECTI PRAETORIO, in leg. 8. Cod. Theod. de Numer. ADIVTOR PRAEFECTI ANNONAE, in vet. Inſcript. ap. Gruter. ADIVTOR PRAESIDIS, in Actis S Neſtoris Epiſcopi et Martyr. n. 6. ADIVTOR DATVS PRAETORI PEREGRINO, in vet. Inſcript. ap. Gruter. 399. 6. ADIVTOR PROCONSVLIS, in Inſcript. vet. ap. Grut 331. 3. 371. 8. ADIVTOR PROVINCIAE, Val. Prob. de Notis. ADIVTORES QVAESTORIS SACRI PALATII, in leg. 15. Cod. de Proxim. ſacror. Serin. ADIVTORES REGII, miniſtri Regii, qui in Regis mandatis conficiendis Principem ipſum adiuuant. Addit. 2. Capitul. Caroli M. c. 24. Concil. Pariſ. Vl. l. 3. c. 23. Concil. Aquisgran. II. c. 3. can. 11 12. ADIVTORES ELECTI DE SCRINIIS, ADIVTORES MEMORIALES DE SCRINIIS, in Notit. Imp. ADIVTOR SECRETORVM. Concil Calched. act. I. ADIVTOR TABVLARIORVM ſeu A TABVLIS. Salmaſ. ad Lamprid. in Seuero c. 31. ADIVTOR TVTELAE, Briſſon. et Calv in Lexic. Iurid. ADIVTOR VRBANI OFFICII, i. q. *Adiutor Praefecti vrbis*. ADIVTOR, officium in coquina Regia in Ordinat. Hoſpitii S. Ludov. Reg. a. 1261.

ADIVTORIVM, Praeſtatio, quae a ſubditis Principi fit, pro eo adiuuando in ejus neceſſitatibus, vel ſane eo praetextu. Ch. Alex. Comit. Cuperſanenſ. a. 1102. Vghell. t. 7. p. 1073. et Conſtit. Sicul l 3. tit. 19. V. *Auxilium*. † ADIVTORIVM NATALIS, PASCHAE, Praeſtatio, quae fit ad Natiuitatem, ad Paſcha. Murator. t. 5. Antiq. Ital med. aeui p. 900. ADIVTORIVM GENERALE,

RALE, ADIVTORIVM COQVINAE, Praeſtatio, qua facilius *Generale* monachis exhibeatur et ex coquina abundantius ſubminiſtretur. Necroloq. Abbatiae S. Petri de Caſis.

ADIVVAMENTVM, auxilium. In veteribus Gloſſis, *Adiuuamentum*, *βοηθημα*. Ita et Io. de Ianua in Cathol. Addit Breuiloquus *Adiuuamen*. Proceſſ. de Vita S. Thom. Aquinat. t. 1. Mart. p. 699.

ADIVVARE. (1) Pro *abiurare*, eiurare patriam et in exilium abire. Inſtrum. a. 1205. t. 3. Hiſt Harcur. p. 102. V. *abiurare*. (2) Proficere, propagari. Vita S. Wilfridi Epiſc. inter Acta SS. Bened. Saec. 4 part 1. p. 690. (3) Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Adiuuat*, *propugnat*, *vel praeſidet*. (4) (*) SERMO ADIVVANS, i. q. Germ. Helfrede, i. e. exceptio in Iure. Ch. Erici duc. Saxon. a. 1377. apud Dn. de Weſtphalen T. II. p. 2279. *Renuncianᵗ - - omnibus exceptionibus*, *defenſionibus et ſingulis adjuuantibus ſermonibus* etc.

ADIVXTARE, accommodare. Vita Mſ. S. Gaugerici Epiſ. Camerac. l. 1. c. 7. *Pauperibus ſemper ſe ac parvulis adiuxtabat*. V. *Adiouſtare*.

ADLANCINARE. In Gloſſ. Iſid. *aſtaminare* eſt *vſurpare*, vbi Pithoeus habet *adlancinare* pro *attaminare*.

† ADLAPSVS, *ſenſim veniens*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641. Codex alter 7646. *Allapſa*, *caute veniens*. German. angeſchlichen kommen.

ADLASSARE, ceruum, aprum, perſequendo laſſare, fatigare. Pactus leg. Sal. tit. 26. §. 5. 6. vbi editio Heroldi habet *alaſſaueruns*; aliae *laſſauerunt*.

ALLATERALIS, ſocius, qui ad latus eſt, vel incedit. Radulph. de Diceto. V. *Lateralis*.

ADLATERARE, ALLATERARE, latus tegere, ad latus incedere. Aelred. Rievallenſ. in S. Edwardo. V. *Addextrare*.

† ADLAVI, *Nauigium duci*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641.

ADLECTI, Senatores dicebantur, qui a ſenatoriis oneribus ſingulari priuilegio immunes erant. V. Gothofred. t. 2. Cod. Theod. p. 6. 7.

ADLEGARE, V. *Allegare*.

ADLEGIARE, lege ſeu Sacramento interpoſito, ſe purgare, culpa ſe eximere, facinus diluere. Leges Alfred. Reg. Veſtſax. Brompton. c. 4. c. 13. Leges Willelm. l. Angl. Reg. c. 68. c. 70. Leges Henr. l. c. 63. Ita vocem *allegiare* vſurpant eaedem Leges Henr. c. 41. 63. 66. 86.

† ADLEMANIAS, pro *Allemannia*, Germania. Mirac. S. Amalbergae t. 3. Iul. p. 110

ADLENTARE BARBAM, mollem et flexibilem reddere, apud Cantipratanum. Gloſſ. Iſid. *Lentandus*, *flectendus*. Gloſſ. Gr. Lat. *συνεχης ὑπερθεσις*, *Adloncinatio*, *continuatio*. Vbi Codex Mſ. S. Germani habet *Delentinatio*. Vnde videtur *Adlentinatio*, ex verbo *adlentinare*, lente aliquid agere. V. Acad. Cruſcanos in *Allentare*.

ADLENTINARE, ADLENTINATIO, V. *Adlentare*.

ADLEVIARE, ALLEVIARE, pro *alleuare*, Germ erleichtern. Epiſt. D. Iacobi c. 5. 15.

ADLICVLA, *genus veſtis*, in Gloſſ. Iſid. ad quas Graeuius: Scribe *Alicula*. Heſych. *ἀλλιξ*, *χιτων χειριδωτος*. Vid. Cuiac. obſerv. X. 18. et *Alicula*.

ADLITICARE, pro *litigare*. Veteres formulae Andegav. t. 4. Analect. Mabill. p. 235.

ADLITTARE, ad littus appellere. Arnold. Lubec. l. 5. c. 2. V. *Adripare*.

ADLOBRIVS, *Gallus*, *ciuis de Gallia*. Ita Gloſſ. Mſ. Reg. Cod. 1013. ſed legendum videtur *Allobrox*. Gloſſ. Iſid. *Allobroga*, *Gallus rufus*; quod hauſtum eſt vt recte aduertit Graeuius, ex Scholiis Iuuenal. Sat. 8.

ADLONCINATIO, V. *Adlentare*.

† AD LONGIVS, ad ſummum. Ch. 1196. ex Tabul. S. Ioann. Laudun.

ADLOQVVTOR, *conſolatur*, in Gl. Arabico-Lat

† ADLOSITVM, *adliſum*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641.

† ADLV-

† ADLVDARIVS, ADLVDATVRA, V. *Alludarius.*

† ADLVRICVM, *res ad vſum apta.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641.

ADLVVIAE, *loca cœnoſa*, in Gloſſ. Iſid.

ADMALLARE, i. q. *mallare*, in *mallum* vocare, in ius vocare, in Leg. Sal. tit. 52. §. 2. tit. 53. §. 1. et Ripuar. tit. 51. Ch. Caroli M. apud Meurſſium in Epiſc. Metenſ. p. 185. Occurrit etiam in Formul. Andegav. non ſemel. V. *Mallare* et *Mallum.*

ADMANNIRE, i. q. *Mannire*, coram tribus teſtibus in ius vocare. V. *Mannire.*

† ADMANSARE, in *menſum* concedere, i. q. *Admaſare.* Ch. a. 1188. ex Chartular. Cluniac. V. *Menſus.*

ADMANSIONES. Gloſſ. Medic. Mſſ. Cod. reg. 1486. *Admanſiones, i. in ſero*, Alibi: *admanſionem, quia omnis reumatica paſſio in nocte exacerbatur.*

ADMANVENSIS. Concil. Oſcenſe anno 636. c. 2. *Quod ſi quidquam malum de quoquam* (Clerico) *fama dixerit, per veram et certiſſimam Clericorum probationem, vel virorum admanenſium - - omnia argutiſſime perquirantur.* Vbi *admanuenſes viri* videntur eſſe, qui *manu* jurant, ſeu manibus S. Euangelia tangentes; nam *jurare ſuper ſacra*, i. Euangelia, vetantur Clerici, quorum aſſertio pro ſacramento erat; vnde *Fidedigni* dicuntur. V. in hac voce.

ADMARTYRIZARE, martyribus aſſiſtere, ipſos ad conſtantiam hortari. Commodian. Inſtr. 58.

Si refrigerare cupis, admartyriza.

ADMASARE, ADMASIARE, jus et locum habitationis ſub cenſu annuo in villa concedere, in *menſum* dare, Gall. *Amaſer.* Ch. 1257 Capituli Eduenſ. *Locus amaſatus* ergo ille eſt, qui a Domino feudi fuit ad habitandum conceſſus, et *Admaſamenſes*, loca ſunt aedificata ſub iisdem legibus et oneribus aſſignata. Vnde in Conſuetudinibus paſſim occurrunt horti, prata, aliaque praedia, quae dicuntur *admaſata*, non quod *hoc* aedificarit, ſed quod conceſſa ſint ſub hac forma et lege. V. *Manſus* et *Maſſa.*

ADMASVRVS PANNVS. Leo Oſt. l. 1. Chron. Caſin. c. 58. *Pannum altaris diarodynum byzant. 16. tapetia optima 16. pro byſant. 67. pannum admaſurum pro byzantiis 8. etc.*

† ADMENARE, ab Ital. *amenare* et *menare*, agitare, commouere, minas intentare, pugnum, gladium aliudue agitando, ad aliquem minaciter accedere. Statut. Mant. l. 1. c. 45. Statut. Palauic. l. 2. c. 15.

ADMENSVRARE. (1) Ch. Philippi Aug. a. 1285. ap. Morin. in Hiſt. Vaſtinenſi p. 707. *Feodus vero qui adeo modicus fuerit, quod ad 12 denarios eſſe non debeat, admenſurabitur*, hoc eſt, ſua ei menſura dabitur. In alia Ch. ejusd. regis ap. Martene t. 1. Ampliſſ. Collect. p. 969. *admenſurare*, vt videtur, idem eſt, ac imponere tantum tributi, quantum cujusque facultates patiuntur, Germ. anmeſſen. ADMENSVRATAE, ordinatae. Praecept. Caroli M. ap. Martene Collect. ampliſſ. t. 1. p. 34. (2) † Aeſtimare, ſtatuere, praeſtinire. Ch. Gaufridi epiſc. Meld. a 1211. ex Chartular. Campan. Ch. a. 1223. ex eod. Chartular.

ADMENSVRATIO, ſtatutum, definitio. V. Bracton. l. 3. tract. 1. c. 1. § 1. lib. 4. tract. 5 c. 17. §. 2, et Fletam l. 4. c. 23. §. 2.

ADMENTIRI, pecuniaria mulcta taxari. Ch. Henrici Angl. Reg. a. 1155. ap. D. Bruſſel Tract. de vſu feud. t. 2. p. 4. † Verbum fictitium, aut culpa amanuenſis, aut quod perperam lectum eſt. Reſtituendum *admercientur*, ex ipſamet Charta quae habetur in Cod. reg. 4611. V. *Ocagium.*

ADMENTVM, pro *amentum*, lorum quo jacula contorquebantur; metaphorice vero, validius argumentum. Tertull. c. 1. Scorpiac. ADMENTATIO eodem ſenſu apud eund. l. 1. ad Nat. c. 10. Hinc. S. Ambroſ. ep. 7. *Intorquenda eſt admentata illa, non manipularis ſententia.*

ADMERCIARE, V. *Amerciare.*

ADMERGARI SE, ſeſe immiſcere, implicare. Edict Phil. VI. a. 1338. t. 2. Edict. Reg. p. 124.

† ADMESTA, *ae*, *oblitio*, *Defuembranſſa*, *Prov.* in Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. V. mox

ADMESTIA, *oblitio*. Gloſſ. Bitur. Mſ. Vox graeca pro ἀμνησία.

ADMEZATORES, dicti in regno Neapolitano et Sicilia arbitri ex priuatorum conſenſu electi, ad decidendas ſupremo jure quaeſtiones et lites. Vox efficta ex Italico *Mezzo*, medius.

† ADMICTERE, pro amittere. Statut. Arelat. Mſ. V. *Admittere* 2.

ADMIGRARE, in aedem ſeu villam alicuius, etiam inuito domino poſſidendi animo ingredi, in Pacto legis Sal. tit. 48. §. 2. vbi lex Salica t. 47. habet tantum *migrare*.

ADMILLVS, ap. Brompton. p. 1248. ſed perperam, pro *Admiralius*.

† ADMINARE. Ch. Soldani pro Piſan. a. 1174. ap Lam. in Delic. erud. inter not. ad Hiſt. Sicul. Laur. Boninconi. part. 1. p. 200. *Et non debet adminare nullus hominem contra noſtrum regnum*, vbi legendum videtur *adinuare*.

ADMINICVLATIO, auxilium. De B. Forannano, t. 3. April. p. 807.

ADMINICVLATIVE, per acceſſionem. Acta SS. Martii t. 3. p. 568.

ADMINICVLATOR, ab adiuuando dictus et adminiculando. Hic ſeptimus erat ex officialibus Romanae eccleſiae, pro viduis, pupillis et egenis procurabat; quod munus hodie *pauperum Aduocatus* facit. V. Luithprand. l. 6. c. 6.

ADMINICVLVM, modus, ratio, argumentum. Ludewig. Reliq. Mſ. t. 5. p. 541. ib. p. 539.

ADMINICVLVS, miniſter. Acta S. Auſtregeſili, t. 5. Mali p. 230.

ADMINISTRALIS, ſ. qui miniſtrat neceſſaria ad victum et veſtitum, vt mox ſumitur *adminiſtratio*. Statut. Eccleſ. Barchinon. a. 1281. ap. Marten. t. 4. Anecd. p. 607. *Conſtituimus - - quod quaecunque de caetero contingat vacare in eccleſia noſtra officia, quae piſtor, et adminiſtralis, et dormitorarius, et botellarius, et portarius habent*, etc.

ADMINISTRATIO, donatio, ſ. neceſſariorum ad victum, veſtimentumque ſuppeditatio. Annal. Bened. t. 5. p. 678.

ADMINISTRATOR, Leguleiis Anglis dicitur ille, cui defuncti bona adminiſtranda ab ordinario committuntur, cum nulli extant executores teſtamentarii, quorum quidem bonorum vsque ad eorum valorem tenetur, et non vltra, niſi ea diſſipaſſe conuictus fuerit. V. Raſtall. in Expoſit. vocum Legum Anglic.

† ADMINISTRATORIVS, *Adminiſtrator*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Adminiſtratorii Spiritus*, Hebr. c. 1. v. 14.

† ADMINVNDARE, putare, intercidere. Ch. a. 1325. in Reg. 62. Chartoph. reg. 521. *Pro quibusdam ſalicibus - - per eundem - - adminundatis et copatis*. Germ. abtöpfen, töpfen.

ADMIRABILIS. (1) Idem quod *Amir* Arabum, i. e. Dominus. Matth. Pariſ. a. 1236. *Rex Africae, qui dicitur vulgariter Admirabilis mundi*. Id. a. 1251. Orderic. p. 735. 795. (2) Titulus conceſſus Comitibus apud Leonem Magnum ep. 8. V. *Silentiarius*. (3) † *Admirabilis, modeſtus, honeſtus, bene morigeratus, egregius, taciturnus, facetus* etc. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ADMIRACIA, ADMIRATIA, officium *Admiralli*, maris praefectura. Bulla Bonifac. VIII. PP. t. 3. Concil. Hiſp. p. 536. Litterae Patentes reg. Franc. a. 1361.

ADMIRAGIVS, i. q. Admirallus, claſſium praefectus. Barthol. Scriba l. 6. annal. Genuenſ. ad a. 1241. ap. Murat. t. 6. p. 485. et alibi. V. *Admirallus*.

ADMIRALATVS, officium *Admiralli*, maris praefectura. Ch. 1357. ap. Lobineil. t. 2. Hiſt. Britann.

ADMIRALDVS. (1) Idem qui *Admirallus*, Praefectus ſcilicet vrbis vel prouinciae, apud Arabes. V. *Amir*. Ep. Stephani Comit. Carnot. a. 1098. t. 4. Spicilegii Acheriani. Robert. Monach. l. 4. Hiſt. Hieroſ. (2) Praeſertim vero claſſis praefectus tam apud Saracenos quam apud Chriſtianos. V. *Admirallus*. (3) † ADMIRALDI, *Scabini*, ſeu burgi

burgi aediles et judices, vel qui exigendis Iuribus regiis praeerant, in Ordinat. pro regno Navarrae a. 1322.

† ADMIRALEA, nauis praetoria seu *Admiralli*, Gallis etiam *Amiral*. Chron. Andr. Danduli apud Murator. Script. Ital. t. 12. p. 364.

† ADMIRALEVS, in eodem Dandulo, idem qui *Admirallus*, classium Praefectus.

ADMIRALIVS, vt *Admiraldus* t. ap. Matth. Paris. a. 1272. Adde p. 169. 170. et Orderic. Vital. l. 9. p. 736.

ADMIRALLITAS, i. q. *Admiralatus*, ap. Rymer. t. 10. p. 668.

ADMIRALLVS, AMIRALIVS, AMIRALLVS, AMIRALDVS, ADMIRALDVS etc. 1. Ex Arab. *Amir*, dominus, Imperator, praefectus prouinciae, classi, vel vrbi apud Arabes. V. *Amir*. 2. Eaedem voces etiam vsurpatae apud Christianos, qui cum viderent, Saracenos ita suos classium praefectos appellare, a voce Arab. *Amir*, dominus, id nominis postmodum suis itidem classium praefectis indiderunt. Nam frustra agunt qui aliunde vocis *Amiral* seu *Admiral*, apud nos originem deducunt. Primi autem ita summos classium suarum praefectos appellasse videntur Siculi. Romuald. in Chron. Ms. a. 1149 Exinde Genuenses, vt colligitur ex Matth. Paris. a. 1244. V. *Amir*.

ADMIRANTIA, nauis praetoria, seu *Admiralli*. S. Ferdinandi regis gloria posthuma, t. 7. Maii p. 376.

ADMIRANTIVS, i. q. *Admirallus*. Acta SS. t. 7. Maii p. 376.

ADMIRANTVS, eadem notione, ap. Rymer. t. 2. p. 691.

ADMIRARIVS, pro praefecto prouinciae occurrit apud Leon. Ostiens. l. 3. c. 43. (al. 45) et Petr. Diac. l. 4. c. 11.

ADMIRATIA V. *Admiracia*.

ADMIRATIO, (1) Forte inspectio, examen. Canon. Hibern. ap. Martene t. 4. Anecd. p. 6. *Et pro ejus lucris vel vulneris admiratione in concentu* etc. Vbi tamen amanuensis mendum esse suspicor, *admiratione* forte pro *admissione*. (2) † Consensus, laudamentum. Ch. a. 1027. inter Instrum. t. 6. Gall. Christ. p. 173.

† ADMIRATOR, classium praefectus, i. q. *Admirallus*, in Charta Soldani pro Pisan. a. 1174.

ADMIRATVS. 1. Dominus, Imperator, de Imperatore Turcarum vitur Chron. Engelhus. ap. Leibnitz. t. 2. Script. Brunsuic. p. 1137. Adde Martene t. 2. Collect. ampliss. p. 1178. (2) Praefectus classium. Matth. Paris. a. 1244. (3) Officium Admiralli, praefectura maris, ap. Rymer. t. 5. p. 720.

† ADMIRAVDVS, i. q. *Admirallus*, Ch. Philippi Pulchri a. 1304.

ADMIRAVISVS, praefectus vrbi, seu prouinciae apud Saracenos. Guibert. l. 4. c. 14. l. 5. c. 8. Matth. Paris. p. 35. Robert. Mon. l. 5. Hist. Hierosol.

ADMISERI. Bulla Adriani IV. PP. a. 1154. inter Probat. t. 2 Hist. Lothar. p. 347. vbi pro *admisertur* legendum *admiscetur*.

ADMISSALIA, idem ac *admissatio*. Ch. Guillielm. Archiep. Rothomag. a. 1320. *Fit compositio ratione sponsalium, admissalium, Gallice Messagemens* etc.

† ADMISSARE, AMISSARE mulieres post nuptias vel partum *admittere* in ecclesiam, purificationis gratia. Ch. a 1249. ex Tabular. S. Florent. Salmur. *Parochiani vero per vicarium perpetuum eorundem monachorum amissabantur et sacramenta percipiebant in naui dictae ecclesiae - - Quod Parochiani de cetero admissabuntur et sacramenta recipient* etc. V. *Admissatio*.

ADMISSARIVS EQVVS. Vgutio: *Fortes et bonos equos admissarios vocamus, quia admittuntur inter armenta ad coitum, vel ad arandum, vel ad trahendum* Eadem Io. de Ian. et Wl. Brito. Plautus in Milite gloriose: *ad equas fuisti scitus admissarius*. S. Augustin. contra Epist. Manich. c. 31. Id. l. 5. de ciuit. Dei c. 7. *Admissarius asinus*, apud Pallad. de re rust. l. 4. c. 14 V. *Amissarius*. *) *Admissarius*, ein Seymer der ein Watsag dreget. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impressum.

† ADMISSATIO, caeremonia admiſſionis mulierum, cum primum poſt nuptias vel partum ad eccleſiam veniebant, benedictionem a ſacerdote ſuſcepturae, (Germ. Kirchgang) et ipſa obuentio quae ab ipſis offerebatur, ſic dicta vel quod inter miſſarum ſolemnia fiebat, vel quod mulieres *admittebantur* in eccleſiam, purificationis gratia. Ch. Odonis Archiep. Rothom. a. 1255. in Reg. 110. ch. 12. V. *Admiſſare*, *Meſſare* et *Purificare*.

ADMISSIBILIS, admittendus, non reiiciendus. Autogr. ep. Sixti IV. ad Canonicos eccleſ. Rothomag.

† ADMISSIBILITER, probabiliter, ita vt admitti poſſit. Inſtr. a. 1391. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 113.

ADMISSIO. (1) L. q. *Admiſſura* q. v. apud Varron. l. 2, de re ruſt. c. 7. (2) † Praeſtatio quae jure *admiſſionis* ſeu *intragii* ſoluitur. Statut. monaſt. S. Claud. auctorit. Nicolai V. edita p. 46. V. *Intragium* 1.

ADMISSIONALES, qui introducendis ad Imperatorem hominibus praefecti erant, ſeu quibus *in palatio admittendi, vel ſalutandi officia credebantur*, vt ait Iul. Firmic. l. 4. V. quae de Admiſſionibus et Admiſſionalibus congeſſere Theod. Marcilius, Pancirollus, Savaro, Henr. Valeſius, Salmaſius, Iac. Gothofredus, et alii.

† ADMISSVM, delictum, crimen. *In admiſſo deprehenſus*, L. 8. D. de praeſcript. verb. Conſule Chopin. ad leg. Anduim. part. 1. p. 627. V. *Admiſſus* et *Admittere* 1)

ADMISSVRA, ὄχευμα, in Gloſſ. Lat. Gr. Aliud Gloſſ. ὄχευμα, *Admiſſura, admiſſum. Admiſſura ſerotina*, Gen. c. 30. vbi Will. Brito: *Admiſſura dicitur, quando brata animalia, et proprie jumenta ad coitum admittuntur. Admiſſurae venereae*, ap. Apulej. l. 7. Stat. l. 1. Silv. 2. V. *Admiſſarius*.

ADMISSVS. (1) Eadem notione, apud Veget. l. 1. de arte veterin. c. 24. (2) Crimen, vt *Admiſſum*, in Onomaſt. ad calcem SS. Bened. ſaec. 4. part. 2.

ADMITA, pro *Amita*, Gall. *Tante*, ap. Rymer. t. 13. p. 489.

† ADMITTERE. (1) Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Admiſit, permiſit, fecit, peccavit. Admiſſum, peccatum vel intromiſſum. Admiſit, tollis.* (2) Pro amittere. Lit. remiſſ. a. 1402. in Reg. 157. ch. 55. V. *Admiſſere*.

ADMOAGIVM, idem quod *Admodiatio*. Litterae Guiſcardi Epiſc. Matiſcon. a. 1267. Reg. 31. Chartoph. Reg. *Super quadam conſuetudine vini, quae vocatur admoagium*; i. e. quod ex pacto *admodiationis*, ſeu firmae, vel emphyteuſis domino feudali praeſtatur. † Rectius de praeſtatione, quae pro quolibet *modio* vini perſoluitur, i. q. *Madiatio* q. v.

ADMODARE, Laurent. in Amalch. *Admodo, accommodo, allevo.*

ADMODIARE. (1) Modum ponere, diminuere. Pallad. Epiſc. in Epiſt. ad Deſider. Cadurc. Epiſc. (2) Fundum dare ad firmam, vel in Emphyteuſin, vel etiam alienare ſub certa praeſtatione tot modiorum frugum, de quibus conuenit. *Admodier*, in Conſuetud. Hannon. c. 81. Ch. a. 1224. in Tabular. Lehunenſi: *Admodiauerunt nobis quidquid habebant in molendinis de Ponte* etc. Statuta Monaſt. S. Claudii p. 86 87.

ADMODIATA TAILLIA, dicitur in Ch. pro Villanoua in Dumbis a. 1399. illa quae cum ad placitum, vt ajunt, exigi ſoleret, ad certam redigitur vel pecuniae ſummam, vel frugum praeſtationem annuam. *Amoiſſonata* dicitur in terrario S. Nicetii deſerti in Breſſia. V. *Amoiſſonata*.

ADMODIATIO. (1) Datio ad firmam etc. Ch. a. 1227. in Tabul. Monaſt. Hederae: *Simoni - conceſſimus ad admodiationem pro 11 ſolid. Pariſ. - - duas partes minutae decimae etc. Admodiationes et gazerias, niſi de decimis* prohibentur accipere Sacerdotes in Statut. Synodal. Odonis Pariſ. In Meldenſibus Anecd. Marten. t. 4. p. 900 legitur: *Ne accipiant gagerias vel admodiationes, niſi de decimis.* (2) ADMODIATIO MONETAE, proportio, aequalitas. Ch. Roberti III. Duc. Burgund. a. 1282. pro cudenda moneta: *Ad regnum moneta incipiat cudi - - omnia ſupro-*

supradicta teneamur facere observari, sine admodiatione ad nostram (monetam) *nobis facta de dicta moneta ratione.*

ADMODIATOR, cui praedium admodiatum est, seu datum ad firmam, Gall. *Admodiateur.* Consuetud. Melodunens. art. 322. Item rei domesticae curator et administrator: Gall. Christ. t. 3. p. 110. *Sigerus de pastura vicarius praecedentis* (Abbatis) *admodiator Abbatiae bonorum.*

ADMODVM, omnino, equidem. Salmas. l. 1. de Gubern. Dei: *Omnes admodum homines* etc. l. 2. *Cum - omnes admodum suos cum paucissimis fugeret.* Neque forte aliter haec vox sonat in Decretione Childeberti Regis c. 4. in Ep. Ludov. Pii ad Sicharium, et in aliquot Formulis veteribus; nisi vsurpetur pro *amode*, quod volunt viri docti.

† ADMOIGONNARE, conducere, seu ad vitam accipere sub certa praestatione. Areff. a. 1343. ex vol. 3. Areff. Parlam. Paris. *Dicti conjuges dicebant se locasse seu admoisonnasse ad vitam ipsorum et eorumdem superviventis - unum domum.* V. *Admodiare* et *Amoisonamentum.*

ADMOND, liber, sui juris. Leges Liutprandi Reg. apud Murator. t. 1. part. 2. p. 70. *Et dominus ancillae eam liberaveris et admond feceris a se.* V. *Amund.*

ADMONITIO. (1) Debitoris admonitio, appellatio, interpellatio. Lex Salica tit. 52. §. 2. *Per singulas admonitiones.* tit. 54. *Per tres admonitiones.* Additio Ludov. Pii ad Leg. Sal. §. 4. (2) † Castigatio, seu correctio, quae non praecipiendo sed monendo fit. Ch. a. 744. apud Murator. t. 5. Antiq. Ital. med. aevi p. 520.

ADMONITOR, conjungitur cum *Peritiore praecepti*, in leg. 7. Codic. Theod. de Execut. *Compulsor, Exactor, Admonitor, Peritiorue praecepti, Agius in rebus* etc. In ordinationibus Conciliorum *Admonitor* non raro dicitur, qui recentioribus *magister ceremoniarum*, quod de omnibus quae agenda essent admoneret.

ADMONITORIA, epistola, qua Iudex absentem in jus citat; quam ad absentem *admonitor* defert. Form. 116. inter Lindenbrog.

† ADMONITVM, *olim dicebatur, cum harena alba molissima pila moleque terebatur; dehinc miscebatur tribus partibus nitri pondere vel mensura adliquata in duas fornaces transfundebatur: quae massa vocabatur, vt diximus, admonitum, atque haec recocta fiebat vitrum purum et candidum.* Gloss. vet. Cod. reg. 7646.

ADMONTARE, *acervare*, in Gloss. Arab. Lat. Hispani *ammontonar* dicunt. † Gallis *amonter* erat pro pertinere, pendere.

† ADMORTARE, a Gall. *amortir*, concedere in manum mortuam. Ch. a. 1269. ex Lib. nigro Epiſc. Carnot. *Ego - dictam, censinam et dictum censum - - tamquam verus dominus feodalis admorto seu admortifico.* V. *Admortizatio.*

ADMORTIFICARE, eadem notione. Ch. a. 1276. ex Tabul. Monast. Portus Regii: *Nos dictas donationes quitamus, laudamus, approbamus, et quantum in nobis est admortificamus* etc. V. *Admortizatio.*

ADMORTIFICATIO. (1) Concessio in manum mortuam, vt *Admortizatio.* Ch. modo laudata. (2) † Census annuus qui a manu mortua exsolvebatur. Ch. a. 1275. ex Tabul. S. Germ. Erat.

ADMORTIRE, i. q. *admortare*, in Areff. Parlam. Paris. de a. 1290.

† ADMORTISAMENTVM, AMORTISAMENTVM, eadem notione ac *Admortizatio*, in Ch. a. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 689.

† ADMORTITVS, AMORTITVS, liber et immunis a tributo, quod a manu mortua exigi poterat. Ch. Margar. Sicil. reginae a. 1292. ex Tabul. episc. Carnot.

† ADMORTIZAMENTVM, in Ch. a. 1467. *admortizamentum* ab *admortizatione* ita distinguitur, vt haec significet ipsam praediorum in manum mortuam translationem, illud vero chartam, qua id perficitur.

ADMORTIZARE (1) i. q. *admortare*, in Areff. Parlam. Paris. a. 1277. 1279.

(2) † Extinguere, Gall. *amortir. Tu m'a amortie ma chandelle*, in Litt. remiſſ. a. 1376. Reparat. factae in Seneſcal. Carcaſſ. a. 1435. *Pro duobus diebus quibus vaccavit in admortizando dictum calcem - - X ſolid.*

ADMORTIZATIO, praediorum translatio in manum mortuam, ſeu praediorum acquiſitio facta a Monaſteriis et Collegiis religioſis, vel etiam laicis; quae ſemel acquiſita, in commercio, mutationibus, aliisque praediorum oneribus obnoxia eſſe deſinunt, nec aduentitia feudorum commoda producunt, v. g *Laudimii, Wardae, Maritagii, Relevii* etc. V. Bignonium ad Marculf. p. 877. D. de Lauriere Diſſert. de origine *Admortiſationum.*

ADMORTIZATVS. Obituarium Mſ. Eccleſ. Morin. p. 25. *Recipiet fabrica ſingulis annis 5. lib. monetae currentis ſuper ea libris perpetui redditus admortizati, licet redimibilis.*

† ADMVGITARE, admugire, valida et rudi voce appellare. Fulbert. mon. in mirac. S. Audoeni l. 4. Aug. p. 826.

† ADMVNITIO, munitio. Ch. Com. Bleſenſ. a. 1265. ex Chartul. S. Ioan. Carnot.

† ADNARE, adnauigare, Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ADNATIO, quod *ſuper* aut *ad* aliquid naſcitur, vt viſcus ſuper quercus aut malos, vt etiam foliola et furculi, quae ad plurium plantarum caules juxta geniculo oriuntur. Apul. de virt. Herb. p. 224.

ADNEGATVS, ſubmerſus, Gall. *Noyé* Vita S. Alexandri Ep. t. 1. Ital. p. 750. Italis *annegarſi* eſt ſubmergi.

† ADNEMORATVS, memore, ſilnis et dumetis obſitus. V. ſupra *Abſcatus.*

ADNIGHILARE, pro *adnihilare*, vertnichten, paſſim apud medii et infimi aeui ſcriptores.

† ADNICTARE, *innitare, arridere*, in Gloſſ. ver. cod. reg. 7646. Proprie eſt ſaepe et leniter oculo adnuere.

ADNIGRATI, *proſtrati, ſubacti, vilificati.* Papias. † *Adnigrati, proſtrati vel abdicti, ſubacti; capti aut compulſi, necati, occiſi, admiſſi, adhibiti, aſſumpti.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ADNIHILARE, ad nihilum reducere, proprie reſpuere. Gloſſ. Gr. Lat. ἐξουδενῶ, *nihilo, ſperno; reſpuo*; ἐξουδενισμὸς, *adnihilatio*; ἐξουδενητὴς, *ſpretus, adnihilator.*

ADNILLARE, eadem notione. Ch. pro Monaſt. Nobilia. a. 1278.

† ADNOTAMENTVM, adnotatio. Conſtit. Oliuer. Card. Caraffae a. 1494. p. 297. *Annotamentum* dixit Gellius l. 1. c. 7.

† ADNOVARE, renouare. Litt. a. 1315. t. 4. Ordinat. reg. Fr. p. 8.

ADNVBA. Ch. Alfonſi VI. regis, aerae 1129. *Neque in ipſo villa de Cortar villas procer vel exactor, neque pro ſuo pro, neque pro adnuba, neque pro foſſadera, neque pro alia calumnia vel negotio - - intret. Adnuba* non longe abeſt ab antiquato *anubda* ſeu *annduna*, quod Luſitanis eſt, a Vaſſallis debita opera et praeſtatio pro reficiendis caſtrorum dominicorum foſſis, muris, aliisque munitionibus. Germ. Burgfrohne.

† ADNVERE, *adjungi. Adnuit, fauet vel promittit. Adnuite, praeſtuses facite.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641.

† ADNVLLARE, ad nihilum reducere. Chartul. Magnum S. Victor. Maſſil. Occurrit et paſſim alibi.

ADNVMISTA, ADNVMIASTA, Graecis inferioris aeui ἀδνουμιαστης. Is erat qui in exercitu Imperatorum Conſtantinop. milites cenſebat, ex *ad* et ὀνομα, quod, vt putant Salmaſius et Scheffernus, *ad nomen reſponderent tirones in delectu.*

ADNVMIVM, recenſio militum, Graecis ἀδνουμιον, quod v. in Gloſſ. med. et inf. Graecit.

ADNVNCIATIO, ANNVNCIATIO. (1) Promulgatio; ANNVNTIARE, promulgare, publicare. Occurrit paſſim in Capitul. Caroli Calui. Adde Annal. Franc. Bertin. a. 862. et Capitul. 1. Caroli M. a. 801. c. 34. (2) Prophetia. Chron. Idatii Epiſc. t. 2. Collect. Conc. Hiſp. p. 172.

† ADNVTV, *docile*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

† AD-

† ADOBAMENTVM, conuentio, transactio, pactum, i. q. *Abonamentum*, nisi etiam ita legendum sit, in Litt. Pontii vicecom. Polempniaci a. 1233.

ADOBARE. (1) Exornare, Ital. *addobbare*. Ch. Io. Archiep. Capuae a. 1301. in Sanctuario Campuano: *Vna corrigia de seta rubea adobata de argento*. Perperam editum *adebata*. († Gall. ol. *adouber* pro reficere, reparare, quo sensu etiamnum dicunt, *redouber un vaisseau*, nauem reficere.) Doliaris tabula, seu asserculus dolii, quem Galli vocant *Douve*, Germani Daube, verbo Gallico *adouver* siue *adouber* dedit originem; quod quidem primario asserculos doliorum coarctare significat, deinde vero etiam alios asseres hiantes, potissimum nauium, rursus sociare, et denique *concinnare*, v. g. mundum muliebrem, tapetes et aliam suppellectilem, item latrunculos in alea etc. Hinc etiam ADOBARE EQVOS, diligentem eorum curam habere. Ordinat. in Hist. Delphin. t. 2. p. 394. ADOARE CORDOANVM, corium inficere puluere querneo, Germ. gärben. Statut. Massil. a. 1253. Mf.

(2) Armis instruere, militare cingulum alicui conferre; vox confecta ex *adoptare*, quod qui aliquem armis instruit ac Militem facit, eum quodammodo adoptet in filium, teste Senator. l. 4. ep. 8. In veteribus Statut. Patauii praecipitur, vt qui electus fuerit Potestas Vincentiae, *faciat se fieri militem adobatum*. Statut. vrb. Mediol. part. 2. c. 5. *Iurisperiti collegii iudicum Mediolani, et milites adobati sint*. Order. Vital. l. 3. p. 467. *Deinde ab eodem duce decenter est armis adornatus*. Ita et Galli olim *adouber*. Hinc *adobati* et Gall. *adobes* nude milites dicti.

*) Cangii vocis etymon non omnibus placuit. Menagius vocem deducit ab Ital. *addobbare*, Hickesius, cui recentiores Editores Cangii adsentiuntur, a *Dubba* seu *Dubbian*, quae Islandice, Scandice et Saxonice significant *equitem percutere*, zum Ritter schlagen; V. *Dubbatio*. Wachtero graeca vox ἀνατάσσω ortum dedit verbo *adobare*. Carpentario simplicior videtur origo a voce Prouinciali *adouber*, ornare, instruere. V. *Adobare* 1. Clariss. Ihre denique Cangio adsentit, vocemque Suecicam *Dubba*, a latino Barbaro *adobare* natam esse credit.

ADOBATVRA, seu APTATVRA PANNORVM, in Statut. Massil. a. 1253. V. *Adobare* 1.

† AD OBVIAM, obuiam, aduersum, Germ. entgegen. Litt. remiss. a. 1386. in Reg. 134. ch. 52.

ADOHA, omne seruitium pecuniarium quod praestatur per feudatarios; item jus *Relevii*. Videtur dici ab *adunatione*, vnde etiam *Dohana* vel *Doana*, Gall. *Douane*. Ch. Caroli Franc. et Sicil. reg. 1497. *Damus et concedimus dictum Comitatum - - feudali quoque seruitio et adoha, nostrisque in aliis et alienis juribus in omnibus semper saluis*. V. Tract. de jure *Adohae* Iac. de Ayello, post Tract. Aegidii Thomasi de Collectis 8. Lugd. 1559. sed maxime Andr. Capanum de Iure *Adohae* fol. Neap. 1636.

ADOHAMENTVM, seruitium militare. Instr. Socier. ad Regnum inter Iohannam Siciliae regin. et Iacobum de Borbonio, ex Cod. Mf. *Praefata regina concessit eidem domino Iacobo Regi viro suo authoritatem - - exactiones, adohamenta seu seruitia militaria* etc.

ADOLABILIS, *sine dolo*. I. Laurenberg. in Antiquar.

ADOLENS, adolescens. Vita S. Eusebiae abbatissae t. 2. Martii p. 455.

† ADOLERE, *illuminare*. *Adclet*, exsurgit, in Gloss. vet. Cod. reg. 7646. Galli *adoler* et *adouler* dixere, pro grauare, affligere, a lat. dolere.

ADOLESCENTIARI, νεανιζειν, in Glossis Mss. apud Vossium, adolescentum more agere. Vtitur etiam Varro apud Nonium.

ADOLESCENTILIS AETAS pro *adolescentia*. Vita V. Hildeburgis in Actis SS. Bened. Saec. VI. part. 2. p. 833.

† ADOLESCENTVLVS. Ch. Roberti regis Franc. ex Chartul. S. Maglorii Paris. *Actum Parisius regnante*

Roberto rege, Adoleſcentulo in anno 11. cum glorioſa matre ſua Adelaide regina. Vbi vox *adoleſcentulus* Hugonem Roberti Regis primogenitum ſpectat, cujus aetatem inter notas chartarum chronologicas inſerere jubebat amor paternus, vt colligitur ex ch. ejusdem Roberti inter Inſtr. t. 10. Gall. Chriſt. p. 341.

ADOLIAGIVM, vinum quod ad explenda dolia reſeruatur, Germ. Füllwein. Areſt. a. 1414. ex volum. 11. Areſt. Parliam. Pariſ.

ADOLVS, *ſincerus, ſine dolo.* L. Laurent. in Amalth. ex *a* priuat. et *dolus.* V. *Adolabilis.*

† ADONEGARE, adaequare, diuidere, partiri. ADONEGATIO, ipſa partitio. Statut. Placent. l. 3.

ADOPERARI, operari, vti. Acta SS. Martii t. 3. p. 601. V. mox.

ADOPRARE, ex Ital. *adoperare*, in Actis b. Thomaſſi Eremit. Camald. n. 40. adhibere, vti, pro *operari, efficere.* Vet. Ch. a. 1056. ap. Vghell. t. 1. part. 2. Nec ſcio, an haec vox reſtituenda ſit in Ch. Sanctii Reg. Aragon. aerae 1090. ap. Martinez. in Hiſt. Pinnat. l. 3. c. 9. *Adhuc unum do eis ſolarem, vt ipſi ſe adoprauerint, in quo poſſint facere bonas caſas ad habitandum.* Vbi editum *adoptauerint.*

ADOPTARE. (1) Omni voto optare. Gaſp. Barthii Gloſſ. ex Baldrici Hiſt. Palaeſt. Sed hoc ſenſu Cicero filius vſus eſt participio *adoptatus*, ep. Famil. 10. 21. (2) ADOPTARE *in haereditatem, vel in adfatimi, per ſcripturarum ſeriem, ſeu per traditionem, et teſtibus adhibitis, ſecundum legem Ripuariam*, tit. 48. ADOPTARE *ſibi in maritum* pro *nubere* ap. Houeden. p. 686. ADOPTARE *in militem*, i. Vaſſallum ſibi facere, apud Alb. Stadenſ. a. 1072. V. *Miles.*

ADOPTARI per baptiſmum, dicebatur is, qui ad baptiſmum ab aliquo offerebatur, pro quo ille ſpondebat apud Sacerdotem baptizantem; vnde non modo qui baptizabatur, *filii adoptiui*, vel ſaltem *filioli*, patrinus vero *patris ſpiritualis* et *adoptiui* appellationem exinde retinebant. Sed idem patrinus, in ſignum veluti adoptionis legitimae, minus aliquod eidem filiolo, tamquam ſucceſſionis ſuae portiunculam conferebat, quod *filiolatum* vocabant. Monach. Sangall. l. 2. c. 29. S. Bonifac. Mogunt. Epiſc. Ep. 15. S. Rembertus in Vita S. Anſcharii n. 10. Simeon. Dunelm. de Geſtis Anglor. a. 994. Dudo de actis Normannor. l. 3. p. 101. Adde Cang. in Diſſert. 22. ad Ioinvillam p. 274.

ADOPTARIVS, *puer ex adoptato natus*, in Gloſſ. Iſid. In excerptis Pithoei, *ex adoptiuo.* Feſtus habet: *adoptatiuus, ex adoptato filio natus.*

ADOPTIANI, haeretici, qui autore Felice et Elipando in Hiſpania epiſcopis aſſerebant, *Chriſtum ſecundum humanam naturam, non niſi adoptione et gratia eſſe filium Dei.* Damnati ſunt in Synodo Francofurtana a. 794. V. Baron. ad h. a.

ADOPTIO FILIORVM, jure Francorum, permiſſa iis, qui liberos non habebant, fiebatque traditione bonorum, eorum reſeruato vſufructu, coram rege, vel comite et ſcabinis, vel Miſſis dominicis, vt eſt in Capitul. Caroli M. l. 6. c. 207. Adoptionis vero formulae habentur apud Lindenbrog. form. 58. 59. Marculf. l. 2. form. 13.

ADOPTIVA FOEMINA, adſcititia, *ἐπιτεκνωτός*, in Concil. Braccarenſi I. c. 15. et in Collect. Canon. Martini Braccar. c. 32.

ADORARE, in ſacris litteris, et apud ſcriptores eccleſiaſticos, ſaepe pro *honorare* et venerari ſumitur. Paulinus Natali 9. Gregor. M. l. 9. ep. 9. De adoratione Imperatorum, ſeu ſalutatione, multa congeſſit Iac. Gothofred. ad leg. vn. Cod. Theod. de Praepoſitis ſacri cubiculi, vt et Salmaſius ad Hiſt. Aug. † ADORARE vox vſitatiſſima apud Albigenſes, pro ſalutare praeſertim doctores et doctrinae anteſignanos. Litt. Clement. IV. PP. inter Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. p. 457.

ADORATIO BARBARA, in legibus Canuti regis, quae pagnorum more fit, qui idola adorant, vel ſolem, lunam, ignem et alia hujusmodi. Adde canones editos ſub Edgaro §. 16.

§. 86. ADORATIO HORARVM, certus genuflexionum numerus singulis horis poenitentibus impositus in Canonibus Hibern. inter Anecd. Marten. t. 4 p. 20.

ADORATORES. Alypius Antioch. in descript. orbis c. 18. *Ditimi enim* (Aeditimi) *et sacerdotes et ministri et aruspices et adoratores et divini optimi habundant.* V. ibi lac. Gothofred. *Adorator numeri Theodosiac.* in vet. Inscript. ap. Franc. Blanchinum in Praef. ad Vitas Patrum ab Anastasio Scriptarum.

ADORATORIVM, locus subterraneus, in quo diis suis defunctisue parentibus Indi sacrificant. Synod. Limens. III. inter Conc. Hisp. t. 4. p. 431.

† ADORDINARE, ordinare, disponere, Germ. anordnen Ch. fundat. monast. S. Petri Saluiens. a. 1029. inter Instrum. t. 6. Galliae Christ. p. 174.

ADOREA, *libamenta*, Gloss. Isid. Videtur legendum *adorea liba*, i. e. placentae ex *adore*, vt apud Virgil. Aeneid. 7. V. Lex. Martin. † Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Adorea, libamenta sacrificiorum. Adorea, gloria bellicae virtutis. Adorea, liba, farrea libamina. Adoreas, triumphorum laudes.* Aliud Cod. reg. 7641. *Adorea, victoria, laus bellica, vel lupia, vel bona existimatio.* Adde Vit. S. Genulphi t. 2. Ian. p. 82. S. Victricium de laude SS apud le Beuf. t. 2. variar. Disquisit. p. XLVI. Versus Pauli ap. eund. t. 2. Dissert. p. 402.

† ADORIA, *gloria, vel bona fama*, in Gloss. vet. Cod. reg. 7646. V. *Adorea.*

† ADORIRI, Glossar. id. *Adoriuntur, impressiones faciunt, incumbunt.*

† ADORNARE, ibid. *Adornare, armare, clausa. Adornat, plusquam ornat.* Gallis olim *adortement* pro *ornement.*

ADORNATOR AVRI ET ARGENTI, forte aurifex, Goldschmid. Chartular. S. Vincentii Cenomân.

† ADORTARE, in *hortum* seu *curtile* redigere. Ch. a. 1197. ex Bibl. reg. *Quod ibi hanc terram adortetis et arbores illic plantetis.* V. *Hortus.*

† ADORTARI Gloss. vet Cod. reg. 7646. *Adortatur, vociferatur, clamat, quaeritat, proclamat, testificatur, vel protestatur.*

† ADORTI, *subito nati, surrecti, adgressi.* Ibid.

† ADOSILHARE, perforare. V. *Adoxillare.*

ADOSTRATA. V. *Assostrata.*

† ADOTARE, dotare, dotem assignare. Instrûm. matrim. a. 1475. ex Tabul. Flamar.

ADPECTORARE, *applicare ad pectus*, in Gloss. Isid. Gloss. Lat. Gr. *Adpectora, παραβαλλε, ἰωρηξον.*

ADPENDITIAE, pro *Appenditiae* Germ. Zubehör. Passim occurrit.

ADPENNIS. V. *Apennis.*

† ADPENSA V. *Appensa* 3.

† ADPERTINENS, pro *pertinens.* Chron. Saxon. t. 10. Collect. Hist. Franc p. 229.

ADPERTINET, pro pertinet, zugehören. Innocent. de Casis literar. *Eidem fundo adpertinet.*

ADPETVLANTIA, *procacitas*, in Gloss. Isid.

ADPLANARE, adaequare. Gloss. Isid. *Adplanat, hostit, aequat.* In Pithoei excerptis; *hostibus aequat*; sed male. Apud Plautum *hostire*, est pari referre.

ADPLENE, cumulate, abundanter. Vita S. Leodegarii.

ADPLICARE, V. *Applicare.*

† ADPODIARE, innixi, Gall. *s'appuyer.* Append. ad vitam S. Ludov. t. 5. Aug. p. 568. *Adpodiens se super unum baculum.* V. *Apodiare.*

† ADPONERE, adhibere, occupare, destinare; vel etiam cogere, adstringere. Ch. Petri comit. Nivern. a. 1193. inter Probat. Hist. Autiss. p. 34. *Cum certissimum sit quod nec ipsi, nec homines eorum adponi debeant, ad faciendam quamlibet munitionem ejusdem ciuitatis.*

ADPORTIO, V. *Aprisio.*

ADPRAESENTARE, adesse, comparere. Placit. Caroli M. contra Tingulf. apud Mabill. Diplom. p. 512. † Placit. a. 1075. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. medii aeui p. 970.

ADPRATAMENTVM, i. q. *Apprataamentum.*

ADPRATARE, i. q. *Apprastare.*

ADPREHENDERE, diſcere, memoria complecti. Paulus PP. Epiſt. ad Pipin. Franc. Reg. in Codice Carolino.

ADPRETIARE, APPRETIARE, pretium rei imponere, Gall. *appretier.* Will. Brito in Vocab. *Appretiare, pretium determinare.* Lex Alemann. tit. 75. *Pretium adpretiare*, in Lege Sal. tit. 42. *Adpretiare pecus*, in Leg. Bajwar. tit. 13. c. 8. et Capit. Caroli M. l. 5. c. 14. Ch. fundat. monaſt. Montan. t. 2. Monaſt. Anglic. p. 974. V. Fletam l. 1. c. 18. § 8. 9.

ADPRIMITVS, pro *primitus, primum*, in Vita S. Winebaldi n. 8. 12.

ADPRISERINT. Collect. Concil. Hiſp. t. 3. p. 128. *Et praedictum monaſterium cum praedicta cellula et appendiciis ſuis, et monachos ibidem degentes, vel omnes res ad idem monaſterium pertinentes, vel quae deinceps ex locis eremis atque incultis ad eorum uſus adpriſerint, ad noſtrum opus recepimus.* Mendoſe ſcriptum videtur pro *adquiſierint.* † Nequaquam mendoſe, praeterquam enim quod ita editum legatur in Append. ad Marcam Hiſp. p. 768. modus eſt verbi *adgrehendere*, i. e. acquirere, pro temporis hujus barbarie ſic effor-matus, vel a verbo ſequenti

† ADPRISIARE, poſſeſſionem apprehendere. Ch. a. 1035. in Append. ad Marc. Hiſp. p. 1059.

† ADPRISIO, V. *Apriſio.*

ADPROPIARE, ſtudere, curare. Vet. Interpres epiſt. S. Barnabae. V. *Appropiare.*

† ADPROPINGVARE, pro appropinquare, in Contin. Chron. Odoran. a. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 168.

ADPROPRIARE, V. *Appropriare.*

ADPVNCTARE. (1) Militem ſtipendio meliori donare, item alicui ſalarium conſtituere Gall. *appointer.* Hinc *Adpunctamenta*, Gall. *Appointemens*, Salaria, ſeu etiam ad victum cultumque data a Principe annua praeſidia; haec quae *ſolatia* appellant Imperat. in Codice. Iuſtinianus *Puncta* dixit, Cod. de Aduocat. diuerſ. jud. V. Hofmann. in Lex. (2) Alia notione, V. *Appunctare.*

ADQVE. (1) Pro *absque*, in Capit. 1. Caroli M. a. 102. c. 9. apud Steph. Baluz. (2) Pro *atque*, in Ch. Childeberti III. a. 697. apud Febbian. in Hiſt. monaſt. S. Dionyſ. p. XVIII. et alibi.

† ADQVIESCERE, admittere, recipere. Mirac. S. Audomari t. 3. Sept. p. 405.

† ADQVIETANCIALIS LITTERA, apocha, qua quis a debito *quietus*, ſeu abſolutus declaratur, Germ. Quittung. Gualt. Hemingford. de geſtis Eduardi I. ad a. 1306. p. 227.

ADQVIETARE, fungi, obire, perſoluere, Gall. *acquitter.* Formul. Anglic. p. 1. V. *Acquietare.*

ADQVIRAMENTVM, ADQVIRIMENTVM, ACQVIRIMENTVM, paſſim occurrunt pro *acquiſitio*, Gall. *acquet.* Chartul. b. Magdal. Caſtrodun. fol. 67. Hiſt. Delphin. t. 2. p. 261.

† ADRAGARE, adaquare, Germ. tränken, wäſſern. Ch. a. 1321. *Poſſint in alio loco diffi ſtagni adragare ſeu abeurare,*

ADRAMIRE, ADCHRAMIRE, ACHRAMIRE, ACHRANMIRE, ADHRAMIRE, ARRAMIRE, ARRAMIARE, cauere, promittere, obligare ſe coram judice, rem quampiam ſe facturum, v. g. juraturum, teſtes adducturum, aut duello jus ſuum probaturum. ADHRAMIRE, in ſacramentis ac teſtimoniis vox frequens, vbi *adhramire ſacramentum*, eſt cauere, ſe certa die et certo loco juraturum, aut teſtes adducturum. Lex Sal. tit. 39. Lex Longob. l. 2. tit. 55. §. 20. Capit. Caroli M. l. 3. c. 58. et §. 36. lib. 4. c. 28. *Habere ſacramentum adhramitum*, in formul. vet. incerti auctoris form. 1. *Sacramentum per feſtucam adhramire*, form. 2. Capitul. Carolinum pro partibus Saxon. c. 31. vbi: perperam editum *aframeas* pro *adrameas.* TESTIMONIA ſeu TESTES ADHRAMIRE, in formulis inueniuntur c. 3. Nam *teſtimonia* idem valet quod *teſtis*, vnde Galli *temoins* dicunt. Ita vſur-

vſurpat etiam vetus Placit. ſub Caroli rege, edit. a Baluz. in append. Capitul. Vetus Notit. ſub Ludov. Pio ap. Perard. in Burgund. p. 34. Alia Notitia ſub eod. Ludov. p. 36. Alia ibid p. 147. Ch. Balduini Epiſc. Noviom. a. 1064. apud Vaſſorium. VADIVM ADCHRAMIRE. Ch. Chlodov. III. ap. Mabillon. Adde Capitul. 3. a. 813 c. 15. ARRAMIRE BELLVM, ſeu duellum, eſt promittere in judicio rem, de qua agitur, duello ſe probaturum. Tabular. Vindoc. Thuani c. 9. et cap. 159. Inde poſtea vox eadem vſurpata in bellis, vti vocant, publicis. Curia general. Catalon. in villa Cervariae, a 1309. Chron. Petri IV. reg. Aragon c. 31. † ARAMIRE SVAS SCRIPTVRAS, profiteri, probaturum ſe veras et legitimas. Placit. a. 918. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 57.

De vocis etymo non una eſt ſententia. Beslius ab *affirmare* formatam vult; Wendelinus a *rama*, ſeu *ramallum*, quod eſt, vti ſenſit, locus, in quo judicia exercentur, deducit; ita vt *adhramire* ſit ſiſtere in judicio, quod in *rama* ſeu *ramallo* habetur. Bosquetus ad Epiſtolas Innocentii III. PP. *arrhamire* ab *arrha* deducit, quod qui adrhamibant facturos ſe quidpiam, arrham dabant, ſeu mittebant, forte chirotheram aut feſtucam, vt eſt in formula 2. inter formulas incerti auctoris; quam ſententiam videtur amplecti Bignonius in notis ad Leg. Sal. qui putat, *adrhamire* eandem habere vim, quam habet *arrer* apud Gallos ab *arrha data*. Schilterus et Wachterus vocem deducunt a German. **ramen**, collimare, **zielen**, vnde **anberaumen**, diem dicere. Ex ſententia Clariſſ. Ihre in Gloſſ. Suiogoth. verbum hoc ortum eſt ab Islandorum *Ram*, manus, ita vt *adhramire* ſit, porrecta et ſtipulata manu promittere, et in ſpecie promittere, ſe ad condictum tempus adfuturum. Conf. C. V. Grupen **teutſche Alterthümer** p. 65 ſ. V. etiam *Arramare*, *Arrame*, *Arramia*, *Arraquiatio*, *Adrare*.

† ADRARE, i. q. *adramire*, cum ſacramento coram judice promittere. Stat. Iacobi I. reg. Aragon. a. 1251. *Quicunque habuerit cum alio treugas adratas*.

† ADRATERIA, ſemita, via transuerſa et deuia, atque adeo compendioſa, Gall. olim *Adrece*, *Adreſce*, et *Adreſſe*, Germ. **Richtſteig**. Ch. a. 1394. ex Reg. 146. ch. 441. Litt. a. 1367. t. 5. Ordinat. reg. Franc. p. 71.

† ADRECHVRARE MENSVRAS, ad *drictum* ſeu rectum eas reuocare, emendare archetypo ſuo eas adaequando; Germ. **aichen**. V. *Adiuſtiare*. Libertat. loci de Giniaco a. 1340. ex Reg. 73. ch. 164. Litt. a. 1376. t. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 69. art. 5. Transact. a. 1394. t. 8. earumd. Ordinat. p. 12. V. *Ahalare*.

ADRECIARE, V. *Addretiare*.

† ADRECVRARE, ad rectam lineam reducere, Germ. **richten**. Ch. a. 1308. in Reg. 44 ch. 129. V. *Adreſciare*.

ADREDDERE, reddere. Ch. Carol. M. a. 775. ap. Felibian. in Hiſt. monaſt. S. Dionyſ. p. XXXVI.

ADREGE, *Maurorum caſale*. Gloſſae Mſ. Eccleſ. Bituric.

ADREGNIARE, equum freno tenere et adducere. Veteres ſcriptores frena *Regnes* vocant, quibus ſcilicet equus regetur. Leges Henr. I. c. 89. † Gallis olim *adrener*.

ADRENDATIO, annuus reditus, annua doni attributio. Concil. a circ. 1215. apud Martene t. 4. Anecd. p. 171. V. *Arreudare*.

† ADRESCIARE, *drictum* facere, quod juris eſt praeſtare, reparare, i. q. *Addretiare*. Germ. **berichtigen**. Benedict. abbas Perroburg. de geſtis Henr. II. reg. Angl. edit. Hearn. t. 1. p. 3. ad a. 1170. Gallis olim *adreſcer*, et *Adreſſer*.

AD RESPONSVM, apocriſiarius, qui negotia alterius curat, et de iis dat reſponſa. Exempla videſis in *Reſponſum*.

ADRESTARE, pro *adextrare*, ad dextram alicujus ſtare, vel incedere. Acta SS. Maii t. 4. p. 461. V. *Addextrare*.

ADRIA,

† ADRIA, *petra, adula*, ein Knoll von dem Flachs. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ.

ADRIPARE, ARRIPARE, ad ripam appellere, anländen; Ital. *arripare*, Gall. *arriver*. Ch. Zuentibaldi reg. apud Hedam in Hiſt. Epiſc. Traject. Ch. a. 1243. in Regeſto Toloſano, fol. 89. V. *Arripagium*.

† ADRIZARE, erigere. Guido de Vigeuno in opuſc. de modo acquirendi et expugnandi T. S. ex Cod. reg. 9640. V. *Driſare*.

† ADROSVS, *Gallus de Gallias*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ADRODERE, vox propria *των κωφαχαιρων*, quos *Rogneurs de noyes* dicunt Galli. Lex 1. Cod. Theod. de Ponderator. *Emptio venditioque ſolidorum, quos exciduns, aut diminuunt, aut (vt proprio verbo vtar cupiditatis) adrodunt, tanquam leues eos vel debiles nonnullos repudiantibus impeditur*. V. *Tonſor*.

ADRVDVS, *aes infectum, raduſculum apud aedem Apollinis*, Laur. in Amalth.

ADRVMARE. Gloſſae Mſſ. Regiae: *Adrumauit, rumorem attulit*. Gloſſ. Iſid. *Rumare, rumores adferre*. Gloſſ. Gr. Lat. *Φημιζω, vulgo adrumo, corrumo*. Vgutio: *Rumare, rumores facere; adrumare, rumores adferre, corrumare, rumores dicere*. Feſtus: *adrumauit, rumores fecit*. Baldric. in Chron. Camerac. l. 3. c. 19.

ADRVMATIO. Teſtam. Herberti Comit. Viromand. a. 1059. ap. Carpent. in Hiſt. Camerac. p. 7. *Poſt obitus mei adrumationem*, i. e. ſtatim atque obitus mei rumor et fama peruenerit.

ADRVNCARE, *euertere*. Papias Mſ.

ADSALIRE, ASSALIRE, adoriri, inuadere. Vgutio: *Aſſalire, aggredi, inuadere, arripere*. Gallis *aſſaillir*. Synod. Helenenſ. a. 1027. *In via adſalire, villam adſalire*, paſſim in Lege Sal. in Capit. Caroli M. l. 5. tit. 212. tit. apud. Marculf. l. 1. form. 29. 39. in vet. Formul. c. 30. apud Dudonem l. 2. de Geſt. Normann. p. 74. et alios. V. *Adſultus, Aſſaltus, Aſſultus*.

ADSALITVRA, i. q. *Adſaltus, Aſſultus*, in Capitul. Caroli C. tit. 12. 29. 30. V. *Adſaltire*.

ADSAPORARE, ſaporem infundere, Gall. olim *aſſavourer*. Regula Magiſtri c. 23. V. *Sapolare*.

† AD SATIS, ſatiate, abunde, Germ. zur Gnüge. Vita S. Arnulphi t. 3. Aug. p. 233.

ADSCRIPTITIVS, V. *Aſcriptitius*.

ADSCRIPTIO, diſtributio extraordinariorum tributorum quae poſt publicatam indictionem fiebat ab omnibus ciuibus conſilio et auctoritate rectoris prouinciae. Conſule l. 3. et 4. Cod. Theod.

† ADSCRIPTITIATVS, coloni *adſcripticii* conditio. Ita edidit D. Vaiſſete inter Probat. t. 4. Hiſt. Occit. p. 111. pro *Adſcriptistatus*, vt habet Cangius v. *Caſalagium*.

ADSECLAE, *domeſtici familiae, agaſones, pediſſequi, lenones*, in Gloſſ. Iſid. Gloſſ. Lat. Gr. *Adſecla, ακολουθος*. In aliis *adſecula*.

ADSECTATA *foemina, vel in bonam partem dicitur velut honorata; vel in malam quaſi ad extremum periculum adducta*, apud Feſtum.

ADSECTATIO. Ian. Laurenberg. in Supplem. Antiquar. *Adſectatio, ἐκολουθησις, ſequela*.

ADSECTATOR, *ἐρεθιστης μαθητων*, in Gloſſ. Lat. Gr. ad verbum *irritator diſcipulorum*.

ADSECVLA, V. *Adſeclae*.

ADSEDA, aliis *Adſella, ſella quadrijugis*, in Gloſſ. Iſid. et Excerpt. Pithoei; vbi addit, quosdam legere *Caſſida*. Ab *Adſella* deriuatur *Adſellare*.

ADSEDIVM, obſidio. Memoriale Poreſbitum Regienſ. a. 1228. apud Murat. t. 8. p. 1091.

ADSELLARE, ASSELLARE, alumn exonerare, Germ. zu Stuhle gehen. Vetus Interpr. epiſt. S. Barnabae c. 8. *Lepus ſingulis annis facit ad adſellandum ſingula foramina*. Octav. Horatian. l. 4. rer. medicar. p. 97. Alex. Iatroſoph. l. 2. Paſſion. c. 79. Vtitur etiam pluries Vegetius de arte veterin. et Garioponius in Paſſionario. V. *Sella* et *Adſedium*.

ADSEL-

ADSELLATIO, ASSELLATIO, eadem notione. Alex. Iatrosoph. l. c.

ADSENTATIO, assensus, consensus, in l. 5. Cod. Theod. de Locat. fundor. jur. emphyt.

† ADSERTOR, procurator, actor nomine alterius. Ch. a. 879. in Append. ad Marc. Hisp. p. 804. V. *Mandatarius*.

ADSERVIARE, ex Gallico *asservir*, seruitio obnoxium facere. *Res adserviata*, in Libertat. villae Bellijoci a. 1274. i. e. seruitio alicui obnoxia.

† ADSESSIO, munus et officium *adsessorum*, in l. 14. Cod. Theod. l. 1. tit. 12.

ADSESSOR, *dicitur qui assidet ad gesta publica transscribenda*. Ita Glossae Mſ. regiae ad Cod. Theod.

† ADSESSORES, ASSESSORES, iidem qui supra *Adjutores*, qui nempe Rectoribus prouinciarum adsidebant, vt in rebus administrandis eos consiliis adjuuarent. Hinc *administrationum participes* nuncupantur in l. vnic. Cod. Theod. de Prouinc. Rect. Spartian. in Alex. Seuero. Vid. Iac. Gothofred. ad Leg. 50. Cod. Theod. tit. 1. p. 275. et ad leg. 5. Calv. et Brisson. Lex. Iurid.

ADSESSORIA, libri in quibus res, de quibus actum fuerat, dum *Adsessores* adsidebant, scribebant Iurisconsulti. Pratejus et Brisson. apud Caluin. in Lex. Iurid.

ADSESSVRA, munus et officium Adsessorum. L. vlt. D. de proxenet.

† ADSIDERE, Adsessorum officio fungi. Leg. 10. Cod. Theod. l. 1. tit. 12. et in l. 37. 38. ff. ex quib. cauſ. major. 25. ann. in integrum restituuntur. Occurrit praeterea semel et iterum in marmore Taurin. a. 238. et in vet. Orbis Descript.

† ADSIDVS, pro adsiduus, vel assiduus. Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Adsidos, capite censos, qui nichil praeter prolem dare poterant, proletarii dicti sunt; et assidui milites, ab assiduitate officii.*

† ADSIGNARE, chartam sigillo munire. Ch. Caroli Cr. imp. a. 886. t. 9. Collect. Hist. Franc. p. 359.

ADSIGNATIO, subscriptio, signum. Litterae Synod. Concil. Trecens. a. 867. ap. Mabill. t. 3. Annal. Bened. p. 676.

ADSIMILARE, ASSIMILARE, effingere, similem facere. Papias: *Repraesentat, assimilat, effingit, figurat.* Gloss. Gr. Lat. *Adfimilatio, ἀφομοίωσις.* Gesta regum Franc. c. 181. Gregor. Tur. l. 2. Hist. c. 42. Asnob. Iun. in Psalm. 147. V. *Similare.*

ADSIMVLARE, simulare, gleichſtellen. Lex vnic. Cod. Theod. de Hierarchis. Paulus l. 5. sentenc. Vtuntur Plautus, Cicero et alii e classicis latinis. Adde Gesta reg. Franc. c. 32.

ADSIMVLATIO, dissimulatio, actio ipsa *adsimulandi*, in l. 18. Cod. Theod. de Epiſc.

ADSITA, *arbor, cui incolumi aliud quod sustineat adjungitur.* Papias.

ADSITVS, qui adest, propinquus. Vita S. Henr. Imp. t. 3. Iul. p. 792.

ADSOLARE, ASSOLARE. (1) Ad solum et terram deprimere; *Assoula*, Occitanis. Io. de Ian. *Assolatus, ad solum deductus. Nauim. c. l.* W. Brito in Vocab. Mſſ. *Assolatus, i. vanus, et dicitur ad solum, i. ad terram redactus, de solio depositus, et ad solitudinem redactus.* Tertull. apologet. c. 5. *Si honorem inquietent diuinitatis, si majestatis vestigia adsolant.* Ita legit Rigalt. ex Cod. Fuld. vbi editi praeferunt *obsoletum.* Fori Oscae Iac. 1. reg. Arag. a. 1277. Aliud est (2) ASSOLARE in Bulla Bened. VIII. t. 1. Vghelli part 1. p. 137. Simulque pratum in integrum cultum et assolatum. Vbi *assolatum pratum*, est ad culturam redactum secundum vſum agriculturae. Galli enim dicunt *assoler les terres*, cum primo anno aranur, altero in iis frumentum, tertio trimestre frumentum seritur.

† ADSOLARARE, ASSOLARARE, *solarium* seu tabulatum construere, contignare, tabulis tegere; Germ. täfeln. Statut. a. 1357. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 194. et 195. V. *Assolarium.*

† ADSOLENS, Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Adsolentes, adsilientes.*

† ADSOLETVS, *allisus*, ibid.

ADSPERGILLVM, Germ. Sprengwedel. Instrumentum, quo aqua intra-

lustralis adspergebantur a Sacerdotibus, apud Aeneam Vicum in Iul. p. 25. *Aspergillum* recentioribus notissimum.

ADSPICERE, pertinére, Germ. zugehören. Ch. Eberh. Comit. apud Mabill. t. 2. Annal. Bened. p. 701.

ADSPICIALIS, Gloss. Gr. Lat. ὁρατος, *adspicialis*, *visibilis*.

ADSPICIENTIAE, adjuncta, *pertinentiae*, appendices, Germ. Zubehör. Ch. Ludov. reg. a. 853. apud Guillimann. l. 4. de Reb. Helvet. c. 4.

† ADSTA, *interioris templorum loca*, in Gloss. vet. Cod. reg. 7641.

ADSTANTIA, audientia, praesentia. Gloss. Lat. Gr. *Adstantia*, *praesentia*, *adventus*, παρουσια. Canon. Hibern. inter Anecd. Marten. l. 4. p. 15.

ADSTATIM, pro *statim*, crebro occurrit in Chronico Windesemensi l. 1. c. 1. 13. 17. 42 l. 2. c. 31. 41. 42.

† ADSTERITIVS, armorum, quibus offendi potest, genus. V. *Adalleuantia*.

† ADSTINENS, vicinus, contiguus. Ch. a. 911. t. 9. Collect. Hist. Franc. p. 685.

† ADSTIPVLARE, astipulari, scripto vel charta rem dimissam profiteri et asserere. Ch. a. 1196. t. 2. Hist. Lothar. inter Probat. p. 326. V. *Adstipulatus*.

† ADSTIPVLATOR, qui tutoris officio fungitur. Rituale vetustiss. apud Murat. t. 5. Antiq. Ital. med. aevi p. 573. V. *Astipulator*.

† ADSTIPVLATVS, consensus, scripto seu charta assertus, laudamentum. Vita vener. Erluini t. 7. Maii p. 845. V. *Adstipulare* et *Stipulatio*.

† ADSTREPERE, Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Adstrepit*, *omnibus murmurat*.

ADSVEFICERE, προσυποβαλλειν, in Gloss. Lat. Gr. Mss.

ADSVETVDO, pro *consuetudo*, tributum, pensitatio. Orderic. Vital. l. 3. p. 461.

ADSVLTVS, ASSVLTVS, actio *adsaliendi*, aggressus, impetus. Concil. Islebon. c. 16. Innoc. III. l. 14. ep. 126. etc. Papias: *Assultus*, *impetus*. V. Petr. Diac. l. 4. Chr. Casin. c. 105. Baldric. l. 3. c. 73. *Assultus praemeditatus* in legg. Henr. l. c. 10. 80. V. *Assaltus* et *Adsalire*.

ADSVMPTI AGRI seu OCCVPATORII, qui collapso imperio Romano concessi iis qui occupare et colendos suscipere vellent. Vnde *Adprisio*, *Irriprisio* et *Purprisio*, in Capitul. Car. M. et Car. C.

ADSVMTIO, vox ecclesiastica, qua obitus SS. designatur. Vita S. Virgilii inter Acta SS. Bened. saec. 3. part. 2. p. 309. V. *Assumptio* 1.

† ADSVRGENS, *seniens*, in Gloss. ex Cod. reg. 7641.

ADSVTABVLVM, V. *Adfrusabulum*.

ADTAMINARE, V. *Attaminare*.

ADTEGER, *tactus*, *diminutus*; *contra integer*, *illibatus*. Laurent. in Amalth.

ADTEMPERIES, temperamentum. Lex 2. Cod. Theod de Custod. reor.

ADTEMPORARE. Io. de Ian. *Adtemporare*, *contemporare*, *simul temporare*.

ADTEMPTARE, sollicitare, inlicere. *Ademptatio*, sollicitatio, leg. 2. Cod. Theod. de Raptu vel matrim. sanct. leg. 5. de Locat. fundor. jur. emphyt. leg. 26. de Episc.

ADTENDARE, *tendam* seu tentorium figere, i. q. *tendere*, quod vide. Italis *Attendare*. Epist. Tierrici Magistri Templi in Chron. Reichersperg. a. 1187. Hinc Gallicum *attendre* fluxit vt et Italicum *attendere*, pro expectare, quia donec *tendae* seu tentoria figantur, subsistunt et expectant. V. *Tenda*.

ADTERMINARE, terminum ponere, diem causae dijudicandae praefigere, Gallis *Aterminer*, Germanis beramen, anberamen. Leges Edwardi Confess. c. 3. Leges Adelstani Reg. c. 7.

ADTHOLARE, tholo suspendere, dedicare, consecrare. Vox facta ex praep. *ad* et θολος, camera. Vid. Goclenii Lex. Philol.

ADTITVLARE, ATTITVLARE. (1) Ad titulum ecclesiae promouere. Tabular. Eccles. Vienn. sub Sobbone. fol. 44. *Ecclesia S. Nazarii - - in qua ipse Vbaldus more Ecclesiastico adtitulatus fuit*. Stephan. Afric. Prae-

Presbyt. in Vita S. Amatoris, n. 19. V. *Titulus*. (2) † Indicare, ostendere. Ch. Roberti Reg. ann. circ. 999. t. 10. Collect. Hist. Franc. p. 375.

† ADTITVLATVS, designatus, nominatus. Vita b. Bertholdi Abbat. t. 6. Iul. p. 484. V. *Adsitulare* 1.

ADTONDVS, ATONDVS, supellex, vasa quaeuis, bona mobilia, ab obsoleta voce Hisp. *Atuendo*, quae eadem notione saepenumero a Iudaeis vsurpatur in illorum versione Hispanica vet. Test. Ch. Hispan. aerae IIII. apud Yepez in Chron. ord. S. Bened. t. 6. Alia aerae 1011. ibid.

ADTOXICATVS, toxico, vel veneno infectus, *impotionatus*. Hist. mortis et miracul. S. Leonis IX. PP. n. 30.

ADTRAHERE, acquirere. Formulae vet. c. 27. *Tam quod regio munere perceperat, et quam de diuersis partibus per venditiones, donationes, cessiones, commutationes adtraxerat.* Ch. Caroli M. in Chron. Laurish. a. 776. Alia ejusd. Caroli M. a. 1. regni, ex Tabul. Corbeiensi. Vita S. Desiderii Ep. Cadurc. c. 18. Inde ADTRACTVS vel ADTRACTVM, comparatum, acquisitum. Ch. Chlodov. III. Reg. a. 2. Ch. inter Alemannicas Goldasti 39. Et cap. 50. Occurrit passim et alibi.

† ADTRECTARE, *male contingere*, in Gloss. Cod. Reg. 7641.

ADTROPARE, τροπολογεῖν, tropice, per tropologiam loqui, scribere. Arnob. Siccens. in Ps. 37. Guibert. l. 1. de Vita sua c. 16.

† AD TVNC, pro statim, continuo, in Ch. matrim. a. 1405. inter Probat. t. 1. Hist. geneal. dom. reg. Portugal. p. 392. V. *Adstatim*.

ADTWIFORDA, ad duplex vadum, a praepos. *ad*, et Anglosax. *twy*, duo et *Ford*, vadum. Beda Hist. l. 4. c. 28.

† ADVACANTIA. Ch. a. 1145. apud Vghell. Ital. S. t. 1. p. 552. edit. 1717. *Aliquam praetendentiam vel aduocantiam* etc. Vbi legendum existimo *Aduocatiam*, seu jus, quod propter tutelam seu protectionem exigi potest.

ADVALEIA, captio piscium in piscariis, nassisue, effluentem e viuariis et fluminibus aquam excipientibus, ad aggerum molendinorumque aquarias fores; Gall. *Avalée*, *Avaleson*, ab *Avalare*, descendere, quod ista piscatio fiat ex piscibus fluentis aquae cursu raptis et in majoribus aquarum adcretionibus, quae Gallice dicuntur *Avalesons*. Ch. a. 1217. ex Tabular. S. Martini Pontisar. Diploma Walteri de Nisella, a. 1285. in Gloss. Iuris Gall. ad vocem *Avalesons*. V. *Analagium* et *Avalare*.

ADVALVARE, rei pretium imponere, Gall. *Evaluer*, Germ. schätzen. Regest. memorial. camerae comput. Paris.

ADVALVATIO et EVALVATIO, aestimatio, in Regesto modo laudato.

† ADVANTAGIVM, (1) Ius, quod et *Praelationis* dicitur, quo scilicet domino feudali liberum est redimere pretium a feudatario seu vassallo distractum. Arest. 1355. in Vol. 4. Arest. Parlam. Paris. Ch. a. 1499. inter Instrum. t. 6. Gall. Christ. p. 388. V. *Aduenantare*. (2) Projectura, prominentia, vt videtur. Ch. a. 1386. ex Tabul. Massil. *Item plus pro omnibus aduantagiis, videlicet duorum palmorum cauandi, et pro implendo dictam turrim, et pro Auantagiis crotae - - - et omnibus aliis auantagiis 54. florenos auri.* V. *Auantagium* 5.

ADVBVM, refectio, reparatio, a Gall. *Adouber*, reficere, restaurare. Stat. Massil. a. 1253. *Statuimus vt eligantur tres discreti viri boni in ministerio blancariae, qui debeant curare et inquirere, vt adubum blancariae bene et fideliter peragatur.* † Potius ipsa rerum praeparatio, quibus ars *blancariae* peragitur. V. *Adobare* 1.

† ADVCERIA. Ch. Phil. Pulcri a. 1296. in Lib. rub. cam. Comput. Paris. fol. 417. *Item triginta modios vini de Aduceria, quos nobis solvere consueuerunt*, etc. Legendum, puto *aduoeria*, tutela, protectio. V, in hac voce.

† ADVEDIMENTVM, admonitio, monitum, Ital. *Auuedimento*, Gall. *Auertissement*, olim *Aduistmens*. Statur.

tut. ciuit. Pistor. a. 1107. apud Murator. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 534.

† ADVELARE, coronare. Gloss. vet. Cod. reg. 7646.

† ADVENA, pro auena. Ch. a. 1146. t. 2. Hist. Lothar. inter Probat. p. 725.

ADVENABLATVS, AVENABLATVS, AVENEBLATVS, dici videtur de siluis excelsis, Germ. Hochstämmige Wälder, vel de siluis annorum 40 aut 60, quas Germani dicunt übers ständige Höltzer. Regest. 47. Chartarii regii fol. 89. tit. 127. *Recognoscimus, nos vendidisse - - petiam nemoris existentis super terram - - in gruaria de Campania; plateis et viis auenoblatis scindendis, et leuandis ex nunc vsque ad 15 annos - - tali modo et forma, quod dictus Laucianus de dictis 100 arpensis nemoris primo capiet et habebit in quacunque parte totius nemoris voluerit quatuor arpenta nemoris auenoblatis* etc. † Ch. Phil. Pulcri a. 1314. in Reg. 50. ch. 78. *Quibus capellanis dictus archiepiscopus dicitur donauisse CCCXI. arpenta et tria quarteria nemoris auenoblata.* Ch. 1357. Reg. 89 ch. 521. *Item quamdam peciam nemoris - - continentem viginti sex arpenta nemoris pleni, Gallice Auenable.* Ergo nemus *auenoblatum* idem sonat quod plenum, i. e. integrum densum.

ADVENAE, alienigenae, extranei, qui vulgo *Albani*, qui dimisso proprio domicilio, alio migrant, et alibi sedes figunt, qui aliunde veniunt. (*) Germ. olim ein Gast; Vid. Haltaus. Gloss. h. v.) Gloss. Lat. Gr. *Aduenae*, *μετοικοι*, *ἐπηλυς*. Lex Longob. l. 1. tit. 25. §. 50. §. 5. Adde Cap. Car. M. l. 3 c. 18. Cap. Car. C. tit. 12. § 9. tit. 13. §. 6. tit. 23. §. 6. tit. 31. §. 31. et l. 239. D. de verbor. signific. V. *Albanus*.

ADVENAMENTVM FEODI, ADVENATIO, ADVENTIZATIO, ADVENIENS, ADVENIENTITIVM, in Consuetud. Turon. art. 124. Lodunens. c. 12. art. 6. Andegav. art. 211. Cenoman. art. 226. *Aduenant de fief*, Feodi certa portio est et sufficiens, vt per illam sibi retentam vasallus de homagio cauere possit domino principali atque successoribus securum facere; portio vero insufficiens, vt debita reddere possit seruitia dicitur *desauenans de fief*. Quapropter prohibetur ne vltra tertiam partem feodi sui vasallus vendere possit aut distrahere. Ch. a. 1209. in Tabul. Fontanell. t. 1. p 288. Ibid. p. 202. in instr. a. 1295. Ibid. p. 300. 181. 205.

ADVENANCIA, AVENANCIA, quidquid de praestationibus et seruitiis reddendum competit ei, qui feodi partem acquirit, Gall. *Aduenues*. Polypt. Fiscamnense script. a. 1235. *Philippus - - tenes 2 partes vnius villenagii ex facit aduenancias redditum et seruitiorum.* V. *Aduenantum*.

ADVENANDICATIO, eadem notione. Ch. a. 1290. in Tabul. Fontanall. t. 1. p. 287.

ADVENANS, aduena. Gesta S. Innocent. apud Mabill. Analect. t. 3. p. 76.

† ADVENANTARE, AVENANTARE, assignare, addicere alicui bona, aestimatione eorumdem prius facta, debitique jurisue habita ratione competenti; vnde vocis origo. Britonibus vulgo *Avenanter* et *Avenantir*, quibus aestimatio seu assignatio ipsa, *Advenantatio* dicitur, vulgo *Avenantement*, *Avenantours* vero ipsi aestimatores nuncupantur. Ch. 1272. t. 1. Probat. Hist. Brit. p. 1026. 1028. Alia a. 1293 ibid. p. 1109. Alia a. 1260. ibid. p. 982.

ADVENANTVM, vt *Aduenancia*. Polypt. Fiscam jam laudatum. *Ricardus - - reddit - - et suum aduenantum de omnibus minutis seruitiis.* † Aresti. a. 1220. inter arcit. Scacar. Norman. Cod. reg. 4655. *Ita quod vnusquisque ponat in maritagium aduenantum suum, secundum portionem quam habent.* Id est pro ratione portionis haereditatis paternae et maternae, quae cuique obuenit.

ADVENATIO FEODI, ADVENENTICIVM, ADVENIENS } V. *Aduenamentum*.

ADVENIMENTVM. (1) Quidquid haereditate aut alio quouis modo mulier

mulieri venit post sua sponsalia, Gall. *Biens aduentifs.* Sic autem dicuntur, quod non augeant dotem. Ch. a. 1389. apud Baluz. t. 2. Hist. Arvern. p. 404. V. *Auentitius.* (2) † Conuentum, pactio. Ch. 1198. ex Bibl. reg. cot. 19. *Haec est charta aduentimenti.* Alia a. 1209. cot. 17.

ADVENTAGIVM. (1) Quidquid praeter partem quae alicui juxta leges obtingere potest, conceditur, Gall. *Auantage.* Ch. Hugon. Delph. a. 1347. apud Baluz. t. 2. Hist. Aruern. p. 434. Ch. Heliae Abb. Floriac. a. 1267. *Presbyter habet etiam in aduentagium domos presbiteriales nunc extantes.* ADVENTAGIVM GVERRAE, quod ex praedationibus et expilationibus belli tempore fieri solitis obuenit, apud Rymer. t. 5. p. 626. (2) † Praemium quod vltra pretium conuentum operario datur, Germ. Trinkgeld. Stat. Ludov. VIII. a. 1225. in Reg. Cam. Comput. Paris. V. *Auantagium* 3.

ADVENTALIA, conueniens apparatus, Gall. *Garnitures.* Litt. Edw. III. apud Rymer. t. 5. p. 384. *Cum triginta paribus platarum, bafinetorum et pifanorum cum eorundem aduentalibus.*

ADVENTIO, ADINVENTIO. (1) Acquisitio, vt opinor. Stat. Monast. S. Claudii. *Item et in affranchifamentis perfonarum nec non manibus mortuis et aduentionibus factis per praefatum ejusdem monafterii abbatem, recipere debet et foluit* (Cellerarius) *quintam partem et portionem.* V. *Adinuentio.* (2) Translatio reliquiarum, nempe Sancti alicujus. Ado Vienn. 4. Idus Ianuar. V. ibi Rosweidum

ADVENTITIVS, aduena, albanus, Breuiloq *Aduentitius, aduena qui alibunde venit.* Capitul. 3. a. 806. c. 4. Capit 2. ad Leg. Bajuvar. §. 4. et l. 4. addit. 2. c. 2 Edict. Pistens. in Capit. Carol. C. tit. 31. §. 31. Vid. Bracton. l. 4 tract. 1. c. 28. §. 5. *Mancipia aduentitia et fugitiua,* in Leg. Longob. l. 1. tit. 25. §. 66. *Aduentitiae merces,* apud Ammian. l. 14. *Aduentitiae fpecies,* quae ex aliis prouinciis importantur, l. un. Cod. Theod. de Saccar. Vrb. *Aduentitia bona,* quae ex succeſſione vel aliunde obueniunt, in Consuetud. Burbon. art. 174. et Aruern. c. 14. art. 1. V. *Auenimentum.*

ADVENTIZATIO, V. *Aduenamentum.*

ADVENTOR, aduena, aduentitius, vel hospes. Vetus Inscr. 181. I. C. *Aurunceius, cotta, colonis, incolis, hoſpit. aduentoribus, fernisque eorum, lauationem ex ſua pecunia in perpetuum dedit.* V. Iuretum ad Symmach. l. 1 ep. 41. Vtitur Plautus. In Gloss. Gr. Lat. ἐργοδότης est *aduentor,* locator operis.

AVENTORIA, apud Martial. in Praefat. l. 12. est epistola quae aduentanti amico mittitur obuia. *Litterae aduentus praenia,* apud Sidon. l. 5. ep. 16. *Praecurſoria,* Plinio l. 4. ep. 13. *Metatoria* eidem Sidonio l. 8. ep. 11.

ADVENTVALE, ap. Raim. Duellium Misc l. 2. fol. 8. *Aduentuale ſeu Conciones in ſingulos dies Aduentus. Item Quadrageſimale est.*

† ADVENTVRA, Itol. *Auentura,* caducum, *eſcaeta,* quod quasi fortuito obuenit, Accidentien, Sporteln. Ch. Phil. Pulcri a. 1298. in Lib rub. Camer. Comput. Paris. *Habebamus - - 328 libras et 12 denarios Turon. paruulorum renduales, tum in bladо - - quam in aduenturis baſſae juſtitiae.* Gall ol. *aduentures.*

ADVENTVRARE, audere, fortunam tentare, Gall. *s'auanturer,* Germ. olim abentheuern. Rymer. t. 11. p. 720.

ADVENTVRARIVS. *Naues aduenturariae,* quae in aliarum gentium errat maribus praedandi aut etiam mercandi causa. Eadem fere quae piratica. *Aduenturaria Societas,* Mercatorum Anglorum Societas Hamburgi Antuerpiaeque potissimum erecta et adunata, de qua Larreyus in Hist. Anglic. t. 1 p. 723. Sic autem appellabantur non modo, quod Antuerpiae, Hamburgique essent *aduentitii* et hospites, sed quod ipsos interdum contingeret in longinquis ignotisque marium plagis nauigare et errare, saepeque vitae

et mercium ſubire periculum. Rymer. t. 16. p. 323. *Aduenturarii Mercatores*, ibidem.

† ADVENTVRERIVS, mercator extraneus. Libert. Brianc. a. 1343. inter Ordinat. Reg. Fr. t. 7. p. 731. art. 27. V. *Aventurerius*.

ADVENTVS (1) Caſus aduerſus, infortunium, Gall. *Aduenture*. Epiſt. Seneſcalli Prouinc. a. 1326. in Archiuo S. Vict. Maſſil. (2) Tempus, quod natale domini praecedit, conſtans 4 ſeptimanis. V. Abbon. Monach. apud Baron. a. 1001. n. 5. et Menard. ad Sacrament. Gregor. M. p. 215. Rupert. de diuin. Offic. l. 3. c. 1. (3) Tributi ſpecies. Tabular. Burgucienſe fol. 59. *Gaufredus genet calumniatur, requirens ab eis releuamentum, ita vt nec ab ipſo, nec aliquo haeredum ſuorum amplius requireretur. Poſtea coepit quoque quaerere aliam occaſionem, quam aduentus vocant, pro quo petebat quotannis ſibi reddi vnum ſextarium frumenti, et duos quenae, et vnum modium vini etc.* ADVENTVS AD VISVM FRANCI PLEGII, inter onera recenſentur in Ch. Edwardi III. Reg. Angl. in Monaſt. Angl. t. 2. p. 832. V. *Plegium*. ADVENTVS IOCVNDVS tributum quod Domino exſoluitur, cum primum ad aliquam dignitatem peruenit, verbi gratia, cum Reges ad regnum educuntur. Comput. Theſaurarior. Franc. 1316. *Pro dono facto regi ratione Iocundi Aduentus ſui et exercitus Flandriae 300. lib. Tur.* V. Cognat. in Hiſt. Tornac. l. 4. c. 15. et Chopin. l. 1. de Sacra Polit. tit. 8. §. 13. Adde Concil. Lateran. IV. c. 57. (4) † ADVENTVS pro *Aventus*, Gall. *Auvent*, vmbraculum ligneum projectum quod feneſtrae vel officinae appenditur, Germ. Wetterdach. Ch. a. 1198. in Chartul. Arnemar. ch. 5. V. *Aventus*. (5) † ADVENTVS, *nauigium*, *catapius*, in Gloſſ. Cod. reg. 7641.

ADVERARE. (1) Rem veram eſſe probare, Gallis *Averer*; vox fori Aragonenſis, de qua Mich. del Molino in Repert. v. *Adueratio*. (2) † ADVERARE, AVERARE, AVERARE, facta inquiſitione et recognitione aeſtimare. Inſtr. a. 1391. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 114. Aliud a. 1356. ibid. t. 2. p. 176. p. 184.

† ADVERATIO, AVERATIO, AVERATIO, aeſtimatio, probatio. Inſtr. a. 1384. ibid. t. 3. p. 60. Aliud a. 1390. ibid. p. 104. 111. Aliud a. 1389. ibid. t. 2. p. 201.

ADVERBIALIA, rationes, ſententiae, articuli. Rather. Veron. de contemtu canon. part. 2. t. 2. Spicil. Acher. p. 199. vbi 40 articulos Leodici actos ita appellat, quod eos in prouerbiorum modum digeſſerit.

† ADVERGERIA, modus agri, apud Campanos *Auvergier* dictus, forte i. q. *Vercheria*. V. in hac v. Ch. a. 1374. ex Reg. 106. ch. 170. *Item duo Iornalia, - - pratorum arabilium ſeriatim in aduergeriis domus Dei.* V. *Auergaria*.

ADVERSARE, *contraire*: *ſed Boetius dicit aduerſamini vitia, i. reſpuite.* Papias.

† ADVERSARIA, animaduerſiones. Brencman. in Hiſt. Pandect. l. 2. c. 1. p. 99. Aptius vocem explicat Faber in Theſaur. h. v.

ADVERSATIONES, tributa, exactiones, malae toltae, in Ch. a. 1300. quam vide in verbo *Gaudargium*.

ADVERSATVS, qui ſui compos non eſt, inſanus. Mirac. B. Simon. Epiſc. Auguſt. t. 2. April. p. 825. † Gallis olim *Auertin*, morbis qui a ſenſu *auertit*.

ADVERSIO, praeuaricatio. Acta SS. April. t. 2. p. 927.

ADVERSIPEDES, *ἀντιπόδες*, in Gloſſ. Lat. Gr.

ADVERSVS. (1) Iuxta, vel potius, in conſpectu, e regione. Lactant. de mortib. perſecut. n. 23. (2) † *Contra, vel ſimilitudinis imitatio.* Vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641.

ADVERSVS EST, pro *aduertit*, obſeruauit, quaſi ab *aduertor*, Depon. Gerard. Abbas l. 1 Miracul. t. Adalhardi in praefat.

ADVERTENTIA, obſeruatio, nota, animaduerſio. Vide Goclenii Lex. Philol.

† ADVERTERE, in vſum et proprietatem aſſignare, conuertere, Germ. zueig-

ſeigneu. Ch. a. 1336. inter Probat. t. 1. Hiſt. Brit. p. 1378. *Item approprianus, et applicamus et adnertimus hoſpitali praedicto etc.*

† ADVERTIBILIS, *apperchevable, aduertibiliter, inaduertibiliter.* Vocab. compend.

† ADVERTISSAMENTVM. a Gall. *Aduertiſſement*, monitum. Inuent. Chart. reg. a. 1482. fol. 113.

† ADVERVNCARE, Gloſſ. vet Cod. reg. 7641. *Aduerunçat, multum verum facit.*

ADVESTIRE. poſſeſſionem conferre, Gall. *Inueſtir.* i. q. *Veſtire*, q. v.

† ADVESTITVS, in familiam admiſſus: qui enim veſtes ab aliquo accipiebat, de ejus familia cenſebatur. V. *Veſtis.* Ch. a. 1143. in Chartul. S. Vincent Laudun. *Ego Berengarius praedictae eccleſiae - - adueſtitus, una cum reliquis ejusdem loci canonicis etc.*

ADVESTITVRA, miſſio in poſſeſſionem; item cenſus annuus in ſignum acceptae *veſtiturae ſeu poſſeſſionis.* V. *Veſtitura.*

† ADVEVTVM, a Gall. *Adveu*, clientelaris vaſſalli profeſſio; qua ſcilicet feudalium praediorum cum ſuis limitibus ac terminis, atque adeo juribus ac oneribus deſcriptionem domino capitali ex debito affert, i. q. *Denumeramentum.* Tabular. epiſc. Carnot. *Illud quod eſt arreſtatum - - propter adventum ſuum non redditum.* Lib. homag. ejusd. epiſc. ad a. 1380.

ADVEXATICIVS, ad Daemone vexatus, apud Amolonem Lugdun. in Epiſt. ad Theobald. V. *Daemoniacus.*

† ADVICIOSITAS, indulgentia vitio ſatorabilis, Germ. ſtrafbare Nachſicht. Bulla Pii II. Papae a 1459.

ADVICTORIVM, ADVINCTORIVM, ADIVTORIVM, ADVINTORIVM, ADIVNTORIVM, AVITORIVM, quae tam incerta ſcriptio oritur ex ambiguitate hujus notae *m.* quae vtrum *ni* vel *in* debeat explicari incertum eſt. Cionaccius ſingula loca adnumerat, et in dubio notat, videri legendum *Aduinctorium* vel *Adjunctorium*, vt ſignificetur oblatio quaedam cerea plurimorum cereolorum in faſcem colligatorum, vel fax ex pluribus funalibus compoſita. Ita Bollandi Continuatores. Praetulerim *Aduinctorium*, eſt enim *Aduincta*, taeda, fax. Mirac. S. Humilianae t. 4. Maii p. 405.

ADVIDERE, commonere, Gall. *Aviſer*, *Aduertir.* Epiſt. Bertrandi Archiep. Vienn. t. 2. Hiſt. Dalphin. p. 297.

ADVIGILIVM, laudes quae matutinum, ſeu vigiliarum officium per tria nocturna diuiſum claudunt. Ita Continuat. Bollandi in notis ad vit. Ezonis, Mathildae, et Richezae, t. 5. Maii p. 55.

ADVINARE, vt infra *aduineare*, in majori Chartul. S. Victor. Maſſil. fol. 43. vbi etiam *aduiniatus* dicitur de agro vineis conſito.

ADVINCTA, fax, taeda, Germ. Fackel. Mirac. S. Zitae t. 3. April. p. 523.

ADVINCTORIVM, V. *Aduictorium.*

ADVINEARE, vites in agro ſerere, plantare. In tabular. S. Cyrici Nieuern. n. 54. et alibi, Gallis olim *Avignier* et *Avingnier.*

ADVINIATVS, eadem notione. V. *Aduinare.*

ADVINTORIVM, V. *Aduictorium.*

ADVISAMENTVM, AVISAMENTVM, AVISIAMENTVM, Conſilium, ſententia, Gall. *Anis.* Ch. Henrici VI. t. 2. Monaſt. Angl. Hent. de Knyghton. l. 4. Adde Walſingham p. 509.

ADVISARE, AVISARE, ex Gall. *Advis*, *Avis*, conſilium, Italis *Aviſare*, Gall. *Adviſer*, *Aviſer*, conſulere, deliberare, item monere. Nicol. Clemang. de Annat. non ſoluend. p. 82. Libell. de fundat. Monaſt. Bigaug. p. 253. et alibi. Hickeſ. Gram. Theot. vult accerſendum a Lat. praepoſit. *ad* et veteri ſeptentrionali *wiſan*, monſtrare, docere, inſtruere, Germ. anweiſen.

† ADVISATE, cogitate, conſulto. Stat Andreae Abb. Caſſin. a. 1372. t. 2. Hiſt. ejusd. monaſt. p. 536.

ADVISATVS, cautus, prudens. Menot. Sermon. fol. 2.

ADVISOR, qui dat conſilium. Teſtam. S. Fulcranni Epiſc. Lodov.

† ADVISVM, V. infra *Anisum*.

† ADVITALITAS, conceſſio ad vitam, ad vſum fructum, *jure adui-talitiali*, i. e. vſufructuario et precario jure. Ch. Stanislai Reg. Polon. a. 1709.

ADVITORIVM, V. *Aduitorium*.

ADVIVERE, pro *vivere*, ſuperſtitem eſſe. Leg. Wiſigoth. l. 4. tit. 2. §. 13. l. 5. tit. 2. §. 4. l. 12. tit. 3. §. 13. Occurrit etiam paſſim in formulis, *dum aduixeris, dum aduixero*; et in l. 1. C. Theod. de Legit. haered. Vtuntur etiam Tertull. Hieron. et alii.

ADVLA, *caput lini*, in Breuiloquo. *) *Adria, petra, adula*, ein Knode von dem Flachs. Vocab. Germ. Lat. 1477. impreſſ.

ADVLARIVS, vulgariter dictus beſtiarum cuſtos, apud Mich. del Molino in Repert. Foror. V. Foros Oſcae a. 1247. fol. 16. in Foris Aragon. fol. 58.

† ADVLATIO, *Gloria forenſis, vel popularitas, ſine affabilitas*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ADVLCERARE, *vlcerare*, ἕλκοποιεῖν, in Gloſſ. Gr. Lat.

ADVLESCENTVLARE, adoleſcentiari. Gloſſae Lat. Gr. *Aduleſcentulo*, νεανιεύομαι.

ADVLTER. (1) ADVLTER SOLIDORVM, παραχαράκτης, in leg. 5. Cod. Theod. de falſa moneta: *Adulterator monetae*, in leg. 1. Cod. Theod. de Collat. aeris, et l. 8. de indulgent. crimin. Gloſſ. Gr. Lat. παραχάραγμα, *adulteratio*, παραχαράκτης, *adulter*. Hinc *adulterini ſolidi, nummi, adulterina moneta*, paſſim. (2) ADVLTEROS vocant ſcriptores Eccleſiaſtici, qui ciuitatis Epiſcopo adhuc ſuperſtite, ejusdem Epiſcopatum inuadunt, aut qui quempiam ad Epiſcopatum promoueri patiuntur, Epiſcopo adhuc viuente. Epiſcopus enim promotione ſua ſpirituales nuptias cum Eccleſia ſua contrahit. Liberat. Diac. c. 14. 17. Hieron. Epiſt. 83. c. 2. V. Pallad. in Vita S. Ioann. Chryſoſt. p. 146. Theophan. p. 188. et Anonym. Cambeſiſian. in Alexandro n. 1.

† ADVLTERARE, adulterari, ſtuprare, Gallis olim *Adulterer*. Litt. remiſſ. a. 1384. in Reg. 125. ch. 115. *Humbertus - - praefati Criſtini vxorem adulterabat*. Stat. Cadubrii l. 3. c. 55. V. etiam mox.

ADVLTERIVM. (1) Stuprum et quaeuis fornicatio. Gloſſae ant. Mſſ. exponunt per *ſtuprum, Adulterium in virgine perpetrandum*. Gregor. Tur. l. 9. c. 37. Lex Wiſigoth. l. 3. tit. 4. §. 5. 7. Ita *Adulterium* pro *ſtupro* et *adulterare* pro *ſtuprare* vſurpatur §. 2. 8. 14. 15. 16. 17. 18. in Lege Burgund. 44. 61. et in Lege Longob. paſſim. In Concil. Autiſſiod. c. 23. Turon. II. can. 14. in Cap. Compendienſi a. 754. c. 14. (2) ADVLTERIVM praeterea dicitur poena vel multa, quae adulteris irrogatur, vel jus vindicandi adulterii. Domesdei: *De adulterio per totam Chent* (Cantium) *habet Rex haminem, Archiepiſcopus mulierem etc.* De poenis adulterii videſis quae congeſſerunt Cangius et Carpentarius ad h. v.

ADVLTIVM, pro *adulterium* ſeu multa pro commiſſo adulterio. Ch. a. 1246. in Tabulario Toloſae.

ADVLTRIVM, V. *Adulturum*.

ADVLTVLVS, adoleſcentulus. S. Paulin. Ep. 44. n. 3.

ADVLTVRVM, ADVLTRIVM. Ch. a. 1217. ap. Vghell. in Epiſc. Veronenſ. *Cum ini ſſet contractum cum D. Thelardo, quondam Veronenſi Epiſcopo, ſuper jurisdictione, diſtrictu, et honore, et adulturo, quae vulgo plebania nuncupatur, et erimaria* (leg. *eremania*) *et fodro porti, ejusque curtis etc.* Ibi mox: *adulturum*. Infra: *omnem honorem, omnem plebaniam, ſiue adultrium, omnem fodrum etc.* Sic alibi rurſum: *De plebania ſiue de adulturio*.

ADVMATICVM. Conſtitut. Anſegiſi Abb. Fontanell. inter Acta SS. Bened. ſec. 4. part. 1. p. 640. *De Riparenſi curte mod. CL. de Abriaco mod. L. de Burgundia mod. L. ſunt modii DC. Adumaticum mod. XXXII. Sicera, humolone, quantum neceſſitas expoſcit.*

ADVNANTIA, pro collecta, congregatione, in Statut. Veron. l. 1. c. 46. V. mox.

ADVNARE, colligere, in vnum cogere. Gloſſ. Gr. Lat. ἀθροιζω, *adno*, *congrego*, *glomero*. Italis, *adunare*. Henr. Rosla in Herlingsberga: *Praeſul Sifridus Hildenshemenſis adunat fortia caſtra, ſatis et terribiles equitatus*. Ch. Rogerii Reg. Sicil. pro Meſſanenſ. apud Bonfil. Conſtant. Chron. Farf. ap. Murat. t. 2 part. 2. p. 594. Adde Leg. Longob. l. 1. tit. 9. §. 1. Concil. Bud. a. 1279. c. 3. Vſi etiam Iuſtinus non vno loco, Gellius, Lactantius, Senator, et alii. V. Salmaſ. ad Vopiſc. p. 460. *Adunari* denique proprio vocabulo dicebantur eccleſiae, cum a barbaris peruaſae erant, vt eas recuperandi ſpes nulla eſſet: tum enim, quod reliquum erat, alteri eccleſiae *adunabatur*. V. Diurn. Roman. c. 3. tit. 12. et Gregor. M. l. 2. ep. 59. l. 5. ep. 19.

† ADVNATIM, *aſſembleemens*, in Vocab. Compend.

ADVNATIO, in vnum collectio, collecta. Lex Longob. l. 1. tit. 17. tit. 18. §. 2. *Adunatio voluntatum*, apud Senat. l. 4. ep. 33. 36.

† ADVNATOR, qui in vnum colligit. Ch. Phil. Pulcri a. 1312. in Lib. rubro Cam. Comput. Pariſ.

ADVNATVS, μονοχωρος εν ταβλη, in Gloſſ. Gr. Lat. De locis in alueo, ſeu tabula luſoria, qui ſua habebant nomina, quorum fuere *Antigonus*, *Diuus*, et hic forte *Adunatus*, ex Agathiae Epigram. l. 1. Anthol. c. 61. egit Salmaſ. ad Vopiſc. p. 468. *Adunatus in Tabula*, is eſt, juxta Hofmann. in Lex. qui ſiue in teſſeris, ſiue in latrunculis, Luſor omnibus calculis ſpoliatus victus abit, vtpote qui *adunetur*, i. e. ad vnum redigatur. At juxta vim vocis μονοχωρος, i. e. cujus rex ad illas redigitur anguſtias, vt ipſi in alueo vna tantum ſuperſit mandra, ſiue ſedes.

ADVNCARE. (1) Vnco illigare, ſuſpendere. Vita S. Tillonis Mon. c. 22. (2) Aduncis volis arripere. Bernh. de Breydenbach Iter Ieroſol. p. 183. (3) † Curuare, Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Aduncis naribus, curuis naribus. Aduncus, curuus.*

ADVNDATORIVM, ἐξομβρισηριον, in Gloſſ. Lat. Graec. clepſydra hortulanorum, Germ. Sprengfaß.

† ADVNITAS, in vnum collectio, collecta. Gloſſ. Lat. Gr. Philox. *Adunitas*, ὑφεν.

ADVOAMENTVM. (1) Aduocati tutela, patrocinium, ejusdem diſtrictus, Gall. *Advouerie*. Tabul. Gammetic. *Qui quidem Prioratus - - ab antiquo de aduoamento, reſſorto et jurisdictione Caſtri et Caſtellaniae de Ameto*. Baluz. Hiſt. Aruern. t. 2. p. 165. (2) † Approbatio, recognitio. Vox forenſis. Ch. a. 1376. in Reg. 108. ch. 327. *Poſt plures petitiones - factas et ante aduoamentum per eorum procuratorem factum, nullum concluſionem in Pothecario fecerant*. V. *Aduoare*.

ADVOARE, ADVOVARE, ADVOHARE. 1) Idem quod *Aduocare*. 2. rem factam agnoſcere, rem in ſe ſuſcipere, ex Gall. *Advouer*. Concil. Salmur. a. 1315 c. 1. *A perſonis laicis tanquam a ſuperioribus ea quae ab Eccleſia tenent, aduouantes ſe tenere* (2) Agnoſcere jus patronatus alicui competere. Archiv. Eccleſ. Dolenſ. a. 1346. Archiv. caſtri Nannet. arm. L. caſſ. G. num. 4. a. 1253. (3) Ratum habere, comprobare, ſufficienti auctoritate munire, Gall. *Advouer*. Requeſta Humb. Dalph. t. 2. Hiſt. Dalph. p. 340. (4) Agnoſcere. Litt. Offical. Autiſſiod. *Promiſit - - quod - - alium Dominum quam Capitulum non aduoabit*. Ch. a. 1283. apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 300. et alibi. (5) † ADVOARE, cui opponitur *deaduoare* profiteri vaſſalli clientelam vel eam denegare, quod fori Gallici proprium eſſe vocabulum colligitur ex Bulla Bonifacii VIII. a. 1300 in Bibl. Reg. *Non ſolum ea* (feuda) *ab eodem rege, vt praedicitur, recognouit, ſed vt Gallicano vtamur vocabulo, aduoauit, imo etiam ad ea a dicto archiepiſcopo et eccleſia Narbo-*

nensi deadnocavit expresse. Ita et in alia Benedicti XI. ex eod. Bibl. Litt. Ioann. Reg. Fr. a. 1355. t. 4. Ordinat. Reg. Fr. p. 721. vbi pluries.

ADVOATIO, ADVOHATIO, ADVOVATIO. (1) Agnitio rei factae. Concil. Salmur. a. 1315. c. 1. Germ. Geſtändniß. V. *Aduoare* 1. (2) Agnitio pro Domino, Germ. Anerkennung. Ch. a. 1283 ap. Baluz. Hiſt. Aruern t. 2. p 300. V. *Aduoare* 2. (3) Protectio, tutela. Ch. a. 1383. apud Marten. t. 1. Anecd. p. 1590. C. (4) † ADVOATIO et DEADVOATIO, profeſſio clientelaris et ejusdem negatio. Inuentar. Chartar. Reg. a. 1482. V. *Aduoare* 5.

† ADVOATVS, vrbis praefectus, qui hujus regimini praeeſt, atque adeo jura illius tutatur, vnde nominis origo. Libertat. vrbis Autiſſ. a. 1223. inter Ordinat. Reg. Fr. t. 5. p. 422. Gall. olim *Advoué.*

ADVOCACIA, V. *Aduocatia.*

† ADVOCAMENTVM, tutela, protectio. Ch. a. 1278. in Chartul. Pontiniac.

ADVOCARE. (1) Aduocatum agere, cauſam alicujus defendere, German. advociren. Concil. Terracon. inter Anecd. Marten. t. 4. p. 321. Acta SS. April. t. 2. p. 328. Mail t. 5. p. 390. (2) ADVOCARE CAVSAM, cauſam in medio ponere. Index Mſ. beneficiorum Eccleſ. Conſtant. fol. 41. Germ. anhängig machen (3) Rem factam agnoſcere, rem in ſe ſuſcipere, Gall. *Advouer.* Concil. Lugdun. a. 1274. c. 22. Chron. Nangii a. 1296. 1301. Fleta l. 1. c. 15. §. 4. Statut. Ludov. Hutini a. 1315. edictum a Pithoeo c. 54. Hujus notionis originem prodit Lambardus his verbis: *Erat in more poſitum, vt ſi quis rem furto ſurreptam mercatus, eandem alteri vendidiſſet - - idemque feciſſent alii praeterea plures; domino tamen per leges licebat, rem ſuam, vbivis deprehenſam ſuo ſibi jure vindicare. Tum vero ejus, quem penes res erat deprehenſa, partes erant, venditorem proferre, cauſaque illum aduocare, vt is venditionem praeſtaret, atque in ſe praeciperet. Is demum cauſae aduocatus, aliam citabat aliquem, atque ita alio aliam aduocante, in ipſum tandem furti auctorem culpa transferebatur.* Qua quidem notione *aduocare* accipitur in Legibus Inae ap. Bromptom. c. 52. 59. in Legib. Ethelredi part. 2. c. 9. part. 3. c. 10. et in Legib. Edwardi Regis Saxonicis c. 2. V. *Aduoare* 1. ADVOCARE PATRONVM, agnoſcere jus Patronatus alicui competere. Chartul. S. Vandreg. t. 2. p. 1905. V. *Aduoare* 2. (4) Aduocatum poſtulare, vel ſub Aduocati patrocinio ſe ponere. Ch. Margar. Comitiſſ. Flandr. a. 1250. V. Acta Murenſ. Monaſt. p. 22. (5) † Nude pro tenere. Ch. a. 1236. in Chartul. S. Auiti Aurel. *Aliam vero medietatem, quae contigua eſt et vicina nemori, quae praefatus aduocat a rege.* (6) † Euocare, cauſam transferre, Germ. abberufen. Libert. villae de Padio Mirolii a. 1369. t. 5. Ordinat. Reg. Fr. p. 313. Lit. Caroli V. a. 1371. ibid. p. 496. (6) † In familiam admittere, inter familiares recipere, vt ſuum agnoſcere; quo jure poſſebantur quaedam eccleſiae, quo ſibi adoptabant homines, qui ea ratione nonnullis priuilegiis gaudebant. Ch. Phil. III. a. 1271. in Reg. 30. ch. 572.

† ADVOCARI, pro *aduocato* haberi, penſitationibus, quae *aduocatis* exſoluuntur, donari. Ch. Epiſcopi Laudun. a. 1148. inter Probat. Annal. Praemonſt. t. 1. p. 335. V. *Aduocatia.*

ADVOCARIA. (1) Ex Gallico *Advouerie*, penſitatio, quae praeſtatur domino, pro ea, quam impendit ciuibus, protectione; aliis *Salvamentum* dicitur. Tabular. Eccleſ. Ambian. (2) Protectio, tutela ipſa. Ch. Galcherii de Caſtellione a. 1216. in Archiuo S. Martini Ponisar. (3) † Argumentum, probatio, ducta, vt videtur, ex teſtium confeſſione V. *Aduouamentum*, niſi ſit *diffidatio*, quae ſcheda prouocatoria ſit. Chartul. prioratus de Guilcio fol. 11.

ADVOCATA. (1) Patrona, cui competit jus praeſentandi Ordinario ad Beneficium vacans. Feminas etiam vſas fuiſſe hujusmodi patronatus jure conſtat ex jure Canon. Ramef. ſect.

sect. 140. (2) † Quae causam alicujus, consilio aut quouis alio modo defendit. Ch. Epis. Laudun. a. 1377. in Reg. 131. ch. 12.

† ADVOCATALIS, ad *aduocatum* seu protectorem et defensorem pertinens, Germ. Vogteylich. Ch. a. 1285. t. 6. Anecd. Pezii part. 2. p. 148. V. *Aduocatitius*.

ADVOCATIA, (1) Protectio, tuitio; Germ. Vogtey. Baldric in Chron. Camerac. l. 1, c. 10. Guibert. l. 3. de vita sua c. 5. Ch. Theodor. Comit. Flandr. a. 1166. *Aduocatia et Custodia* distinguuntur in Priuilegio Pibonis in Hist. Tull. p. LXXXVI. (2) *) Dominum superius, superior dominatio cum juribus annexis. Ch. a. 1279. ap. de Hontheim t. 2. p. 634. *Aduocatia de Wittlich cum villis quibuscunque, redditibus - - hominibus - - juris dictionibus ac quibuscunque aliis juribus.* Ibid. in dipl. a. 1281. p. 635. venditur *Aduocatia in Lehmen, census, feruitia, jurisdictio, reditus et prouentus et omnia jura ad dictam aduocatiam spectantia.* Dipl. Rudolphi I. a. 1276. in Befoldi Docum. Virgin. Sacrar. Wurtenb. p. 337. *Quod ecclesia S. Martini in Pfullingen quosdam habet homines censuales tam in eadem villa quam alibi residentes qui nobis et imperio ratione aduocatiae seu dominii sunt subjecti.* (3) *) Ius et potestas judicandi, Iurisdictio secularis, et quidem praecipue superior, vnde etiam dicitur *dominium* et *dominatio*, Germ. Vogtey. Ch. Alberti Landgr. Thuring. a. 1300. *Aduocatiam et judicium, quod super septem mansos - - habuimus.* Bulla Clement. IV. a. 1268. in Beckmanni Hist. Anhalt. t. 1. p. 445. *Cum Iurisdictione temporali seu aduocatia.* Adde dipl. Henrici Ep. Hildesh. a. 1314. in Lauenstein. Hist. diplom. Ep. Hildesh. part. 2. p. 73. Dipl. Alberti Archiep. Magdeb. a. 1221. in de Dreyhaupt Hist. des Saalkr. t. 2. p. 461. (4) *) Iurisdictio tantum ciuilis, media et inferior, Germ. Vogtey. Ch. apud de Westphal. t. 2. p. 2448. *De villa Clawesterpe, quam emit - - cum jure et judicio aduocatiae quantumque culparum correctorii ac cum omni temporali utilitate.* In dipl. a. 1234. in Rehtmeieri Chron. Brunsuic. p. 472. confert Otto Dux Brunsuic. allodia monasterio S. Mich. *cum Aduocatia et omni vtilitate et jure; - excepto judicio quod pertinet ad corporis damnationem* Dipl. Comit. Holsat. a. 1256. apud de Westphal. t. 2. p. 43. *Praepositum Nouimonasterii et fratres suos judicium sine aduocatiam villae suae, quae claustro adjacet, ab antiquo habuisse et integrè in omnibus causis, praeterquam in causa sanguinis libere possedisse.* (5) Officium, munus, jus, officium aduocati; Germ. die Vogtey. Ch. a. 1314. in Probat. Hist. Sabaud. p. 146. In lib. 1. Feud. tit. 1. §. 1. Ch. 1148. in Hist. Monast. S. Mariae Suession. p. 437. *Aduocatiae Imperii*, in Chron. Casin. p 35. Ch. Henr. Imper. apud Dodechin. a. 1110. *Regalia sunt ciuitates, Ducatus, Marchiae, Comitatus, monetae, teloneum, aduocatiae etc.* V. Gregor. VII. PP. l. 2. epist. 14. (6) Praestatio quae fit aduocatis, *) German. ol Vogtgeld, Vogtgült, Vogtmieth, Vogtpfennige, Vogtrecht, Vogtschatz, Vogtschilling, Vogtsteuer, Vogtwähre. Ch. a. 1231. in Metrop. Salisb. t. 3. p. 65. *Remittens eis aduocatiam, i. e. procurationes.* (7) Aduocati infeudati districtus, Germ. Vogtey. Specul. Sax. l. 1. art. 35. §. 2. art. 59. §. 4. L. 3. art. 64. §. 5. 8. V. Albert. Stadens. a. 1089. *) Vocatur etiam *Ius Aduocati*, *Ius Aduocatiae*, vt ex exemplis patet quae congessit Haltaus. v. Vogtrecht. (8) Datio Campionis, qui *Aduocatus*, Gall. *Avoué*, dicitur. Ch. a. 1212. in Tabul. Campaniae Thuani fol. 8. *Si aliquis firmato duello, ad hoc deuenerit, quod coram justitia dederit aduocatiam illam infra dies, qui ei jure possint assignari, decesserit, non ideo perdis querelam suam ille, qui duellum firmauit, qui ei dederit aduocatiam suam, sed licet ei alium substituere loco illius, qui decessit.* V. *Aduocator* 3.

ADVOCATIO. (1) Vassallorum professio, Gall. *Advu.* Stat. Lud. Hutini

tini a. 1315. edit. a Pithoeo c. 4. *Nec recipiemus nouas aduocationes vaſſallorum ſeu hominum eccleſiaſticorum.* (2) Diſtrictus aduocati, vt *Aduocatia* 7. in Ch. Willelmi Caſtellani S. Audomari a. 1205. (3) Tutela, protectio, vt *Aduocatia* 1. Gerbert. ep. 22. Miraeus t. 2. p. 1125. Edit. 1723. (4) Idem quod *Viaria* ſeu *Vicaria*, Iurisdictio media, in Chartis non ſemel, quas laudamus in voce *Vicaria*. Germ. Vogtey, Vogteylichkeit. (5) Penſitatio, ſeu praeſtatio pro Iure aduocationis, vel pro tutamento; tributum quod aduocato exſoluitur, V. *Aduocatia* 6. *Reditus aduocationis*, in Ch. Balduini Comit. Flandr. a. 1038. apud Buzelinum. *Aduocatio* et *aduocatoria exactio*, in Ch. Conradi Ratisppon. Epiſc. a. 1209. in Metrop. Salisburg t. 3. p. 248. Ch. Gerardi Com. Matiſcon. a. 1180 in Bibl. Cluniac. p. 1443. Concil. Colon. a. 1310. c. 3. et alibi. (6) ADVOCATIO, Anglis *Aduowſon*, jus praeſentandi ordinario aliquem ad Beneficium vacans; in Littletone ſect. 10. 180. Fleta l. 5. c. 9. §. 21. Baldric. l. 3. Chron. Camerac. c. 57. et alibi.

ADVOCATISSA, mulier ſeu nobilis femina, cui jure feudi Aduocatia alicujus monaſterii competebat; in libro de Fundat. Monaſterii Gozecenſ. p. 237.

ADVOCATITIVS. (1) Sub Aduocati patrocinio et tutela poſitus, Aduocati jurisdictioni obnoxius, Vogtmann, Vogtpflichtiger Mann. Chron. Colmar. part. I. a. 1271. † Ch. Henr. VII. a. 1231 t. 1. Hiſt. Treuir. a Hontheim p. 709. *) Ch. a. 1361. in Gudeni Cod t. 2. p. 149. *Item diffinitum eſt, quod dominus Palatinus homines proprios eccleſiae Lauingenſis, qui non ſunt aduocaticii ſui, non debet recipere etc.* (2) IVS ADVOCATITIVM, Germ. Vogtrecht, eadem notione ac *Aduocatio* in Ch. Henr. Rom. Reg. a. 1311. ap. Lud. Laguille inter Inſtrum. Hiſt. Alſatiae p. 60. *) Diplom. Eberh. Comit. de Wurtenb. a. 1291. in Cruſii Annal. Sueuic. part. 3. l. 3. p. 170. *Ius aduocatitium quod vulgariter dicitur Vogtrecht.*

ADVOCATOR. (1) Idem qui Aduocatus, in Chron. S. Vincentii de Vulturno p. 690. Ita et in Chartis apud Vghell. t. 7. p. 500. 506. 977. t. 8. p. 47. 139. (2) Patronus. Ordo Roman. (3) Campio, qui pro alio monachiam a judice decretam ſubit. Lex Longob. l. 2. tit. 55. §. 40. Gallis olim *Advoueur*. V. *Aduocatia* 5.

ADVOCATORIA, ipſum Aduocati munus, in Nontia vet. apud Loiſell. in Hiſt. Bellouac. p. 248. *) Etiam aduocati in judiciis inferioribus. Mart. Cruſ. in Annal. Sueuic. l. 4. p. 218. ad a. 1324. de Portnero ciue Auguſtano: *Ita ad egeſtatem adactus, et captans captus, aduocatoriam facere coactus eſt, i. e. patrocinia ruſticorum ſuſcipere in judiciis, vt famem tolerare poſſet.*

ADVOCATORIVS. *Aduocatoria exactio* V. *Aduocatio* 5. *) Item *Ius aduocatorium*, eadem notione, in dipl. Lud. de Pleſſe a. 1247. in Falckii Cod. Tradit. Corb. p. 861.

† ADVOCATRIX, quae jura, bona et facultates eccleſiae tuetur et protegit. Bulla Vrbani III. a. 1187. inter Inſtr. t. 11. Gall. Chriſt. p. 251.

ADVOCATVRA, idem quod *Aduocatio*, Iurisdictio media, Germ. Vogtey, Vogteylichkeit, vel quod praeſtatur ſub ſpecie Aduocaturae, ſeu tutamenti, vel *Salvamenti*. Ch. a. 1020. apud de Bruſſel t. 2. de vſu feud. p. 789. Hariulf. in Chron. Centulenſi l. 4. c. 21. Ch. Odon. Epiſc. Bellouac. a. 1140. apud Loiſell. p. 269.

AVOCATVS. (1) *Aduocati Eccleſiarum*, qui jura, bona et facultates Eccleſiarum tuebantur, Germ. Vogt, Schirmvogt, Kaſtenvogt; quibus id numeris conferebatur, vt eſſent, qui in publicis judiciis earum cauſas defenderent, et actoris vel rei partes agerent. Hos tum primum poſt Conſulatum Stiliconis inſtitutos innuit Synod. Carthag. c. 99. V. omnino Cangium et editores ejusdem ad h. v. vbi fuſe et vt ſolent erudite egerunt de nominibus, origine,

gine, officio et juribus Aduocatorum Eccleſiaſticorum. *Aduocati ſecundi, infeodati, feudales, Subaduocati, Subdefenſores, Proaduocati, Poſtaduocati, Viceaduocati, Subaduocatores*, Germ. Aftervögte, paſſim appellantur, quibus Aduocati ipſi, qui *Aduocatorum majorum, principalium* et *ſummorum* nomine veniunt, Aduocationes ſuas in feudum ſeu beneficium dabant, et qui tandem abrogabantur in Concil. Remenſ. a. 1148. c. 6. † *Aduocati granarii*, qui rebus annonariis eccleſiarum inuigilabant, et quodammodo primi ordinis erant aduocati, Germ. Kaſtenvogt. Ch. duc. Bauar. a. 1295. inter Probat. Hiſt. monaſt. Hiſt. S. Emmeran. Ratisbon. p. 440. *Aduocati matriculares*, eccleſiae matricis cathedralis. Ch. apud Wigul. Hond. in Metrop. Salisb. l. 2. p. 254. (2) Patronus, cui jus competit praeſentandi Ordinario ad Beneficium vacans. (3) Praefectus regionis, vrbis, vel caſtri. *Aduocati vrbium ac Regionum*, Germ. Vögte, memorantur nonnulli proceres, v. g. *Bertholdus de Zeringen Dux et Rector Burgundiae*, *Dei et Imperiali gratia Thuregici loci legitimus Aduocatus*, *quod Kaſtvogt dicitur*, inſcribitur in Ch. a. 1187. Vbi *Kaſtvogt*, idem apud Theutones valet, quod *Caſtri tutor*. (*) Rectius aerarii vel fiſci curator, a vulgari voce Kaſten, ciſta, aerarium, cujusmodi aduocati ex eodem fonte alibi *Gaſtaldi*, ſeu *Caſtaldi*, nuncupantur; V. Haltauſ. Gloſſar. v. *Kaſtvogt*.) Eadem ratione in Scriptoribus et diplomatibus medii aeui *Aduocatus terrae Alſatiae*, *Aduocatus terrae in Sueuia* aliique paſſim leguntur. (4) *Aduocati Camerae et Imperii*, qui publicae pecuniae functionem et procurationem Imperatoris vicem gerebant, qui et *Aduocati Fiſci*, et tandem denique *Fiſcales* dicti. Erant hi ſub *Camerae nuntiis*, quorum cum Ducibus aequata habetur poteſtas. Ita Goldaſt. t. 1. Rer. Alemann. p. 180. (5) Tutor, *Balliuus*, qui nomine tutoris res pupilli adminiſtrat et tuetur, Germ. Vogt. Ch. Willelm. Archiep. Remenſ. a. 1199. in Tabul. Campaniae Thuano. Ch. Petri Decani Trecenſ. a. 1207. et paſſim alibi. (6) Idem qui *Aduocator* 3. q. v. (7) *) Verba faciens pro aliquo in Iudicio, Germ. Fürſprecher. Priuil. Caroli IV. a. 1354. in Hontheim. Hiſt. Treuir. t. 2. p. 176. *Poſſint eſſe citantes, judices et Prolocutores ſeu aduocati.* Priuil. Clericorum Frider. II. *Sic diſtinguentes, quod excommunicatio non eximat eos a reſpondendo impetentibus, ſed ſint aduocatis.* Adde Chron. Montis Sereni ap. Menck. t. 2. p. 230. A. Dipl. a. 122 - - in Gudeni Cod. t. 2. p. 57. Hujusmodi aduocati variis appellationibus pro temporum et locorum varietate deſignantur. Nuncupantur enim *Clamatores*, *Legis doctores* et *Legum magiſtri*, *Domini legum*, *Milites legum* ſeu *legales*, *Praelocutores*, *Prolocutores*, *Procuratores*, *Patroni cauſarum*, *Interpretes etc* quos ſingulos videſis ſuo loco. (8) † *Aduocati Legis*, *Aduocati de vſu*. Statut. ciuit. Piſtor. a. 1107. apud Murator. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 563. vbi Muratorius per *Aduocatos legis* intelligit Legis peritos, per *Aduocates* vero *de vſu*, eos qui res ciuitatis vulgo adminiſtrant.

† ADVOCERIA, Iurisdictio media, idem quod *Vioria*. Ch. Phil. V. a. 1320. ex Cam. Comput. Inſul. V. *Aduocatio* et *Aduocatura*.

† ADVOERIA, protectio, tutela, propter quam tributum exſoluitur. Ch. comit. Trec. a. 1206.

ADVOHARE, ADVOHATIO, V. *Aduoare*, *Aduoatio*.

ADVOLI, in Areſto 20. a. 1411. ex Gallico, *Advolez*, *Aduenue*, vti etiam in eodem Areſto dicuntur, in Hiſt. Berunienſi p. 116. qui aliunde venerunt, *aduolarunt*. Froiſſart. 1. vol. c. 39.

ADVORES, contrarii. Gloſſae Lat. Gr. *Aduores*, ἐναντίοι. Lego *Aduorſes*, quod ab *aduorſus*, pro *aduerſus*.

ADVOTIA, Aduocati officium, praeſtatio, quae Aduocato exſoluitur,

pro *Advocatia*. Ch. Boſon. Cataſaun. epiſc. Cod. reg. 9612.

ADVOTVM, *retentio feudi per Advocatum*, in Ch. Rotroci Comit. Perticenſ. a. 1136. apud Souchetum: *Retenue du fief par Avoe.*

ADVOVAMENTVM, argumentum, probatio forte ducta ex teſtium, vel etiam aduerſariorum confeſſione, Gall. *Aveu*. Ch. 1481. ex archiuo Monaſt. B. M. de bono nuntio Rotomag. V. *Advouare*.

ADVOVARE, ADVOVATIO, V. *Advouare*, *Advoutio*.

ADVOVAMENTVM, i. q. *Advouamentum*.

ADVOYARE, i. q. *Advouare*, fateri, Gall. *Avouer*. Hiſt. Dalphin. t. 2. p. 98.

ADVRACLA, Species vitis, de qua Petrus de Creſcent. l. 4. c. 3. cujus verus interpres Gallicus *Duraclan* vertit.

ADVRARE IN TERRAM, terram legere, ad terram appellere, forte etiam in terram impingere, Germ. anlanden, ſcheitern. Ogerius Panis l. 4. Annal. Genuenſ. a. 1217. apud Murat. t. 6. p. 401. Barthol. Scriba l. 6. Annal. Genuenſ. a. 1247. ibid. p. 512. Iacob. Auriæ l. 10. Annal. Genuenſ. a. 1291. ibid. p. 603.

† ADVRATIO. Charta pariagii inter Phil. Pulc. et Epiſc. Mimatenſ. a. 1306. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 156. *Nec novas adurationes recipere, vel novas quidagia concedere; vetro vero recepta revocari debent etc.* Vbi legendum eſt *adnoxiones*.

† ADVRERE. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Aduris*, *maculat*, *notat*.

ADVRINVS COLOR, pro *Aurinus*, cæruleus, niſi mauis *colorem aduri-num* ab *aduro* dictum idem eſſe quod Liuio: *color aduſtior*, fuſcus, ſubniger.

† ADVRPATIO. Libert. Figiaci a. 1318. t. 7. Ordinat. Reg. Fr. p. 667. *Super crimen adulterii in quo plerique* (plerumque) *cum per adurpacionem aut malitiam noſtrarum gentium exceſſum fuerit.* Emendandum forte eſt *adurrationem* i. e. duritiam, acerbitatem.

† ADWARPIRE, poſſeſſionem alicujus rei dimittere, i. q. *Gwerpire*.

Ch. Henr. I. Imp. a. 1014. apud Murat. in Antiq. Eſtenſ. p. 112.

† ADYANTVM, herba perpetuo vireſcens, ſic dicta, vt ſcribit Martin. in Lex. quod folium ejus aqua perfuſum non madeſcat, ſed ſicco ſemper ſimile ſit, ab *a* et διαινω, humecto. Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 1. paſſion. c. 6. Rectius ſcribitur *Adiantum*.

ADYTVM, ἄδυτον Græcis; recentioribus βημα, ſecretior ædis aut eccleſiæ pars, ſolis Sacerdotibus peruia. Leo Oſtienſ. l. 3. Chron. Caſ. c. 31. alias 33.

† ADZACARE, adaquare, irrigare, wäſſern. Ch. Dumbenſ. a. 1379. V. *Adragare*.

Æ pro E nonnunquam legitur in vetenibus monumentis ve E ſæpiſſime pro Æ, *Æpiſtola*, *ſæpe* etc.

ÆCENTIA (1) Pro *Aicentia* i. e. *Adjacentia*, vtnotat Goldaſt. in Charta Alamann. 39. Quid ſi *Æcentia* pro *Æſtantia*, de quo infra. (2) *) Senticetum, Germ. Dornbuſch, apud Iunium in Gloſſ. Goth. p. 45. procul dubio a voce antiquiſſima Celt. ad cujus affinitatem pertinent Græcorum ακαν, Latinorum *acies*, *acus*, *acca*, Gothorum *ahſa*, ſpica, Angloſax. *aechir*, *egle*, *eglan*, ſpica et innumera alia.

ÆCHERIVS, vel ÆCHERIVM, ager, campus, item ſeges, a Saxon. *Æcer*, quod idem ſonat, teſte Somnero. Ch. a. 1362. apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 436. *Cum pratis*, *paſcuis*, *nemoribus*, *ſauvetis*, *vineriis*, *aecheriis*, *aquis*, *garenis* etc. † Mendum eſſe videtur pro *aquariis*. V. *Aquarium*.

ÆCROPHAGIAE. Fragm. Petron. c. 26. Edit. Burmanni a. 1709. *Addata eſt ſcriſepta, et consumelia; acrophagiae ſeledatae ſunt, et cenſus mala, porri et perſica flagellum etc.* Vbi legendum videtur *acrophagiae edulium ſunt*. Eſt autem *acrophagia* edulium ex ſummitatibus olerum, gemmis tumentibus arborum etc. maximo in vſu apud Italos.

ÆDES, templa paganorum inde appellant leges 8. et 18. Cod. Theod. de

de Paganis, quae *Ædes templorum*, in leg. 3. eod. tit. dicuntur.

ÆDESIOLA, ſacellum, parua eccleſia, Germ. Kapelle, apud Marten. t. 1. part. 2. Collect. vet. Script. p. 7.

ÆDIFEX, architectus, aedificator, Tertull. de Idolol. c. 12. vbi *ædifex* recte ſumi poteſt pro eo qui aedificandum aliquid ſuſcipit, aut curat, Germ. Bauherr.

ÆDIFICABILIS, qui ad virtutem excitat, Germ. erbaulich. Imit. Chr. l. 1 c. 10. n 2.

ÆDIFICAMENTVM, paſſim occurrit in veteribus chartis pro jure capiendi in ſiluis ligna ad aedificandum neceſſaria. Chron. Priorat. S. Launomari de Magenciaco apud Arnernos inter Acta SS. Bened. ſaec. 4. part. 2. p. 257.

ÆDIFICARE. (1) Exemplum praebere; quo ſenſu vocem *ædificare* vſurpant Galli, et erbauen Germani; vel docere, inſtruere. S. Hieron. l. 3. in Ruffin. c. 5. Annian. Pelagian. in ep. praefixa verſioni Homiliar. S. Chryſoſt. Gregor. M. l. 9. ep. 9. et alibi paſſim. (2) ÆDIFICARE SE, domicilium ponere, defigere, Germ. ſich anbauen, niederlaſſen. Ch. Ludov. Iun. a. 1145. ap. Thomaſſer. Conſuet. Bituric. p. 63. (3) † Proficere, ſeruire. Chartular. S. Ioann. Angeriac. fol. 56. *Gofredus - - volens aedificare animam ſuam, S. Ioanni donauit etc.* (4) † ÆDIFICARE TERRAM, agrum colere, ſerere, Germ. den Acker bauen. Chartul. Aptenſe fol. 25.

† ÆDIFICARIVS, ad virtutem et pietatem excitans, Germ. erbaulich. Io. Blakman. de Virtut. Henr. VI. reg. Angl. p. 299.

ÆDIFICATIO. (1) Exemplum bonum. Occurrit paſſim apud auctores qui de pietate et bonis moribus ſcripſerunt, vt apud S. Bernardum, Scriptorem librorum de Imitatione Chriſti etc. (2) † Cultura, actio, terram in pratum redigendi, Germ. Anerbau. Tabul. S. Sergii Andegav. † ÆDIFICATIVVS, vt ſupra *aedificarius*. Regula Fontis-Ebraldi c. 22.

ÆDIFICATOR (1) Qui ceteris verbo prodeſt et exemplo. In circuitu coenobii lapides ad oſtium Capituli Abbatiae Siluaemajoris Bernardus Abbas dicitur fuiſſe - - *providus atque dator alacris, bonus aedificator, hortator ſapiens etc.* (2) ÆDIFICATORES, dicti mihtes qui e machinis bellicis ligneis, quas aedificia generatim vocabant, tela, ſagittas etc. in hoſtes vibrabant; vel qui has machinas muris hoſtium admouebant. Breuiar. Hiſt. Piſan. ad a. 1159. apud Murat. t. 6. p. 173. Ibid. a. 1173. p. 186. Ibid. p. 191. V. *Ædificium.*

ÆDIFICATORIVS, vtilis ad pietatem, Germ. erbaulich. Stat. Equit. Theuton. c. 1. apud Duell. Miſcell. l. 2. p. 30.

ÆDIFICATVRA, aedificatio, exſtructio, Teſtam. Epiſc. Camerac. a. 1396. apud Acher. Spicileg. t. 9. p. 295.

ÆDIFICIVM, nomen commune, quo ſignificatur machina bellica ligned, in modum excelſioris turris exſtructa, vnde in hoſtes tela, lapides, trabes, dolia incenſa et alia id genus emittebant. Rolandin. Patavin. l. 6. c. 6. apud Murat. t. 8. p. 259. V. *Artificium* 4. et *Belfredus.*

ÆDILETITII. (†) Iidem qui *adoenae*, extranei, qui dimiſſo proprio domicilio alibi ſedes fixerunt. Repudianda igitur Cangii expoſitio, qui Caſtellaniae primores ſeu praefectos interpretatur.) Ch. Phil. Aug. Fr. Reg. apud Lauriere in Praefat. p. 1. Ordinat. Reg. n. 93. *Major et jurati Cahiaci dixerunt per Sacramentum, quod fecerunt Regi, quod Ædiletitii Caſtellaniae Cahiacenſis, ſunt Domini Cahiaci, exceptis duabus villis de Pleſſeio.*

ÆDILIS. (1) Oſtiarius, Act. SS. Bened. ſaec. 4. part. 1. p. 608. vbi de V. Marcwardo Abb. Prum. *Germanum clariſſimum virum Palatii aedilem monachum admiſit.* Ita Wandalbertus. *Ædilis* nomine intelligendum eſſe Oſtiarium euincit ep. 2. Frotharii Tullenſ. Epiſc. cujus haec eſt inſcriptio: *Illuſtriſſimo - - Gerardo, ſummo ſacri Palatii Oſtiario.* V. infra *Scario.* (2) † Cuſtos eccleſiae, aedituus. Mirac. S. Iacobi t. 6. Iul. p. 56.

ÆDI-

ÆDILITAS, custodis ecclesiae munus ac dignitas in Collegiis Canonicorum. Ch. Folcuini Episc. Teruan. a Ludov. Reg. 26. ap. Folcard. l. 1. Mirac. S. Bertini c. 7. Alia a. 1066. in Hist. Camerac. Io. Carpentarii.

† ÆDITITIVS, eadem notione ac *Ædilis* 2. Mirac. S. Maurit. t. 4. Sept. p. 76. V. *Æditmus*.

ÆDITVARE, Aedituum agere. Vet. Inscript. p. 3125. Alia p. 1088. 5.

ÆDITVVS, Ostiarius, gradus ecclesiasticus; cui sedis sacrae custodia incumbit, *Custos*. Paulin. ep. 6. Frodoardus in Adriano PP.

Amplicat Ædifti locupletans dotibus aedem.

Vbi lege *Æditui*. V. *Ostiarius*.

ÆDVVS. (1) *Orientalis lux, sol matutinus*. Gloss. Bituric. Eccles. Ms. a voce Graeca ἠώς, aurora. (2) † Pro hoedus. Statut. Cadubrii p. 4.

† ÆGIATIO, *majoritas*, cum quis suae tutelae est, Germ. mündig; *Aegiatus* egressus annos tutelae. Litt. Ioann. Reg. Fr. a. 1351. in Memor. Camer. Comput. Paris. V. *Aagiatus* et *Eagium*.

ÆGIATOR, *hortator* in Glossis Bituric. Mss. Legendum cum Papia *Egetor*, ἠγητὴρ Graece, *hortator*. Hinc corrigendae eadem Glossae vbi perperam, *Ægetatur, ornatur*.

ÆGIDIANAE. Sic vocant Constitutiones Marcae Anconitanae, in statu ecclesiastico, in quo, inquit Albericus Gentil. lib. Iuris Canon. c. 3. jus generale faciunt, vltra vero illius fines minime valent.

† ÆGILOPA. Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. c. 3. *Aegilopis mox sine mordicatione ab initio medicamenta sunt adhibenda, quae simul deficcare possint- - - Hoc enim* (remedio) *solo vsendo non solum egilopas* (Gloss. *recentes*) *sed etiam angilopas* (Gloss. *duras*) *diuturnas scio fuisse curatas*. Vbi Glossae: *Egilopas vocat superfluas carnes in angulis nasae oculorum. Egilopium, la sporchezza, e carne che nasce nelli ochi*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

ÆGONES, *Sacerdotes rustici*. Papias. V. Graecum ad Glossas Isid. in v. *Egoges*.

ÆGRET, *Acclinatur*, Gloss. Isid. ad quod addit Graecius: *Pro quo Sirmondis antiquus interpres acediare dixit* 26. 16. *Non acediaberis stultitia stulti, ὑ μὴ ἀηδιάσεις i. e. non dolore te afficiat stultitia stulti*.

ÆGRIMONIA. Vgutio: *Ægrimonia, Ægritudo*. Occurrit in Conc. Toletan. XVI. can. 1. et 4. et apud S. Eulog. l. 3. Memor. SS. c. 10.

ÆGRIMONIVM, eadem notione. Gloss. Gr. Lat. ἀῤῥωστια, *Ægrimonium, morbus, languitudo, languitas, infirmitas*.

ÆGRIPARTVS, *qui aegre partus est*, Pap.

ÆGRIPOMIVM, *autumnus*, φθινοπωρον, in Gloss. Gr. Lat. Ms. In edito haec habentur: *Φθινοπωρον, autumnum, agriponum, pluralia non habens. Φθινοπωρινη, autumnalis, Φθινω, tabeo, tabesco*. Ex quibus patet, primum *Φθινω* scribi pro *Φθω*, deinde autumnum *Φθινοπωρον* appellari, quod ea anni tempestate poma et arborum fructus maturescant, deficiant, atque velut aegri tabescant.

ÆGROTATIVVS, proxime infirmus, valetudinarius. S. Bernard. t. 1. p. 1380.

ÆGROTATVS, aegrotus, morbo correptus. Vita S. Martial. t. 5. Ian. p. 565.

ÆGVPTIVM, fuscum, subnigrum. Gloss. Lat. Gr. Mss. *Ægyptium, Φαιον*.

ÆGYPTIACI, Germ. Zigeuner, vagi homines, barioli ac fatidici, qui hac et illac errantes ex manus inspectione futura praesagire se fingunt vt de marsupiis incautorum nummos corrogent. De harum origine aliquid attingit Pasquerius Disquisit. l. 4. c. 19. cum ait, 17 April. a. 1427. Parisios venisse 12 *Penanciarios*, seu Poenitentes, Ducem vnum, Comitem vnum cum decem equitibus et 120 tum virorum, cum mulierum et infantum comitatu. Hi se Christianos narrabant ex inferiori Ægypto a Saracenis pulsos ad Papam venisse confitendi causa, a quo in delictorum poenam jussi essent errare annis 7. neque vnquam per id tempus in vrbibus quiescere. Anno 1560. Comi-

Comitiorum totius Regni apud Aureliam Decreto e Gallia ejecti sunt Aegyptiaci, atque in Hispania non multo post Conciliorum Prouincialium auctoritate repressi. † Caeterum illi errones Italis *Zingari*, Hispanis *Gittani*, Gallis *Ægyptii*, *Bohemi* et *Sarraceni* appellantur, vt obseruat Fritschius quem consule Tract. de Mendicantibus validis, c. 12. *) Germanis Zigeuner, Heiden, Tatarn etc. audiunt. Horum primos a. 1418. in Heluetiam venisse narrat Stumpf. fol. 647.

ÆGIPTILIA, *Gemma, ab Ægypto, vbi inuenitur.* Vgutio. Gloss. Bituric. addit: *Gemma nigra etc.* Isid. *Gemma nigra radice, cerulea facie.* Sic et Laur. in Amalth.

ÆLAMOTH, *vestibulum.* Gloss. Bitur. Ms. Hebr. עלמות.

† AELECTIO, electio, congregatio selecta. Ch. Lud. II. reg. Ital. a. 900. apud Murator. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 87.

ÆMATHITES. Gloss. Bitur. *Lapis liuidus et ferrugineus.* Isid. *Lapis qui cote resolutus in colorem veniat sanguinis.* Hinc Galli dicunt *Sanguine*, Germani Blutstein.

ÆMIDVS, *tumidus, inflatus*, in Glossis Isid. Glossae Gr. Lat. *Æmidus, πεφυσημενος.* Festus: *Æmidum, tumidum.* Quidam dictum putant ab *αἱμα, Sanguis*, alii ab *οἰδημα, tumor*, vnde *οἰδηματωδης, tumidus.*

† AEMPRA, eadem notione, qua *Ademprum*, explicat Caes. Nostradamus. V. in hac voce. Carpentario vero idem prorsus est quod *auxilium.* Occurrit in Ch. Guigonis Dalphini a. 1253. pro communia Vpasiensi: *Retinuimus nobis cavalcatas, banna pro commissis, et justitias omni tempore, et aempras seu complinctas in his casibus, scilicet pro nostra militia et pro dotanda filia vel filiabus nostris, et pro filio nostro vel filiis nostris etc.*

ÆMVLAMEN, aemulatio, exemplum. Vita S. Carilefi t. 1. Iul. p. 97. E.

ÆMVLARE, ad zelotypiam excitare, seu potius vxori aemulam dare, alterum scilicet decapdg illa vinctte. Pactum Matrimon. t. 9. Spicil. Acher. p. 283. *Conuenio tibi Willelmae, vt in omnibus diebus vitae meae a te per aliam feminam, nec per aliam vxorem non discedam - - nec te non aemulem per aliam vxorem.*

ÆNEA. Gregor. M. l. 9. ep. 40. *Peruenit ad me, quia in ea ecclesia, quae aenea dicitur, saepe in Hierosolymorum vrbe, vestrae ecclesiae surgia nascuntur.* Vbi Altaserra aedem hanc sic appellatam opinatur, *quod soribus aeneis distingueretur.* Cangius vero legendum putat *e Nea*, vel ἡ νεα, i. e. noua ecclesia. V. Luitprand. l. 3. c. 8. l. 5. c. 2. l. 3. c. 8. et Cangii Constantinop. Christ. vbi de aede S. Michaelis.

ÆNEIA, *Ænescia*, V. *Ainescia.*

ÆNEVM. (1) Lebes aeneus, Germ. Kessel. Leg. Sal. tit. 55. §. 1. §. 7. Pact. leg. Sal. tit. 76. §. 2. et passim alibi. (2) Caldaria salinaria, in qua sal coquitur et conficitur, Germ. Pfanne. Ch. a. 1034. in Antiquit. Vosagens. l. 5. c. 7. V. *Ænalum.* (3) ÆNEVM FRVMENTVM. Hujus meminit lex vnica Cod. Theod. de frumento Carthag. in qua traditur illius pensitationi obnoxia fuisse certa *corpora*, seu praedia vel agros; atque adeo Magistratus, seu Duumuiros, Carthagine. Sed quale illud fuerit, omnino non constat, cum apud alios Scriptores vox haec non reperiatur. V. quae in hanc rem habet Iac. Gothofredus, et infra in V. *Ærariae annonae.*

ÆNEVS, primogenitus, Gall. *Aisné.* Apud Spelmann. in Gloss. ad v. *Æsnecia.*

ÆNIGMA, *moneta*, in vet. Gloss. vt auctor est Iac. Gothofr. At in Gloss. Isid. est *figura, sine typus, sine species*, nempe monetae. Certe ita vsurpat etiam Prudentius in hymno S. Laurentii.

† ÆNIGMATICE, per similitudinem, vt exponunt docti editores ad Vit. b. Villanae t. 5. Aug. p. 865.

ÆNIGMATISTA, qui aenigmata proponit, aut soluit, *αἰνιγματιστης.* Sidon. Apollin. l. 8. ep. 16.

ÆNIOLVS, lebes aeneus, Germ. Keſſel. Vita S. Aldegondis inter Acta SS. Bened. ſaec. 2. p. 814. V. *Æneolum* et *Emola*.

ÆNITORES, *tubicines*, in peruetuſto Gloſſ. Eccleſiae Anic. Mſ. *Æneatores* dixit Sueton.

ÆNIVIVM. Epitaph. Gebehardi Archiep. Salzburg. ap. Caniſ. t. 6.

Eſuriens victum, petat vtro nudus amictum.
Et vagus hoſpitium vallis es Æniacum.

ÆNVLVM. Vgutio: *Cacabus, lebes, aeneum, aenulum, idem ſunt.* Io. de Ian. *Ænulum ab aes dicitur, id eſt, parvum aëneum, ſeu caldarium.* V. *Emola*.

ÆNVM, paſſim occurrit pro *Æneum*, Germ. Keſſel.

† ÆON, a Graec. αἰών, aeuum, ſeculum. Ch. a. 972. in Append. ad Marc. Hiſpan. p. 896.

ÆPHI. Vetus Agrimenſor tit. *de menſuris liquidorum: Vrnae 2 amphoram complent, quae ſunt modia 3. quod inaridis dicitur Æphi. Ephi*, in vet. Teſtam.

ÆPHONOTROPHIVM, pro Ἐυφωνοτροφεῖον, locus in quo aluntur cantores. Petr. Mallius Hiſt. Sacr. in Greg. Magno.

† ÆQVALARE, aequare, peraequare, Ital. *vgualare*, Gall. *egaler*. Annal. Eſtenſ. Iac. de Layto apud Murat. t. 18. Script. Ital. p. 991. ad a. 1404.

ÆQVALENTIA. Diuiſio haereditatis, vel bonorum per aequales partes: *aequa lance*, dixit Marculf. l. 2. form. 14. Form. vet. Bign. c. 39. *Placuit - - vt inter ſe aequalantia diuidere, vel exaequare deberent* Teſtam. Epiſc. Cenoman. ap. Mabill. t. 3. Analect. p. 133. p. 136. p. 120. V. *Æquilancium*. EPISTOLA AEQVALENTIAE. Form. vet. Pithoei c. 46. *Dulciſſima filia mea, illa, dinsurna, ſed inter nos impia conſuetudo tenetur, vt de terra paterna ſorores cum fratribus portionem non habeant. Ideoque per hanc epiſtolam aequalantiae, te, dulciſſimae filiae meae etc. - - qui contra hanc epiſtolam aequalitatis ordine venire tentauerit, etc.*

† ÆQVANTIA, diuiſio per aequales partes, i. q. *Æqualentia*. Terrear. Bellijoc. fol. 38.

† ÆQVANTIARE, diuidere per aequales partes. Idem Terrear. fol. 506.

† ÆQVARICIA, equorum grex, idem quod *Equaritia*, V. in hac voce. Ch. Henr. I. Imp. a. 929. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonſtr. p. 382. V. *Æquarium*.

ÆQVARIVM, equarum armentum. Ch. a. 1080. in Bullar. Fontanell. fol. 17. V. *Equaritia*.

† ÆQVARIVS, pro *aquarius*, miniſter ſiue ſeruus, qui portat aquam, in Lib. nig. Scac. p. 353. V. *Aquarius* 1.

ÆQVATIO. Concil. Tolet. l. c. 10. *Clericos, ſi qui obligati ſunt, vel pro aequatione, vel pro genere alicujus domus, non ordinandos niſi probatae vitae fuerint.* Vbi videtur eſſe tributum, quod domino praeſtatur. V. *Peraequatio*.

ÆQVATOR, qui deſcribebat cenſus in libris cenſualibus. Cod. de Agricol. et Cenſit. l. 11. c. 67. Item qui tributa ciuibus ex aequo imponebat. In Cod. Theod. et in Nouell. dicitur *Peraequator*.

ÆQVIDICI, verſus ἰσολεκτοι, quà ſingulis propoſitionibus ἀντιθετως apparant verſus dictiones, apud Diomed. l. 2. Art. Grammat.

ÆQVIDIVM, Solſtitium. *Æquidium autumnale*, apud Miraeum in Dipl. Belg. l. 1. c. 31. *Æquidialis*, ἰσημερος, in Gloſſ. Lat. Gr. et apud Feſtum. Germ Tag- und Nachtgleiche.

ÆQVIGENI, *gemini*. Gloſſ. Iſid.

ÆQVILANCIVM, *aequatio*, in Gloſſ. Iſid. ἰσορροπια, vbi male *Æquilatium* habetur. *Æquae lances*, apud Symmach. l. 1. ep. 88. l. 2. ep. 56. l. 10. ep. 53. *Æqua lance et libramentis paribus*, in leg. 1. C. Theod. de Ponderat. Fredegar in Chron. c. 85. *Theſaurus Dagoberti - - aequilancia diuiditur*, i. e. aequa lance. Graeuius poſt Pithoeum putat legendum *Aequilautum*, quod apud Paulum, *ſignifiat ex voto dimidium, dictum*

dictum a lauatione lanae, quae dicitur aequilanio redire, cum dimidium decidit sordibus. Melius, ni fallor, *aequilancium.* V. *Æqualensia.*

ÆQVILATIVM, V. *Æquilancium.*

ÆQVILATVS, aequilateralis, in Onomast. ad t. 7. SS. Maji. Dixit Auson. Idyll. 11.

Æquilatus vel crure pari, vel in omnibus impar.

ÆQVILAVIVM, V. *Æquilancium.*

ÆQVILIBRATOR REGIS, quo nomine ac munere insignitus donationem factam majori Monasterio a. 1067. subscribit quidam Baldricus, statim post Episcopos; quem subsequuntur, Ingenulphus Magister Pincernæ, Radulphus Dapifer, Walerannus Camerarius etc. vbi *Equilibrator* aut *Æquilibrator Regis*, is esse videtur, qui alias *Magister Regis* seu Paedagogus dicitur. Tum enim Philippus Rex vix aetatis annum attigerat 13. aut 14. Sic aut in appellatur, quod herilem puerum in *aequilibritate*, ac *ἰσορροπίᾳ*, vt loquitur Tullius, contineret. V. *Bajulus.*

ÆQVILINA, Equile. Cod. Mss. Irminonis Abbatis fol. 59. *Pro carroperis ad tretas den. LX. - - curuad. tot. si boues habuerint, carroperam in aequilinum ad tertium annum traxit de fimo ad tertium annum quantum trahere possint per duos dies.* † Carpentarius legendum suspicatur *aquilina*, atque adeo de silua *aquilina* locum interpretatur. V. Valesi. in Not. Gall. p. 488.

ÆQVILIRE, aequare, parem facere. Dicitur de *participio* et societate dominii in Ch. pariagii a. 1160. ap. Chopin. l. 3. de sacra Polit. tit. 3. §. 8.

ÆQVILOCVS, aequali in loco positus. Philothei Monachi carmen t. 2. oper. S. Bernardi p. 1293.

ÆQVIMANVS, ambidexter. Glossae Lat. Gr. Mss. *Æquimanus, παρίδαξιος.* Auson. Edyll. 12.

ÆQVINOMIVS, i. q. *aequinoctium*, ejusdem nominis. Thom. Archid. in Hist. Salonit. c. 3.

ÆQVIPAR, aequus. Auson. Edyll. 11.

ÆQVIPARABILIS, comparandus. Praef. Caroli M. ad Capit. Aquisgr. a. 789.

ÆQVIPARANTIA, aequiparatio. Tertull. adv. Valentin. Gesta Treuir. Archiep. ap. Marten. t. 4. Ampliss. Collect. p. 389.

ÆQVIPARARE, a Gall. *equipper*, nauem rebus omnibus necessariis instruere, munire, vel nauigare. Ch. Phil. Aug. a. 1223. Vol. 10. Aresti. Parlam. Paris. *Nulla nauis - - poterit aequiparare ad Imbernium.*

ÆQVIPEDIVS, V. *Acupedium.*

ÆQVIPEDVS, aequos habens pedes, seu aequa latera. Apulej. de Dogm. Plat. p. 37.

ÆQVIPERARE, sanare. Gloss. Lat. Gr. Mss. *Æquipero*, *ἰξισόμαι*, vtique pro *ἰξισῶμαι.*

† ÆQVIPOLENS, tantumdem valens quantum aliquid aliud, Germ. gleichs gültig. Stat. castri Redaldi l. 2. p. 32.

ÆQVIPONDERARE, aequiparare, juste aestimare, aliquid cum aliqua re conferre. Addit. ad Chron. Casaur. ap. Murat. t. 2. part. 2. p. 975.

ÆQVITALITAS, dierum aequitalitas. Gloss. Gr. Lat. *Æquitalitas*, *ἰσημερία.* Forte pro *Æquidialitas*, in iisdem enim Glossis legitur: *aequidialis*, *ἰσημερος.*

† ÆQVITARE (1) Pro *Equitare*, i. e. *Percalcare*, quod solemnis erat modus inquisituras, seu aliquem mittendi in possessionem rei alicujus. V. *Pedificare* et *Percalcare.* Occurrit vox in Ch. Margar. Flandr. comit. a. 1248. in Suppl. ad opera diplom. Miraei p. 895. in alia a. 1232. ibid. p. 396. (2) ÆQVITARE mendose editum pro *acquisare* in Testam. a. 1215. inter Probat. Hist. Britann. t. 2. p. 828.

ÆQVITERNVS, aeque aeternus, Germ. gleichewig. Sidon. l. 8. ep. 13. V. *Æuiternus.*

ÆQVIVALENTIA. (1) Gall. *Equivalens.* Ch. a. 1266. e Chartul. S. Vandreges. t. 1. p. 214. (2) † Tributum seu vectigal quod tempore Caroli VI. ad sumtus bellicos inductum est; quodque ex rebus mobilibus percipiebatur, loco duodecim den-

denariorum pro libra aliis in locis exactorum; vnde appellationis origo. Ch. Lud. XI. a. 1475. in Reg. 204. ch. 145.

† ÆQVIVALENTVM, eadem significatione. Libert. Auenioneti a. 1463. Reg. 199. ch. 347.

ÆQVIVOCARI, eodem nomine vocari. Petr. Bles. Sermo 23. Matth. Vindocin. in Tobia. V. *Æquiuocus* 1.

ÆQVIVOCE, vna, vel aequa voce. Narrat. fundat. Monast. S. Gerualii de Lingoria, ap. Stephanot. in Fragm. Hist. t. 5.

ÆQVIVOCVS. (1) Ὁμώνυμος, *homonymus*, in Vita Ludov. Pii a. 837. qui eodem nomine appellatur. Flodoard. l. 2. Hist. Rem. c. 20. Gunther. l. 1. Ligurini. Henric. Rosla in Herlingsberga de 4. Henricis Imper. (2) Acto Episc. in Capitul. c. 48. vbi Clerici vetantur auguria exquirere: *Si quis - - ad - - Prophetas, aut Angelos, vel aliquos Sanctorum, quos aequiuocos falso vocant, abierit, eorumque pravis doctrinis inhaeserit, anathema sit,*

† ÆQVIVOLVS IVSTITIAE, Iudex in omnes aequus, Germ. unpartheyisch. Vita S. Waltheni, t. 1. Aug. p. 261.

ÆQVORABILITER, nauigio, natigando. Isid. Pacens. Episc. aera 690. *Es vix cum paucis equorabiliter ausugiens euasit.* Legendum *aequorabiliter*.

ÆQVORARE, nauigare, in Gloss. Arab. Lat.

ÆRA, ERA, HERA. (1) Supputatio, numeratio, computus, scriptoribus mediae aetatis: nam veteres *Æra* vocabant in rationibus quae vulgus hodiernum *item* vocat, quod primum est, in notatione *aerae*. Rufus Fest. in Breviar. rer gestar. Pop. Rom. *Morem secutus calculatium, qui ingentes summas aeris breuioribus exprimunt, res gestas signabo, non eloquar.* Faust. Reiens. l. 1. de Spir. S. *Sacer numerus dicimus, quia trecenti in aera sine supputatione signum Crucis etc.* Adde Bernald. Presb. de Reconciliat. lapsor. p. 272. Isidor. *Per singulos Euangelistas numerus quidem Capitulis affixus adjacet: quibus numeris subdita est aera quaedam nostra, quae indicat, in quoto canone posita sit numerus, cui subjecta est aera: verbi gratia, si est aera prima in primo canone etc.* Lex Wisigoth. l. 2. tit. 3. §. 3. lib. 6. tit. 2. §. 3. Hincmar. Rem. in Ferc. Salomon. Habetur in Bibl. Thuana vetus Canon. Codex, qui in Sectiones vel Capita diuiditur, quae *Heraе* appellantur; vbi interdum HR. per contractionem scribitur. Adde Concil. Mabillon. p. 458. 459. Faust. Reiens. ep. 6. Capitula ad leg. Alaman. c. 27. edit. Baluz. *Aerae dierum* pro *numeri dierum*, apud Hilderic. Perperam porro *Ira* pro *Era* scribitur in Form. 16. ex Baluz.

(2) Epocha; vox chronologica, quae certum et insigne designat temporis punctum a quo anni numerantur. Hac vti solent Chronologi maxime vbi de his sex annorum rudicibus. ÆRA NABONASSARIS, qua vsi sunt Ptolemaeus, Censorinus et alii. Initium sumsit a. 747. ante Christum natum, nempe 26 Febr. a. 3961. periodi Iulianae. ÆRA SELEVCIDARVM, seu annus Graecus, quo vsi sunt Macedones. Incipit a. ante Christi Natiuitatem 312. periodi Iulianae 4402. ÆRA CHRISTIANA communis, seu annus gratiae, mense Ianuar. incepit a. periodi Iul. 4714. ÆRA DIOCLETIANI, s. ÆRA MARTYRVM, exordium sumsit a. Christi 284. seu vt aliis placet a. 302. Illa ante Dionysium Paruum vsi sunt auctores plurimi maxime ex Alexandrinis. ÆRA ARABVM, vel, vt loqui amant, *Hegira*, seu fuga Mahumedis, incipit a. Chr. 622. 16. Iul. ÆRA vel ERA, annos numerandi ratio, HISPANIS olim familiaris, quae 38 annis annos Christi excedebat. De qua fuse et docte egit Cangius in Glossario h. v. ÆRA IANVARIA, apud quosdam Scriptores sic appellatur prima dies Ianuarii, a qua initium sumsit annus 1564 ex Regis Caroli IX et Pontificis decreto, cum antea quilibet annus ab ipso Paschatis die inciperet. De vocis origine dudum disputant docti, alii *Aeram* dici sentiunt, quod apud vete-

veteres anni cuiuis aereis notarentur; alii aliter nugantur. *) Vox procul dubio orta a ſeptentrionali voce *Ar*, meſſis, annus, vnde German. Jahr, aut ab *Ar*, initium, vnde German. Ehe, de quibus vocibus v. Gloſſaria Germ. et Suio-Goth.

(3) Quiuis annus. Luithprand. in Legat. Vbi alii *eram* legunt, ita vt *era* menſa ſeu tabula fuerit, in qua deſcripta fuerit inſcriptio; ſed *aera* hic omnino pro anno ponitur. Sic. apud Dudon. l. 3. de Actis Normiarm. p. 4.

4) † Pro *area*, nidus, Gall. *Aire*. Statut. Cadubrii l. 3. c. 82. V. *Aereta*.

† AERA, pro *area*, Gall. *Aire*. Ch. a. 1320. in Reg. C. ch. 25.

† AERA ANIMALIA, pro aerea, *aues coeli in aere volantes*, in Gloſſ. Cod. reg. 7641.

† AERALE, area, ſeu locus aedificio aptus i. q. *Ayrale*. Priuil. Nouae baſtidae in Occit. a. 1298. ex Reg. 38. ch. 16. V. *Aeriale*.

AERAMEN. pro quouis vtenſili videtur vſurpari in Notitia vet. Bignonii c. 39. et in Teſtam. Fulradi Abbat. S. Dionyſ. *Aurum, argentum, cadices, aeramen, ornamenta eccleſiarum* etc. Alias pro aere habent Geſta reg. Franc. c. 18. *Deinus aeramen eras et cuprum.* Adde Formul. 7. ex Baluz. Liturgiam Gallican. Mabill. p. 462.

AERAMENTVM, Plinio et Paulo lib. 3. Sentent. c. 7. Opus ex aere confectum, ferramentum. Papias: *Æramentum, aes aequum vulgus vocat, quod in modum ſit coloris aeris.* At apud Gregor. M. l. 1.. ep. 30. videtur haec vox ſumi pro quouis vtenſili agricolarum.

AERARIAE ANNONAE, quae *adaeratae* in pretiis habentur, pretio tantum, leg. 34. 35. 36. Cod. Theod. de Erogat. milit. annon. V. *Adaerare*.

AERATOR, *debitor, reus, obligatus.* Papias. Hac notione Tullius dixit *aeratus homo*; quem e contrario Plautus habuit pro diuite.

AERATVS ORBIS, ſcutum. Ennod. in vita B. Epiphan.

AERREA, ARIA, AERIA, Gall. *Aire*, nidus accipitris (*) Germ. Horſt. Germanis ſuperioribus olim Aiery, Eyerey, locus vbi ova excluduntur, vnde vocis etymon.) Ch. Foreſtae c. 13. ap. Matth. Pariſ. a. 1215. et Io. de Burgo in Pupilla oculi l. 22. Adde Fletam l. 2. c. 41. §. 7. 46.

† AERECA, *Vesula*, in Gloſſ. Cod. reg. 7641.

*) AEREMANCIA, *diuinatio in aere*, Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſum. V. *Æromantia*.

ÆRENERVVS, neruus aereus inſtrumenti muſici, cui vice neruorum inſunt aereae chordulae, Germ. Drahtſaite. Iul. Firmic. l. 6. c. 31.

AEREVS. (1) *Aereus color*, coeruleus, Germ. Himmelblau. Teſtam. Hugon. Aycelini a. 1297. (2) † AREVS, altus. Gloſſ. cod. reg. *aereae querceus, altae.*

AERIA. (1) Vt *Aerea*, quod v. (2) † Vt *Area* 1. ager aut locus, qui nec aratur nec colitur, *curticulo* oppoſitus Ch. officialis Beluac. a. 1341. Reg. 77. ch. 159. (3) † Stabulum porcorum. Stat. Synod. Eccleſ. Trecor. t. 1. Probat. Hiſt. Brit. p. 1094. *Eccleſiae non diruitantur iuxtaeae, ne aeriis porcorum ſimilentur.*

† AERIALE, vt ſupra *Areale*. Libert. Villaefranchae a. 1256. Reg. 62. ch. 46.

† AERIANI, *haeretici ab Aërio quodam dicti. Hi vetant pro defunctis offerre ſacrificium.* Gloſſ. peruet. Cod. reg. 7613 Addit aliud Cod. reg. 7646. *Nichil quoque habent proprium.*

ÆRINVS COLOR. idem qui *Æreus color*, Graecis ἀερίζον χρῶμα. Tertull. de cultu femin. c. 7.

† ÆROMANTIA, *diuinatio ex aere*, in Gloſſ. Cod. reg. 7613.

ÆRVGINASCERE, aeruginem contrahere, Germ. roſten. Acta SS. Iul. t. 4. p. 93.

AERVM, ὄροβος, *Ervum*, Suppl. Antiquarii ſpecies eſt leguminis, quod explicat Martinius in Lex.

† ÆRVSCANS, *aes minutum*, in Gloſſ. Cod. reg. 7646.

† Æs, *neramentum, nummus. Aes, fortitudo vel firmitas*, in eod. Gloss.

† AES, vox Gallica, asser, axis, Germ. ein Bret. Chr. Angl. Th. Otterbourne p. 227. *Sagittare coeperunt intra lusitia per fenestras, per aes, per ostia* etc. V. *Aessella* et *Axa*.

ÆSANCIA, ÆSANTIA, ÆSSANCIA, ASSANCIA, a Gall. *Aisance*, facultas vtendi rebus non suis in alienis nemoribus, pascuis etc. vel ex concessione; vel ex jure municipali. Ch. a. 1242. inter Instrum. t. 2. Gall. Christ. p. 71. et alibi passim. V. *Aisantia*.

ÆSCAETA, pro *Escaeta*, successio, haereditas Ludewig. Reliq. Mſ. t. 7. p. 241. V. *Escaeta*.

ÆSCAVRVS, *piscis dictus quod solus escas ruminare perhibetur*. Gloss. Bituric. Hinc scribendum fuisset *Escarius*, vt apud Isidorum, *Escarius piscis solus ruminans*.

*) ÆSCEDVM, aesculetum, fraxinetum, Germ. Aeschenwald. In Gestis Alfredi, a. 871. V. *Æsculus*.

ÆSCVLATOR. Gloss. Gr. Lat. *καλχολογος, nummularius, aesculator*. In aliis Glossis Lat. Gr. et Mſ. legitur: *Æscutator, nummularius, καλχολογος*. V. *Nummularius*.

† ÆSCVLVS, *genus arboris*. Vocab. Cassin. a. 700. Gloss. Lat. Gr. *Aesculus, ἰδος δενδρου φηγος βαλανοφορος. Aesculus, βαλανος. Esculus arbor glandifera*, Gloss. vet. Cod. 7646. Germ. Aesche.

ÆSDVMA, † mendose scriptum pro *Cosduma*, vel *Costuma*, pensitatio pro jure pascendi animalia, in Instrum. t. 2. Nouae Gall. Christ. p. 424.

† ÆSENTIA, vt mox *Æsia*, in Ch. a. 1213 in Chartul. Miciacensi.

† ÆSIA, a Gall. *Aise*, commoditas, commodum, vsus. Ch. a. 1266. in Archiuo S. Germ. Prat.

† ÆSIVM, eadem significatione, in Ch. a. 1069. in Append. ad Marc. Hispan. p. 1152.

ÆSNECIA, primogeniti dignitas, aetatis praerogatiua inter fratres, prima et praecipua pars haereditatis paternae, Gall. *Ainesse*. Vox a Gallicis *Ains né*, i. d. ante natus, vt *Puis né*, post natus. Glanuill. l. 7. c. 3. V. *Ainescia*.

ÆSSANCIA, V. *Æsancia*.

† AISSELLA, asser, tabula sectilis, i. q. supra *Aes*, vnde diminutiuum, *Aessella*, saepius scandula, tabula tegendis tectis apta, Gallis olim *Aisseaux*, Germ. Schindel Comput. redit. et expens. eccles. Paris. a. circ. 1381. V. *Aissella* et *Assula*.

ÆSTAEVS, aestiuus. Vita S. Columbae t. 2. Iun. p. 220.

ÆSTIMARIA, aestimatio quae fit a judice. Car. Macro in Hierolex. ex Bullario Casinens. t. 2. Const. 36. n. 6.

ÆSTIMATIO, opinio, sententia, Gall. *Estime*. Order. Vital. l. 11.

ÆSTIMIVM, aestimatio. Hygenus: *Possessiones pro aestimio vbertatis angustiores sunt assignatae*. Occurrit non semel apud Agrimensores. Festus: *Æstimiae, aestimationes*. Gallis *Estime*. V. *Estimium*.

ÆSTIMVM. (1) Eadem notione. Chron. Parm. ad a. 1302. apud Murat. t. 9. p. 844. Ibid. ad a. 1303. p. 846. Synod. Prouinc. Pergami a. 1311. apud eund. Murat. t. 9. p. 578. (2) † Census, impositio, collecta, Italis *Estimo*, Germ. Schatzung, quia ex aestimatione bonorum fieri debet. Correct. Statut. Cadubrii c. 65. Stat. Montis-reg. p. 34. Stat. Reipubl. Genuens. l. 4. c. 2.

ÆSTIVA, ESTIVA. *Æstiua* apud Seruium ad 4. Georg. sunt *loca umbrosa, in quibus per aestatem pecora vitant solis calorem*. Et Lactantius ad istud Statii ex lib. 1. Thebaid.

- - *Vmbrosi patuere aestiua Lycaei. Aestiua dicuntur pecorum stabula, tempore aestatis umbrosa*. Ch. Sancti reg. Arag. aerae 1062. apud Martinez. in Hist. Pinnat. l. 2. c. 27. *Haec est carta, quam facio de illa aestiua, quae dicitur Leferim* etc. Mox: *Reganerunt me illi infantes, qui erant in illa schola, et darem eis vnam aestiuam, et dedi illis illam aestiuam, quae dicitur Leferm, quae est in termino de Arnat, de illo riuo de Gabardito* etc. Occurrit praeterea in

Tabu-

Tabular. S. Petri Generenſ. apud Marcam in Hiſt. Beneh. l. 9. c. 3. ibid. c, 9. V. *Æſtivare.*

ÆSTIVALES, vt mox *Æſtivalia*, ocreae. Germ. Stiefel. Conſtit. ant. monaſt. S. Petri-Mont. t. 2. Monument. ſacr. ant. p. 427. *Canonici cum equitabunt, ſuperpellicia cum ſtrictis manicis portare poterunt & Æſtivales et hergales equitantes* (equitantes) *portare poterunt, alias non.*

ÆSTIVALIA, ocreae, calceorum ſpecies, quibus æſtate vtebantur; Germ. Stiefel. Gloſſ. Lat. Gall. *Ocrea, botte, ou Eſtivaux.* V. *Oſa.* Statut. Hoſpital. S. Iuliani in Anglia in Addit. ad Matth. Pariſ. p. 162. *Æſtivalibus largis ſeu botis pro calceamentis vtantur.* Pap. 168. *Calceamenta pedum ſint caligae et æſtivalia: ſint ſotulares vncti* etc. Adde Ch. a. 1332. in Maceriis S. Barbarae Lugd. p. 203. Clementin. ne in agro, de ſtatu Monach. l. 3. tit. 10. c. 1. §. 1. Ch. a. 1210. in Probat. Hiſt. Bleſenſ. p. 20. Fori Aragon. l. 4. tit. de Cerdonibus. V. *Stivale.* *) Origo vocis non eſt ab *æſtate*, vt Cangius innuere videtur, ſed aut a Germ. ſteif, rigidus, quia e corio ſolido fuerant, aut vt vult Wachterus a *tibia*, vel *tibiale*, praepoſito ſibilo, quia tibiam tegit, vt *ocrea*, a *crure*, Varrone teſte.

ÆSTIVARE. (1) dicuntur pecora, quae in *Æſtivis* ſeu paſcuis æſtate paſcunt. Varro l. 1. de re ruſt. c. 1. Ch. a. 1127. apud Marcam in Hiſt. Bench. l. 5. c. 29. Ch. a. 1222. t. 2. Hiſt. Dalphin. p. 505. (2) † *Æſtivat, decurrit, calorem patitur, ſudat.* Gloſſ. Cod. reg. 7646.

ÆSTIVATUS PANIS, Panis mucidus. V. *Panis.*

† ÆSTOR, *procella*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ÆSTUARIUM, hypocauſtum, Germ. Stube. Lud. Reliq Mſſ. t. 6. p. 481.

† ÆSUM, *erbum.* Gloſſ. Cod. reg. 7641. Legendum *Æſum, eranum*, ex Gloſſ. Gr. Lat. ἐρόφος, *herusum, herous, erinum, aerum.* Plantae genus eſt. V. Martin. Lex. v *Erinum.*

ÆTAS, nude, quae vulgo *majoritatis*, cum quis ſuae tutelae eſt. Vade qui nondum hanc aetatem attigit, *infra aetatem eſſe* dicitur in Lege Longob. l. 2. tit. 29. §. 2. 3. 4. etc. *Intra aetatem conſtituti*, in leg. 3. C. Theod. de Sponſal. ÆTAS PERFECTA, 25 annorum, in leg. vlt. Cod. de his qui ven. aet. et alibi paſſim, contra IMPERFECTA, pupillaris, in leg. 3. C. Th. de Sponſal. et §. vlt. Inſtit. de Attiliano tutore etc. ÆTAS PLENA, maioritas, aetas 21 annorum. Quoniam Artach. c. 91. §. 2. Littleton. ſect. 103. V. Ius Feud. Saxon. tit. 18. §. 2. ÆTAS BARONIAE, qua quis a tutela liber, Baroniam ſeu terram ſuam tenere poteſt, aetas ſcilicet 21 annorum. Ch. Matth. D. de Montemoreno. a. 1274. ÆTAS TENENDI TERRAM, ÆTAS LOQVENDI, in Tabular. S. Victor. Pariſ. a. 1193. In Tabular. Vindocin. c. 274. a. 1078. ÆTAS LEGITIMA, apud Longobardos eſt annorum 19, in Leg. Longob. l. 2. tit. 29. §. 1. Adde Leges Luitpr. Reg. tit. 74. §. 1. V. Briſſon. l. 3. Selector. c. 2. ÆTAS SECVLARIS, 30 annorum, ap. Symmach. l. 5. ep. 54. Ex eorum opinione, qui vt auctor eſt Servius ad Aeneid. ſeculum hoc ſpatio definiebant. † ÆTAS SECVLI, pro Senectus annoſa in Ch. a. 1496. ÆTAS PENVLTIMA, plena adoleſcentia, in Vita S. Theotredi n 3. ÆTAS LVNAE, Germ. Alter des Mondes. Vita Ioann. Eborac. c. 3.

† ÆTATVLA, aetatis ſeu temporis ſubdiuiſio, in Chron. S. Mariani Autiſſ. fol. 88. *Ætatuncula* aditum apud Murator.

ÆTATVNCVLA, eadem notione, Vita Vrbani Papae III. apud Murator. t. 3. p. 476.

ÆTERNABILIS, aeternus. *Æternabilis domus*, palatium Principis, in l. 5. C. Th. de Locat. fundor. *Æternabilis vrbs*, Roma, in l. 3. eod. Cod. de Collat. donat.

ÆTERNALITER, aeternum. Vita S. Iuliani t. 3 Analect. Mabillon. p. 59. 70. etc. Item ab aeterno Epiſt. Alcuini t. 3. Concil. Hiſp. p. 118.

ÆTERNARE, poſteritati commendare. Germ. verewigen. Ludewig. Reliq.

liq. Mſ. t. 6. p. 453. Hiſt. Delph. t. 2. p. 377. Bernardus t. 1. p. 397. edit. 1690. *Æternare* eſt idem quod aeternum vjuere.

ÆTERNATIM, in aeternum, in Annal. Bened. t. 3. p. 677.

ÆTHER, neutro genere, vſurpatum a Mario Victore Maſſil. l. 1. Ennodio l. 2. ep. 13. l 6. ep. 38. Fortunato l. 9. carm. 1. Aldelmo et aliis.

ÆTHERITANGVS, inferioris aeui Poeta i. q. aethera tanges. Geſta Tancredi ap. Mart. t. 3. Anecd. p. 161. 133.

† ÆTHERIVS, coeleſtis. Ch. Dagob. reg. a. 632. t. 1. Hiſt. Lothar. Probat. p. 250.

ÆTHESIS, hectica. Acta SS. Iulii t. 3. p. 685.

ÆTHICVS, febri hectica laborans. Chron. Salzburg. apud Duell. Miſcell. l. 2. p. 163.

† ÆTHIOLOGIA, *cauſae redditio, promiſſae rei pulcrae.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. pro *Ætiologia.* Vide mox

ÆTHOLOGIA, eadem notione, *ἀιτια λογος*, in Gloſſ. Mſ. Eccleſ. Bituric. Eſt enim Medices pars, quae de cauſis agit.

AETIANI, haeretici, ſectatores Aetii Antiocheni Coeleſyriae anrifabri primum, tum Sophiſtae, mox Medici. Dicti etiam *Anomiani* et *Eunomiani* ab Eunomio Cappadoce, Aetii Succeſſore. Sozom. l. 5. Epiph. l. 3. t. 1. haereſi 76. Theodoret. l. 2. c. 27. Auguſtin. haereſ. 74. etc.

† AEV, *veluti, ſicuti, quemadmodum.* Gloſſ. Cod. reg. 7646.

ÆVA, tempora. *Poſt pauca aeva.* Vita S. Richardi t. 2. Iunii p. 248.

ÆVITANEVS, *qui in aeuo duras*, in Gloſſ. Iſidori.

ÆVITAS, *eſt aetas perpetua, cuius initium vel finis ignoratur, quod Graeci dicunt Aeveos.* Gloſſ. Bituric. *Aeveos* forſan pro *ἀιδιος, ſempiternum.* Apul. de dogm. Plat. p. 42.

† ÆVITERNVM, aeuum aeternum. Ch. Ioann. duc. Sileſ. a. 1302. apud Pezium t. 6. Anecd. part. 2. p. 199.

ÆVOSVS, ſenilis, Germ. *beſahrt.* Acta SS. Maji t. 4. p. 36.

ÆVVM. (1) Mundus. Commodian. inſtruct. 2. et inſtr. 34. (2) Aetas. Gregor. Turon. de vitis Patr. c. 8. Vtuntur et Veteres.

ÆVVS, longaeuus, aeternus. Epiſt. Pauli PP. ad Pipin. et in epiſtolis Pontificum Rom. t. 3. Hiſt. Franc. p. 734. 746. 748. 749. et paſſim alibi.

ÆXONES, *proverbia mordacia. Item Conuitiatores, ab Aexonibus maledictis.* Laur. in Amalth.

† AEYDA. ſubſidiaria praeſtatio, Gall. *Aide.* Ch. a. 1391. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 112. V. *Aidae.*

ÆYRALIS, aeneus, Germ. *ehern*, Gall. *d'airain.* Donatio S. Rudefindi. t. 3. Concil. Hiſp. p. 181.

AFA, ex Graeco *ἀφη*, puluis. Gloſſ. Gr. Lat. Mſ. *πελλινον ἀφη, argula*, ſiue *argilla*, perperam *regula* in edito. Paſſio SS. Perpetuae et Felicitatis. Martial. l. 7. epigr. 66. *et flaveſcis Haphe.*

AFACTATOR, V. *Affactator.*

AFAMARE, famem inferre, Gall. *Affamer.* Notitia vet. in Archiuo S. Victor. Maſſil. *Per iſtum modum inimici poſſint afamari.*

AFANTICA, *fundus afanticorum mole depreſſus*, in leg. 4. Cod. de Cenſitor. exponitur in eadem lege: *Squalidior, ieiunus, defectus*, cui opponitur *cultus* et *opimus.* Vox vt quidam putant formata a Graeco *ἀφανες, exanidus:* quo ſenſu *exanidas arbores* dixit Columella lib. de arbor. cap. 17. *quae parum fructus ferunt.*

AFARE, V. AFFARE.

AFERITARE, ab Hiſp. *Afeytar*, adornare, apparare, quaſi a Lat. *affectare.* Leg. palatinae lac. II. Reg. Maioric.

† AFERVA, aperura, a Germ. *öffnen*, aperire. Ita Eccard. in not. ad leg. Salic. t. 4. Collect. Hiſt. Franc. p. 136.

AFERRESO, *ab afereſis, Gr. ἀφαιρεσις; ademtio, detractio; inde aferestatus et aferesso, aferestus, diuido.* Gloſſ. Miſſ. monaſterii montis S. Eligii Atreb. ſcriptum ſec. 14.

† AFESTVCARE, feſtucam abiicere, aut abdicare, i. q. *exfestucare.* Ch. a. 1036.

a. 1096. t. 1. Hist. Trevir. ab Hontheim, p. 369. V. *Absistuare*.

ASFA, *talpa*, in Breuiloq.

† ASFABER, auctor, inuentor, industrius. Ch. episc. Laudun. a. 1134. ex Chartul. Laudun.

† ASFABILIS, *detestabilis*. Gloss. vet. Cod. reg. 7646.

† ASFABRARE, *decorare, ennoblesir. Prov.* Glossar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7656. V. *Asfaber*.

† ASFACHARIA, concessio rei alicuius ad medietatem fructuum. Ch. a. 1356. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 178. *De terris quae, dantur Asfachariae*. V. *Facheria*, *Asfacheria*, et *Medietarius*.

† ASFACHATOR, qui coria subigit et praeparat, Germ. Gärber; vel macellarius, Germ. Metzger Ch. 1344. in Reg. 65. ch. 312. *Item creant dicti consules curatores siu gardiatores - - molendinariorum, futorum, et asfachatorum*. V. *Asfactator*, *Asfusare* et *Asfactator*.

ASFACHERIA, eadem notione, ac *Asfacheria*. Ch. a. 1215. ex archivo Arelat. et Ch. a. 1317. ex Archivo S. Victor. Massil. V. *Facheria*.

ASFACINATVS, impudens, Italis *asfacciato*. Epist. Honor. III. PP. a. 1221. apud Vghel. in Archiepiscopis Pisanis.

ASFACTATOR, i. q. *Asfactor* et *Asfactator*. At vix suadebit vtroque sutores veteramentarios designari; ipsum repugnat exemplum in voce *Asfactator* allatum, sc. *qui coria asfectata boum vel vaccarum - - attulerint* etc. quod certe coriarios seu coriorum infectores, Germ. Gärber, innuere videtur. In vet. Car. Ms. Sodalium Societatis de natiuit. b. Mariae virg. in ecclesia b. Mariae deauratae erectae legitur: *N. Asfactator, P. Asfactator*; quibus mactatores seu lanios, Germ. Metzger, designari quidam arbitrantur, hoc argumento ducti, quod Thosofatibus etiammum *Asfachamen* idem sit quod Laniarium, Germ. Fleischbank. Vt vt est, pro coriariis stamus. V. *Asfais*, *Asfaitia*, *Asfachator*.

ASFACTOR, sutor veteramentarius, Schuhflicker. Ch. a. 1144. apud Carellum l. 2. rerum Occitan. p. 324. V. *Asfactator*.

ASFACTVRATOR, ASFACTVRATRIX, pro *Fascinator*, *Fascinatrix*. Constitutt. Synodal. Mss. Ecclesiae Rastinae. c. 42.

*) ASFADILLVM, das weyß von ey, Vocab. Lat. Germ. a. 1477. impress.

ASFAIT. gallici idiomatis vocabulum in antiquis Chartis vsurpatum, quo significatur locus, vbi pelles praeparantur. Terrar. Thosiac. a. 1404. *Iuxta pelanum seu asfait*. V. *Asfaitia*.

ASFAITAMENTVM. (1) Tributum, pensitatio. Ch. Comit. Sabaud. a. 1246. *Sine Tertio, et Asfaytamento*. Italis *asfaticamento*, est fatigatio, vexatio, cuiusmodi nominibus tributa interdum donari constat. (2) † Puluis quercinus, Germ. der Loh, et id omne quod ad subigenda coria aptum est, sinul et sordes, quae inde effluunt. Stat. Taurin. a. 1360. c. 94. Cod. reg. 4622. *Asfaytamentum*, in Statut. Avell. *Asfaitum. Asfaytum*, in Statut. ciuit. Saluciar. collat. 3. c. 92. et in Statut. Auallae a. 1496. c. 69. Cod. reg. 4624. V. *Asfaitare* et *Asfeitare*.

† ASFAITARE. (1) Coria subigere, Germ. gärben. *Asfaitaria*, officina coriaria, *Asfaitator*, coriarius. Statut. ciuit. Saluciar. collat. 5. c. 142. Ib. c. 144. Occurrit praeterea in Statut Montis-regal. p. 315. Vercell. l. 3. p. 88. V. *Asfaitia*. (2) Vox Italica, ornare, excolere. Barelea Sermon. in fer. 5. hebd. Passion. Hisp. *afeytar*, eadem notione V. infra *Asfaytamenta*. Gallis *asfaiter*, *asfaitier* et *afertrer*, est aptare, comere, condire.

ASFAITIA PELLERI, pro *pellibus praeparatis*, sumitur in charta Pedagiorum Bellevillae, a voce *Asfait*. Hinc quoque confirmatur, quod diximus in voce *Asfactator* quo nomine Coriarium significari insinuauimus. Nemo non videt, quanta sit affinitas inter has voces *Asfait*, *Asfaitia*, *Asfactator*. Prima coriariam officinam; secunda coria praeparata; tertia tandem coriarium significat.

Alias Gallis *affaisier*, i. erat quod *raccommoder*, reficere, instaurare.

† AFFAITVM, V. AFFAITAMENTVM 2.

† AFFAMARE, Gall. *affamer*, famem inferre, Ch. a. 1482. inter Probat. t. 4. Hist. Nem. p. 18.

AFFAMATAE PENNAE, debilitatae, non densae, ex Gallico *affamé*, quomodo sunt fame confecti. Frider. II. Imp. lib. de arte venandi c. 30.

AFFAMEN, affatus. Ch. Lotharii regis Prouinciae t. 12. Spicil. Acher. p. 131. Anastas. in vitis Papar. apud Murat t. 3. p. 216.

AFFAMENTVM, *tumentum*, (dumetum) Dornpechse. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impress. V. *Afumentum*.

AFFANAGIVM, merces operariis debita. Stat. Brageraci n. 38. ‡ Ch. a. 1319. in Reg. 61. ch. 343. et alibi in chartis.

AFFANARE, manibus operari. V. *Affanator*.

AFFANATOR, operarius, ab Hispanica voce *Affanador*, qui multo labore operatur. Libert. Montis Britonis Hist. Dalphin. t. 1. p. 82. 83. Ch. Thossiac. in Dumbis a. 1404. In territorio Dumbensi *affanator* sumitur pro eo mercenariorum genere, quorum merces soluitur frumento, filigine, auena vel aliis rebus, quae vsu consumuntur. † Gallis olim *Affaineur* et *Affanour*, eadem notione.

AFFANNERE, eodem significatu ac *Affanare*. Dicunt etiamnum Massilienses *affanner*, pro *travailler*.

AFFARE, AFARE. (1) Praedium rusticum, Occitanis et Prouincialibus bona, vel facultates quaeuis. Ch. a. 1212 in Tabular. S. Victoris Massil. Occurrit passim in multis aliis chartis. Italis *affare* est conditio, fortuna; ita Galli medii aeui etiam vsurparunt vocem *affaire*. (2) † Negotium, Gall. *affaire*. Ch. a. 1235. e schedis Pr. de Mazaugues. V. *Affarium* 2.

† AFFARI, sentire, cognoscere, Gloss. vet. cod. reg. 7646. *Affasus est, sensit, aut cognouit*. V. supra *Affamen*.

AFFARI, forte pro *affatim*. Gallia Christ. Sammarthanor. t. 4. p. 724. *Quandiu vitalis flatus ei comes fuit, pro amore eues sibi commissas duplici victu affari paulo*.

AFFARIVM. (1) Idem quod *Affare* 1. scilic. praedium rusticum. Ch. a. 1274. Alia ch. a. 1348. ex Archiuo Piperacensis Abbatiae. † Galli *Affar* eadem notione diuertunt. Hinc Carpentario suspicio est, diuersae originationis esse *Affare*, praedium rusticum, et *Affarium*, negotium; hoc nempe, vt et vocem Gallicam *Affaire*, oriri ab eo quod faciendum est, illud vero a Lat. *Far*, *farris*, quod praecipuum est in praedio rustico, non absurde prorsus adscisci. (2) Negotium, Gall. *Affaire*. Ch. a. 1222. apud Perardum p. 327. Epist. Phil. Aug. apud Martene t. 1. Ampliss. Collect. p. 1157.

AFFATILIS LACVS, corrupte pro *Asphaltis*, vel *Asphaltites*, apud Iac. de Vitriaco Hist. Orient. l. 3. inter Anecd. Mart. t. 3. p. 279.

AFFATIMIRE, ADFATIMIRE, seu vt habet editio Heroldi, *Adfatimire*, in Leg. Ripuar. c. 49. et 58. donare *per Affatomiam*, seu *per Adfatimum*, vt est c. 48. 49. *Quod si adfatimare fecerit inter virum et mulierem*, i. donatio per *Adfatimum*.

AFFATOMIA, ADFATOMIA, ADFATIMVS, ADFATIMIA. *Affatomiae*, in vet. Gloss. apud Pichoeum dicuntur *donationes, quae fiunt, festuca in sinum eius, cui donabatur, proiecta*, qua illo in possessionem rei donatae mittebatur. Lex Sal. tit. 48. qui inscribitur: *De Affatomie: In cuius laisum festucam iactauerit, et haeredem appelleuerit*. Occurrit ibi non semel. Dubitatum fuit Ludouico Pio Imp. quid esset *Affatomie*, vt colligitur ex eius Capitulari 3. a. 819. c. 10. vbi definitur *traditio*. *De Affatomia, dixerunt quod esset traditio*. EPISTOLAE ADFATIMAE, in formula ex Lindenbr. 50. Chartae donationis. Vocis origo deduci posset a verbo *affari*, *affatus*, etc. fiebat enim illa cessio per *festucam* non scripto, sed voce sola, festucam in sinum eius, cui cedebatur, proiicien-

jiciendo. *) Rectius Cl. Wachterus hanc vocem tribuit Anglo-Saxon. *faethm*, sinus; ita vt *Affatamia* proprie sit coniectio in sinum, et dicatur cum quis alium in possessionem rei suae posuerit, coniiciendo festucam in sinum eius. Erat itaque traditio, sed symbolica, quae a *sinu* recte dicebatur *insinuatio*.

AFFATOR, *Arator*, Papias. Vtique pro *Orator*.

† AFFATVRARIVS, veneficus, Academicis Cruſc. *Affatturatore*, ab *Affatturare*, veneficiis afficere. Stat. civ. Astae c. 108. V. *Affatturator*.

† AFFAYTAMENTA, ornatus, mundus muliebris. Barelets in sermon. Sabbat. 5. Quadrag. V. supra *Affaitare*.

† AFFAYTAMENTVM, AFFAYTVM, V. supra *Affaitamentum*. 2.

† AFFAYTATVS, aptatus, instructus, munitus. Stat. senecalli Bellicadri a. 1310. inter Probat. t. 4. Hist. Occit. p. 162. V. *Affaitare* 2.

† AFFAZIO, idem quod supra *Affarium* 1; praedium rusticum, *mansus*, ager. Ch. a. 1492. V. *Faisio*.

AFFECTARE, peroptare, sitienter expetere. Rymer. t. 1. p. 741. Spicil. Acher. t. 12. p. 225. Ludewig. Reliq. t. 5. p. 537. t. 6. p 129. Apul. de virtut. Herbar. p. 202. AFFECTARE ALIQVEM, eum sibi beneficio devincire. Gasp. Barthii Gloss. ex Baronici Hist. Palaest.

AFFECTATOR, idem qui *Affector*. Ch. a. 1244. *Omnes fautores, sive affectatores extranei vel privati, qui ad mercatum ipsius loci venerint, et mercatores sui officii stipulerint* etc. Alia a. 1290. *qui coria affectata bovum vel vaccarum, vel equorum, vel equarum stipulerint*, etc. V. Hist. Occitan. Catelli p. 324. † Vox designat coriarium, qui coria subigit, Germ. Gärber, vt fusius patet e Ch. a. 1158. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 568. V. supra *Affaitare* 2. et *Affectare*.

† AFFECTATVS. (1) Destinatus, consecratus, Gall. *affecté*. Edictum Caroli C. a. 861. t. 7. Collect. Hist. Franc. p. 648. (2) Deuinctus, deuotus. Gall. *affectionné*. Litt. Caroli VI. reg. Franc. a. 1398. ex Bibl. Reg.

† AFFECTIO. (1) Pro *Affectio*, metarum positio. Ch. a. 1342. in Reg. 84. ch. 134. Sed legendum prorsus *Affictio*, seu *Affixio*. V. *Bonna* 2 et *Affixio*. (2) Animi decretum, voluntas, desiderium, cupiditas. *Affectio vel Affectus*, *Talent*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

AFFECTIOSVS, V. *Affectuosus*.

† AFFECTIVVS, affectu animi. *Affectiua imaginum adoratio*, in Historia Miscella, et apud Anastas.

AFFECTVOSE, ardenter, cupide, in Gloss. Lat. Gall. cod. reg. 7692.

AFFECTVOSITAS, affectus, Gall. *Affection*. Guibert. l. 2. de vita sua c. 5.

† AFFECTVOSVS, beneuolus, amoris plenus, Gall. *affectueux*, in Epist. 35. Nicolai I. t. 7. Collect. Hist. Franc. p. 426. Occurrit rursum in epist. 4. inter Epist. Caroli C. ibid. p. 556. Vtuntur praeterea Macrob. Saturn. l. 2. c. 11. Tertull. adv. Marc. l. 5. c. 14. et alii. *Affectiosus*, eadem notione, apud Tertull. de anima c. 19.

† AFFECTVRA, f. pro *Affictura*, fibula, Gallis olim *Affice*, *Affiche* et *Affique*. Comput. Mf. a. 1239. *Pro harnesio suo, videlicet baccis et cureniis, et suis affecturis.*

AFFECTVS. (1) Filii, consanguinei, vxor, nepotes, etc. V. P. Pithoeum ad Collation. Legis Mosaicae tit. 6. Sauaron. ad Sidon. l. 6. ep. 4. et Rosweidum in Gloss. ad Vitas PP. Vide et Petr. Fabrum l. 5. Semestr. c. 9. eadem notione. *Caritates* dixit Ammian. l. 18. et 20. p. 130. 156. 170. (2) † Adiect. vt supra *Affectatus* 1. Instr. a. 1384. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 60.

† AFFEICTARIA, officina coriaria, in Statut. Montis-Reg. p. 203. V. *Affaitaria*.

† AFFEITARE, vt supra *Affaitare*, coria subigere, AFFICTATOR, coriarius. Stat. Montis-reg. p. 270. V. *Affaitare*.

AFFENARE, versare fenum furcillis, Gall. *Faner le foin*. Tabul. Parthenonis Calensis p. 166.

† AFFENDERE, defendere, protegere, tueri. Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1286. t. 1. Corpor. diplom. p. 263.

AFFENERARE, eadem notione ac *Affenare*, in Ch. Monaſt. Nobiliac. ap. Stephanot. t. 3. Antiquit. Pictav. p. 484.

AFFERARE, mulctam taxare, temperare. Rymer. t. XI. p. 644. Hinc

AFFERATORES, Anglis Practicis, *Ceſſors of mulcts in Courts leets*, dicuntur, inquit Spelmannus, qui in Curia, nuncupata Leta (interdum alibi) mulctas recognoſcunt et moderantur, ad hoc electi et jurati. Anglis *Affeerors*, de qua voce multa Cowellus et Raſtallus.

† AFFERATVS, vel forte *Affaratus*, qui *affare* ſeu praedium ruſticum poſſidet; ſi tamen legendum non eſt *aſſ:atus*, ille nimirum, cui rata pecuniae impoſitae exſoluenda taxata eſt, licet haec correctio audentior videatur D. Secouſſe. Lit. a. 1389. inter Ordinat. reg. Franc. t. 7. p. 373. *Super bonis et poſſeſſionibus eorum, qui actu moram trahere in dicto mandamento dicuntur, et ad ſolucionem dicti vinceni tenentur, ſeu afferati exiſtunt.*

† AFFERENTIA, (1) Proportio, ratio. Ch. Henr. reg. Angl. a. 1457. in Chron. Io. Wethamſted. p. 422. Gallis olim *Afferure* et *Afferue* eadem notione. (2) Conuenientia, Gall. *Convenance*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. V. *Afferra*.

† AFFERIVM, vt *Affarium* 2. negotium. Gall. *Affaire*, in Ch. Pariſ. a. 1424.

AFFERVS, AFFERVS, Scriptoribus Anglis, equus agriculturae idoneus. Fleta l. 2. c. 73. § 6 c. 76. § 8 9. Will. Thorn. in *Exon.* II. Monaſt. Anglic. t. 1. p. 941. Statut. Weſtmon. 2. c. 18. et alibi. Northumbrenſes etiamnum *a fnuſſt auur*, ſeu *afer* dicunt, pro equo nequam et ſegni.

AFFERSAMENTVM pro *Affrosamentum*, vel *Affeudamentum*. Nouu Gall. Chriſt. t. 2. p. 947. A

AFFERTOR, qui affert; Interp. Rymer. t. 12. p. 471.

† AFFEVATVS, vaſallus i. q. *Feuatus* et *Feudatus*, quae a *Feudum* vel *Feuum*. Rymer. t. 6. p. 526. t. 10. p. 54. Perperam editum *Affenatis* et *Affenatos*.

AFFEVDAMENTVM, traditio ad Emphyteuſin, locatio ad cenſum, in veteribus conſuetudinibus. Hinc

AFFEVDARE, beneficiario iure tradere, ad cenſum perpetuum ſ. emphyteuſin concedere. Occurrit in ch. a. 1488.

† AFFEVDATARIVS, qui per precariam, ſeu iure emphyteuſis poſſidet, emphyteota. AFFEVDATOR, qui ea conditione tradit. Ch. a. 1474. ex Tabular. Flamar.

† AFFETTAMENTVM, vt ſupra *Affaitamentum* 2. ſeu potius officina coriaria. Teſtam. a. 1517. V. *Affaitare*.

AFFIBLA, fibula. Conſtitutt. Catalan. Mſſ.

AFFIBLARE, AFFIBVLARE, fibula conſtringere. Hugo de Cheriis de Majoratu Francine. Ch. apud Vghell. t. 3. p. 694.

AFFICAVAGIVM, forte praeſtatio illa, quam vaſallus domino feudi praeſtat ex infeudationis conditione. Ch. a. 1245. in Tabul. Comit. Toloſae p. 66. *Et medietatem oblivum et afficagiorum* (lic) *tam ſcriptorum et donationum pertinentium, ſicilicet 3. ſol. Morlan. quae Aicurrtria debet nobis reddere Afficavage quolibet anno, et illorum 3 ſol. de Afficvage Ioan. Vacce et 2. ſol. boni hoſtilis* etc. In Conſuetud. Britan. art. 358. 359. *Afficager des terres non cultivées, et en prendre rentes avec votention d'obeiſſance.* Vel certe vox deducta ab *affictus*, vt ſit *Afficanagium*, datio ad *affictum* ſeu cenſum. † Dubius haeret Carpentarius, an legendum *Affitanagium*, aut *Afficacagium* vel *Affitanagium*, vt habet Ch. Philippi Pulchri a. 1299. *Item 6 libras, 11. ſolid. 2. denarios Turon. quae quondam perſonae dicti loci ſolumi et tenentur ſoluere quolibet anno, in feſto omnium ſanctorum, pro quadam fernitate*, vocate *Affitanagium*. In Ch. a Cangio laudata, quam Baluzius ex authentico deſcripſit, legitur *Afficanagiorum*, et *Affeanage*.

† AFFI-

† AFFIGERE. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Affixa, addita, vel attenuata. Affectus, tenceratus, caeſus.*

† AFFICTABILIS, qui ad *affictum* ſeu cenſum tenet, *firmarius*, conductor. Stat. Caſtri Redaldi l. 1. p. 21. V. *Affictuarius.*

† AFFICTALITIVS, ad *affictum* pertinens, cenſualis. Stat. Mantuae Cod. reg. 4620. c. 23.

† AFFICTAMENTVM, conductio, locatio, traditio ad *affictum*, Gall. *Affiſement*, apud Des Ponts in Collect. tranſact. Humberti Dalph. part. I. p. 59.

AFFICTARE, AFFITTARE, AFFITARE, conducere, locare, dare, vel capere ad affictum, Italis *affittare*. † Stat. Cadubrii l. 2. c. 68. Stat. crimin. Riperiae c. 194. Stat. Taurin. a. 1360 c. 200. V. *Affictus.*

† AFFICTARIVS, AFFICTVARIVS, conductor, locator, qui ad *affictum* tenet. Stat. ciuit. Piſtor. a. 1207. ap. Murator. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 551. Ch. a. 1378. ap. Manni obſervat. hiſt. in ſigill. ant. t. 1. p. 87. V. *Affictabilis.*

AFFICTATIO, vt *Affictamentum.* Conſtitut. Archiep. Nicoſ. a. 1322. c. 8.

† AFFICTATOR, eadem notione, ac *Affictarius*, in Statut. Cadubrii, l. 2. c. 89.

† AFFICTVARIVS, V. *Affictarius.*

AFFICTVM, AFFICTVS, cenſus, reditus. Breuiloq. *Affictus dicitur cenſus, qui datur ratione praediorum.* Italis, *pigliar a ſitto*, *conducere*, *dare a ſitto*, locare. Acta Innocent. III. PP. Synod. prouinc. Pergami a. 1311. ap. Murator. t. 9. p. 552. et alibi. V. *Fictus.* *) De *Affictu* Vid. Frid. Imi tract. de Affictu contractu ad coptimam, Dresdae 1678. et Friedr. Carl von Buri Erläuterung des in Deutſchl. üblichen Lehenrechtes part. 4. p. 25.

† AFFIDA, ſecuritas. Hiſt. belli Rorojul. ap. Murator. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1201. V. *Affidare* 1.

† AFFIDAGIVM, vt *Affidia*, *aſſecuramentum.* V. *Affecurare* a. Gallis olim *Affage* et *Affolle.* Ch. Phil. VI. reg. Franc. a. 1333. in Reg. 69. ch. 74. Alii a. 1358. inter Ordinat. reg. Franc. t. 3. p. 305.

AFFIDAMENTVM. (1) Locatio, conductio. Ch. Phil. Aug. ap. Marten. t. 1. Ampliſſ. Collect. p. 1104. *Vicarii comitis in nullo affidamento habent juſtitiam, litus et aqua, et incrementa ripae, et inventiones, et cenſus aquae ſunt juris Regis Franciae.* † Rectius actio, qua quis fidem ſuam coram judice alicui obſtringit; quam qui fallebat, mulcta puniebatur. V. *Affidare* 1. (2) † Tributum, vectigal. Ch. a. 1837. in Stat. ciuit. Perus. p. 7. (3) Obligatio, promiſſio, quae fit fide data. Vetus Ch. Mſ. (4) † Pax, ſecuritas. Ch. in Lam. Delic. eruditi. part. 1. p. 204. V. *Affida.*

AFFIDANTIATA CAVSA, Practicis Hiſp. dicitur *Lis conteſtata.* V. Mich. del Molino in Repertor. Foror. Aragon. v. *Clamum* et *Fidantia.*

AFFIDARE. (1) Fidem ſuam alicui obſtringere, fidem dare, fide data promittere, obligare ſe. Vgutio: *Fiduciare*, *fiduciam praeſtare*, *quod vulgariter dicitur affidare.* Italis *Affidare* et *aſſicurare*, tutam reddere. Regiam Majeſt. l. 2. c. 48. §. 10. Vid. Chron. Caſſin. l. 4. c. 25. Conſtitut. Sicul. l. 2. tit. 37. §. 2. Inguif. p. 875. ea paſſim alibi. Gallis olim *affier*, eodem ſenſu. (2) Tutum reddere, vt *Affidare* Italorum. Ch. a. 1240. in Chartul. S. Victoris Maſſil. Ch. Phil. Aug. ap. Martene t. 1. Ampliſſ. Collect. p. 1053. *Affidatus*, cui fides et ſecuritas data eſt, in hiſt. Conſeſſorum l. 9. c. 15. V. *Aſſecurare.* (3) Probare, certum facere. Gl. Henr. Reg. Angl. ap. Marten. t. 2. Anecd. p. 1227. (4) Deſponſare, virginem ſibi deſpondere, Gallis olim *affier.* Alex. III. PR. in append. concil. Lateran. III. part. 12. c. 6. Et paſſim alibi.

AFFIDATIO. (1) Obligatio, promiſſio. Regiam Majeſtat. l. 2. c. 48. §. 10. V. *Affidare* a. (2) Sponſalia, Garm. Beulbbuſ. Statut. Leodienſ. t. 4. Anecd. Marx. p. 848. V. *Affidare* 4. (3) Locatio. Vita S. Gilberti Epiſc. Carhanenſ. in Scotia. V. *Affidamentum* 1.

AFFIDATVRA, eadem notione ac *Affidatio* 3. in Ch. Caroli Reg. Sicil. a. 1277. apud Vghellum t. 7. Ital. facr. p. 807. et 1072.

AFFIDATVS, aduenitius, qui se domini alicuius patrocinio ac tutelae, fide data, ac sacramento interposito, addicebat et commendabat, vnde et *commendati* et *recommendati* dicuntur in Constitut. Sicul. l 3. tit. 7. et 8. Ch. Willelm. Reg. Sicil. a. 1179. apud Vghell. t. 7. p. 984. Innocent. III. PP. lib. 2. Epist. ad Acheruntin. Archiep. Ch. Guil. Comit. Marsici. a. 1179. apud eund. Vghell. t. 7. p. 704.

AFFIDIA, fides data, promissio per fidem, *Affidatio*. Occurrit apud Thwroczium in Ladislao c. 68.

AFFIDIARE, idem quod *Affidare*, *Affidiam dare*, Willelm. Malmesbur. l. 2. Hist. Nouellae p. 188.

AFFIDOXE, *sententia cuius pars honesta est, pars inhonesta*. Gloss. Bituric. Ms. ab ἀπροσδόκητος, anceps.

AFFIDVCIARE, idem quod *Affidare*. Fabular. Vindoc. fol. 202. Ch. Alani Episc. Autissiod. a. 1163. et alibi non semel.

AFFILATORIA, cos, qua raforia acuuntur. Vsus antiqui ord. Cisterc. c. 85.

† AFFILATVRIA, limbria, lacinia, vt videtur. Inuent. Ms. thes. Sedis apostol. sub Bonif. VIII. a. 1295. *Item quatuor fodras pro capuciis de affilaturis.*

AFFILIATIO. (1) Vt *Adfiliatio*, adoptio in filium. (2) Acquisitionis species. Chron. Farfense p. 657. et 669. † Quid eo nomine significetur aperte docet ch. a. 1271. inter accessiones ad Hist. Casin. part. I. p. 306. *Quia velamento cuiusdam damnosi contractus, qui affiliatio vulgariter appellatur - - per quam dum homo fumens, vel de seruitio equi existens assistit seu angarario, cum certa parte bonorum suorum, filium suum affiliationis nomine daret vxorem; vel mulier filiata angarario affiliationis nomine matrimonialiter junctabatur, idem angarius velamento affiliationis praedictae quodam abusu praui simo a rusticanis seruitiis seruilibus et aliis validioribus dicto monasterio nostro debitis se hactenus eximebant.* V. *Adfiliare*.

AFFINAMENTA COMPVTORVM, computa finita, rationes confectae. Leges Palat. Iac. II. regis Maiorc. inter Acta SS. Iun. t. 3. p. 50.

AFFINARE (1) Metalla purgare, excoquere, Gall. *Affiner*. Litt. Archiep. Ebredun. a. 1250. t. 2. Hist. Dalphin. p. 54. Flota l. 1. c. 20. §. 132. 150. et alibi. (2) AFFINARE COMPVTVM, rationes decidere, sese rationibus expedire. Gallis olim *affiner son conte*. Arest. a. 1355. in Vol. 4. arestor. Parlam. Paris. (3) † AFFINARE SE, cum aliquo affinitate se deuincire. Chron. anonym. Leob. apud Pez. t. 1. Script. Austr. p. 936. Gallis olim *affin* cognatus.

AFFINIA. (1) Finis, terminus, limes, in Ch. Episc. Portuens. ap. Vghell. in Ital. S. t. 1. p. 137. 139. Alia apud Baron. a. 1049. n. 8. Chron. Fant. apud Murat. t. 2. p. 2. p. 577. AFFINIS, confinis, non semel apud Orderic. Vital. l. 8. et 9. p. 708. 722. 729. etc. (2) † Vicinus, proximus, qui prope adest. Translat. S. Ian. t. 6. Sept. p. 899.

† AFFINVS. affinis, similis, *Sym.* Taurin. a. 1360. Cod. reg. 4620.

† AFFIORATVS, macerarus. *Calcina affiorata*, macerata; Germ. *gelöschter Kalk*.

† AFFIRERE, attinere, pertinere, a vet. Gall. *afferir*, quod in eadem significatione in vsu erat. Ch. a. 1270. in Reg. Cam. Comput. Paris.

AFFIRMAMENTVM. (1) Datio vel receptio ad *firmam*, seu ad censum annuum. Hist. Delph. t. 2. p. 378. (2) † Affirmatio. judicium. Ch. a. circ. 1075. inter Probat. Hist. Sabot. p. 338. V. *Affirmare* 1.

AFFIRMARE. (1) Dare ad *firmam*, locare ad tempus, Gall. *Affermer*, Germ. verpachten. Ch. a. 1299. Antiquit. Benedict. Pictav. apud Stephanot. t. 3. p. 902. (2) † Accipere ad *firmam*, Germ. pachten. Memor. Cam. Comput. Paris. a. 1378. (3) Pro *firmare*, claudere, ap. Matth. Paris. ad a. 1251. (4) AFFIRMARE CANTVM, PSALMOS etc. id quod canendum est in ecclesia praevide-

videre, et prius in eo ſeſe exercere. S. Wilhelm. Conſtitut. Hirſaug. c. 89. V. *Firmare canum.* (5) † Afferere, confirmare. Liber cenſual. S. Anſonii paſſim. Engoliſm.

AFFIRMATIVVS, in foro inquiſitionis Romanae dicitur is, qui errorem circa fidem pertinaciter defendit, et fateri etiam coram Inquiſitore non dubitat. Eymeric. Director. Inquiſit. part. 2. queſt. 34. Huic opponitur *negativus*, de quo ſuo loco.

† AFFITANAGIVM, V. *Afficenagium.*

† AFFITTAIVOLVS, conductor, locator, qui ad *affictum* tenet, idem qui ſupra *affictarius.* Statut. antiq. Florent. c. 52. l. 2. Cod. reg. 4621.

† AFFITTARE, V. AFFICTARE.

† AFFITVS, cenſus, reditus, idem quod *affictus.* Ch. Ioh. reg. Bohem. a. 1336. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonſtr. p. 525. V. *Affictare.*

AFFIXARE, infigere. Conc. Vallis-Oletan. a. 1227. c. 3. Collect. Conc. Hiſpan. pag. 346. Ch. Alfonſi Imp. aerae Hiſp. a. 1175. apud Anton. de Yepez. t. 7.

AFFIXIO. (1) Modus publicandae ſententiae in aliquem latae, eius ad valuas eccleſiarum affigendae. Sentent. Officiali Rothomag. a. 1472. (2) Alligatio, id quo aliquid firmatum firmumque tenetur. Ch. 1392. inter Ordinat. reg. Franc. t. 8. p. 194.

† AFFIXIARE, figere, infigere. Ch. 1363. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 261. Gall. olim *affixer* pro alligare.

† AFFLAGITARE, pro flagitare, exorare. Ch. Hug. Capeti a. 989. t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 557.

† AFFLARE, illuminare. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641.

† AFFLECTARE, V. AFFECTARE.

† AFFLICTIO, (1) Pſalmi poenitentialis recitatio, quae ab hujus proſtratis fiebat, maxime per Quadrageſimam et Aduentum. Breuiar. antiq. eccl. Nuuerm. et alibi. (2) Mulctae monaſticae ſpecies, quae flagellatione infligitur. Regula hoſpit. S. Iac. de Alto paſſu circ. 1240.

† AFFLICTIVVS, *qui tourmente. Affligitive, tourmentement.* Vocabul. compend.

AFFLICTVS, pro *affixus*, confixus, redditus. Stat. Collegii Ardac. art. 16. ap Duell. Miſcell. l. 1. p. 116. Ludewig. Reliq. Mſt. t. 5. p. 565. V. *Afficta.*

† AFFLIGERE, *periculum facere, elidere, exerberare.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646.

† AFFLVITAS, AFFLVVS, *abundans*, in Vocabul. compend.

† AFFOAGIVM, AFFOVAGIVM, Ius lignum exſcindendi ad focum, annona lignaria, i. q. *Affuagium.* Ch. a. 1290. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burgund. p. 78. Alia a. 1297. in Cod. reg. 9484.

† AFFOARE, focum facere, Feuer machen. vel ligna ad focum neceſſaria ſcindere. V. *Affuagium.* Ch. a. 1276. ex Cod. reg. 5188. V. *Affocare.*

AFFOCARE, focum facere, Feuer machen. Italis *affocare eſt accendere.* Ch. Gualteri D. Wangionis riui a. 1261. apud Perard. in Burgundic. p. 499. V. *Affuagium.*

AFFOCATVS, qui jure *foci*, ſeu domus, vel *raſſeandiae*, domino eſt obnoxius. Ch. Petri reg. Aragon. a. 1213.

† AFFODILLVS, *qui ex Albuinum dicitur, vulgariter a quibusdam porrago dicitur, ob ſuauitudinem ſaporum. Quidam centum capita nouerunt; ſed alia plantа eſt.* Gloſſar. Mſt. medic. Sim. Ianuenſ. Cod. reg. 6959.

† AFFOGARE, AFFOGIARE, lignum ad focum neceſſarium aut alios uſus in foreſta aſſignare, idem quod infra *afforeſtare* 2. Germ. anweiſen. Ch. a. 1323. in Reg. 62. ch. 139. Alia a. 1321. ex Tabul. Loci-reg. V. *Foreſtare.*

AFFOLAMENTVM, (1) † Culpa, delictum, quia animum *affolat* ſeu laedit. Acta Mſ. inquiſit. Carcaſſ. a. 1308. V. *Affollatus.* (2) Mutilatio membrorum. Ch. 1228. in Tabular. Campan. Thuani.

AFFOLARE. (1) Papiae, qui *Affulare* habet, *leuiter tangere, offendere, obedire.* (2) Laedere, et quidem ita, vt alicujus membra debilitentur, inertia ſint aut mutila. Germ. Lähmen, verſtümmeln. Ch. Beatricis

Abba-

Abbatiſſ. B. Mariae Sueſſion. a. 1231. Alia ap. Marten. t. 1. Ampliſſ. Collect. p. 961. Et paſſim alibi.

AFFOLATOR, qui *affolat*, laedit, vulnerat. Ch. apud Marten. t. 1. Ampliſſ. Collect. p. 964.

† AFFOLLARE. (1) Pretio minuere. Ch. a. 1164. ex Bibl. reg. col. 17. (2) Vt *Affolare*, laedere, vulnerare, in Chron. Domin. de Grauina, ap. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 575.

† AFFOLLATVS, vitioſus, Germ. mangelhaft. Statut. Maſſil. l. 3. c. 18. V. *Affolmentum*.

† AFFONDARE, AFFONDARI, vox Italica, in profundum demergi, Gall. olim *Affonder* et *Affondrer*. Chron. Bergom. ad 1406. ap. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 970. Et paſſim alibi. V. *Affundare*.

† AFFORAGIATOR, qui vino venali pretium conſtituit, et illud vendendi licentiam dat. Areſt. a. 1403. in Vol. 9. areſt. Parlam. Pariſ. V. *Affenator*.

AFFORAGIVM, jus pretium imponendi rebus venalibus, praeſertim vino, quod ſingulatim venditur. Item tributum quod domino ſoluitur pro hac aeſtimatione, Gall. *Afforage*, *Affeurage* et *Forage*. Engelb. Magne Chron. Bonae-Spei p. 151. et alibi. V. *Afforare*, *Brocta* et *Foragium* 1.

AFFORAMENTVM. (1) Iudicium juxta receptas Leges et Conſuetudines. V. *Aforate* et *Foras*. (2) † Pretium vino venali poſitum, i. q. *Afforagium*. Ch. a. 1354. in Reg. 83. ch. 25. Gallis olim *Afforement*.

† AFFORANEVS, foraneus, extraneus. Priuil. Phil. II. Reg. Rom. a. 1208. apud Fullon. t. 2. Hiſt. Leod. p. 389. Gallis ol. *Affforain*.

AFFORARE, aeſtimare, pretium rei venali, aut alteri imponere, vel conſtituere. Ch. Petri II. Reg. Aragon. a. 1340. Alia a. 1316. ap. Willelm. Thorn. in Chron. Inſtrum. Occiden. a. 1350. t. 2. Ordinat. Reg. p. 480. Galli dicunt *Affeurer*, *afforer*. *Feur* vero pro pretio, interdum pro proportione apud Gallos ſumitur. Vnde *Feur vini*, pro *Foragium*, in Ch. Philippi Flandriae Comitis a. 1176. Vox forte ex *Fodrum* ducta, metaphora ſumta ab iis, qui dominis *Fodrum*, ſeu certam quantitatem fodri quotannis, vel in certis occaſionibus penſitare tenebantur; quod quidem ſi non reipſa praeſtaretur, ſaltem illius exſaluebatur pretium, *Fodro* taxato ex *Affodro*: nam inde *Feur* et *Faurre*. pro palea vſurpant Galli, quod idem eſt ac *Fodrum*. V. *Afurare*, *Forum* et *Foragium*.

† AFFORATIO, aeſtimatio, pretium. V. *Adforare*, et *Afforamentum* 2.

AFFORATOR, qui vino venali pretium imponit. Arreſt. curiae Parlam. ſub Philippo Franc. reg. in Tabul. Compend.

† AFFORATVS, tributum quod domino ſoluitur, pro *foro* ſeu aeſtimatione rerum venalium. Ch. a. 1213. in Chartul. Archiep. Bituric. V. *Afforagium*.

AFFORCIARE, fortiorem reddere, augere, Germ. verſtercken. Bracton. l. 4. Tract. 1. c. 29. §. 4. Item vim inferre, Gall. *Forcer*. Ch. Luſit. aerae 1361. t. 4. Monarch. Luſit. p. 272.

AFFORCIATA LIBRA, cujus materia purior erat, minusque adulterata. Vita Adriani III. PP. ap. Murat. t. 3. p. 445. V. *Moneta fortis*, et *Fortiare*.

AFFORCIATE, cum adjecto copiarum ſubſidio. Rymer. t. 1. p. 145.

† AFFORES SOLIDI, iidem qui *afforciati*, puriores et minus adulterati. Lib. cenſuum eccleſ. Rom.

AFFORESTARE. (1) Siluam in *foreſtam* conuertere, *foreſtae* adſcribere. Ch. Foreſtae Ioann. reg. Angl. ap. Matth. Pariſ. Adde cund. a. 1225. p. 283. et in additam. p. 100. et Fletam l. 2. c. 40. §. 2. *Charta afforeſtata*, in veteri inquaeſta apud Will. Dugdale in Antiquitt. Warwic. p. 665. (2) † Lignum in *foreſta* excindendum et vendendum aſſignare. Ch. a. 1311. in Reg. 48. ch. 133. et alibi. V. *Affogare*.

AFFORISMVS, *formo brevis integrum ſenſum propoſitae rei ſcribens*. Gloſſ. Bitur. Item Hippocratis breuis Sententia. V. *Aphoriſmus*.

† AFFORTVM, affulrus, aggreſſio, vel injuria. Tabul. Maſſil. a. 1391.

Sans-

Satisfaciat de afforto illato etc. ſed leg. forte *Aſſoltum*, a Gall. *Aſſaut*. V. *Aſſultia*.

AFFORVS, *piſciculus pauciſſimus*. Papias. Iuxta Iſidor. l. 2. 6. adeo exiguus eſt, vt capi non poſſit. Auctor Catholici habet: *Quia hamo ferri non poteſt*. V. Marini Lex.

AFFOSSADARE, AFFOSSARE. (1) Caſtrum, vrbem etc. foſſis claudere, ambire. Chron. Parm. ap. Murat. t. 9. p. 872. Ibid. p. 770. (2) † Foſſam excauare, Ital. *Affoſſare*. Statut. Placent. l. 4. p. 38. Stat. Vercell. l. 3. p. 88.

AFFOSTRATA, *rediens*, in Gloſſ. Iſidori, vbi reponit Vulcan. *Apoſtropha*. An *afforata*? nam *afforagia* et *res afforatae*, reditus tributi loco ſunt. Sed vox non eſt Iſidoriani ſeculi. In Gloſſ. Mſ. Bitur. legitur *Affroſtata*. In Pithoeanis *Adoſtrata*.

† AFFOVAGIVM, V. *Affoagium*.

AFFRACARE, pro *Affrancare*, redimere, repignerare, Germ. einlöſen. Ge. Chriſtianus, rerum Mogunt. t. 2. p. 273. V. *Affranquire*.

† AFFRACTIO, V. *Affrancatio*.

AFFRAIAMENTVM, V. *Affreiamentum*.

† AFFRAIRIGARE, ſocietatem facere. Stat. Maſſil. l. 4. c. 27. V. *Affrayramentum*.

† AFFRANCAMENTVM, libertas, immunitas. Ch. comit. Fuxi a. 1188. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 162. V. *Affranciſamentum*.

AFFRANCARE. (1) Idem quod *Affranquire*. Ch. a. 1309. in Reg. 39. Phil. Pulcri reg. c. 44. V. *Affranquire*. (2) † Redimere, repignerare, Germ. einlöſen. Menoch. de Praeſumt. l. 3. Praeſumt. 85. n. 22. V. *Affracare*.

† AFFRANCATIO, manumiſſio, libertas, immunitas. Stat. ſynod. eccleſ. Reatin. Mſ. c. 23. Hinc emendanda edita ap. Marten. t. 8. Ampliſſ. Collect. p. 1504. vbi legitur *Affraktiones*, et paullo ſupra *Anfraktionibus*. V. *Affrancare* 1.

AFFRANCHIMENTVM, AFFRANQVIMENTVM, libertas, immunitas. Hiſt. Dalphin. t. 2. p. 435. Marten Aneed. t. 2. p. 1499. V. *Affranquire*.

AFFRANCHIRE, i. q. *Affranquire*, Gall. *Affranchir*. Hiſt. Dalph. A. 2. p. 50.

AFFRANCHISAMENTVM, manumiſſio, Gall. *Affranchiſſement*. Stat. Monaſt. S. Claudii p. 78. 84.

AFFRANCHISARE, i. q. *Affranquire*. Statut. S. Claudii p. 46. 47.

† AFFRANCISAMENTVM, libertas, immunitas. Ch. Phil. V. reg. Franc. a. 1317. in Reg. 53. ch. 303. V. *Affrancamentum*.

AFFRANCTVS, pro *anfractus*. Litt. Offic. Rothomag. a. 1400. fol. 102. Bullarii Fontanell.

† AFFRANGIAMENTVM, eadem notione ac *Affrancatio*. Ch. Phil. Pulcri a. 1298. inter Probat. t. 4. Hiſt. Occit. p. 118.

AFFRANQVIMENTVM. *Inſtrumentum affranquimenti*, ſiue *liberationis*, ap. Marten. t. 1. Anecd. p. 1526. Ch. Maſſil. a. 1442. V. *Affranchimentum*.

AFFRANQVIRE, *francos*, i. e. liberos et immunes reddere, *Affrancare* Italis, Gallis *Affranchir*. Ch. Comit. Bigorrae a. 1266. Alia comit. Toloſ. a. 1238.

† AFFRANQVISCHERE, vt *affranquire*, in teſtam Guill. monetarii a. 1213. ex Cod. reg. 5255.

† AFFRANTICIVS, V. *Affrontitius*.

AFFRATVM. *caro*, in Gloſſ. Bitur. et in Amalth. ex Iſid. *Afratum*, *Spumeum*. Ab ἄφρος, *ſpuma*. † Ideo *Afratum* ad marginem Iſidori adſcriptum. Lucanici genus putatur a Salmaſio Foenor. Trapezit. p. 452.

AFFRAYRAMENTVM, Societas. Guillelm. Benedict. in Capitulo, Raynutius, verbis et vxoris nomine Adelaſiam n. 789.

AFFRECTAMENTVM, AFFREIGHTAMENTVM, naulum, Germ. Fracht. Rym. t. 11. p. 157. 442. † A Gall. *Affretement*, eadem notione.

AFFRESINVS. Hiſt. Epiſc. Comitum Engoliſm. c. 35 *Quatuor ſtolas, 8. manipulos, 5. albas, et vnam de affreſina*. Expreſſit Gall. *Orfrais*, aurifrigium.

*) AFFRI-

) AFFRICONA, ein Bothſtab. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ.

AFFROIAMENTVM, terror. Liber Angl. inſcriptus *Iuſtice of peace*, p. 37. Rectius *Affraiamentum* ſcribitur p. 78. Gall. *Effroi*. † *Affray* et *Affraiement* in lure communi Anglorum; *Affres* eodem ſenſu dicunt Galli.

AFFRONITVM, *ſpuma nitri*. Gloſſ. Mſ. Bitur. Graeca vox corrupta pro ἀφρονίτρον.

AFFRONTARE. (1) Terminari, Gallis olim *affronter*. Ch. ap. Stephanot. t. 1. Antiq. Occit. Mſſ. p. 368. Paſſim occurrit in veteribus tabulis. V. *Affrontatio*. (2) † Appellere. Inquiſit. a. 1480.

AFFRONTATIO, terminus, limes qui in fronte praedii vel agri eſt. Ch. Sanctii reg. Aragon. a. 1093. ap. Catell. in Comit. Toloſ. p. 93. Occurrit etiam alibi.

† AFFRONTITIVS. Lit. Ioan. VII. PP. a. 879. inter Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. p. 481. *In villis, caſis, caſalibus, terris, ancillis, liberis et affrontitiis* etc. Ita quoque editum t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 178. Rectius *Affranchitis*, i. e. libertate donatis, in Lit. Ioann. XIII. PP. ibid. p. 237. V. *Affranciſamentum*.

† AFFROSTATA, V. *Affoſtrata*.

AFFRVGVM, V. *Afrugum*.

AFFRVS, V. *Afferus*.

AFFRVTABVLVM, *vaſculum*, in Gloſſ. Mſ. Bitur. V. *Adfrutabulum* et *Affurabulum*.

AFFVAGIVM, V. *Affuagium*.

AFFVGARE, pro *fugare*. Ioann. Brompton.

† AFFVGERE, effugere. Ch. a. 1424. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 216.

AFFVAGIVM, idem quod *Affocagium*, jus excidendi ligni in nemore ad focum ſuum, ſeu ad ignem domini accendendum. Vox formata ex *affoer*, de qua in verbo *Affocare*. Tabul. Ciſterc. in Probat. Hiſt. Vergiac. p. 113. Alia a. 1253. in Regeſto Feodor. Burgund. † Rectius definiretur jus colligendi *fualium*, ſeu minutiora ligna et vepreta ſiccata ad furnum calefaciendum, vel ad ignem conficiendum. V. *Fuagium*.

† AFFVLARE V. *Affolare*.

† AFFVMARE, vox Italica, fumo implere, fumo exſiccare, Gall. *Enfumer*. Chron. Bergom. ad a. 1403. ap. Murat. t 16. Script. Ital. p. 944. Vita S. Cicci t. 1. Aug. p. 661.

AFFVNDARE, deprimere, demergere nauem, Germ. verſenken; et in fundum maris aut fluminis lapides, ligna mittere. Barth. Scribae Annal. Genuenſ. l. 6. ad a. 1244. ap. Murat. t. 6. p. 509. Iac. Auriae Annal. Genuenſ. l. 10. ad a. 1282. ap. eund. Murat. t. 6. p. 584.

AFFVRABVLVM, *vaſculum*, Vgutioni. V. *Affratabulum*.

AFFVRCILLARE, *labefactare*, Papiae; at Io. de Ianua eſt, *valde*, *vel juxta*, *aliquid ſuſpendere vel concutere*.

AFFVSVS EQVVS, Vgutioni, qui vulgo *ſtaffuſus* eſt. Alibi: *Suffoſſor vel ſuffuſus* equus, i. e. ſub equite interfectus.

† AFFVTIRE, lenire, mitigare, ut videtur. Bulla Clement V. PP. in Continuat. Bullar. Rom. p. 143. *Affutit clementer eorum animas miſericordiarum dominus, qui poſt tempeſtatem tranquillum facit mundum perpetua ratione gubernans* etc. V. *Affaitare*.

† AFIGERE, *enformer*, *vel punir*, *vel conveser*. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7693.

AFINATA PIGMENTI, potio ex melle et vino confecta monachis ſtatis diebus dari ſolita, quam pigmentum vocabant. Statuta Monaſt. S. Claudii p. 77.

† AFITARE, V. *Affictare*.

† AFIXIO, metarum poſitio. Pact. inter domin. de Luſignaco et de Pedenacio a. 1331. in Reg. 69. ch. 180. V. *Affectio* 1.

† AFLIGIBILITAS, gravitas. Io. de Cardalhaco Serm. in nativ. dom.

AFOCIS. Anaſtaſ. Bibl. in Bened. III. p. 204. *In monaſterio b. Martini fecit caniſtra ex afoci duo ex argento puriſſimo penſantes lib. 4.* Sed leg. *exafoci*; intelligit enim caniſtra ἐξαφώτα, quae ſex lucernis conſtabant.

AFORARE, juxta *foros*, ſeu leges ac conſuetudines receptas, facere, judicare

esse. Vet. Acta Aragon. apud Molinum in Repertor. V. *Forus* et *Afforare*.

AFORELLA. Ch. Alamannica n. 33. *Vendiderunt de illa pomifera in alio nostro curtino qui non aforella.*

† AFORESTERANITVM, venditio, caesura cauduae siluae, vel siluae caedendae assignatio. Ch. a. 1391. in Reg. 148. ch. 59. V. *Afforestare* 1.

† AFORESTVM, praestatio quaeuis, quo sensu *Foreſtagium* saepe occurrit. Ch. 1324. in Reg. 70. ch. 279.

AFORIS, Germ. von Auſſen. Io. de Ianua: *Aforis, aduerbium loci, penultima correpta, significat de loco et in loco.* Vtuntur Possid. in vita S. Augustin. c. 26. Caesar. Arelat. Homil. 2. Octauian. Horatian. l. 4. rer. medic. p. 87. et alio.

AFORISMVS, Ioanni de Ianua: *Sermo brevis integrum sensum rei proposite scribens, sic dictus a poris, qui sunt apertiones paruae et subtilia foramina corporis, vnde sudor emanat: Et etiam Aforismi foramina sunt in naui, vnde remi emittuntur. Item liber quidam in Phyſica sic dicitur vt scribitur per vnum f.* Errat in etymo, quod est Gr. ἀφορισμος. V. *Aphorismus*.

AFRA. Alex. Iatrosoph. l. 1. Pass. *Pisces, aut afras, aut pipiones occipiant.* Vbi Glossae Mſ. *Afras, anes esse ajunt.* † *Afra* est Gallina Africana, vnde nomen; quam l. 3. epigr. 58. *Numidicam gustatam* vocat Martialis. Vid Fontanini dissert. de Achate marchionis Capponi.

AFRANCARE, vt *Affrancare*, apud Iustell. Hist. Turen. p. 155. V. *Affranquire*.

AFRANCHIRE, annuae pensionis obligatione sese exsoluere; Gall. *affranchir*. Obiurat. S. Geraldi Lemouic. fol. 8.

† AFRANCIARE. Libert. Figiaci a. 1318. t. 7. Ordinat. Reg. Franc. p. 663. *Pro hujusmodi discordiis seu dissencionibus jam ortis, seu ve (ne) oriantur suspectis, dicti consules mandare possint et poterunt discordantes et discordia suspectos, et prouidere in salibus, ne fiant, et affranciare vsdem.* Vbi legendum videtur *Affidare*, h. e. discordantes fide data constringere ad pacem seruandam. V. in hac voce.

AFRANQVIRE, V. *Affranquire*.

AFRATVM; V. *Affratum*.

† AFRICA, pro *Africus*, in Chr. Angl. Th. Otterbourne p. 6.

AFRICANA, gallina Indica, sic dicta vt quidam volunt, quod ab Africa primum fuerit allata; vel propter nigrum colorem, vt iis placet, qui hujusmodi gallinas volunt ab India occidentali ducere originem, hincque ad nos delatas fuisse et inde dictas *Indicas*. Sed *Indicas* vocamus, inquit Salmasius ad Solinum, non quod ex India primum aduectae; nam in Boeotia et Graecia passim nascuntur; sed quia quidquid ad nos transmarinum adfertur, Indicum vulgo appellamus. Occurrit haec vox in Comput. a. 1277. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. p. 287. V. *Afra*.

AFRICANVS. (1) *Negotiator*, Vgutioni. V. *Syrus*. (2) † Moneta Saracenorum, eadem quae *Saracenus*, sic dicta, quod ab Africanis partibus venerant *Saraceni*. Ch. a. 1019. ap. Murator. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 768.

AFRICARIVM, forte mendum pro *Piscarium*. Ch. X. saeculi ap. Mabill. t. 4. Annal. p. 686. *Mansum - - Deo et S. Michaeli sutributque inibi seruientibus attribuo - - in villa Argentiniaca quidquid habere videtur, h. e. mansos 12. vestita cum appenditiis suis - cum silvis, pratis, pascuis, africariis, aquis, aquarumue decursibus.*

† AFRICIA, *genus liberum, quo antiqui vsi in sacrificiis.* Laur. Amalth. Vtitur Arnob. l. 7. adv. gentes.

† AFRODISIA, *species quaedam saltationis, quae et testiculus canis dicitur, apud Dioscor. Afrodisia, aetas pubes Auicennae dicta.* Glossar. Mſ. med. Simon. Ianuens. Cod. reg. 6959.

AFRONES, stulti, ex Graeco ἀφρονες. Passio S. Victor. Massil. Mſ.

Afrones et bruti mortem nec vsque secuti.

AFROR,

AFROR, grauis odor, foetor. Vita b. Columbae t. 5. Maji p. 372.

AFROSELINVM, talcus, lapis in laminas pellucidas sectiuus, Germ. Talk. Matth. Siluaticus c. 479.

† AFROTVM, V. *Affratum.*

AFRVGVM. Palladius de archit. *Sed cuprum adustum sit cerussa quam nostri afrugum vocant.* Vbi Pithoeus monet in Mss. legi *Afrugum* et *Affrugum*

† AFVBALS, fibula vel capitis operimentum. Vox Catalanica, obuia in Curia 2. general. Terracon. sub Iacobo I. reg. Arragon. V. *Affibla* et *Affibulare.*

† AFVLHIA, injuria, contumelia, vnde AFVLHIARE, injuriari. Libert. Montisferrandi a. 1291. in Reg. 181. ch. 154.

AFVMENTVM, *dumetum*, in Breuiloq.

AFVNDARI, V. *Affondare.*

AGA, aqua, occitanis *Aigue.* Authent. Anian. apud Mabill. t. 5. Annal. Bened. p. 719.

AGABO, *qui negotia praecedit*, apud Isidor. in Glossis et Papiam; apud Pithoeum vero legitur, *Agaso, qui praecedit, minister, officialis.* V. *Agaso.*

† AGACENCIAE, pro *Ajacentiae*, appendices. Ch. a. 1034. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 189. V. *Adjacentiae*, et *Agecenciae.*

† AGAEVS. Vita S. Waltheni abbat. t. 1. Aug. p. 875. *Haec isdem Henricus, qui in se expertus est, mihi retulit, cujus nimia barba, vel ageum caput ab ejus ore mendacium exulare compellit.* Vbi editores suspicantur legendum esse cygneum, id est, canum; nisi forte, addunt iidem, scribendum sit *aegeum caput*, et sic auctor alludat ad senem Aegeum, de quo poetae varia fabulantur.

AGAGA, ejusdem forte notionis ac *Agagula.* Fragmentum Petronii de coena Trimalcionis: *non omnia artificia ferni nequam norras: Agaga est, ac curabo stigma habeat.*

AGAGVLA, AGGAGVLA, AGVLA. Glossae Isid. *Agagola, lenocinator, pantominus.* Infra: *Agagula, lenocinator.* Alibi *accucula, acutus, solers.* (Apud Graeuium: *Accuculia et acuculia.*) Item: *Acutula, acutus, solers, agagula.* Scribitur *agagula* in excerptis Pithoeanis; *Agagula* apud Graeuium. Io. de Ianua: *Agula, lena, quasi agens gulam;* sed videtur legendum *Agagula*, vel *Aggagula.* Edict. Theodorici reg. c. 54. *Meritus his criminibus convictam dimittat uxorem, si adulteram, si maleficam, vel etiam, quam vulgus appellat Aggagulam, in judicio potueris adprobare.* Quidam vocem Gothicum esse putant, alii a Latio accersunt. At cum in Glossis Isid. *Agagula sit pantominus*, videtur idem esse in iisdem Glossis *aculus*, vbi *ministerialis domus regiae* definitur. Nam pancominos *ministeriales* et *ministellos* dictos, infra docemus. Sed de hujus vocis origine consul. Eustath. Suuartius l. 1. Analect. c. 17. † Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Agagula, conciliator, id est leno. Agagula, vanus, fornicator.* Aliud ex Cod. 521. *Agagula, lacator, qui agit gulam.* Rursum aliud Lat. Gall. ex Cod. 7692. *Agagula, Lechierre.*

† AGAITVM, insidiae, Gall. *Agnet.* Consuet. Norm. Cod. reg. 4651. *Ego queror de tali, qui ad carrucam meam cum agaito praecogitato in pace Dei et ducis me requiter assaltauit.* Male apud Ludewig: *cum agaito praecogitato.* V. *Aguaitum.*

† AGAL, V. *Agnale.*

AGALA, V. *Agula.*

AGALMA. (1) *Figura quasi agens imaginem alterius*, vti nugatur Franc. de Sacraquercu, ex alio forte. In Gloss. Mss. *Agalma dicitur apesfugifina, vel imago sigilli, ἀγαλμα*, simulacrum. Martian. Capella l. 6. de Pallade. Ch. Edgari Reg. a. 968. Dudo Decan. S. Quintini in Praefat. ad acta Normann. Bulla Io. Papae XV. a. 988. et passim alibi. Sed aliud videtur denotare apud Rayner. Monach. Cellens. in mirac. S. Gisleni: *Corpus sindone munda diligentissime involutum, et sub agalmatis clave firmissime obseratum in eadem urna deponitur.* Vbi *agalma clavis* videtur esse sigillum clavi impressum, cujusmodi passim habent antiquariorum

rum Scrinia. Mabillon. in hunc locum ſaec. 2. Act. SS. Ord. S. Bened. p. 797. ait, *Agalma* hic accipi debere pro ſcrinio. *Agalma, inquit, ſimulacrum, ac templorum ornamentum, hoc loco Scrinium.* (2) Grex, ouile, caula. Vita S. Gerardi abb. in Actis SS. Ord. Bened. ſec. 5. p. 267. (3) Laetitia, gaudium, ab ἀγαλλομαι. Hinc *Agalmata* vocat ſplendidos laetosque martyrum triumphos, vt obſeruant docti Hagiographi, auctor actor. S. Margarethae t. 5. Iul. p. 34.

† AGAMVS, *absque conjuge*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. a Gr. ἀγαμος.

† AGANIA, *hostia*. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613.

AGANON. Sic vocant chartularium S. Petri Carnot. in Valle. Archerius fol. antepenult. praefat. ad tom. 2. Spicil. *Ad vltimum adtexta ſunt Synodi Aurelianenſis geſta - - e veteri Agannone, h. e. Chartulario S. Petri Carnotenſis in Valle.* Nil aliud eſt haec vox niſi proprium Agannonis Epiſc. Carnot. nomen, quamuis Acherius antiquarum eſſe *verbum* putauerit.

† AGAPALLVS, *vireti*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. Plantae genus *Pruenca vulgaris angaſtifolia*, Germ. Darchwachs.

AGAPE, Gr. ἀγαπη. (1) Sic Chriſtiani vocabant communes coenas, ſeu epulas, quae vt mutuae charitatis indices ac illices primis ſeculis in praecipuis ſolemnitatibus celebrabant, in ipſis etiam eccleſiis. (2) Eleemoſyna, refectio pauperum, quia communibus iſtis conuiuiis pauperes adhiberent. Gloſſae Mſ. *Agapis, caritas, vel refectio pauperum.* Alibi: *Agape, caritas vel caritatiui hoſpites.* In Sacramentario Gregor. M. habetur *oratio ad agapen pauperum*, quae in l. 3. Sacrament. Eccleſ. Rom. c. 48. inſcribitur: *Pro his, qui agapi faciunt.* Occurrit paſſim apud ſcriptores eccleſiaſticos. (3) Caritas, quae vis eſt vocis Graecae, titulus honorarius. Marculf. l. 1. form. 51. *Veterem ſtrenuitatis veſtrae agapen ergo nos* etc. V. Ionam in praef. ad vitam S. Columbani. Ita etiam Graeci ἀγαπην non ſemel vſurpant, vt pluribus docet Meurſius.

AGAPETA, vel AGAPETES, Papiae: *Lenocinator, et qui cum foeminis illicite conuerſatur procacius Clericus.* Porro Clericos iſtos ἀγαπητους vocabant, quod cum mulieribus ac virginibus, quas domi ſub *agapetarum* ſeu *dilectarum*, appellatione detinebant, praua commercia habere dicerentur. Iulian. Anteceſſ. Conſt. 3. ex Nov. 6. S. Hieron. ep. 22. ad Euſtach.

† AGAPITVM, i. q. *Acapitum*, in Ch. Caroli IV. reg. Franc. a. 1322. in Reg. 61. ch. 309.

AGARENI, Saraceni, qui ſcilicet ſe exiſtimant ortos ex Ismaele filio Agaris et Abrahami. Conc. Panna-fidel. a. 1302. t. 3. Collect. Conc. Hiſp. p. 540. † Ch. a. 977. in append. ad Marc. Hiſp. p. 917.

† AGARET, carri genus, vt videtur. Ch. curiae Arelat. a. 1225. *Sicus claudit via publica de foſſo, ſint carrigat vel agaretz* etc.

AGARGATHVNG, Vox Longobardica, i. e. *ſecundum qualitatem perſonae*, vt in legibus Longob. Leges Rotharis apud Murat. t. 1. part. 1. p. 19. Edirio habet *Gargahangi* pro *Agargathung*. V. *Garathingi*.

AGARITVDO, *ſuſpirium, vel anxietas*. Breuiloq. an *aegritudo?*

† AGARIVM, *la vite biancha*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. Gall. *Couleuvrée blanche*, plantae ſpecies.

AGARNVS, pro *Agarenus*, V. in *Amaratunta*.

† AGASATVS, acer, acidus. *Vinum agaſatum*, acetum, in Inuent. a. 1476. ex Tabular. Flamar. V. *Vinum*.

AGASO, *miniſter, officialis*, in Gloſſ. Iſid. Gloſſ. Lat. Gr. *Agaſo*, δουλος, ὑπηρετης, forte κτηνος Io. de Ian. *Agaſo, proprie dicitur qui curat jumenta, quaſi agens ſomarium. Quandoque tamen agaſo dicitur domeſticus miniſter aſinorum: ita dicit Vgutio. Vnde Graeciſmus:*

Eſt aſinorum paſtor agaſo, bouumque bubulcus.

In leg. 2. Cod. Theod. de Cohortalib. *agaſones* dicuntur *ſervi et miniſtri* Stationariorum. Eſt igitur *agaſo* idem qui curator equarius ſeu ſtabularius, qua notione ab ipſo Liuio vſurpatur. † *Michael magiſter agaſonum* recenſetur inter dapiferorum et pincernarum magiſtros in Ch. Andreae reg. Hung. a. 1233. ap. Cenciun Lib. cenſuum eccl. Rom. *) *Agaſonum* munus etiam inter praecipua Ducum Regumque Bohemorum erat. Vincentius Bohemus ad a. 1058. aliter *Marſcallos* dictos indigitat. In ejusdem Vincent. Chron. ad a. 1148. loco *agaſo*, mendoſe legitur *agato*.

† AGASTALVS. Lib. cenſuum eccleſ. Rom. *Epiſcopus Caſtrenſis* (ſoluit) *pro caſtro de Arſa conceſſo in feudum a dom. Innocentio PP. duos Agaſtalos*. Forte pro *Anguſtales*. V. *Anguſtalis* 2.

AGATO, V. *Agaſo*.

AGAVLIZARE. Vita S. Firminii c. 26. *Vt perſpicue intelligere daret, quam ſuauibus anima illa in coelo frueretur melodiarum cantibus cujus interta defuncto corpori animatae materiae agaulizaret ſonas*. In veter. Gloſſis. Mſ. *Agaulizare, applaudere*. Vox Graecae originis forte ab ἀγλαΐζω, illuſtrem reddo, honeſto. Vel etiam ab ἀυλίζω, pro ἀυλέω, tibiis cano, et praepoſit. Lat. *ad*.

AGAVNVM, celeberrimum ad inferiorem Valeſiae limitem monaſterium a ſitu appellatum volunt, quod inter ſaxa et rupes conſtructum ſit; *Agaunum* enim *accolae, interpretatione Gallici ſermonis, ſaxum dicunt*, vt eſt in hiſt. S. Mauritii. His conſentanea ſunt, quae habet auctor Vitae S. Romani abbat. Iurenſis n. 1. *Quamuis ergo Agaunus veſter Gallico priſcoque ſermone, tam primitus per naturam, quam nunc quoque per eccleſiam, veridica praefiguratione, Petri petra eſſe dignoſcitur* etc.

† AGAZIA, picae ſpecies, Gall. *Agace*, Picardis *Agache*, Germ. Aetzel, Hatze, Hetze. Dialog. creatur. dial. 80. V. *Aigatia*.

AGAZO, V. *Agaſo*.

† AGAZONOMVS, *princeps per actionem nominatus*. Gloſſ. vet. cod. reg. 521.

AGEA. (1) Gloſſ. Bituric. ex Iſid. l. 19. *Agea, via vel loca in naui, per quae ad remiges hortator accedit*. In Amalth. ex Feſto: *Ageia, agea*, via in naui, quod in ea quaeque res agi ſolet. Germ. das Verdeck. Nicol. Special. de rebus Sicul. l. 4. c. 13. apud Murat. t. 10. p. 1005. Vtitur Ennius apud Iſid. l. c. V. Scaligerum et infra *Agiama*. (2) *Agea, orum, Victimae quae pro rebus agendis offerebantur*. Sic Calepinus ἄγυς, vnde plurat ἄγυια, ſunt res ſacrae, piacula.

AGEAR, *ageator, hortator remigum*. Iſid. Gloſſ. Gallis *Comite*, Italis *Aguzino*. In Gloſſ. Lat. Graec. *Agiar, παραμύθιον ἢ παρόδου πλοῦ*. † Vbi Scaliger ad Feſtum legendum cenſet, *Agea παρ' Ἕννιῳ παρόδου πλοῦ*. V. *Agea*.

AGECENCIAE, AGENGIENCIAE, pro *adjacentiae*, in Ch. Vandemiris ap. Mabill. diplom. p. 472. Hiſt. monaſt. S. Germani a Pratis Inſtrum. p. 5. V. *Adjacentiae*.

AGEFRIE pro *Ageufrida* occurrit in legibus Inae Mſ. V. *Ageufrida*.

AGEG. Ch. t. 3. Conc. Hiſp. p. 181. *Alias caſulas 13. quinque de Alchez, ſex feray cardena, ſeptem harragan, octo cardena meraych, nouem vermeſia ex ageg*. Forte locus in quo vernelia.

† AGELATIO, gelatio, gelu. Mirac. Mſſ. Vrbani V. PP.

AGELLARIVS, [*ruſticus, qui agrum colit*, Vgutioni. V. *Agrarius*.

AGELLVS (1). Gloſſ. Bituric. Mſ. *Agellus, nuntius, gaudium, vel ager parvus*. (2) † Nepos, Germ. Ettel. Ch. a. 1043. in Chartul. Maſſil.

† AGENCIAMENTVM, V. *Agentiamentum*.

AGENCIENCIAE, V. *Agecencine*.

AGENDA. (1) Negotia, res. *Agenda regni*, in Ch. Ricardi I. Regis Angl. apud Radulf. de Diceto in hiſt. Imag. p. 659. (2) AGENDA PACIS, pacis conditiones. Foedus Mſ. Alvredi et Guthurni regum apud

apud Spelm. v. *Agenda.* (3) Officium diuinum, officium Miſſae, ſacra Liturgia, quod vereres *agere Miſſas* dicerent; nam *Miſſa* generatim primitus quoduis officium erat. Concil. Carthag. II. can. 9. Capit. Car. M. l. 5. c. 38. l. 6. c. 234. in addit. 4. Lud. Pii c. 49. et apud Ferrand. Diac. c. 90. ex Concil. Carthag. c. 7. et alibi. *Agendi dies*, in quibus *agendae*, ſeu eccleſiaſtica officia peraguntur. *Agenda diei*, officium diei ſeu feſti. Gerald. in vita S. Stephani Grandimont. c. 3. n. 27. *Agenda Miſſarum*, apud Aegid. Monach. in Alberone II. Epiſc. Leodi. c. 34. Acta SS. Maii t. 3. p. 220. *Agenda mortuorum*, quae etiam nuda *agenda*, officium vel Miſſa pro defunctis, in Synodo Carthag. II. can. 9. et alibi. (4) *Agenda* nude poſitum pro veſpertinis precibus iisque canonicis ſumi videtur in ſchedis Narbonenſ. p. 427. (5) *Agenda Capituli*, totum id, quod in Capitulari loco, ſeu capitulo, vel legitur, vel tractatur. Ita praefert titulus in Collectario Burfeldenſi, vt auctor eſt Haeftenus. (6) *Agenda, liber baptiſmatis vel benedictionis*, Io. de Ianua; in quo ſcilicet officia eccleſiaſtica continentur.

† AGENDARII, qui *agendam* ſeu officium mortuorum celebrare ſeu cantare tenentur. V. Maan in Hiſt. eccleſ. Turon. p. 138.

AGENEROTES, *qui ſe ſanctificat.* Gloſſ. Bitur. Corrupta vox videtur eſſe ab ἁγιάζω, ſanctifico, conſecro.

† AGENEVORES, *qui ſe ſanctificant*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613, non rectius quam *Agenerotes.*

AGENFRIDA, verus dominus, merus poſſeſſor, vox Anglo-Sax. *agenfridea*, in Legibus Inae c. 50.

AGENHINE, vox anglica, familiarem, ſeu famulum domeſticum denotans. Ita porro is dicebatur, qui tertia nocte apud aliquem hoſpitatus erat; tunc enim tenebatur pater familias perinde de eo reſpondere, tanquam de ſuo ipſius famulo. Leg. Edwardi Confeſſ. c. 27. ab *agen* proprius et *hine* famulus. Adde Bracton. l. 3. tract. 2. c. 10. vbi *Hinghenehine* legitur ab *hoine* et *hogh*, domus et *hine* famulus.

† AGENI, *orum*, *victimae pro rebus agendis factae.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 521. V. *Agea* 2.

AGENNETVS, Gr. ἀγέννητος, ortus non habens, apud Tertull. c. 35. adv. Valentin.

† AGENS IN SERVITIIS, qui res domini agit, ejusque poſſeſſionibus ac vtilitatibus inuigilat. Acta B. Amaldei t. 2. Aug. p. 583.

AGENTES, dicuntur, qui rebus agendis praeſunt, et a proceribus iis praeficiuntur. *Agentes potentum* in Concil. Aurel. IV. c. 26. et alibi. *Agens domus*, apud Gregor. Turon. l. 7. c. 42. qui *actor* l. 9. c. 35. *Agentes et miniſtri monaſterii*, in Chron. S. Vincent. de Vulturno p. 687. *Agens regis*, in Ch. Odardi a. 1328. *Agentes*, officiales ac miniſtri regii, quorum munus *actio* inde appellatur. Greg. Tur. l. 6. c. 19. Marculf. l. 1. form. 11. *Agentes in rebus*, qui principis juſſis obſecundabant, eorum mandata in prouincias perferebant, *Magiſterianni* etiam appellati, quod ſub magiſtro officiorum militarent. Hieron. in Abdiam c. 1 conf. Iac. Gothofred. ad tit. Cod. Theodoſ. de Agentibus in rebus.

AGENTI, pro *agentes*, in Praecept. Pipini reg. ap. Martene t. 1. Ampliſſ. Collect. p. 26.

AGENTIA, facultas agendi. Catal. operum b. Raymundi in Act. SS. Iun. t. 5 p. 703.

AGENTIAMENTVM, inſtauramentum, e Gallico *agencement.* Tabulae nuptial. a. 1315. *Item fuit dictum, quod dictus nobilis Aelias Fabri dabit pro oſculo ſeu agenſamento dictae Andreae futurae ſuae ſponſae 20 libras in caſu praedeceſſus* etc. Conſuet. Toloſae rubrica de Dotibus art. 1. *Conſuetudo eſt Toloſae ſeu vſus, quod mulieres transfluctae per maritos ipſis viris praemortuis lucrantur, et debent recuperare de bonis ipſorum maritorum dotes et donationes propter nuptias ſeu agentiamentum, vbi conſtat de agentiamento et de donatione*

propter nuptias. † Haec vox pariter et *augmentum* promiſcue vſurpari videntur, in Conſuetud. Toloſ. quanquam non ejusdem ſignificationis eſſe putent viri legum peritiſſimi. Vt eſt, *agentiamentum* proprie eſt donum propter nuptias, quod praemortuis maritis, vxores repetere poſſunt ex anteactis pactionibus; a Gall. *agencer*, conuenire, paciſci. V. *Adjanciamentum.*

AGER. (1) Terrae ſeu agri portio, certis limitibus et menſuris definita, quam alii *acram* vocant. Matth. Paris a. 1083. Lib. Rameſ. ſect. 245. 297. Tradit. Fuld. l. 2. trad. 224. 229. Spicil. Acher. t. 13. p. 289. V. *Acri. Agri pratini*, prata in Ch. a. 1396. Mſ. Varia occurrunt apud veteres agrimenſores, agrorum ſecundum ſuas finitiones et figuras ſpectatorum nomina; e. g. *Ager alluuius*, quem paulatim fluuius in agrum reddit. Var. aut. de limit. 230. *Ager cirratus*, vltrato oppoſitus. Volaterr. de Front. 20. Var. aut. de limit. 236. *Ager compaſcuus*, qui a diuiſoribus agrorum relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis. Var. aut. de limit. 230. *Ager dextratus*, Ibid. 236. Volaterr. de front. 20. *Ager habens caput bubulcum.* Var. aut. de limit. 174. *Ager lunatus*, ibid. 175. *Ager rudis* Hyg. de limit. conſtit. 136. *Ager ſiniſtratus*, Volaterr. de front. 20. *Ager trigonus iſopleurus.* Var. aut. de limit. 174. *Ager vltratus*, Volaterr. de front. 20. (2) † Dominium amplum, principale praedium, a quo alia feuda etiam nobilia pendent. Chartular. Mariſcon. an. circ. 950.

AGERA, pro *acra*, in Chartular. S. Vincent. Cenoman.

AGERE, *agendam* mortuorum facere, item diuina myſteria peragere. Capitul. Herardi Archiep. Turon. c. 58. Raban. Maur. lib. contra Iud. c. 53. † *Agere in ſceptris*, regnare. Ch. a. 1108. inter Inſtrum. t. 11. Gall. Chriſt. p. 153.

† AGERIA Codex S. Martial. Lemov. 84. *Notum ſit omnibus, quod ego R. prior vitae aeternae volens ſecure Ageriam.* Pluries ibi; legendum nihilominus videtur *Agenia.*

AGERIENTIA, i. q. *aiſantia*, in vet. ch. apud Mabill. de re diplom. p. 472.

† AGEVOLARE, lenire, mulcere, facilem reddere, eſt Ital. *agevolare.* Stat. ant. Florent. l. 1. c. 73. Cod. reg. 4621.

AGGAGOLA, AGGAGVLA, V. *Acucula* et *Agagula.*

† AGGARRIRE, *valde garrire*, in Vocabul. compend. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7684. *Aggarrire, Iaingler.* Mart. Capella l. 1. p. 1. *Nugulas ineptas aggarrire.*

AGGAVDERE, pro *adgaudere*, apud Pet. Venerab. ep. 16.

† AGGENICVLARE, ponere genua, genua flectere, Gall. *Agenouiller.* Phib. de Greues cancell. Parif. ſerm. 37. in Pſalter. *Adgeniculari* dixit Tertull. de poenit. c. 9.

AGGER, iter publicum, via militaris. Gloſſ. *Agger, ſtrata, via publica.* Seruius ad 5. Aen. *Agger eſt mediae ſtratae eminentia congeratis lapidibus ſtrata.* Ammiano l. 18. et 19. *itinerarius agger. Agger publicus* in leg. 2. Cod. Theod. Ne quis in palat. maneat; et leg. 4. 5. Cod. eod. de Itinere muniendo. V. Bergerium lib. de Viis Imperii. *Agger terrae propter fauces fundorum antiquitus ingeſtus*, in Lege Bajuuar. tit. 12. §. 3.

AGGESSIONES VIARVM, pro *aggreſſiones viarum*, i. e. vis illata viatoribus, in Ch. Iacobi I. reg. Aragon. t. 8. Spicil. Acher. p. 270.

AGGESTA, *machinae genus apud Romanos.* Laur. in Amalth. ex Synodo Nicena.

AGGESTVS. Anon. in vita S. Baſoli Confeſſ. c. 10. *Vſque hodie obſeruatur, vt ſi fuerit in praefato ſaltu promota quaelibet venatio, et intra aggeſtum illius ſiluulae huc et inde prominentem ingreſſa fuerit, nec canis, nec venator quilibet poſtea illam proſequi audebit.* Eadem habet Adſo Monac. in ejusdem Sancti vita c. 37. vbi *aggeſtum* vel *aggeſtus*, videtur eſſe ambitus, ſeu incinctus ſiluae, *Aggere* quodam munitus, quomodo Tacitus *aggeſtus* vſurpat. *Aggeſtum petrarum*, ap. Iul. Frontin. de Colon.

lon. *Aggeſtus ex ramis arborum diuerſarum, et junco, et manipulis inſtructus*, ap. Ammian. l. 20. Adde Procop. l. 2. de bello Perſ. c. 26.

AGGINARE, explicare. Gloſſae Iſid. *Agginantes, explicantes.* Feſto. *Agitatores ſunt qui parvo lucro monentur*; vbi Scaliger ex Gloſſis: *agitus, πραγματεύς, aginare, πραγματεύειν.* Sed Martin. in Lex. phil. legendum cenſet, *πραγματεύτης*, et *πραγματεύειν, tractare*; hoc enim, inquit, latinum verbum tranſiit in vſum Graecorum recentiorum. V. *Aginare.*

AGGLATA, quiuis agri modus. V. *Occlata.*

AGGLINATVM, *obliquum, curuum.* Gloſſ. Bitur. ſcil. pro *acclinatum.*

AGGRANTIA. Vita B. Rogerii c. 10. *Martuus denique erat ſibi, vt omnibus vineret, omnibus ſubueniret: multum proinde aggrantiam ſparſeras viro illo ſanctus, quem ſic affecerat ſolliciſtudo fraternae caritatis.* Vbi forte leg. *fragrantiam.* † Vel potius *aggreantiam.* V. *Aggreare.*

AGGRATIARE, parcere, condonare, Germ. Begnadigen. Hiſt. Comit. Loſſenſ. Leodii 1717. part. 3, p. 164. Hinc

AGGRATIATIO, quo jus veniam aut abolitionem criminis concedendi ſignificatur.

AGGRAVARI, extremum ſpiritum agere. Breuiar. Hiſt. Piſanae ad 1156. apud Murat. t. 6. p. 171.

AGGRAVATIO, repetita et iterata excommunicatio. V. Statuta Synod. Nicolai Epiſc. Andegav. a. 1272. c. 4.

AGGRAVATVS, is, in quem propter contumaciam grauior exſecratio ſeu excommunicatio lata eſt. Baluz. Hiſt. Aruern. t. 2. p. 862. in Statut. Synod. a. 1359. Statuta Synod. Eccleſ. Eduenſ. apud Martene t. 4. Aneed. p. 516. Miraei opera diplom. edit. 2. t. 1. p. 228.

† AGGREAMENTVM, conſenſus, approbatio, a Gall. *Agrement.* Ch. Henr. VI. reg. Angl. a. 1457. in Chron. Io. Whethamſtedii p. 423. V. *Agreamentum.*

AGGREARE, gratum habere, ex Gall. *Agréer.* Rymer t. XI. p. 519. V. *Agreare.*

AGGREDVLA, V. *Accredula.*

† AGGREGANTER, *admatim*, in Vocab. compend.

AGGREGARIVS. Thwroczius in Vladislao rege Hung. c. 24. *Poloni et Scalani, quos praeda delectabat, aggregario militi munita etc.* Videtur legendum *ac gregario.*

AGGRESSATVS, incoeptus, inchoatus. Epiſt. Ludov. Imp. ad Arnon. Salzburg. Archiep.

† AGGREGATIO, multitudo. Stat. Cadubrii l. 2. c. 110.

† AGGREGATOR. Sic cognominatus eſt Iac. de Dondis, medicus Patauinus a. 1385. a libello inſcripto: *Aggregator ſententiarum doctorum omnium de praeſeruatione et curatione peſtilentiae*; Romae edito a. 1499. fol.

AGGREGIARE, aggranare, vexare, moleſtare, vulnerare, Gallis etiam *Agragier* et *Agregier.* Ch. Ludov. comit. Andegav. a. 1372. inter Probat. t. 4. Hiſt. Occitan. p. 311.

† AGGRESSVRA, aggreſſio. Tract. Mſ. de re milit. et machinis bellicis c. 3.

† AGGRESSVS, V. *Agreſſus.*

† AGGRIPENNIVS, i. q. *Arapennis* modus agri, in Gh. a. 1209. ex tabul. S. Germani Prat.

AGGRVNDA, *protectas*; *ὑπόστεγα ἢ ὕφυσσα*, in Gloſſ. Lat. Gr. Mſ. At ſi vim vocum Graecarum ſpectes, eſt *expoſitor* et *expulſor.*

AGIA. (1) Pro *Hagia*, vel *Haia*, ſilua, vel pars ſiluae, quam *hais* ſeu ſaepibus muniebant ad feras includendas, Germ. Haag, Hain. Hiſt. Beccenſ. Monaſt. p. 10. 167. V. *Haga.* (2) Interdum pro *Haia*, ſepes, Gall. *Haie*, Germ. Haag, Hecke. Inſtrum. a. 1276. ex Chartul. S. Benigni Diuion. et aliis chartis ejusdem Chartularii. V. *Haia.*

AGIA ANASTASIS, voces Graecae, ſancta reſurrectio. Append. ad Agnelli libr. Pontif. apud Murator. t. 2. p. 213.

† AGIADES, militia Turcica ad munienda caſtra et itinera exaequanda. Laonic. Chalcocon. l. 7.

AGIAE, *glandolae*, in Gloſſis Iſidori. Sic et Pith. Excerpt. niſi quod in his legatur *agia.* *) Quid ſi in Gloſſis

Iſid. legendum eſſet *Aglae, glandolae*, i. e. Eicheln?

AGIAMA Breuiloq. *Agiama; dicuntur quaedam loca in nauibus, quae per artationem remorum ueniunt, vel di untur foramina, per quae hortator remos accedit.* V. *Agea.*

† AGIATVS, qui ſuae tutelae eſt, Gall. olim *Agié*, vel *Aegié*. V. ſupra *Aegiatus*. Occurrit in Memor. D. Cam. Comput. Pariſ. et in Areſt. Parlam. a. 1408. Cod. reg. 9612.

AGIBILIA, negotia. Acta SS. t. 4. Maii p. 458. t. 2. Apr. p. 588. Rymer. t. 4. p. 570. et alibi.

AGIBILIS, *induſtrius, acer, ſtrenuus, velox*, in Goclen. Lex. philoſ. Catholicon. Lat. Francicum: *Agibilis, faiſable, agibilitas, faiſablété, agibiliter, faiſablement.*

AGICIS, V. *Ajacis.*

AGILD, ex Saxon. *aegild*, alias *angild*, inſolutus, inultus, ſine compenſatione, talis et tam ſceleratus, vt ob hujus interfectionem pretium quod *Weregildum* vocant, non exigatur. Leges Alvredi c. 6. Leges Kanuti reg. c. 88. In Legibus Henr. l. c. 88. corrupte habetur *Egilde* pro *Agilde*.

AGILITER, facile. Acta SS. Apr. t. 3. p. 956.

AGILLARIVS, bubulcus, ſeu bubulcorum praefectus, a Graeco ἀγελη, armentum, Anglis veteribus *Heyward* vel *Herdward*, Kennet. Antiquit. Ambrosden. p. 534. p. 576.

† AGILLIME, promtiſſime. Acta SS. t. 3. Apr. p. 893.

AGILLIMVS, agilis. Acta SS. Iun. t. 5. p. 105.

AGILOLFINGI, AGLOLFINGI, AYGLOLFINGI, dicti qui erant de genere ducum Bauariae, in Lege Bajwar. tit. 2. c. 20. ex quibus Regum Francorum indultu, eſſe debebant duces omnes Bauarici, ab ipſismet regibus electi et conſtituti. Chron. Fredegar. c. 52. §. 3.

AGINA. (1) Vxor. Tabular. S. Cyrici Niuern. ann. 8. Roberti reg. ch. 60. Forte a Graeco γυνη. † Niſi a Saxon. *agen*, proprius, deducas; quia nihil magis proprium quam vxor putatur. V. *Agenkina.* (2) Trutinae ſcapus, quod ea menſura ponderis agatur. At Feſto eſt foramen in quo inſeritur ſcapus trutinae et in quo vertitur. † Gloſſar. vet. Cod. reg. 521. *Agina, ae, ab ago, foramen librae: vel agina, i. q. feſtinancia, et inde agina, as, feſtinare, et inde aginator, mercator de facili vendens.*

AGINARE, negotiari, ſcil. tractando *aginam*. V. *Agina* 2. Item Iſidoro explicare. Gloſſae Mſ. S. Andreae Auenion. *Aginare, feſtinare.* At in Gloſſis Lat. Gr. Mſſ. *Aginare* i. e. ac ducere, militare, exercitui praeeſſe. V. *Agginare.*

AGINATORES, quos ab *agina* dictos ait Feſtus, Laurentio in Amalth. ſunt *aurigae, qui ludis circenſibus ſe exercebant, et qui paruo lucro monentur.* Alia notione vid. in *Agina* 2.

AGINNENSES, iidem qui vulgo Waldenſes, apud Robert. de Monte in Chron. a. 1178. ab *Aginno* Occitaniae vrbe.

AGIOPELAGVS, *mare Cycladum*, Aethico, corrupte pro *Aegaeopelagus*, ex quo *Archipelagus* poſtmodo formatum. Mappa mundi t. 2. Geſtorum Dei per Francos p. 287. Sanuto epiſt. 20. *Lazopelagus* dicitur; *Ygiopelagus* apud Anon. Barenſ. a. 1055. Vid. etiam Cangii Hiſt. Gallo-Biſant. l. 8. n. 31.

AGIOSYMANDRVM, Graecis recentioribus aliisque Chriſtianis ſub Turcico imperio degentibus, dicitur inſtrumentum ligneum, quod campanae loco in conuocandis coetibus adhibere coguntur; cum campanarum vſus a Turcis prohibitus ſit. Ab ἁγιος, ſanctus et συμανδρον, ſignifico. Sic Hofmann. in Lex.

AGIPES, AGIPEDIVS, V. *Acupedium.*

† AGIRELARIVM. Stat. Ord. Carthuſ. a. 1291. in Append. ad t. 6. Annal. Bened. p. 691. *Agricultura non exerceatur in Agirelariis.* Forte pro *agillarium*, praedium, in quo armenta boum, aliorumue animalium nutriuntur. V. *Agillarius.*

AGIRRISIS. Notitia de terra Flaiaco ex Chartul. abbatiae S. Ioann. Ange-

Angeriac. p. 28. *Quod ſi partem ſuam Vindocinenſes monachi propriis laboribus et propriis bobus excolere nollent, monachi S. Ioannis eam excolerent et agriſſim Vindocinenſibus redderent.* Videtur eſſe vel pars meſſis vel cenſus annuus ab eo ſoluendus, qui ex agro non ſuo fructus percipit. † Aut mendum eſſe in Chartulario, aut perperam lectum fuiſſe ſuſpicatur Carpentarius, qui ſubſtituendum putat *agrarium*; adeo vt ſenſus ſit, tanquam ex ea parte ab ipſis exculta reddent, quantum pro *agrario* perſolui ſolet.

AGISCVS. Ch. aerae 930. apud Yepez in Chron. Ord. S. Bened. t. 5. p. 424. vbi de miniſteriis ſacris: *Calices argenteos - - ſignum cum agiſcos duos, et tertium miniſtrandiſſimum, campanas duas, cingulos auro gemmatos duos* etc. Vbi *agiſcus* videtur poni pro *anſa*.

AGISTAMENTVM, ADGISTAMENTVM, Scriptoribus Anglicis; (1) Ius paſcendi animalia in boſcis aut foreſtis. Houed. in Ric. I. p. 784. (2) Alia notione videtur eſſe tributum propter ius paſcendorum animalium in ſiluis exactum. Madox Formul. Angl. Ch. 697. *Iumenta - - paſcencia in eadem foreſta toto tempore anni ſine agiſtamento vel impedimento* etc. V. *Agiſtare*.

AGISTARE, ADGISTARE, Scriptoribus Anglicis, (1) pecora in ſiluam immittere, quo ibi jaceant et paſcant certa anni tempeſtate, in deſignatis ab agiſtatoribus locis, Germ. einſetzen; a Gall. *Giſter*. (*) Et hoc forte a Gall. *geſir*, jacere, *giſt*, cubile.) *Agiſtare animalia*. Fleta l. 2. c. 41. §. 15. Additam. ad Math. Pariſ. c. 12. Monaſt. Angl. t. 2. p. 230. *Agiſtare boſcum, ſiluam, campum*, certum pecoris numerum, compaſcendi jus habentibus, aſſignare in boſco, ſilua aut campo. Capit. Placitor. Coronae regis ap. Houed. in Ric. I. p. 784. V. Fletam l. 2. c. 41. §. 31. (2) Penſionem imponere, tributo onerare; metaphora ducta a boſcis aut foreſtis, quae paſcuis ſunt obnoxiae. Acta Forenſ. Edw. I. apud Selden. in Mari clauſo l. 2. p. 191. Ordinat. Mariſci de Runney ap. Spelmann. Monaſt. Angl. t. 2. p. 215.

AGISTATOR, qui paſcuis ſilvaticis praeeſt, et ne vltra metas praeſcritas animalia euagentur, aut vltra praeſtitum paſcant, inuigilat. Ch. Ioann. reg. Angl. a. 1215. Monaſt. Angl. t. 1. p. 939. V. Fletam l. 2. c. 41. §. 3. et Manwodum in Legg. Foreſtar. c. 11. fol. 80.

AGITARIVM, cunabulum, quod ad infantes ad ſomnum prouocandos agitatur, eine Wiege. Vita S. Pardulfi c. 18.

AGITATIO, ceremoniae, nempe in ſacrificiis quibusdam vet. Teſt. genus fuit, quorum oblatio fiebat *agitatione* verſus orientem, occidentem, meridiem et ſeptentrionem. Hofman. in Lex.

AGITATORES, aurigae, *qui agitandi munus exercent*, in leg. 2. Cod. de Spectac. et Scenic. qui equos curules in Circo agunt et agitant. Concil. Arelat. I. can. 4. II. a. 452. can. 20. Capit. 3. Caroli M. c. 1. et lib. 7. c. 105. nouae Edit. 142. Vbi agitatores proſcribuntur, quod plerique ex iis magicis artibus vti crederentur, vt aduerſariorum ſuorum equos in certamine frangerent et impedirent. V. leg. 9. Cod. de Malefic. S. Hieron. in vita Hilarion. Ammian. l. 26. Senator. l. 3. ep. 51.

AGIVS, AYVS, ἅγιος, ſanctus. Ch. Edmundi reg. in Monaſt. Angl. p. 25. 27. S. Bonifac. ep. 1. Vita S. Audomari c. 1. 3. Fridegod. in S. Wilfrido. c. 6. Ex his emendanda formula 25. ex Baluz. *Agino Salomon* etc. vbi legendum *agio*, vel *agios* aut *agius*. V. Miraei opera diplom. edit. 2. p. 1141. *Aius* et *Agus* pro ſanctus occurrit ap. Papiam, Breuiloq. Stephan. Epiſc. Leod. in vita S. Lamberti c. 2. et alibi.

AGLA, baculus vel ſceptrum officii et dignitatis tribuni militaris apud Turcas, vt docet Leunclauius, teſte Spelmanno, v. *Drungus* vel *Drungus*. V. etiam *Agiae*.

† AGLANDERATA QVERCVS, glandibus onuſta, in ch. a. 1501. ex ſchedis Pr. de Mazaugues.

AGLARI, vel AGLARII, tribuni militum apud Turcas. V. *Agla.*

AGLATA, pro *oglata*, quod forte idem eſt atque *olca*, terrae portio arabilis et ſepibus clauſa. Ch. Caroli reg. Franc. et Longobard. V. *Oglata.*

† AGLODIARE, cumulare, aceruare; in Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352. ex Cod. reg. 4120.

AGLOLFINGI, V. *Agilolfingi.*

AGLOMA, victima, hoſtia, Gloſſar. Lat. Gr. Mſ. *Agloma*, ἔφεσιν. Cangius legendum putat *Agonia*, quod vide n. 2.

† AGLVTINARE, *anglontir*, in Gloſſar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 4120. Abſorbere, deglutire.

AGMANILE, V. *Aquimanile.*

AGMEN, Ch. Hiſpanica aerae 14. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. t. 3. *Pro eccleſia parrochiana, vocabulo S. Mametis, territorio Melyare, ſuper agmen vocitato Ceq*, etc. vbi ſcribe *amnem.*

AGMENTARE, augere, Gall. *Augmenter.* Occurrit ſaepius in veteribus inſtrumentis Galliae.

AGMINALES EQVI, in leg. 18. D. de munerib. et honorib. *Patrimoniorum munera duplicia ſunt: nam quaedam ex his muneribus, poſſeſſionibus, ſiue patrimoniis inducuntur, veluti agminales equi, vel naulae et angariae, atque veredi.* In Leg. 4. et 6. Cod. Theod. de curſu publico, *agminales ſiu paraueredi* dicuntur, ita vt *agminales* iidem ſint qui *paraueredi. Agminales* autem vocatos, probabile eſt, quod gregatim, ἀγεληδὸν, *agminatim*, prope ciuitates nutrirentur et haberentur ad curſus publicos.

† AGMINARI, *agminatim* decertare, pugnare, Chron. Dom. de Grauina apud Murat. t. 12. Script. Ital. p. 700.

AGMYNDALA, pro *Amygdala.* Germ. Mandel, in Hiſt. Dalph. t. 1. p. 98.

AGNA, menſurae genus in agrorum dimenſione, apud ruſticos Bocticae prouinciae, teſte Colum. l. 5. c. 6.

† AGNACIA, minuta decima, quae ex lenis agnorum, veruecumue percipitur. Ch. a. 1228. in Chartul. Buſker. Alia a. 1383. Cod. reg. 5529. V. *Aignelinus* et *Annacia.*

† AGNACIO, eadem vt videtur notione Ch. a. 1239. in Chartul. Latiniac. fol. 117. *Cum eccleſia -- haberet mediatatem locationem tithorum eccleſiae de Fontanis -- et 36. denarios, tam pro agnacionibus quam pro furcis*; quas ſcilicet illi in foreſta capere poterant.

AGNAFVS, fullonem non expertus, ex Gr. ἀγνάφος, ἀγνάπτος. Ver. Ch. Cornutiana a Suareſio edita.

AGNATIO. (1) † Pro *Agnitio*, in Stat. ciuit. Aſtae in Continuat. p. 3. (2) AGNATIO, AGNITIO, liberi. Lex Wiſigoth. l. 10. tit. 1. §. 17. l. 3. tit. 2. §. 4. Edict. Theodor. reg. §. 65. Adde leg. un. Cod. Theod. de Inquiſit. et colon. et c. vlt. Capitularis a. 829. AGNATIONIS CHARTA, qua dominus ſeruii, cui ſe ingenua iunxit, illis indulget, vt qui ex eis naſcentur, liberi permaneant. Huius formula habetur ap. Marculphum l. 2. c. 29. V. Senator. l. 7. epiſt. 40.

† AGNEIOTES, *qui ſe caſtificant.* in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. a Gr. ἁγνεία, *caſtitas*, *caſtimonium*, vt habent Gloſſae Gr. Lat. V. *Agneotes.*

AGNELLARE, agnum procreare, Germ. lammen. Chartul. Parthenon. SS. Trin. Cadom. fol. 49.

AGNELLARII, quibus agnorum nutriendorum cura incumbit. AGNELLARIA, locus, vbi agni educantur. Stat. ant. Ord. Carthuſ. part. 2. c. 19. §. 8. §. 11.

AGNELLINI PANNI, ex Gall. *Peaux d'agneaux*, Germ. Lämmerfelle. Stat. Cluniac. Petri Venerab. c. 16. Ch. a. 1288. apud Perard. in Burgund. p. 562.

AGNEMOTES, *qui ſe caſtificant.* Gloſſ. Bitur. a Gr. ἁγνὸς, *caſtus.* V. *Agneotes.*

† AGNERE, taedio affici. *Agnet, accidiatur*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

† AGNETVM. pro *Agaitum.* V. in hac voce.

AGNILE,

AGNILE, vt ouile, agnorum ſtabulum. Gloſſ. Lat. Gr.

AGNIMA, vas menſarium. Ch. Berdin. I. regis a. 1101. apud Yepez in Chron. Ord. S. Bened. t. 6. *Agnima deaurata axiotema.*

AGNITIO, V. *Agnitio.*

AGNITVDO, *agnitio.* Vita S. Fidoli: *Cuius rei agnitudine moeſtus.*

AGNOITAE, haeretici ab ignorantia ſic dicti, quod nouiſſimam horum Chriſto, etiam quoad diuinam eius naturam, ignotam eſſe arbitrarentur. V. Baron. ad a. 535. et 536. Alii fuere Theophronii Cappadocis, qui ſe Eunomio junxerat, ſectatores, qui dei omniſcientiam in dubium vocaruut circa 370.

AGNOMENTVM. pro *agnomen*, dixit Apulejus in Apol. p. 497. edit. 1688.

† AGNOMINIA, *infamia, quae portae alicuius imponitur.* Gloſſ. Provinc. Lat. Cod. reg. 7657.

† AGNVLVS, diminut. ab *agnus*, Monetae ſpecies. Necrolog. Mſ. Heder. II Non. Oct. *Quae dedit eccleſiae noſtrae vnum agnulum aureum.* V. *Multo.*

AGNVS. (1) Pro *caſtus*, ex Gr. ἁγνος, occurrit non ſemel in actis Martyrii SS. Didymi et Theodorae, n. 6. 8. (2) AGNVS AVREVS, inter ornamenta eccleſiarum recenſetur apud Anaſtaſ. in vitis PP. p. 28. 32. (3) AGNORVM CONSVETVDO, praeſtatio ex agnis. Ch. Lud. VII. a. 1145. pro Bituric. (4) AGNVS PASCHALIS, qui *juxta romanum auctoritatem, in Paſcha benedicitur, non ad altare, ſed ad communem menſam*, vt eſt in Micrologo c. 54. Benedictionis formula extat in Ordine Romano. *Agnorum paſchalium*, a ſubditis dari ſolitorum meminit Ch. a. 1331. in Hiſt. Dalph. t. 2. p. 191. (5) AGNVS DEI. (a) Cantilena quaedam in honorem agni coeleſtis. Alcuinus: *Sergius PP. conſtituit vt tempore confractionis Dominici corporis, Agnus Dei a clero et populo decantetur.* Eadem habent Amalarius l. 3. c. 33. Berno Augienſ. Abbas, Microl. c. 18. Walafrid. Strabo lib. de reb. eccleſ. et alii. (b) Cereae agni coeleſtis imagines quae a Pontificibus ipſis conſecrantur Sabbato ſancto, de quarum origine vid. Ord. Roman. in ordine de Sabbato Sancto, Alcuin. lib. de Offic. diuin. c. 19. Durand. l. 6. Ration. c. 79. Baron. a. 58. n. 76. et Ioann. Molan. orat. 1. (6) AGNVS, vel AGNVS DEI, moneta aurea regum Franciae et Hiſpaniae, in quibus effictus *agnus Dei* vt vulgo dicimus; quas inde *Denarios* vel *Florenos ad agnum*, vel *Multones* vocabant; V. *Multo.* Regeſt. Memorabil. Camerae Comput. Pariſ. ſign. C. Conſ. Covarruvias de veter. numiſmat. collat. c. 5. n. 9. Mariana de Ponder. et menſ. c. 22.

† AGOGARE, nutrire, niſi leg. ſit *agregare*, in Ch. pro monaſt. S. Stephani de Fontaneto, Reg. 106. ch. 371. *Et ſi aliquo tempore vacuas, aut ouilia, ſan porcarias ibidem agogare faceret.* V. *Agulus.*

† AGOLATVS, piſcis genus. Statut. Placent. l. 6. *Item omnes caudos, barbiolas et agolatos de duabus libris.* V. *Agonus.*

AGOLIZARE, applaudere. V. *Agonizare.*

† AGOLVS, *baculus paſtoris*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 521. et 7692. *Agolum* apud Feſtum.

AGUMANVS. Gloſſae Iſid. *Particus, negotiator, qui per partes vendit, qui inſtitor et agomanus dicitur, quod in diuerſa manus agat.*

AGON MORTIS, corporis et animi extrema colluctatio, a Gr. ἀγων, certamen. Occurrit in reliq. Ludewig. t. 6. p. 67. V. *Agonizare* 3. † AGON, deſiderium, quo quis moleſtatur, in Ch. 842. in append. ad Marc. Hiſpan. p. 777.

AGONES, victimae, Gloſſ. Iſid. V. *Agonia* 2.

AGONIA. (1) *Alacritas, vel vigor*, in Gloſſis Arab. Lat. ex Gr. ἀγωνια. Ioann. de Ianua: *Agonia, vigor, fiducia.* Alias ἀγωνια eſt *ſollicitudo.* (2) *Hoſtia.* Gloſſ. Iſid. et Excerpta Pith. Feſtus habet: *Agonias, hoſtias putabant ab agendo dictas.* V. Theſaur. Fabri.

AGONIMVS, vltimae morientis angustiae. Nisi mauis esse locum certaminis; vtrumque enim sensum patitur exemplum seq. Vita posterior B. Lidwinae part. 3. t. 2. April. p. 359. *Vix verbum formare vales; et sola in agonismo decertare contendis?*

AGONISTA. (1) Bellatrix. Vita S. Reineldis c. 4. Iul. p. 177. (2) AGONISTA, AGONYTA, ἀγωνιστης, certator, miles. Epist. anon. apud Baluz. t. 2. Miscell. p. 261. (3) † Campio, in Ch. Hugon. archiep. Senon. ex Tabul. S. German. Prat.

AGONISTARCHA, juxta Lexic. Hofmanni in veteribus gymnasiis is fuisse videtur, qui certaminum publicorum praefectus erat, quique in amphitheatris et gymnasiis, vbi athletae prius exercebantur, munus suum obibat. Eius habetur mentio in vet. Inscript. apud Ligorium.

AGONISTICI, ex eodem Lexico, Donatistarum sectae in Africa ramus, qui peragati ad castella oppidaque tempore mundinarum, fingendo se iustitiae ministros esse, varia scelera committebant. Horum meminit Optatus Milev l. 3.

AGONISTICVS. *Agonistica corona*, ap. Cyprian. Praefat. in lib. de exhortat Martyrii, i. e. corona vincentibus destinata. *Agonisticum munus*, eodem sensu apud Ludewig. Reliq. t. 5. p. 285.

AGONITHETA, athleta, in Actis S. Hamonis Monachi Savignei Mf. V. *Agonotheta*.

AGONIZARE. (1) Laborare, operam collocare, ponere, ad aliquid peragendum. Acta Martyrum Tharasii et Socior. ap. Baron. a. 290. n. 24. Vita S. Maglorii Episc. Dolens. c. 9. 11. (2) Decertare. Odo Cluniac. l. 2. de vita S. Geraldi c. 1. Vita S. Rictrudis c. 12. (3) Extremum spiritum ducere, cum vita scilicet cum morte luctatur, Italis *Agonizare*, Gallis *Agoniser*. Leporius Presb. in libro Emendat. Liber 5. Insinuat. diuin. S. Gertrud. c. 2. Caesar. l. 1. Mirac. c. 35. l. 5. c. 8. l. 6. c. 36. (4) Inuadere, adoriri, impetere. Hist. Obsid. Iadrens. c. 4.

AGONIZATIO, decertatio, luctus. Gregor. Turon. de Vitis Patrum c. 7.

AGONIZATORIVS, arduum, ingens, acre. Liber Dodonae manualis c. 41.

AGONIZETA, agonista. Acta SS. Bened. saec. 3. parte 1. p. 384. Pro *Agonizeta*, Cangius legit *Agonistes* in voce *Agonotheta*. Mabillonii lectionem praeferunt Cangii editores.

† AGONOMVS, *princeps*, *quasi per actionem dictus*. Laur. in Amalth. ex Cath.

AGONONETA, agonista, in Hist. Mediani monast. in vita S. Hildulphi.

† AGONOSCEMA, compositio ex attritis lapidibus alliisue materiis facta, a Gr. ἀγων et σχημα. Ch. a. circ. 1040. in Append. ad Marc. Hisp. p. 1074. V. *Scema* 4.

AGONOTHETA, pro *agonista*, bellator. Vgutio: *Agonistheta, qui vel quae est in agone, i. pugil.* Vita S. Ermelandi Abb. Mf. Vita S. Castrensis n. 1. Et passim alibi. V. *Agonizeta*.

† AGOMVS. Tract. Mf. de piscibus c. 15. Cod. reg. 6836. C. *Chalcidem . . . eandem esse putat* (Rondeletius) *quae in Italia sardanella vocatur, a maxima cum sardinis similitudine, cuiusmodi etiam fert Lavius lacus, quae a Mediolanensibus Agonus nominatur.* V. *Agolasus*.

† AGORIA, *polie*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. trochlea.

† AGORONEA, *dea agendi*, in Gloss. vet. Cod. reg. 521.

AGOLA, Synagoga, forte pro *Agora*, Gr. ἀγορα, locus est in quem populus congregatur. Baluz. Miscell. t. 6. p. 362.

† AGOTALLVM, instrumentum, quo hauritur aqua, et ex naue proiicitur. *Aggottare* dicunt Itali, pro aquam e naue huiusmodi instrumenti ope emittere, forte a vet. Gall. *Agonst*, canalis. V. *Agotum* et *Agotare*. Statut. Avenion. Mf. a. 1243. c. 53.

† AGOTARE, aquam emittere, stagnum exsiccare, exhaurire, Hisp. *Agotar*, Gallis olim *Agouster*, Ch. a. 1293.

a. 1293. ex Tabul. Montispeſſ. V. *Agotallum* et *Agotum*.

AGOTI, odioſum genus hominum de quibus in voce *Cagoti*.

† AGOTVM, canalis, emiſſarium, aquale, Gall. *Egout*, olim *Agouſt*. Ch. a. 1358. in Reg. 86. ch. 598. V. *Agotallum*.

AGRA, V. *Acra*.

† AGRAANTARE, approbare, gratum habere, Gall. *Agréer*. Ch. S. Sulpitii Bitur.

† AGRACVLVS, *verboſus, dicax, clamoſus, buco, oritus, loquax, loquaculus, contentioſus*. Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

† AGRAHERIVM, vt *agrarium*, tributum quod ex agris penditur, in Inuent. a. 1476, ex tabul. Flamar.

† AGRAIRALIS, cultus, qui opponitur heremo. Ch. a. 1266. in Reg. S. Ludov. Chartoph. Reg. Alia 1313. in Reg. 49. ch. 92. V. *Agrarabilis et Agreyralis*.

AGRAMIRE, V. *Adramire*.

AGRAMMATVS, illiteratus, ἀγράμματος. Iornand. de reb. Get. c. 50.

† AGRANA, ius capiendi certam vuarum immaturarum portionem in vineis ſubditorum, ad conficiendum omphacium, a veteri Gall. *Agrenet*, vulgo *Verd*, quod de fructu immaturo dicitur aeque ac de ligno viridi. Ch. Caroli IV. reg. Franc. a. 1326. in Reg. 64. ch. 400.

† AGRANARE, in granum matureſcere, Gall. *Grainer*. Libert. Avinion. a. 1463. in Reg. 199. ch. 347.

† AGRANCARE, ab Ital. *Aggranchire*, quod de digitis dicitur, dum ex frigore aut neruorum conuulſione contrahuntur. Mirac. S. Roſae t. 2. Sept. p. 451.

AGRANVS, *pro agro accipitur: vnde Auianus in expoſitione ſupra Matthaeum: qui agrum aut agranum ſuſcipiat*. Ita Vgutio.

AGRAPHIVS, qui nomen expungit ſuum ex tabulis vel inſtrumentis publicis, ne ſoluat debitum, a Gr. ἀγράφος, non ſcriptus.

† AGRAPPA, fibula, hamulus, Gall. *Agraffe*. Comput. fabricae eccleſ. S. Petri Inſul. Mſ. a. 1523.

† AGRARABILIS, arabilis, culturae aptus. Ch. a. 1350. in Reg. 84. ch. 611. V. *Agrairalis*.

AGRARE, ambulare, ire. Victorin. Afer de principio diei, p. 200.

AGRARES, ruſtici, apud Victor. in Conſtantino.

AGRARIAE, vigiliae, excubiae. Modeſt. de vocabulis rei milit. Scriptor tacticus poſt Notit. Imp. cap. penult. Veget. l. 2. c. 22. l. 3. c. 8. Ammian. l. 14. 16. 25. 31. V. quae ad hunc ſcriptorem annotat Valeſius de vocis etymo vt et Salmaſius ad Spartianum.

AGRARIENSIS, nauigii ſpecies, in l. un. Cod. Theod. de Luſoriis Danubii; ſic autem dictae, quod *agrarias*, i. e. excubias et vigilias exercerent. Ἀγραρια perinde vocabant Byzantini nauiculas, aut lembos, quibus Imperatores fretum Conſtantinopolitanum emetiebantur, cum peregre ibant (vnde forte etiam eiusmodi nauigio nomen) et in ſuburbana palatia ſecedebant. De iis non ſemel Conſtant. Porph. de admin. Imp. c. 5. et Anna Comnena l. 6. et 7. p. 181. et 205. Erant praeterea *Agraria*, naues piſcatoriae apud Theophanem.

AGRARIVM, AGRERIVM, tributum, ſeu vectigal, quod ex agris penditur, quod in quibusdam Galliae partibus *Agrier* dicitur. Lex Bajuvar. c. 1. tit. 13. Marculf. l. 2. for. 36. Conſtit. Chlotar. a. 560. poſt. Conc. Pariſ. II. Ch. Willelmi II. epiſc. Pictav. apud Beslium p. 87. et alibi. V. *Agraticum*.

AGRARIVS, *ruſticus qui colit agrum. Vnde Eccl. 38. Cum operario agrario de omni opere tracta*, Io. de Ianua. V. Caſaub. ad Spartian. p. 35. Aur. rel. Vict. in Maximiano. Sigebert. a. 1160.

† AGRASCVM, omphacium, Germ. Meinetig. Ch. a. 1399. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 152. V. *Agrana*.

AGRATICVM, pro *Agrarium*, in Cod. Theod. edit. Gothoſr. t. 2. p. 433.

† AGRAVALLVS, foſſa in arena ad capiendas anates diſpoſita, a *vallus*, foſſa,

fossa, et *graveria*, arena, sabulum. Ch. a. 1312. in Reg. 166. ch. 421.

† AGRAVARE. (1) Damnum inferre. Ch. iurium comit. Biter. in ciuit. Albae a. 1252. (2) Obstinare, pertinaci animo dicere. Statut. Cadubrii l. 2. c. 89.

AGRAYKALIS, i. q. *Agrairalis*. *Agrayrales proventus*, fructus et reditus ex agris percipiendi, Ch. a. 1351. ex libro viridi.

† AGREABILIS, a Gall. *agreable*, gratus, acceptus. Ch. Henr. VI. r. g. Angl. a. 1457. in Chron. Whethamstedii p. 420.

AGREAMENTVM, consensus, Gall. *Agrement*. Ridicule definitur apud Rastall. et Leguleios Angl. *Aggregatio mentium, in re aliqua facta, vel facienda*. V. *Gratum*. Madox Formul. Angl. p. 353.

† AGREARIVM, i. q. *Agrarium*, in Ch. a. 1477. pro prioratu de Mauzanis in Lemov.

† AGREDIVM, vt *Agrarium*, in Ch. a. 1288. ex Tabular. Auxitan. archiep.

† AGREDVLA, *parua rana in agro morans*, *Granolha Prov.* Gloss. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. Gloss. Lat. Ital. Ms. *Agredula*, *la rana picola*. V. *Accredula*.

† AGREGARE, possidere, frui. Ch. a. 903. apud. Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 144.

† AGREHARIVM, V. *Agraherium*.

† AGREIVM, i. q. *Agrarium*, in Chartular. Sulpitii Bituric.

AGRENTIVM. Ch. Guillelmi abb. Floriac. a. 1296. *Burgenses de Castellione remanebunt et erunt quitti et immunes - - de omnibus redebentiis - - de omni hospitagio, de ferculis nuptiarum vocatis Espaules, de agrentio, de fusticulis*. Vbi si *agrentium* non legitur pro *agrerium*, saltem eodem sensu videtur accipi. † Si bene scriptum aut lectum est, idem esse videtur ac *Agressagium*. V. in hac voce et supra *Agrana*.

AGRER, i. q. *Agrarium*. Tabul. Vosiense fol. 43.

AGRERIA, eadem notione. Ch. a. 1357. in Tabul. Monast. S. Crucis Burdigal.

AGRERIVM, AGRERIVS, eodem significatu, in ch. a. 1251. V. *Agrarium*.

AGRESSAGIVM, pro *Agrestagium* ab *Agresta*; jus capiendi certum vuarum immaturarum portionem in vineis subditorum ad conficiendum omphacium. Ch. Simon. de Balgensiaco. a. 1242. V. *Agrana* et *Agresta*.

† AGRESSVS, accessus, aditus. Ch. a. 1260. in Chartul. Campan.

AGRESTA, Omphacium, Weinessig, ex Ital. *Agresto*, quasi *Aigret*, acidulus. Albert. Argentin. in Chr. p. 155. Ch. a. 1242. apud Marten. t. 4. Anecd. p. 1683.

† AGRESTES, *is*, *lo raffello*, in Gloss. Lat. Ital. Ms. Raffelkorn, Gall. *Rateau*.

† AGREVISARE, aggrauare, molestare. Ch. a. 1115. apud Lam. in delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Laur. Boninconi. part. 2. p. 334.

† AGRIARE, ius, quod ratione officii *griarii* competit, exercere. Ch. a. 1263. in Chartul. S. Germ. prat. V. *Grearius* 1.

AGRICOLANVS, *agricultor*, Ioanni de Ianua, et in Gloss. Ms. in voce *Bassus*.

AGRICOLARE, colere agrum. *Agricolans*, agricola, apud Walbert. l. 1. de mirac. S. Rictrudis c. 2. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. l. 2. c. 18. et alibi passim.

AGRICOLATIO. (1) Ius messem in agro natam partiendi. Chartul. Monast. Aquicinct. (2) † Terra arabilis. Ch. Ludov. reg. Franc. a. 1166. in Chartul. Cluniac. *Agricolationes*, *vineae*, *prata* etc.

† AGRICOLATOR, agricola. Ch. 1376. in Reg. 110. ch. 159. V. *Agricor*.

AGRICOLERE, agrum colere. Tabular. Priorat. Neronis Villae.

† AGRICVLATIO, agricultura, aratio. Ch. Henr. Imp. a. 1012.

AGRICVLTVRA, praedium rusticum, in quo aratur, plantatur, seritur. Ch. Guidon. Archiep. Bituric. a. 1279. apud Thomasser. Consuet. Bitur. p. 115. Ludewig. Reliq. t. 6. p. 67.

† AGRI-

† AGRICVLTVRARIVS, ad agriculturam pertinens. Ch. a. 1384. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 68.

AGRIDIVM. Lib. Mirac. S. Fidis *B. Virgo ita eum fando prosequitur: Scias me, inquam, hactenus minime fuisse interpellatam, pro huiusmodi re, vt ista est, pro qua nostra sollicitas suffragia, cum ex diuersis morbis valida contulerim agridia.* Quo loco vox *agridia*, nisi mendum subsit, *auxilia*, aut *aegrorum sanationes*, significat.

AGRIFA. Ignot. Casinens. in Hist. Langobard. c. 10. *Et post haec agrifis haciem vnam.* Idem videtur Cangio quod *Anaglyphus*, caelatus, sculptus. V. *Bazia.*

AGRIFARE, vngues protendere; *Grifes* enim Galli dicunt vngues auium. Frider. II. Imp. lib. I. de arte venandi c. 56.

AGRIMINIA, *vigilia, agrumno enim, id est, vigilo.* Gloss. Bituric. Voces corruptae ex Gr. ἀγρυπνία, vigiliae, et ἀγρυπνεω, vel ἀγρυπνεω, vigilo.

AGRIOLEONTES, vt legit Scaliger, apud Capirolin. in Gord. III. c. 3. sunt leones feroces, mansueris oppositi. Salmasius hanc lectionem improbat, quod vereres codices praeferant *Arcoleontes*, pro quo ipse scribit *Argoleontes*, albi leones, ab ἀργος, albus et λεων, leo.

† AGRIOTA, cerasi species, Gall. *Griotte.* Ch. a. 1362. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 243.

AGRIPEDALIS. *Agripedales perticae*, seu *Agripennales*, quae alibi *arpennales* dicuntur. Ch. a. 877. apud Perardum, 155. Perticae, quibus agri *arpennis* s. *agripennis* constat. V. *Arapennis.*

AGRIPENNA, vt *Arapennis*, modus agri, Gall. *Arpent*, in Hist. Harcur. t. 4. p. 2263. Order. Vital. l. 5.

† AGRIPENNARIVS, eadem notione. Ch. Henr. I. reg. Franc. in Tabul. S. Petri Carnot.

AGRIPENNIS, eadem notione, apud Order. Vital. l. 5. p. 591.

AGRIPENNIVS. *Agripennii agri*, apud Papiam, *illi dicuntur, qui non in toto quadrati, sed in longo sunt.*

AGRIPENNVS, eodem significatu, in Tabular. Vindoc. Thuani c. 20. ch. 66. 55. 343. Ch. Gaufredi Comit. Mauritan. in Bibl. Clun. p. 542. *Agripennorum consuetudo*, praestatio domino feudali pro quolibet *arpento* terrae ex consuetudine soluenda. Ch. Ludov. Blesii et Claromont. Comit. a. 1192. Ch. Philippi Aug. a. 1193.

AGRIPENTVM, i. q. *Arapennis*, in Anecd. Marten. t. 1. p. 337.

AGRIPERIVS, vncinus, fibula, Gall. *Agraffe.* Cod. Ms. ecclesiae Noviomens.

AGRIPINNVS, idem ac *Arapennis*, in Tabul. S. Vandregesil. t. 2. p. 2089.

AGRIPOMVM, Φθινοπωρον, *autumnus.* Supplem. Antiquarii Gloss. Lat. Gr. Ms. habent:

AGRIPOMNVM, *autumnum, pluralia non habens*, Φθινοπωρον. V. *Agripomium.*

AGRIPPA, qui *in pedes nascitur inuersus*, quasi aegre partus. Glossar. Anic. Ms. annor. 700. Chron. Casin. p. 334. V. Hofmann. et supra *Aegripes.*

AGRISIO, cultura. Ch. ap. Mabillon Diplom. l. 6. p. 531. *Quia de eremo eas*, (terras) *traxi in agrisione.*

† AGRITOR, agricola. Ch. a. 873. in Chartular. eccl. Vienn. V. *Agricolator.*

*) AGRO, wirth, Hausherr. Vocab. Lat. Germ. a. 1477. impress.

AGROAZIMVS, V. *Acroatismus.*

AGRVMEN, olerum genus, acrimoniam aliquam habens, vt porri, allia, etc. Vitae B. Columbae t. 5. Maii p. 372. † Gallis olim *Aygrin*, pro acrimonia. V. *Acrumen* et *Egranum.*

† AGVACHONATVS. Ch. a. 1473 ex schedis Pr. de Mazaugues. *Et omnes praedicti termini sunt aguachonati de lapidibus. Agachonis* vocant Prouinciales silices ad metas apponi solitos, ex *agachar*, Prouincialibus respicere; meta quippe aliam sibi oppositam respicit, atque ad eam dirigitur.

† AGV-

† AGVAITVM, AGVAYTVM, insidiae, Ital. *Aguato*, Gallis olim *Aguet*, *Esguet*. Chron. Bergom. ap. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 860. 905. V. *Agaitum* et *Aguayt*.

† AGVALE, i. q. *aquale*, canalis, in Ch. capit. S. Saluat. Montispess. a. 1354. ex Reg. 89. ch. 318. vbi *Agal* scribitur.

† AGVASSERIVM, turricula editior in vrbium, castrorumue muris, vnde excubiae seu *Aguaitum* fieri potest. Ch. comit. Armaniaci a. 1353. in Reg. 84. ch. 147.

AGVAYT, et AGVAYTVM, insidiae, Gall. *Aguet*. Vsatici Barcinon. Ms. c. 2. 3. 73. Concil. Helenense a. 1065. Ex voce *Guayta*, *Gaita*, *Gueta*, excubiae, vigiliae. V. *Agaitum* et *Aguaitum*.

† AGVCCHIAROLVS, acuum theca, ab Ital. *Aguglia*, acus, *Aguccharolo*. Ch a. 1389. t 3. Cod. diplom. Ital. p. 362. V. *Agullium*.

† AGVEGA, vas aquarium. Ch. 1361. ex Tabul. Massil.

† AGVERPIRE, i. q. *Guerpire*, possessionem rei alicuius dimittere. Ch. a. 1217. in Chartul. S. Petri Gand. ch. 19.

AGVGVLA, V. *Agagula*.

† AGVIA, piscis genus. V. *Aguille* 2.

*) AGVLCVBORE, *strangulare*, wors gen. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. Impress.

AGVLJON, campanula acutioris soni, Hisp. *Aguijon*, aculeus, stimulus. Regula consuetu Toribii archiep. Limae t. 4. Collect. Conc. Hisp. p. 663. 664.

† AGVILETA, AGVLETA, ligula, Gall. *Aiguilette*, olim *Aguillette*. AGVILETARIA, ars ipsa et AGVILETARIVS, ipse. artifex. Arest. Parlam. a. 1421. ex Cam. Comput. fol. 89. Ch. a. 1412. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 205.

† AGVILINVS, i. q. *Aquilinus*, moneta scilicet Aquileiensis. Ch. a. 1278. ex Cod. reg. 5376.

† AGVILLA. (1) Pyramis, obeliscus, Ital. *Aguglia*, Gallis *Aiguille*, apex turris ecclesiae. Martyrolog. Ms. eccles. S. Saluat. Aquens. V. *Aguilha* 1. et *Agulia* 2. (2) Piscis genus. Tract. Ms. de piscibus ex Cod. reg. 6838. *Acus vel aculeatus Plinio*, *noſtris aiguille*, *Italis arguzella*, *Hiſpanis aguilla vel agnia peſcado*, *Venetis acicula*, *habet etymon a roſtri longitudine*, *tenuitate et acie*.

† AGVILLADA, aculeus, baculus acumine ferreo munitus, quo boues pungendo ducunt, Gall. *Aiguillon*. Ch. a. 1380. in Reg. 117. ch. 8.

AGVILLERIVM, AGVILLERIVS, forte *aqualis*, Gall. *Aiguiere*, Cod. Ms. eccles. Nouiomens. *Item vnum aliud vas parui valoris argentatum ad modum aguillerii*, *in quo ſunt certae reliquiae*. † Vasis genus est, vt opinatur Carpentarius, in acumen desinens, quod pyramidis formam exhibet. V. *Aguilla* 1.

AGVINA, forte i. q. *Aguinia*, ni legendum pares *Aguillarum*. Ch. a. 1208. ex schedis D. Lancelot: *Centenarius aguinarum* 1. *denar*. † Legendum haud dubie *anguillarum*.

AGVINIA, pro *Ingenia*, Gall. *Engins*, machinae bellicae, item instrumenta et apparatus earumdem. Chron. Sicil. t. 3. Anecd. Marten. p. 80. *Et ipſo die exoneratae de dicta tidem in terra aguinibus et parvis dictarum machinarum*. Vbi legendum *cum aguinibus parvis*. † Rectius legeretur, *cum anginibus parvis*, vt nemo non videt.

AGVITARE, insidias struere, Gall. *Gueter*. Concil. Narbon. a. 1054. can. 5. V. *Aguaitum* et *Aguayt*.

AGVLA, vel AGALA, *moneta*, in Glossis Arab. Lat. Legendum forte *Agalma*, V. in hac voce et in *Agagula*.

AGVLANI, inter populos, qui Saracenis vel Turcis parebant, cum Franci Syriam ingressi sunt, recensentur passim a Scriptoribus rerum Hierosolymitanarum; sed an haec appellatio gentis sit, an vero sectae, incertum plane, cum et ii Publicanis et Azimitis jungantur, quae indubie nomina sectariorum sunt. Guibert. l. 5. Gestor. Dei c. 8. Robert. Mon. l 6. Baldricus l. 5.

AGVLHA. (1) Apex turris ecclesiae, Gall. *Aiguille*, Martyrolog. Ms. Eccles. Aquens. (2) † Vox lignariorum,

rum, Gall. *Aiguille*, lignum longum et ab vna parte acutum. Reparat. factae in seneſcal. Carcaſſ. a. 1435. V. *Aiguillia*.

AGVLHETA, V. *Aguileta*.

AGVLHETARIVS, ligaminum artifex, aut ille qui ligamina ſtylo inſtruit, Gall. *Aiguilletier*. Obituar. S. Geraldi Lemouic. V. *Aguileta*.

† AGVLHO, aculeus. Stat. a. 1357. inter Probat. Hiſt. Nem. p. 194. 196.

AGVLIA. (1) Vas vel inſtrumentum praeparando ſali vtile. Teſtam. Adelaid. apud Marten. t. 1. Anecd. p. 102. (2) Obeliſcus, ex Ital. *Aguglia*. Chriſt. de Bondelmont. in deſcript. Conſtantinop. V. *Aguilla* 1.

† AGVLLA, ſchidia, aſſula. Ch. a. 1286. inter Inſtr. t. 6. Galliae Chriſt. p. 489.

† AGVLLIVM, acuum theca, Gall. *Aiguillier*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. Acta Mſ. Inquiſit. Carcaſſ. a. 1308.

† AGVLVS, V. *Agolus*.

† AGVMENA, rudens, quo nauis ad anchoram religatur, Ital. *Gumena*, vel *Gomena*. Statut. Genuenſ. l. 4. c. 1.

AGVNA. Concil. 1. Salisburg. *In pileis ſuſſurraturas non habeant, niſi forte de nigro centato, vel panno, aut nigra pelle aguna*. Ita legit Spelmann. in hac v. ſed ad vocem *Guna* poſt Meurſium legit *aut guna* pro *aguna*: *guna* autem Spelmannus exponit *cuniculum* a Germ. *cuna*, qua voce ſignificant Germani certum indumenti genus a cuniculo ſic appellatum. Sed quid ſi pro *aguna* legeretur *agnina*, planus et facilis eſſet intellectus. Si tamen *guna* vel *aguna* retinendum eſt, hac voce non indumentum aut amictum integrum loco citato intelligendum eſſe videtur, ſed duntaxat aſſutum pileis pannum, vel pellem, vt ſatis patet ex ipſo textu, praeſertim ex voce *ſuſſurraturas*; quod aſſumentum poſſet confici ex *aguna* vel *guna*, i. e. pelle Saxonica, vti coniicit Cangius ex hoc Luithprandi loco, quem refert ipſe Spelmannus: *Nec ipſe ea-piet enim in qua natus eſt pauper et gunata i. pellicea Saxonia*.

AGVRIRE, litigare, litem mouere, a Gr. ἀγορά, forum. Proceſſ. eccleſ. S. Vedaſti Attreb. in Chartul. eiusdem Abbatiae.

AGVS, V. *Agist*.

AGVSADVRA, in Prouinciae comitatu, penſitatio, quae praeſtabatur iis, qui ad exacuenda inſtrumenta ruſtica a comite Toloſano praefecti erant. Pactum a. 1231. inter Alfonſ. comit. Pictav. et Abbat. Montis-Alban.

† AGVSARE, acuere, Gall. *Aiguiſer*. Ital. *Aguzzare*. Priuileg. loci de Portello a. 1405. in Reg. 184. ch. 586.

AGVSTALE, V. *Auguſtalis*.

AGVSTATICVM, V. *Auguſtaticum*.

AGVSTVS, V. *Auguſtus*.

AGVTARITVS, V. *Argutarius*.

AGVZO, cuſpis, Ital. *aguzzare*, in cuſpidem acuere. Conſtitut. Neapol. l. 1. tit. 37. §. 1.

AGYALE, genus nauigii, forte piſcatoria nauis. Eſt enim ἀγυαλεύς, piſcator, ab ἀγυαλος, littus. Vita S. Raynerii t. 3. Iun. p. 464. *) Valer. Flacc. l. 1. Argon. commemorat *Phrygios Iulos*. Graecia etiam nauigii genus habebat, cui nomen erat γύαλος, quod Latine etiam *gaulus* appellabatur, Feſto teſte. Suionibus *Iulle* eſt nauigiolum, ſcapha. V. etiam *Ciula*.

AGYNNII, haeretici, qui circa a. 694. a carne et coniugio abſtinebant, deum vtriusque auctorem inficiati; a γυνη mulier et α priuatiuo. V. Hofmanni Lex.

AHANAGIVM, AHENAGIVM, quidquid ex agris cultis colligitur. Inuent. Chart. monaſt. fol. 59. Ch. a. 1224. in Tabular. Abbatiae Montis S. Martini. V. *Ahanare*.

AHANARE, agrum colere, laborare, a vet. Gall. *Ahan*, poena, labor, moleſtia, vnde *ahaner*, anxie laborare. Ch. M. Abbat. S. Vedaſti Attrebat. a 1245.

AHENIA. Teſtam. L. Adefonſi Hiſp. reg. ap. Marten. t. 1. Ampliſſ. Collect. p. 546. *Et vnam ahenium in ripa*

vipa illius fluminis ſupradicti. Idem forte quod Hiſpanis *Alhania*, anguſtum cubiculum. † Carpentarius terram arabilem hic intelligit.

AHORVS, qui immatura morte rapitur, a Gr. ἄωρος, qui non fit ſuo tempore. Tertull. de anima c. 57.

AHTA, V. *Achta.*

AIA. (1) Sepes, Gall. *Haie*, Germ. Hage, Hecke. † Ch. a. 1165. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 28. *De Aiis vero, quas pater meus tempore guerre in nemoribus S. Mariae monaſterii Melederenſis - - fecit.* Vbi indicatur ſilvae pars delecta, quam ſepibus muniebant ad feras includendas, aut ad alios vſus. (2) Apud Hebraeos accipitris ſpecies eſt, quam vetteres *Aegithum*, Galli *Eſmerillon* appellant. Nomen a clamore. Iob. 28. 7. Hofmann. in Lexico.

AJACENTIAE pro *Adjacentiae*, ap. Baluz. in Hiſt. Arvuern. t. 2. p. 8.

AIACIS, AGICIS, AICIS, AIZES, AIZIS, AIZVM. (1) Vicaria, diſtrictus vicarii. Tabular. eccleſ. S. Iuliani Brivas. *In aice Brivatenſe, Ambronenſe* etc. Vbi in aliquot chartis aliis pro hac voce habetur: *in vicaria Brivatenſe* etc. In ch. 160. fol. 92. *In ipſo aice, ſeu in ipſa vicaria*, vbi perperam *in arce* repoſuit aut legit Iuſtellus in probat. Hiſt. Aruern. p. 10. Adde Nov. Gall. Chriſt. t. 1. p. 58. Acta SS. Bened. ſaec. 3. part. 2. p. 195: vbi Mabillonius nomine *Aicis* pagum intelligendum eſſe vult. Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 16. et alibi. (2) Praedium, domus cum horto, terris, vineis, etc. idem fere quod *manſus*. Verus Ch. ex Tabulario eccleſ. Gratianopolit. Baluz. Hiſt. Aruern. t. 2. p. 41. et paſſim alibi. Aruerni hodie *Aize*, vocant agrum, vel terram incultam, aedi alicui adiacentem. *) Germanis ſuperioribus, praeſertim Sueuis, Aſch, Eſch, Eſchen, Deſche eſt ager cultus, et territorium, conf. Friſch im Wörterb. v. Eſch.

AICHATA, pro *Aiſſata*, in Ch. Phil. reg. Franc. a. 1310. ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 38. V. *Aiſſada.*

AICIS, AICIVM, vt *Aiacis.*

AIDA, AYDA, ſubſidiaria tributa, Gall. *Aides*. Litterae Franc. L. pro S. Capella Pariſ. Ch. offic. Pariſ. a. 1264. ex Tabul. S. Germani a Pratis.

† AIDARE, a Gall. *Aider*, adiuuare. Comput. Mſ. eccleſ. S. Egid. Abbarvill. 1396.

AIDVS, adiutor, Gall. *Aide*. Edict. Rotharis Reg. Longob. tit. 109. §. 1. *Ad euangelia ſancta iuret cum 12 aidis ſuis, id eſt, ſacramentalibus.* Vbi lex Longob. l. 2. tit. 55. §. 5. habet *aliis ſuis*; ſed prior lectio tolerari poteſt.

AJECENTIAE, pro *Adiacentiae*, appendices, in Ch. Chlodovaei III. a. 693. ap. Felibian. in Hiſt. San-Dionyſ. p. 14.

AIGATIA, *Piaca*, Papiae. Legendum *Pica*, quam Picardi etiamnum vocant *Agache.*

AIGALOLFINGA, V. *Agiloffinga.*

AIGNELINVS, lana ſeu vellus. Ch. Phil. reg. Franc. a. 1288. apud Perard. in Burgund. p. 562. † Ch. Theobaldi comit. Bleſ. a. 1214. *Quod ſi aliquis burgenſium alicui de arconneriis lanam ſuam ſine aignelinos tradiderit*, etc. Gallis olim *Aignelins* ab *aigne*, ouis, veruex.

† AIGRO. Inquiſit. a. 1268. ex ſchedis Pr. Mazaugues: *Item dixit quod pignorauit ibi quendam iuuenem, qui dicebat ſe de Arelate - - quia coeperat aigrones in palude.* Hinc ardeolas, quas *aigrettes* appellant Galli hic deſignari arbitratur Carpentarius.

† AIGVCIA. Ch. a. 1229. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 337. *Trado vobis - - totum caſtrum - - juſtitias, firmancias, aigucias* etc. Vbi legendum eſſe *cugucias* manifeſtum eſt. V. *Cucucia.*

AIGVERIVM, pro *aquarium*, aquaeductus, canalis, foſſa. In Statut. Maſſil. Mſ. a. 1253.

† AIGVILLIA, i. q. *Aguilha* 2. Ch. a. 1297. ex Tabular. Autiſſ.

AILA. Gloſſ. Bituric. eccleſ. Mſ. *Ailen, frontem. Aila, ventus ſolus.*

AILATA. In Legg. Adelſtani Reg. Angl. c. 6. *Si verbum non direxerit,*

serit, vt ailata sit. Vbi quidam *aptata* restituunt. V. in hac voce.

AILLATA, V. *Alliata.*

AILLIARIVS, qui vendit allia et legumina. Occurrit in Cod. Mſ. anno circiter 1290. exarato de redditibus Epiſcop. Autiſſiod.

AINESCIA, AENESCIA, ENECEA, EYNEIA, ENEYA, EYLNESCIA, pars haereditatis, quae ad primogenitum priuilegio aetatis, pertinet. Gallis ol. *Aiſneſſe*, *Aiſneage*, *Enynage*, *Aeneage* et *Aiſneté*. Glanvilla l. 7. c. 3. Bracton. l. 2. c. 34. Statuta ſecunda Roberti I. Scotiae reg. c. 3. Matth. Paris a. 1240. Bracton. l. 2. c. 77. Fleta l. 5. ſ. 9. et paſſim alibi.

AINV, *naues. Foemin. generis.* Gloſſ. Bitur. Mſ. † *Aini*, in Gloſſ. ex Cod. reg. 7613.

AIOIN, *interpretatur frater meus.* Gloſſ. Bitur.

AIOLA, auia, ex Gall. *Aiole.* Occurrit in Tabul. Abſienſi.

AIONES, forte prima litterarum rudimenta. Act. SS. Benedict. ſaec 4. part. 1. p. 386. *Ego tantillus, ſermone imperitus, et grammaticae diſciplinae omnimodis expers, qui nec quidem, vt ita dixerim, ipſos aiones ad liquidum addiſcere valui. Aioner* aliquibus in locis Galliae i. e. ac *balbutire.*

AJORNAMENTVM, vocatio in ius, vadimonii denunciatio, Gall. *Ajournement.* Cod. Mſ. Conſuetud. Tholoſ. V. *Adjornare.*

AIOT, veſtis ſpecies. Gaufrid. Voſienſ. l. 1. c. 7. *Chlamydes vel cappas perforauerunt, quas vocant aiot.*

† AJOVDVM, V. *Adjotum.*

AIRA, i. q. area, Gall. *Aire*, in Tabular. S. Amantii Inculiſm.

AIRALVS, AYRALE, area, ſeu locus aedificio aptus, quaſi *areale.* Tabular. abbatiae Conchenſ. in Ruthenis ch. 91. 118. Ch. Mſ. Philippi reg. Franc. 1312. et alibi.

† AIRAO, pro *Arrao* vel *Arao*, V. in his vocibus.

† AIRARIVM, pro *aerarium*, in Litt. Caroli V. a. 1377. t. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 322.

† AIRATIA, quiuis fructus ex aratione prouenientes. Stat. Montis-reg. p. 238.

AIRBANNVM, V. *Arbannum.*

AIRO, ardea, ardeola, auis. Gall. *Heron*, Germ. Reiger V. Frider. l. 1. de venat. c. 4. 20. 21.

AISAMENTVM, AISIAMENTVM, AISIMENTVM, ASIAMENTVM, AISSIMENTVM, AASAMENTVM 1. († Ea omnia, quae cuique, pro ſuo ſtatu, vſui ſunt neceſſaria, aut congrua, ſupellex. Gall. ol. *Aiſemens.*) Mſ. anni circ. 1290. ex Chartophyl. Epiſc. Autiſſiodor. *Omnibus diebus quibus aliquis ducit ad ripam, polanus debet IV. denar. et ille de villa qui habebit aiſamenta ſua nil debet.* Vbi de iis quae ad vecturam neceſſaria ſunt, (Geſchirr) ſermo eſt. Adde Ch. 1244. inter Inſtrum. t. 4. nouae Galliae Chriſt. p. 104. Hiſt. Aruern. t. 2. p. 137. † Ordinat. reg. Franc. t. 9. p. 387. t. 8. p. 110. V. *Ayſina.* (2) Facultas, quam quis habet vtendi in alieno praedio, rebus non ſuis, vel ex iure municipali, vel proprietariorum conceſſione, *Aiſantia*, Gall. *Aiſement*, Ital. *Agiamento.* Regiam Maieſtatem l. 1. c. 13. *Terram petitam amittet cum fructibus, commoditatibus, aiſiamentis, et pertinentiis ſuis.* Lambert. Ard. Chron. Andrenſe p. 346. Monaſt. Angl. t. 2. p. 916. Madox Formul. Angl. ch. 143. 321. In Monaſt. Angl. t. 1. p. 47. apud Will Thorn. et Ducheſn. in Hiſt. Guinenſi p. 258. et in Probat. Hiſt. Drocenſ. p. 251. ſcribitur *Eiſiamentum*; alibi vero *Ayſiamentum*, *Ayſimentum*. V. *Aiſantia.* (3) Vſus et poſſeſſio ipſa. In Teſtam. Guill. D. Montispeſſulani a. 1146. *Donec de aiſimento ipſius terrae habeat perceptum et recuperatum quod valeat 2000 ſolidorum.*

AISANTIA, AISENTIA, AASANTIA, ESENTIA, AAISIENTIA, ASENTIA, AYSIENTIA. (1) Vt *aiſamentum* 2, facultas ſcilicet, quam quis habet vtendi in alieno praedio, rebus non ſuis, vel ex iure municipali, vel proprietariorum conceſſione, a Gall. *Aiſance*, commoditas.

Tabular. abbat. Reigniac. *Omnes vſus, quos aiſantias vocamus, perpetuo donauit.* In alia ch. apud Buzelin. p. 396. *Vſagia ſiue aiſantiae terrae noſtrae.* Ch. a. 1228. inter Inſtrum. t. 4. nouae Gall. Chr. p. 299. *Conceſſi ſimiliter vt aiſantias communes et paſcua libere habeant.* Vid. Miraeum t. 1. Oper. Diplom. p. 419. edit. 2. (2) † Pertinentiae, vbi libere percipi poſſunt *aiſamenta.* Ch. abbat. Fuſniac. a. 1261. *Nos dicebamus eos - - - ſic occupaſſe aiſentias dictae villae communes.* (3) † Commoditas, vtilitas, Gall. *Aiſance.* Ch. a. 1215. in Tabul. S. Ioan. Laudun. *Ita quod nec mihi nec vlli ex parte mea liceat ſubintrare idem alnetum, quamdiu fuerit alnetum, pro aliqua aiſientia habenda.*

† AISATVS, AYSATVS, AYSITVS, AAISITVS. (1) De eo dicitur, penes quem eſt poteſtas aut voluntas aliquid faciendi, Gallis ol. *Aiſié.* Ch. a. 1209. in Chartul. Campan. *Si comitiſſa non fuerit aiſata de eo jnuando.* (2) Accommodatus, congruus. Ch. a. 1377. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 335. t. 3. p. 199. Vid. etiam *Aiſitus.*

AISENTIA, V. *Aiſantia.*

AISIAE, HESIA, pertinentiae; vbi libere percipi poſſunt *aiſamenta*, a Gall. *Aiſe.* Ch. Libertatum Solemniaci in Aruernis Mſ. *Sitam in aiſiis vel pertinentiis dictae villae.* Monaſt. Anglic. t. 2. p. 916. *Vſque ad Heſiam extra boſcum.*

AISIAMENTVM, V. *Aiſamentum.*

AISIENTIA, V. *Aiſantia.*

AISIMENTVM, V. *Aiſamentum.*

AISINA, AYSINA, AYSIVM, AYZIVM, eadem notione vt *Aiſantia* 1. in Hiſt. Dalph. t. 2. p. 167. Baluz. Hiſt. Aruern. t. 2. p. 135. et alibi.

† AISITVS, facilis commodus, Gall. *Aiſé.* Ch. a. 1376. t. 7. Ordinat. Reg. Franc. p. 691. V. etiam *Aiſatus.*

† AISSA, vox, quae Prouincialibus et Occitanis idem ſonat ac Aſcia, Germ. Axt. Statut. Maſſil. l. 2. c. 34.

† AISSADA, AISSATA iisdem ligo, Germ. Karſt. Ch. leudarum minut. Carcaſſ. Mſ. *Item de duodena ligonum ſeu Aiſſadarum.*

† AISSELLA, ſcandula, tabula tegendis tectis apta, Germ. Schindel. Ch. a. 1400. in Reg. 155. ch. 18. V. *Aeſſella* et *Aſcella* 1.

† AISSIMENTVM, V. *Aiſamentum.*

† AISSINVS, menſurae frumentariae ſpecies, ſimul et modus agri, Gallis *Aiſin.* Ch. a. 1199. ex Tabulario S. Criſpini in Caſea. V. *Aſſinus.*

AISTAN, vox Longobard. Leges Rotharis ap. Murat. t. 1. p. 39. *Si quis in curte alieña aiſtan, i. e. per furorem ingreſſus fuerit.*

† AITA, Cantabris, Pater. V. *Atta.*

AJVDA, auxilium, in Ch. Luſitanica apud Brandaonum in Monarch. Luſit. l. 15. c. 24. Hiſp. *Ayuda.* V. *Adjuda.*

AJVS. V. *Agius.*

AJVSTAMENTVM, modulus, exemplar. Ch. a. 1283. apud Thomaſſ. Conſuetud. Bituric. p. 702.

AJVSTARE, AJVTARE, metiri, probare ad modulum. Ch. a. 1283. apud Thomaſſer. loco modo laudato. V. *Adjouſtare.*

AJVTARE, V. *Ajuſtare.*

† AJVTVM, additamentum, adjectio. Ch. a. 1221. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 636.

AIZES, AIZVM, V. *Ajacis.*

† AIZINAE, fupellex. Statut. Maſſil. l. 1. c. 1. §. 6. V. *Aiſamentum.*

AIZVM, V. *Ajacis* 1. et 2.

AKERE, V. *Vngebendro.*

AKETON, AKETONVM, ACTON, Sagum militare, quod alias *Gambezonem* vocabant; ex Gall. *Hoqueton* aut *Hauqueton*, ſeu potius ex Cambrico-Britannico, *Actvom*, lorica dupla, duplodes, apud Boxhornium. *Hoqueton*, ex Gr. ὁ χιτων, dictum vult Perionius. Vox obuia apud Th. Walſing. in Ed. III. in primis Statut. Roberti I. reg. Scot. c. 25. et apud Rymer. t. 4. p. 203

ALA. (1) Telarum quaedam pannorumque menſura, († eadem atque *Brachiata* 1. Germ. eine Klafter, tanta quanta eſt brachiorum extenſio; vnde alae nomenclatura.) Rymer t. 7. p. 356. † Stat. Crimin. Cuman. c. 142. p. 94. Ch. 1389. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 364. (2) Pro *Hala,*

Hala, forum, macellum tectum, Gall. *Hale*, Germ. Halle. Cenſualis codex Calamontis (3) Tabella in qua juxta Graecorum ritum erat forma ordinationum ſcripta, quae incipit, *Divina gratia* etc. Hofman. in Lex. (4) Cereuiſia, Danis *Oel*, Anglis *Ael*, Gallis olim *Alles*. Teloneum monaſt. S. Bertini. † Pedagium Peronae a. 1295. in Chartul. 21. Corb. (5) Inula, Gall. *Année*, Germ. Alant. Papias: *Inula quam ruſtici alam vocant, herba eſt radice aromatica, odoris ſummi cum leni acrimonia.* (6) Cujusuis aedificii latus, Gall. *Aile*, Germ. Flügel. Chron. Veron. apud Murat. t. 8. p. 622. praeſertim latus eccleſiae. Geruaſ. Dorobern. in deſcript. eccleſ. Cantuar. Acta Epiſcopor. Cenoman. in Hoëllo c. 34. (6) † ALAE, aulaea, quae a lateribus altaris hinc inde appendi ſolent. Stat. ſynod. eccleſ. Camerac. apud Marten. t. 7. Ampl. Collect. p. 1198. (7) † ALAE, *equites, turma equitum: ob hoc dictum eſt, quia more alarum pedites tegunt.* Gloſſar vet. Cod. reg. 7646.

ALAANDAL, caro neruoſa, apud Conſtantin. African. lib. de Vita et ſpiritu. Vox Arabica. † Rectius *Halaadal* legitur.

† ALABACHAR, vox Arabica. *Palſus qui vocatur Alabachar*, in lib. de animae et ſpiritus diſcrimine, inter opera Conſtant. Afric.

ALABANDA, ALABANDENA, ALABANDICIA, V. *Alamandinae.*

ALABANDICVS, *genus marmoris.* Gloſſ. Bituric. Mſ. Idem forte quod Alabaſtrum. Laurentio in Amalthea, *Alabandica* eſt *Roſa albicantibus foliis pallens.*

ALABANDINA, V. *Alamandinae.*

ALABARCHES, HALABARCHES, HALOBARCHES et ARABARCHES. Voces Graecae, quae Rufino in Hiſt. Eccleſ. Euſeb. ſonant *Salis praefectum*, cui concinit Calepinus. Turneb. l. 27. c. 25. opinatur, fuiſſe Alexandriae praefectum, qui Iudaeis praeerat Alexandrinis. Cujac. l. 8. Obſerv. c. 37. vult, *Vectigal Alabarchiae eſſe id, quod pro transductione pecorum inferatur. Αλαβα eſt ſcriptura ſ. atramentum, quo ſcribimus, vt Phauorinus ait. Sic vectigaliorum ratio ſcriptura dicta eſt, et vectigalibus praepoſitus, Magiſter ſcripturae S. Alabarches* Plura V. apud Martin. in voce *Halabarches.*

ALABARCHIA, *vectigal pro trauectione pecorum.* Laur. in Amalth. Officium eſt Alabarchis, quicumque ille fuerit. *Alabarchiae magiſtratus* meminit Ioſeph antiq. Iud. l. 20. c. 3. et 5.

† ALABARDA, Haſtae genus Heluetiorum et Germanorum, Germ. Helebarde. *Albardacha*, apud Eraſmum in Colloq. Iouius Hiſt. l. 2. Willel. Malmesbur l. 2. V. *Helebarda.*

ALABASTARIVS, apud Simeon. Dunelm. in Henr. I. p. 250. idem qui *Arcubaliſtarius*, Germ. Armbruſtſchütz.

† ALABASTRVM, an idem quod infra *Albara* 2 et *Albaretus* 2? Necrolog. Mſ. eccleſ. b Mariae de Medunta fol. 22. *Habemus CXII. ſolid. et IV. den. Pariſ. annui redditus capiendos - - ſuper alabaſtrum et acquitamentum dictae villae de Medonta.*

ALABASTRVS, adject. ex alabaſtro. Inuent a. 1352. ex Tabul. S. Victor. Maſſil.

ALABAVSTRVM, et ALABAVSTVM, pro *alabaſtrum*, genus marmoris. Rymer. t. 7. p. 557. t. 8. p. 570. † Ch. a. 1218. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 66.

† ALABODIRE. Ch. a. 1181. inter Probat. Annal. Praemonſtr. t. 1. p. 550 *Dedit etiam campum ad vineam; pro quo quidem campo, ſi aliqua oriretur calumpnia, eam alabodire eccleſiam habere decreuit.* Forte pro *allodii jure.*

† ALABRARE, prelo vuas premere, Germ. Keltern. *Alabrum*, torcular, Kelter. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. *Alabrare, traouller. Alabrum, traoul.* Aliud Gloſſ. Cod. reg. 521. *Alabrum, ri, traoul. Gall. ab ala, lae.* Vid. *Trullare.*

ALABRVM, ALIBRVM. (1) Inſtrumentum circa quod voluntur fila, et cujus ope in orbes glomerantur, Germ. Haſpel, Weife, Hiſp. *Aſpa.* Iſid. l. 19. Orig. c. 29. *Alibrum, quod in eo liberentur fila, i. e. ſolamentur.*

tur. Gloſſ. Bitur. habet: *i. e. voluantur fila.* Calepin. ad h. v. *Filum a colo in fuſum, de fuſo in alabrum, hinc in girgillum, deinde in glomicellum* etc. *Alabrum* dicitur quod radios quaſi alas habeat, inquit Martin. Lex. Philol. In veteribus Lexicis monaſticis legitur et verbum *Alalrare*, filum deuoluere. V. *Deuolutorium.* († Torculer, eine Kelter, V. *Alabrare.*

ALACADIE. Tabul. Briuat. c. 405. *Habet cenſum porcum 1. multonem 1. de ciuida ſeſtarios 2. per agnum den. 3. per alacadie den. 6. gallinam 1. per ſictorem den. 1.*

ALACRIMONIA, *laetitia*, in Gloſſis Iſid. apud Papiam, et Io. de Ianua.

† ALACRISVM, pro *alocluyſum*, a Gr. ἀλοχευγον. Chron. Iſid. Hiſpal. Cod. reg. 4999. *Faber lignarius faciens turres teſtas alacriſo, i. toto auratae.*

† ALACRITER, fortiter. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 4120. *Alacriter, formenz.*

ALACRITVDO, laetitia, vt *alacrimonia.* Acta SS. Maii t. 7. p. 832.

ALADMA. Fori Iacobi reg. Arag. a. 1307. vbi de Iudaeis. *Praeterea vt omnia et ſingula praemiſſa obſeruentur et compleantur, ſtatuimus, quod quolibet anno jactentur ſeu imponantur aladma et nitdui, prout melius, et firmius, et ſolemnius poſſit fieri ſecundum leges et obſeruantiam Iudaeorum, cum rolulo Thore, ſeu Legis etc.* V. *Adaraba.*

† ALADVM, pro *Alaudum*, i. e. alodis, in Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 82.

ALAFTHI, V. *Chamna.*

† ALAGOVSTA. Tract. Mſ. de piſcibus c. 132. ex Cod. reg. 6838. *Locuſta, a noſtris Langouſte, a Liguribus Alagouſta nuncupatur.*

ALAIA, ALAIVM, metallorum permiſtio, Gall. *Alliage.* Rymer. t. 6. p. 308. † Chartul. reg. Angl. Henr. V. et VI. ex Cod. reg. 8387.

ALALAGMA, clamor laetitiae et jubilationis, ex Gr. ἀλαλαγμος. Vita S. Droctovaei Abb. Vita S. Maioli abb. Cluniac. t. 2. Maii p. 684.

ALALAGNIA, pro *alalagma.* Acta SS. t. 2. Martii p. 33.

ALALRARE, V. *Alabrum.*

ALAMANDINA, ALAVANDINA, pro *Alabandina*, gemma ſcilicet ex Alabanda Cariae vrbe, de qua Plinius l. 37. c. 2. 27. quae Breuil. *Alabanda*, et Gloſſ. Bitur. Mſſ. *Alabandicia* audit. Anaſtaſ. Bibl. in S. Silv. Idem in Gregor. IV. p. 164. V. *Alavanus.*

ALAMARES, ſerici floſculi in veſtibus, Gerni. Watte. Concil. Liman. a. 1582. t. 4. Collect. Concil. Hiſp. p. 515. 246.

† ALAMBICVS, angulus, locus ſecretus. Ch. a. 1414. in Reg. 168. h. 183.

† ALAMBINVM, pro *alembicum*, in Ch. 1482. ex Reg. 208. ch. 163. V. *Alembicum.*

† ALANETVM, pro *abuetum*, locus vbi alni creſcunt. Ch. ap. Cencium inter Cenſus eccleſ. Rom.

ALANVS. (1) Canis ſpecies, veteribus nota, Hiſpanis *Alano*, Nebriſſenſi *Moloſſus. Furtum alani vel leporarii*, in Foris Aragon. tit. de Venator. (2) COMITES ALANI, vna e vexillationibus quae erant intra Italiam, in Notitia Imp. l. 2. c. 27. Erant autem ejusmodi comites, qui ſub Magiſtris Militium militabant, diuerſis cognominibus appellati; alii enim Comites Iuniores, alii Seniores, alii Sagittarii, alii aliter dicebantur. V. Henr. Valeſ. ad l. 15. Ammiani.

ALAPA. (1) *Alapam dare et aurem torquere, in teſtimonium*, in Legibus Ripuar. tit. 60. §. 1. Quod agi ſolitum, vt teſtes poſtmodum, cum in rei geſtae teſtimonium aduocarent, in memoriam reuocarent, ſe eo in loco alapis caeſos aut auribus vellicatos. V. *Teſtis.* († Hujus moris ejusdemque inſtituti rationem docet Ch. an. circ. 1034. inter Inſtrum. t. II. Gall. Chriſt. p. 201.) ALAPA MILITARIS, dicitur Scriptoribus Latinis medii aeui, ictus qui tyronis ad militarem dignitatem promouendi collo aut humeris, enſe vel gladio, quo miles fiebat, infligebatur. Mos, ni fallor, deriuatus a manumiſſionibus: *quae enim manu-*

manumittebant, eos alapa circumagebant, ait vetus Scholiaſtes Perſii Lat. 5. Fuſius de hoc more egit Cangius h. v. (2) ALAPAE EVANGELIORVM AVREAE, ornamenta, ad inſtar palmae fabricata. Agnellus lib. Pontif. apud Murat. t. 2. p. 182. 186. † Rubeo aſſentitur Carpentarius, qui libri tabulas ſeu opercula hic indigitari autumat.

ALAPARE, alapis percutere. *Alapare, alapas minari*, Papiae. † Ch. ex Cod. reg. 1245. Conc. Armenor. a. 1342. apud Marten. t. 7. Ampl. Collect p 341. V. *Alaphiſare*.

ALAPATOR, *καυχητης* exponitur in Excerptis veteris Gloſſ. p. 275. quia petulantes ac jactabundi gaudent aliis colaphos incutere, ait Voſſius.

ALAPHA et ALAPHARE, pro *alapa* et *alapare*, in Gloſſis Bituric. Mſ.

† ALAPHISARE, iteratis alapis percutere. Acta SS. t. 4. Aug. p. 53. V. *Alapare*.

ALAPIS, *eſt nota in libris emendatis*. Gloſſ. Mſ. S. Andreae Auenion. Hae notae forte ſic dictae ſunt, quod ad inſtar manus eſſent exaratae.

ALAPISTA. *Alapiſtarum ſtrepitu* apud Arnob. Ita enim reſtituit Scaliger, pro *ſolapitarum ſtrepitus*, aitque *alapiſtas* dici mimos, ac ludiones, qui exactis ludis ac comoediis, ſibi inuicem alapas infligebant, vt plebem ad riſum concitarent.

ALAPIZARE, *alapas dare*, Vgutioni.

ALAPVS, *qui propter mercedem alapas patitur*, in Gloſſ. Iſid. cujusmodi ſunt, quos *Alapiſtas* vocat Arnobius.

ALARE. (1) Alis aerem agitare. Papias Mſ. Bitur. *Alo, auram moueo, quaſi ab ala, vnde alitus pro alatus, a. e. ſpiritus, flatus*. Hic auctor *alitus* pro *halitus* ſcripſit, vt illi voci facilius talem qualem daret originem. (2) † Pro *halare*, inſufflare, aſpirare. Miſſale Burdegal. Mſſ. (3) † Expandere. Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352. *Alare, eſtandre*.

† ALARGARE. (1) Ampliare, dilatare, Ital. *Allargare*. Ch. a. 1341. in Reg. 72. ch. 368. Statuta Vallis-Serianae c. 61. ex Cod. reg. 4619. (2) Remittere, relaxare, quo etiam ſenſu *Allargare* vſurpant Itali. Stat. Taurin. a. 1360. Hinc (3) pro purgare, in Statut. Maſſil. l. 2. c. 41.

ALARICA, Papiae, *haſta vehemens, triangulum ferreum habens*. V. *Phalarica*.

ALARINAE, V. *Alyrumuae*.

† ALARIO. Io. Saliſber. de Nugis curial. l. 1. c. 13. *Aquila namque ſicus rex animi eſt, ſi non alarionem excipias, quae forte aquilarum ſpecies potentiſſima eſt*. Num inde in arte heraldica *Alerion* vocant, ſenſu oppoſito, aquilam minorem, roſtro et vnguibus mutilam?

† ALARIS, *turba equitum, et alarita, ae, haſta militis*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 521. Gloſſar. aliud ex Cod. 7641. *Alaris, caballarius*. Rurſum in Cod. 7646. *Alares, equitum turmae. Alaris, caballaris*. V. *Ala*.

ALAS, *atis*, qui habet alas. Expoſit. breuis antiq. Liturg. Gall. apud Marten. Anecd. t. 5. p. 100.

† ALASA. Chartul. Medii monaſt. fol. 170. *Duas alaſas domus - - in franco alodio, ſine cenſu, cum platea retro easdem alaſas*. Leg. forte *alatas*, domus ſcilicet latera; niſi idem ſit quod *Aiſenſine*, pertinentiae nimirum, vbi libere percipi poſſunt, *Aiſamenta*.

ALASTOR, animus male conſcius, ſuperbus. Qui *ἀλαστα*, i, e. non obliuiſcenda mala perpetrat. Vſurpatur fere ſemper pro malo Daemone. Lex. Philol.

† ALATA, Subſtant. Via luſtrandis vigiliis comparata. Stat. a. 1357. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 194. V. *Alea* et *Aleya*.

ALATOR. Papias: *Venator, dictus quaſi venabulator, a venatione ſcilicet, quod beſtias periniat. Horum quatuor ſunt officia, veſtigatores, indicatores, alatores, preſſores*.

ALATORIA, ALATORIVM, ALORIVM. (1) † Eadem notione, vt videtur, atque *alata*. Reg. Phil. Aug. ſignat. 34. *Apud Compendium debet - - nurum eleuare, ita quod habeat 4. teſias in altum vsque ad antepectus, et 4. pedes de alatorio*. Ibid. *Praeterea pro muris perficiendis*

intra caſtellum per totum et alatoris (leg. alatoriis) *reparandis* etc. (2) Ambulacrum, porticus, Gall. *Allée*. Ch. Calomontis a. 1397. Alia Toſſiac. in Dumbis a. 1449. Normannor. antiquae Conſuetud. apud Mart. t. 1. Anecd. p. 227.

ALATVS, alis praeditus. V. *Mappalia. Cappae alatae* occurrunt ap. Marten. Anecd. t. 4. p. 162.

ALAVANDINA, V. *Alamandina.*

ALAVANVS LAPIS, Alamandina. Verſus de Mediolano apud Murat. t. 2. part. 2. p. 981.

ALAVDA, vox Gallica vetus, Latinis *Galerita*, S. Caſſita auis, vt Plin. l. 11. c. 38. Sueton. in Iul. c. 24. Marcell. Empir. c. 29. tradunt. Gregor. Turon. l. 4. c. 31. *Auis corydalus, quam alaudam vocamus.* Ita Marcell. l. c. *Corydalus auis, i. e. quae alauda vocatur.* Adhelelm. Epiſc. Sagienſis in Mirac. S. Opportunae c. 14. *Vidit auiculam nomine accredulam, quam vulgus vocauit alaudam.* Hoc etiam vocabulo Gallos legionem appellaſſe auctor eſt Plinius. Inde Gallos Legionarios Cicero *alaudas* vocat Philipp. l. 5. 13. et Sueton. in Iul. c 24. † Gallis ol. *Aloë* apud Guiart. ad a. 1249. *) Schilterus vocem *Alauda* compoſitam vult, ex all et laut, quod caeteras aues cantu vincat. Cambro-Britannis *Adlais* eſt *reſonantia.* Wachterus, qui Plinii locum, vbi exiſtimare videtur, Gallos ab auicula legionem vocaſſe *alaudam*, in mendo jacere, et ſenſum tanto ſcriptore indignum eſſe credit, vocem *alauda*, legionem denotans, a German. Leute deriuat.

ALAVDARII, iidem qui *alodarii*, Polyptyc. Abbatiae S. Trin. Fiſcamnenſ. Mſ. V. *Alodarius.*

ALAVDES, pro *Alodes*, apud Marten. t. 1 Ampliſſ. Collect. p 337.

ALAVDIVS, i q *Alodiarius.* Laurent. in Amalth. *Alaudius ex juſta ſeruitute dimiſſus.*

ALAVDIVM, ALAVDVM, i. q. *Alodis*

ALAVSA, piſcis ſpecies, Gall. *Aloſe*, Germ. Aloſe, Mayfiſch. Smaragd. in Grammat. Mſ. V. *Aloſa.*

† ALAVSAGIVM, ALAVZAGIVM, quidquid ex venationibus ſubditorum dominis competebat. Ch. a. 1248. in Reg. 198. ch. 381. *Item alauzagia ſ. vſagia venationum aprorum* etc. Alia a. 1323. in Reg. 62. ch. 139.

ALAVSAR, ſpecies retis, quo fortaſſis praeſertim vtebantur ad capiendas *alauſas.* Statut. Arelat. Mſſ. art. 186.

ALBA. (1) ALBA, ALPHA, ALBVLA, gemma, vnio, margarita, Perle, ab albedine et candore. Lamprid. in Heliogab. Senator. l. 4. ep. 6. Fortunat. Pictav. l. 6 Poem. 2. et l. 10. Poem. 10. Anaſtaſ. in Silueſtro PP. Idem in Greg. IV. et in S. Vitaliano. Leo. Oſtienſ. l. 2. c. 61. ALBVLA, apud Gregor. M. l. 12. ep. 7. ALPHA in ch. Ferdin. M. regis Hiſp. aerae 1101. apud Anton. de Yepez t. 6

(2) Veſtis ſ. tunicae ſpecies, a candore ſic nuncupata. Epiſt. Valeriani Imp. ap. Pollion. Laicis, in monaſteriis degentibus, *albas* tribuit Lanfranc. Cantuar Archiep. ep. 13. Quin etiam *alba* pro veſte muliebri vſurpari videtur apud Bertham Sanctimon. in vita S. Adelaidis n. 27.

(3) ALBA, Papiae, *veſtis ſacerdotalis linea et ſtricta, quae camiſia dicitur, et poderis, et talaris, et ſubucula.* Ordo Roman. *Lineam Dalmaticam, quam dicimus albam.* Alcuin. lib. de Offic. diuin. *Poderis, quae vulgo alba dicitur.* Amalar. l. 2. Offic. eccleſ. *Poſtea camiſiam induimus, quam albam vocamus.* Adde Rupert. l. 1. de diuin. offic. c. 20. et alios qui de ritibus et officiis eccleſiaſticis ſcripſerunt. Albis tamen promiſcue in eccleſia et extra eccleſiam vſos Clericos docent Leo IV. de cura paſtorali et alii. ALBAS GERERE et ESSE IN ALBIS, dicuntur Clerici dum *albis* induti procedunt, vel officia eccleſiaſtica peragunt. † ALBA FRISATA, fimbriis ornata, in Ch. a. 1340. † ALBA OCVLATA, in qua delineatae, ſeu acupictae ſunt figurae inſtar oculorum. Ordo eccleſ. Ambr. Mediol. an. circ. 1110. apud Murator. t. 4. Antiq.

Antiq. Ital. med. aeui p. 865. 867. V. *Oculatus*. † ALBA PARATA, phrygio opere intexta, Gall. *Brodée* V. *Parare* 1. ALBA PASCHALIS, qua in feſtis Paſchalibus vtebantur. † ALBAE INFANTES, pueri ſymphoniaci, quorum veſtis propria alba eſt. V. *Infantes*. † PVERI IN ALBIS, eodem ſenſu, in Lat. Caroli V reg. Franc. a. 1367. Bulla Martin V. PP. a. 1427.

(4) Veſtis candida quam induebant recens baptizati, in puritatis et innocentiae, quam profitebantur ſymbolum, Germ. Weſſerhemd; de qua fuſius agit Cangius h. l. IN ALBIS POSITI et ALBATI inde dicebantur recens baptizati, donec albas depoſuiſſent. Acta martyrii S. Stephani PP. Paulus Warnefrid. l. 6. de geſtis Longob. c. 15. et paſſim alibi.

(5) ALBAE, hebdomada quae Paſcha vel Pentecoſten ſubſequitur; nam et *albas Pentecoſtes* dixit Theodor. Cantuar. Archiep. in Poenitent. c. 13. *octo dies Neophytorum*, in epiſt. Anonymi de celebrat. Paſchae t. 9. Operum S. Hieron. Nominis rationem exponit Rabanus l. 2. de inſtit. Cleric. c. 10. *Quos ſeptem dies albas vocitamus, propter eos, qui in ſancta nocte baptizati, albis per totam hebdomadam vtuntur veſtibus.* ALBAE praeterea, dicta interdum ipſa Dominica, quae albarum hebdomadam ſubſequitur. Vetus Poenitent. Mſ.

(6) Aurora, Gall. *l'aube du jour*. Guidon. Diſcipl. Farſenſ. c. 21. Statut. Arelat. Mſ. art. 123.

(7) Populus alba, ſeu tremula, Prouincialibus *Aubo*, German. ſuper. Alberbaum. Ordinat. a. 1223. in Mſ. Muſaei D. Brunet. V. *Albania* et *Albanus*.

(8) † Pars ſellae equeſtris, Gallis olim *Aube*. Conſtitut. Frider. Reg. Sicil. c. 92.

(9) ALBA FIRMA, V. *Firma*.

† ALBACIA, officina albaria, Germ. Bleiche. Iudicat. a. 1153. in Chartul. Eccleſ. Lingon.

ALBADEKVM, exequiae parvulorum. in Dioeceſi S. Flori, Gallice *un Anbadat*, forte quod fiunt cum paramentis albis.

ALBADILIS, perperam pro *abbadilis*, V. h. v.

ALBAGARIA, *procurationes quas certe ville debent dominis ſuis ad eas venientibus*. Vocabul. vtriusque Iur. V. *Alberga*.

ALBAGIA. Vita b. Andr. de Galerannis n. 23. *Cum redirent, nauis in albagia poſita, ab octo galeis piratarum inuaditur*. Huc forte ſpectant iſta ex Chron. Petri IV. reg. Aragon. l. 3 c. 13. *E puix faën donar de renis, e a uavegar, con mes poquet, e per Albalines, que y ſtinquen en mor trolo diumenge ſeguent*. Vbi Cod. Mſ. *Alhaxines* praefert. Academicis Cruſcanis *Albagia*, vanitatem et ſuperbiae ſignificat; at hoc loco videtur denotare ſecuritatem, ita vt ſit, cum *nauis ſecura eſſe videretur*. V. Menag. in origg. Ital.

ALBALA, i. q. *Albaranum*, in Ch. Hiſp. aerae 988. apud Yepez t. 5. p. 453. V. *Albaranum*.

ALBALESTRIVS, apud Marten. t. 5. Collect. Ampliſſ. p. 258. i. e. qui *Albaliſta*, quod v.

ALBALISTA, i. q. *Alabaſtarius*, de quo ſupra, Gall. *Arbaleſtrier*, apud Henr. Knighton. a. 1339. et 1340. V. *Arbaliſta*.

ALBANA. (1) Vitis ſpecies, quae tardiſſime pullulat, et eſt vua alba, modicum longum habens granum, et ſatis faciens magnos botros et ſpiſſos et longos, et mediocriter fructificat etc. Petr. de Creſcent. l. 4. c. 4. 14. (2) *Albanae, nuces priſtinae*. Gloſſ. Iſid. Laur. in Amalth. legit *piſtrinae*. Pithoeus in Excerpt. *praeſtinae*. Verum Graeuius cum Gebhardo. legendum ſuadet *Avellanae, nuces Praeneſtinae*. V. Feſt. in *Nuculas Praeneſtinas*. Sed maxime Graeuium in not. ad Iſid. Gloſſ.

ALBANAGIVM, Ius Regis vel domini alicujus loci in peregrinorum decedentium bonis, Gall. *Droit d'Aubaine*. Benedictus in cap. Raynutius n. 1042. V. *Albanus*. *) Wachtero, infra v. *Albanus* laudando, *agium* in fine vocis, non eſt mera terminatio. Significat autem pecu-

lium a Saxon. *agen* proprium. Hinc totum compositum denotat substantiam, possessionem et proprietatem peregrini. Recte igitur Iurisconsulti *Ius albanagii* definiunt, quod sit Ius regis in bona peregrini defuncti

ALBANARE, in *Albanorum* ordinem cogere, vel Albanorum loco habere; ita vt iisdem praestationibus, et obsequiis obnoxii sint, quibus caeteri *Albani*. Ch. Phil. Ang. reg. Franc. a. 1222. in Bibl. Puteana.

ALBANELLVS, auis auguralis species. Io. Sarisberiens. l. 1. Policr. c. 13. *Si auis, quae vulgo dicitur albanellus, praeternolans viam a finistris, feratur ad dextram, de hospitii hilaritate ne dubites.*

ALBANENSES, iidem qui *Albienses*, Si S. Antonium et Wesembec. audimus, ab *Albiensi* ciuitate ita nuncupati. Sed *Albanenses* ab *Albiensibus* differte distinguit Raynerus contra Waldens. c. 6.

ALBANVS. (1) Qui alias *aduena, alienigena, aduentitius*, qui videlicet ex domini sui praedio vel dominio in alius domini praedium vel dominium venit, sedem ibi figens. Diploma Lothar et Ludov. reg. Fr. in Tabul. Regio. Bulla Bened. VII. apud Hemereum de Acad. Paris. c. 4. Quidam censent *Albanos* dictos primitus Scotos, *quibus consuetudo peregrinandi paene in naturam versa erat*, vt ait Walafrid. Strabo l. 2. de Vita S. Galli c. 47. indeque traductam vocem ad omnes extraneos, qui in locum aliquem incolatus ergo transmeabant: nam *Albanos* et *Albanicos* appellatos fuisse constat. Leg. Edw. Confess. c. 35. *Si fueris Anglicus, vel Dacus, Walisicus vel Albanicus, vel Insulicola. Scoti Albaniae*, in Legg. Willelmi Nothi c. 51. Alii quasi *alibi natos* appellatos volunt. * De statu porro et conditione *Albanorum* adi si lubet Cangium in h. v „*Albani* sunt ab *Alambannis*, Alambanni ab *Alamannis*, quos ex„traneos, alienigenas, et aliunde „aduentitios significare, supra mon„strauimus. Hos vulgus in Graecia ap„pellauit *Alambannos* - quantum ex „excerptis Dionis cognoscere licet. „- - In iisdem excerptis Alambanni „vocantur *Albani*, omnino per syn„copen, figuram vsitatissimam. „Eosdem vero homines esse *Alaman„nos*, *Alambannos* et *Albanos*, vidit „- - H. Valesius in notis ad Excerpta „Dionis et post eum Spanhem. in „op. de vsu et praestantia Numismat. „Ergo siue *Alamannum* dicas, siue „*Alambannum*, aut *Albanum*, sem„per dicis hominem peregrinum, „praetereaque nihil.„ Haec e Clariss. Wachteri Gloss. v. *Albanagium*. (2) † Iidem qui *Albanenses* vocabantur. Constitut. Frider. contra Haeret. in Cod. reg. 10197.

ALBANIA. Ch. Occitana a. 1298. in Regesto Phil. Pulcri Reg. Franc. a. 1299. *Item parata ad secaturam seu falcationem 6. hominum per diem vnam ad volorem cum albaniis, seu saltis, 70. solid. rendualium.*

ALBANICVS, V. *Albanus* 1.

ALBANIVS, i. q. *Albanus* 1. Tabular. S. Vinc. Cenom.

ALBANVM, V. *Arbanum*.

ALBANVM, forte Ebenus. Bernh. de Breydenbach Iter Hieros. p. 221. *In hoc etiam fluuio* (Nilo) *reperitur in India lignum illud pretiosum et durissimum, quod Albanum dicitur; proueniens ex Paradiso per hujus fluuii inde decursum sine defectum.*

† ALBARA. (1) Alnus, Ital. *Albero*. Statut. datiar. Riper. c. 12. *De quolibet vase doarum, lareti, castaneae, ruperis, albarae, et cujuslibet alterius lignaminis* etc. (2) Vox Hispania, Apocha, schedula, breuiculus, i. q. *Albaranum*. Ch. 1398. t. 1. Cod. Ital. diplom. p. 1121. Occitanis *Albare*. V. *Albarellus* 2.

ALBARANVM, apocha, schedula, vel breuiculus, Hisp. *Albala, Albara*, et *Albaraio*. Occurrit passim apud Scriptores Hispan. et in chartis ejusdem gentis. V. *Albala* et *Albara* 2.

ALBARANVS. (1) Idem qui *Albanus*, extraneus. Collect. Conc. Hisp. t. 4. V. *Albarraneus*. (2) † Eidem notione ac *Albaranum*, in Ch. a. 1411. t. 9. Ordinat. Reg. Franc. p. 628.

ALBAR-

ALBARDA, clitella, ſtragulum, vox Hiſpan. Fori Oſcae a. 1247. fol. 34. † Prouincialibus *Bardo*, Gallis olim *Barde*, equi armatura. *Auberde* vero dixerunt pro culcitra.

† ALBARDACHA, V. *Alabarda*.

† ALBARE. (1) Vallum, foſſa. Ch. a. 1162. in Hiſt. Mſ. monaſt. S. Andr. Auenion. V. *Albarium*. (2) Verbum, pro dealbare. Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Enblanquir*, *Prov. Albare*, *albidare*.

ALBAREDA V, *Albares*.

ALBARELLVS. (1 Calathus, ein Korb. Vita b. Columbae Reat. t. 5. Maii p. 351. (2) † Schedula, breuiculus. Ch. a. 1404. ex Tabul. S. Victor. Maſſil. V. *Albara* 2. et *Albaranum*.

ALBARETA, ALBERETA, ALBARES, ALBARETVM, ALBARIVM. (1) † Locus populis albis conſitus, German ſuper. Albernwald, V. *Albarus*. Vox paſſim obuia in chartis Galliae medii aeui. (2) In genere arboretum, locus arboribus conſitus Ch. Caroli VII. in Reg. Ioan. ducis Bitur. *Vna ſextariata albaretae ſeu brolii*. Conſuet. Auxit. a. 1301. Mſ. art. 56. *Quicunque de nocte fregit albaria*, *vel accepit* etc.

ALBARIA HEBDOMADA, i. q. *Alba* 5. Mirac. S. Walpurg. l. 4. c. 11.

ALBARIVM, V. *Albareta*.

ALBARRANEVS, idem qui *Albanus*, extraneus, in Foris Aragon. Fori Oſcae a. 1247.

ALBARRANVM, i. q. *Albaranum*.

ALBARVM et ALVARIVM, apud Innocent. Agrimenſorem de Caſis literar. videtur eſſe alueus fluuii, vel foſſa.

† ALBARVS, populus alba, ſeu tremula, Prouincialibus *Aubo*. Ch. a. 971. t. 3. Cod. Ital. dipl. p. 1525. V. *Alba*. 7 *) Ital. *Albare*, Hiſp. *Albero*, Belg. *Alb - Boom*, *Alber-Boom*, Angl. *Abeel-tree*, Germ. ſuper. Alberbaum.

† ALBASIVS, panni lanei ſpecies, Ital. *Albagio* Statut. Placent. l. 6. fol. 81. V. *Albaxetus*.

† ALBATA. (1) *Alba* vel *chriſmale* baptiſatorum vel confirmatorum, ſeu oblatio quae pro benedictione *albarum*. ſiue *chriſmalium* fiebat. Bulla Alex. III. a. 1179. V. *Alba* et *Dealbatus*. (2) *Salſa facta ex alliis*, in Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352. ex Cod. reg. 4120. V. *Alliata*.

ALBATORES CORIORVM, ſeu coriorum, qui coria dealbant, in Fleta l. 2. c. 23. §. 35. iidem videntur qui *Pelliparii*.

ALBATVS. (1) Recens baptizatus. Epitaph. Theodoaldi Reg. Angl. Henr. Huntindon. l. 3. Hiſt. p. 328. Vide *Alba* 4. (2) † Clericus, Gall. olim *Aubé*. Ch. a. 1213. Cod. reg. 5255. V. *Alba* 2.

ALBAVERAE GEMMAE. Anaſtaſ. in Bened. 118. *Rete totum ex gemmis albaueris et bullis aureis* etc. Item in Gregor. IV. *Fecit veſtem auro textilem - - habentem - - gemmas albas 330. hyacinthinas 50. praſinas 22. et in circuitu albauras* etc. Ni fallor ſunt gemmae ſubpurpureae, ſeu purpureae candicantes: nam *verum* dixere Latini, quod Graeci ἀληθινον. V. *Alithinus*.

† ALBAXETVS, panni lanei ſpecies, Ital. *Albagio*, i. q. ſupra *Albaſius*. Ch. a. 1281. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 902.

† ALBEGMINA, V. *Ablegmina*.

ALBELLVS, forte alnus, Gall. *Aune*. Lambert. Ardenſ. p. 79. 80. *Ob cujus rei memoriam delata eſt ibi crux lignea et elevata, et albellus cum tilia juxta crucem - - plantata eſt.* *) Niſi potius i. q. *Albarus*.

ALBEN, vexillum regale, ab articulo Arab. *Al*, et *Benda*, faſcia, limbus. Andr. Floriac. l. 1. Mirac. S. Benedicti.

† ALBENAGIVM, i. q. *Albanagium*, jus dominicum in bona quae *Albenes* dicebantur. Liber virid. ex Tabul. Carnot.

ALBENDA, eadem notione ac *Alben*. Liber regulae monaſt. Legerenſis ap. Moretum in Antiq. Nauarrae p. 276.

† ALBENES, bona *albanorum* ſeu aduenarum. Foreſt. Parlam. a. 1306. Cod. reg. 9822.

ALBEPINVS, alba ſpina, Gall. *Aubepin* et *Aubepine*. Hiſt. Dalphin. t. 1. p. 67.

ALBERO. (1) Sagum, lorica, hamis conferta, Gall. olim *Auber*, vel *Hauberg*. Ch. a. 1206. in Regesto Archiui Reg. c. 115. V. *Alberjus* et *Halsberga*. (2) Eadem notione ac *Alberga* seu *Albergum*.

ALBERETA, V. *Albareta*.

ALBERGA, ALBERGIA, ALBERGVM, ALBERGIVM, ALBERGARIA. (1) *) Hospitium, qui significatus proprius est vocis. *Alberga* enim est a German. Herberge, quae proprie castra et deinde hospitium quodcunque denotat. Pro *Heriberga* dictum fuit *Arberga*, et deinde *Alberga*, Ital. *Albergo*, Hisp. *Aluergue*, Gallis *Alberge*, *Auberge*. V. *Arberga* et *Hereberga*. Cangius quidem voci *Alberga* in Ch. anni 1243. t. 1. Galliae Christ. p. 68. obuiae significatum hospitii tribuit; quamuis ibi solum modo de hospitiis a vicario militibus assignandis, aut de pecunia eadem de causa exigenda agatur. *Albergaria* apud milites Hospital. S. Ioann. Hieros. vocantur domus, in quibus fratres ordinis per nationes vna comedunt, et congregantur. Statut. ejusd. Ord. tit. 19. §. 3. Adde Otton Morenam in Hist Rer. Laudens. p. 9. 11. Odor. Raynald. a. 1289. n. 22. vbi *Albergaria* pro *Xenodochio* sumitur. Murat. t. 9. p. 800.

(2) Ius *gisti* ac *procurationis*, seu diuertendi in domum vassalli et in ea hospitandi; vel praestatio, quae pro ejusmodi procurationibus domino exsoluitur. Germ. Ablager, Ausspann, Einkehr, Atzungsgerechtigkeit etc. *Albergariae*, in Breuil. *sunt procurationes, quas certae villae debent dominis suis ad eos venientibus* Mox: *Albergariae sunt census seu pactiones, quae debentur pro comestionibus*. Hac notione saepissime occurrit in Chartis medii aeui tam Italiae quam Galliae et praesertim Occitaniae, et denique Germaniae. E. g. Vghell. t. 3. p. 419. t. 4. p. 816. Concil. Auenion. a. 1209. c. 5. Ch. a. 1238. apud Ruffium p. 108. Hinc facere *Albergum*, vel *Albergam* domino capitali venienti cum certo militum numero dicuntur vassalli, in Chartis Occitanis maxime, quod *grandium* vocat Tabular. Eccles. Caduic. *) Germani eodem sensu dicebant Futter und Mahl. Ejusmodi *Albergae* conuersae sunt interdum in praestationes tam pecuniarias quam annonarias. † Ch. a. 1342. in Reg. 74. ch. 238. *Pensiones denariorum, quae Albergae etiam nomine nuncupantur*. Alia Phil. VI. a. 1340. in Reg. 73. ch. 139. *Concedimus - Albergam, quam habemus in villam - - quae communiter anno quolibet valere potest 24. quartones bladi, medietatem frumenti et medietatem auenae.*

(3) Familia, domus, qua notione *Albergum* et *Arbergum* quodammodo legitur. Ch. de Electione Consulum Montispessuli a. 1210. *Verumtamen in istis 12. Consulibus non ponetur nisi vnus solus de vno Albergo*. Paruum Chartul. S. Victoris Massil. fol. 27. *Raymondus - dat - Albergum seu Bonge, quod habebat in Castello.*

ALBERGADA, V. *Albergata*.

ALBERGAGIVM, ALBERGHAGIVM, vt *Alberga* 2. scilicet jus *gisti* et *procurationis*. Gallia Christ. t. 2. inter Instr. p. 290. † Libert. Montisfer. a. 1291. in Reg. 181. ch. 154. V. *Abbergagium*.

ALBERGAMENTVM, praestatio annua quae pro *Alberga* seu jure hospitii soluitur. Ch. a. 1340. t. 1. Hist. Dalph. p. 150. t. 2. p. 133. 134.

ALBERGARE, ARIBERGARE, ABBERGARE, ABERGARE. (1) Hospitari, diuertere, Germ einkehren. Statut. Raimundi Comit. Tolosae contra Haeret. Constitut. Catalan. Ms. a. 1238. Murat. t. 1. part. 2. p. 166. Ch. a. 1273. apud Perard. in Burgund. p. 428. (2) Hospitio excipere. Ch. Conr. Imp. a. 1023. in Bullario Casin. t. 2. p. 76. † Statut. Vercell. l. 4. p. 116. (3) Dare ad *Albergam*, seu ad censum et praestationem, cujusmodi est illa, quae pro *gisto* exsoluitur. Ch. Amedei VII. Comitis Sabaud. a. 1397. Ch. a. 1239. t. 4. Gall. Christ. inter Instr. p. 100.

ALBER-

ALBERGARIA, ALBERQVARIA, V. *Alberga.*

† ALBERGARIVS, caupo, ſtabularius, Ital. *Albergatore.* Ch. a. 252. apud Columb. in Genealog. domus de Simiane p. 592.

ALBERGATA, ALBERGADA, ALBERGVATA. (1) † Diuerſorium, Herberge, vt *Alberga* 1. Inquiſit. a. 1268. ex ſchedis Pr. de Mazaugues. (2) Ius hoſpitii, vt *Alberga* 2. Tabular. Abbat. Conchenſ. in Ruthen. Libertates villae Riomenſ. in Aruernis a. 1270. V. *Abberguata.* (3) † Praeſtatio nomine *Albergae* ſoluta. Ch. 1272. in Reg. Cam. Comput. Pariſ. Ch. 1291. t. 4. ordinat. reg. Franc. p. 9.

ALBERGATOR. (1) Qui hoſpitio excipit. Chron. Parm. apud Murat. t. 9. p. 83. Priuileg. Phil. de Sabaudia a. 1475. apud Guichenon. Hiſt. Breſſ. p. 33. (2) † Qui Ius hoſpitii exigit. Statut. comit. Toloſ. a. 1233.

ALBERGELLVM, vt mox *Alberjo.* V. etiam *Halsberga.*

ALBERGHAGIVM, V *Albergagium.*

ALBERGIA, V. *Alberga.*

ALBERGIO, lorica maculis contexta, Gall. *Haubergeon.* Ch. a. 1275. t. 3. Ordinat. reg. Franc. p. 63. V. *Alberjo.*

ALBERGIVM, V. *Alberga.*

ALBERGVARIA, vt *Albergaria*, V. *Alberga.*

ALBERGIVS, fructus ex *Alberga* proueniens. Inſtrum. a 1167. t. 1. Gall. Chriſt. p. 67. *Omnes Eccleſias praefatas, et omnes vſaticos et albergios confirmo.*

ALBERGVATA, V. *Albergata.*

ALBERGVERIVS, faber loricarum maculis contextarum. Catal. Mſ. Sodalium Confraternit. artificum in Eccleſ. b. M. Deauratae Toloſ.

ALBERGVM, V. *Alberga.*

ALBERGVS. (1) Ius hoſpitii, vt *Alberga* 2. (2) Hoſpitium, domus, vel ejus incola. Ch. Guigon. Dalphini a. 1253. (3) Qui *Albergae* obnoxius eſt. Ch. a. 1103.

† ALBERIA, ALBERIATA, locus alnis ſeu populis albis conſitus, Gall. olim *Auberoie*, et *Aubergire.* Ch. a. 1271. in Chartul. Med. monaſt. V. *Albareta.*

ALBERJO, lorica hamis conſerta, Gall. *Haubergeon.* Ch. a. 1336. Hiſt Dalph. t. 2. p 326. V. *Albergio* et *Halsberga.*

† ALBERJONATVS, maculis contextus, Gall. *Haubergeonné.* Libert. Brianzon. a. 1343. t. 7. Ordinat. reg. Franc. V. *Halsberga.*

† ALBERIVS, populus alba ſeu tremula, vel alnus. Chartul. S. Vrſini Bitur. V. *Albarus.*

ALBERVS, arbor, Ital. *Albero.* Ch. Longob. apud Vghell. t. 8. p. 78.

ALBESCITAS COELI, apud S. Auguſtin. in Soliloq. l. 1 c. 13. Quo ſenſu *albens coelum* dixerunt Siſenna l. 4. Hiſt. Symmach. l. 1. ep. 7. *Coelum albeſcens*, Gregor. Tur l. 10. Hiſt c. 15. l. 2. de Mirac. c. 18. Sydonio *Albeſcitas coeli*, aurora.

ALBESIA, *genus ſcuti quia album*, Vgut. Feſtus habet: *Albeſia ſcuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, vſi ſunt Haec eadem decumana vocabantur, quod eſſent ampliſſima vt decumani fluctus.*

ALBESVRA, V *Albufferia.*

ALBEXIS, V. *Alpuexis.*

ALBEYNES, idem qui *Albani*, extranei, apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 297.

† ALBEYVS, Albus, moneta argentea minutior. Ch. a. 1353. in Reg. 82. ch. 52.

† ALBI, factionis cujusdam apud Italos nomen, cui oppoſita *nigri* appellabatur Conf. de iis Bonincont. l. 7. Hiſt. Sicul. part. 3. p. 76. apud Lamium in Delic. Erud. V. *Gibellini.*

ALBIANVS, qui albo et nitido corpore eſt. Gloſſ. Gr. Lat. λευκοχρως, *albianus.*

ALBICASCERE, *illucere*, Barthii Gloſſ. ex Cn. Matio: *Iamiam albicaſcit Phoebus et recentatur.* Alii legunt: *albicaſſit.*

ALBICATVS OCVLVS, i. e. albugine obſitus. Acta S. Franciſci de Paula t. 1. Apr. p. 138.

† ALBIDARE, V. *Albare.*

† ALBIDATVRA, i. q. alibi et ſaepius *Adludatura* dicitur. Statut. Caroli IV. pro pannificio a. 1322. V. *Alludarius.*

ALBI-

ALBIDIA, Anglia, quae olim Albion dicta semel ac iterum Willelmo Britoni l. 4. et 9. Philipp.

† ALBIDITAS, *albedo*, *Blancar*, *Prov.* Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. V. *Albitas*.

ALBIFERREVS, ex ferro cui ſtannum inductum factus. Translat. S. Medardi t. 2. Iun. p. 102. *Vas ex lamina albiferrea confectum.*

† ALBIFICARE, tectoriis ſeu incruſtationibus inducere. Reg. Phil. Aug. 34. *Pro - - turri reparanda - - et eadem albificanda.* V. *Albinus* 1.

ALBIGENSES, haeretici, vt ab Eccleſia Romana dicuntur, ita appellati ab Albigenſi ciuitate in Occitania, vbi multum inualuerunt, Philippo Auguſto et Ludouico 8. regnantibus. Matth. Paris a. 1213. Roger. Houed. p. 556.

ALBINATVS, i. q. *Albanagium*, apud Spelmann. et alios.

ALBINEVS, equorum color, apud Pallad. in Martio tit. 13.

† ALBININVM, liber eccleſiaſticus; in quo *albarum* benedictiones et orationes ſuper *albatos* continentur. Necrolog. b. M. de Medunta Mſ.

† ALBINVM, jus in bona *albanorum*, i. q. *Albanagium*. Chron. apud Marten. t. 5. ampl. Collect. p. 1151.

ALBINVS. (1) Tector, qui parietes tectoriis ſeu incruſtationibus, inducit, qui etiam *albarius* appellatur. Horum opera *albaria* dicuntur apud Plin. l. 36. c. 23. Vitruv. l. 7, c. 2. Sponii t. 3. Itiner. p. 54. Inſcript. Grut. 172. 2. *Tectorium* autem et *albarium* ſeu *album opus* in eo differunt, quod qui parietes dealbant, opus etiam tectorium faciunt; nam et *Tectorium* eſt omne opus albarium, non omne tamen tectorium album eſt, ſed illud duntaxat, quod nuda calce conſtat. *Tectorium* fit arenata calce, vel marmorata, *albarium* calce mera; inde *Albini* et *Albarii* qui dealbant. (2) Extraneus, aduena, apud Spelmann. et alios. V. *Albanus*.

ALBIOLVS. Vgurio: *aluus et albus pro ventre, et hic albo, indeclinabile, i. e. liber, in quo nomina Sanctorum ſcribuntur, vnde albiolus dicitur.* Salmaſ. cenſet, idem eſſe quod *alueolus* in vet inſtrumento publicae ſecuritatis apud Briſſon. l. 6. Formul.

ALBITAS, *albiditas*, *albedo*, in Breuiloquo.

ALBITIO FVRFVRIS, apud Apulej. de Virtut. herbar. c. 20. §. 2. Furfures ipſi, et ſquammulae furfuraceae albicantes.

ALBIVS, idem forte quod *aluus*, vt *albiolus* pro *alueolus*. Ch. jam laudata apud Briſſon. l. 6. Formul.

ALBO, ALBVS. Vgutio l. voce *Albiolus* adducto. Chron. Centulenſe Hariulfi l. 4. c. 17. Spicil. Acherii t. 8. p. 155. V. *Album*.

ALBOR, albedo. Mamotrecti auctor: *albor color albus*. S. Cyprian. de diſcip. et hab. Virg. Coel. Aurelian. l. 2. de Tard. paſſion. c. 7. *oui alborem* dixit, vt et Apitius l. 2. c. 6.

ALBORAS, Rocho le Baillif, eſt *maculoſa defoedatio planae cutis, neque in principio eſt vlla exulceratio, ſed in proceſſu temporis idem quod morphaea.*

† ALBORATVS, arboribus conſitus, ab Ital. *albore*, arbor. Ch. apud Corbinel. inter Probat. t. 1. domus de Gondi p. 87.

ALBORII ECCLESIAE, forte, qui albo ſeu catalogo eccleſiae inſcripti erant, vel *Alborii* pro *Albani*. Ch. a. circ. 780. apud Marten. t. 1. ampliſſ. Collect. p. 41.

ALBORIVM, *Arcus de alborio*. Charta pro Vicariis Bituric. ex tabulario S. Sulpicii Bituric. Gall. *Aubour*, *Aubier*, Baſt, Spint. At cum haec ligni pars rei omni inutilis ſit, *reboraque dealburnari* ſolcant, vt ait Plinius, cum in opus mittuntur, aliud ſonare hanc vocem credendum eſt. V. *Arcus* 2.

† ALBROGANTIA, pro *Albergantia* ſeu *Alberga* vt videtur, in Ch. a. 1266. Mſ.

ALBVFFERIA, Stagnum, vel forte ſtagnum ſalinarum, ab Hiſp. *Albufera*, eadem notione. Teſtam. Io. regis Arag. a. 1272. in Spicil. Acher. t. 9. p. 249. *Aſſignamus omnes reditus noſtros ciuitatis Valentiae, cum ſalinis et Albufferia ejusdem.* Perperam

ram *Albesura*, t. 1. Anecd. Marten. p. 1142. Ch. alia a. 1248. apud Diago in Hist. Regni Valentiae l. 7. c. 44.

ALBVGINARIVM MALVM, albugo oculorum. Wolfh. Presb. l. 2. de vita S. Walburg. c. 1.

ALBVLA, ALBVLVM. *Albulae, maculae oculi quasi albae*, ita Matth. Siluat. Act. SS. t. 2. Martii p. 658. V. *Alba* 1.

ALBVM. (1) ALBVM PRAETORIS apud Clement. de Iudiciis c. 1. † Tabula erat dealbata, seu albis litteris notata, in quae Praetores edicta sua, quo omnibus innotescerent, actionesque et interdicta proponebant. (2) ALBVM SIGNATVM, Gall. *Blanc-signé*, scheda est, in cujus ima parte chirographum solum scriptum, vt in superiori parte possit exarari quidquid voluerit is, cui haec scheda credita est. Ch. a. 1484. apud Baluz. Hist. Aruern. t. 2. p. 233. (3) † ALBVM, nude pro ipso epistolae contextu. Instr. a. 1357. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 185. 212.

ALBVNA. Gloss. Isid. *Mater matuta*, i. e. aurora. Ino Cadmi filia, λευκοθεα dicta a Graecis. Gloss. Lat. Gr. *Albanes*, λευκοθεα.

ALBVRA, λευκωμα, *albumen*, in Supplem. Antiquarii.

ALBVRNVS, subalbus. Gesta Consul. Andegav. c. 12. n. 4. de Cometa. Vox Latinis haud ignota.

ALBVS. (1) Pro *panis albus* in Statut. Ord. de Sempringham p. 730. (2) Moneta argentea minutior, Gall. *Blanc*, Italis *Biancho*, Germ. Weiß pfennig, Albus. Aegid. Aureae-Vallis Mon. in Hugone Episc. Leod. c. 111. Chron. Valciodor. Bern. de Breydenbach iter Hierosol. p. 141. et alii. ALBI CVM SCVTO, dicti sub Caroli VI. rege Franciae semisses alborum, Gall. *Demiblancs à l'Escu*, pretii 5. den. Turon. V. *Denarius* Sub rege Carolo VII. occurrunt MAGNI ALBI CVM SCVTO FRANCIAE, Gall. *Grands Blancs à l'Escu de France*, pretii 10 denar. PARVI ALBI, pretii 5. den. ALBI, pretii 10. den. ALBI CVM CORONA, pretii 10. den. Plures hujus monetae species sub sequentibus regibus Galliae V. apud Cangium v. *Moneta argentea*. (3) Catalogus. † Glossar. vet. Cod. reg. 7613. *Albus, dicitur tabula, in qua milites scribebantur. Inde Albiolus, diminutiua.* V. *Albo*. (4) ALBVS ORDO, congregatio monachorum alborum. Hist Dalphin. t. 2. p. 377.

ALCABALA, V. *Alcauala*.

ALCACARIA, ALCACERIA, V. *Alcheria*.

† ALCADVS, Hispanis, idem qui *Scabinus*, Iudex ciuitatis. Ch. Iacobi reg. Arag. a. 1232. in Chartul. Campan. V. *Alcaydus*.

ALCAHRIA, V. *Alcheria*.

ALCALDARIA, V. *Alcaydaria*.

ALCAIDIA, dignitas Alcaydi. Concil. Tarrac. a. 1591. inter Hispan. Conc. t. 4. p. 527. V. *Alcaydus*.

ALCALA. Testam. Sancii I. reg. Portug. aerae 1217. t. 4. Monarch. Lusit. p. 460. *Reginae* Donnae Sanciae dedi - - - *omnes alcalas meas, acicaras et coechias*. Suppellectilis genus est, sed forte rectius legeretur *Alcarà*, *Alcaria*, seu *Alcheria*, quod vltimum vide.

ALCALDIS, ALCALDVS, ALCALIS, praeses, praetor, praefectus, Hisp. *Alcade*, *Alcaide*, i. q. *Alcaydus*. Rymer. t. 3. p. 770. t. 7. p. 520. Concil. a. 1137. inter Hispanica t. 3. p. 346. Acta SS. t. 3 Maii p. 552. V. *Alcadus* et *Alcaydus*.

ALCALI, vel ALKALI, sal elicitus. Vox Chymicorum ab Arabibus facta, ex planta quam *Kali* vocant, et articulo *al*. Rochus le Baillif in Diction. Spagir.

ALCALIGATVS AMNIS, eidem scriptori est *aqua per terrae calces ducta*.

ALCALIS, V. *Alcaldis*.

ALCAMA, V. *Aliama*.

ALCANTARA, vel ALCANTERA, pons lapideus, Hisp. *Alcantara*. Testam. I. Adefonsi reg. Hisp. apud Marten. t. 1. Ampliss. Collect. p. 546. † ALCANTARAE MILITES, ordo equestris militiae apud Hispanos, de quo Marianus l. 12. c. 3.

ALCA-

ALCARE, prouocare, appellare, in ius vocare; item verſus aliquem ſe recipere. Vox Hiſpan. ab *alçar*, erigere, attollere, hinc *Alçadas*, vox fori Hiſpan. quae certas appellationes deſignat in cauſis Clericorum, ſed maxime pauperum, qui prae inopia ad ſupremas curias non poſſunt appellare. Iac. I. rex Aragon. in Foris Oſcae a. 1247. fol. 5. 9. Obſeruant regni Aragon. l. 2. tit. *ne vir*, §. 22.

ALCAVALA, ALCABALA, tributum, penſitatio; vox Hiſp. ab Arabibus hauſta. Ch. Alphonſi 8. reg. Caſtellae aerae 1213. apud Anton. de Yepez in Chron. ord. S. Bened. t 7. Alia Ximenae Diaz aere 1101. ibid. Alia t. 3. Monarch. Luſitan. p. 282. † Tractatum ſuper iure regio *Alcavala* nuncupato, Madriti 1599. in fol. edidit Ignat. Laſſarte, quem inſcripſit: *De decima venditionis et permutationis, quae Alcavala nuncupatur, liber vnus.*

ALCAYDARIA. (1) Tributum Alcaydis penſitari ſolitum. Ch. Henr. Comitis Portugall. t. 3. monarch. Luſit. p. 282. (2) Ipſum Alcaydi munus. Ch. Alphonſi I. reg. Portug. ibid. t. 2. p. 268.

ALCAYDVS, ita Iudices ciuitatum vocabant Saraceni Hiſpanici. Vital. Epiſc. Oſcenſ. de Magiſtrat Saracen. Ch. Lorbanenſ. apud Sandovall. in Fauita. A Saracenis traducta poſtmodum haec dignitas ab ipſis Hiſpanis Chriſtianis ad ciuitatem ſuarum Iudices. V. *Ilcadus* et *Alcaldis*. ALCAYDVS MERETRICVM, ſeu VXORATORVM, ſeu ALCAYDVS HONORIS, qui de meretricibus et adulteriis cognoſcebat: ita olim dictus Officialis in Aragonia. Mich. del Molino. V. *Adulterium*.

ALCAZAREL, idem eſſe videtur quod *Alcaçar*, vox Hiſpanica, vel Arabica, quae domum fortem, regiam, vel caſtellionem ſignificat Epiſt. Innoc. III. inter Concil. Hiſp. t. 3. p. 424. V. *Alcheria*. † Academ. Hiſp. in Diction. *Alcazaba, vox Arabica, arx inexpugnabilis.*

ALCAZARIA, aedificium, forum, vel *platea parua*, vt placet Mich. del Molino, Vetus Statut. pro regno Nauarrae. *Item fiat Alcazaria, vbi Iudaei vendent mercimonias ſuas.*

ALCAZARIVM, domus, arx, palatium. Chron. S. Ferdin. Regis Caſtil. in Actis SS. t. 7. Maii p. 370. V. *Alcheria*.

† ALCHA, pars aedis in qua ſunt cupae, penarium, Germ. Keller. Ch. a. 1253. in Chartul. Thenol. fol. 48.

ALCHAHEST, vox Chymicorum. Roch. le Baillif in Diction. Spagyr. *Alchaheſt eſt Mercurius praeparatus in hepatis medicinam.*

ALCHAZ. Ch. Rudelindi Epiſc. Dumienſ. aerae 930. apud de Yepez t. 5. p. 424. *Caſulas filineas 10. alias caſulas 13. quinque de Alchaz, ſex Seray cardena* (t. 3. Concil. Hiſp. p. 181. legitur: *Sex Feray cardena.*) Voces barbarae cuius notionem aliquis felicior inueniet.

ALCHERIA. ALQVERIA, ALQVARIA, ALCACERIA, ALCAHRIA. (1) Villa vnius vel paucarum domorum, quam Galli vulgo *Ferme*, *Métairie*, Germ. Meyerey, vel cum plures ſunt domus *Hameau*, Weyler, vocant. Ch. Iac. regis Arragon. a. 1230. ap. Guesnaium in Annal. Maſſil. p 360. Alia Iac. II. reg. Maioric. a. 1310. in Camera Comput. Pariſ. (2) Domus fortis, domus regalis, caſtellio, quaſi *domus caeſarea*, domus regis. Ch. Iac. regis Aragon. a. 1229. Voces Arabicae, deductae ab *Alquehir*, villa, domus.

ALCHIMIA, V. CHIMIA.

ALCHYMISTICI OPERIS CVRIOSITAS, ſ. machinoſi ignes. Schramb. Chron. Mellic. p. 519. *Dum rex Hungariae Matthias Viennae erat, per alchymiſtici operis curioſitatem, Viennae incendium ortum eſt*, etc.

† ALCIARE, leuare, erigere. Ch. a. 1358. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 232. V. *Altiare*.

ALCIBALANVS, *dicitur inſtrumentum lucernarum viſibus aptum.* Vgutio.

ALCIOSVS, *δυσρηγος, rigidus, perpetuo frigens*, in Supplem. Antiquarii. V. *Algenia*.

ALCO-

ALCORANAE, et ALCORANA, turriculae sunt sanorum apud Mahumedanos e quibus a religionis suae ministris statis horis ad orationem excitantur.

ALCORANVM, ALCORANVS, et CORANVS, ALCORAN, legis Mahumeticae liber. Vox Arabica, ab artic. *al* et *cara*, legit, collegit, vnde *Alcoran*, lectio, seu collectio. V. Herbelotum in Lex. Philol.

† ALCORNINVS. Statut. civit. Astae, vbi de *Instratis* portarum. *Acornini laborati in pennis ponantur, et soluant pro qualibet penna lib. 10. Alcornini crudi et non laborati soluant pro miliari lib. 100.* Italis *Alcornoch* ex Hisp. *Alcornoque* est suber.

‡ ALCVS. (1) Alea. Inquisit. a. 1217. apud Spon. t. 2. Hist. Genev. p. 406. Sed forte legendum *aleis*. (2) Panni species. Chron. Bergom. ad a. 1398. apud Murat. t. 16. Script. Ital. p. 895. V. *Acoletus*.

ALDEA. (1) Hispanis *Aldea*, vicus paganus, pagus. Germ. Dorf, Weiler. Occurrit non semel apud Roderic. Archiep. Tolet. l. 7. c. 26. 27. l. 8. c. 14. 15. l. 9. c. 4. et 9. in Foris Aragon. l. 4. tit. de Notariis, et alibi. (2) Genus tributi esse viderur, in epist. Innocentii III. t. 3. Collect. Conc. Hisp. p. 423. *Castellum de Sorita cum portaticis, quintis, aldeis et aliis pertinentiis suis*, vbi tamen pagus posset intelligi. (3) † Femina eiusdem conditionis qua *Aldius*, V. *Aldia*. Epist. Io. XV. a. 985. in Append. ad Marcam Hisp. p. 936.

ALDEOLA, † diminut. ab *Aldea* 1. exiguus pagus. Obseruant. regni Aragon. l. 8. tit. de Appelat. §. 4.

ALDERMANNIA, praepositura, praefectura castri vel villae. Will. Thorn. in Chr. a. 1278. V. vocem seq.

ALDERMANNVS, vox Anglo-Sax. ex *Alder*, senior, princeps, et *man*, homo, vir, composita. *Aldermanni* autem dicuntur magnates, viri praecipui, Comites, Barones, seniores. Leges Edw. Confess. c. 35. Leges Alvredi c. 42. ap. Brompton. et alibi. Traducta postmodum haec vox ad Comites et praefectos Prouinciarum, Ciuitatum et Hundredorum, qui vice regia Ius dicebant. *Aldermannus* aliquando dictus est Archiepiscopus vel Episcopus, vt liquet ex Legg. Alvredi c. 15. *Aldermannus de Gilda*, in Monast. Anglic. t. 2. p. 141. Iudex *Gildae*, seu qui mercatorum lites diiudicabat. Vide Spelmanni Gloss. h. v. *) et Wachter. Gloss. v. *Eltermann*.

ALDIA, femina eiusdem conditionis qua *Aldius*, in Leg. Longob. l. 1. tit. 15. §. 2. l. 2. tit. 12. §. 2. 3. 7. 9. tit. 40. §. 1. et alibi. ALDIANA, eadem notione in Ch. Henr. I. Imp. apud Baron. a. 1014. n. 9.

ALDIARICIA. (1) *Aldiorum* et *Aldionum* habitaculum, quod cum ipsis possessionibus venibat. Ch. Ludov. et Lothar. Imp. in Chron. Farfens. p. 658. Alia in Bullario. Casin. t. 2. p. 4. et passim alibi. (2) † *Aldiorum* conditio. Placit. a. 901. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 719.

ALDIARICIVS, idem qui Aldius, in Ch. Longob. in Bullario Casin. t. 2. p. 4.

ALDIO, idem qui *Aldius*. Lex Longob. l. 3. tit. 20. l. 2. tit. 12. §. 7. et passim alibi. V. *Aldius*.

† ALDIONARICVS, ad *Aldium* spectans. Ch. a. 1107. in Praef. Lamii ad Hodaepor Charit. part. 1. p. XXXI. in Delic. erudit.

ALDIONARII, recensentur inter Officiales regios, in Ch. Caroli M. quae extat in Chron. Farfens. p. 653. *Ducibus, Comitibus, Castaldiis, Vicariis, Centenariis, Aldionariis., vel reliquis fidelibus nostris*. Vbi videntur longe potioris fuisse conditionis, quam *Aldii* et *Aldiones*.

ALDITIO, pro *Aldio*, in Inuestit. de Monaetiano Precariae, ex Chartul. Gasaur. p. 123.

ALDIVS, Papiae dicitur, *qui adhuc seruit patrono*. Glossae vet. laudatae a Lindenbrog. *Aldius, status liber. Aldius est libertus cum impositione operarum factus*. Quae posterior definitio, aut descriptio firmatur ex Lege Longob. l. 1. tit. 25. §. 53. Atque inde eiusdem esse conditionis dicuntur *Aldii* in Italia, qua

qua *Fiſcalini* et *Liti* in Francia. Lex Longob. l. 3. tit. 20. Fuit igitur *Aldius* ex genere ſeruorum, tametſi peculiaris et propria fuit ſervorum ſpecies, ab aliis nimirum ſeruis diuerſa; vnde inter ſeruos Aldii paſſim recenſentur in eadem lege Longob. l. 1. tit. 6. §. 4. tit. 7. §. 17. tit. 8. §. 1. 2. 3. et alibi. Manumittebantur autem Aldii, ſeu ab operis eximebantur, non in eccleſia vt ſerui, ſed per chartam, l. 2. tit. 34. §. 5. Conf. Murat. t. 1. part. 2. p. 71. Duplicis huiusmodi *Aldiorum* claſſis mentio fit in Ch. a. 872. ex Cod. S. Germani Prat. 1064. 2. *Cum manſis, caſtriciis, et mancipiis ſeruis, pro ſeruis aldiis, pro aldiis liberis, pro liberis omnia ēt in omnibus rebus exquiſitis* etc. Vbi notandum eſt, *Aldios* etiam liberos, ab iis diſtingui, qui nude *liberi* dicuntur. Praeterea *Aldios* a vaſſallis diuerſos eſſe diſputat Fontanin. in libello: *Raggionamento delle Maſnade* etc. p. 45. *) De Etymo vocis V. quae habet Wachter. in Gloſſ. v. *Aldius*. Clariſſ. Dreyero in Gauml. vermiſchter Abhandl. Part. 1. p. 392. *Aldiones* iidem ſunt, qui in Saxonia inferiori alte Käthner, vel Alte nude, i. e. ſerui ſenio et labore confecti, quibus domicilium et victus in *Huba* dabatur.

ALDOIRA, vel vt Marten. edidit t. 1. Anecd. p. 150. ALDORRA, vox Occitana, quae veſtem, vas, aut aliud quidlibet eccleſiae vſibus inſeruiens ſignificat. *Aldas* Hiſpanis eſt panni ſciſſura, panni portio. † Carpentario *Aldoira* aulaei ſpecies eſſe videtur.

ALDVS, pro *Aladus* in Ch. Lotharii Reg. Franc. apud Beslium in Comit. Pictav. p. 260.

ALEA. (1) Pro *Aldia*, in Tabular. S. Cyrici Niuern. c. 71. (2) † Via luſtrandis vigiliis comparata, porticus; Gall. *Galerie, Corridor*. Statut. a. 1357. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 194. Gallis olim *Alée* et *Aleïe*. V. *Alasa*.

† ALEAMENTVM, legitima materiae numinariae conflatura, metalli probitas, Gall. *Alloy*. Charvul. de Nobilit. eccleſ. Carnot. ad a. circ. 1250. V. *Aleium*.

† ALEAS, *eruditus*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641. V. *Alers* et *Aletas*.

ALEBASTRARIVS, i. q. *Alabaſtarius*, quod vide. Epiſt. a. 1218. apud Marten. t. 1. Anecd. p. 869.

ALEBRA, in Gloſſis Iſidori, *Bona, quibus alimur. Alibre, Alimentum*. Breuiloq. *Alimen, i. Alimentum. Alibum, i. nutrimentum*. Legendum ex Feſto: *Alebria, bene alentia*. Gloſſae: *Alebrius, ἐυτροφος, θρεπτος*, bene nutritus.

ALEBRIA, ALEBRIVS. V. *Alebra*.

ALECANA, *meretrix gratia quaeſtus*. Vgut.

ALECIARIVS, ALLECIARIVS, ALLEXIARIA, piſciculorum, qui *alecia* nuncupantur, venditor. Areſt. Parlam Pariſ. a. 1361. Ch. a. 1366. t. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 408. 407. 405.

ALECIVM, halex; quae vox tres piſciculorum, qui ſale condiuntur, ſpecies complecti ſolet, nempe Harengos, Heringe, Sardinas, Sardeſſen, et Lycoſtomos, Anſchove; qua in re locorum habenda ratio eſt; ſunt enim littora in quibus Harengi aut Sardinae tantum capiuntur, vt Neuſtria ad cuius oras maritimas raro accedit Sardina, Lycoſtomus numquam. Ch. a. 1171. apud Marten. Ampliſſ. Collect. t. 1. p. 881. t. 2. p. 1303. Lobinell. Gloſſar. Hiſt. Pariſ. t. 3.

ALECTIVM, ALECTVM, ALECVM, eadem notione. Ch. a. 1249. Tabular. Vandreg. t. 2. p. 1491. Statuta monaſt. S. Claudii p. 82.

† ALEFANI, loca, vt videtur, montuoſa et praerupta. Nangius p. 375. *Longarum ſemper dictarum continuato itinere per alefanos et diuerſa locorum diſcrimina eos celeriter inſecutus* etc.

† ALEGARIE, pro *allegare*, in Ch. a. 804. apud Marten. t. 1. Ampl. Collect. p. 56. V. *Allegare* (1).

ALEGIVM. Ch. Capituli Siluanect. a. 1162. in Chartul. Campan. Bibl. reg. fol. 484. *Caetera vero, i. e. mortuum*

mortuum manum licentiam matrimoniorum, et alegia inter nos aequalia dimidentur. Idem forte cum *Allenio*. V. *Leigium* et *Allenium*.

ALEGMA. Vita Mſ. S. Wingaloei: *Etiamſi nullis holerum alegmatibus curas adhibitis plagas.* † Forte opitulatio, a verbo Gr. ἀλεξέω, opitulor, vt habent Gloſſae Gr. Lat. vnde ἀλεξημα, et ἀλεξητηριον. V. *Alexiteria*.

ALEGMINA. *partes extorum, quae proſegmina dicuntur.* Gloſſ. Iſid.

ALEIA, i. q. ſupra, *Alea* (2), Gall. *Allée*. Ch. Philippi Franc. reg. a. 1298. in Tabul. S. Nicaſii Remenſ.

† ALEIAM, a Gall. *Alloy*, legitima materiae nummariae conflatura, metalli probitas. Ch. reg. a. 1482. fol. 183. V. *Alleium*, *Aleamentum*, *Aliada*, et *Allaia*.

† ALEIVOSVS pro *Alenoſus*, proditor, perfidus, V. in hac voce. Teſtam. Sanctii I. reg. a. 1209. t. 1: Probat. Hiſt. geneal. domus reg. Portug. p. 20.

ALEMBICVM. Matth. Syluatico: *Vas diſtillatorium, in quo ſit aqua roſea.* Infra: *Alembich, Arabibus eſt ſuperius cooperitorium vaſis, et aquam roſatam et alia huiusmodi ad diſtillandum.* Vox Arabica, vt quidam cenſent; nam alii a Gr. ἀμβυξ, vaſis ſpecies, de qua prae caeteris Caſaubon. in Athen. et Scalig. in Catalect.

† ALEMELLA, ALIMELLA, ALVMELLA, lamina, ferreum inſtrumentum ab acie, Gall. *Alumelle*, olim *Alemelle*, (Germ. Klinge, Germ. infer. Lämmel, a Lat. lamella.) Litt. remiſſ. a. 1354. in Reg. 82. ch. 351. Aliae a. 1357. in Reg. 89. ch. 76. et alibi.

ALEMONIVM, pro *Alimonium*, quod habet Varro. Supplem. Antiquarii: *Alemonium*, τροφη, *alimentum*. V. *Aleruda*.

ALENA, vlna, Gall. *Aulne*, Germ. Elle, telarum pannorumque mentura. Hiſt. Dalphin. t. 2. p. 283.

† ALENACIA, *Gallice Alennes*, Gloſſar. Lat. Gall. a. 1345. ex Cod. reg. 4120. ſubula, Germ. Ahle.

ALENARARII, accipitrum ſpecies, quos vulgo *Lanarios*, Gall. *Laniers* appellant. V *Lanarius*.

† ALENHARE, ad vſum ſuum ligna caedere, accipere. Ch. a. 1308. in Reg. 40. ch. 137.

ALENTIA, alimentum. Vita S. Sulpicii in Actis SS. Bened. ſec. 2. p. 175

ALEOFOL. Epiſt. Bajuli reg. Maioricae a. 1328. *Tertia menſis praeteriti fecit carricari LXII. giaras alquitrani et tria pondera de moſtayla, et duas ſarrias de orchica, et l. duodenas de laca et duas botas de Aleofol.* Vox barbara incertae notionis

† ALEONA, ſubula, Germ. Ahle, in Inuent. Chartar. reg. a. 1482. V. *Alenacia*, *Aleyna*.

ALEORS, vox Gallica, quae occurrit in Ch. a. 1213 apud Marten. t. II. Anecdot. p. 905 † Idem videtur eſſe ac ſupra *Alata* et *Alaserium*. V. in his vocibus.

ALEPIMAN, mancipium, vt videtur, ruſticum, in Conſuetudinario laudato a Spelmanno.

ALERS, vel ALLERS, *doctus, quaſi alienus ab arte, per contrarium*. Vgut. et lo. de Ianua.

† ALES, ETIS. (1) Seruitii genus, quo ſubditi ire tenebantur, quo eos domini mittebant, Gall vet. *Alée*, vel *Alers*, itio, iter. Ch. a. 1313. in Lib. rub. Cam. Comput. Pariſ. (2) *Auis ambroſia*, in vet. Gloſſ. ex Bibl. reg. Cod. 7641. eadem, vt videtur, quae Germ. Paradiesvogel dicitur.

ALESES, in Concil. Narbon. a. 1054. can. 22. forte pro *meſſes*. *Aleſes vero nemo incendat*.

ALESTRARE. Ita Pith. in Gloſſ. Iſid. vbi legitur *Aliſtrare*, *humectare*; pro quibus Thom. Reineſ. Var. Lect. 3. ſcribendum cenſet *baliſtrare*, a βαλλιζειν, et βαλλαζειν, miniſterio balneari, quod eſt aquam exantlare et immittere, vnde βαλλας, aquarius, et Iſidorus ipſe: *Ballaſtram*, *balneum*.

AMETAS, *eruditus*. Ita Gloſſ. Bituric. Mſ.

ALETOL. Ch. Radulphi Abbat. Fiscan. *Relaxauimus probis et fidelibus noſtris de Ria - - coſtumam illam, quae vocatur Aletol.* † Forte ſervitii genus, quo dominis licitum erat, ſubditos mittere, quo volebant. V. *Ales* (1).

ALETVDO, *alimonium, alimentum, nutrimentum*, τροφη, in Gloſſ. Gr. Lat. Item corporis pinguedo apud Martinium et in Amalth.

ALETVS, ALLETVS, halec, Germ. Häring. Ch. Henr. V. reg. Angl. t. 4. Hiſt. Harcur. p. 1343. V. *Alecium.*

† ALEVAMVM, arborum ſeminarium, Germ. Baumſchule, ab Ital. *Alleuare*, alere, nutrire, educare. Stat. Auellae a. 1496. c. 47.

† ALEVATVS, arbor nondum fructifera, in Stat. Taurin. a. 1360. c. 127. ab Ital. *Alleuare*, alere. V. *Aleuamum.*

† ALEVBA, Gall. *Alluchon.* denticulata rotula, Germ. Zahnrad, Stirnrad, ſeu eiusmodi dens. Reparat. factae in ſenescal. Carcaſſ. a. 1435.

† ALEVIVM, pro *alesium*, halex. Ch. Phil. II. reg. Rom. ap. Fullon. t. 2. Hiſt. Leod. p. 389. V. *Aletus.*

ALEVM, pro *Allium*, Ital *Aglio*. Chron. Franciſci. Pipini ap. Murat. t. 9. p. 615. vbi de *reſte Alei* agitur. Italis vero *Reſta* eſt alliorum vel ceparum ſertum. † Statut. Vercell. l. 7. p. 151.

ALEVOSVS, ex Hiſp. *Alevoſo*, proditor, traditor, *Alevoſia*, proditio. Roderic. Tolet. l. 7 Hiſt. c. 16. et paſſim alibi in Chartis Hiſpanicis.

ALEX, pro *halex*. Ch. Mſ. a. 1366.

† ALEXICACVS, ſalutaris, vel malorum depulſor, Gr ἀλεξικακος. in malis adiutor. Acta SS. t. 2. Sept. p. 771. V. *Alegma.*

ALEXI - CAVALERIVS, numeratur inter *officiarios* eccleſiae Anicienſis in Ch. eiusd. eccleſ. ſec. 14. ſed in quo ſitum fuit illius officium latet.

ALEXITERIA, remedia, quae lenamentum quidem afferunt, ſed non ſanant, a Gr. ἀλεξητηριον. Acta SS. t. 1. Ianuar. p. 246. V. *Alegma.*

ALEYA. (1) Ambulacrum, Gall. *Allée*, ap. Madox Formul. Angl. p. 200. (2) † Via luſtrandis vigiliis comparata, vel via terreo aggere tecta. Ch Caroli VI. a 1384. in Reg. 125. ch. 106. V. *Alata* et *Alea* 2.

† ALEYNA, ſubula, Gall. *Aléne*, Germ. Ahle. Ch. a 1405. in Reg. 160, ch. 14. V. *Alenacia* et *Aleona.*

† ALFA. CORDA ALFAE, funis ſpecies, Gall. *Corde d'aufe*, ex iunco, Hiſp. *Alfa* nuncupato, contorta. Ch. a. 1391.

† ALFAJARA, vox Hiſpanica, originis vt videtur Arabicae. Ch. a. 832. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonſtr. p. 104. *Tuli inde - - coronam argenteam et duas alfajaras, et vnum calicem de argento. Alfaja*, Hiſp. ſupellex vel vtenſilia.

ALFALSES, Medica, ab Hiſp. *Alfalfa.* Gall. *Sainfoin.* Concil. Tarracon. a. 1591.

ALFANEGVE, ALFANEX, vox Hiſpanica, tentorium, tabernaculum. Ch. Hiſp. aerae 1016, apud Ant. de Yepez t. 5. Alia a. 1149. apud Catellum.

ALFAQVAQVVS, apud Gregor. Lopes ad Leges Alfonſinas part. 2. tit. 31. leg. 1. *Alfaquaquus ſeu redemtor captiuorum.*

ALFARDA, vox Hiſpan. ſeu potius Arabica, quae tributum principi chriſtiano a Mauris et Iudaeis debitum ſonat. ALFARDERIVS, collector *Alfardarum.* Fori Aragon. l. 4. tit. de *Alfardis.* V. Mich. del Molino in Repert.

ALFECHNA, vox Arabica, in Ch. a. 1073. ap. Blancam in Comment. rer. Aragop. *Et ſi noluerit ſe leuare Sanctius Ranimiriz de terra de Almuzdyr: ſtatim cavalguet Sanctius Rex ſuper Sanctio Ranimiriz ad faciendum damnum in ſua terra, et inter ambos donent ei alfechna, ſi.ut in ligamentos primos ſcriptum eſt.* Apud Martinez. in Hiſt. Pinnat. l. 3. c. 24. *Alferna* legitur.

ALFENAS, *vagas*, in Gloſſis Biturin. Mſ.

ALFERENA, vexillum Alferii. Ch. apud Yepez t. 6. p. 17. V. *Alferus.*

† ALFE-

† ALFEREZIA, *Alferi* seu vexilliferi dignitas, officium. Rymer. t. 1. p. 531. V. *Alferus*.

ALFERVS. Hiſpanis vexillifer, vexillarius. *Alferazes ſeu ſigniferi*, in Ch. Gregorii X. a. 1275. ap. Petr. Mariam in Regeſto part. 2. Hiſt. Eccleſ. Placent. Vox ficta ex Lat. Aquilifer, vti cenſent Ambr. Morales in Hiſt. Hiſp. t. 2. p. 7. Oyhenartus in Notit. Vaſcon. l. 2. c. 4. et alii quos laudat Menagius in Orig. Ital. p. 32. et 952. Sed potior videtur aliorum ſententia, qui ab Arabico deducunt, *Alpheres*, eques.

ALFETAR. Conſtant. African. de anima et ſpiritu. *Procedit quoque ex parte cerebri, et deſcendit per os colli in omne alfetar, qui ſunt nodi ſpinae* etc. Vox Arabica.

ALFETNA, V. *Alfeckna*.

ALFETVM, caldarium, calefactorium, hypocauſtum, cuius vſus erat in probationibus aquae calidae. Vox Saxon. *Alfat* compoſita ex *aelan*, alias *onaelan*, accendere, et *Fat*, vas, quaſi calefactionis vas. Leges Adelſtani apud Brompton. c. 19.

*) ALFICVS, alter als im ſchachzabel. Vocabul. vet. Lat. Germ. a. 1482. impreſſ.

ALFITA, ALPHITA. (1) *Polenta, farina*. Ita in Gloſſ. Eccleſ. Bitur. Mſ. Ab ἀλφιτον, farina. (2) Species tributi apud Mauros Hiſpanos. V. Brandaonem in Monarch. Luſit. l. 11. c. 42.

ALFOCES, vt mox *Alfoxis*, videtur eſſe diſtrictus, qualis eſt Balliui, vel Caſtellani. Concil. Legion. a. 1012. can. 18. *Mandauimus iterum vt et in Legione, ſeu in omnibus caeteris ciuitatibus et per omnes Alfoces, habeantur judices electi* etc.

ALFONSARIVS, V. *Alphonſinus*.

† ALFOR, territorium, diſtrictus, i. q. *Alfoces* et *Alfoxis* Ch. Ildefonſi VII. reg. Hiſp. a. 1145. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonſtr. p. 353.

† ALFORATVS, omnibus armis inſtructus. Conſtit. Petri reg. Sicil. c. 5. Hiſpan. *Alforja*, prouidere alicui de viatico.

ALFOZIS, diſtrictus, territorium. Ch. a. 972. apud de Yepez t. 7. p. 31. Append. V. *Alfoces* et *Alfor*.

ALFVNDICVS, taberna mercatoria, Germ. Bude. Ch. aerae 1101. apud de Yepez t. 7. † Ab Hiſpan. *Alfondega*, vel *Alfondiga*, publicum granarium.

ALFVS, *morbus ſacer*. Gloſſ. Bitur. Mſ. Eſt enim ἄλφος, vitiligînis ſeu leprae ſpecies.

ALGALIA, ARGALIA, inſtrumentum quo liquores in veſicam mittuntur. Matth. Siluat.

ALGAMMATA, ſummitates. Ita Gloſſa ad hunc verſum Magiſtri Cornuti ſeu Io. Garlandi:

Tardus ad Vranici ſcandes algammata coeli.

V. *Algamma*.

ALGARA, vox Hiſpanica, vel potius Arabica, equeſtrem turmam, quae fines hoſtiles populatur, denotans. Ch. Dionyſ. reg. Portug. aerae 1267. ap. Brandaonem t 5. Monarch. Luſit. p. 308. V. *Algarii*.

ALGARAVIA, lingua Saracenica apud Arabes. Epiſt. Arnaldi Archiep. Tarrac. inter Concil. Hiſp. t. 3. p. 608.

ALGARDVM, V. *Halgardum*.

ALGARISMVS, vt infra *Algoriſmus*, Arithmetica. Bernh. de Breydenbach Itin. Hieroſ. p. 190.

ALGARV et ALGARVM. Sic vocabant Mauri ſua foedera et bellicas expeditiones aduerſus Chriſtianos; qua in re Chriſtianorum expeditiones ſacras, quas Galli *Croiſades* vocant, imitabantur. Acta SS. t. 1. Iunii p. 578.

ALGARVM MARIS, electae merces in littus ab aeſtu. Corrupte legitur in legibus Henr. I. reg. Angl. c. 10. pro *Laganum*, vti docet Cangius in h. v.

† ALGATZARIVS, ALGATZERIVS, officialis praefecti, vel illius judiciorum executor, idem qui *Alguazilus*. Vide in h. v. Conſtit. Mſc. Petri III. reg. Aragon. a. 1359.

† ALGAVMA, *altitudo*. in Vocabul. compendioſo. V. *Algammata*.

ALGEBRA. (1) Inuentio numerorum, de cujus vocis etymo ſic Io. Schriue-

lius in breui regularum Algebrae deſcriptione: *Harum regularum inuentionem adſcribunt Diophanto Graeco ſcriptori, qui vt auctor Regiomontanus, libris 13. eas deſcripſit, atque vt Latini Res et Cenſus, ſic Arabes regulas illas vocabulo ſuo appellare ſolent Algebras.* (2) † *Diſlocatio membrorum; interdum pro ipſorum reſtauratione accipitur.* Gloſſ. medic. Simonis Ianuenſ. ex Cod. reg. 6959.

ALGEMA, apud Mauros Hiſpanos, oratorium, locus in quem conueniunt orationis cauſa. Acta SS. t. 1. Iun. p. 578. V. *Aliama*,

ALGENIA, *dolor algidus, ab algeo dicitur, quia facit algere.* Ioann. de Ianua. *Algioſus, ἀνοχλητος*, in Gloſſ. Lat. Gr.

ALGIA, modus vineae vel agri. Vet. Ch. in Tabulario eccleſ Viennenſ. fol. 31. *Algiam vnam vineae.* † Ch. in Hiſt. Lugd. p. 5. *Donamus Deo et S. Martino hanc algiam.* Quis modus hic fuerit, nondum liquet. Carpentarius ſuſpicatur idem eſſe ac *Pertica.* Vide mox

† ALGICA, eadem notione. Ch. a. 41. regni Rodulfi regis ex Chartul. eccleſ. Vienn. *Dono - - ex ipſa vinea algicas IX.*

ALGIOSVS, V. *Algenia.*

† ALGO, vox Hiſpanica, bona, facultates. Leg. Alph. III. a. 1251. t. 1. Probat. Hiſt. geneal. domus reg. Portug. p. 53.

† ALGORARE, algere, ab Ital. *Algore.* Chron. Foroliv. ap. Murator. t. 19. Script. Ital. p. 904. V. *Algoroſitas.*

ALGORISMVS, Arithmetica, ars numerandi, Hiſpanis *Alguariſmo.* Vox Arabica. Matth. Paris a. 1252. Vita b. Hermanni Ioſephi n. 41. *Cifra Algoriſmi.* Vide Clauium l. 1. Algebrae c. 1. Legebat Martinius apud Clauium *Algorithmus*; quod recte ab *Al* artic. Arab. et ἀριθμος deduci poteſt. Hinc

ALGORISTA, ſuppurandi et calculandi peritus. V. *Abaciſta.*

ALGORITHMVS, V. *Algoriſmus.*

† ALGOROSITAS, algor. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Algoroſitas, froidiere. Algoroſe, friſſonſement.*

ALGOTATAE, et ALLIGOTATAE VESTES, forte eaedem quae corrugatae ſeu in rugas ordinatim coactae, Germ. Faltenkleider; († vel potius ſegmentis varii coloris diſtinctae. *Haligote* Gallis ſegmentum erat; vnde *Halogoté* dicebatur, qui veſtem ſegmentis conſutam induebat.) Cenſura Henr. Epiſc. Albani apud Ludewig. t. 2. p. 441. Statuta ant. apud Marten. t. 4. Anecd. p. 1191.

ALGOZIRIVS, vulgo Hiſpanis, *Algozyr.* Occurrit in Curia gener. Catalan. a. 1859. Idem qui

ALGVACELLVS, vel

ALGVAZILVS, vel ALGVAZIRVS, Iuſtitiarii dignitas apud Arabes. Roder. Tolet. in Hiſt. Arab. c. 39. 36. 46. Concil. Hiſp. t. 3. p. 657. Vocem retinent etiamnum Hiſpani, quibus *Alguazil*, eſt officialis praefecti, vel illius judiciorum executor. V. *Algazarius.*

ALGVEXIS, ALBEXIS. Ch. Ferdin. l. reg. Hiſp. aerae 1101. apud Yepez t. 6. *Mantos duos auriſuſos, alia alguexi auri texta, cum aliis Graeciſco, inde miſſo Cardeno, caſula auro fuſa, cum dalmaticis duabus auro fuſis, et alia albexi auro texta.*

ALGVS, *us*, pro *algor*, ριγος. Vetus carmen edit. a Barthio l. 34. Aduerſ. c. 1. Et alii, quos refert Nonius Marcell. c. 2. V. Acta SS. Bened. Sec. 3. part. 1. p. 127.

† ALGVSSVS, *lo mare*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† ALGVTZARIATVS, officium *Algazarii.* Ch. Petri III. reg. Aragon. a. 1339. V. *Algazarius.*

† ALHANDAL, vox Arabica, qua ſignificatur compoſitio pharmaciae, quae *Trochiſci Alhandal* appellatur; ab *Handal*, Arabibus, Colocynthis, et art. *Al.*

ALHEVM. Ch. Roberti Friſii Com. Flandr. apud Miraeum Diplom. Belg. t. 1. p. 70. *Impendat - - apud villam Hoftungeheim 7000 alheum.* Forte legendum *alecum* pro *laiecum*, Germ. Häring.

ALHIADA, V. *Alidada.*

ALHOS-

ALHOBZES, in Ch. Alfonſi I. reg. Aragon. apud Blancam in Comment. rerum Aragon. p. 789. vox Arabica, qua arces et caſtella denotantur, vt idem Blanca exiſtimat.

ALIA, *tranata*. Gloſſ. Iſid. et Pith. excerpta. Graeuius ſuſpicatur, legendum *alienigena*, *extra nata*.

† ALIADA, idem quod in re monetaria *Lex* dicitur, Gallis *Alloy*, metalli probitas. Ch. a. 1215. ex magno Talam. Montispeſſul. V. *Aleium*.

*) ALIAERTVS, Krey, Brack. Vocabular. rer. fol. 49. Auis, alias Germ. Wannenweihe.

ALIALA, Hiſpanis eſt praeſtatio, quae pro inueſtitura et laudemiis fundi alicujus recens comparati datur; ſcilicet duo morobatini et ſeptem denarii.

† ALIALARE, ALIELARE, ad legem reuocare et emendare; dicitur de menſuris quae archetypo ſuo adaequantur, Germ. aichen. Ch. a. 1394. t. 8. Ordinat. reg. Franc. p. 16. Ch. a. 1460. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 311. 312. V. *Aliator* et *Allegalare*.

ALIAMA, vel ALCAMA, Hiſpanis eſt Synagoga Iudaeorum, Concilium, coitio etc. Hinc et *conciliariter ſeu aliamaliter obligari*, dixit Mich. del Molino in Repert. Foror. Aragon. v. *Cenſuatia*. V. *Aladma* et *Algentma*.

† ALIANCIA, foedus, ſocietas, Gallis *Aliance*. Ch. a. 1258. in Reg. 30. ch. 547.

ALIARIVS, V. *Alterius*.

† ALIATOR, ALLIATOR, forte pro *alialator*, qui menſuras et pondera ad archetypum adaequat, Germ. Aicher. Libert. ciuit. Mimat. a. 1469. in Reg. 196. ch. 176. Libert. villae de Marologio a. 1366. t. 4. Ordinat. reg. Franc. p. 677. *Aliatores et inſpectores menſurarum*. V. *Alialare*.

† ALIATVS, a Gall. *Allié*, Hiſp. *Aliado*, conſoederatus, quaſi foedere *ligatus*. Litt. Ioann. reg. Caſtel. et Legion. a. 42. in Chartul. Henr. V. et VI. reg. Angl ex Cod. reg. 5387.

† ALIBORVM. Proceſſ. Egid. de Rays a. 1440. ex Bibl. reg. *Dictque audiuit - - in communi et vulgari idiomate, talia verba:* Il fera venir maiſtre Aliborum, *intelligendo diabolum per illud vocabulum*, *Aliborum*. Vid. Menag. Diction. Etym. h. v.

† ALIBRAMENTVM, ALIVRAMENTVM, compenſatio, juſta et penſata aeſtimatio et partitio. Lit. pro ciuit. Vaurenſ. a. 1357. t. 3. Ordinat. reg. Franc. p. 190. Ch. a. 1410. in Reg. 165. ch. 361. V. *Livramentum*.

† ALIBRARE, ALIVRARE, ALLIBRARE, compenſare, ex aequo inter homines *talliam* aut *collectam* partiri. ALIBRATOR, qui ita partitur. Sentent. arbitr. a. 1497. Statut. pro caſtro Caſtil. a. 1371. in Cod. reg. 5376. Ch. a. 1416. in Reg. 169. ch. 452.

ALIBRATVS, V. *Allibratus*.

ALIBRE, *alimentum*, Gloſſ. Iſid. V. *Alebra*.

ALIBRVM, V. *Alabrum*.

ALIBVM, V. *Alebra*.

ALICA, V. *Alicka*.

ALICES FACERE, *i. e. extenſiones omnium membrorum, more eorum, qui a ſomno expergefiunt*. Martin. e Lex. Arab. Raphel. ad voc. ἀγογεω.

† ALICHA, pro *Alica*, frumenti genus, Germ. Spelt, Dinkel. Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 2. Paſſion. c. 75. Alia notione vide in *Alicula*.

† ALICTAS, *lo ſmircileo ocello*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

ALICVLA, ALLICVLA. Papias: *Allicula*, *ſignum veſtis*, *genus veſtis*. Fragm. Petr. *Barbarus ingens faſciis cruralibus alligatus, et alicula ſubornatus polymita* etc. Vtitur hac voce et Martial. Epigr. l. 14.

Mittebat Vmber aliculam mihi pauper,
Nunc mittit aliam, factus eſt enim dives.

† Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Aliculae*, *inſignis veſtis*. V. *Adlicula*.

ALICVS, pro *aliquis*, t. 8. Spicil. Acher. p. 65.

ALIDA. Ch. a. 1276. apud Perard. in Burgund. p. 534. *Decimam bladi, vini, leguminum, caeparum, alidarum, cannabium* etc. Forte pro *allium*, Gall. *Ail*.

ALIDADA, et ALHIDADA, dioptra, regula quaedam mobilis pinnulis inſtructa,

ſtructa, quae ad aſtrolabilii, graphometri, aliorumque geometriae inſtrumentorum centrum aptatur. Ab Arabibus hanc vocem mutuati ſunt Stoeflerus, Clauius, Henrion alii.

ALIELARE, V. *Alialare.*

ALIENARE, V. *Alienas.*

ALIENATVS MORBVS, in bobus, ita dictus, inquit Vegetius l. 3. art. veterin. c. 23. *quod animalibus eripit ſenſus.*

ALIENIGENAE, extranei, qui aliunde veniunt locum aliquem incolere, *Albani.* Gloſſ. Lat. Gr. *alienigena, ἀλλοεθνης*; alterius fundi incola, in leg. 2. Cod. Theod. de Deſertor. Iſid. l. 10. *Alienigena, qui alienae regionis eſt, et non ejus, vbi eſt.* Perardi Burgund. p. 299. Monaſt. Angl. t. . p. 816. V. *Albanus.*

ALIENIGENARE, diſtrahere, vendere, alienare Vet. Inſcr. Romae: *Qui hoc monimentum vendere aut alienigenare voluerit* etc. Ch. Alaman. 1. inter Goldaſtin.

ALIENILOQVIVM. Eucherius de Graecis nominibus: *Allegoria, alieniloquium, vel potius inuentio.*

ALIENVS. (1) Exemtus; *Alienare*, eximere. Lex 4. Cod. Theod. de Collat. donat. Lex 84. de Decurion. Willelm. Tyrius, l. 12. c. 10. (2) † Extraneus, vel etiam abſens, alio profectus. Stat. Arelat. Mſ.

ALIERIVS, ALIARIVS, arboris ſpecies, alnus, Belgis Gallicis, *Alier*, Germ. Erle, Eller Ch. Henr. Com. Trecenſ. a. 1165 in Tabul. Camp.

ALIETAS, diuerſitas, differentia, illa praeſertim, quae eſt inter alia et alia indiuidua. Vita S. Columbae Reat. t. 5 Maii p. 306.

*) ALIETVM, forte pro *alnetum* in Gloſſar. Monſeenſi p. 412.

ALIETVS, accipiter. Papias Mſ. Bitur. *Alietus, auis ſimilis aquilae, ſed major. Alietus a Gr. ἀλιαετος. Auis qui Simrilius dicitur, vel Spanerius.* Gall. *Emerillon* vel *Epervier*, Germ. Sperber. Cathol. *Alietus, Merillus filius aquilae.* Marten. t. 1. Anecd. p. 570. vbi in ipſo Tabulario legitur *Halietos* pro *alietos.*

ALIFANI, *Calices pocularum*, Papias. Gloſſ. Bituric. habet *Allifarii.* V. *Aliphanus.*

† ALIGALIS, pro aliqualis, in Statut. crimin. Saonae c. 35. p. 75.

ALIGENA, pro alienigena, extraneus. Ludewig. Reliq. t. 6. Hiſt. Nem. p. 69.

ALIGERARE, volare, apud Aluarum, in Vita S. Eulogii Presb. et Mart. n. 21.

ALIGERIS, V. *Alligeris.*

ALIGINNASIVM. Ch. Edmundi reg. Angl. t. 2. Monaſt. Angl. p. 842. *Caueant haec frangentes clauſtra infernalia, gaudeantque Ieſu Aliginnaſio haec augentes eulogia.* Diſtinguenda forte verba *ali ginnaſio.*

ALIGNAMENTVM, lignatio, Germ. Feuerung. Ch. a. 1124. inter Inſtr. t. 1. nouae Gall. Chriſt. p. 14.

† ALIGNEAMENTVM, *Alieneamentum*, a Gall. *Aligneement*, frontis aedium deſcriptio. Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1401. inter Conſuetud. Genoveſ. Mſ. Memor. H. Cam. Comput. Pariſ. ad a. 1423.

† ALIGVERIVM, aliſiaria, vt videtur, Gall. *Aliſier*, Germ. Arlesbeerbaum. Ch. a. 1332. in Reg. 66. ch. 1093. V. *Alizaria.*

ALIMA, V. *Alimia.*

† ALIMANDA, a vet. Gall. *Alemande*, amygdala, Gallis nunc *Amande*, Germ. Mandel. Chartul. S. Dionyſ. Exoldun.

† ALIMELLA, lamina, Gall. *Alumelle*, Germ. infer. Lämmel. Comput. Mſ. a. 1339. V. *Alemella.*

ALIMEN, V. *Alebra.*

ALIMENTARE, alere, († quae vox, non ad ea tantum, quae victui, ſed aliis omnibus, quae vſui neceſſaria ſunt, applicatur.) Rolandin. Patauin. de factis in Marchia Taruiſ. l. 7. c. 12. Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 610. et alibi

ALIMENTATIO, alimentum, ipſorumque alimentorum vſus. Acta SS. t. 1. Martii p. 285. Rymer. t. 7. p. 242.

ALIMIA, *incorruptum quid vt vnguentum.* Ita Papias Mſ. Editus habet *Alinia.* Verum legebat Capella *Alimma*, vnde *Alimmata*, vnctiones. Illi

fauet,

fauet Gloſſar. Bituric. Mſ. quod habet *Alima, id eſt incorruptum* etc.

ALIMMA, V. *Alimia.*

ALIMONES, alumni, forte iidem qui apud Romanos *alimentarii pueri.* Papias Mſ. Bitur. *Alimonia; inde alimones ab alimento, quo nutriuntur dicti.* † At in vet. Gloſſ. Cod. reg. 521. *Alimones* ſunt *nutritores.*

ALIMONIA, alimentum. Gregor. Turon. in vita S. Aridii p. 215.

ALIMONIVM, *alendi cura.* Ita in Gloſſ. Mſ. Sangerm. et apud Iſid. l. 20. Orig. c. 2. AD ALIMONIA, commeatui praefectus, ſeu annonae viaticae praefectus. Gloſſae Lat. Gr. Mſ. *Ad alimonia, προς τα ἐφοδια.*

ALIMOTVM, curia dominica, in qua judicantur lites vaſſallorum. V. *Halimotum.*

ALIMVTIA, pro *Almutia.* Stat. Eccleſ. Auen. a. 1341. apud Marten. t. 4. Anecd. p. 566.

ALINEAMENTVM, V. *Aligneamentum.*

† ALINVS, *agger circa aquam.* Vocabul. comp. V. *Alinus.*

ALICRVMAE, V. *Alyrunnae.*

† ALIOVFAR, ALIVFAR, Hiſp. *Aljofar*, minutiores margaritae. Ch. a. 1269. t. 1. Probat. Hiſt. gen. domus reg. Portug. p. 23. Alia a. 1256. ibid. p. 33.

ALIPASMA, Hadr. Iunio in Nomencl. p. 403. eſt *Pulmiſculus qui oleo commiſtus inungitur ad cohibendos ſudores.* Martin. in Lex. Philol. legendum cenſet *Lipaſma*; λιπασμα enim *res eſt quae pingue facit*, a λιπαινω

ALIPHANVS, *ſcuphus paruus habens paruum foramen, ad modum vitri gutturati, et dicitur quaſi alens infantes.* Breuil.

ALIPHASIS. Ch. Rudeſindi Epiſc. Dumienſ aerae 930. apud Yepez in Chron. Ord. S. Bened. t. 5. *Plumatios digniores paleos 10. alios ſubminores 8. Aliphaſes vulturinos 5. Almocallas morgomes 6. fatoles paleos 2.* Vbi *paleus*, eſt ex pallio, ſericus: *almocala* pro *almucella.* *) Sed quid *Aliphaſes*?

ALIPILARIVS, ἀποτιλτης, *qui vnguentis corpus depilat.* Supplem. Antiq. Idem eſt qui Senecae *Alipilus*, ſeruus ſcilicet in gymnaſiis ad vellendos ab aliquibus corporis partibus pilos, ac praeſertim alis adhibitus.

ALIPIMO, πταρω, *volo, alis vtor.* Supplem. Antiquarii.

ALIPSON, *eſt quando pro homine ingrato grata ponitur perſona.* Ita Gloſſar. Bitur. Mſ.

ALIPTES, *ſculptor vel plagarius, i. e. plagas curans.* Ita Papias Mſ. Eccl. Bituric. Altera ſignificatione a Latinis ſcriptoribus vſurpatum eſt, quibus *Alipta* vel *Aliptes* vnctor erat athletarum in gymnaſio, ab ἀλειφω, vngo.

ALIPTICE, pars medicinae, quam vnctores, ſeu aliptae exercebant. V. Hofmann.

† ALIPTICVM OPVS, ſculptum vel pictum. Andr. Floriac. in Vita Mſ. S. Gauzlini l. 2. V. *Aliptina.*

ALIPTINA, *ſculpta, depicta.* Sic in Mſ. Bitur.

ALIQVALIS, quicumque; item, vllus. Formul. Angl. p. 62. Item quidam. Compend. Iur. et conſuet. Vniv. Pariſ. fol. 7.

ALIQVALITER, ex parte, quodammodo, in Hiſt. Cortuſior. l. 11 et Collect. conc. Hiſp. t. 3. p. 564.

ALIQVANTALITER, eadem notione. Vdalric. l. 1. Conſuet. Cluniac c. 13.

ALIQVANTER, eadem notione. Acta SS. t. 2. April. p. 469.

ALIQVANTI, pro *aliquot*, nonnulli, apud Ludew. Reliq. t. 6. p. 58. et alibi.

ALIRVNNAE, V. *Alyrunnae.*

ALISCARA, eadem ſignificatione ac *Harmiſcara*, in Vſatic. Barcinon. c. 2. 3. V. *Harmiſcara.*

ALISIADO. Foſi Alcaçon. aerae 1267. *Qui crebrantauerit brachium, aut oculum aut dentem, pro vtroque membro pectet 100. ſol. aliſiado.* Forte pro *Aliſado*, quod apud Hiſp ſignificat *politum, laeuigatum.* Ni mauis mendum eſſe, et *Aliſiado* legi pro *Alcaydo*, i. e. Iudici ciuitatis.

ALISORIVM, *cultellus ſutoris.* Breuiloq. *) Subula, procul dubio, a Germ. Ahl: Iſen, i. e. Ahleiſen, vel

Able. Gallis *Aleſne*, ex eodem fonte itidem eſt ſubula

† ALISTERIVM, *Peteil*, in Gloſſ. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Piſtillum.

ALISTRARE, *humectare*, in Gloſſ. Iſid. V. *Aleſtrare*.

† ALITARIA, *fole fame*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. pro *Alicaria*; vt et in alio vet. Gloſſ. Cod. reg. 521. *Alitaria*, *meretrix*, *quae ſequitur curias diuitum*. V. mox

ALITARIS, *meretrix*, *quae a ſcurris nutritur*. Breuiloq.

ALITER, male, perperam. *Aliter agere*, male, peruerſe, indecore. Phraſis familiaris Goffrido Vindocin. l. 1. ep. 7. l. 2. ep. 7 8. l. 3. ep. 27. 41. l. 4 ep. 12. 47. etc

ALITHINVS, Gr. ἀλιθεινος, purpureus. Anaſtaſ. Bibl. in S. Zachar. et paſſim alibi apud eundem ſcriptorem. Alypius Antioch. in deſcript. Orb. c. 17. §. 12. *Purpuram altinam*, leg. *alitinam* Ita c. 30. *Purpuram bonam alitem*, pro *alitinam*.

ALITOR. (1) Deceſſor, vel longe ſuperior. Acta SS. Ord. Bened. ſaec. 4. part 1. p. 588. (2) † *Alitor*, *i. q. medicus*, Gloſſ. Cod. reg. 521. V. *Aliptes*.

ALITROPHAGI, apud Amm. Marcell. l. 23. c. 6. corrupte pro *Antropophagi*. Vid. Salmaſ. ad Solin. p. 989.

ALITTA, *Venus ab Arabibus dicta*, in Amalthea, ex Gloſſ

† ALITVDO, *la graſeza*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. Pinguedo, obeſitas, abundantia, copia rerum.

ALITVS, pro *halitus*, V. *Alare* 1.

† ALITVTVS, *vermis volatilis*. Vocabul. compend.

ALIVBI, pro *alio*. Acta SS. t. 2. Maii p. 692.

† ALJVFAR, V. *Alioufar*.

ALIVIA, V. *Alimia*.

ALIVM, pro *Allium*, apud Murat. t. 8. p 1133.

ALIVRAMENTVM, ALIVRARE, V. *Alibramentum*, *Alibrare*.

ALIVVS vel ALINVS, dicitur agger juxta aquam, Breuiloq Ab Armoricano *Liva*, exundare, cui praeponitur *a* priuat. Et certe agger aquam in alueo continet, cohibetque exundationes.

ALIXONA. Ch. Aldrici Epiſc. Cenom. in ejus Vita n. 31. *Statuimus*, *vt accipiant - - Canonici - - de frumento optimo modios 4. et inſuper de poſtone*, *quae vulgo alixona dicitur*, *modium* 1.

ALIZARIAE, forte loca celtibus, conſita; celtis enim Gallis dicitur *Allſier*, Germ. Arlesbeerbaum. Ch. a. 990. in Hiſt. Monaſt. S. Tiberii Mſ. *Cum molnis*, *et cum ipſos boſchos*, *et cum ipſas alisarias*, *cum ipſos paſcarios* etc.

ALKALI, V. *Alcali*.

ALKEARE, teſtas viridi et glutinoſo liquore linire. Locum V. in *Maſſacuma*.

ALKEMONIA, pro *Alchimia*, apud Rymer. t. 4. p. 384.

ALLA. (1) Cos. V. *Allo*. (2) Modus agri. V. *Acla*.

ALLABANDENAE GEMMAE, pro *Alamandinae*, apud Murat. t. 7. p. 81.

† ALLABARDERIVS, miles *alabarda* armatus, haſtatus, Gall. *Halebardier*, Germ. Hellebardier. Leg. reipubl. Genuenſ a. 1576. part. 2. c. 7. t. 2. Cod. Ital. diplom. p. 2194. V. *Alabarda*.

† ALLA BARRA, voces ſeditioſae, quibus ad arma prouocabatur. Enumerat. jur. comit. Biter. c. 1252. *Sciderunt veſtes quorumdam ipſorum*, *clamando alta voce*, *alla barra*, *alla barra*, *ad arma*, *ad arma*.

† ALLABI. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Allabitur*, *ambulat*, *occurris*. *Allapſa*, *caute veniens*.

ALLABO, V. *Scringae*.

† ALLACARIVS, rerum minutarum mercator, vt videtur, niſi legendum ſit *Allocarius*, atque de iis intelligatur, qui *ſtalla* locabant. Regiſt. Cam. Comput. Pariſ. Cod. reg. 8406. *Domenia in Praepoſitura Pariſienſi - - de ſerperiis et allocariis pro VIIXX. IV. lib. per annum*.

ALLAGIVM. (1) *Curſus publicus*, *Proſallagator*, *hujus magiſter*. Lex. Gr. Barb. in Amalthea. Αλλαγια, loca mutandis equis publicis addicta: *muta-*

mutationes, in Cod. Theod. et Iuſtinian. non ſenel. (2) † Sedes militibus attributa ad hibernandum, Iral. *Allegio*. Pachimeres Hiſt. Mich. l. 4. c. 27. *Conflatur hic exercitus ex diſſerentibus corporibus militum, quae allagia ſolens appellare, qui militarium vocabula ordinum lingua efferunt vulgari*. Ita Carol. de Aquin. in Lex. milit. V. *Allogiamenta*.

ALLAH, vox Arabica, Deus. Ch. Alboacen reg. Mauri Conimbric. a. 734. apud Sandovall. in rege Faula.

ALLAIA, eadem notione ac *Aleium*, Gall. *Alley*. Rymer. t. 5. p. 813. V. etiam *Alleium*, *Alleamentum* et *Aliada*.

ALLARE, a Gall. *aller*, ire, iter facere, in Inſtrum. a. 1452. apud Marten. t. 1. Anecd. p. 1828.

ALLARGARE, ampliare, augere, Gall. *Elargir*. Statut. Maſſil. a. 1253.

ALLASSON, ex Gr. ἀλλασσων, verſicolor, qui ſubinde colorem mutat. Vopiſc. in Saturnino. V. ibi Salmaſ.

† ALLAT, Diuinitatis nomen apud Arabes et Iudaeos idololatras, ab Arab. *Allah*, Deus Marten. t. 9. Ampliſſ. Collect. p. 180.

ALLATERARE, V. *Adlaterare*.

† ALLATINARE, *potare equum*, in Gloſſ. Fr. Barberini a. 1296.

† ALLATO, orichalcum, Meſſing, Gall. *Laiton*, olim *Laton*. Ch. a. 830. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonſtr. p. 104. V. *Lato*.

ALLATVRA. (1) Apportatio. Acta SS. t. 3. Iun. p. 839. (2) Mendum pro *Mallatura*, publicus conuentus, in quo majores cauſae diſceptabantur. Ch. Otron. 2. Imp. apud Murat. t. 2. part. 2. p. 479. V. *Mallatura*.

† ALLAVCCIBER, ALLAVCCVMBERE, voces Arabicae. Tract. de Concord. vet. et nov. Teſt. apud Marten. t. 9. Ampliſſ. Collect. p. 180. *Majores* (Dii) *dicebantur Allauccumbere, unde et ſermo iſte deriuatur in vobis Allaucciber, immolare eis pecora et camelos vno die pro vnoquoque anno*. Ab Arab. *Allah*, Deus, et *Achar*, major. V. Lex. Caſtelli.

† ALLAVIVM. Ch. Lud. VI. reg. Franc. a. 1124. Inſtr. t. 8. Gall. Chriſt. p. 324. *Omnem quoque decimam vini et annonae meae et auenae, quae attinens ad allauium vel granarium Piſſiaci*. Haec facile emendantur ex eadem Ch. apud Marten. t. 1. Ampl. Collect. p. 684. vbi legitur, *ad cellarium vel granarium Piſſiaci*.

ALLEC, pro *halec*, *piſciculus ad ſalſamenta idoneus*, *vel liquamen ex piſcibus*. Papias. Gl. Graec. Lat. ὄψαριον τεταριχευμενον, *Allec*, *Allex*. Madox Formul. Angl. p. 239. *Tria conceſſi - - millearia ſiccorum allectium*. V. *Alecium*.

† ALLECIARIVS, eadem notione ac *Aleciarius*, in Ch. a. 1366. t. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 408. Ibid. p. 405. legitur *Allexiarius*.

ALLECIVM, i. q. *Allec*, in Tabulario SS. Trin. Cadom. fol. 10. et alibi.

ALLECTATIO, illecebra. Acta Martyrum SS. Tharaci et Socior. apud Baron. a. 290. vbi *in Allectatione*, videtur ſumi pro ſuauiter, dulciter, ab *allicere*, vel *allectare*, quod eſt *frequenter allicere* apud Papiam.

ALLECTI, ALLECTORES, λογογραφοι, veteri Gloſſatori ap. Cujac. l. 11. Obſerv. c. 26. ſic dicti, quod ſuſcipiendis tributis fiſcalibus *allegentur*, leg. 11. 12. et 13. Cod. Theod. de ſuſcept. praepoſ. et arcar. Eorum officium *Allegatio* in leg. 11. Cod. eod. *Allectura*, in Lugdun. Inſcript. apud Gruter. p. 375.

ALLECTIVM, Halec. Polyptych. Fiſcamn. a. 1235.

ALLECTIVVS, illecebroſus, Germ. reitzend. Madox Formul. Angl. p. 321.

ALLECTOR, V. *Allecti*.

† ALLECTORIVM, forte theca calamaria, Germ. Pennal. Reg. Phil. Aug. in Chartophyl. reg. ſign. 34. inter iocalia regis recenſentur *II. botoni auri, II. zonae argenti, II. caniueti argenti, I. allectorium*. V. *Allecti*.

ALLECTVRA, V. *Allecti*.

† ALLEGABILIS, qui in argumentum allegari poteſt. Probus ad Pragmat. Sanct. tit. de cauſ. §. nec ad quaecunque: *Liber feudorum non eſt allegabilis in Gallia*.

† ALLEGALARE, ad legem ſeu archetypum conferre, i. q. ſupra *Alialare*. Stat. civ. Altae c 11. p. 17. vbi etiam ſubſtantiv. *Allegalatura* occurrit.

ALLEGANTIA., (1) Confoederatio. Marten. t. 4. Ampliſſ. Collect. p. 1274. V. *Allegare* 2. et *Alligantia* 1. (2) ALLEGANTIAE, idem quod infra *allegationes*, ſed ad prauum ſenſum, vt videtur, detortae, apud Rymer. t. 13. p. 233. (3) ALLEGANTIARVM *ciuitatis et patriae litterae*, eae litterae, vt videtur, quibus ciuitate aliquis donatur. Martene t. 4. Ampliſſ. Collect. p. 1270. *Poſtulauit etiam litteras allegantiarum ciuitatis et patriae, pro ſe et amicis ſuis, et fuerunt ſibi conceſſae* Ibidem paullo poſt vocantur *Litterae allegationum.*

ALLEGARE, ADLEGARE, ALLIGARE. (1) Latinis ſcriptoribus eſt mittere, vel aliquem legare ad alium. Papias: *Allegare, mittere, mandatis inſtruere.* (*) In vet. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. *allegare* eſt vßſchyſſen, ausßlieſen, erßieſen.) S. Auguſtin. epiſt. 159. S. Ambroſ. ep. 32. *Allegare teſtes*, producere in jure; *Allegare preces*, ſupplicare per ſcriptum. Apulej. in Apol. *tacitas preces Deo allegaſti.* Caeſar. Arelat. Serm. 12. Optat. l. 3 *Cum easdem preces apud Africanos judices allegarent.* Vbi obſeruanda loquendi formula, *apud judices:* inde enim alia orta: *Donationum inſtrumenta apud acta allegare*, in leg. 3. Cod. Theod. de Donat. pro *in acta referre.* Sed et *geſtis allegare* dixerunt. Teſtam. S. Hadoindi Epiſc. Cenoman. S. Auguſt. ep. 158. et alibi.

(2) In ſpecie, donum, legatum in acta publica referre, et deinde latiori ſenſu, committere, tradere, donare. Flodoard. in geſtis PP. in Zachar. Idem in Stephano II. Tradit Fuld. l. 3. c. 1.

(3) ALLEGARE CONTRACTVS. Ch. a. 1239. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. t. 4. p. 100. *Conceduns dicti - - Abbatiſſae et conuentui - - omne jus contractus allegandi, recipiendi et retinendi quoscumque et vndecumque venientes in manſis et locis ſuis.* Vix intelligi poteſt hic locus de jure referendi contractus in acta publica; ne vix quidem de jure producendi eosdem contractus, vbi jus agitur; quare *allegare contractus* hic idem eſſe viderur, ac, iisdem acceptis vti tamquam ſuis.

(4) Ligare, ſacramento ſibi deuincire, in ſuam *ligam.* trahere; Italis *Allegare, far lega.* Benno Cardin. in Vita Gregor. VII. V. *Allegantia.*

ALLEGATIO, ALLIGATIO. (1) Relatio in acta publica. *Allegatio geſtis inſerta*, in leg. 3. Cod. Theod. de Haeret. *Allegationis geſta*, apud Auguſtin. l. 2. contra Petilian. c. 97. c. 83. 92. l. 3. c. 57. Papian. t. 24. (2) ALLEGATIONES PARTIVM, in leg. 2. C. de Relation. leg. 11. Cod. Theod. de Appellat. rationes, quas reus et actor producunt. (3) Legatum in acta publica relatum, donum. Anaſtaſ. in S. Iulio PP. *Donationes, commutationes, vel traditiones aut teſtamenta, vel allegationes.* V. *Allegare* 2. (4) † Subſcriptio, nota quaeuis propria manu deſcripta. Formul. Lindebrog. 72. apud Baluz. t. 2. Capitul. p. 531. 573.

ALLEGATORES, in Ch. a. 1207. apud Catell. in Comitib. Tolof. p. 230. videntur dici ſponſores, vades etc.

ALLEGATVS, confoederatus, Gall. *Allié*, quaſi foedere inuicem *ligatus.* Lewoldus Northov. in Chron. Markano a. 1347.

ALLEGIANTIA, i. q. *Ligeitas, ligiantia*, fides quae a vaſſallo domino feudi praeſtatur. Ch. a. 1551. apud Rymer. t. 15. p. 259.

ALLEGIARE, V. *Adlegiare.*

† ALLEGIVM, nauigium, in quod *alleuiandae* nauis gratia, merces transportantur, Gall. *Allége*, Germ. ein Lichter. Statut. Genuenſ. l. 4. c. 16. p. 121. V. *Alegium.*

*) ALLEGORIA, in Vocabul. vet. Lat. Germ. a. 1477. impreſſo lepide vertitur eins andern rede, quaſi ſit ab *alius*, et Gore, quod in eodem vocabul. eſt dicere.

ALLEGORIVM, *altum verbum legis, inquiſitum.* Gloſſ. Cod. reg. 7646.

ALLE-

ALLEGORIZARE, allegoriis vti. Iren. l. 3. 12. Acta SS. t. 5. Maii p. 334.

† ALLEGVRRIRE, deguſtate. Gloſſ. Cod. reg. *Allegurrit, deguſtat.*

† ALLEIA, ALLEYA, a Gall *Allée*, androu, porticus. Ch. a. 1385. in Chartul. Richardi abb S. Germ. Prat.

† ALLEIARE, alleuiare, exonerare, Gall. *Alléger*. Ch. a. 1309. t 2. Ordinat. reg. Franc. p. 159 V. *Allegium.*

ALLEIVM, lex, intrinſeca bonitas auri vel argenti, Gall. *Alloy*, Germ. das Korn Edict. Phil. IV. a. 1295. apud De Lauriere t. 1. Ordinat Reg. p. 325. 326.

ALLELVIA. (1) Vox Hebraica, quae *laudate Deum*, vel potius *Dominum* ſignificat. S Auguſtin. Serm. 1. de Diuerſ. c. 1 Serm. 5. c. 9. Serm. 6. c. 6. Arnob. Iun. in Pſ. 104. De vocis ſignificatione et ejus vſu in eccleſiaſticis officiis multa ſuggerunt ſcriptores de diuinis officiis; praeterea Baron ad Martyrol. 23. April. et in Annal. a. 384. n. 22. Binius ad Concil. Tolet. IV. can. 11. et alibi. ALLELVIA CLAVSVM, quando in ſacris liturgiis deſinit cantari. Regula Magiſtri c. 28. Vet. Placit. ſub Guillelmo I. rege Angl. ap. Selden. ad Eadmer. p. 199. In omnibus autem eccleſiis Alleluia cantari a Paſchate ad Pentecoſten, auctor eſt S. Auguſtin. Epiſt. 86. 119. et Serm. 5. de Diuerſ. c. 9. ſed extra Paſchale tempus Damaſum Papam in eccleſia Romana inſtituiſſe, vt caneretur certis temporibus, auctor eſt Gregor. M. l. 7. ep. 63. Vnde et in Dominicis, quae ſunt ab octaua Epiphaniae vsque ad Septuageſimam, et in Dominicis, quae ſunt ab octaua Pentecoſtes vsque ad Aduentum, cantatur, vt obſeruat Durand. l. 5. c. 4. n. 5. Singulares, immo ridiculi interduu ritus pro *Alleluia clandendo*, in quibusdam eccleſiis olim adhibebantur, quos refert Cangius h. v. ALLELVIA DOMINICALIA, quae diebus Dominicis cantantur apud Honor. Auguſtod. l. 4. c. 98. ALLELVIA DVPLEX, quod repetitur ac bis dicitur. V. Duran l. l. 6, c. 59. ALLELVIA, in clamore bellico pronunciatum toſtantur Conſtantin. de Vita S. Germani l. 1. c. 19. apud Surium t. 4. et alii. † ALLELVIA QUOD DICITVR BAHA, i. e. cum pneumate ſeu *jubilo*, vt aiunt, repetendo ſcilicet a, a, cum certa modulatione. Ordinar. vet. Mſ. eccleſ. Camerac. † ALLELVIA, femin. gen. in Bulla Bened. VIII. a. 1023. in Append. ad Marc. Hiſpan. p. 994.

(2) † Pulpitum vbi *Alleluia* cantari ſolet. Areſt. a. 1343. in vol. 2. Areſtor. Parlam. Pariſ.

(3) † ALLELVYA, *panis cuculi, eſt herba acetoſi ſaporis, ſpecies trifolii videtur, in vnguento viridi cyrugicorum reperitur.* Gloſſar. medic. Simon. Ianuenſ. ex Cod. reg. 6959. V. Menag. Diction. Etymol. vbi a voce *Iuliola* hanc corrupte efformatam docet. *) Germ. Sauerklee. Lat. alias Oxytriphyllon, planta *Alleluia* vocata, quia floret, quo tempore Alleluia in templis frequentius cani conſuenit.

ALLELVIARE, dicere vel cantare cum adiuncto *Alleluia*, in plerisque Breuiariis 200. vel 300. annorum.

ALLELVIARIVM. (1) Verſus Pſalmorum quibus *Alleluia* praeponitur. Eucholog. Graec. p. 102. (2) † Liber in quo *Alleluia* continentur. Inuentar. Mſ. libr. eccleſ Camerac. a. 1355. Chartul. eccl. Carnot.

ALLELVIATICA, v. *Alleluiaticus.*

ALLELVIATICE, cum *Alleluia.* Ordinarius Mſ. Eccleſ. Rotomag.

ALLELVIATICVM. Gregor. Turon. de Vitis Patr. c. 6. *Alleluiatico cum capitello expleto.* Regula S. Aurel. *Binos Pſalmos cum ſuis Alleluiaticis dicant.* Zixilaes Epiſc. Tolet. in vita S. Ildephonſi n. 3. *Pſallebat* (Clerus) *Alleluiaticum, quod ipſe dominus Ildefonſus ſuper feceras: Speciosa facta eſt, Alleluia.* V. *Pſalmi. Alleluiatici.*

ALLELVIATICVS, A, VM, adiect. ALLELVIATICA ANTIPHONA, vel nude ALLELVIATICA, Antiphona temporis Paſchalis, quae vel ſolo conſtat vocabulo *Alleluia*, vel quae conſtat eadem voce, ſed aliis verbis inſerta vel addita, ſiue id fiat

ſemet

ſemel tantum ſiue pluries. Cod. Mſ. rituum Eccl. B. Mariae deauratae Toloſ. ALLELVIATICAE EXEQVIAE, idem quod ſupra, *Alleluia clauſum* ALLELVIATICA GAVDIA, jubila et laetitia collaudantium Deum. Acta SS. Bened. ſec. 4. part. 1. p. 344. ALLELVIATICI PSALMI, qui pro titulo habent *Alleluia*. V. *Pſalmi Allelviatici*. ALLELVIATICVM MELOS. Victor Vtic. Alcuin. de Offic. diuin.

ALLELVIATVS, cui additur *Alleluia*. in Micrologio c. 59.

ALLENAE, *corrigiae frenorum*. Papias.

† ALLENALIS. *Culteſlus allenalis*, pugiunculus, fica ad inſtar ſubulae, Gallis olim *Alenas*, a Germ. Ahle, ſubula. V. *Alenacia*. Statut. a. 1351. ex Tabul. Maſſil.

ALLERS, V. *Alers*.

ALLESCORON. Ch. Sancii Abbat. de Ortulo ap. Io. Moret. Antiq. Nauarrae p. 406. *Si quidem de noſtros auolos, et de noſtra radice alleſcoron*; i. e. Maiorum.

ALLETA, pro athleta, pluries occurrit.

ALLETVS, halec. V. *Aletus*.

ALLEVAMENTVM. (1) Impoſitio tributi, Gallis *Levée*. Ch. Guill. Comit. Forcalquerii a. 1206. (2) † Arborum plantarium, ſeminarium, Germ. Baumſchule, Ital. *Alleuamento*, educatio. Stat. ciuit. Peruſ. p. 53. V. *Alenamum*.

ALLEVARE. (1) Vox Italica, alere, colere, Gall. *Eleuer*. Chron. Parm. ad a. 1294. ap. Murat t. 9. p. 826. † De arboribus ſaepius dicunt Itali. Stat. Montis-reg. p. 229. (2) † Accipere, capere, Gall. *Enlever*. Scacar. S. Mich. a. 1215. ex Reg. S. Iuſti Cam. Comput. Pariſ. fol. 18.

† ALLEVATICIVS, expoſititius. Germ. Findling, quia colligitur et *allenatur*; Gallis olim *Ailevin*, et *Ailevan*; niſi ſit pro aduena, extraneus. Marten. t. 9. Ampliſſ. Collect. p. 839 *Quid enim mendicans* (pater) *clamitas, niſi te nouitium, te aſſumtum, te illud quod naper ab his iumentum eſt, qui ſe homines facere jactant, i. e. fatiſcum, te alleuaticium, te nothum, ſpuriumque demonſtrat?*

ALLEVATIO ARENAE, forte mendum pro *allenatio ancorae*, eius ſublatio. Ch. a. 961. inter Inſtrum. t. 2. nouae Gall. Chriſt.

ALLEVIAMENTVM, leuamen, Gallis *Allegement*, in Mirac. S. Ludgeri Epiſc. n. 24.

ALLEVIARE, leuem facere, Gall. *Alleger*, Germ. lichten, erleichtern. Ch. ap. Hariulf. l. 4 c. 22. Alia a. 1165. in Tabul. eccleſ. Meldenſ. et alibi. Ital. *Alleuiare*, eſt exonerare.

ALLEVIATIO, vt *Alleuiamentum*. Rolandin. Patauin. apud Murat. t. 8. p. 287. Tullius dixit *Alleuatio*.

ALLEVIVM INTERFECTORVM, ius leuandi hominis interfecti cadauer e loco in quo repertum eſt. Ch. a. 1206. ex Tabul. Sen. German. V. *Alegium*.

ALLEVM, pro *allium*, et ALLEATVS, pro *alliatus*, allio conditus, occurrunt ap. Will. Thorr. et alibi.

ALLEX. (1) Illicium, Germ. Reiz. Acta SS. t. 1. April. p. 680. (2) Halec. ALLEX SORVS, harengus ad fumum exſiccatus, Gall. *Hareng ſor*, apud Rym. t. 5. p. 146. V. *Allec*.

ALLEXIARIVS, V. *Alleciarius*.

ALLEXIVM, halex, Germ. Häring. Statut. Ord. Ciſterc. inter Anecd. Marten. t. 4. p. 1324. V. *Alecium*.

ALLEYA, *Alleia*.

† ALLEYARE, ad legem monetam conflare, legitima materia nummos efficere, Gall. *Alloyer*. Ch. Alfonſi reg. Aragon. a. 1444. V. *Aliada*.

† ALLIAMENTVM, forte pro *alleuamentum*, impoſitio tributi, praeſtatio quaeuis, Gall. *Levée*. Ch. Stephani comit. Bolon. a. 1145. *Si pro reuerentia ſui patroni alliamenta, in omnibus locis - - libere habeant*. Niſi legendum ſit *alia merita*, i. e. alios terrae prouentus. V. *Meritum*.

ALLIANCIA, foedus, Gall. *Alliance*. Hiſt. Dalphin. t. 2. p. 351.

ALLIARIVS, qui vendit allia. V. *Ailliarius*.

ALLIATA BVLLITA, pulmenti ſpecies Tholoſatibus familiaris, cum alliis

alliis coctis, ſale, pane, et oleo; patria lingua *Aillado*. Limborch. Inquiſ. Tholoſ. p. 109.

ALLIATOR, V. *Aliator*.

ALLIBRARE, V. *Alibrare*.

ALLIBRATI, *dicuntur, qui deſcripti ſunt in libro ciuium, vel Comitatus alicuius ciuitatis*. Breuiloq. † Ab Ital. *allibrare*, aſcribere, cenſere, Stat. antiq. Florent. l. 3. c. 190. Bulla Nicolai V. a. 1454.

ALLICVLA, V. *Alicula*.

ALLIERIVS, V. *Alierius*.

ALLIFARIVS, V. *Alifani*.

ALLIGANTIA. (1) Foedus, armorum conſociatio, Gall. *Alliance*. Pluries occurrit ap. Rymer. vt t. 5. p. 3. t. 8. p. 147. V. *Allegantia*. (2) Affinitas, Gall. *Alliance*. Literae Edwardi II. apud Rymer. t. 4. p. 157. V. *Alligatio*.

ALLIGARE, conſoederare, ALLIGATVS, foederatus, ap. Falcon. Beneuent. p. 261. 281. 288. V. *Allegare* et *Adlegiare*.

ALLIGATI. (1) Excommunicati. V. *Obligati*. (2) Apud Iſidor. l. 4. Orig. c. 23. *Teſtes ſunt, a quibus quaeritur veritas in judicio, quos quisque ante judicium ſibi placitis alligat: nec cui poſtea ſit liberum aut diſſimulare, aut ſubtrahere ſe; vnde alligati appellantur*.

ALLIGATIO, i. q. *Alligantia* 2. affinitas, Gall. *Alliance*. Epiſt. Edwardi III. ap. Rymer. t. 4. p. 502. V. etiam *Allegatio*.

ALLIGATVRAE, ſpecies amuleti ad arcendos morbos, ap. Bedam in vita S. Guthberti Epiſc. n. 16. V. *Ligaturae*.

ALLIGAVIT, V. *Andigare*.

ALLIGER, *Gallus*, in Gloſſ. Iſidor. quaſi ad Ligerim habitans, inquit Vulcanius, at inepte, vt merito obſeruat Graeuius; nam hic agitur de gallo aui domeſtico, de quo Sedul. v. 80. ad quem locum alludit Gloſſarum auctor.

ALLIGOTATAE VESTES. V. *Algotatae*.

ALLIMPOTE, delirus, vt videtur, in Chron. Windesheim l. 2. c. 50. *Eo quod plusquam octogenarius, inutilis, et grandaeuus, ſenſuque deficiens Allimpole videretur*.

† ALLISIO, martyrium. Eulog. in Praefat. l. 2.

ALLITOR, *cementarius*. Breuiloq.

ALLIVIS, pallii genus virgini, dum conſecraretur, ab Epiſcopo impoſitum. Cod. Mſ. Gemetic. Monaſt.

ALLO, in Breuiloquo, dicitur *Inſtrumentum acuendi cultellos, et eſt lapis rotundus, cum quo vel in quo faber purgat inſtrumenta, vt ſint acuta. Dicitur etiam Alla.* *) ALLO, ein ſchleyfſtein, in Vocab. Lat. Germ. a. 1477. impreſſo.

ALLOBROGA, V. *Adlobrius*.

ALLOCABILIS, qui allocari poteſt. Fleta l. 1. c. 2. §. 138. *Eſſonium allocabile*, quod admitti et recipi poteſt, excuſatio, quae recipi poteſt, in primis Statutis Rob. I. reg. Scot. c. 26. V. *Allocare*.

† ALLOCAGIVM, locatio, datio ad cenſum. Ch. feudor. dom. Caſtil. Dumbar. a. 1463.

† ALLOCAMENTVM, vſus, poſſeſſio. Ch. Soldani ap. Lam. in Delic. erud. part. 1. p. 204. V. *Allocatio*.

ALLOCARE. (1) Admittere rem vt veram et probatam, vox forenſis Gall. *Alloüer*. Bracton. l. 3. tit. de Corona c. 2. Fleta l. 1. c. 20. §. 114. l. 5. c. 4. §. 18. Ordinat. reg. Franc. c. 2. p. 449. Praeſertim vero *allocari* dicebantur *libertates Eccleſiarum*, cum Iuſtitiarii itinerantes, aut alii a Principe ad id ſelecti, inſtrumenta et chartas, in quibus continebantur, euoluebant, vel de iis *inqueſtas* faciebant. Willelm. Thorn. c. 3. *Allocare* eſt a Gallico *alloüer*, et hoc vt videtur a verbo *Loüer, locare* aut *elocare*, qui enim *allocant aliquid*, idem agunt, quod qui aedes locarioni addicunt, cuius vſum inquilino permittunt; aut a *laudare* ſeu *allaudare*, quod idem eſt ac probare, quo vocabulo vſus eſt Plautus.

(2) Collocare, ponere in loco. Baluz. t. 2. Capitul. Reg. p. 663.

(3) † Vti, impendere, inſumere, quo etiam ſenſu *alloüer* dixerunt Galli. Ch. Ioann. reg. Franc. a. 1350. in Chartul. 23. Corb.

† ALLO-

† ALLOCATIO, vſus. Ch. a. 1380. ap. Meneſter. Hiſt. Lugdun. p. 129.

ALLOCATVS, ALLOQVATVS. (1) Procurator, qui pro alio agit, ſpondet, qui ad id *locatus*, *allocatus* eſt, vt vicarii vicem agat. Concil. Andegav. a. 1269. can. 1. et paſſim alibi. (2) † Seruientis adiutor. Ch. a. 1352. ex Tabular. Flamar. *Per captionem bonorum, ſeruientes et allocatos eiusdem curiae voluit eum compelli.* Niſi *Comeſtores* intelligas. (3) † Locatus, conductus, tiro. Acta Mſ. Inquiſit. Carcaſſ. a. 1308.

ALLODARII, vt mox *Allodiales*. Chartul. Gemetic. to. 1. pag. 275. Vide *Alodis*.

ALLODARVM, fundus, praedium. Chartul. Gemetic. t. 1. p. 268. Vide *Alodis*.

ALLODERIVS, liber a cenſu, *villano* opponitur, in Sentent. a. 1183. ap. Murator. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 827.

ALLODIALIS, nobilis, ſcilicet is, qui *Alodium* tenebat, id eſt, praedium ab omni praeſtatione et ſeruitio reali et perſonali liberum. Ex Archiuo Camerae Comput. Dalphin. Regeſto *Probus*, fol. 12. Vide *Alodis*. ALLODIALIA BONA, id eſt, ab omni praeſtatione libera, apud Ludewig, Reliq. MS. to. 6. p. 226. Vide *Alodis*. † *Allodialis* opponitur *cenſuali*, atque de eo intelligitur, quod per emptionem in alterius poſſeſſionem deuenit, *Allodium* quippe idem quod proprium. Hiſt. Nem. t. 3. Probat. p. 308.

ALLODIALITER, ſine praeſtatione. Vetus Charta ex Tabulario S. Stephani de Vallibus an. 1235.

† ALLODIANVS, eadem notione ac *Alloderius* in Ch. a. 1262. Mſ.

ALLODIARII, ab omni praeſtatione liberi. Chart. Monaſterii Caſſaniae in Breſſia a. 1246. Litterae Officialis Atrebat. in Chartulario Montis S. Eligii p. 146. *Venditio praemiſſorum facta fuit bene, rite et per legem per Allodiarios S. Petri de Eſtrées, quae praemiſſa omnia habent, et conſueuerunt iudicare - - qui Allodiarii dixerunt per iudicium ſuum etc.* Hoc in poſteriori exemplo *Allodiarii* non tam videntur ab omni onere liberi, quam qui praedia tenent beneficiaria. Vide *Alodis*.

ALLODIATVS, V. *Alodiatus*.

ALLODINVM SEX MANSORVM, Id eſt, fundus, ſeu praedium continens ſex familias, apud Ludewig. Reliq. MS. t. 5. p. 428.

ALLODIVM. (1) † Praeſtatio quaedam, V. infra *Alo*. (2) † Idem quod *Alodium*. V. *Alodis*. (3) *Laudamentum* ſeu *Laudimium*, Germ. Lehnwaare. Charta Friderici Imp. an. 1157. in Bibl. Sebuſiana cent. 5. cap. 81. Metellus in Quirinalibus pag. 92. V. *Alodium*.

ALLODVS, pro *Alodis*, infra in voce *Faliones*.

ALLOFILVS. Vide *Allophylus*.

† ALLOGAMENTVM, ALOGAMENTVM, Ius *giſti*, ſeu diuertendi in domum alicuius, atque in ea hoſpitandi. V. *Alberga*. Ch. a. 1120. ap. Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1133.

† ALLOGARIVM, eadem notione, in Ch. Henr IV. Imp. a. 1116. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 602.

† ALLOGIAE, pro *Aulogiae*, munera.

ALLOGIAMENTVM. (1) Hoſpitium, Gall. *Logement*. Apud Rymer. to. 13. p. 302. (2) ALLOGIAMENTA, ſtatiua, Standlager. Simul et ſedes militibus attributae ad hibernandum, Ital. *Alloggi* et *Alloggiamenti*, Germ. Winter-Quartiere. Annal. Eſtenſ. ad a. 1397. ap. Murat. t. 18. Script. Ital. p. 927. Annal. Placent. ap. eund. t. 20. p. 905. V. *Alogiamentum*.

† ALLOGIARE. (1) Caſtra facere, locare, Ital. *Alloggiare*. Litt. Ludew. duc. Andegav. a. 1373. in Reg. 109. ch. 54. Murator. t. 18. Script. Ital. p. 915. (2) ALLOGIARE, ALOGIARE, ALOTGEARE, hoſpitari, diuertere, Lit. remiſſ. pro ciuibus Albienſ. a. 1363. Hiſt. Nem. t. 3. Probat. p. 26. et paſſim alibi.

ALLOGVS. Papias: *Allogus*, *nota, quae in libris adhibetur ad mendas.* Gloſſ. Sangerman. et Bituric. MS. habent

habent *Alogus*, et Grammatica Iſid. *Alogum*.

† ALLOIARE SE, confoederare, foederis vinculo ſe ligare, a vet. Gall. *Loier*, pro *lier*. Ch. a. 1371. in Reg. III. ch. 340.

ALLONGARE, vox Italica. (1) Augere, producere, Gall. *Allonger*. Memoriale Poteſtatum Regienſium ad an. 1283. apud Murat. t. 8. col. 1154. (2) † ALLONGARE, ALLONGIARE, abscedere, recedere, ablegare, remouere, Ital. *Allongare*, Germ. Entfernen. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 617. 656.

ALLOPATIA, *paſſio ab alio in alium tranſiens*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

† ALLOPHITIVS, qui *Allopitia*, ſeu alopecia laborat. Acta SS. t. 1. Aug. p. 561.

ALLOPHYLVS, alienigena. Vox Graeca ab ἄλλος alius, et φῦλον, Gens. A Sulpitio Severo paſſim vſurpatur pro Philiſtaeis, pro quibus etiam Septuaginta Interpretes vertere ſolent, ἀλλόφυλοι S. Orientius in Commonitorio lib. 1. Collect. nouae Edm. Marten. p. 11. Acta SS. Bened. ſaec. 4. part. 1. p. 404. in Translat. S. Sebaſtiani.

† ALLOPITIA, eadem notione ac *Allopitium*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

ALLOPITIVM, pro *Alopecia*, ex Graec. ἀλωπεκία, defluuium capillorum. Liber Mirabilis, ſeu Tabularium Abbat. Conchenſis in Ruthenis, ch. 59.

ALLOQVARE, pro *Allocare*, expenſum comprobare, ratum habere. Charta a. 1347. Hiſtor. Dalphin. to. 1. pag. 66.

ALLOQVATVS, V. *Allocatus*.

† ALLOQVAX, loquax, eloquens. Collect. Hiſt. Franc. t. 7. p. 49.

ALLOQVI, impugnare, imperare, contradicere, in Wichbildo Magdeb. art. 4. §. 1. art. 62. §. 1. 2. art. 69. 82. etc.

ALLOQVVTIO, contradictio, Ibid. art. 4. §. 4.

ALLORIVM, *ambulacrum*, Gall. *Allée*. Cenſualis Codex Calomontis. V. *Alatoria*.

† ALLOT, vox excitatoria Occitanis. Ch. a. 1362. in Reg. 93. ch. 204. *Praedicta Ermeſſendis - - dictum vulneratum pluries cepit, et pulſauit eidem dicendo et vocando Allot, larron.*

ALLOTA. (1) Suber, arbor a Gallis dicta *Liege*, Germ. Kork. Onomaſt. ad calcem tomi 2. SS. Iunii. (2) *) ALLOTA, ein Üppe oder Kobe. Vocab. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ.

† ALLOTHECA, *variatio generis per alienationem vel permutationem*, in Vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613. a Gr. ἄλλη et θεσις.

ALLOTVS, impenſus, a veteri Gallico, *Alloüé*. Inuentar. Eccleſiae Nouiom. a. 1419.

ALLOVERIVM, marſupium, Gallis olim *Aloiere*. Fleta lib. 2. cap. 82. §. 2.

ALLOX, V. *Allux*.

† ALLVBENTER, ALLVBESCENTER. Vocabul. Comp. lubenter, libenti animo.

ALLVBERE, annuere, ratum habere. Teſtamentum Giraldi Matiſconenſis an. 888. apud Marten. t. 1. Anecd. col. 53.

† ALLVBESCERE, aſſentire, fauere. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. *Allubeſco, faueo, i. conſentio. Allubeſcentia, Concenſements, Prov.* Vtitur Plautus non ſemel.

ALLVBIO, pro *Alluuio*. Gloſſ. Lat. Gr. *Allubio, προσθήκη ποταμοῦ*.

† ALLVCERE, *iactare*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

† ALLVCIDARE, illuſtrare, explicare, dilucidare. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Allucidare, eclaircir*, in Vocabul. compendioſo.

ALLVCINARIA, *rana ſompniaria*. Papias in MS. Bituricenſi. † Gloſſar. vet. ex Cod. reg. 7613. *Allucinaria, vaſa ſomniaria*. Hinc vtrumque facile emendatur. Legendum enim eſt, *viſa ſomniaria*.

ALLVCITAE, *Sompniatores*, in eodem MS. Bituric. ab *Allucinari*.

ALLVDA, V. *Aluda*.

† ALLV-

† ALLVDARIVS, ADLVDARIVS. vnus ex opificibus qui pannos parant, cuius officium vocatur *Adludatura*. Statuta pro lanificio et panificio a. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. *Paratores, textores, fullones, tinctores, adludarii* etc. V. *Allutor*.

† ALLVETA, Aluta, Gall. *Baſane*. Ch. a. 1229. in Chartular. Campan. V. *Aluda*.

† ALLVETVM, allodium a vet. Gall. *Alluez* pro *Aleu*. Ch. a. 1251. in Chartul. Campan.

ALLVGO. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Allugo, Fyne. Alluginoſus Fynig*, id eſt, mucidus, Germ. ſinnig, vbi *Vligo et Vluginoſus*, reſtituit. Somnerus.

ALLUS, apud Feſtum legitur, ſed teſtatur Scaliger in antiquis libris eſſe *Allex*, vt mox legit Cangius in voce *Allux*. Gloſſ. apud Graeuium ad Gloſſ. Iſid. *Hallus, πόδος μέγας δακτύλου*, Pollex pedis.

† ALLUTARIVS, qui pelles et coria parat. Ch. a. 1362. in Reg. 93. ch. 67.

ALLVTES, ALLVTIA, *loca coenoſa* in Gloſſis Iſid. et Excerptis Pith. Melius ſupra *Ablutes*, quod vide.

† ALLVTOR, lotor, qui abluit. Formulae Mſ. ex Cod. reg. 7657.

† ALLVVIO, ipſa ex alluuione accretio. Stat. Auenion. l. 1. rubr. 5. art. 8. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Alluuio, conſummatio. Alluuium, ruina riparum ex aqua, vel conſumptio riparum ex aquis*.

ALLVVIOSVS, alluuionibus frequens. Albertinus Muſſatus de Geſtis Henrici VII. Caeſaris lib. 3. apud Murat. tom. 10. col. 379.

ALLVVIVS, *ager eſt, quem paulatim fluuius in agrum reddit*. Iſid. Orig. lib. 15. cap. 13. Germ. Anſchütt.

ALLVX. Gloſſ. Iſid. *Allex, pollex in pede*. Feſtus: *Allex, pollex ſcandens proximum digitum: quod velut inſiliiſſe in alium videatur*. Ita quidem veteres: at poſteriores *Allux* dixerunt. Ebrard. Bethunienſis in Graecismo:

Eſt manuum pollex, ſed dicatur pedum Allux.

Onomaſticum: *Hallux*, ἀντίχειρ. S. Althelmus lib. 1. de Virg. cap. 42. Vox ducta videtur ab ἄλλομαι, ſalio, ac proinde ſcribenda cum aſpiratione

† ALMA, pro Agnes, celeberrima martyr, alludendo ad vocem Graec. ἁγνή; quae *alma* redditur in Gloſſ. Gr. Lat. Inſcript. quae detecta eſt in eccleſia S. Agnetis Romae.

† ALMACIA, *Amaticle*, in Gloſſ. Lat. Gall. 1352. ex Cod. reg. 4120.

ALMAFIL. Ch. Rudefindi Ep. Damienſis aerae 930. apud Yepez in Chron. Ordin. S. Benedicti tom. 5. *Calices argenteos exaratos tres, ex quibus vnum Franciſcum, et eorum pateris, et quatuor auratos ſub minore, quintum de Almafil, cum ſua patena*. An materia ſit et quae, an nomen vrbis, vbi fabricatus ſit calix, de quo agitur, an fabricationis modus, dicat qui poteſt.

ALMAGESTE, ars magna. Effecerunt vocem hanc Alchymiſtae ex articulo Arabico *al*, et Graeco μεγίστη, cui junctum ſubintelligebant πραγματεία. Librum ſcripſit Ptolemaeus cui titulus *Almageſte*; quamuis non ſit chymicum, ſed ad Aſtronomiam pertineat. Scaliger ad Virgilii Calicem: *Arabes addito ſuo Al pleraque Graeca ad morem ſuum interpolarunt, vt liber Ptolomaei eſt Almageſte*. Pancirol. tit. XII. de recens inuentis: *Almegiſtus Ptolomaeus, idem quod hic Megiſtus, vel maximus Ptolomaeus*.

† ALMAMOR, V. *Almomor*.

ALMANACH, ephemeris, ſeu Kalendarium. Id nominis ab Arabibus impoſitum cenſet Scaliger, ad Manilium et ad Propertium; conflatum autem ex *al*, articulo Arabico, et μήν, dictione Graeca *menſem* denotante. Alii Aegyptiis longe ante Arabes, celeberrimis olim Aſtrologis profectum vocabulum cenſent, cum conſtet ex Porphyrio appellationem *Almenach*, et deſcriptionem *Almenachicam* (ἀλμενιχικὰ) ipſius etiam aetate paſſim vſitatam fuiſſe apud Aegyptios, ex ipſius verbis, quae citan-

cinantur ab Euſebio lib. 3. de Praep. Euangel. cap. 4. Ita vt ſic appellarint praedictiones rerum maxime contingentium ex ordine ſerieque menſium diſpoſitas atque deſcriptas. Vide Olaum Wormium in Faſtis Danicis lib. 1. cap. 2. et Salmaſium praefat. ad Plinium.

ALMANDINA, pro *Alamandina*, gemmae ſpecies. Teſtament. Everardi Com. ap. Miraeum to. 1. p. 21. edit. 1723. Vide *Alamandina*.

ALMANVS, pro *Alemannus*, Germanus, in Compendio jurium et conſuetud. Vniuerſit. Pariſ. per Rob. *Goulet* fol. 5. verſo.

† ALMARCHIA, i. q. *Almaria*. Comput. Mſ. fabricae S. Petri Inſul. a. 1482.

† ALMARCIA. Comput. a. 1471. ex Tabul. S. Petri Inſul. *Item Iohanni du Tois, pro vno ſtapello de Almarcia, poſito ſuper robinetum in parpitro.* Panni ſpecies videtur.

ALMARIA, ALMARIVM, pro *Armarium*; Gall. *Armoire*, *Armaire*, in Conſuetud. Normanniae. German. ſuper. Almer. Geruaſius Dorobern. in Ricard. I. Tabularium Foſſatenſe fol. 123.

ALMATRACIVM, Culcita lanea, Germ. Matratze. Teſtam. Maſcaronae Com. Ruthenenſis ann. 1291. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 551. Haec vox vti et ſequens deriuari videtur ex *masta*, Gall. *Naste*, cui adiectum ſit *al* Arabicum, vt non raro contingit.

ALMATRACVM, eadem notione. De B. Guill. Toloſano, to. 4. Maii p. 199. B. Vbi per *Almatracum* intelligenda eſt culcita durior ex ſtramine vel alia materia viliori confecta.

ALMATVS, V. *Decima almata*.

† ALMELINVS. *Beſtia almelina*, Gallis *Animeline*, quae ex iis eſt, quas *Aumailles* vocant. V. *Animalia*. Ch. a. 1206. in Chartul. Arremar. ch. 9. *Si vero animalia vel pecora - - in dampno capta fuerint - - de equo reddentur pro percheia VI. denarii, de beſtia almelina IV. denarii,*

† ALMENDA. Ch. a. 1396. in qua enumerantur bona vniuerſit. ciuit. Rosheim. *Diſtrictu*, *bannо*, *ſiluis*, *aquis*, *paſcuis*, *almendis*, *molendinis* etc. Forte *Alnetum*. *) Minime. Eſt enim vox Germanica, in Germania ſuperiori adhuc obuia, Almende, vniuerſitas publica, ager communis, et in ſpecie, ager compaſcuus, paſcua communis alicuius loci, gemeine Trift. Append. Antiquit. Lauresham. p. 119. *In aretis, paſcuis, agris, pratis, et communi, quod almende vocant.* Procul dubio ab all, omnis, et mein, ſiue gemein, communis. V. Fetſchens Wörterbuch v. Almend.

ALMETES, V. *Almities*.

ALMIACVM, pro *Almutia*, Gall. *Aumuſſe*. De B. Stanislao Polono Canonico to. 1. Maii. p. 779. E.

ALMICANTARATH, V. *Almucantarath*.

ALMIFICIVS, pro *Almificus*, de quo mox. Vita B. Giraldi de Salis circa finem XIII. ſaec. exarata, apud Marten. tom. 6. Collect. Ampliſſ. col. 1002.

ALMIFICVS, glorioſus, ſanctitate celebris. Vrbani V. Decret. in gratiam Monaſt. Caſſin. a. 1369. Lobinel. to. 3. Hiſtor. Pariſ. in Gloſſario: *Almificus confeſſor B. Ludouicus.* Hoc honoris epithetum non ſemel tribuitur illuſtrioribus viris, et maxime Praeſulibus. V. Murat. to. 3. pag. 194. col. 1. et alibi. Item etiam vrbibus. *Almifica Maſſilienſis*, in Charta a. 1046. ex Archiuo Monaſt. S. Victoris eiusdem vrbis.

ALMIGER, ſimili notione. Anaſtaſ. in Vit. Papar. ap. Murator. tom. 3. p. 270. col. 1.

ALMILVCERNA, in Breuiloquo dicitur *locus amoenus*, *qui frequenter illuſtratur.*

ALMIRAGIVS, pro *Admirallus*, Gall. *Amiral*. Vide in *Amir*.

ALMIRALLVS, eadem notione, apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1660 in Inſtrum. anni circiter 1401

ALMISSEMVS, pro *Almiſſimus*, ſuperlatiuus fictus ab *almus*. Inſcriptio tabulae altaris Monaſt. Hamenſis ab Mabill. relata tom. 1. Annal. Bened. p. 697. *Maria Almiſſema* (id eſt ſanctiſſima) *cum ipſ. viuens et exultens in aeterna ſaecula.*

ALMITAS. (1) Sanctitas. Vita S. Adhalardi. Ermericus in Vita S. Soli cap. 10. Est etiam titulus compellatorius apud Marculfum lib. 1. form. 6. Desiderium Episcop. Cadurcensem in Epist. 1. 13. 15. etc. Ioannem VIII. PP. Epist. 66. et alios non semel. *Precor modo obnixe almitatem tuam, mitissime Pater.* Hunfred. Wanlej. de Antiq. Litterat. Septentr. p. 153. (2) Paterna bonitas, vt videtur, benignitas charitasue. Ep. ad S. Hildegardem Abbatissam de S. Roberto. *Omnes in communi petimus pietatis vestrae almitatem.* Hericus in Prolog. ad Vitam metricam S. Germani Autissiod.

ALMITIES, ἀφροδίτης, *Pulchritudo*, in Gloss. Graec. Lat. Hinc emendandum Gloss. Lat. Gr. *Almetes, κάλλος ἀνατροφῆς*, legendum enim, *Almities, κάλλος, ἀνατροφή.* Vide Festum et ibi Scaligerum. *) Perperam, vt arbitrantur Cangii Editores, emendatur *Almetes*, cum vocabulum hoc rarius non legatur in veteribus Glossis, quam *Almities*. Deinde ipsa vox *Almities* ab alendo ducta melius per *κάλλος ἀνατροφῆς*, id est, Pulchritudo alimenti, seu pulchritudo ex alimentis salubribus nata, quam per *κάλλος, ἀνατροφή*, hoc est, diuiso sensu, *pulchritudo, educatio, redditur.* Sosipater Charisius vocem *Almities* vertit *ἐυφρύνεια*, Eximius decor, Reuchlinus autem in Breuiloquo ait; vocibus *Almitas, Almitudo, Almities* ab *Almus* ductis significari *sanctitatem.* Insuper *Almitus* legitur in veteribus Glossis pro *Almitas.* Vulcanius quidem, Meursius et alii post ipsos habent *Almitas*; verum cum Almitus declinari potuerit vt *servitus*, nulla apparet mutationis necessitas.

ALMITVS, V. *Almities.*

ALMOCABEL, Magistratus nescio quis Saracenicus apud Mauros Hispanos. Charta Alphonsi VIII. Regis Castellae aerae 1119. ap. Ant. de *Yepez* tom. 7. *Iis vestras tendas nullus Alvacil, neque Almuserificus, neque Almoçabel violenter intret etc.*

ALMOCADENVS, Capitaneus peditum, Hispanis. Vide Leges Alfonsinas part. 2, tit. 22. lege 5. et supra *Adalides.*

ALMOCALA, V. *Aliphasis.*

† ALMODIVM, mensurae genus apud Nauarros. Reg. sign. *Noster* in Cam. Comput. Paris. fol. 939. V. *Almudada.*

ALMOGAVARES, V. *Almugauari.*

ALMOMOR, Mensa Synagogae Iudaicae. Ioann. Matth. Tiberinus in Actis S. Simonis a Iudaeis necati n. 9. † *Almanor* edidit Murat. t. 20. Script. Ital. p. 948.

ALMONARIA, ALMONARIVM, V. *Eleemosynaria.*

ALMONARIVS, Eleemosynarius, quod vide.

ALMONERIA, V. *Eleemosynaria.*

ALMONETA, Auctio, Hispanis *Almoneda*, Gallis *Encan.* Occurrit non semel in Foris et Obseruantiis Regni Arag. lib. 4. tit. de Emptione, etc. §. 7. et alibi.

ALMOQVEIRE. Ch. Henr. Com. Portugalliae, to. 3. Monarch. Lusit. p. 282. *Almoquetre faciunt mihi seruitium manno, et inter vos non sit vlla manana.* † Academ. Hispan. in Diction. *Almocrebe.*, asinarius, mulio; a quo differre non videtur *Almoqueire.*

ALMORAVIDES, V. *Amoranisii.*

ALMORIA, pro *Almaria*, de qua supra, Germ. Almer, apud Rymerum to. 6. pag. 173.

† ALMOSTALAF, magistratus Saracenicus, apud Mauros Hispanos, cuius officium *Almostalafia* vocabatur. Ch a. 1165. in Append. ad Marcam Hispan. p. 1342. V. *Almocabel* et *Almudacasi.*

ALMOXARIFVS, ALMOXARIFA, ALMOXARIFHVS et ALMVSERIFVS, Portorii praefectus, exactor, portitor, Germ. Zolleinnehmer, Hispanis *Almoxarife.* Roder. Santius Histor. Hispan. part. 3. cap. 17. p. 212. Ch. Alfonsi VIII. Reg. Castellae apud Ant. de *Yepez* in Chron. Benedict. to. 7.

ALMVCABALA, Algebra, liber de rebus occultis. Lazarus Schonerus cap. 1. Algeb. Pseudo Ouid. lib. 1. de

de Vetula. Vbi pro ALMVGRABALAEQVE, legendum *Almucabalaeque*. Caeterum *Almucabala* oritur ab articulo Arabico *al*, et *mucabala*, quod a קבל accepit, audiuit; a quo etiam et *Cabala*, occultior quaedam doctrina. V. *Cabala*.

ALMVCANTARATH, et ALMICANTARATH. Vox Aſtronomica, vbi de Sphaera. Circuli ſunt horizonti paralleli, quos per omnes cuiuscumque Meridiani gradus ire cogitamus. *Almucantarati* omnes circa eosdem vertitur polos, Zenith, ſcilicet et Nadir. De his plura vide apud Io. de Sacroboſo de Sphaera, et alios ſcriptores Aſtronomicos. Vox eſt plane Arabica ab *Almocantarath*, vt loquitur D. *Herbelot*.

ALMVCELLA, parua almucia. Teſtam. Ranimiri Reg. Aragon. aerae 1099. ap. Martinez. in Hiſt. Pinnat. l. 2. c. 38. *Almoçala*, in Ch. aerae 1016. ap. Yepez t. 5. p. 444. *Almuçalla grezisca*, in alia aerae 1061. t. 6. p. 451. e. paſſim alibi.

ALMVCIVM, ALMVCIA, AVMVCIA, amiculum, ſeu amictus, quo Canonici caput humerosque tegebant. Io. de Ianua in V. *Flamen: Quicunque erat Sacerdos, in ſignum Sacerdotii deferebant Almucium.* Gloſſ. Latin. Gall. *Apex, Aumuce.* In Stat. Maſſil. MSS. *Capucium et Almutia*, idem ſunt. Liber Ord. S. Victor. Pariſ. Mſ. cap. 66. Radeuicus lib. 2. de Geſtis Friderici Imp. cap. 67. Wil. Thorn. in Chron. an. 1330. Cuculla caput, reliqua almucia humeri tegebantur. Statuta Eccleſiae Viennenſis apud Ioan. Le Lievre cap 26. de Canonicis. Stat. Eccl. Nouiom. ap. Vaſſorium. V. Chron. Montis-Sereni p. 153. Monaſtic. Angl. tom. 2. p. 464.

Fuit enim *Almucia*, Monachorum propria. Clemens V. PP. in Conc. Vienn. ſtatuit, *vt Almutiis de panno nigro, vel pellibus, caputiorum loco, vterentur.* Vide Clementin. Ne in agro domin. et Regul. S. Bened. c 55.

Fuit et virorum laicorum. Statuta MSS. vrbis Maſſil. a. 1293. Chron. Flandr. cap. 105. Ita coronam ſupra almuciam Rex deferebat. Cerimoniale Romanum lib. 1. ſect. 5. Sed et ipſae feminae *almucias* geſtarunt.

Ex praecallatis patet, almucias primitus capita operuiſſe, ita vt a capite pellis pars retro penderet, quae collum tegeret, pars vero ea, quae caput operiebat, formae eſſet quadratae, et quatuor veluti cornua effingeret. Hinc liquet, vnde eiusmodi pileorum, quos Galli *Bonnets quarrez* appellant, vſus fluxerit, qui non alii ſunt, quam almuciarum pars, quae caput tegebat, reſecta cauda; iique tum obtinuere, cum almuciae vel in brachiis, vel ſupra humeros geſtari coepere.

Quod ad vocis etymon ſpectat, cenſet Bayffius lib. de Re veſtiaria, ab amiciendo dicta almucia, quaſi *amicula*, quae, vt autor eſt Feſtus, et ex eo Iſiodorus lib. 19 cap. 25. fuerunt mulierum veſtimenta. Alii, vt Ioan. Cognatus in Hiſtor. Tornac. lib. 2. a Theotiſco ſeu Elandrico deducunt, *Hoft Mutſe*, hoc eſt capitis pileus, qua appellatione donantur almuciae in teſtamento Radulfi *Corsbout*, Decani S. Petri Lovanienſis ann. 1380. quo confert *duo almutia* dicta *Bontemutſen*, hoc eſt, pileos ex pellibus confectos. Eidem conſona habet I. *Banck* in Taxam Cancellariae Romanae. V. etiam *Armucia, Amicia*, et *Almunicium*. *) Huic cognata eſt vox German. Mütze, mitra, capitis tegmen, quam alii a meiden, tegere, alii a mutzen, mutilare, originem duxiſſe volunt. V. Clariſſ. *Ihre* Gloſſ. Suec-Goth. v. *Myſſa*.

ALMVDACAFI, Officiales ciuitatum in Hiſpania, quorum officium inter caetera eſt: *panes ponderare, et vinum menſurare*, vt eſt in Obſeruantiis Regni Aragon. lib. 7. tit. de Moderatione rerum venalium §. 1. Adde lib. 9. tit. de Salua infantion. §. 13. et Foros Aragon. lib. 9. tit. de Prohibita inquiſit. Eſt autem *Almutacafe* Hiſpanis ille, qui dolii modum virga explorat. V. *Almutazaphus*.

ALMVDADA, et ALMVDATA, mensura agraria, quae tantum terrae quantum *Almud* sementis capit. Est etiamnum Hispanis *Almud* mensurae species, quae dimidiam tenet *Hanegam*, capientem *minotum* Parisiensem, vel juxta quosdam sex *Celeminas*, quae faciunt sex modiolos seu *Picotinos*. V. *Almudium*.

ALMVDAYNA. Vsatica Regni Majoricar. a. 1248. MS. *De omni clamo, sine neget, sine dubitet reus, sive confiteatur, primum a Curia consilio proborum hominum sententia feratur, quae talis est: Per totam istam diem pausate cum vestro aduersario, vel firmate directum, vel in sero ascendatis in Almudaynam: si non Almudaynam ascenderit, habetur pro firmato directo, et exibit inde directum.* In Editis apud Ioan. Dametum in Histor. Regni Balearici pag. 268. *pro firmamento directi* habetur. Fit mentio *Almudaynae in ciuitate Majoricensi*, et domorum, quae in ea sunt, in aliis Chartis apud eundem Dametum pag. 315 et 333. et apud Petrum IV. Regem Aragon. in Chron. lib. 3. cap. 21. et tom. 5. Monarch. Lusitan. pag. 303. Idem videtur, qui Hispanis et Aragonensibus *calmedina*, seu praetor vrbanus, vel potius denotat praetorium, cui conjecturae fauet loci citati series.

ALMVDE, modius, medimnum. Fori Leirenae. Vide tom. 3. Monarch. Lusitan. pag. 282.

ALMVGAVARI, ALMOGAVARES, AMVLGAVERI, milites Hispani, ob animi generositatem celebres; quos quidam ab Auaribus seu Hunnis, qui primitus Hispanias et Gallias insederunt, alii, quod ex Arabibus et Sarracenis Hispanis genus ducebant, sic appellatos volunt. Ab Arabico *Mghabbar*, quod puluerulentum significat, et articulo *al* dictos *Amogabaros* Villanio Florent. docet Carolus Macer in Hierolexico fratris sui Dominici, *o* inter *m* et *g* addito euphoniae causa; sed vero similius videtur, sic Arabice dictos fuisse, propter arctissimam animorum in omnibus periculis vinctionem et conjunctionem, increbilemque omnium ad hostes superandos conspirationem; alter quippe modus scribendi hujus nominis, scilicet *Muhavir*, idem esse potest apud Arabes, quod apud Hebraeos *Muhavar*, id est, socius, comes, adjunctus. Conjecturam confirmat Scaliger, cum ait: *Almogauares, sunt Milites, quales Martoloſſi.* († Qui praedones sunt in Sclauonia proprie dicta, vt olim erant Isauri in Cilicia, Scoti in Anglia, nunc Vscocchi in Dalmatia. *Martoloſſi* vero Gall. dicuntur *Martolois.*). *Martolos* vel *Matelos* apud Armoricos, non in nauticis solum ministeriis, sed in bellis etiam gerendis, significat comitem, socium, adjutorem.

Αμογαβαροι appellantur apud Pachymerum lib. 11. cap. 13. et Niceph. Gregoram lib. 7. pag. 153. *Almogaueras* in Legibus Alfonsinis part. 2. tit. 22. lege 2. vbi ita dicuntur *Equites*, respectu peditum; denique *Armogaires* in veteri Charta Gallica in Camera Comput. Paris. De *Amogauaris* agunt Lucas Tudensis aerae 1273. Rodericus Tolet. l. 9. de Reb. Hispan. cap. 16. Raimundus Montanerius in Chron. Reg. Aragon. passim et Mocada in Hist. Catalan. cap. 7. Hos perperam Meursius, cum *Ampsiagriis*, de quibus notitia Imperii, confundit. *Almuganarorum* vero cohortes *Almuganeriam* appellat idem Montanerius cap. 170. et alibi non semel. Vide Glossar. mediae Graecitatis.

ALMVGEA. *locus planetae cum suas personas gerit, seu videt facie ad faciem.* Argolus in Amalthea Laurentii. Vox a Philosophis Arabibus accepta, quo conjunctionem planetae cum sole designant.

ALMVNIA, praedii rustici species apud Hispanos. Charta Sancti Regis Arag. aerae 1132. apud Martinez. in Hist. Pinnat. lib. 3. cap. 9. *Concedo praedicto Coenobio - - illam meam Almuniam, vocatam Daymus* etc. Alia Alfonsi VI. Regis aerae 1133. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ord. S. Bened. tom. 6. In his exemplis, per *Almunia* intelligi potest

eſt hortus, vt intelligendus eſt dubio procul in ſequentibus. Teſtam. I. Adephonſi Reg. Hiſpan. apud Marten. t. 1. Collect. Ampliſſ. col. 546. C. *Offero illis villam vnam nomine Hubeda, et vnam Almuniam, quam nos latine vocamus Ortum, qui eſt prope illam Eccleſiam S. Seruandi.* Et in Archiuo S. Victoris Maſſil. armar. Hiſpan. n. 115. *Almunia Regis, quam nos latine vocamus Ortum.*

*) ALMVNICIVM, Koreſut oder Kappe. Vocab. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ. V. *Almucium.*

ALMVS, ſanctus. Vita Ioachimi Seruitae to. 2. April. p. 458. Eſt quoque cognomentum Ludouici Imperat. Caroli Magni filii, qui vulgo *Pius* dicitur, in Chron. S. Vincentii de Vulturno p. 694. Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 18. Vide Briſſon. in Formulis pag. 50.

ALMVSERIFVS. Ch. Alfonſi VIII. Reg. Caſtellae aerae 1213. apud de *Yepez* in Chron. Ord. S. Bened. to. 7. *Et veſtras tendas nullus Almacil, neque Almuſerifus, neque Almoçabel violenter intret* etc. V. *Almoxarificus.*

ALMVSOSAT, brodium, id eſt, jus carnium elixarum, Germanis Brühe. Matth. Siluat. *Almuſoſat, i. e. Brodium cibabile, quod Latine vocatur Amorafia.*

ALMVSSA, ALMVSSIA, idem quod *Almucia*, in Statut. Maſſil. Mſ.

† ALMVSSERIVS, *almuciarum* artifex, Gall. olim *Aulmulcier*. Ch. a. 1454. in Reg. 187. ch. 111.

ALMVTAZAPHVS, Magiſtratus apud Aragonenſes, cujus munus eſt intrare domos, in iis res furatas perquirere, ponderare panes, et menſurare vinum etc. Vide Repert. Mich. del Molino in hac voce, et *Almudacaſ.*

ALMVTIA, ALMVTIVM. Vide *Almucium.*

ALMYRARCHVS, *maris praefectus.* Laurent. in Amalthea ex Peridonio. V. *Admiratus.*

ALNA. (1) Vlna, certae longitudinis virga, qua telas pannosque metiuntur, Germ. Elle. Vocis etymon accerſit Hickeſius a Saxonico *Eln*, vel *Ehne;* at rectius deduxiſſet a Latino *Vlna.* Menſurae hujus nomen, et vſus non ita recentia, vt norunt, qui vetera euoluere Tabularia et Diplomata. Statuta Eduardi Reg. Angl. pro Baſtida Valentiae apud Rymer. t. 2. p. 262. (2) Res menſurata. Ch. Abbar. Burgimedii Bleſenſis a. 1354. ex Archiuo ejusdem loci.

† ALNAGIVM, ad *alnam* menſio, Gallis *Aunage.* Reg. A. 2. Cam. Comput. Pariſ. ad a. 1321. Ch. a. 1328. in Reg. 65. ch. 286.

† ALNARE, ad *alnam* menſurare, Gall. *Auner.* Ch. a. 1318. Mſ.

† ALNARIVM, i. q. *alna*, vlna. Ch. a. 1322. t. 8. Ordinat. reg. Franc. p. 476.

† ALNEIVM, alnetum, Gall. *Aulnaje.* Ch. a. 1310. Mſ.

ALNETVM, locus vbi creſcunt alni, ein Ellern Holz, in Tabular. Calenſi p. 162 Vide *Alnidus.*

ALNIDVS, alnetum, locus vbi creſcunt alni, *Aulnaye*, in Conſuet. Aurelian. art. 152. et Stampenſi art. 187. Ch. Caroli Reg. Franc. ap. Hariulfum lib. 3. cap. 16.

ALNINI FVSTES, in Lege Salica tit. 63. §. 1. Ex quo loco viri docti recte conjiciunt, veteres Francos loca paludoſa incoluiſſe.

ALNVM, *Lignum, i. vernum*, in Gloſſ. Iſid. ſed legendum videtur *verunum*, aut *veru.* Papias MS. Bituric. *Alnus, Scapularis ſummitas, vel lignum quod eſt verna.* Gloſſ. MS. San-Germ. *Alnum, lignum, id eſt, verna.* Laurent. in Amalthea: *Alnum, id eſt, vernum.* Forte legendum *quernum*, inquit Graeuius in notis ad Gloſſ. Iſidori. Sed neque *quernum*, neque *vernum*, aut *veru* legendum eſt, ſed *vernum* vt reipſa legitur. *Vern* enim Gallis priſcis et Britannis eſt *Alnum*, et ſcribebatur *Wern.* In Borelli Lexico: *Vergne, un aulne, arbre dit ainſi: quod vere cito folia edat.*

ALNVS CAVA, nauis ſic dicta, quod ex *Alni* ligno ſaepe conficiatur. Vita S. Wilfridi Epiſc. auctore Fridegodo, in Actis Ord. S. Benedicti ſaec. 3. part. 1. pag. 188.

ALOA, *in India atque Arabica gignitur: Arbor odoris ſuauiſſimi ac ſummi.*

Denique lignum ipſius vice thymiamatum adoletur altaribus, vnde et nomen traxiſſe videtur. Sic Iſid. Orig. lib. 17. c. 8. Diſtinguenda eſt haec arbor ab *Aloë*. quae juxta eumd. Iſid. ibid. cap. 9. eſt *Herba amariſſimi ſucci*, qua in purgationibus vtuntur medici.

ALOARIVS, ALOERIVS, qui *Alodum*, ſeu praedium, etiam domino obnoxium poſſidet; *tenens*. Domesdei. Conſuetud. Catalan. Mſ. c. 55. c. 58. c. 59. Formulae vett. c. 29. vbi *apud tres aloarius*, idem valet, quod *cum tribus aloariis*. V. *Alodarius* et *Alodium*.

ALODARIVS, ALODIARIVS, eadem notione ac *Aloarius*. Domesdei. Willelm. Gemetic. l. 3. c. 8. Thom. Walſingham. p. 419. vbi perperam editum *a lodariis*, diuiſa voce. Giffrid. Vindocin. l. 2. ep. 7. et paſſim alibi.

ALODATGE, annuus cenſus, conductionis pretium, Gall. *Louage*. Codex cenſualis Piperaci ſcriptus ante an. 1078. fol. 24. et 25. Rotulus ſaec. XII. de Prioratu S. Pauli de Tartas ex Archiuo Monaſt. de Caſa Dei.

ALODATICVM, pro *Alodis*. Ch. a. 1069. in Tabular. eccleſ. Gratianopolit.

ALODES, eodem ſenſu quo *Alodis* ſumitur ſaepiſſime: at ſequenti in loco accipitur pro eo, qui poſſidet *Alodem*. Teſtam. Matfredi an 1066. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 85.

ALODIALIS, idem quod *Aloarius*, ſeu *tenens*. Ch. Willelmi Due. Norman. a. 1042. in Monaſt. Anglic. t. 2. p. 959. V. *Alodis*.

† ALODIALITER HABERE, jure *alodii* poſſidere. Ch. Gaufrid. com. Andegav. a. 1047.

ALODIARIVS. (1) Idem quod ſupra *Allodiarius*. (2) idem qui *Alodarius*.

† ALODIASIS, vt *Alodis*. Ch. a 1065. inter Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. p. 483.

ALODIATIO, locatio. Conſtitutiones Ferrarii Epiſc. Barcinon. tom. 4. Anecd. Mart. col. 622. B.

† ALODIATVS, ALLODIATVS. (1) Immunis, jure *alodii* donatus. Ch. a. 1319. t. 3. Cod. Ital. dipl. p. 1945. (2) Idem qui *Alodiarius*, cujus erat cum *paribus* ſuis de iis, quae ad *alodia* ſpectabant, cognoſcere et judicare. Ch. a. 1201. ex Tadul. abbat. Laud. in Cod. reg. 1245.

ALODIS, ALODVS, ALODVM, ALODIVM, ALAVDVM, ALAVDIS etc. voces vnius ejusdemque originis ac notionis, quae varie in veteribus Tabulis et apud Scriptores exarantur; ac *Alodis* quidem fere ſemper in Legibus, Capitularibus et Formulis antiquis: *Alodus*, in Charta apud *Beslium* in Comitibus Pictav. p. 239. *Alodum*, in capitulari Carlomanni Regis apud Vernis Palatium cap. 6. *Alodium*, apud Goffrid. Vindocin. lib. 1. Epiſt. 2. 3. 15. 18. *Alaudum*, in Chartis Burgundicis Perardi p. 25. 26. 27. 33. et in Tabulario S. Mariae Santonenſis; *Alaudis*, apud *Diago* in Comit. Barcinon. lib. 2. cap. 13. 27. in Charta an. 1030. apud Sammarthanos in Archiepiſ. Aquenſibus num. 120. 127. Gallice vero *Aleu*, *Aleu franc*, vel *Franc Aleu*, in Conſuetudin. Ducat. Burgund. *Franc-aloy*, in Conſuetud. municipalibus, et alibi paſſim; *Franc-aloud*, in Meldenſi; *Franc-aleuf*, in Trecenſi et Vitriacenſi Eſt autem *Alodis* vel *Alodium*,

(1) quiuis fundus. Vgutio: *Fundus pro agro, et proprie pro Alodio.* Ebrardus Bethuniensis in Graecismo cap. 12. *Alodium*, *Fundum dicas*, *Fundum maris imum*. Dudo lib. 2. de Actis Norman. pag. 83. Vbi *fundus et alodus*, idem ſonant quod *proprium immobile*. Vnde

(2) *Alodium*, idem eſſe dicitur quod *Praedium*, id eſt, Poſſeſſio, Haereditas. Vgutio, et ex eo Guillelmus Brito in Vocabular. MS. *Praedium dicitur poſſeſſio, villa, ager, ſeu perpetuum Allodium: et dicitur Allodium, haereditas, quam vendere et donare poſſum, ita* (al. *vt*) *eſt mea propria.* Addit Breuiloquus: *Et proprie vocatur fundus, ſine curia ruſticalis, ad quem agri vel manſus pertinent.* Gloſſ. Lat. Gall. *Praedium*, *Poſſeſſion ou heretage*, *Aleux*. Alio loco: *Allodium*, *Alloire*, *comme Heritage*, *Feus*,

Fons, Trefons. Leg. Longob. lib. 2. tit. 6. §. 9. *Si praedium, id eſt, Alodium habuerit.* Charta Rorigonis Comitis an. 839. in Tabulario S. Mauri ad Ligerim. Abbo Monachus ſerm. 5. Differt enim *Beneficium* vel *Feudum* a *Praedio* ſeu *Alodo*, quod idem ſonat, i. e. ab immobili proprio, vt *Honor*, ſeu *Beneficium* ab *Alodo*, in Capit. Caroli C. t. 19. Quippe *Beneficium* erat ad vitam, *Praedium*, ſeu *Alodus*, haereditas, proprietas Adde Capit. Caroli M. l. 1. c. 132. l. 3. c. 20. 81. Leg. Sal. c. 62. Leg. Bajuuar. tit. 2. c. 1. §. 3. tit. 11. c. 5. tit. 17. c. 2. Hariulf. l. 1. Chron. Centul. c. 15. *Paternae haereditati, quam noſtrates Alodium vel patrimonium vocant, ſeſe contulit.* Et in innumeris aliis locis. Sic *dare ad Alodem*, in Synodo Sueſſion. II. c. 3. Capitul. Caroli C. p. 87. 88. 116. *In Alodem relinquere*, in Chart. Parenſal. c. 21. Ita etiam bona dicuntur *tranſire in alodem*, quae in proprietatem dantur, ap. Eadmer. l. 1. Hiſt. p. 18. Hinc *Alodium* interdum opponitur *Comparato*, in Formul. vet. ap. Bignon. et Lindebrog. licet alias ſaepe etiam pro *comparato* promiſcue occurrat. Capitul. Caroli C. p. 241. 108. 247. 318. 389. 345 394. Hincmar. Rem. Opuſc. 53. Tabular. Laſcar. apud Marcam in Hiſt. Beneharn. p. 375. et alibi. ALODIS LEGALIS ET PROPRIVS. Ch. a. 1055. ex Archiuo S. Victor. Maſſil. ALODIVM PVRVM, apud Murat. t. 1. part. 2. p. 127.

(3) Praedium immune, et quod nulli praeſtationi aut oneri obnoxium eſt, Germ. ein freyes Lehngut. Ch. a 1078. in Tabular. Vindocin. *Eſt autem naturaliter Allodium, ab antiquo nullam omnino cuiquam reddens conſuetudinem, eidemque a progenitoribus jure haereditario contingens.* Alia ejusd. a. in eod. Tabular. *Reddit ea terra 2. den. cenſus, cum ante ſemper Alodium fuiſſet.* V. Catellum in Hiſt. Occitan. p. 788. Erat igitur *Alodium*, praedium non modo ab omni praeſtatione liberum, ſed et a quolibet ſeruitio reali et perſonali immune, licet illius poſſeſſor dominum agnoſceret, a quo illud tenebat in *feudum honorarium*. Ch. Bertr. de Montelauro a. 1274. *Vendo, et ex cauſa venditionis trado, cedo, pro libero et franco et abſoluto et immuni Alodio, tamen cum conſilio D. Petri Regis Arragonum ac Domini Montispeſſuli, in quo infra ſcriptae tenentur in feudo, et pro feudo honorato ſine praeſtatione cenſus, vſatici, canonis, et alterius ſeruicii, tam realis, quam perſonalis* etc.

(4) Feudum ſeu praedium, quod a reali ſiue perſonali ſeruitio minime liberum erat. Et hinc forte fluxit vſus, vt *Alodium liberum* ſeu *liberale*, Gall. *Franc-aleu*, diceretur, cum praedium immune ab eo, quod ſeruitio vel oneri obnoxium eſſet, diſtinctum vellent. Ch. Bernardi Com. Biſuldunenſ. a. 999. in Marca Hiſp. p. 418. qua Comes concedit Monaſterio Arulenſi functionem vel cenſum ſiue paſcuaticum ſibi debitum ab hominibus in valle Riui-Ferrarii manentibus, aut qui in ea habebant *Alodem curialem, quam vulgo dicimus feualem.*

(5) ALODIVM FALSVM, cujus mentio occurrit in aliquot Chartis Monſpelienſ. a. 1534. et 1535. ſic dictum, quod non ſit feodum, nec etiam vera proprietas, cum vſufructuario jure poſſideatur. Quid fuerit aperte declarat Ch. a. 1391. in Reg. 143. Ch. 288. *Cum prato quod nuncupatur del quart, quod eſt in falſo Allodio, et absque praeſtatione alicujus vſatici ac ſeruitutis annuae; ſed ſolum et duntaxat dando laudimium, dum contingit alienari.*

(6) ALODIVM, ALAVDIVM, pro ipſis Laudimiis occurrit, apud Bodin. de Republ. l. 1. c. 9. p. 107. edit 1586. *Alodius autem ex juſta ſeruitute manumiſſus; inde alaudium et laudimia dicuntur honoraria munera, quae domino fidem accipienti a vaſallo ſolent.* V. *Allodium.* *) De horum vocabulorum etymo multae et variae ſunt autorum ſententiae, quas ſi ſcire cupit, adeat Cangium h. v. Wachter. in Gloſſar. v. *Allodium* et Clariſſ. Ihre in Gloſſ.

Suio-Goth. v. *Od.* F. C. von Buri in Lehnrechte Part. I. p. 375 seqq.

ALODIVM
ALODVM
ALODVS } V. *Alodis.*

ALOERIVS, V. *Aloarius.*

ALOGA, *equi.* Amalthea. Constant. ibid. *Alogum, Equus, quod ratione careat.* Scilicet a Graeco ἄλογος, rationis expers. Hinc S. Augustinus mox in *Alogia*, vocat *Aloga*, animalia quaeuis ratione carentia.

ALOGAMENTVM, V. *Allogamentum.*

ALOGATOR, *praefectus generalis equitibus.* Laurentius in Amalthea.

ALOGI, vt scribit Hosinan. siue *Alogii* cum Isidoro Orig. lib. 8. cap. 5. Haeretici sunt, sic dicti, quod Verbi Diuinitatem negarent, respuentes Iohannis Euangelium et Apocalypsin. Ἄλογος, sine Verbo, ἄνευ λόγου.

ALOGIA, (1) *Conuiuium siue sermone, quia antiqui silenter prandebant.* Ita Breuiloq. Gloss. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Alogia conuiuium, Graece.* S. Augustin. ep. 86. Vide Fragm. Petronii pag. 44. (2) † Pars anterior domus, vt videtur, vestibulum. Lit. official. Ambian. a. 1376. in Reg. III. ch. 358. *Item, an erant plures in vico, hora qua pulsatur ruyote? Dixit quod ignorabat, quia cenabat - - Item, an iuit alogiam anteriorem?* Legendum forte *ad logiam.*

† ALOGIAMENTVM. (1) Castra, Hisp. *Alojamento.* Tract. Ms. de re milit. et mach. bell. c. 8. V. *Allogiamenta.* (2) Hospitium, Gall. *Logement*, olim etiam *Alogement.* Conc. Aquense 1409. ap. Marten. t. 7. Ampliss. Coll. p. 914.

ALOGIANI, eadem notione ac *Alogi.* Vide Hosm. Lex.

† ALOGIARE, V. *Allogiare.*

ALOGISTA, ἀλογιστής, qui non tenetur rationem reddere, in D. lib. 5. §. 5. de Admin. tutel.

ALOGIVS, V. *Alogi.*

ALOGOS, infans. Gloss. Sax. Aelfrici.

ALOGVS, ἄλογος, rationis expers. Pluries occurrit apud Martianum Capellam. Vide *Aloga*, *Allogus* et *Alogi.*

ALOIGNA, Cepe Ascalonita, Gall. *Eschaloigne, Eschalote;* Germ. Schalotten. Fleta lib. 2. cap. 12. §. 4.

† ALOMBRATES, illuminati, Hisp. *Alumbrados*, sectarii recentiores, de quibus Wolfius in memor. Lection. t. 2. p. 912 ad a. 1579.

ALONAXDI, V. mox *Alonazon.*

ALONAZON. Ordericus Vitalis l. IX. pag. 834. *Guillelmus Ebroicensium Comes - - decreuit Deo in proprio fundo domum aedificare, in qua electi Alonazontes cum vera religione regi regum congrue possent militare.* Hinc emendandus idem Scriptor pag. 833. *Super Rogerium Cluniacenses Alonaxdi tale scripserunt epitaphium etc.* Legendum enim *alonazontes.* At vnde haec vox orta, non omnino planum. Ἄλων Graecis est area, vnde ἀλωνίζειν, *in areis versari.* Sed quid *area* cum Monachis commune habet? Erunt forte qui μονάζοντες legendum censeant.

† ALONGARE, producere, extendere, Gall. *Allonger.* Guido de Vigeuano de modo acquirendo T. S. V. *Allongare.*

ALONGVARE, differre in aliud tempus, procrastinare. Codex MS. rituum Monasterii B. M. Deauratae. Vox Occitanae originis.

† ALONIA, potus species ex vino et absinthio, Gallis alias *Aloine, Aloyse*, et *Aluine*, confecta. Codex 68. S. Martial. Lemov. V. *Aluignia.*

ALONVS. Chron. Parmense ad an. 1266. apud Murat. to. 9. col. 781. *Et habebant dicti de parte Domini Vberti Pelauicini arma ad Alonos, qui dicta arma raspauerunt, qui non fuerant ad rumorem timore partis Ecclesiae. Alon* Hispanis est ala; num arma quae ad alas exercitus erant posita? † Nomen loci esse videtur.

ALOPECIOSA, *Calua ab Alopecia morbo aream nudam capitis reddente.* Onomasticon vetus apud Turnebum 28. 5. *Alopecia*, vox nota Plinio in Plurali numero, profluuium est capillorum, quod ex morbo solet accidere, Medicis Gallicis *Alopecie*, Graecis

cis ἀλωπεκία, ab ἀλώπηξ, vulpes, quod vulpes crebro id morbi patiatur, vel quod areſcant herbae vbi lotium vulpis fuerit effuſum. Vocem *Alopecioſus* vſurpauit Octav. Horatian. I. 6.

ALOPEX, Vulpes, ex Gr. ἀλώπηξ. Verſus inſcripti cuidam Eccleſiae apud Leonem. Oſt. lib. I. cap. 12.

Ore truces vlulare lupi ſub nocte ſilenti,
Alopicesque olidae laudum gannire ſolebant.

ALOPVS, *qui propter mercedem alapas patitur.* Gloſſ. Iſid. Rectius Pithoeus, Iohan. de Ianua et ſupra Cangius habent *Alapas.* Vetus Lexic. Monaſt. *Alapus, Qui alapas patiendo quaerit victum.*

ALOR. (1) Κοττυμός, *Luſus aleae,* in Supplemento Antiquarii. (2) Idem quod *Alodis,* Gall. *Aleu.* Charta Chlodouei III. an. 692. apud Felibianum, in Hiſt. Monaſt. S. Dionyſii p. XIII. Vide *Alodis.*

ALOSA, Piſcis marinus forte ab ἅλς, ἁλὸς, mare, ſic dictus, Gall. *Aloſe,* Germ. Moſe, Alſe. Lat. *Clupea.* In fluminibus exſpatiatur vere et aeſtate. V. etiam *Alauſa.*

ALOSVS, *alatus,* Gall. *Aile.* Miſſale Francor. apud Mabill. de Liturg. Gallicana pag. 316.

ALOTGEARE, ALOTGIARE, V. *Allogiare* 2.

ALOTVM, pro *Alodum,* legitur in Ch. ex Archiuo Abbatiae Abundantiae in Biblioth. Sebuſiana, Cent. I. c. 40.

ALOXINIVM, idem forte ac pigmentum, quod quidem recentioribus, teſte Ioanne de Ianua, vſurpatur pro *potione ex melle et vino et diuerſis ſpeciebus confecta, ſuaui et odorifera.* Hujusmodi autem potionem quam aliqui *Nectar,* Galli *Hipocras* vocitarunt, in majoribus feſtis Monachis et Clericis, datam aliquando atque etiam a fundatoribus Eccleſiarum Chartis legatam fuiſſe, praeter plurima Chartarum inſtrumenta, teſtatur Petrus Venerab. in Statutis Cluniac. cap. 11. Vdalricus lib. I. Conſuet. Cluniaç. c. 52. Sugerius in Teſtamento, et alii multi etc. Iam vero de vocis origine nihil ipſa hac ſignificatione certius indagare potuimus. Alienum non videtur, ſi ab ἅλς, ἁλὸς, ſal et ξυνὸς, communis, promiſcuus, deduxeris. Sed propius accedit *vinum aloſanthium,* quod Dioſc. 5. eſt vinum flore ſalis conditum, id eſt ambari odore ſuffitum. *Aloſanthus* enim Mathiolo in eundem Dioſcor. 5. 83. eſt flos ſalis, qui et *Ambra* a nonnullis appellatur. Ergo ex voce *Aloſanthium* facile fieri potuit *Aloxinium.* † Vox eſt ab Hiſpan. *Aloxa,* aqua mulſa, quam ab Arabibus accepiſſe videntur.

ALPA, pro *Alpis.* V. *Alpes.*

† ALPAGIARE, pecora paſcendi cauſa in montes ſeu *Alpes* abigere. Ch. a. 1315. in Reg. 101. ch. 100. *) Heluet. zu Alp fahren.

ALPAGIVM, Ius paſcendi pecora in Alpibus, vel penſitatio pro facultate ea abigendi in alpes. Ch. a. 1331. inter aduerſaria Dom. Lancellot. Tabular. Eccleſ. Tarentaſ. *) Germ. ſenſu poſteriori, Alpengeld.

ALPAL, f. palam. Viſitatio Monaſterii S. Amantii Rutenenſis an. 1347. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Presbyter curatus diebus Dominicis et aliis conſuetis Alpal excommunicatos pronunciet.*

† ALPARE, ALPEARE, eadem notione ac *Alpagiare.* Stat. Montisreg. p. 233. Stat. Vercell. l. 4. p. 71.

ALPARGATES, Spartea, calcei ex funibus, Hiſpanis *Alparga* in Conſtitut. Tereſianarum cap. 8. Synodus Limenſis an. 1594. to. 4. Collect. Conc. Hiſpan. p. 707. *Caligas faciant et cannabaceas ſoleas, vulgo Alpargates. Alpargata* vertit Sobrius in Lex. Hiſp. Gall. *Vne eſpece de ſouliers faits de chanvre: il's en fait auſſi de ſoye, et de joncs la plupart.*

ALPATICVM, idem quod *Alpagium,* in Tabular. Eccleſ. Gratianop. fol. 42. 18. 50.

ALPEARE, V. *Alpare.*

ALPES. (1) Vocati non modo montes, qui Italiam ab Gallia et Germania diſterminant, ſed etiam vniuerſim quiuis montes altiores. Gloſſ. Lat.

Lat. Gr. *Alpes*, ὄρη ὑψηλά. Iſidor. lib. 4. cap. 8. *Alpes proprie montes Galliarum ſunt, de quibus Virgilius, Aerias Alpes, et dicendo aërias Alpes, verbum expreſſit a verbo: nam Gallorum lingua Alpes alti montes vocantur.* Quae quidem hauſit a Seruio ad illud Virgilii lib. 3. Georg. *aërias, Alpes*: vbi ait a Gallis *aërios montes Alpes* vocari. Hac igitur notione, Alpes, Pyrenaeos montes appellauit Auſonius Epiſt. 24. vt et Fortunatus lib. 6. poëm. 2. et 7. lib. 10. poëm. 25. quo ſenſu *Alpinos Hiſpanos* dixit ex Catone Gellius. Ita Atho Monti, *Alpis* nomen non ſemel tribuit Sidonius carm. 2. et 9. *Alpes Aruernas* dixit Fortunatus Pictav. Epiſcopus; *Alpes Aſtoricenſes*, Osmundus Epiſcopus Aſtoricenſis Epiſt. ad Idam Comitiſſam Bononiae; *Alpes Dofrinas* in Dania Saxo Grammaticus lib. 8. pag. 134. Dudo lib. 1. de Actis Normann etc. (2) Paſcua montana, vbi aeſtate pecora agunt et paſcuntur, ea ſcilicet, quae in montium conuallibus ſita ſunt. Nam non deſunt, qui genuina notione *Alpes*, montium ſeu collium anguſtias ſignificare cenſent; atque in iis Procop. lib. 1. de Bello Goth. pag. 186. Edit 1607. Et Euſtathius ad Dionyſii περιηγ pag. 42. qui ταυτην την λεξιν ait, ταυτον δυναϑαι τη πλειαδι. Charta Notherii Veronenſis Epiſcopi an. 921. apud Vghellum: *Portionem etiam meam de ſilua, quae dicitur Forojuliana: ibidem addo et campum meum in Luxino ad Alpes faciendas.* Alia ann. 1168. apud Auguſtinum de la Chieſa in Hiſtor. Pedem. cap. 26. *A Carolo Epiſcopo Taurinenſi quasdam Alpes, in valle Lancei ſitas, acquiſiuit.* Occurrit etiam eadem notione ALPA in Chartis Aleman. n. 86. *A Meggelit. Alpa, a portaris Alpa.* Ita vſurpatam hanc vocem obſeruare eſt in variis Tabulis apud Vghellum to. I. p. 898. 915. to. 2. pag. 107. 130. to. 5. pag. 1115. Columbum lib. 1. de Epiſcopis Valentin. n. 142. (3) Altitudo. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Walae Abbatis Corbeienſis lib. 1. cap. 16. inter Acta SS. Bened. ſaec. 4. part. 1. p. 479. *Vbi jubebat mihi noſtrum ſternere lectum*, (in agri ſulcis) *quorum latera hinc inde pulcris nos ambiendo foouebant ſulcris, dum equi ſella in medio poſita, quae vnam mihi Alpem ad caput praebebat, alteram illi.*

ALPESTRIS, i. q. paſcuus. Guido Aretinus de ſuo itinere Romano ad Ioannem XIX. Papam in Annal. Bened. tom. 4. pag. 324. † Ch. a. 928. ap. Murator. t. 1. Antiq. med. aeui p. 271.

ALPHA. (1) Geſta Tancredi in expeditione Ieroſolym. auctore Radulpho Cadomenſi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 168.

Tunc oculis clauſis Turcus, ſed Francus apertis
Dimicat, et ſubito verſa vice praeualet ille,
Qui prope victus erat; ſuperatur qui ſuperabat.
Hic fugit, ille fugat, Baal ruit, obruit Alpha.

Per *Baal*, vti conjicio, Radulphus hic intelligit Mahumedem Turcarum Pſeudo-Propheram, et per *Alpha* Chriſtum Dominum juxta illud Apocalypſis I. 8. *Ego ſum α* et *ω principium et finis.* (2) ALPHA GRAECVM inquit Iſid. lib. 14. Orig. cap. 26. *in dextero brachio ſuperiori O littera conjuncta choenix eſt*, id eſt menſura 6. Sextariorum. (3) ALPHA, pro *Alba*, Gemma, vnio. V. *Alba* 1.

ALPHABETVM. (1) In modum crucis bis in pauimento deſcripſit Pontifex, cum conſecrat Eccleſiam. Bruno Signienſis de conſecrat. Eccleſiae, et alii rituum Eccleſiaſticorum Scriptores paſſim, vbi de conſecratione Eccleſ. Vide *Abecedarium*, *Chirographum.* (2) *Chartae per Alphabetum diuiſae*, eae dicebantur, quarum duo exempla prorſus eadem, et inter vtrumque litterae majusculae deſcribebantur ea parte, qua ſecari et diuidi debebant hujusmodi inſtrumenta, vt vnum vni, alterum alteri contrahentium traderetur. Per medium igitur litterarum ſic exaratarum membrana ſecabatur ad vitandam

dam fraudem. Exòrta enim lite componebantur exemplaria. Si cohaerebant litterae majores deciſae, nulla falſitas timenda, ſin autem, ſtatim retegebatur. Charta Rainaudi Lugdun. Archiep. de villa S. Andeoli an. 1215. to. 2. Macer. Inſulae Barbarae pag. 528. Chartar. MS. Eccleſiae Auxitanae cap. 155. de impignoratione Oddonis de Arbeiſſano: *in cujus rei teſtimonium praeſens Charta per Alphebetum diuiditur in duas partes.* Harumce Chartarum ſpecimen vide, ſi cupis, apud Mabillon. lib. 5. de Re Diplomatica p. 425. (3) † Schola, ſeu locus, in quo monachi vacabant ſtudio pſalmorum memoriter addiſcendorum. Regula Magiſtri c. 50.

ALPHACHINVS, et ALPHAQVINVS, ſapiens, doctor, qui ſacris praeeſt, apud Turcas. Chron. Terrae Sanctae Radulphi *Goggesiuale* Abb. ap. Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 570. et col. 572. Conc. Valentinum an. 1565. to. 4. Collect. Conc. Hiſpan. p. 64. Summus Mahumetanae religionis pontifex etiamnum apud Mauros vocatur *Alfaqui*, vnde inferiores hujusce ſuperſtitionis miniſtri dicti ſunt *Alphaquini*.

† ALPHANVS, *falſus mendicus*. Vocabul. compend.

ALPHARACES, equi Arabici. V. in *Farius equus*.

† ALPHETA, *la polenta de l'orzo. Alphiterrea*, *la farina de orzo*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. *Alphitum*, ap. Priſcian. medic. l. 1. c. 12. V. *Alfita* 1.

ALPHI, papulae, quibus aliquando facies turgeſcit, Medic. Salern. Edit. an. 1622. pag. 204. Laurentio in Amalthea *Alpi* ſunt vitiligines ab ἀλφὸς albus ſic dicti; vnde hujus vocis etymon ducunt a candore, quod hujusmodi vitiligines ſpeciem referant minutarum vnionum, quae paſſim ab albedine *Albae* dicuntur, interdum *Alphae* et *Albulae*. Vide *Albi* 1.

ALPHINVS, in ludo ſcacorum, perſona, quam Galli *le Fol*, Germ. **der Springer** vocant, Itali *Alfino*. Alanus in Parabolis:

Sic inter ſchachos Alphinus inutilis extat,
Inter anus bubo etc.

Pſeudo Ouidius lib. de Vetula, vbi de ſcacorum ludo:

Sex ſpecies ſaltum exercens, ſex quoque Scaci:
Miles et Alpinus, Roccus, Rex, Virgo, Pedesque.

Infra:

Obliqne ſalit Alphinus etc.

† *Alphilis* dicitur in Gloſſ. Mſ. Twingeri. Galli vero *Auſin* vel *Auphin* nuncuparunt; cujus vocis originem Spon. in not. ad Hiſt. Geneu. p. 406. recte prorſus arceſſit a nomine *Alphil*, i. e. elephas, quo hanc perſonam appellabant orientales; vnde Galli tandem *fil* et *fol* dixerunt.

ALPHITA, V. *Alfita*.

ALPHITEREA, V. *Alpheta*.

† ALPHIVM, *la noix*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† ALPHONSINVS, ALFONSARIVS, moneta regum Hiſpaniae, apud quos Alphonſi, nomen familiare fuit, Gallis etiam *Alphoncin*. Ch. a. 1239. ex Tabul. eccl. Auxit. V. *Anfuſini*.

† ALPHVR, *i*, *la fava*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

ALPINAGIVM, idem quod *Alpagium*. Camera Comput. Dalphin. Vienn. in Computo an. 1324. 23. Auguſti.

ALPINVS, V. *Alphinus*.

† ALPISERMVS. Ch. ap. Meichelbec. t. 1. Hiſt. Friſing. p. 31. *Caſas*, *curtes*, *jumentis*, *pecodibus*, *alpiſermis*, *aquis* etc. Vbi legendum eſt *apſis*, *ermis*, pro *hermis*. *) Vel potius *alpis*, (pro *alpibus*) *ermis*.

ALPOMEL, ſedes Praepoſiti Eccleſiae Cathedralis Anicienſis cum Epiſcopus in Pontificalibus non celebrabat. Notitia de dignitate Praepoſiti, in noua Gallia Chriſt. tom. 2. Inſtrum. col. 296. Hujus vocis origo, ſi bene hariolor, eſt *al*, quod in quibusdam Galliae regionibus dicitur pro *a*, *au*, vel *à la*, Latine in, ad, et *pomel*, qui videtur ſedes ornata globis, quos vocant Galli *pommes*, vel *boules*: *Alpomel* ergo, ſi vera eſt conjectura, non eſt peculiaris ſedes Decano erecta, ſed ſedes eſt nani proximior, quam occupare ſolet prima

ma chori dignitas, vt loquuntur, et quae *pomel* dicta sit ex iis pilis vel globis, quibus erat decorata.

ALQVARIA, ALQVERIA, eadem notione ac *Alcheria*, in Ch. Iacobi reg. Aragon. a. 1250.

ALQVITRANVM, Naphtha, bitumen Babylonicum, *Alquitran*, Hispanis. Secunda Curia Generalis Catalaniae sub Iacobo Rege Arag. an. 1299. MS.

ALRAVNAE, ALRVNAE, ALRVNNAE, ALIRVMNAE, et ALIORVMAE. Ita vocauere Gothi, veteresque Germani Magas suas, quae apud eos eadem seruntur obiisse munia, quae Druidae apud Gallos, atque haud absimiles fuisse secutas leges. De his Ianus Frey in lib. cui titulus Admiranda Galliarum 8vo. Paris. 1628. pag. 32. († I. G. Keyslerus cum in notis ad Sched. tum in Antiquit. Septentr.) Apud Murator. tom. 1 p. 370. vocantur *Alrunnae*. Vide *Alyrunnae*.

ALSACIA, ALSACCIA. Lex Ripuar. tit. 58. §. 19 *Hoc etiam constituimus, vt hominem Regium Romanum, vel tabularium interpellatum in judicio non tanganet, et nec Alsacia requirat.* Edit. Heroldi *Alsaccia* praefert. Sichard, et Cod. Corbonienſis *Alsatia*, Cod. Guelferbyt. *Adficia*. Deriuatur ex Germano *Als* vel *Hals*, Collum, et *Sache*, Saxon. *Sake*, Causa, lis, controuersia. Est igitur *Alsacia* idem quod Germanis Halssache nempe causa capitalis, vbi de collo siue capite accusati agitur. Haec Eccardus in locum citatum.

ALSARE, rebellare. Charta Iacobi Regis Aragon. an. 1276. apud *Diago* in Histor. Regni Valentiae lib. 7. cap. 66.

ALSATIA, V. *Alsacia*.

ALSBERGVM, i. q. *Alberga*.

ALSIERINA, vasa vnguentaria. Gloss. Saxon. Aelfrici *Fictilia, vel samia etc. Alsierina: veadde, laemene radu* i. unguentarium fictile vas. Sed legendum videtur *Maserina*, quod V.

ALSIOSVS, V. *Alsosus*.

ALSOS. Charta Adelfonsi VI. Imp. Hisp. an. 1086. apud Anton de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. to. 6. *Quoniam quidem oportet vos de vestris artibus viuere, et ire per diuersas terras: mando et detesto, quod nullus aliquis pignoret vos pro Alsos, neque pro haereditate S. Facundi, nec illis pro vobis.* Legendum forte *Alodes*.

ALSOSVS, pro *alsiosus*. Papias. *Alsosus, id est, frigorosus ab Algeo*. Ita et Isidorus.

ALT ET BAS, summo jure. Bulla Gregorii Papae apud Rymer. to. 2. pag. 17. *Memoratus Guido cum ejusdem non modico, profusis lacrimis instantis supplicationis verbis effusis, se Alt et Bas sine tenore, modo, vel conditione aliqua, nostris mandatis exponens, petebat humiliter etc.* Eodem sensu *Alte* et *Basse* non semel occurrit in ejusdem aeui Instrumentis.

ALTA MISSA, ECCLESIA ALTA, ALTA COMMEMORATIO. Improprie vsurpatur in MS. Codice Rituum Ecclesiae B. Mariae Deauratae et alibi non semel pro Missa aut oratione quae cantando dicuntur, et pro Ecclesia superiori respectu inferioris et subterraneae. ALTA PATRIA, regio superior. ALTA PRODITIO, Crimen laesae Majestatis, Germ. Hochverrath. Anglis proditio duplex, *alta et bassa*. Quidquid in regem, regnumque admittitur, *Alta proditio* est, Parentum, vxoris, filiorum, dominiue caedes, *bassa* censetur proditio. Rymer. t. 8. pag. 163. † ALTA MARIS, altum, quod a terris longe distat. Ch. a. 1290. ex Chartul. Occitan.

ALTAGIVM, quidquid obuenit *Altari*, seu Ecclesiae, tam ex agris, vineis, pratis, censibus etc. quam ex quotidianis oblationibus. Hist. Beccensis Ms. p. 506.

ALTALALAGIVM, eadem omnino notione. Obituar. Ecclesiae Morinensis MS. fol. 36. Hist. Comitatus Ebroicensis, Instrum. pag. 9. V. *Altaragium*.

ALTALAYA, V. *Latalia*.

† ALTAMOR pro *Atamor*, vt legendum putat Cangius ad Ioinuill. p. 61. ap. Roderic. Tolet. c. 37. *Et continuo Atamoribus propulsatis, cinium multitudinem conuocauit.* Rectius in voce *Tahur* ipsemet emendat

dat *Al-Tamber*, vocemque Arabicam esse docet. V. *Athomora.*

ALTANA, ALTANA SEMIS, ALTANA SEMIS MAJOR, ALTANA SEMIS MINOR. Variae antiquarum scripturarum species. Vide *Scriptura.*

ALTANATVS, recens plantatus. Ch. a. 1319. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 1941. V. *Altenum.*

ALTANVM. Ius Vicentinum lib. 1. *Lignum fructiferum, de cossa viride, vel Altanum etc.*

ALTANVS. (1) Gloss. Sax. Aelfrici: *Altanus, Vodan*, quae vox Saxonica Vodanum, seu Mercurium sonat. Vide *Vodan.* (2) Eurus, subsolanus, Gall. *Autan*, Germ. Südostwind. Papias: *Esthesia, aura ab aquilone flans, Altanus dicitur.* Papias Mss. Bituric. *Altanus, Flatus qui in pelago est, per dirivationem ab alto, id est mari, vocatus; nam alter est flatus in ripis, quem dicimus auram. Nam aura terrae est.* Charta Ms. relata inter Antiquitates Occitaniae Benedictinas a Stephanotio collectas part. 1. p. 368. *Ipsa - - terra affrontat de Aquilone in terra S. Amiani - - de Altano affrontat in terra in Odone Stephano; de Meridie in terra de Bernono Landrico - - de parte Circi*, (id est, Septentrionis,) *similiter.* Hinc etiamnum Occitani Euronotum vocant *Autan.*

ALTAR, *altare.* Isid. Gloss. et ante Isidorum Prudentius, in Hymno qui B. Vicentio dicatus est, et Hymno de S. Eulalia Item Alcuinus Poëmate 241, f. 1735.

ALTARAGIVM, ALTERAGIVM, ALTELAGIVM, obuentio altaris. Charta Oliuerii Episcopi Lincoln. to. 2. Monastici Anglic. p. 881. Alia Ricardi Dundm. Epis. p. 152. ibid. *Et medietatem decimae bladi cum toto Alteragio eiusdem.* † *Altaragium* id potissimum dictum fuisse videtur, quod vicario altari seruienti assignabatur, quodcunque illud fuerit; cum praecipui reditus iis, quos *curiones primarios* vocamus, reseruarentur. Vnde et *Altararius* nuncupabatur.

ALTARARIVS, idem quod *Altarista*, vicarius Ecclesiae, qui altari seruit, cui assignari solent emolumenta, quae Presbyteris et Curionibus proueniunt ratione altaris. Bulla Vrbani V. a. 1368. apud Wadding. a. 1368. n. 9.

ALTARE. (1) Ara, significatus veteri Latio familiaris. ALTARE ANIMARVM, in quo sacra fieri solent pro animabus defunctorum. Synod. Valent. a. 1584. t. 4. Collect. Conc. Hisp. ALTARE AVTHENTICVM, altare maius, Germ. der Hoch-Altar. Breuiar. Sarisber. a. 1556. † ALTARE BIARICIVM, pro *viaricium*, i. q. *viaticum.* Hist. Cassin. t. 1. p. 254. ALTARE CAPITANEVM, sic nuncupatur, quod in capite absidae, seu fronte ecclesiae primum est, siue illud maius sit, siue minus; in pluribus namque ecclesiis pone maius altare, aliud exstat in capitali parte, quod dicitur *capitaneum.* Mirac. S. Bertini sec. 3. Bened. part. 1. p. 152. V. *Capitium.* ALTARE CARDINALE, altare maius, in Actis SS. Bened. sec. 3. part. 1. p. 146. ALTARE CONVENTVALE, quod est intra chori septa. Ch. a. 1268. Ms. ALTARE DOMINICALE seu DOMINICVM, altare maius praecipuum. Chartul. S. Vandreg. t. 2. p. 2033. Chron. S. Flor. Salmur. ALTARE GESTATORIVM, seu ITINERARIVM, i. q. *Altare viaticum*, seu *portatile.* Murat. t. 6. Antiq. Ital. med. aeui p. 285. † ALTARE LEVATICVM, eadem notione. Stat. Abbat. Cassin. a. 1441. † ALTARE MAGISTRVM, maius, praecipuum, Gallis etiam *Maistre-Autel*, apud Acher. t. 4. Spicil. p. 243. † ALTARE MATVTINALE, in quo prima missa diei celebratur. Chron. S. Floren. Salmur. et passim alibi. ALTARE PARATVM, i. q. *altare viaticum*, sic dictum quod auro, aliisque rebus pretiosis pararetur seu ornaretur. Hist. Beccens. Ms. p. 352. Miraeus t. 1. Diplom. Belg. p. 21. ALTARE PORTATILE, seu VIATICVM, *quod per viam portetur, propter quod portabile vel viaticum appellatur*, apud Duran. l. 1. Ration. c. 6.

c. 6. n. 34. Hist. Dalphin. t. 2. p. 326. *Altare gestatorium* apud S. Anselm. l. 3. ep. 158. *Lapis portatilis*, in Synod. Baiocensi a. 1300. c. 20. V. Io. Mabillon. in Praefat. ad t. 3. SS. Ord. S. Bened. n. 78. † ALTARE SACRAMENTORVM, vbi Eucharistia asseruatur, vel sumitur. Chron. Sublac. Ms.

(2) Ecclesia. Hist. Paris. t. 3. Probat. p. 53. Acta Murens. Monast. p. 35. *Ergo quod istud altare istius loci principale est altare, quisquis isti altari proponitur, siue monachus, siue clericus sit, ille etiam debet dotem et decimam, et omnia caetera iura Ecclesiae in sua habere potestate, quod hoc nusquam audiuimus, in vno loco esse duas principales Ecclesias et duo altaria.* Et passim alibi.

(3) Oblationes factae ad altare, reditus altaris seu ecclesiae, in Chartis sec. XI. et XII. passim. Praecipue decima ecclesiastica. Ch. a. 1076. in Chron. Monast. S. Ioann. de Vineis p. 50. et alibi.

(4) ALTARE CHORI, pluteus, lectorium, Germ. Pult. Caerimoniarum vetustus Cod. Ms. Monasterii b. M. deauratae Tolos.

(5) Basis Phylacteriorum, seu capsellarum, in quibus reconduntur reliquiae. Brouuer, l. 8. Annal. Treuirens. n. 114. Bibl. Labbei t. 2. p. 272.

(6) † Mensa vsuariorum. Stat. Mant. l. 2. c. 36.

ALTARE, verbum, leuare, extollere. Gloss. Cyrilli: *ὑψω, alto, amplo, exalto.* V. *Altiare.*

ALTAREBRVNVM. Vetus Ch. apud Ioann. Schefferum ad Chron. Upsal. p. 152. *Item duas pallas bissinas cum Altarebruna aurea.* Infra: *Obtulit praeterea dicta Domina Duciſſa Ecclesiae Vpsalensi duas bonas cappas de papauere, duas pallas, alteram cum Altarebruno*, etc.

† ALTARIENSIS, sacellanus, vt *Altarista.* Bulla Innocent. VIII. a. 1484. in Continuat. Bullar. magni p. 290.

† ALTARIOLVM, *parvum altare.* Laur. in Amalth. ex Cath.

ALTARISTA, Sacellanus, in Miraculis S. Catharinae Suecicae. *Altariſte*, in Statutis Metensib. tit. 1. art. 126. Acta SS. to. 1. April. p. 392. *Vniuersis et singulis dominis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus - - Vicariis perpetuis, Altaristis - - hoc praesens instrumentum inspecturis.* Vide to. 2. Aprilis pag. 713. et pag. 731. Leibnit. Hist. Brunsv. to. 2. p. 817. Serrar. de rebus Mogunt. to. 1. nov. Edit. pag. 76. Miraei opera Diplomat. Edit. 1723. to. 2. p. 1061. Ludouicum *Laguisse* Hist. Alsat. p. 111. Instrum. col. 2.

† ALTARISTER, eadem notione. Ch. a. 1398. in Probat. Hist. Autiss. p. 131.

† ALTARITAGIVM, oblatio altaris, V. *Altaragium.* Ch. a. 1232. in Chartul. S. Petri Carnot.

ALTARIVM. (1) Pro *altare* vsurpant non semel inferioris aetatis scriptores. Sulpit. Seuer. l. 1. c. 1. et alii. (2) † Vt *Altaritagium* in Chartul. Celsinian. ch. 689. (3) † *Altare*, capella. Ch. Phil. pulchri a. 1314. in Reg. 50. ch. 78.

ALTATVS, excelsus, Germ. erhaben. Vita Ms. Wengaloei fol. 60. Sidon. lib. 2. Epist. 2.

ALTE, V. *Altus.*

ALTEA, pro *Althaea*, Planta medicinalis. Locum vide in *Bismalua.*

ALTECOMVS, procer, alte jubam gerens, dicitur de equo in Agnelli lib. Pontif. apud Murator. to. 2. pag. 58. col. 2. D. Vide *Alticomus.*

† ALTELAGIVM, i. q. *Altaragium*, in Actis Ms. capituli S. Petri Insul. a. 1437.

† ALTENVM, plantarium, siue vitium siue arborum, sed et de agro dicitur in quo seminatum est frumentum. Stat. Saluciar. collat. 7. c. 195. Stat. Taurin. a. 1360. c. 164. V. *Altinetum* et *Altinus.*

ALTER, pro *alius*, apud Tertullian. de Cultu femin. cap 2.

† ALTER DIMIDIVS, i. e. vnus et dimidius, anderthalb, in Ch. a. 1398.

ALTERARE, mutare. Will. Neubrig. l. 2. de Gest. Pontific. Angl. pag. 245. Vita S. Neoli Abbat. n. 6. et alibi.

† ALTERATIO, pro *altercatio*, in Stat. Cadubrii l. 1. c. 12.

† ALTE-

† ALTERATIVVS, apud Chymicos, vim habens immutandi, Gall. *Alteratif. Medicina alteratiua*, in Ordinat. a. 1352. t. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 609.

† ALTERATVS, aliena ſpecie ſeu veſte indutus, ita vt alius eſſe videatur. Stat. Conc. Treuir. a. 1310. c. 10. apud Honthéim t. 2. Hiſt. Treuir. p. 45.

† ALTERCARE, *coniicere, proſcindere, lacerare*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ALTERCARI. (1) Inuicem confabulari, diſſerere, rariocinari. Gloſſ. Lat. Graec *Altercatur*, ἀντιπτοχρίνεται, διαλέγεται. S. Caeſarius Arel. in Ep. ad Oratoriam Abbatiſſ. (2) Velitare, praeliari, in Hiſt. Obſid. Jadrenſ. 1345. l. 2. c. 9.

ALTERCATIO, ἀμοιβαῖοι λόγοι, in Gloſſ. Lat. Gr. Dialogus, collatio; ſed proprie inuicem in ſententia diſſidentium. Laudatur a Gennadio de Scriptoribus Eccleſiaſt. *Liber Altercationis* Iuliani Epiſc. Capuani et S. Auguſtini, *Amborum partes ſuas defendentium*; *et Altercationes, quas* Eugenius, Carthagin. Epiſc. *cum Adrianorum Praeſidibus per interuncios habuit, ab eo conſcriptae*. Iſid. Hiſpal. in S. Fulgentio: *Eſt et liber Altercationis eius, quo de fide cum Transamundo Rege idem Fulgentius diſputauit*. Qui denique nuper editi ſunt a D. Luca Acherio to. 10. Spicil. Conſultationum Zachaei Chriſtiani et Apollonii Philoſophi tres, hocce titulo inſcribuntur in Codice Lemouicenſi: *Altercatio Apollonii Philoſophi cum Zachaeo Chriſtiano*.

† ALTERGARE, altercari, contendere, moleſtare. Ch. a. 1120. in Lam. Delic. erud. 179.

† ALTERIA, pro *Arteria*; nude hic vſurpatur pro aſpera arteria. Ch. a. 1378. in Reg. 114. ch. 88. Alia a. 1380. in Reg. 118. ch. 234.

ALTERIBALANIS, *dicitur lucernarum vſibus aptum*. Papias. † Gloſſ. Ital. Mſ. *Altimbalanus, ni, lo legno, che tiene la lucerna*.

ALTERITAS. (1) *Viciſſitudo*, Ioanni de Ianua. Ebrardus Betun. cap. 12. S. Auguſtin. de Muſica lib. 6. Guigo in Vita S. Hugonis Epiſc. Gratianop. n. 13. Petrus de Vineis lib. 3. Epiſt. 32. (2) † Actio qua quis alterius infamiam in ſe ſuſcipit. Vita S. Emmer. in Act. SS. t. 6. p. 491.

ALTERMANNVS, V. *Aldermannus*.

ALTERNAMENTVM, eadem notione ac *Alteritas*, apud Claud. Mamert. de ſtatu animae: *ſine Alternamento reciproci aëris*.

ALTERNARE, mutare, variare, in Leg. Henrici I. Reg. Angl. c. 68. Item commutare. Tabul. Monaſt. Longipontis in dioeceſi Pariſ.

ALTERNATIO, alternae vices, Gall. *Alternatiue*. Vox a Feſto vſurpata. Rymer. to. 4. p. 162. col. 6.

ALTERNATIVA, eadem notione, alterna conditio, Gall. *Alternatiue*. Pluries occurrit apud Rymer. to. 14. p. 207. et apud Vincent. Mariam Fontanam Conſtit. FF. Praedicat. pag. 38. 39. ſeq.

ALTERNITAS. (1) Viciſſitudo, alterna fortuna, alternae vices. Hiſtor. Dalphin. to. 2. p. 150. (2) Vet. Gloſſar. Mſ. ἐναλλαλότης, *conſequentia, alternitas*. Gerard. Abb. in Vita S. Adelardi Corbeienſis Abbat. cap. 6.

ALTERPLEX, V. *Altriplex*.

ALTERPLICITAS, duplicitas, V. in *Biplex*.

ALTERVTRARE. Matth. Vindocin. in Thobia:

Dulcis amicorum redolet congreſſus amicos.
Expedit affectus alterutrare ſuos.

Et alibi

Foedus alit morum par gratia, par ſtudiorum
Vſus, in obſequiis alterutrata fides.

Vbi Gloſſa exponit, *alternatim oſtendere*, in Mſ. Thuano cod. 525. Henric. Aquilonipolenſis in Adolphcide cap. 5.

Sors ſe alterutrare ſolet.

† ALTETA, *vna figura*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

ALTHEA SATVRNI. V. *Anima Saturni*

ALTIARE, leuare, extollere, in altum erigere, Ital. *Alſare*. Hiſtor. Dalphin. tom. 2.

tom. 2. pag. 443. Statuta Monaſt. S. Claudii p. 110. V. *Altare.*

ALTIBOARE, *clamare*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Tr. de Rit. p. 244. A. *Stent in choro veſtiti Cantores Altiboando decantantes Letanias.*

ALTICOMVS, alta ornatus coma. Tertull. de Iudic. Dom. cap. 8. V. *Altecomus.*

† ALTIGRADVS, *alte gradiens*, Laur. in Amalth. ex Cath. *Altigradus, hans montanus*, in Vocabul. comp.

ALTILE, dicitur, quod alendo ſaginatum et pinguefactum eſt. Vnde *gallina altilis*, et *altiles aues, quae ſaginatae ſunt.* Gloſſ. Lat. Graec. *Altiles*, σιτιστοί. Gloſſae MS. *Altile eſt quicquid manu nutritur.* Gloſſ. Iſidori: *Altilis, paſta, ab alendo.* Papias: *Altilis ab alendo dicitur, i, pinguis gallina, eo quod alatur.* Idem: *Altilia dicuntur volatilia ſaginata ſtudio*, Vtuntur Gellius, Macrobius, Apuleius et alii. V. *Altilitas.*

ALTILIA APIVM, aluearia, examina. Teſtam. S. Rudeſindi Epiſc. ann. 978. tom. 3. Conc. Hiſpan. p. 184.

ALTILIARIVS, qui *altilia*, ſeu aues nutrit, paſcit, ſaginat, ὀρνεοτρόφος, in veteri Gloſſario pag. 275.

† ALTILICIVM, exquiſitior textura, Gall. *Haute lice.* Necrolog. Eccleſ. Pariſ. Mſ. a. 1448.

ALTILIS, V. *Altile.*

† ALTILITAS, *ab alendo, i. e. ipſa res quae alitur.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646. V. *Altile.*

ALTILOQVVS, *qui alta loquitur.* Iohan. de Ianua. Vide Ampliſſ. Collect. Marten. to. 2. col. 1435. C.

ALTIMBALANVS, V. *Alteribalanis.*

ALTIMETER, *quo metiuntur altitudines: quoddam inſtrumentum eſt.* Papias. Vox Gracco-Latina, ex *altus* et μετρέω, *metior.*

† ALTINETVM, diminut. ab *Altinus*, in Stat. Vercell. l. 5. p. 126.

ALTINVS, eadem notione ac *Altenum* in ſtat. Vercell. l. 4. p. 72. V. etiam *Alithinus.*

† ALTISSIMVS, titulus honorarius a duce Venetiarum vſurpatus, in Ch. a. 1257. ap. Murar. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 403. *Pateat quod dominus Rainerius Zeno, Altiſſimus Dei gratia Venetiarum Dux* etc.

ALTITHRONVM, V. *Altitronum.*

ALTITHRONVS, cuius thronus eſt in altis ſeu in coelo. Notkerus Balbulus lib. ſequentiarum cap. 36. apud Bernardum *Pez* tom. 1. Anecdot. part. 1. col. 41. Ch. Coenwulfi Reg. Mercior. ann. 816. apud Hickeſ. Gram. Anglo-Saxon. p. 173.

ALTITRONVM, pulpitum, ſuggeſtio, Germ. Kanzel. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. *Altitronum, Pronel. Altithronum ſedes regia*, in Amalth. ex Cath.

ALTITVDO, titulus honorarius Regum, in veteribus Tabulis Regum Franc. apud Camuſatum in Antiq. Trecenſib. pag. 80. Beslium in Comit. Pict. p. 171. 243. Acherium to. 12. Spicileg. p. 119. 125. etc. Ita Graeci ὕψος, et κορυφὴν vſurpant. Euſtath. ad Dionyſii Perieg. pag. 2. col. 2. Ioſeph. de Aguirre in ſua Concil. Hiſpan. Collect. to. 3. p. 383. Germani dicunt Hoheit.

ALTIVIDVS, prudens, prouidus. Vita B. Lucheſii Tertiani tom. 3. April. p. 599. F.

† ALTO, pro *Aldio*, ap. Meichelbec. t. 2. hiſt. Friſing. p. 55. V. *Aldius.*

ALTREARE, Regeſt. de Cenſibus Bigorrae ex Camera Comput. Pariſ. fol. 5. *Lo caſal de Putance altreanis ſe Comiti Petro, ſicut alii Milites de Baregia.*

ALTRICARI, pro *Altercari*, apud Thwroczium in Stephano Rege Hungar. cap. 26. *) *Altritari*, ſchelden, claffen unnütze. Vocab. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ.

ALTRICATIONES, *ſicut certamina verborum.* Ita in vet. Vocab. Iuris vtriusque pro *Altercationes.*

ALTRINSECVS. (1) Inuicem, mutue. Litterae Adelberti Archiep. ad Fulconem Abb. in Vita S. Anſcharii apud Mabillon. Act. S. S. Benedict. ſaec. 4. part. 2. pag. 121. (2) Circumquaque, vndique. Translatio S. Sindulphi et S. Helenae, apud eundem Mabill. eiusd. tomi p. 156. *Altrinſecus, ſcorporaliter longe poſiti*, in Geſtis Berarii Cenom. Epiſc. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 168. dicuntur, qui a ſeſe inuicem longo ſeparantur locorum interuallo.

ALTRI-

ALTRIPLEX, *Alterplex*, duplex. Vgutio: *Altriplex, animo duplex.* Papias, *Duplex, doloſus.* Gloſſ. Iſidori: *Altriplicem, duplicem, doloſum.* Ita enim legendum pro *artiplicem.* Vide Feſtum. Gerardus Abb. Siluae-Maioris in S. Adalardo cap. 5.

† ALTRVNCARE. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641. *Altruncat, auertit, alienat.*

ALTVLVS, V. *Pradiſterium.*

') ALTVM, bucken leder, in Vocab. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ. V. *Alutа* et *Alutum.*

ALTVM - BANNVM, tributi ſpecies, quod perſoluebant ii qui ſe a debitis operibus redimere volebant. Recepta computi an. 1265. apud D. Bruſſel de Vſu Feud. tom. 1. pag. 423. *De ſtallagiis hallarum et altobanno pro vltimo tertio.* IIIIC. XXXIII. lib. VI. fol. VIII. *den.* V. *Halbanum.*

ALTVM FILVM, profluens, Germ. der Waſſerſtrahl, ap. Rymer. tom. 13. pag. 484. V. *Filum.*

') ALTVS, adiect. (1) Proprie notat editus, eminens, reſpectu inferioris, ſignificatio veteri Latio non incognita. Hinc in medio aeuo ALTA PATRIA, i. e. ac regio ſuperior, V. *Alta;* ALTA ECCLESIA, reſpectu ſubterraneae, V. *Alta.* Formula *in alto et baſſo*, eadem eſt ac, vt alibi habetur, *in humido et ſicco, in arido et paludoſo*, Germ. in Geeſt und Marſch, auf Bergen und in Thälern. Ch. Archiep. Brem. a. 1378. ap. Muſh. Nobil. Brem. p. 143. *In alto et baſſo quod dicitur in Geeſt, vnum in Merſch.* Eundem huius formulae ſenſum eſſe, quum de venatione occurrat, probat Cl. Grupen in Obſeruat. rerum et antiquit. German. et Roman.. p. 352. contra Pfeffingeri, Stifferi et aliorum aſſertiones. De ſiluis aut arboribus vſurpata haec formula *alto et baſſo*, denotat id quod Germanis audit Oberholz und Unterholz, ſilua procera et caedua, Gallis *Hauts bois et bois taillis.* (2) De coloribus, i. e. ac ardens, igneſcens, floridus, fulgens. Ch. a. 1353. in Reg. 82. ch. 306. *Panni alti coloris*, Germ. von hoher Farbe. (3) Id quod fit alta voce, ſollemnis. V. *Alta. miſſa.* (4) Id quod praecipuum eſt, fundus. Ch. a. 804. apud Marten. t. 1. Anpl. collect. p. 55. *Haec omni rem ſuperius compreheuſa, tam de altis, quam de praediis, quam et de manentes.* (5) Excellens, quid in ſuo genere eſt eximium. *Alta proditio*, quae in ſuperiorem committitur. V. *Alta.* (6) ALTA IVSTITIA, ALTA IVRISDICTIO, ALTVM ET BASSVM DOMINIVM, ſeu vt ſaepius legitur, ALT ET BAS, ALTE ET BASSE, DE ALTO ET BASSO, non, vt Cangius vult, ſupremum ius denotant, ſed potius omnimodam iurisdictionem, omnimodam poteſtatem. Ch. a. 1289. apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 292. Ch. a. 1242. in Cang. notis ad Ioinvill. p. 49. *Nos et terram noſtram alte et baſſe ipſius regis ſuppoſuimus voluntati.* Ch. Gregorii X. ap. Petr. Mar. Campum in Regeſto part. 2. Hiſt. Eccleſ. Placent. n. 156. *Memoratus Guido cum eiuſdem non modico - ſe alt et bas, ſine tenore, modo, vel conditione aliqua noſtris mandatis exponens*, etc. Libert. villae de Villereys a. 1253. *Quae quatnor foris facta* (furtum, homicidium, raptus et adulterium) *haut et bas ad noſtram remanent voluntatem.* Ch. a. 1288. apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 291. *Poſſint ordinare, declarare, addere, detrahere, - - temperare, ac litteras et firmitates inde faciendas dictare de alto et baſſo et pro ſuae omnimodo libito voluntatis.* V. Rymer t. 1. p. 776. (7) ALTE ET BASSE, libere, absque vllo impedimento. Inquiſit. a. 1268. apud Carpentar. *Et cuſtodiebant oues ſuas in dicto territorio alte et baſſe ſine prohibitione alicuius.* (8) ALTE ET BASSE, omnino, prorſus. Acta SS. t. 3. Apr. p. 957. *Quod alte et baſſe nihil agerent.* Sic etiam IN ALTO ET BASSO, in Ch. a. 1279. ex Tabul. Carnot. ap. Carpentar. (9) ALTVM BANNVM, tributi ſpecies. V. *Altum.*

ALVA, ALVEA, pars ſellae equeſtris. Sil. Ueſter Giraldus lib. 1. Itiner. Cambriae c. 4. *Eadem quoque ſagitta per partem illam ſellae, quae Alua vocatur, vſque ad ipſum equum lethaliter transpenetrante.*

ALVABERAE, V. *Albaverae.*

ALVACILVS, ALVAZILVS, Iudex apud Saracenos Hiſpanos. Ch. Alphonſi VIII. Regis Caſtellae aerae 1213. apud Anton *de Yepez* to. 7.

ALVARA. Ch. Sanctii Regis, qui ad Samorram obiit, apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti t. 5. p. 469. *Et damus illam decimam de Annanum, et tam de ſale, quam etiam de argento, et de totas illas Aluaras, et de foſſaderas, ſine de ligno, et de quantis calumniis inde acciderint, quae ad me pertinent,* etc. Chron. Cidi Campitoris c. 39. *Et ſaliendo et Aluara ſalieron todos de la Ciudad paſſa a paſſa.* Per *Aluaram* intelligo locum huiuscemodi arboribus conſitum, quas Galli vocant *Bois blanc*, lignum album. *Alver* quippe apud Hiſpanos idem eſt, quod apud Gallos *Bois blanc.*

ALVAVIRA, V. *Albanera.*

ALVBY, pro *Alibi*, in Formulari Anglic. Thomae Madox pag. 326.

† ALVCARI, *plaidier*, in Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352. ex Cod. reg. 4120. Num ab *alucus*, bubo? Seruius ad Virgil. ecloq. 8. *Vlulae anes ἀπο του ὀλολυζειν nominatae, i. e. a fletu, quos vulgo Alucos vocant.* An ab *Alucita?* Fulgent. in expoſ. ſerm. ant. *Alucitae* ſunt culices; Burmanno vero ad Petron. ii ſunt, qui officia lucis noctisque perturtunt. V. Theſ. Fabri.

† ALVCINATIO, *lucis alienatio*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646.

ALVCITA, V. *Alucari.*

† ALVCVS. Chron. Taruiſ. ad 1380. ap. Murat. Script. Ital. t. 19. p. 777. *Caligas ferebat panni beretini vel bruni breues, cum longis alucis.* V. *Alucari.*

† ALVDA, ALLVDA, ALLVETA, aluta, Occit. *Aludo*, pellis mollior et tenuis ad chirothecas et alia id genus apta. Leudae minut. Carcaſſ. Mſ. Pedagia ciuit. Saonae a. 1526. V. *Alluda.*

ALVDERII, ſutores, Schuſter. Concil. Biterr. an. 1299. apud Marten. tom. 4. Anecd. p. 225. *Aluderii* ſicut et infra *Alutarii* dicuntur *ab Aluta*, quod apud Caeſarem lib. 3. de Bell. Gall. cap. 13. mollior pellis eſt ad calceos et alias res concinnata. † Rectius intelligitur de eo, qui pelles, *Aludae* dictas, parat.

ALVEA, V. *Alua.*

† ALVENIVM, *lo terribile ſompno*, in Gloſſ. Lat. Ital Mſ.

† ALVENNVS, ſ. pro *Aluentus.* Ch. a. 1213. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 40. *De omnibus querelis - - ſicut de ſtallis, de aluennis, de pertica quae menſurantur terrae - - remaneant quieti.* Idem, vt videtur, ac infra *Anuentus.*

ALVEOLVM, *tabula aleatoria*, apud Feſtum. V. *Alueolus* 2.

ALVEOLVS, ALBEOLVS. (1) Forte Alumnus, Gall. *Eleve*, Ital. *Allievo.* Orderic. Vital. lib. 1. pag. 371. *Eswardum vero et Edmundum filios Eadmundi, elegantes alueolos, in Daciam releganit.* Id. lib. 11. pag. 837. de quodam puero nobili: *Helias autem - - amabilem albeolum feſtinanter quaeſiuit, inuentumque diligenter in exilio inter caeteros enutriuit.* Et lib. 12. p. 868. de filio Regis Henrici I. Angliae ſubmerſo a. 1119. *Vnde tener albeolus poſt longam tolerantiam frigore vires amiſit - - relapſusque in pontum obiit.* V. *Albiolus.* (2) ALVEOLVS, ALVEOLVM, ALBIOLVM, Vas, in quod *lauatorii* aqua effunditur. Gloſſae MSS. *Capiſtrum, vas, quod dicitur Alueolum.* Gallis *Auge.* Lib. Ordinis S. Victor. Pariſ. MS. cap. 12. Quae vox tamen eodem ſenſu legitur apud Liuium. (3) ALVEOLVS, ſella humilis hominis cruribus pedibusque capti, quacum reptando per terram graditur. Germ. ein Schemel. Lud. Le Pelletier Epitome fundat. S. Nicolai Andegav. p. 4.

† ALVERA. Ch. Lud. VI. a. 1124. inſtr. t 8. Gall. p. 324. *Et decimam aluerae et annonae.* Leg. *Aluers*, nomen loci, ex cad. Ch. apud Marten. t. 1. Ampl. Coll. p. 684.

† ALVERE, ſplendere. Gloſſ. vet. Cod. 7641. *Aluet, ſplendet.*

ALVERNIA. Ch. Dominarum d'Alix ann. 1453. *Iuxta vineam Franciſci Tarditi ex trauerſia vel ex aluernia.* Hoc eſt ex Occidente. Sic in Prouincia

vincia Lugdunenſi, quae Orientalis eſt reſpectu *Aluerniae*.

ALVETVM. (1) Matth. Weſtmonaſt. pag. 169. edit. 1601. *Habet Aluetum inſula permaximum, quod cernos et capras et illius generis beſtias continet multas.* Forte legendum *Aluetum*; nam loquitur de inſula, paludibus obſita, in quibus *Alni* vulgo creſcunt. V. *Aluidus*. (2) ALVETVM, ἕλτρον, *Rius*. Supplem. Antiquarii. Lubentius legerem *Aluenum* vel *Alueus*.

ALVEVM, vas ita dictum ab Iſidoro lib. 20. Orig. cap. 6. *quod in ablutionem ferri ſolitum ſit*. Acta SS. to. 1. Maii p. 638. E. Eadem vox legitur in Gloſſ. et apud Innoc. Agrimenſ. et vt pro vaſe, ita et pro canali quandoque ſumi poteſt.

† ALVEVS, *vas vbi ſit panis*, *Gall. Mais*. Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352. Cod. reg. 4120.

ALVHVMETA, *id eſt*, *Variolae*, *quae noſtro idiomate vocantur Coculae*, apud Matth. Siluaticum in Pandect. Medic.

ALVIA. Ch. Luſitan. ap. Brandaon. l. 14. Monarch. Luſit. a. 16. *Sciatis, quod ego do vobis aluiam pro veſtra aldea, pro lealdade et fidelitate, quam feciſtis.*

ALVIALE TEMPLI, pro *Atrio Templi* legitur apud Graeuium in notis ad Gloſſas Iſid. in voce *Paſtoſorium*.

ALVIGNIA, i. quod ſupra *Alonia*, in Necrolog. eccleſ. Birur. Mſ.

ALVINIANVS. Vet. Ch. in Vita Aldrici Epiſc. Cenoman. num. 56. *De anena modii 444. axilios ad aluinianum 450. et omni anno ſcindulas 1450.* Sed videtur legendum *ad alium annum*.

ALVLA, *pars auris ad tempora inclinata*. *Auricula*, *pars inferior*. *Aluearium*, *pars interior*. *Aſtacus*, *auris ſinus*; *huius pars*, *hircus*, *Antitragus*, *pars oppoſita*. Ita Pollux in Amalthea Laurentii.

ALVM, pro *Alodum*. Hiſtor. Harcur. to. 4. p. 2170. in Deſcriptione Feodorum Normanniae.

† ALVMARE, accendere, Gall. *Allumer*. Comput. a. 1482. inter Probat. t. 4. Hiſt. Nem. p. 21. V. *Alumenare*.

† ALVMBRADOS, V. *Alombrates*.

ALVMECHIVM, pro *Almucia*. in Spicil. Fontanell. MS. p. 235. V. *Almucium*.

† ALVMELLA, lamina, Gall. *Allumelle*, Germ. infer. Läumel, ſuper. Klinge. Ch. a. 1352. in Reg. 81. ch. 293. V. *Alemella*.

† ALVMEN, *color eſt*, *Alun*, *Gallice*. Gloſſ. vet. Lat. Gall. Cod. reg. 521.

† ALVMENARE, illuminare, accendere, Ital. *Allumare*, Gall. *Allumer*. Ch. a. 777. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 1029. V. *Alumare*.

ALVMNIA, idem, vt videtur, quod *Alodium*. Ch. Richardi Regis Angliae an. 1195. apud D. Bruſſel tract. de Vſu Feud. tom. 2. p. XIV. *Quitamus autem eidem Regi Philippo et heredibus ſuis in perpetuum, alumniam, feodum et dominium, et quod habemus ibi, et quod nos habituros expectabamus.* † Mendum eſt, quod duplici ratione emendari poteſt, aut legendo *Almunia*, vel praeponendo litteram *c*; ita vt ſenſus ſit, *quitamus calumniam*, i. e. actionem quam intenderamus.

† ALVMNVS, idem videtur qui *Scatifer*, vel famulus honoratior, ſic dictus, quod ex menſa domini aleretur. Teſtam. a. 1283. *Mando quod praedicti eleemoſynarii - - dent de bonis meis militibus meis, qui me ſeruierunt, et alumnis meis et aliis ſeruientibus, ſecundum quod meruerunt.* *) In Gloſſis Iſonis ad II. Prud. contra Symmachum, voces *alumni*, *nutritii*, *miniſteriales*, *famuli*, tanquam ſynonomae vſurpantur. V. etiam *Diſcipulus*.

ALVMVM, *alumen*, Alaun. Ch. pro Communis Balneoli an. 1208.

ALVNCALDI, milites Soldani cuſtodes. Ludewig. t. 11. Reliq. Mſ. p. 98. 99.

ALVNS, eadem notione ac *Alumnus*. Ch. MS. de redditibus Epiſcopatus Autiſſiodor. c. a. 1290.

ALVOROCH, pro *Alboroque*; quod Hiſpanis eſt Proxeneticum, ſeu proxenetae ſalarium. Concil. Legion. an. 1012. can. 25.

ALVPTARIVS, vt *Alutarius*, in Necrol. Mſ. eccl. Meld. fol. 86.

ALVSAR, *manna*. Laur. in Amalthea.

† ALVSTROSVS. *Ordeum aluſtroſum*, purgatum, ariſta exemtum, vt videtur. Ch. a. 1271. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. I. p. 328.

† ALVTA, *Cordoan, Gallice*, in Gloſſ. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. Aliud Cod. 7679. *Alutarii dicuntur, qui operantur in aluta, Cordonnier: alio nomine dicuntur Cordularini.* V. *Alutum.*

ALVTARIVM, idem fere quod *Aluta*, pellis praeparata. Cod. MS. de redditibus Epiſcopatus Autiſſiod. ex Chartophyl. Epiſcopi eiusdem vrbis: *De venta Alutarii. Duodena Alutarii venditi debet 4 denarios. De alutis. Duodecim alutae venditae debent duos Denarios. De aliis coriis*, etc. Hinc videre eſt, *Alutarium* amplius quid eſſe, quam *aluta*. Illud pelles majores aut ſaltem maioris pretii, haec minores minorisue pretii videtur deſignare.

† ALVTES, *li logi in mondi.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† ALVTVM, *cortex arboris quercina, cum qua cerdones praeparant corium.* Vocabul. comp. Germ. Goth.

† ALVVIVM, canalis, riuus. Homag. comit. Armaniaco praeſtitum, a. 1418.

ALVVS CVRIAE, *Politicum ſcriptum, commentaria, codicilli, tabulae, monimenta, annalis hiſtoriae libri.* Sic Papias in MS. Bitur. Hiſpanica ſeu Vaſconica ſcribendi ratio *Alnus curiae*, pro *albus curiae*. Ibidem. *Aluus praetoris, nomina curialium, vbi ſunt ſcripti qui ſunt recitandi. Tabula eſt albis litteris ſcriptos iudices et ſenatores*, etc. Quamuis *Aluus* praedicto ſenſu non ſit admodum noſtri inſtituti, ob barbarum tamen modum, quo ſcribitur, hic duximus eſſe inſerendum.

ALYPTINVS, ſculptus. Papias: *Alyptina, ſculpta, depicta. Alyptes, ſculptor, vel plagarius.*

ALYRVMNAE, ita dictae Magae, apud Gothos. Vetus Gloſſ. *Necromantia, Helliruna.* Iornand. de Reb. Geticis c. 24. *Reperit in populo ſuo quasdam magas mulieres, quas patrio ſermone Alyrunnas is ipſe cognominat.* Hinc emendandus Mich. Scotus lib. 2. Menſae Philoſophicae 21. *Philometer Rex Gothorum, quasdam mulieres Yriagas, quas Gothi Alarinas vocant, ſuſpectas habens*, etc. Legendum enim *magas* et *Alyrunnas*. Trithem. in Breuiar. annal. vbi de Marcomiro: *Vaticinantem a ſagacitate vocarunt Alyrunam.* Hodie etiam a Germanis *Alrunen*, Magas vocari conſtat. *) De incerto adhuc vocis etymo, Vid. quae habent Schilter. in Gloſſ. v. *Alruna*, Ihre in Gloſſ. Suio-Goth. v. *Alruna*, Keisler. in diſſ. de mulieribus fatid. et alii.

ALYTARCHAE, in lege. 2 Cod. Theod. de Equis curulib. qui ludis praeerant, ſic dicti, quod ludis, qui fiebant in honorem Deorum, τοῖς ἀλυτάῖς, id eſt, *μαστιγοφόροις* praeeſſent, vt cenſent Varinus, Phavorinus, Cuiacius, et Iacob. Gothofredus. Nam *Rhabdoforos, ſeu maſtigophoros* ab Elaeis ἀλύτους vocatos ſcribit Auctor Etymologici: at Petrus Faber lib. 1. Semeſtr. cap. 18. ab ἀλύειν, quod eſt *laetari, exultari*, ac prae gaudio diſſolui, deducit, quod vtique in ludis vſurveniebat, ita vt *Alytarchae* fuerint quaſi voluptatis arbitri, ſeu *Tribuni voluptatum*, vti etiam appellabantur, qui eiusmodi ludorum curam habebant.

ALYTHINVS, ἀληθινὸς, verus, genuinus. Anaſtaſ. in *Leone* III. p. 122.

† ALZARE, vox Italica, tollere, eleuare. Statut. Taurin. a. 1360. c. c. 152.

† ALZARE, forte Chalybs. Gall. *Acier.* Pedagia Saonae a. 1526. *Item pro lamis ſeu tabulis ferri ac alzaris generis cuiuscumque, exceptis clauaturis ferri*, etc.

ALZEMA, Subula, Germ. Ahle. Limborch. lib. Sent. Inquiſ. Tholoſ. pag. 71.

AMA. (1) Vgutio. *Strix, gis, nocturna anis, de ſono vocis dicta, quando enim clamat, ſtridet. Haec anis a vulgo dicitur Ama, ab amando parvulos: vnde et lac praebere fertur lactentibus.* Sic etiam Iſiodorus fere ad verbum in Gloſſario MS. San-Germanenſi. (2) AMA, AMVLA. Papias. *Amae vaſa ſunt, in quibus ſacra*

ra oblatio continetur, vt vinum. Ordo Romanus. Anaſtaſ. Bibl. in S. Silueſtro PP. *Donauit Amas argenteas duas, penſantes ſingulae libras denas.* In Gregor. IV. *Ipſe Pontifex fecit Amas argenteas 6. quae praecedunt per omnes ſtationes, penſantes* lib. 13. AMAS, eadem ſignificatione apud Murat. t. 2. p. 162. AMVLA, minor ama, apud Papiam et alios. (3) AMA, eſt etiam menſura vinaria, Germ. Eine Ahm, vel Ohm. Ch. Anſelm. Abbat. Laurisham. apud Hubertum Leodienſem de Palat. Comit. orig. *Perſoluere autem debent Cartarii 4. Amas vini, et 20 malter ſiliginis.* Anſelmus Leod. cap. 88. Liber Eccl. Leod. apud Chapeavillum. Vide Ioan. Hocſemium in Henrico Epiſc. Leod. c. 3. in Adolfo c. 15. Probat. Hiſt. Limburg. p. 29. etc. HAMA ſcribitur in Hiſt. Treuir. p. 221.

AMABILLIMVS, pro *Amabiliſſimus* legitur in Actis SS. Maii to. 2. p. 651. B.

AMABREVITAS, f. pro *Amabilitas.* Somneri Gloſſar. ad calcem Hiſt. Scriptor. Anglic.

AMACHYR, pretium virginitatis, in Legib. Hoeli Boni reg. Walliae a. 21.

AMADERE. Ch. 69. inter Alaman. Goldaſti: *Petiuit, vt per precariam ei praeſtare deberemus, quod - - ita fecimus in ea ratione, vt per annis ſingulis cenſum exinde ſoluat 15. ſiclas de cereuiſia - - et in omni Zelga jornale vnum arare, et 3. dies aſecare, et 3. amadere.* Id eſt tres dies ad ſecandum, et 3. dies ad colligendam meſſem dare teneatur. Galli dicunt *Amaſſer.* *) Aut potius demetere, falce deſecare, a Germ. abmähen, vnde Mad, Maht, quantum per diem foeniſeca demetere poteſt.

AMAGABARI, iidem qui *Almuganari.* Acta SS. Maii to. 1. p. 347. D.

AMAJORAMENTVN, augmentum. Archiuum S. Victoris Maſſil. *Frejus* n. 10.

AMAJORARE, augere. Ch. Guillelmi D. Montispeſſ. ann. 1103.

† AMAISAMENTVM, datio ad cenſum et ſeruitium, ſeu reditum annuum et perpetuum, *empliteoſis,* Gallis *Amaſement.* Ch. a. 1283. in Chartul. Eccleſ. Lingon.

† AMAISIARE, vt *Amaſare* (2), in Obituar. eccleſ. Lingon. Cod. reg. 5191.

AMALI, Gens ita dicta apud Gothos nobiliſſima, Iornand. de Reb. Get. *Ordinant ſuper ſe Regem Alaricum, cui erat poſt Amalos ſecunda nobilitas.* Infra: *Quis namque de Amalo dubitaret, ſi vacaſſet eligere?* ſub finem: *Huc vsque Getarum origo, ac Amalarum nobilitas.* - - Hanc non vno praedicat loco idem Scriptor, vt et Senator lib. 4. Epiſt. 39. lib. 5. Epiſt. 43. lib. 8. Epiſt. 9. lib. 9. Epiſt. 1. 25. lib. 10. Epiſt. 2. lib. 11. Epiſt. 1. 13. Ab gente iſta nobiliſſima fluxere, opinor, *Amalaſuintae, Amalaſredae, Amalarici,* et ſimilia apud Iornandem nomina.

AMALLVS, aduocatus illius, qui ad *mallum* citatus eſt. V. *Hannalus.*

AMALVPVS, *qui et canicula,* recenſetur ab Iſidoro lib. 20. c. 15. inter ruſtica inſtrumenta. *Et eſt,* inquit, *ferreus harpax, quia ſi quid in puteum decidit, rapit et extrahit, vnde et nomen accipit.*

AMAMEN, inquit Auctor Breuiloqui, *Amamentum, amaſurus, omnia idem, id eſt, amatio.*

† AMANARE, *extra manare,* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. V. *Amanere,* quomodo etiam hic legendum eſt.

AMANDA, pro *Emenda,* Gall. *Amande,* mulcta, apud Lobinell. in Gloſſar. ad calcem Hiſt. Britan.

AMANDALARIVS, Amigdalus, Gall. *Amandier,* in Capitulari de Villis c. 70.

AMANDARE, emendare, reficere, Gall. *Amander.* Chartul. SS. Trin. Cadomenſis fol. 47 verſo.

AMANDICA. Ex inſtrumentis Eccleſiae Briuatenſis an. 1365. *Fuit deliberata quaedam cocha de eſpatgio Amandica pretio 8 ſol.*

† AMANDOLA, vox Italica, amygdala, Germ. Mandel. Statut. ciuit. Aſtae.

† AMANDRIARE, Italis *Ammandrare,* eſt in vnum colligere, coadunare. Statut. Mutin. rubr. 381.

† AMANDVS. Bercar. in Hiſt. Epiſc. Virdun. t. 2. Spicil. nouae edit. p. 235. *Childebertus - - dedit iſti eccleſiae duos amandos ſuper Mozellam et Modinum.* Vbi Acher. in margine, f. *Manſos.*

AMANEGIA. Statuta Mediol. 2. part. c. 366. *Si quis abſtuleris ſcarlionum, ſine amanegias, ſine palos, vel cayrones de aliqua planta vitis.*

AMANERE, Gloſſ. Graeco-Lat. *Amaneo, ἀπομονῶ, quaſi ſeorſim et ſeiunctim maneo.* Gloſſ. Lat. MS. Regium: *Amanet, extra manet.* Gloſſ. Arabico-Lat. *Amaneo, extra maneo.* Gloſſ. Iſid. *Amanſit, exſpectauit.* V. Salmaſ. ad Capitolin. p. 82.

AMANGANARE, lapides, ligna aut quiduis aliud in hoſtem vibrare e certis machinis bellicis, quas *Mangona* vocabant. Chron. Parm. ad an. 1309. apud Murat. t. 9. col. 879.

AMANITES, *ἀμανίτης*, fungi ſpecies. Vita S. Sampſonis Xenodochi t. 5. Iunii p. 276 B.

† AMANNVS. (1) Rudens, funis ancoralis, Gallis *Amarre*, vel funis ſcanſorius, vulgo *Hanbans.* Statut. Maſſil. l. 3. l. 16. (2) pro *Ammannus.* Germ. Amptmann, Praetor cauſarum ciuilium vel conſul. Ch. a. 1298. in Suppl. ad opera Miraei p. 148. Gallis olim *Amman*, et *Animeſtre.*

AMANS, Adamas, Germ. Diamant. apud Rymer. to. 1. p. 879. col. 1.

AMANTARE, V. *Ammantare.*

AMARA, *cloaca, cubiculus, ὑπονόμος*, in Gloſſ. Gr. Lat. Forte a German. Moor, Gall. *Mare*, palus. V. *Mare.*

AMARATH, V. *Amarthat.*

AMARATVNTA, vox factitia, quae cum aliis pluribus occurrit in verſibus ſequentibus, quos D. le Beuf, Canonicus Autiſſiodor. ad calcem veteris Mſ. 12 ſec. ſcriptos reperit cum hoc titulo: *Verſus maligni Angeli*, atque morali eorundem explicatione. Sic autem ſe habent:

Oppoſitum montem conſcendere cernis Orontem.
Arma tua dextra capies et fer caput extra.
Hinc gladio multos umbris macta bis inultos:
Sed prius hoc vnus puerorum fert tibi munus,
Laux quae cum carne tibi dudum ſeruit Agarne.
Iam praelatura tibi conſtat munera plura,
Hinc et gallina dat vocem, pandite lina,
Panibus indutos piſcesque videte minutos:
Trax caput Orontis jacet hoc in corpore montis,
Quem circunſtabant acies et vociferabant:
Amaratunta tibi codoxia noxia Nili,
Penſa tibi dippus eris hoc in lumine lippus,
Pictus amore pio; ſic cantat maxima Clio.

Vbi Cangii editores *Agarne* dictum putent pro *Agarene*, *Codoxia* pro *Cacodoxia*, *Dippus* pro *OEdippus*, vnde arbitrantur aenigmaticos eſſe verſus, quibus ad aliquam hiſtoriae illius aeui partem alluditur. Certe hic verſus:

Praelatura tibi jam conſtat munera plura

praelatum aliquem ſimoniaca labe infectum arguere videtur.

AMARELLVS. (1) Pro *Admirallus*, praefectus maris apud Somnerum in Gloſſ. ad calcem Hiſt. Scriptor. Angl. (2) Auis aquatica, forma perinde ac anas, ſed minor. Ab Ariſtotele lib. 8. c. 3. de Hiſtor. animalium *βόσμα* appellatur. Ita in Medic. Salern. edita an. 1622. pag. 178.

† AMARENVS, ſpecies ceraſi acri ſaporis, cujus fructus *Amarina* dicitur. Stat. Montis-reg. p. 226.

AMARESCERE, amarum fieri. Collect. Conc. Hiſpan. t. 3. p. 96.

AMARICA, *πικρολὶς*, *Amaritudo.* Supplem. Antiquarii. V. *Amaritia.*

AMARICARE, exaſperare, exacerbare, *Amarum facere, vel fatigare*, Ioanni de Ianua. Italis, *Amaricciare.* Lucifer Calaritan. de Regib. apoſtat. *Quia amaricauerunt me ipſi.* Gregor. Magn.

Magn. lib. 12. Epiſt. 50. Adde lib. 5. Moral. c. 2. et lib. 2. Miraculor. S. Bertini cap. 5. Henric. de Knygthon lib. 1. c. 14. Nec ſcio, an legendum *amavicare*, pro *amarizare*, apud Plinium Valerian. lib. 1. c. 17.

AMARICARI, amarum fieri. Vita S. Patricii Apoſtoli Hiberniae t. 2. Martii p. 555. Vide Apocalypſin B. Ioannis cap. 20. v. 9. et 10.

AMARICATIO, dolor, Galli dicunt *Amertume d'eſprit*. Vet. Ch. apud Vghellum to. 7. Ital. ſacr. p. 262.

AMARICATVS, eadem notione. Miracula S. Bertini.

† AMARICIVM, *vnguentum; vnde optima vnguenta amaritana vocantur*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. *Amaricum, lo vnguento amaro*.

† AMARIFICARE, *amarum reddere*, in Vocab. comp.

AMARINA. (1) Cerafi ſpecies aciduli ſaporis, Germ. Ammern, Amarellen, Italis *Amarina*, *Amarena*, *et Amarella*. Ch. pro Communia de Balneolo, an. 1300. V. *Amarenus*. (2) † *Genus virgulti amari*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613. Pro vimine, aut quouis alio virgulto vinculis apto, vſurpari videtur in Statut. Auenion. Mſ. *Lingua, trabes, planciones, latas, redortas, amarinas et alia quae in nemoribus colliguntur*. Stat. Maſſil. l. 5. c. 19.

AMARITANVM, V. *Amaricum*.

AMARITARE, pro *Amaricare*, apud Rymer. to. 2. p. 235.

AMARITAS, amaritudo. Miracula S. Eutropii to. 3. Aprilis p. 741. E.

AMARITIA, amarities, amaror. Gloſſ. Graeco-Lat. *πικρία, Amaritia, Amaritudo, Acrimonium*. V. *Amarica*.

AMARIVS, pro *Armarius*, Cuſtos librorum. Capitula general. MS. S. Victor. Maſſil.

† AMARRARE, a Gall. *Amarrer*, rudente ligare nauem. Libert. Petrae aſſiſiae a. 1341. in Reg. 14. ch. 647.

† AMARTHA, *miſer*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

AMARTHAT. Gloſſ. MS. San-Germ. *Amarthath, Cappadocum lingua menſis Auguſtus dicitur*. Papias MS. Bitur. habet: *Amarthath Capp. lingua Agmen dicitur*.

AMARTIGENIA, Graece, *ἁμαρτιγένεια*, peccati ortus. Vincentius Bellouac.

AMARVS. *Locus amarus*, aridus, ingratus, macer. Siculus Flaccus de Condit. agror. Columella l. 2. c. 2. Plinius lib. 17. c. 5. *Terra amara, ſine macra*.

AMAS, V. *Ama* (2).

† AMASAGIVM, reditus qui ex vino obuenit. V. *Amaſare* (2). Ch. a. 1266. in Chartular. Buxer. Gallis olim *Amaſſages*.

AMASARE. (1) In Lugdunenſi pago eſt, dare ad cenſum et ſeruitium ſeu reditum annuum et perpetuum. Ch. D. Aubel ciuis Matiſcon. an. 1453. in pago Bellijocenſi data. (2) † AMASARE, AMASIARE, vindemiam colligere, et ex ea vinum conficere. Ch. a. 1238. in Chartul. Buxer. Alia a. 1250. ibid. (3) † Aedificare, manſiones exſtruere, vel etiam attribuere et aſſignare, ſeu in *manſionarios* recipere, Gall. ol. *Amaſer*. Ch. a. 1239. in Chartul. eccleſ. Lingon. V. *Admaſare*, et *Amaſatus*.

AMASATVS MANSVS, in quo extructa ſunt aedificia, *manſiones*, Ch. Willelmi D. de Montepeſſ. an. 1103. Contra, *Diſmaſatus*. *Caſtellarium Sparpaliae diſmaſatum*, in Ch. anno 1255. apud Vghell. to. 7. p. 1140.

† AMASCERE, congerere, cogere, colligere. Ch. a. 1120. apud Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1134. V. *Amaſſare* (2).

AMASCO, *amare cupio*, in Gloſſ. Iſidor. Ad quod Graeuius ait fortaſſis ſcribendum, *Amare incipio*, quamuis et ferri poſſit edita lectio. Diomed. lib. 1. Grammat. *Ab anno veteres inchoatiuo modo dixerunt Amaſco*. Vnde et

AMASCVS, amator, apud Plautum in Truculento, *mundulos Amaſcos*, quod idem Graeuius poſt Douſam dicit male a Putſchio in Diomede et ab editoribus Plauti in *Amaſios* mutatum fuiſſe. Haec obiter poſt Graeuium ad emendationem Plauti, licet parum ad nos pertineat.

† AMASIA, puella amata, concubina. Stat. Pallauic. l. 2. c. 41. p. 107. *Vir vxoratus qui amasiam teneat.* Statut. Vercell. l. 4. p. 71.

AMASIARE, V. *Amasare* (2).

AMASIONES, pro *Amasii* dixit Prudentius lib. Peristeph. hym. 14. v. 183.

AMASIRE, in manso constituere. Ch. an. 1239 apud Rouuerium in Reomao pag. 262.

AMASSARE. (1) Percutere *massa.* Instrum. a. 1320. ex Archiuo Massil. *Per inimicos percusi et amassari.* (2) † Vt *Amascere*, Italis *Ammassare*, Gallis *Amasser.* Arest. senat. Chamber. a. 1492. Stat. ciuit. Astae c. 48. (3) † Vt *Amasare* (3) in Ch. a. 1293.

AMASSARITIA, supellex, instrumentum *massae* rusticum; vel etiam mansus ipse hac suppellectili instructus. Diploma Ludouici Pii et Lothasii an. 829. apud Murat. to. 2. part. 2. col. 383. *Monasteriolum vero supradictum, cum omni integritate, cum Ecclesiis, cellulis, territoriis, aedificiis, familiis, juste pertinentibus, casis, amassariciis, aldiariciis, bouillicariis, vaccariciis.* V. *Massaritia.*

AMASSARIVS, V. *Admissarius.*

† AMASSATOR, Hisp. *Amassador*, pistor, qui farinam subigit. Stat. Taurin. a. 1360. c. 69.

† AMASSVS, aceruus, cumulus, Gall. *Amas.* Stat. Auellae a. 1496. c. 43.

AMASVRVS, V. *Amamen.*

† AMATIO, aceruus ex glebis terreis Gall. *Amas.* Ch. a. 1342. in Reg. 74. ch. 697.

AMATIXVS, pro *Amethistus*, lapis pretiosus, in Ch. Neccardi Comit. Augustodun. ap. Perard. in Tabulis Burgundicis p. 26. † Gallis ol. *Amatistre.*

AMATORIA, *philtra*, apud Ammian. lib. 29. et Ruffin. in vers. Eusebii lib. 4. c. 7.

† AMATVRIRE, *meditari, amare*, ap. Laur. in Amalth. ex Cathol. *Amati*, Gallis olim pro *abatu, accablé, chagrin*, anxius, animo fractus.

† AMATVS, eadem notione, qua *Amatixus.* Leibnit. t. 1. Script. Brunswic. p. 59.



† AMAYNAMENTVM, mansio, domus. Ch. a. 1340. in Reg. 73. ch. 180. V. *Mainamentum.*

† AMBACTALIS, ab *ambactus* statutus, vel qui in vsu est per comitatum. Praecept. Caroli IV. Imp. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonstr. p. 132.

AMBACTVS, cliens, seruus conductitius; vox Gallica. Festus: *Ambactus, Ennio, Lingua Gallica seruus dicitur.* Gloss. *Ambactus, δοῦλος μισθωτός, ὡς Ἕννιος.* Caesar de Bello Gall. de Equitibus Galliae agens: *Eorum*, inquit, *vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se Ambactos, clientesque habet.*

Remanet etiamnum in Germania et Belgio vocabuli vestigium. Nam in ciuitatibus passim Flandricis, aliisque nonnullis *Ambachten* ejusmodi corpora dicuntur, quae vnum sibi legunt, cujus auctoritatem perinde atque capitis sui venerantur; in Germania super. Innung, Zunft. Vnde et ii *Ambachten heeren* Belgico idiomate *Ambactorum* quasi *Domini* intelliguntur, aut certe viri tales, penes quos sit rerum societatis summa. Regiones ipsae in *Ambactias* distribuuntur; vnde pro, *in comitatu Engelberti*, aliquando in diplomatibus legere est, *in Engelbrechtes Ambachte*, vel *Ambechte*, vti testatur Freherus lib. 1. Orig. Palat. Apud Keronem, *Officina, Ambahti*; *Officium, Ambahti; Officia, Ambahs*, exponuntur. Apud Kilianum, *Ambacht*, est *officium, praefectura, jurisdictio ciuitatis.* Lexicon Germanicum vetus apud Lipsium lib. 3. epist. 44. *Ambachtman, ministri.* Quam vocem Somnerus a Saxonico *Embedman, minister*, et *embealtian, ministrare* deducit. Ioann. Stiernhookus lib. 2. de Iure Sueonum vetusto cap. 4. pag. 207 scribit, seruos in jure Gothico, Sudermanico et Westmannico, *Ambat*, nominari, idemque videri quod *Ambacht*, apud Caesarem; nisi quod apud Suecos hodie tantum feminis tribuitur. At Salmasius lib. de vsuris, nequaquam vocem esse Gallicam contendit, haecque

que Feſto addita eſſe ab illius Abbreuiatore, et in Cod. MS. haberi poſt haec Feſti verba. *Aut* (Am) *praepoſitio loquelaris ſignificat circum; vnde ſupra ſernus Ambactus, id eſt, circumactus dicitur.* Vide eumdem ad Hiſt. Auguſt. Pithoeum lib. 1. Aduerſ. cap. 8. Pontan. in Gloſſ. Turneb. in Aduerſ. Cluuer. in Germ. antiq. lib. 1. c. 8. 13 etc. *) V. de hac voce quae habent Schilt. in Gloſſ. v. *Ambacht*, Wacht. in Gloſſ. v. *Ambacht* et v. *Achten*, et Friſch im Wörterb. v. Amt.

AMBAGENA, *la pecora cum doy fioli immolata.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Ambigna.*

AMBAGES. Thwroczius in Maria Regina Hungar. cap. 4. *Et Ambages, vt ſuaſionibus regem ſemineum erga populum ſpretum redderent, cunctas regni ad partes mittit, i.* ſubmiſſas perſonas ſeu miniſtros fideles, quibus callida plenaque *ambagibus* conſilia committi poſſunt. Hanc vocem vulgo ducunt ex *am* et *ago*; ſed Lud. le Pelletier eam eodem fonte exiſtimat promanare, ex quo *Ambactus.*

AMBAGIBALIS *Charta.* Ch. vet. in Vita Aldrici Epiſc. Cenoman. n. 69. *Chartam Ambagibalem ibidem praeſentabant, quam Bertha ad ipſos infantes ſuos fecerat, vbi habebat incertum, dum aduiuebat, et in partes duas Leogiſilo quondam conjuge ſuo, quam et ſuam tertiam ad vſum tenueris.* Vox luxata, vt vult Cangius, forte legendum *additionalem*, de qua Marculfus lib. 1. *Ambaginalem* rectius cum Mabillonio lib. 1. de re Diplomatica cap. 2. n. v. legendum putant Cangii Editores. Chartam, inquit, *Ambagibalem* lego apud V. Cl. Stephanum Baluz. Miſcell. tom. 3. pag. 168. pro quo *Ambaginalem* praefert Codex Eccleſiae Cenomanenſis. Quo nomine Chartam, quae aduerſario ambages faceſſit, ſignificari puto. Praeterea non *Additionalem* poſſe legi ideo videtur, quod Charta *audientialis*, ſeu *auditionalis* de qua Marculf. lib. 1. cap. 28. ea ſit, qua quis ad audientiam principis euocatur. Illa autem Charta *Ambagibalis* ſit nomine ipſius Berthae nihilque in ea agatur de Principe. *) *Ambagibalem Chartam*, vel *Ambaginalem* Auctores Tract. noui de re diplom. t. 5. p. 672. de donatione intelligunt mutua inter virum et vxorem; ab *ambo* et *agino*, qua voce vxor ſignicatur; vel de charta, qua inter haeredes diuiduntur bona; aut tandem de bonorum inter duos liberos diuiſione a matre facta, quorum partem tertiam ſibi ad vſum fructum retinet. Vtrum felicius, diiudicent alii.

AMBAGINES, pro *Ambages*, difficultates, calamitates. Gloſſae Gr. Lat. *πλοκοὶ*, *amfractus*, *circuitus*, *ambago.* Iſidor. Pacenſ. Epiſc. aera 772.

AMBAGIOSVS, circuloſus. Gloſſae MS.

AMBAGIVM, dubietas, dubium. Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 701.

† AMBAISSARIA, negotii peragendi alicui demandatum munus. Pact. inter Carol. I. Andegav. Com. et ciues Arelat. a. 1251. V. *Ambaſcia.*

† AMBANARE, ambire, cingere, claudere. Ch. a. 1356. inter Ordinat. reg. Franc. t. 3. p. 77.

† AMBANNVS, repagulum, ſic dictum quod ambit, circumdat. Ch. a. 1327. in Reg. 65. ch. 20. V. *Ambanare* et *Ambarium.*

AMBAR, AMBARE, AMBRA, vulgo, Ambre, Stercus piſcis. Lexicon *ἰατρικὸν*, *Ἄμπαρ μυρεψικὸν*, *κόπρος ἰχθύος.* Ioan. de Ianua: *Ambra, ſpecies valde cara, et dicitur ab ambroſia.* Hiſt. Tranſlat. S. Sebaſtiani cap. 15. n. 74. Iacobus de Vitriaco l. 3. Hiſt. Orient. pag. 1143. Vocem Mauris familiarem eſſe obſeruat Philander ad Vitruuii lib. 8. cap. 3. V. Serapionem lib. Aggregat. cap. 196.

† AMBARATIVM, AMBARIVM, AMBARRIVM, AMBARRVM, ambitus ſeu ſeptum ad munimentum oppidi vel caſtri ex *barris* ſeu repagulis conſtructum atque a *lictis* diſtinctum. Stat. Auenion. a. 1243. ex Cod. reg. 4659. c. 80. 81. 100. Ch. a. 1340. in Reg. 73. ch. 180. *Quoddam hoſpitium - - ſituatum in*

ambarris Condomii; vbi idem videtur esse quod *Barrium*. V. in hac voce et infra in *Anambarium*.

† AMBARVRALIS PROCESSIO, quae circa bona ruralia fit ap. Eueillon. 29. p. 293. et in Stat. synod. eccl. Andegav. p. 74.

† AMBASATIA, i. q. *Ambassiata*, legatio, Gall. *Ambassade*. Acta SS. t. 3. Aug. p. 770.

† AMBASATOR, i. q. *Ambassiator*, in Ch. a. 1404. in Reg. 158. ch. 460.

AMBASCIA, legatio, injunctum munus, negotii peragendi ac conficiendi alicui demandatum munus. Lex Burgund. Addit. 1. tit. 17. *Quicumque asinum alienum extra domini voluntatem praesumpserit, aut per unum diem aut duos, in ambascia sua*. Pactus Leg. Sal. tit. 1. §. 3. *Si in dominica ambascia fuerit occupatus*. Alia editio habet *Ambaxia*. Pithoeana: *Si in jussione Regis fuerit occupatus*. Ex quibus liquet, *Ambasciam*, idem sonare quod *Iussio*, munus scilicet alicui demandatum, Gallis *Commission*. Nec scio, an aliter accipi debeat in Poenitentiali S. Colúmbani: *Qui praesumit facere ambasciam, non permittente eo, qui praeest, libera et effrenata processione absque necessitate, so plagis inhibeatur*. Id est, qui ex patria egredi, vel peregre proficisci praesumit. Nam ita *Ambascia* sumitur in Lege Burgund. nempe pro itinere in Legatione obeunda. Vocem hanc inde retinuere Itali, quam pro anxietate ac fastidio vsurpant; forte quod qui *ambasciam* suscipiunt obeundam, morosi sint et anxii vt plurimum, cujusmodi sunt, qui negotiis alienis implicantur. *) Vocabuli etymon varii varie accersunt; plurimi a Gallica voce *Ambactus*, Germ. super. Ambacht, ita vt *Ambascia* proprie sit officium et ministerium quodcunque, nobile et ignobile, et *Ambasciare*, ambachten, ministrare.

AMBASCIARE, AMBASSIARE, legationem obire, seu potius nomine alterius quidpiam efferre, nuntiare, referre. Hincmar. Epist. 13 ad Ludov. III. Regem. Idem in Visione Bertholdi Presbyt. Vbi *Ambasciatum*, est sermo ipse legati seu nuntii. Sicque ea videtur vox accipienda in inscriptione Epistolae Pauli PP. quae extat in Codice Carolino, et tom. 3. Hist. Fr. pag. 378. *Exemplar - - Epistolae, in qua continetur Abbasciatum* (malim *Ambasciatum*) *Remedii Episcopi et Andecarii Comitis, qualiter justitias B. Petri - - apud Desiderium quondam Regem ex parte receperit, et reliquas justitias faciendum pollicitus est*. Vbi *Ambasciatum* non est legatio ipsa, quod vult Gretzerus, sed legati rerum a se actarum narratio, vel relatio; tametsi id ipsum interdum sonet, vt in Capitulari de villis cap. 16. *Si judex in exercitu, aut in wacta seu in Ambasciato, aut alicubi fuerit etc.*

AMBASCIARE praeterea dicebantur Proceres, qui ab Episcopis aut Abbatibus interponebantur, ad donationem aliquam pro suis Ecclesiis ab Imperatoribus aut Regibus impetrandam. Has enim donationes *Ambasciasse*, id est, suo interuentu obtinuisse dicebantur ii, eoque nomine Chartas ipsas subscribebant, in quibus semper mentio fiebat, has donationes ad illorum preces factas fuisse. Ch. Caroli Calui a. 877. apud Miraeum in Donat. Belg. *Signum Caroli gloriosiss. Imp. Aug. Domina Richildis Imperatrix Ambasciauit*. Alia Carolomanni Regis Franc. pridie Nonas Martii an. 5. regni, Indict. I. Alia ejusdem Regis apud Steph. Baluz. in Notis ad Concilia Narbon. p. 71. Ita apud Perard. in Burgund. p. 155. aliud Diploma ejusdem Caroli C. sic pariter clauditur: *Audacher Notarius ad vicem Gauselini recognouit et subscripsit. Boso Comes Ambasciator. Data etc.* Vbi Boso *Ambasciator* dicitur, quod ad illius preces Carolus donationem fecerit, quod quidem ex contextu Diplomatis patet: id est, *interuentu*, vti habetur in aliquot aliis Chartis Lamberti et Berengarii Regum Italiae, Ottonis I. Imperat. et aliis apud Vghell. to. 2. pag. 124. 125. 129. 130. 194. 203. 208. 209. 518. Denique describitur Charta alia Caroli simplicis pro

Abba-

Abbatia Auriliacenſi a P. Dominico a Ieſu Carmelita in Vita S. Geraldi quae ſic clauditur: *Willelmus Comes Ambasiauis.* AMBASSIARE, Eadem notione. Charta Carolomanni Regis pro S. Nazario an. 880. t. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 64. *Actum apud Nerondam villam in Dei nomine feliciter, Amen. Theodoricus Comes Ambaſſiauis.*

AMBASCIARIA, legatio, vt *Ambaſſiata*, in hiſt. Cartuſior. l. 4. c. 3. Murat. t. 6. p. 530. V. *Ambaiſſaria.*

† AMBASCIATA, munus alicui demandatum. Stat. Cadubrii l. 1. c. 51. l. 3. c. 52. Stat. Pallav. l. 1. c. 3. Alia notione V. *Ambaſſiata.*

AMBASCIATOR. (1) † Cui aliquod negotium demandatur, in Stat. Vercell. l. 3. p. 61. (2) Legatus, V. *Ambaſſiator.* (3) Mediator, arbiter, V. *Ambaſciare.*

AMBASIATA, V. *Ambaſſiata.*

AMBASIATOR, V. *Ambaſciator.*

*) *Ambaſiator*, ein Conſtabel, in Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſo.

AMBASITOR, vt *Ambaſſiator*, apud Ludewig. t. 5. Reliq. p. 451.

AMBASSATA, V. *Ambaſſiata.*

AMBASSEATA, V. Ibid.

AMBASSERIA, vt *Ambaſſiata*, in Act. SS. Maii t. 7. p. 832. V. etiam *Ambaiſſaria.*

† AMBASSIA, vt *Ambaſſiata*, ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 973.

AMBASSIARE, V. *Ambaſciare.*

AMBASSIATA, AMBASSEATA, AMBASIATA, AMBASSATA, legatio, Gallis *Ambaſſade.* Mamotrectus: *Nuncium, Ambaſiata.* Breuiloq. *Ambaſiata eſt legatio Conciliorum vel Principum in cauſis ſuis.* Occurrit vox ap. Andr. Presbyt. in Chron. Bauar. ad a. 1472. Rymer. t. 5. p. 188. Spicil. Acher. t. 6. p. 148. Murat. t. 9. p. 887. AMBASSIATIO, eodem ſenſu apud Matth. Paris p. 381. AMBASCIARIA in Hiſt. Cartuſior. l. 4. c. 3. Murat. t. 6. p. 530. AMBAXARIA, ap. Marten. t. 4. Anecd. p. 1750. AMBAXIATA, ibid. t. 3. p. 1949. AMBASSEATA, ap. Vincent. Cigault de bello Ital. AMBASSERIA in Act. SS. Maii t. 7. p. 832.

AMBASSIATIO, eadem notione, apud Matth. Pariſ. p. 381.

AMBASSIATOR, AMBASCIATOR, AMBAXIATOR, legatus, internuntius, qui juſſa regis aut domini ſui defert, Gall. *Ambaſſadeur.* Concil. Conſtantinop. ſub Menna Act. 4. p. 696. Edit. 1618. Acta SS. t. 6. Maii p. 54. AMBASIATOR, Conc. Hiſp. t. 3. p. 650. AMBASITOR, Ludewig. t. 5. Reliq. p. 457. AMBAYSSATOR, in Ch. a. 1284. IMBASSIATOR, Monaſt. Anglic. t. 1. p. 154.

AMBASSIATRIA, legatio, vt *Ambaſſiata*, ap. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. c. 14. p. 28.

AMBASSIATRIX, mediatrix, in Menoti Sermon. p. 170.

AMBATIARE, V. *Ambaſciare.*

† AMBATVALIS, *vna hoſtia.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

AMBAXARIA, vt *Ambaſcaria* ſ. *Ambaſſiata*, ap. Marten. t. 3. Anecd. p. 1949.

† AMBAXATA, legatio, vt *Ambaſſiata*, ap. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 305.

AMBAXIATOR. V. *Ambaſſiator.*

AMBAXIOQVI, *Circumeuntes caterватim*, apud Feſtum.

AMBAYSSATOR, vt *Ambaſſiator*, in Ch. a. 1284.

AMBER, V. *Ambra.*

AMBERGAMENTVM REGVM, ſ. locus ita dictus, eo quod Rex aut Dux aliquis ibi fuerit hoſpitatus vel caſtra poſuerit. Ch. an. 961. in noua Gall. Chriſt. to. 2. Inſtr. col. 409. E. *Item ex membris et dependentiis dicti feudi ſunt quinque aedes ab omni tributo immunes in dicta vrbe; tres in parochia S. Michaelis, quae ab vno capite tangunt Ambergamentum Regum etc.*

† AMBESVS, *circumciſus; ab edo componitur.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

† AMBIBALLVS, *circus villoſus*, in eod. Gloſſ.

† AMBIDEXTER. (1) Aptus ad gerendas res, tam ſpirituales quam temporales. Stat. Colleg. de Monte-acuto apud Lobinell. tom. 3. Hiſt.

Hiſt. Pariſ. (2) Iudex, qui ab vtraque parte dona accipit. Bracton. lib. 3. tit. de Corona cap. 1. *De Vicecomitibus et aliis Ballivis ambidextris, qui capiunt de vtraque parte.* Adde Raſtallum in hoc verbo.

AMBIDEXTRIA, munera ab vtraque parte accepta, apud Rymer. t. 7. p. 166. t. 8. p. 27. t. 11. p. 445.

AMBIDOLAE, forte pro *Amigdalae.* Comput. Ioann. de Ponciaco t. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 284. *Item pro 5. libris de pipere, 5. de zinzibero - - libris et vno quart. de zaccaro et 25 libris de ambidolis, et 10. lib. de viſis,* etc.

AMBIENTER, ſollicite, diligenter. Vita S. Nicetii Epiſc. Lugdun. t. 1. April. p. 10. D. Marten. t. 1. Ampliſſ. Collect. col. 349.

AMBIENTISSIME, in Epiſt. 9. inter Francicas to. 1. Hiſt. Franc.

AMBIFARIE, AMBIFARIAM, bifarie. Vgutio: *Ambifariam, diſcretim, id eſt, ex ambabus partibus.* Vtitur Apuleius in Apologia: *Ambifarie dixit,* etc. Claudian. Mamert. l. 1. de Statu animae cap. 2. Vide *Amfariam.*

AMBIGENA, Androgynus, hermaphroditus, vtriusque generis, ſeu ſexus. Laurent. in Amalth. *Ambigena, hermaphrodita, androgyna, quae non generant.* Plinius autem lib. 8. de Semiferis animalibus: *Ambigenae, ſemiferae, quae ex fera et domeſtica beſtia naſcuntur.*

† AMBIGIATVS, furtum jumentorum, pro *Abigeatus.* V. in hac voce et *Abigeus.* Ch. a. 1347. in Reg. 76. ch. 296.

AMBIGINES, *loca flexuoſa, anfracta,* in Gloſſ. Lat. MS. Regio Cod. 1013. et apud Papiam. Vide *Ambago.*

AMBIGIOSVS, Papiae: *circuloſus, ambagibus plenus;* forte *Ambagioſus.* Gloſſ. Sangerman. *Ambigioſus, circuloſus, aut per ambages circuiens.* Iohan. de Ianua: *Ambiguus ab Ambages dicitur - - Ambiguoſus, dubitabilis, vel ambagibus plenus.* Sic et in Gloſſis lubentius legerim *Ambigioſus,* quam *Ambigioſus:* quod tamen ferri poteſt.

AMBIGONIVS, dicitur *ille triangulus, qui hebetem angulum habet,* Vgutio. Legendum *Ambligonius* vel potius *Amblygonius,* vt in Papia MS. Bituric. Componitur ex ἀμβλὺς, obtuſus, et γωνία, angulus, adeoque eſt vox proprie Graeca.

† AMBIGVA OVIS *dicebatur, quae cum geminos pareret, cum ipſis altrinſecus poſitis ſacrificabatur: vnde derivatur, quaſi ab vtraque parte habens agnos.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. V. Martinii Lex. v. *Ambegnus,* et ſupra *Ambagena.*

AMBIGVOSVS, V. *Ambigioſus.*

AMBIGVVM, indefinitum. Frontin. de limit. agror. Idem de Coloniis.

AMBILOQVVS, *bilinguis, qui nunc hoc, nunc illud affirmat, vnde ambiloquium, talis locutio.* Vgutio et Ioan. de Ianua.

† AMBIO, *onis, leccator.* Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352. Cod. reg. 4120. leg. *Ambro.*

† AMBIOSVS, *quod ambiat honores, Deſiros, Prov.* Gloſſ. Prov. Lat. Cod. reg. 7657.

AMBITA, f. Cohors, Gall. *Baſſecour,* ab *ambire* ſic appellata. Ch. Guill. Comit. Claromont. apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. pag. 62. *Et in Sayaco vbi eſt grangia et ambita, comprehendendo fontes, qui ſunt prope et ſupra Eccleſiam de S. Vincentio.*

AMBITIES, *ambitio,* Vgutioni.

AMBITIO. 2. Paralip. cap. 16. *Poſuerunique eum ſuper lectum ſuum, plenum aromatibus, et vnguentis meretriciis, quae erant pigmentariorum arte confecta, et combuſſerunt ſuper eum ambitione magna.* Vbi Mamotr. *i. e. apparatu magno,* et Graec. Edit. καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ἐκφορὰν μεγάλην λίαν σφόδρα. Spicil. Acher. tom. 7. p. 537. *Hoc itaque ſolemne tempus* (Translationis S. Eloquii) *conſilio ſuo* B. *Forannanus in melius reformare deſiderans, quatenus majoris ambitionis et veneracionis dies et ſolemnitas recolenda ab omnibus magis amplecteretur.* S. Auguſt. Epiſt. 23. ad Maximium: *Tranſit ambitio.* S. Paulinus apud eumdem Auguſtin. in Tabular. Majoris - Monaſterii. Epiſt. 94. *Senatoriae dignitatis Ambitio.*

AMBI-

AMBITIRE, pro *ambire*, blandiri, interpellare. Fulbert. Epiſc. Carnot. Epiſt. 21. apud Mabill. to. 4. Annal. Benedict. pag. 167.

AMBITOR, pro *ambitioſus*, in Ampliſſ. Collect. Marten. tom. 1. col. 22. Vtuntur Lampridius et alii inferioris aeui.

AMBITVDO, pro *ambitus*, dixit Apuleius in Aſclepio.

AMBITVS. (1) Periſtylium, clauſtrum. Ambitus proprie idem ac circuitus, Germ. Kreutzgang, quare ſumitur aliquando pro ipſo clauſtro, quod in obliquo ſubintelligitur. Gall. Chriſt. to. 3. col. 750. vbi de Abbatia S. Martini Majoris: *Iacere dicitur in Sacello quod eſt in ambitu*, (ſupple *clauſtri*). Ibidem col. 751. D. Schramb. Chronicon Mellic. p. 425. col. 1. IN AMBITV, Circa. Ethelwerd. lib. 4. cap. 3. *In eodem anno poſt Paſcha, in ambitu letanias cometa apparuit.* (2) † AMBITVS, *inter vicinorum aedificia, locus duorum pedum et ſemis, ad circumeundi facultatem relictus.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. Germ. Brandgaſſe.

AMBIVERTIBILIS, in vtramque partem verſatilis. Anon. de Miracul. S. Seruatii n. 56. *Ambiuertibili vultu oculos conuertit.*

AMBIVIVS, item quod biuius. *Ambiuium iter*, apud Dudonem lib. 3. de Actis Normannorum.

AMBIX, vas materiae teſteae, vel vitreae, Caelio Aureliano Siccenſi lib. 4. Tardar. paſſion. c. 7. Ἄμβιξ, Heſychio, Athenaeo, et aliis.

AMBLACIVM, inſtrumentum ruſticum. Adalardus in ſtatutis antiquis S. Petri Corbeienſ. lib. 2. cap. 1. *Ipſi dens vnusquisque ad hortum, cui deſeruit, in tertio anno aratrum i. sum amblacio et conjunctis, quando neceſſe fuerit.* † Proprie eſt cratis genus ex virgis flexibilibus et contortis efformatum, ſic dictum quod carrum ambit et cingit, vt in eo certae merces vehi poſſint; Gallis ol. *Amblai*, et *Ambley*.

† AMBLATOR, forte *Amblaciorum* artifex, Germ. Korbmacher. Occurrit in Inſtr. a. 1364. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 303.

AMBLYGONIVS, V. *Ambigonius.*

AMBO. (1) Pulpitum, tribunal Eccleſiae, ad quod gradibus aſcenditur. Papias: *Ambonem dicendo, gradum ſignificamus.* Walafr. Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 6. *Ambo ab ambiendo dicitur, quia intrantem ambit et cingit.* At conſtans eſt doctorum ſententia a voce Graeca ἀναβαίνειν, Latinam formatam. Heſych. ait, ἄμβονας eſſe τὰς καταβάσεις τῶν ὀρῶν, Lexicon Graec. MS. Reg. Cod. 930. Ἄμβων, παρὰ τὸ βῶ, τὸ βαίνω, ἤγουν ὁ ὑψηλὸς τόπος. Paul. Warnefr. in Epiſc. Metenſ. lin Chrodegango: *Conſtruxit etiam Ambonem auro argentoque decoratum, et arcus per gyrum throni ante ipſum altare.* Hiſt. Epiſcop. Autiſiodor. cap. 45. Anaſtaſ. in Sergio PP. (2) † AD AMBOS AD AMBOS, phraſis Gallica. zwey und zwey. Notitia a. 851. ex Chartul. Lemouic. *Tunc adſtantes, qui illic aderant, caterna non modica bonorum hominum, interrogarunt leges eorum ad ambos ad ambos: at illi vterque nunciauerunt ſe eſſe Romanos.*

AMBOLAGIVM, V. *Anabolagium.*

† AMBOSCA, inſidiae, Gall. *Embuſcade.* Ch. a. 1461. in Reg. 192. ch. 19. V. *Ambuſchia.*

† AMBOSTA, AMBOTA, quantum pugno vel manu ex aceruo frumenti alteriusue rei capi poteſt, i. q. *Puginata.* Stat. Taurin. a. 1360. c. 269. Cod. reg. 4622. Ch. eccleſ. Lugdun. a. 1345. V. *Amboſtis.*

AMBOSTIS, *pugillus, pugnus*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

AMBOTA, V. *Amboſta.*

AMBRA. (1) Ambarum, Germ. Ambra. Relat. pro canoniz. B. Aloyſii to. 4. Iunii pag. 1142. B. *Coadjutores ex ſocietate et ſacriſtae deponunt, magnum Poloniae Mareſcalcum B. Aloyſio argenteam lampadem dono dediſſe, et alium ſex candelabra ex Ambra.* V. *Ambar*, et mox *Ambre.* (2) AMBRA, AMBRVM, AMBER, Anglo-Saxonibus, Vaſis vinarii genus, vel menſura, Germ. Aimer, in Bauaria Amper, ex Latino *amphora*

phora, vt videtur, deducto vocabulo. Leges Inae Reg. Weſtſax. t. 74. apud Brompton. 12. *Ambrae cereuiſiae Waliscae - - 10. plena Ambra butyri.* Leg. Adelſtani Reg. apud eundem tit. 3. Liber Euident. Eccleſ. Chriſti Cantuarienſis: *Et reddere debet 120 menſuras, quas Angli dicunt* Ambres, *de ſale.* Cujus vero quantitatis fuerit amphora, pluribus tradunt Lambardus et Spelmannus. Neſcio, an *amphora* apud Will. Thorn. pag. 1804, lin. penult. ſit idem, quod *Ambra.* V. *Ambar.*

AMBRE, idem quod *Ambar* (1) vel Succinum et electrum, Gall. *Ambre.* In hoc autem diſtinguuntur ambar et ſuccinum, quod ambar bituminis genus ſit oceani orientalis proprium, cinerei aut nigri coloris, in littus matis electum, quod aëri expoſitum durescit, et odorem ſpirat ſuauem, ſuccinum vero ſit aliud bitumen lapideſcens, flauum aut album, ex tritu vel ab igne fragrans, quod in ſinu Codano reperitur, et etiam in quibusdam locis mediterraneis refoditur. Bernard. Theſaur. de acquiſit. Terrae Sanctae apud Murat. to. 7. col. 838. Rymer. to. 8. pag. 428. col. 1.

AMBRO. Gloſſ. Iſid. *Ambro, devorator, conſumptor, patrimoniorum decoctor, luxurioſus, profuſus.* Ioan. de Ianua: *Ambro, leccator, lurco, manducus, ardelio, ganeo. Sed intereſt: Ambro dicitur ille, qui bene ſcit judicare de ſapore ciborum, et libenter guſtat bene ſaporata: lurco dicitur ille, qui guloſe et immunde omnia devoras, etc.* Gildas de Excidio Britann. Galfrid. Monemuth. lib. 5. cap. 4. lib. 6. Alhelm. de Octo principalib. vitiis cap. 1. Adde Epiſt. 1. Bonifac. Moguntt. Feſtum Pompeium, et Cluuerium lib. 2. Germ. Antiq. cap. 4. etc.

† AMBROARE, lotio vel argilla, vt videtur, pannum purgare, detergere. Stat. pro pannificio Carcaſſ. renouata a. 1466. in Reg. 201. ch. 121. *Item quod caſu, quo reperiatur aliquis pannus, cum capite de bombace ſeu colono, in aliquo molendino, ſeu in aliqua tincturia, aut alibi in quecunque parte, qui eſſet vel ſit eſcuratus, ambroatus, ſeu alias quouismodo paratus, in toto vel in parte, et talis pannus non fuerit viſus,* etc. ♦

AMBRONINVS, inquit idem Ioann. de Ianua: *ab ambro, quod eſt leccator, vnde quidam, cum vellet aliquem redarguere, ait: Tu habes lurconinam buccam, et vmbronina labia: volens ſignificare, quod multum 'et turpiter comedebat, et libenter de bene ſaporatis.*

AMBROSIANVM, V. *Hymni Ambroſiani.*

AMBROSINI, nummi Dominorum et Ducum Mediolani, S. Ambroſii equo inſidentis, et flagellum dextra tenentis imagine inſignes, cujusmodi paſſim videre eſt. Ii autem cudi coepere, ex quo Luchinus Vicecomes, Mediolanenſium copiarum ductor ab Azone patruele ſuo conſtitutus, victoriam inſignem de Leodriſco Vicecomite, Azonis patruo, reportauit an. 1339. 21. Febr. quo in praelio ferunt S. Ambroſium ab omnibus conſpectum, ſcutica hoſtes caedentem; ideoque Mediolanenſes ei victoriam adſcripſiſſe. Poſtmodum in rei memoriam hac ſpecie in nummis ſuis effingi curarunt Domini Mediolanenſes. Hiſtoriam narrant Boſius, Corius, Iouius, et alii. Sed vexilli Mediolanenſis, S. Ambroſii nomine inſigniti, longe antea mentio occurrit, nempe ſub a. 1160. in Hiſt. Archiepiſc. Bremenſium pag. 104.

† AMBROSIO, *onis, quia indicat, vel quia bene ſaporat, Glos, Prov.* Gloſſ. Prov. Lat. Cod. reg. 7657. V. *Ambro.*

AMBRVM. (1) Electrum, ſuccinum, Gall. *Ambre*, Germ. Bernſtein. Hiſt. Dalphin. to. 2. pag. 275. (2) AMBRVM, ſpecies vaſis, V. *Ambra.*

AMBVBIA, Intybum, Germ. Cichorien. Gloſſ. Lat. Gr. *Ambubia, συχώρια.*

*) AMBVCIVS, Kurhut, in Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſo.

AMBVLACIVM, caducum mali Punici. Caelius Aurelian. l. 5. Chron. cap. 2. pag. 129. 1. edit. *Aut mali Puni-*

Punici foliis viridibus, vel ejus caduco, quod Latini Ambulacium vocant. At lib. 4. cap. 3. pag. 102. habet *Ampullagium: aut decoctione mali Punici, vel ejus caduci, quod Graeci Cytinorrhas appellant, nos Ampullagium.* Ita etiam editio posterior. Graec. κύτινος ῥοᾶς.

AMBVLARE. (1) Ire, proficisci, equo vehi, peregre ire. Glossae MS. *Bitit, Ambulas. Bitire, ire.* Infra: *Is, ibit, ambulauit. Ambula in jas,* apud Plautum. Anon. Valesianus de Constantino M. *Ambula Constantinopolim ad Iustinum Imperatorem.* Messian. Presb. in Vita S. Caesarii Arelat. lib. 2. Gregor. Turon. lib. 9. Hist. c. 20. et alii multi. AMBVLARE SVPER ALIQVEM. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 19. *Qui super aliquem ambulauerit, et sic eum pro quacumque causa occiderit etc.* Gall. dicerent: *Courir sur quelqu'un.* AMBVLARE AD MARITVM, nubere, in Legibus Luitprandi apud Murator. to. 1. part. 2. pag. 51. col. 2. AMBVLARE dicitur de Episcopo qui lustrando peragrat dioecesim suam. Concil. Hisp. t. 3. p. 28. AMBVLARE MENSVRA, dicitur in Leg. Luitprandi apud Murator. pag. 64. col. 2. *Aliae vero res quae divisae fuerint inter fratres seu nepotes, vel ubi mensura tracta est, sortes stantes adaequentur. Nam ubi per xl. annos mensura minime ambulauerit, et causa probata fuerit, quod jure quieto possedisset - - per sacramentum finiatur. Mensuram trahi et Mensuram ambulare,* quae idem sonant hocce in loco, aliud nihil significare videntur, quam haereditatem dividere et in aequas partes distribuere; hac ergo lege statuitur, eum fore legitimum possessorem, qui rem quamcumque per quadraginta annos possederit, modo *Mensura non ambulauerit,* hoc est, modo rei illius per id tempus nulla fuerit facta partitio, istudque per sacramentum comprobetur. († Carpentario aptior videtur interpretatio, qua *ubi per XL. annos mensura minime ambulauerit,* intelligitur, vbi per XL. annos nulla exorta est difficultas de portione, quae alicui obuenit, quando res diuisae fuerunt inter fratres, per mensuram, i. e. justam aestimationem.) AMBVLARE de pecunia dicitur, quae, vt vulgo loquimur, currit, cursum habet, in vsu est, gång und gebe iſt, in Pragm. Sanct. Iustiniani cap. 19. *Vadere,* in Concil. Francoford. an. 794. can. 5. *Et in omni emporio vadant isti noui denarii, et accipiantur ab omnibus.* † AMBVLARE ANTE SANCTVM, ad aedem ejus nomini sacram ire. Chartul. eccl. Vienn. (2) AMBVLARE, pertinere. Ch. Dagoberti Regis, ap. Henschen. de Tribus Dagob. pag. 28. *Qualiter omnes res juris nostri in pago Laudemburgensi, et quidquid ad nostram vrbem ambulare visum est, et omne, quod ad fiscum nostrum hactenus pertinebit etc.* (3) AMBVLARE, Gallis *Aller l'amble,* Germ. einen Paß, Antritt gehen, alterno crurum explicatu mollem gressum glomerare. Veget. l. 1. de Arte Veterin. cap. 56. *Minutim autem equus ambulans, commodius vehit, et pulcrius videtur incedere.* Vita S. Willelmi Abbat. Roschildensis num. 45. Hinc AMBVLANS, idem qui *Ambulator,* Italis *Ambiante.* Constitutio Caroli Crassi Imp. de Feudis cap. 5. *Et duo equi, vnus currens, alter ambulans, addantur.*

† AMBVLATAE, *mulieres tibicines. Syriace.* Gloss. vet. Cod. reg. 7613.

AMBVLATIO, ambo, pulpitum vel suggestum in Ecclesiis, ad quod gradibus ascenditur. Acta SS. to. 3. Aprilis p. 201. Plinio aliisque sequioris aeui Scriptoribus *Ambulatio,* locus est ad ambulandum, Gall. *Promenade.* V. *Ambulatura.*

AMBVLATOR, equus, qui *Toltarius* Senecae, *Gradarius* Lucilio, *Asturco* Plinio dicitur, cui mollis alterno crurum explicatu glomeratio est; Hispanis, *Caballo amblador.* Germ. ein Paßgänger, Zelter. Papias MS. *Astructor,* (Asturco) *equus ambulator,* editus habet *Asterco.* Ioan. de Garlandia in Synonymis, vbi de equis variis: *Istis curristam jungamus ambulatorem.* Igitur ab *Ambulare,* ita dictus, non a Graec. ἀμβλύω

ἀμβλύνειν, vti vult Perionius. Vita S. Henr. Imp. cap. 23. Ekeardus jun. de Caſibus S. Galli, cap. 15. Vide eundem cap. 10. et 11. S. Bernard. Epiſt. 2. *Equus Ambulatorius*, apud Fulbert. Epiſt. 111. Occurrit praeterea in Speculo Saxon. lib. 3. art. 51. §. 2.

AMBVLATORIVM. (1) AMBVLATORIVM, AMBVLATORIVS, equus, ſeu, vt efferebant Galli, *Equisatura*. Lambert. in Vita S. Heriberti Archiepiſc. Colon. n. 22. *Clam mandat ſedata ei argenti libra, ambulatorio Epiſcopi eum imponat.* Quo loco Rupert. Abbas in Vita ejusdem Sancti n 24. *equum* habet. Gaufredus Malaterra lib. 4. cap. 26. Ch. an. 1050. ex Archiuo Montis S. Michaelis. (2) AMBVLATORIVM, *locus aptus ad ambulandum*, Iohanni de Ianua. Eſt etiam pedatura murorum, ſeu moenium περίπατος, apud Conſtantinum. Porph. de Admin. Imp. cap. 29. Διάβατα Harmenopulo; Gallis *Rempart*. Gloſſ. Lat. Graec. *Ambulacrum*, Διάστημα, περίπατος. Vita S. Aniani Epiſc. Aurelian. apud V. C. Hubertum: *Pontifex ſiſus in Domino, per muri ambulatorium geſtans pignora etc.* V. *Pedatura*.

AMBVLATORIVS. (1) AMBVLATORIA MONETA, quae in vſu eſt. Ludewig t. 5. Reliq. p. 328. V. *Ambulare* 1. (2) † Non ſtabilis, qui amoueri poteſt. Areſt. a. 1411. in vol. 11. Areſt. Parlam. Pariſ. *Capellani ambulatorii et revocabilis.*

AMBVLATRIX, equa tolutaris, Ekeard. jun. de Caſib. S. Galli c. 1.

AMBVLATVRA, inceſſus tolutaris. Gall. *Amble*, Ital. *Ambiadura*, Germ. Paß, Antritt, Dreyſchlag, Zelt. Veget. lib. 4. Artis veterin. cap. 6, Vide eundem lib. 2. cap. 5. Idem lib. 4. de re militari cap. 6.

AMBVLATVS, actio ambulandi. Arnob. lib. 1. *Chriſtus ſcitur ambulatum dediſſe contractis.*

AMBVLVS, *curſor qui cauſa feſtinationis legatur*. Ioann. de Ianua.

AMBVS. (1) *Malcus*, in Gloſſis Iſidori. Legebat Laurentius Lucenſis ibidem et apud Papiam, quem nominat, *Malleus*. Graeuius in notis ad Gloſſ. Iſid. ex Cerda ſic emendat: *Ancus, Mancus*. Ita legit etiam Gloſſar. Philoxeni, *Ancus, Mancus*, κυλλός, λοφός. (2) AMBVS, ſeruus, pediſſequus. Vgutio: *Ambi, ſerui, ab ambiendo, id eſt circumeundo dicti.*

† AMBVSCHIA, inſidiae, Gall. *Embuſcade*. Proceſſ. Egid. de Rays a. 1440. Bibl. reg. fol. 181. V. *Amboſca*.

AMBVSILLA, *venter*, in Gloſſ. Iſid. Vgutio: *Ambuſilla* (ſic in MS.) *venter, qui ambabus partibus cilletur, id eſt, monetur per os et anum.* Graeuius conjicit legendum: *Alnus, Ilia, venter.*

AMELIORARI, melius valere. Vita B. Hugonis de Lacerta apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 1169. *Recepta autem remeandi licentia, ameliorari coepit in vita ipſa.*

AMELLVM, μελόφυλλον, *Melliſſophyllum*, apud Ianum Laurenberg. in Supplemento Antiquarii.

† AMELVM, *lo aedificio publico*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† AMEMBRARE, jungere, conjungere. Ch. a. 924. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 44. Alia a. 1010. ap. Lam. in Delic. erud. p. 323.

AMEN. Breuiliq. *Amen. i. vere vel fideliter, ſine aeternaliter. Item idem eſt quod fiat. Item idem eſt quod veritas.* Vide praeter Scriptores de Officiis diuinis, Baron. an. 57. n. 163. N. Fuller. lib. 1. Miſcell. ſacr. c. 2. et Card. Bona l. 2. Rer. Liturgic. c. 5. n. 6. Goarum ad Euchologi. p. 138. et Henric. Valeſium ad Euſebii Hiſt. lib. 6. c. 43. lib. 7. cap. 9.

AMENDA, pro *Emenda*, mulcta, Gall. *Amende*. Ch. a. 1187. ex Archiuo Majoris Monaſterii. V. *Amendiſia*.

† AMENDAMENTVM, correctio, emendatio, reformatio. Ch. a. 1354. in Reg. 83. ch. 20.

AMEN-

AMENDARE, *abſcondere, extra commendare.* Papias MS. Bitur. in Gloſſ. MS. S. Germani. *Amendat, effigiat, aut longe mittit, vel extra commendat.* Aliud nihil eſt niſi Latinum amandare, expellere, dimittere.

AMENDISIA, idem quod *Amenda*, mulcta, Gall. *Amende.* Ch. Henr. Duc. Lotharing. an. 1223. ex Tabul. Corbeienſi. † Gallis ol. *Amandiſe* et *Amendiſe.*

AMENDOLERIVS, amygdalum, Gall. *Amandier*, ab Italico *Amendola*, *Amande.* Donatio Landulfi de Vinea Iuniarias in Tabular. Eccleſ. Aptenſis fol. 137.

AMENDVLA, amygdala, *amendola* Italis, Germ. Mandel Anaſtaſ. in Benedicto III. pag. 206.

AMENITAS, V. *Amoenitas.*

† AMENTARIVS, amygdalum, vnde diminut. *Amendolerius*, Prouincialibus *Amendeiret.* Chartul. eccleſ. Aptenſ. fol. 72. V. *Amentarii.*

AMENSVRARE. (1) AMENSVRARE AMERCIAMENTA, mulctae pecuniariae modum decernere, mulctam aeſtimare, vox fori Anglici, idem ſignificans quod *amerciare.* Eſt etiam *amenſurare* idem quod commenſurare, ex aequo metiri, ſeu partiri pro rata portione, quod de iis intelligitur, in quos eadem mulcta decernitur. Rymer. to. 4. p. 683. col. 2. (2) † AMENSVRARE CVSTODES, iis quod juſtum eſt, aſſignare. Ch. a. 1223. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Pariſ. V. *Admenſurare* (2).

AMENTARE. (1) In Gloſſ. Graec. Latin. eſt ἀνοιοῶν. Vgutio: *Salire eſt proprie, quod vulgo dicitur amentare, et pertinet ad animalia irrationabilia. Amentare et animentare pro in mentem* ſeu *memoriam revocare*, Itali dicunt. (2) † Societatem ludi habere, cum aliquo lucrum et damnum participare. Stat. Vallis Setianae Mſ. V. *Acceſſor* (3).

AMENTARII, forſan pro *Amendarii*, amygdalae, Gall. *Amandiers.* Ch. in Tabular. Aptenſi fol. 72. *Cellerium Geraldi ferraginem Adauquini, ferraginem juxta amentarios Petri Adaldi et cunenm Crucis.*

AMENTATVS CALIX, vermiculatus, Gall. *Emaillé.* V. *Cameta* et *Eſmantatus.*

AMENTIA, virium et animae defectio. Bernhardi de Breydenbach Iter Hieroſol. pag. 49. etc.

AMERA, *hora.* Ita Papias MS. Bitur. At Laurentio in Amalth. *Amera* eſt *ſemen ulmi*, ex Columella. Gloſſ. MS. San-Germau. habet, *Amera, ora.*

AMERADIAE, Amiraliorum praefecturae diſtrictus, ἀμηρωδίαι, Conſtant. Porphyr. de adminiſtrando Imp. c. 25. V. *Admirallus.*

AMERALDVS, gemma viridi colore, Latinis *Smaragdus*, Gall. *Emeraude.* Rymer. to. 5. pag. 60.

AMERCIAMENTVM, AMERCIARE, voces fori Anglici et Scotici. Eſt autem *Amerciare*, mulctam ſeu poenam pecuniariam pro delicti modo et qualitate in reum decernere. Poena ipſa *Mercia et Amerciamentum* appellatur, *Enmercimens* in Charta Gallica apud Knyghtonem p. 2731. eadem, quae Saxonibus Anglicis *Wita*, mulcta ſcilicet, quae leuioribus delictis imponitur; nam quae majoribus, *Wita major*, quae grauiſſimis, *Compoſitio* dicitur. Apud veteres autem, certo boum, ouium, aut aliorum animalium numero aeſtimabatur, vt auctor eſt Agellius lib. 1. cap. 2. quod in Scotia etiam obtinuiſſe conſtat. Deducta porro ejuscemodi vocabula a Gallico *Mercy*, id eſt miſericordia, quomodo etiam interdum mulcta ipſa nuncuparur; ſeu quod ſoleat irrogari crimen confitenti et *miſericordiam* petenti; ſeu quod qui deliquit, ſit in *miſericordia* Regis vel Iudicis, qui pro libito, mulctam imponit, vel impoſitam, ſi grauior ſit, moderatur decreto, quod vocant, *moderata miſericordia.* Quoniam Attachiamenta cap. 32. *Quod ſi non fecerit, poteſt amerciare.* Ch. Libertat. Angliae Regis Ioannis. In Concilio Lambethen. an. 1261. habetur cap. de *Clericis amerciatis per Iudicem ſaecularem.* Matth. Paris an. 1242. V. eundem p. 596. 597. 673. Synodum

dum Exonienſem an. 1287. can. 12. Leges Scoticas, et libros Anglorum forenſes, Edw. Cokum ad Littleonem ſect. 194. Raſtallum etc. AMERCIAMENTVM ILLEVABILE, illud dicitur, cujus percipiendi nulla ſpes eſt propter mulctatorum pauperratem vel fugam; ideoque illud deducitur, cum rationes ſuas reddit Balliuus aut Oeconomus aut Collector reddituum et debitorum. Sic Prior et Canonici *de Burceſter* receptori ſuorum reddituum de Curtlyngton, Antiq. Ambrosden. p. 573. *In allocatis eidem* (Willelmo Newman Collectori redditus noſtri) *pro amerciamentis illeuabilibus hoc anno* vj. *denarios etc.* AMERCIAMENTVM REGALE, eſt cum Vicecomes Coronator, aut alius Regis Officialis, a Iuſtitiariis ſupremis, qui in munere obeundo perperam egerunt, amerciantur. V. *Mercia, Miſericordia.*

AMERMVMES, V. *Amirmumnes.*

† AMES, *etis*, *la merola*, in Gloſſ. Ital. Lat. Mſ.

† AMESIA, pro *Amaſia*, concubina. Ch. a. 1417. in Reg. 170. ch. 20.

† AMESSER, an ab Ital. *Ammezzare*, dimidiare, diuidere, adeo vt idem ſit quod *Medietaria*, praedium ſcilicet quod colitur a colono partiario? Ch. Ioann. Aquileg. Patriarchae a. 1015. inter Monum. ejusd. eccleſ. c. 53. *Cum eorum* (hominum) *maſſariciis, vineis, - - herbatitis atque pabulaticis, nec non gematicis, ſine eorum ameſſer*, etc. Niſi idem ſit quod ſupra *Amaſſus.*

† AMESSVRA, AMESVRA, Gall. olim *Admeſſure* et *Ameſſure*. Vim vocis explicat Areſt. parlam. Pariſ. a. 1311. in Reg. *Olim: Major et jurati cognoſcere, judicare, et emendas taxare poſſunt in caſibus ameſuraruum, ſcilicet quando vnus facit injuriam alteri conuiciando, percutiendo, et faciendo ſanguinem.* Fortaſſis a Lat. *Admiſſum*, delictum, vel a Gall. *Meſuſer*, male vti. V. *Amiſſura* et *Enmeſſura.*

AMETARE, recedere quaſi a *meta*. Hiſt. Andaginenſis Monaſt. ſcripta ineunte XII. ſeculo apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 939.

† AMETVM. Ch. a. 1381. ex Bibl. S. German. Prat. *Item Girardo Rotier carpentatori, pro VIII. petiis, dictis radicibus, pro dicto preſſorio, qualibet duarum teſiarum cum dimidia, tribus aeſſellis pro ameto, qualibet duarum teſiarum longitudinis.* Gall. *Amette* in Ch. a. 1398. aluei ſpeciem denotare videtur; vnde *Ametum* forte canalis, ſeu alueus preſſorii.

AMFARIAM. Gloſſ. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Amfariam, pro amborum partibus.* Iſid. Gloſſae habent, *per amborum partes.* Occurrit apud Erchembertum. V. *Ambifarie.*

AMFIBVLVM, *birrum villoſum.* Iſid. Gloſſ. V. *Amphibalus.*

AMFIRMALLVS, V. *Amplimallus.*

AMFISCII, *bimbres*, Germ. Zweyſchattige. Gloſſ. Iſidori. Graec. ἀμφίσκιοι, qui vtrinque vmbram habent. Laurent. in Amalth. legit: *Amphiſcii. Qui habitant ſub aequinoctiali in Zona torrida, vtrinque vmbras habent ad Meridiem et ſeptentrionalem; nos vero Eteroſcii vnicam habemus ad ſeptentrionalem.*

† AMFITAPIVM, *lo tapeto*, Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

AMFRACTVRA, ex Gall. *Enfrainte*, i. banni fractura, infractura. Ch. a. 1318. apud Hemereum in Auguſta Viromanduorum: *Diſtrictum quoque, latronem, bannum et amfracturam in praedictis terris Abbatem, et miniſtros ejus eccleſiae habere conceſſit.*

*) AMFRACTVS, waſſerbroch, Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ.

† AMGVARE, adaquare, vt etiam forte legendum eſt, vel *Ayguare*, in Ch. a. 1341. Mſ.

AMI, dicuntur *vigiliae, cuſtodiae* in Papiae Gloſſario MS. Bitur.

† AMIABILIS, amicabilis, Gall *à l'amiable.* Stat. Mainſl. l. 2. c. 15. V. *Amicalis.*

AMIANTVS, vel AMIANTHVS. Anaſtaſ. in S. Silueſtro P. P. *Vbi candela eſt - - nixum vero ex ſtippa amianti.* Legendum: *mixum vero ex ſtupa amianta*, id eſt pura, ex Graec. ἀμίαντος, purus, immaculatus: στύπη vel στυππίον, *ſtupa.* Scribit

bit S. Hieron. ad cap. 41. Ezech. Ἀμίαντον *genus esse ligni, vel ligni habens similitudinem, quod quanto plus arserit, tanto mundius inuenitur.*

AMICABILIS, ab amicus, apud Petr. Cellenſ. l. 6. ep. 10. l. 7. ep. 5. Vtitur etiam Plautus et alii. *Amicabilis Compoſitor*, qui alio nomine *arbitrator* dicitur, in Regiam Maieſtat. l. 2. c. 4. §. 10.

AMICABILITER, amice, in Genealog. regum Daniae a Steph. Stephanio vulgata, et ap. Doubletum Hiſt. Sandionyſ. p. 829.

AMICALIS, *amicabilis*. Gloſſ. Gr. & Lat. MS. Φιλικός, *Amicalis*. Editum, *Amicabilis* habet. Iſonis Gloſſae: *Amico, amicabili*. Ioan. de Ianua: *Amicalis, ab amicus* etc. Occurrit apud Petr. Cellenſ. l. 1. Ep. 9. 15. lib. 8. Epiſt. 17. V. *Amicare*.

AMICALITER, amice, apud Fortunat. in Epiſt. praefixa 1. libro Poem.

AMICARE. (1) Pro *Animare*, vt videtur. Amelgardi Excerpta ex Geſtis Ludov. XI. ap. Marten. t. 4. Ampliſſ. Collect. col. 775. *Ad quam rem etiam Colonienſes eos plurimum amicarant conſilio, et iuuerant auxilio.* (2) Amicum reddere, quempiam ſibi conciliare. Papias: *Amicari, ab amico dicitur, et amicitia et amicabilis, vel amicabilis, id eſt, amicitiae aptus.* Will. Brito lib. 1. Philippid. *Sic Regem noſtrum ſibi Rex coeleſtis amicat.* Conrad. Vſperg. in Henrico III. Vtitur praeter Statium et aliquot e veteribus, Baldricus in Chron. Camerac. lib. 3. c. 7.

AMICARI ALICVI, apud Ioan. de Ianua, et in Hiſt Cortuſior. l. 1. cap. 9. M. Iuſtinus Lippienſis in Lipſiorio pag. 131. Et pag. 136.

† AMICARI, ſimul iungi, copulari, vox Chymica. Arnauld. in Roſario Mſ. l. 1. c. 3.

AMICARIVS, ἑταιρεραστής, ἑταιρεραστρίας, apud Diomedem l. 1. amaſiorum *leno*, vel qui *amicas*, ſeu mererrices aliis porrigit.

AMICIA, i. q. *Almucium*, in Monaſt. Anglic. t. 3. part. 2. p. 36. 99. V. *Almucium*.

AMICICVLVM FERALE, Induſium, vt videtur, cadauer proxime amiciens. Vide Onomaſt. ad calcem to. 2. Actorum SS Iulii.

AMICITER. Gloſſae MS. *amicabiliter, amiciter*.

AMICITIA. (1) *Tenere in amicitiam* praedium quoduis dicebatur, qui vltro, et ex mera beneuolentia ſibi conceſſum, et ad libitum tradentis vtendum profitebatur. Tabular. Vindocin. Thuani char. 73. *Illam* (manſuſirmam) *tenebit de* D. *Abbate, aut in feuum, aut in amicitiam, ita vt recognoſcat, ſe nihil juris in ea habere, niſi quantum ei a nobis conceſſum eſt ad tempus etc.* Occurrit etiam in Tabular. Majoris - Monaſterii. Vetus Ch. apud Hond. in Metrop. Salisburg. part. 2. p. 570. (2) AMICITIA, amica, ſeu *amicabilis compoſitio*. Leges Ethelredi Regis apud Venetyngum §. 17. *Et vbi Thaynus habet duas optiones amicitiae vel lagae*, (i. purgationis) *et amicitiam elegerit, ſtet hoc ita firmum, ſicus et ipſum judicium.* Adde Leg. Henr. I. Reg. Angl. c. 54. Collect Concil. Hiſpan. to. 3. pag. 397. (3) AMICITIA, titulus compellatorius, in Epiſt. 71. ex Sugeriams. (4) AMICITIA, ſeu *communia Iurata*, cujus vi oppidi incolae amicitiam ſibi inuicem ſacramento firmabant. Ita porro Communiam Arienſem in Atrebatibus appellabant, vt *Amicos*, quos alii *Iuratos*. Ejus Chartam deſcripſit Acherius to. 11. Spicilegii pag. 351. vbi haec habentur art. 1. *Omnes ad amicitiam pertinentes villae, per fidem et ſacramentum firmarunt, quod vnus ſubueniret alteri tanquam fratri ſuo in vtili et honeſto* §. 14. *Praefectus Amicitiae; amicus conſueliatus etc. Reſpector amicitiae Inſulenſis*, in Charta an. 1238. in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 515. qui *Reward*, ſeu *Major* vrbis.

AMICLVS, *faſcia pectoralis*. Papias MS. Biturícenſis.

† AMICOSVS, *plenus amicitia*, Vocabul. comp.

AMICTATVS. Habentur apud Hieron. Blancam in Comment. Rerum Aragon. binae literae Eximinii Petri

tri de Salanoua Iuſtitiae Aragonum inſcriptae: *Iacobo* D. G. *Regi Aragonum, Sardiniae, et Comiti Barcinonae, ac Sanctae Romanae Eccleſiae Vexilliario amictato, et Capitaneo generali.* Sed vtrobique Cangius legendum putat, *Ammirato.* † Cangii conjecturam probat Ch. a. 1299. ex Tabul. S. Victor. Maſſil. ſigillata *ſigillo majori illuſt. D. Iacobi regis Aragonum, Valentiae et Murciae ac comitis Barchinon. et S. Romanae eccleſiae vexillarii, amirati et capitanei generalis.*

AMICTORIVM, *amictus, opertorium,* περιβόλαιον, in Gloſſis Graec. Lat. *Lineae,* vel *amictoria, linteamen amictorium,* in Lege 48. Cod. Theod. de Curſu publico. S. Hieronym. in 3. Eſaiae. *) AMICTORIVM, ‚ein Mieder' apud Friſchlin. in Nomencl. p. 140.

† AMICTVARE, amicire, operire. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. *Amictuare, couvrir.*

AMICTVS, primum ex ſex indumentis Epiſcopo et Presbyteris communibus. Sunt autem illa, *Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Manipulus,* et *Planeta,* vt eſt apud Innoc. III. PP. lib. 1. de Myſter. Miſſae c. 10. Idem cap. 50. Bruno Signienſis de Veſtiment. Epiſcopi etc. Amalarius lib. 2. de Eccleſ. Offic. cap. 17. Vide Rupert. lib. 1. de Diuin. Offic. cap. 19. Ioan. Epiſcop. Abrinc. de Offic. Eccleſiaſt. pag. 65. et Durandum lib. 3. Ration. cap. 2. Chron. Centulenſe Hariulfi lib. 2. cap. 10. *Albas Romanas cum amictis ſuis auro paratas ſex.*

AMICVLARIS BIRRVS, pag. 501. Gall. Chr. to. 2. Inſtrum.

AMICVLVM, meretricum pallium. V. *Aminiculum.* † Contra Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. *Amiculum, la pinda virginale.*

AMICVS. (1) Amicos appellabant Imperatores, quos et *Comites,* qui ſcilicet in eorum comitatu, et in deliciis erant, quorum etiam opera in rebus gerendis vtebantur. Vnde *Comites* et *Amicos* fere ſemper jungi aduertere eſt, vt in leg. Cod. Theod. de Accuſation. apud Spartian. in Hadriano, Capitolin. in Antonio Pio, Lamprid. in Alexandro, et in hac inſcript. SENTIO. SEVERO. QVADRATO. C. V. COS. AMICO ET COM. AVG. N. Conſtantinus M. in Leg. 6. Cod. Theod. de Annona et tribut. Rufinum Praefectum Praetorio *parentem amicumque* vocat; atque inde fluxit, vt Reges Gallici, quando ad Magnates et primi ordinis proceres ſcribunt, Amicos et fideles, *Amez et feaux* appellent. In Vita Ludouici Imp. a. 817. *Egiddeo* dicitur *Regalium primus Amicorum: Eghinardo* in Annal. *inter omnes Amicos Regis primus.* (2) † AMICI, nude, propinqui, *parens.* Ch. a. 1219. in Chartul. Campan. (3) † AMICI, arbitri a litigantibus electi. V. *Mittere* (6).

AMIDONVM, amylum, Gall. *Amidon.* Hiſt. Dalphin. to. 2. p. 284.

† AMIDVM, a Gall. *Amidon,* Ital. *Amido,* amylum. Stat. Synod. Coriſopit. eccl. Mſ. V. *Amidonum.*

AMIGAE, concubinae, meretrices, *Amigi,* Lenones. Fori Aragon. l. 9. de Lenonib. Vide Martial. lib. 7. Epigr. 69. et alios.

AMIGDOLA, pro Amygdala, in Conuent. Ciuit. Saonae a. 1526.

† AMIGNVS, *la ſcarpa,* in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. Calceus, calceamentum.

AMILIARIVS, *lapis eſt vocatus, quia vbi poſitus eſt, miliarium oſtendit viantibus, ab a, et miliarium, quia miliario aptantur.* Ita Vguio et Ioan. de Ianua.

AMILICATVS. Octauius Horatianus lib. 4. Rer. medicar. pag. 106. *Oſtano tamen menſe non facile natribiles ſimt,* (partus) *non eſt amilicatus foetus, pro ratione ponderis.* Forte pro *adminiculatus,* vti conjicere eſt ex ſeq. vocabulo ponderis.

† AMILIGARE, lenire, mitigare. Proceſſ. a. 1488. ex Tabul. D. Venciae.

AMILLI, ludi genus. Conc. Treuir. an. 1310. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 249. *Ludos chorearum, ſcacorum, amillorum et globorum Monachis interdicimus omnino.* † Forte pro *Taxilli,* luſoriae teſſerae. V. in h. v.

† AMI-

† AMINA, menſura frumentaria, pro variis locis diuerſae capacitatis, eadem quae *Hemina*. Ch. a. 1230. ex Chartul. Campan. Ch. a. 1295. in Chartul. eccl. Lingon.

† AMINAGIVM, Gallis ol. *Aminage*, praeſtatio ex quacunque *Amina* frumenti, aut alterius grani, i. q. *Eminagium*. Ch. a. 1237. inter Probat. t. 1. Hiſt. Burg. p. 88.

† AMINEA LAINA, *quia plus omnibus laneſcit lanugine*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. V. *Amineum*.

† AMINETA, eadem notione, qua *Amina*, in Ch. a. 1314.

AMINEVM, *vinum quaſi ſine minio candidum*. Ita Laur. in Amalthea ex Iſidoro. Sic et iam legitur in Gloſſis San-German. Mſ. Verum Martinio in Lexico Philol. *Amminaei* Italiae ſunt populi; vnde *Amminaeae* ſeu *Ammineae vites*. Salmaſio *Aminnia*, *Aminia*, *vitis tam album*, *quam nigram vuam ferens*. Vide in Amalthea. Papias vero MS. Bitur. *Aminea genus vuae quaſi ſine minio*, *id eſt*, *rubore*, *album vinum fert*. At paulo poſt ſuperioris etymologiae immemor, ſubdit, *Amineus*, *rubeus*.

AMINICVLVM, *eſt meretricum pallium lineum: hunc apud veteres matronae in adulterium deprehenſae induebantur*, *vt in tali aminiculo*, *potius quam in ſtola pollluerent pudicitiam. Erat enim apud veteres hoc ſignum meretriciae veſtis. Nunc in Hiſpania honeſtalis*. Ita Gloſſ. San-Germ. MS. apud Papiam in Gloſſ. ſcilicet MS. Bituricenſis Eccleſiae legitur: *amiculum*, *meretricum pallium lineum*, etc.

AMINNIA, V. *Amineum*.

† AMINVERE, diminuere, labefactare. Ch. a. 1202. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 192.

AMIR, Arabibus, Dominus. *Amir Gazis*, apud Ordericum lib. 10. extremo: ἀμήρ. Annae Comnenae et aliis; a qua voce ortum ducunt *Amirae* et *Amiralii* apud Saracenos et Turcos, Satrapae nempe vrbium vel Prouinciarum Praefecti, atque adeo Sultani, qui Caliphae ſuberant. Martyrium S. Bacchi junioris p. 106. ὁ ϛρατηγὸς ὁ παρ' αὐτοῖς, ὁ παρὰ Αμηρᾶς ὀνομαζόμενος. Anaſtaſ. Biblioth. ad VIII. Synod. act. 1. *Hamiram Graeci vocant Principem Saracenorum: interpretatur autem*, *vt ferunt*, *lingua eorum*, *Praepoſitus*. Varie porro efferuntur apud Scriptores ejusmodi vocabula. V. *Admiralius*, *Almiragius*, *Amiraldus*, *Amirarius*, *Amiratus*, *Ammirandus*, *Admiraniſus* etc.

AMIRAEVS, i. q. *Amir*, ſ. *Admiraldus*, ap. Sigebert. in Chron.

AMIRAGIVS, eadem notione ap. Murat. t. 8. p. 1085.

† AMIRALDIA, officium et jura Amiraldi, maris praefectura, in Ch. a. 1272. Mſ.

AMIRALDVS, V. *Admiraldus* et *Amir*.

AMIRALMVMIM, V. *Amirmumnes*.

AMIRAMOMEMINI, V. ibid.

AMIRARIVS, i. q. *Amir*. Memoriale Poreſtatum Regienſium ad an. 1218. apud Murat. tó. 9. col. 1092.

AMIRATVS, AMMIRATVS, eadem notione. Vita Caroli Mag. an. 801. Adde Aimoinum lib. 4. Hiſt. cap. 9. et Annales Francor. Guillelm. Apulienſ. lib. 3. Rerum Norman. p. 28. V. etiam *Amiſtatus*. † *Magni Ammirati Ammiratorum* mentio fit in Ch. Guillelmi reg. Sicil. a. 1156. ap. Cencium inter Cenſ. eccleſ. Roman.

AMIRMVMNES, ſic appellati Bagdatenſes, atque adeo ſupremi Sultani, qui ſubChalifa vniuerſae rerum adminiſtrationi praeerant. Αμερμουμνεῖς Cedreno, Zonarae, et Conſtantino Porphyrogenito; Αμερμναῖς Annae Comnenae; *Amermumi* Fredegario Scholaſtico; *Amiralmumin*, in Epiſt. 3. Leonis III. PP. *Amiramomemini* Roderico Toletano lib. 6. de Reb. Hiſpan. cap. 32, lib. 7. c. 34. in Hiſt. Arabum cap. 31. *Amormomini* Bernardo Monacho in Itinerar. Terrae Sanctae; *Miramomelini* Lucae Tudenſi aera 1129. *Miramumelini* apud Rigordum an. 1211. *Hermirmomelini* ann. 1195. *Mirmumni*, in Vita S. Wilibaldi, a Sanctimoniali edita cap. 15. 21. *Almamumi* et *Amir-Almumamini* in Chro-

nico Orientali: quas quidem voces *Credentium Principem*, seu *Fidelium Dominum* significare apud Arabes pluribus docuit Cangius ad Alexiadem pag. 371. 372. At aliter de vocis notione scribit Isidorus Pacensis in Chronico aera 750. *Vlit Amir Almuminin, quod idioma regni in lingua eorum resonat, Omnia prospere gerens.* Corrupte porro habet Molanus Historia Hierosolymitana, pag. 1152. *Eo tempore gentilis quidam Seuvarius nomine, sub Molano, quem patria lingua Dominum dicunt, vniuersam procurabat Ægyptum.*

AMIS, et AMISITIS, quibusdam dicitur *Furcula retis, vel hami;* Vgutioni vero est *lignum bifurcatum, per quod venatores expandunt retia ad capiendas feras.* Aliis denique est *Furcula, quae lenat rete, quo capiuntur aues.*

† AMISCERE, AMISERE, AMMISCERE, praestatio ex rebus escariis, vel etiam i. q. *procuratio*, pastus. Ch. a. 957. ap. Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 719. *Aliud nichil* (facere debemus) *nisi tantum amiscere de piscibus bonis, quatuor vices in anno.* Ch. a. 1116. ibid. t. 4. p. 59. Alia a. 1186. p. 855. Ch. Ottonis III. a. 1210. Ch. a. 1221. t. 1. Hist. Casin. p. 318. *Guillelmus - - debet - - vnum ammiscere de carne et 6 panes.* Lib. censual. 13. aut 14. sec. laudat. a Garamp. *Nota, quod ensenia dicuntur ammisera, et vnum quodque ammisere debet esse de 10. panibus et 30. ouis pro vna casata.*

AMISSA, pro *Admissa:* sic et *Amminister* pro *Administer*, suppresso *d* quod Scriptoribus medii aeui familiare est.

AMISSARI, V. *Admissatio.*

AMISSARIVS, V. *Emissarius* et *Admissarius.*

AMISSIONEM TENERE, idem videtur, quod Causa cadere, seu iure actionis excludi, Germ. **Verlieren.**

AMISSVRA, submonitio, admonitio, citatio. Ch. an. 1226. pro Abbatissa S. Mariae Suession. Alia Radulfi Comitis Suession. an. 1233. pro Communia Natolienst; *Vt tunc mihi, vel seruienti meo, amissuras emendabit.* † Carpentario est, mulcta pro vadimonio deserto, Gall. *Defaut*, vel pro casibus *Ameſſurarum.* V. *Ameſſura.*

AMISSVS, perditus, a Deo reprobatus. In Processu de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii p. 558. A. *Ille inclusus erit amissus amore pecuniae.* Id est, peribit aeternum, Germ. **wird verlohren gehen.**

AMISTERIVM. Constitut. Petri I. Regis Aragon. ap. Podium Cerdanum MSS. ann. 1225. *Exceptis Militibus et filiis eorum, a. 15. annis supra, qui inter se guerram habuerint, cum toto suo amisterio.* Id est, cum ministris et familia.

AMISTID, *vas paruissimum*, Papiae.

AMITA, pro *amictus*, de quo supra, *cum albis, amita, stola et fanonis*, apud Rymer. to. 9. p. 273. col. 1.

AMITANES, pro *Amitae*, Gall. *Tantes*, in Legib. Luithprandi Reg. Longob. tit. 114. §. 2.

AMITERMINVS, ὁμοπος, *finitimus, confinalis*, apud Ianum Laurenberg. in Supplem. Antiquarii.

† AMITERZIA, fimbria, **Franſe**, vt videtur. Testam. Cardin. Talayrandi de Petragor. a. 1360, in Cod. reg. 4323. *Item vestimenta alba, quae fecimus fieri de pannis pretiosis vltramarinis, cum amiterziis de Anglia.*

† AMITINVS, ad *amitam* pertinens; *frater amitinus*, filius ex sorore patris. Stat. ant. Florent. l. 3. c. 3.

† AMITTADARE, in societatem dare seu recipere. Stat. Cadubrii c. 2. p. 54. V. *Accomandisia.*

† AMITTENDA. Ch. a. 1256. *Pro praedicto feudo - - confessi fuerunt se debere praedicto Rodulpho pro indiuiso X. solidos Viennenſ. de placito et homagium liginm, salua certa amittenda.* V. *Amittere.*

AMITVM, pro *Examentum*, pannus holosericus, apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. p. 750. ex Chron. Hildesheim. V. *Examentum.* AMITVM, species panni crassioris apud Siculos. Murat. t. 7. p. 256.

† AMITVS, pro amictus, Ital. *Ammitto.* Testam. a. 1165. ap. Murat. in Antiq. Estenſ. p. 325. et t. 16. Script. Ital. p. 809. V. *Amita.*

AMI-

AMIXIA, *commerciorum priuatio, Imperuiſcentia.* Amalthea. Vox ficta ex Graeco *μίξις*, miſtio, et α priuat.

AMIXTVS, pro *Admixtus* in Vita S. Wingaloei MS. fol. 83.

AMMA. (1) Mater ſpiritualis. Heſychius: Αμμὰ, *μήτηρ, τροφός*, Pelagius libello 18. num. 19. *Vos eſtis fatuae, nam haec et veſtra et mea eſt Amma.* (2) AMMA, pro *Ama*, vas, apud Tironem in Notis p. 164. (3) AMMA, Iſidoro lib. 12. cap. 7. Bubo, ſtrix nocturna. *Haec auis, inquit ille, vulgo Amma dicitur, ab amando paruulos, vnde et lac praebere dicitur naſcentibus.* Anilem hanc fabulam non habet Papias MS. Eccleſiae Bituric. Sic enim ille: *Amma auis nocturna ab amando dicta, haec et ſtrix dicitur a ſtridore.*

AMMAN, apud Germanos et Belgas, etiamnum dicitur Praetor, Praefectus, Praetor cauſarum ciuilium. In Ch. Balduini Com. Flandr. ann. 1119. in Tabul. S. Bertini, ſubſcribunt: *Rodulphus Amman de S. Folquinikerca, Alfgerus Amman de S. Georgio Bernuldus Amman de Broburg etc.* V. Ch. a. 1125. apud Miraeum in Don. Belg. c. 82. et Conſuetudines Bruxell. tit. 1. art. 1. et ſeqq. vbi quidquid *Ammanum* huius vrbis ſpectat, fuſius exponitur. Plura etiam de *Ammano* in Conſuetud. Mechlinienſ. tit. 1. art. 41. et tit. 4. art. 2. Vocis origo Germanicum Ampt, *Munus*, et Mann, Vir. V. *Amannus* (2).

AMMANIA, diſtrictus, iurisdictio. Diploma Ioannae Ducissae Brabant. a. 1384. inſtrum. to. 5. nouae Gall. Chriſt. col. 426. D. *Et quod vniti manebunt Ammaniae Antuerpiae ſub ambachto de Herentals.*

AMMANNVS, V. *Amman.*

AMMANTARE, pallio ſeu *manto* induere, ex Ital. *Ammantare.* Cencius Camerar. in Ceremon. V. *Mantum.*

AMMASSARE, colligere, Gall. *Amaſſer.* Verus Conſuetudo Corbeienſis ex Tabul. eiusd. Monaſt.

AMMASSATVS, in vnam maſſam reredactus. Memor. Poteſtatum Regienſium de ann. 1216. apud Murat. to. 8. col. 1083.

AMMATIA, *oculi.* Gloſſ. f. *Ommata*, Amalth.

AMMAYLARE, encauſto pingere, Gall. *Emailler.* Monaſt. Anglic. t. 3. p. 170. V. *Enamelatus.*

AMMENTARE, vt *Amentare*, apud Lucanum, iacula vibrare, ab *Amentum*, lorum quo haſta longius jacitur. Carmen Gilonis Pariſ. de Expedit. Hieroſol. inter Anecd. Marten. to. 2. col. 242.

AMMESSARIVS, V. *Emiſſarius.*

† AMMIATVS, pro amatus, vt videtur D. Secouſſe. Ch. a. 1208. t. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 603. *Communia vero in vita mea michi debet tria auxilia, ſcilicet pro ammiato filio meo milite faciendo, LX. libras, et pro ammiata filia mea maritanda LX. libras.* Quid ſi legeretur *ainſniato* et *ainſniata*, a Gall. *aiſné*, h. e. filio primogenito, et filia primogenita, vti legitur in aliis Chartis? V. *Aiſnecia.*

AMMICERE, (1) Eadem, vt videtur, notione, ac *Amicare* (2). Epiſt. Conradi ap. Marten. t. 2. Collect. Ampliſſ. p. 1213. *Sed ſi ſumta de perſpicacis huius nouae tripudii materia iocundandi planſus tuos, quos iuſto credimus exinde titulo poſſidere, vel quorum in te titulum redimit bona fides, caute ſcribis ammicuiſſe iuuenibus, placuiſti.*

AMMINAEI, V. *Amineum.*

AMMIRANDVS, i. q. *Amiraldus*, f. *Admiraldus*, apud Murat. t. 6. p. 1195.

AMMIRARI, AMMIRATIO, etc. pro *Admirari*, *Admiratio*, etc. non ſemel occurrunt in medii et infimi aeui ſcriptoribus.

AMMIRATVS. (1) Eadem notione ac *Amiratus*, ſeu *Admiralius*, ap. Raymund. de Agiles, p. 164. V. *Amir.* (2) *Ammiratorum* dignitas, quo ſenſu vox paſſim occurrit.

AMMIREDA, i. q. *Amiraldus*, ſ. *Admiraldus*, in Ep. Ludov. II. Imp. ad Baſil. Imp. Conſtantinop. ap. Baron.

† AMMIREODA, eodem ſenſu, ap. D. Bouquet t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 576.

AMMINICVLVM VITIS, quasi *Adminiculum*, paxillus, pedamentum, palus, cui vitis innititur. Lex Longob. lib 1. tit. 25. §. 34. *Si quis vitem exspolianerit, id est, amminicula tulerit.* Rufinus in Praefat. in lib. Iudae.

AMMISCERE, pro *commiscere*, *Ammistio*, pro *commistio*, occurrit non semel apud S. Fulgent. Epist. 1. de coniugali debito, et apud veterem Interpretem Alexandri Iatrosophistae MS. in libris Passionum. † Alia notione V. *Amiscere.*

AMMO. (1) Pro *Ambo*, suggestus, pulpitum, in Chron. Cassin. Ch. a. 1308. p. 338. Item apud Murat. to. 3. p. 176. col. 13. V. *Ambo.* (2) Mensura vinaria, Germ. Ohm, Ahme, in Necrolog. Mf. abbat. Altorf. V. *Ama* et *Amo.*

† AMMODO, dehinc, deinceps. Ch. Otton. Comit. Palat. a. 1245. ap. Tolner. inter Instrum. Palat. p. 150. V. *Amodo.*

† AMMOLARE, procudere, exacuere, Germ. zuspitzen, Gall. olim *Amollier.* Annal. Estienf. ad a. 1399. ap. Murat. t. 18. Script. Ital. p. 936.

AMMONITIO, pro *Admonitio*, apud Ludewig. tom. 1. pag. 46.

AMMOTIO, pro *Amotio*, ab amouendo, apud Rymer. t. 4. p. 507. et t. 8 p. 101.

AMMVLA, pro *Amula*, ab *Ama*, vasis genus, apud Tironem in Notis p. 164.

AMNENSIS, *quaelibet villa circa amnem sita.* Ioan. de Ianua. Veteres Glossae: *Amnenses*, περιποτάμιοι.

AMNESCIA, *abolitio malorum*, et *Amnestia*, *oblinio.* Papias MS. Bituric. Hinc Gallicum *Amnistie*, quae lex est a Principe lata, qua cauetur, ne quis antea actarum rerum accusetur, neue mulctetur. Vox Graeca est ab α priv. et μνήσις, Memoria Hinc et

AMNESTICACIA, quae I. Laurentio in Amalth. est etiam *Iniuriarum oblinio.* Hinc etiam

AMNESTVM, *oblinione delectum*, apud eundem Laurentium.

AMNILIS THESAVRVS. An thesaurus in *amne* vectus aut repertus? Ethelwerd. l. 4. c. 3. *In eodem anno Danaa Suda in Beanistelle loco experto nutu ab incolis ruit, annulem in se diuidunt thesaurum.*

AMNISTRARE. Ch. Heccardi Comitis Augustod. in Burgund. apud Perardum p. 26. *Vno fanono viridi, cum brusde vno de glisо, vno estuno, cum sirico amnistrare, turribulum minore*, etc.

† AMNISTRATRIX, adminiſtra. Testam. Petri Bermundi a. 1352. ex Tabul. Flamar.

AMNITES, *Gemma similis vitro sed durior.* Isid. Papias et Iohan. de Ianua.

AMO, vel AMON, († Idem quod supra *Ammo* 1. seu *Ama*, Germ. Ohm, Ahme.) Notitia fundationis et restaurationis Parthenonis de Hascowia circa annum 1060. inter Instrum. tom. 5. nouae Gall. Chr. col. 474. C. In *Mittelenwilere vineam persolventem sexdecim amones, in Stotesheim curtim vnam et nouem jugera in campo - - praedictae contulerunt Ecclesiae.*

AMOBRAGIVM, mulctae species pro delicto exsoluta. Ch. Edwardi II. Regis Angl. a. 1316. apud Rymer. to. 3. p. 548. *Quod illa consuetudo, quae vocatur amobragium, de caetero non exigatur, nisi infra annum a tempore cognitionis delicti, pro quo dicta consuetudo solui debeat.* Ch. a. 1501. apud eundem Rymer. tom. 12. p. 781. *Cum warennis, hundredis, commotis, ragloriis et ringeldiis, senescalciis, amobragiis*, etc.

AMOCRISIS, *genus gemmae arenis et auro intermixtus.* Papias in MS. Bitur. Gloss. Sangerman. MSS. *Amochrissus, harenis auro intermixtus, nunc brattearum nunc pulueris habet quadrulas. Gignitur in Persida.* Graeca vox ex ἄμμος, *Arena*, et χρυσός, *Aurum.*

AMODIARE, ablocare. Gall. *Amodier.* Statuta Ordin. Cluniac. an. 1301. ex Cod. MS. Monasterii B. Mariae Deauratae Tolos. Ch. a. 1299. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. p. 902. Vide *Admodiare* 2.

AMO-

AMODIATIO, locatio, Gall. *Amodiation.* Ch. officialis Paris. a. 1263. ex Tabulario San-German. 10. Vide *Amodiare.*

† AMODIVM, compositio, Germ. Vergleich. Chartular. Celsinian. ch. 378.

AMODO, *ἀπὸ τῦ νῦν*, deinceps. Onomastic. *Amodo*, *ἀπὸ τότε.* Gregor. Turon. lib. 3. Hist. cap. 5. *Plange amodo, qui per consilium, nequam, factus es parricidia saeuissimus.* Passim.

† AMOEBOEVS, a Gr. *ἀμοιβαῖος*, alternus. Gloss. vet. Cod. reg. 7613. *Amoeboeum carmen duos introducit; sed difficilior pars respondet, quia non pro suo arbitrio, sed aut mains aut contrarium respondet.*

AMOENA, *Xenium*, in Gloss. Arabico-Lat. forte *Xestium*, *ξύσος*, *ξυστὸν*; est enim in Glossis Lat. Gr. *Amoenus σύσκιος τόπος*, locus umbrosus. Alibi *Amoenia*, *ἡ ἀκτή.* Ioan. de Ianua: *Amoenium, locus pulcer et delectabilis*, vel *Amoenitas.* Vide Angelum a Nuce ad cap. 17. Leonis Ostiensis lib. 1. Chronici Casin. vbi de voce *Amoenus.*

AMOENARE, apud Cyprianum, Sidonium et alios idem est quod *recreare, oblectare.*

AMOENARI, in Vita S. Ragneberti tom. 2. Iunii p. 695. C. *Sed nunc illis deliciarum voluptatibus amoenatur, quae nullo possunt humanae aestimationis iudicio definiri.*

† AMOENITAS, praestatio quaedam, forte ex hortis vel viridariis. Ch. a. 1354. in Reg. 84. ch. 822. *Cum domibus, albergamentis, boriis, escuris, grangiis - venationibus, amoenitatibus, decimis*, etc. Simili modo in Ch. a. 1391. ex Cod. reg. 9861.

† AMOENIVM, locus amoenus, ex Cathol. ap. Laur. in Amalth.

AMOGABARI } V. *Almugauari.*
AMOGAVARI }

† AMOISONNAMENTVM, datio ad firmam vel in emphyteusin, seu reditus inde proueniens. Confirm. fundat. religiosar. de Liljo a. 1317. in Reg. 71. ch. 242. V. *Admoisonnare.*

AMOISSONATA TALLIA, AMOISSONATVM SERVITIVM, dicuntur conuentiones de soluenda quotannis certa grani atque interdum pecuniae quantitate; vt patet ex Terragio S. Niceti deserti in Bressia, vbi sic legere est: *Sub Tallia amoissonata septem grossorum et duorum denariorum monetae Sabandiae, vna cum Talliis non amoissonatis, coruatis, complaintis et aliis iuribus*, etc. Haec autem tallia percipiebatur saepius in fundis ipsis, dum fiebat messis, et aliquando in area tantummodo, dum exterebatur. Segusiani nec non Dombenses rustici etiamnum vtuntur verbo *Amoissoner*, seseque, vt aiunt, *Amoissonant* cum fabro ferrario, dum conuentione facta promittunt ei certam frumenti vel siliginis quantitatem annuatim soluendam, ea conditione, vt quidquid ferramentorum opus fuerit, sibi ab eodem fabro ministretur; similique modo sese *Amoissonant* cum medico suorum pecorum, fabro lignario etc.

AMOLA. Itinerarium Hierosolymit. Antonini Monachi: *Deinde venimus - - in ciuitatem Caesaream, in qua adoranimus pro veneratione amolam, et canestellum sanctae Mariae.* Ita in MS. Codice, forte pro *amula*, quod V. † Pro diminut. ab *ama* diserte occurrit in Stat. Montisregal. p. 272. *Vna pinta de vitro, facta in forma vnius amolae, ad quam mensurentur et stanciensur* (scancientur) *omnes sestarii et minae.*

† AMOLARE, i. q. *Ammolare*, in Stat. datiar. Riper. c. 12.

AMOLETVM, pro *Amuletum*, remedium superstitiosum aduersus maleficia. Gloss. Graec. Lat. *Φυλακτήριον*, *Seruatorium*, *Amolimentum*, *Amoletum*, *Brenia.*

AMOLIMENTVM, V. *Amoletum.*

† AMOLINARE, molinare, molendinum, Germ. Mühle, in Tabular. S. Flori. V. *Amoulerium.*

AMOLOGARE, pro *Omologare*, non semel in Ch. a. 1345.

AMOLVM, *flos farinae tenuis, dictum quasi a mola gestum.* Papias. Glossae

S. Germani MS. *Amolum, flos farinae tenuissimum prae leuitate, de mola gestum, vnde et appellatum quasi a mola.* Papias Bitur. habet, *de mola egestum.* Est autem farina leuissima, quae molarum motu acta et sursum elata circumquaque adhaerescit molendini molis, rotis, parietibus, etc. *) *Amolum* procul dubio est a Gr. ἄμυλον, farinam sine mola factam et ex optimo tritico expressam denotans, Germ. **Amelmehl, Kraftmehl, Stärke.**

AMON, agraria mensura, Nauarris olim non ignota, eadem forsan quae Vgutioni *Amona; calamus, mensura*; Gallis Virga. Ch. a. 1175. regnante Garsia Nauarrae Rege: *Ego Ortigueirena facio hanc cartam cum donatiuo de duas arguisatas de vinea, et de duos amones semenatura de terra illa casae de Artaxona*, etc. Alia notione v. *Amo.* V. etiam *Amina* et *Ammo.*

AMONA, *calamus mensurae*, Vgutioni, vbi legendum *Amona, calamus, mensura.*

AMOND, V. *Amund.*

AMONITIO, cibaria, vnde Galli, *Pain d'amonition.* Chron. Noualicense lib. 1. cap. 31.

AMOR. (1) *Amores canere*, amatorias cantiones (vti vocantur a S. Hieronymo Epist. 17). cantare. Commodianus Instr. 34. Et Instr. 60. (2) AMOR, consensus. Consuetudo Comitatus Bigorrae: *Nemo militum terrae castellum sibi audeat facere sine amore Comitis, i. e.* sine illius consensu et voluntate. (3) DIES AMORIS, in Fleta lib. 6. cap. 14. §. 28. *Vbi diem amoris capere*, est quod Germani dicunt, **einen Tag zum gütlichen Vergleiche ansetzen.** V. in *Dies.* (4) Capitul. 3. ann. 813. cap. 25. *Quicquid in amore in alterum furatum habent in duos geldos componere faciat.* Cap. 26. *Quicquid in amore Fresiones iniuste tulerint*, etc. (5) AMOR DIVVS, pro *Spiritu Sancto* sumitur in Vita S. Petri Coelestini versibus scripta a Iacobo Cardinali S Georgii tom. 4. Maii pag. 449. D. (6) † Officium, munus, obsequium. Ch. Hugon. de Castell. a. 1220. in Chartular. Campan. et in aliis Chartis.

AMORATVS. (1) Amore captus. Rolandinus Patauinus apud Murat. to. 8. col. 173. (2) † Amatus, in vet. Inscript. Romae ap. Spon. Itiner. t. 3. p. 39.

AMORAVII, apud Ordericum Vitalem lib. 13. p. 891. 893. dicuntur Saraceni Africani; forte quod in Africa degeret *Amirmumelinus*, seu Calipha, vel magnus Sultanus, quem *Amiraiisum* vocabant, vti supra innuimus. Nec, vt videtur, diuersi sunt ab iis, quos *Almoranides* nuncupant Scriptores Hispani, Mauri scilicet Africani, qui in Hispaniam transiernnt a Rege Sibiliae Mauro euocati, Alfonso VI. regnante. Pelagius Episc. Ouetens. in Aldefonso Rege, aera 1123. *Post haec cum tantis prosperitatibus ad tantam elationem peruenit, vt Almoranides extraneas gentes, quae ex Africa in Hispaniam per Regem Abenhamet missi, cum quibus praelia multa fecit, et multa contumelia, dum vixit, accepit ab eis.* Alii sunt *Amoraiisii*, apud Poëtas Gallos, Slaui scil. *Moraniam* in Germania incolentes.

† AMORBARI, morbo affici, aegrotare, ab Ital. *Ammorbare.* Acta SS. t. 2. Sept. p. 456.

*) AMORELLVS, **Emeritz**, in Vocabul. Brack. f. 49. Auis est, quae alias Emberiza, seu Miliaria crocea, Germanis **Gold-Ammer, Aemmerling**, Anglis *Hammer*, vocatur.

AMORENSES CATTI, martures, **Marder**, vel mures Pontici, qui apud *Amoranios* in Africa nascuntur, de quibus Alderisius in Geographia Nubiensi pag. 9. Petrus Cluniac. Abbas in Statutis Congr. Clun. cap. 17.

AMORETE, AMOXERE. Ch. Ferdinandi I. Regis Hisp. aerae 1101. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 7. *Calicem et patenam ex auro cum oleastreo, stolas aureas cum amoxare argenteo, et opera ex auro, et aliud argenteum ad amorete, habet opera oliuitrea, et capsam eburneam operatam cum auro, et alias duas eburneas*, etc.

AMO-

AMORIFER, amorem concilians. Fortunatus Epithal. Sigiberti Regis 6. 2.

AMORIFICVS, eadem notione apud Apuleium.

AMORMOMINI, V. *Amirmumnes.*

AMOROSISSIME, ſummo amore. Epiſt. 2. Iohannis de Monſterchio an. 1395. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1321.

† AMOROSITAS, *plante d'amour*, in Vocabular. compendioſo.

AMOROSVS. (1) *Plenus amore*, Ioanni de Ianua, Italis *Amoroſo*, Gallis *Amoureux*. Menoti Sermones Quadrageſim. fol. 55. col. 1. (2) Amabilis, Bartholomaeus Scriba lib. 6. Annal. Genuenſ. ad a. 1227. apud Murat. tom. 6. col. 444.

AMORTARE, V. *Admortare.*

AMORTICIARE, iure morticinii donare; item ius morticinii ſoluere, Gall. *Amortir*, Hiſp. *Amortizar*. Madox Formul. Angl. p. 428.

AMORTIFICARE, AMORTIFICATIO, AMORTIRE, AMORTISAMENTVM, AMORTISARE, AMORTISATIO, AMORTIZARE etc. eadem notione paſſim occurrunt in inferioris aeui Tabulis, qua *Admortizatio*, quod vide.

† AMORTIGATIO, i. q. *Admortizatio*. Probat. t. 4. Hiſt. Occit. p. 84.

† AMORTIMENTVM, eadem notione. Ch. a. 1302. ex Chartoph. regio.

AMORTISAMENTVM, V. *Admortiſamentum.*

† AMORTISSARE, concedere in manum mortuam. Ch. Renati reg. Sicil. a. 1476.

AMORTITVS, V. *Admortitus.*

AMORVSIA, Ius carnium elixarum, Brühe. Matth. Siluaticus: *Almuſoſat, id eſt, Brodium, quod Latine vocatur Amoruſia.*

AMOSIO, *amuo*, apud Feſtum.

AMOTIBILIS, qui amoueri poteſt, nec eſt perpetuus in aliqua dignitate, apud Bractonum lib. 2. cap. 5. §. 5.

AMOVIBILIS, eadem notione. Gall. *Amovible*, in Hiſt. Mediani Monaſterii pag. 156.

AMOVIBILITER, ea conditione, vt quis amoueri poſſit a beneficio, loco, dignitate, in Collectione Priuilegiorum Equitum S. Ioan. Hieroſol. pag. 156.

† AMOVLERIVM, molendinum vt videtur. Ch. Caroli IV. a. 1357. in Reg. 64. ch. 492. *Item Petrus Maſſoti domicellus vnum hoſpitium, vnam coſtam, ſeu terram amoulerii.* Id eſt, in qua eſt molendinum. V. *Amolinare.*

AMOVTA, praeſtationis vel tributi ſpecies. Ch. Richardi de *Lamberville* in Tabulario Gemeticenſi cap. 361. *Varantizandum ab omni aida et reſeantia et amouta.* † Legendum, vt videtur, diuiſis vocibus, *a mouta*; aut certe eadem notione qua *mouta* accipiendum. V. *Mouta.*

AMOXERE, V. *Amorete.*

AMPA, amphora. Gloſſ. Biblicae MSS. *Scyphus, ampa. Ampa dicitur quaſi anopanſa.* V. *Ambra* 2.

† AMPARA, agger, moles oppoſita fluctibus, Germ. Deich, Damm; ab *ampara*, tutamen, Ch. a. 1327. in Reg. 64. ch. 633. V. *Amparare* 1.

† AMPARAMENTVM. (1) Eadem notione, qua *Ampara*. Sentent. arbitr. a. 1500. (2) AMPARAMENTVM, AMPARAMENTVS, vſurpatio, quidquid iniuſte occupatur, etiam titulo protectionis. Ch. a. 1130. inter Probat. t. 2. hiſt. Occit. p. 457. *Donec amparamentum, vel omnes amparamentos, quotiescunque facti fuerint, ſemper in integrum viſi ſunt reſtituti et emendati.* Alia a 1146. ibid. p. 513.

AMPARANTIA. (1) Tuitio, protectio. Ch. a. 1245. in Regeſto Comit. Toloſae. (2) Cenſus ob tuitionem clientelamue exſoluendus. Ch. a. 1271. apud G. la Faille tom. 1. Annal. Toloſ. p. 18. 26. 34. Eadem notione occurrunt *Emparantia, Emparamentum, Imparantia, Aparazmus*, et *Empara*, quae V. ſuo loco. V. *Amparare* (1).

AMPARARE. (1) Tueri, protegere, Hiſpanis, *Amparar*, Occitanis, *Empara*. Guillelmus de Podio-Laurentii in Chr. cap. 27. EMPARARE, in Vet. Conſuet. laecae in Arag. (2). Inuadere, auferre, occupare; quod

quod faciunt, qui alicuius tutelam ac protectionem ſuſcipiunt, dum eam ſuam faciunt; Gallis *s'emparer de quelque choſe*. Occurrit in Ch. a. 1155. apud Baluzium ad lib. 8. P. Marcae de Concord. Sacerdotii et Imper. cap. 18. et in Notis ad Concilia Narbonenſ. p. 134. V. etiam *Imparare*. (3) † Patronum ſeu protectorem agnoſcere, Hiſpan. *Amparaſe*. Ch. a. 1198. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 186. *Ego - - amparamus te comitem Fuxi - - omni tempore, nunc et ſemper in perpetuum*, etc. (4) † Obuenire, ictum auertere, Gall. *parer*. Ch. a. 1365. in Reg. 98. ch. 695. *Niſi - - ictum dictae barrae cum ſno bloquerio amparaſſet*. V. *Empara*.

† AMPARATIO. (1) Tutela, protectio. Ch. a. 1266. inter Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. p. 159. V. *Amparantia*. (2) Poſſeſſio etiam legitima. Ch. a. 1221. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 419. *Et conuenio - - facere bonam et firmam guarentiam de omnibus amparationibus*.

† AMPARATOR, interceſſor, ab Hiſp. *Amparar*, impedire, obſtare. Placitum a. 1158. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p 569. *Et dominus comes debet garire ſupradictum vſaticum affectatoribus praedictis de omnibus amparatoribus iuſte*. V. *Emparator*.

† AMPARENTIA, tutela, protectio, vt *Amparantia*. Ch. Eduardi Reg. Angl. in Reg. 52. ch. 128. V. *Amparare* 1.

AMPARLARII. Vox ducta a Gallico *Amparliers*, vel *Emparliers*, quo nomine olim appellabantur Aduocati, quod alios defenderent *dictis ſuis*. Haecque prima eſt origo vocis *Amparlier*. Vide de Lauriere to. 1. Ordinat. Regum Franc. pag. 261. et Gloſſar. iuris Gallici in voce *Emparliers*.

AMPASSRIA, paſſus ſimplex ſeu communis minor; ſcilicet tantum ſpatii, quantum incedentis hominis diſtenta crura complectuntur, Gall. *Ampaſſée, enjambée, demarche*, quae menſura eſt duorum pedum cum dimidio. Eſt paſſus communis maior 3. pedum. Tabular. Monaſterii Aquicinctenſis vulgo *Anchin*, fol. 29.

AMPEDVLA, *vuedula, quae comedit vuas, vt ficedula quae comedit ficus*. Laurent. Lucenſis in Amalth. Vox compoſita ab ἄμπελος, vinea, et ἔδω, edo.

AMPHIBALVS, AMPHIBALLVS. (1) Idem quod *Amphimallus*; neque enim ab ἀμφιβάλλειν vox deducitur, vt quidam cenſent. Gloſſ. S. Benigni: *Amphibalus, byrrhus villoſus*. Papias: *Amphiballus, byrrus villatus, vel planeta*. Mox: *Amphiballus, byrrus, lodix villoſus*. Vguitio: *Amphibalus* i. *ſclauina, quae eſt veſtis circumpiloſa vel villoſa*. Ioann. de Ianua: *Amfibolus, veſtis quae eſt villoſa, ſicut eſt ſclauina, quae circumcluditur*. Gloſſ. Aelfrici: *Amphibalum, ruhhregel* i. veſtis hiſpida. Sulpit. Seuer. de Vita S. Martini Dial. 2. *Indutum amphibalo veſte - - videbat*. Fortunat. lib. 3. de Vita S. Mart. cap. 1. Amphibalum caput etiam texiſſe docet Vita S. Boniti Epiſcopi Claromont. cap. 2. et cap. 7. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrenſis n. 20. Chron. Laurisham. in Henrico VI. p. 86. (2) AMPHIBALVS, caſula, indumentum ſacerdotale, Gall. *Chaſuble*. Expoſitio breuis antiq. Liturgiae Gallic. apud Marten. to. 5. Anecd. col. 99. *Caſula, quam amphibalum vocant, quod Sacerdos induetur, tota vnita per Moyſem legiſerum inſtituta primitus demonſtratur*.

AMPHIBOLETICVS, ambiguus, Gall. *Amphibologique*. Ludewig. Reliq. t. 3. p. 124.

AMPHIBOLVS, ἀμφίβολος, dubius, anceps. Hiſt. Luitprandi Presbyt. Ticin. apud Murat. to. 2. p. 454.

AMPHICIRCVS, ab ἀμφί, circum, et κίρκος, circus, amphitheatrum. Helinandus lib. de Reparatione lapſi.

AMPHIKYRTOS, vox Graeca ab ἀμφί, circum, et κυρτός, curuus. Geruaſ. Tilberienſis in Imperial. Otiis apud *Leibnit*. Scriptor. Brunſvic. to. 1. p. 889.

AMPHI-

AMPHIMALLVS, ex Graec. ἀμφίμαλλος, vtrinque villosus. Proprie autem tunica hispida, villosa. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Camasus, amphimallus.* Gregorius Magn. lib. 10. Epist. 52. Vide veterem Interpretem Iuuenal. ad Satyr. 3. et S. Hieron. Epist. 28. extrema, praeter Grammaticos Graecos. Plin. 8. 48. de huiusce vestitus origine ait: *Pagis mei memoriam coepere amphimalla nostra.* Vide Ferrar. de Re vest. 1. 18. et 2. 24.

† AMPHIPENDVLATVS, quasi pendulus. Act. SS. t. 6. Sept. p. 500. *Adhuc lingua palpitans ex emissione verbi monebatur, et e pariete, cui amphipendulato dorso tenus innisus adhaesit, colaphum tam valde complosum accepit,* etc.

AMPHISCII, V. *Amphiscii.*

AMPHISEPIRE, pro *circumsepire,* in Hymno quodam Ecclesiastico, laudato a Goldasto tom. 1. Rerum Aleman. pag. 216. vox hibrida.

AMPHITAPA, vel *Amphitapes,* Gr. ἀμφιτάπης, tapes vtrinque villosus. *Amphitapa,* et *Amphitapi* leguntur in Glossar. San-Germ. MS. *Amphia tapa, Amphitapa, Amphitaba,* apud Laurentium in Amalthea; *Amphitapes* apud Hofmannum; *Amplitapa* apud Martenium tom. 3. Anecdot. col. 341. Vocabula vbique synonyma, sed aliquibus in locis mendose scripta.

AMPHITEATRVM, V. *Amphitheater.*

AMPHITEOSIS, idem quod *Emphyteusis* seu conductio tamdiu duratura, quamdiu soluitur pensio de qua conuentum est. Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 1415.

AMPHITHEATER, pro *Amphitheatrum.* Occurrit in Vita S. Potiti Martyr. ex MS. Velseri c. 4. † *Ampliteatrum, Chercle de tonnel,* in Gloss. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. Aliud a. 1352. Cod. 4120. *Ampbiteatrum. Cercians a vin.*

AMPHIVM, herbae odoriferae species. Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Taruisina lib. 1. c. 13. apud Murat. to. 8. col. 181.

AMPHORA. (1) *Dicta quod hinc et inde leuetur. Recipit enim liquoris pedem quadratum, frumenti modios Italicos tres.* Sic Papias MS. Bituric. In Glossar. nostro San-German. ex Isidoro legitur: *Amphora - - recipit autem vini vel aquae pedem quadratum, frumenti vero modios Italicos tres.* Budaeus lib. 5. de asse ait: *Ego Amphoram vnam ternios modios capere dico, et duodequinquaginta sextarios.* Et aliquanto post: *Tranquillus vini amphoram, id est, octo congios duodequinquaginta sextarios, vno comuinio ab homine vno hauftos dixit.* Haec ad amplitudinem amphorae designandam dicta sint. Nomen enim ipsum quod spectat, a Latinis vsurpatum fuisse nemo nescit; Graecum tamen esse volunt ex ἀμφὶ et φέρω deriuatum, quod duabus ansis ornatum vtrinque ferri posset. V. *Ambra* 2. (2) apud Gromaticos quid sit, vide Gloss. Rigaltii ad eosdem scriptores.

AMPHORARIVM VINVM, quod e dolio in amphoras diffusum est, Leg. vlt. §. 2. D. de tritico, vino oleoque.

AMPHORELLA, bulla, Hispan. *Ampolla,* Gall. *Bouteille* Vita B. Coletae to. 1. Martii pag. 567. E.

AMPHORVS, aquarius. Germ. der Wassermann, vnum e 12. signis Zodiaci. Regest. Inquis. Tholosanae MS. ex Biblioth. D. *de Chaluet* Senescalli Tholos. Tempus Amphori Ianuarius est mensis, cujus signum amphora vel aquarius.

AMPHOTEROPLON, foenus nauticum, cum foenerator et commeatus et remeatus periculum suscepit. L. 1. ff. de Nautic. foen. sicut *Heteroplon.*

AMPICTVS, pro *Amphipictus,* id est, circumpictus. Carmen de varia fortuna Ernesti Bauariae Ducis lib. 5. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 344. E.

AMPILES, *Tuscorum lingua Madius mensis.* Ita Papias in MS. Bituric.

AMPLA PECTORIS, medium pectus. Chron. Triuerti, Spicil. Acher. t. 8. pag. 507.

AMPLA-

AMPLARE, V. APPLARE.

† AMPLASTRVM, locus vacuus indefinitae magnitudinis domibus aedificandis vel reaedificandis idoneus, Gall. olim *Amplaſtre*, *Emplaſtre*. Homag. Galtheri Goroti in Chartul. eccl. Lingon. *Gorotus de Montigneyo - - recognoſcens acquiſiuiſſe - - quoddam amplaſtrum, ſitum infra domum fabri, et juxta* etc. Ibid. fol. 112. *Vſagium ſuum pro domificando et manutenendo dictam domum - - et amplaſtrum ejusdem.* V. *Emplaſtrum* et *Plaſtrum* 1.

† AMPLATEATVM, i. q. *amplaſtrum*, forte pro *Amplaceatum*. Obituar. eccleſ. Lingon.

ANCILLA. (1) *Ab ancillos, Graece ſuſtenitaculum. Ancon enim Graece; Latine cubitus.* Papias MS. Bituric. (2) Mulier ſerua apud Plautum aliosque. Aimoin. l. 3. de Miracul. S. Benedicti c. 20. Vet. Ch. ap. Ioan. Roberti in Vitam S. Huberti p. 292. ANCILLA REGIA AVT ECCLESIASTICA, in Lege Ripuar. tit. 58. §. 9. 14. quae ad Regem aut ad Eccleſiam pertinet. Adde Leg. Wiſig. lib. 3. tit. 2. §. 3. et legem Salic. tit. 27. ANCILLA PALATII in Leg. Luithprandi Reg. Longob. tit. 19. §. 1. tit. 21. §. 3. et in lege Longob. lib. 2. tit. 9. §. 3. eadem quae ANCILLA GENECIARIA, vel *de genecio*, id eſt ἐκ γυναικείου, et muliebri famulatu; in lege Alam. tit. 80. V. *Gynaeceum*. ANCILLA VESTIARIA in Lege Alaman. tit. 80. §. 1. ea forte, quae libera eſt, ſed ſtipendio famulatum impendit, praeſtque rei veſtiariae, vel veſtibus conficiendis. ANCILLA GENTILIS, opponitur *Ancillae Dei* in Leg. Luithprandi Reg. Longob. Tit. 69. §. 3. in Lege vero Longobardiorum lib. 1. tit. 31. §. 2. *Ancillae Romanae*. Vnde colligitur, *genſilem* ancillam eam eſſe, quae origine barbara eſt. ANCILLAE PENSILES, quae ad penſum et fuſum famulantur. Lex Longob. lib. 2. tit. 4. § 2. ANCILLAE DEI, monachae, deuotae; vti monachi *ſerui Dei* appellantur. Concil. Rom. an. 721. Zachar. PP. Ep. ad Pipin. c. 5. Gregor. M. lib. 6. Epiſt. 23. ANCILLAE DEI, *monaſteriales*, in Synodo a S. Bonifacio congregata can. 15. ANCILLAE monetae loco habitae ſunt et computatae, apud Hibernenſes praeſertim; quibus in mulctis 4 *Ancillae* v. g. idem eſt ac 4 ancillarum pretium. Fragm. Canonum Synodorum Hibernenſium apud Marten. to. 4. Anecd. col. 6. B.

ANCILLARE, ſubiicere, vectigalem facere. Chron. Andrenſe in Spicilegio Acher. to. 9. p. 606. Idem ſignificat apud S. Bernard. Epiſt. 222. Edit. 1690. Baluz. to. 6. Miſcell. p. 324. Raimund. Duell. lib. 2. Miſcell. p. 5. Ludewig. Reliq. MSS. to. 3. p. 58. etc.

† ANCILLARI, acquirere, comparare. Willelm. Malmesbur. l. 2. c. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 244. Mendoſe pro *anullari* legitur in Ch. a. 1155. in Tabul. S. Germ. Prat.

ANCILLATIO, ancillarum ſeruitus, in Ch. a. 1124. in Tabular. S. Genouefae.

† ANCILLATIVM, ſeruitus; quod de iniuſta hiſcorum in eccleſias dominatione dicitur, in Ch. a. 1154. t. 8. Gall. Chriſt. inter Inſtr. p. 513. *Eccleſiae quae diu in epiſcopatu meo in ancillatio extiterant, a manu laicali vetrahercntur.*

ANCILLATRVM, pro *ancillatione*. Arnob. lib. 7. *Tunc deinde ſalutes adclinis, ancillatrum ſeruuli pauibundis trepidationibus imitatus.* Sic locum reſtituunt viri docti ex Cod. Regio.

ANCILLATVRA, ſeruitium apud Mabillon. in Onomaſt. ad calcem Actorum SS. Bened. ſaec. 4. part. 1.

ANCILLATVS, ancillarum ſeruitus. Ch. Ioann. Abbat. S. Bertini in Tabulario eiusdem Monaſterii.

ANCINGA, ANCINIA, V. *Andecinga*.

ANCINGALIS, V. ibid.

ANCINIA, V. ibid.

ANCINVS, pro *vncinus*, ſeu *vncus*. Occurrit non ſemel in Miracul. B. Simonis Tudertini n. 26.

ANCIPERE, dicitur, qui *anceps* eſt. Gloſſ. Lat. Gr. *Ancipis*, ἀμφίβολος, *Anci-*

Ancipites, ἀμφίβολοι. *Ancipiti*, ἀμφιβλήδην.

ANCIPITER, pro *accipiter*, in Statut. Ord. Cluniac. a. 1301. in Codice MS. B. Mariae Deauratae Tholos. Leges Ludov. Imp. ap. Murat. to. 1. part. 2. p. 129. Regimina Paduae ad a. 1311. ap. eundem Murat. to. 8. col. 428.

ANCIRIANA LAENA. Epist. Bonifacii PP. ad Edwinum Regem Angl. apud Bedam l. 2. Hist. Angl. c. 10. *Id est, camisiam cum ornatura in auro una, et Laena anciriana una*, (direximus) *quod petimus, ut eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat, quo a nobis noscitur destinatum.* Ita praefert eadem Epistola apud Brompton num p. 781. † Forte legendum est *Aminiana lana.* V. *Aminea.*

ANCIROMACVS, V. *Anchiromacus.*

† ANCIS, ansa, Gall. *Anse.* Ch. a. 1438. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 259.

ANCISTRVM, V. *Angistrum.*

ANCITA, ἐνδότατα, *intima*, in Supplem. Antiquarii.

ANCLABEO, V. *Andecabeo.*

ANCLADA, ager esse videtur, seu agri pars quaedam. Chartular. Ecclesiae Auxitanae MS. c. 86. *Apud Idrag vero dedi ancladam quamdam, quae attingit a cruce usque ad baisam. Dedi etiam quemdam campum, qui est iuxta furnum et baisam.* V. *Andecinga.*

† ANCLARE, *clepere, rapere, manticulare, furari, subripere, emblar. Prov.* Glossar. Prov. Lat. Cod. reg. 7657. Inde Vocabul. comp. ANCLATIO, *larrecin*, ANCLATOR, ANCLATRIX, ANCLABILITER, fur, larro, furtim. V. *Anclidia.*

ANCLATOR, ὑπηρέτης, minister, in Gloss. Vet.

ANCLENA, *instrumentum ferreum forte*, in Glossis Isidori. † Incus esse videtur, Gall. *Enclume.*

ANCLIDIA, *rota hauritoria, vel sentina, et dicitur ab ancle, as*, inquit Ioannes de Ianua, cui *anclare* est *furari*, vel *haurire.* Vgutio MS. habet *Anclia*, quod idem est cum *anslia*, voce Graeca simul et Latina. Ad verbum *anclo* quod attinet, Festo *haurire* est, et a Graeco ἀντλῶ descendit. Hunc locum citat ex Liuio: *Florem anclabant liberi ex carchesiis.* V. *Anclare.*

ANCLIONES, *incantatores vel noncii.* Vgutioni MS. vbi forte legendum *Cocliones.* V. *Cuculiarii.*

† ANCLVA, eperlanus, Ital. *Anclude.* Stat. Montis-regal. p. 318. *Pro qualibet barile sardenarum vel anclvarum.*

ANCOLA, f. pro *anchora.* Informationes Ciuitatis Massil. de passagio transmarino in MS. Sangerman.

† ANCONA, imago, a Gr. ἰκών, i. q. *Icona.* Ch. a. 1444. t. 3. Cod. Ital. Diplom. p. 1790. *Volo et iubeo, quod - - de bonis meis fabricetur vna capella - - quae fulciatur apparamentis, missali, ancona et aliis necessariis.* Haud dubie imago crucifixi, quod necessarium esse credebatur capellae ornamentum, Gallis olim *Ancne.*

ANCIONES, ANCONISCVS, V. *Incastratura.*

ANCORAGIVM, V. *Anchoragium.*

ANCRA, ANCREA, vallis, Gloss. Lat. Graec. *Ancrae*, ἄγκυαι, ἀυλῶνες. Gloss. Graec. Lat. ἀυλών, τενὸς, ἐκπεμψης τοπος, *Ancrea.* Ita MS. Codex duobus locis, vbi editus perperam habet *Anerca.*

ANCRIMA. Vgutio: *Ancrima est funis nauis, qui ad malum antennae religatur. Vnde Anianus:*

Atque ancrima regat stabilem fortissima cursum.

† ANCTVS, cruciatus, a verbo *angere*, in Epist. Guid. Aret. t. 10. Collect. Hist. Franc. p. 502.

ANCVBA, *succuba*, in Glossis Isidori. Ioan. de Ianua ex Papia: *Ancuba, succuba, subintroducta, ab em, quod est, circum, et cubo, as.*

ANCVLVS, *ministerialis domus Regiae*, in Glossis Isidori. Salmas. in Hist. Aug. p. 225. ex Gr. ἄγγελος deducit. Gothofredus ad Cod. Theodos. lib. 6. tit. 32. haud immerito observat, perperam ab Isidoro adiectas voces: *domus regiae; Anculus enim*

enim, inquit, veteri vocabulo in genere minister est seu ὑπηρέτης. Vnde et *ancilla* et *ancillari*. *Anculus* vero diminutiuum ab *ancus* esse videtur, quemadmodum *ancula* ab *anca*, quae vtraque vox ab Armorico *Anc*, angustus, minor, inferior, haud improbabiliter deducta est. V. *Gaeculus*. *) Germanis, praesertim inferioribus, vox **Enke** denotat seruum iuniorem et inferiorem, qui agit equos arantes, quae vox peruetusta, et vt videtur Celtica, radix est diminutiuorum **Enkel**, *Anculi* et *Ancillae*.

ANCVS. (1) Nota musicalis. Oratio cuiusdam librarii ad Bernard. Pez. to. 1. Anecd. in Praefat. p. XV.

Scandicus et Salicus, climacus, toirulus, ancus,
Et pressus, minor et maior; non pluribus vtor
Neumarum signis: erras qui plura refingis.

Ancus dicitur hoc signum, quod forte in *vnci* speciem fuerit efformatum. (2) ANCVS, apud Festum, *Qui aduncum brachium habet, vt exporrigi non possit*. Huius vocis origo ἀγκών, cubitus. Gloss. Philoxeni: *Ancus, mancus*, κυλλὸς, λοφὸς. Sic et in Supplemento Antiquarii: *Ancus*, κυλλὸς. λοφὸς, *mancus, mutilus*. (3) Alia notione V. *Anca* 1.

ANCYBA PYRASILVM. Anon. in vita B. Petri Vrseoli ducis Venetiae inter Acta SS. Benedict. Saec. 5. p. 881. *Postquam autem habitatio ibi facta est seruorum Dei, vocatum est loci illius ancyba pyrasilum, quod interpretatur, arma coelestis ignis, quia Spiritus sancti ardore incensi illic commorantes, vincunt spurcida et illecebrosa vitiorum incentiua.* Ibidem pag. 883. *Ibique per triduum dans membra fessa quieti, demum adgreditur optatum diutius praedicti coenobii ancybae pyrasili locum honore Beati Michaelis Archangeli dicatum.* Rursus p. 888. *Veniensque ad locum semper dilectum, ad ancyba pyrasilum, reuelatum sibi est, aliisque fratribus* etc.

ANCYROMAGVS, genus nauigii. Gloss. Isidori. Graeuius scribit, *Ancyromachus*, quod a Graeco μάχομαι, pugno, Martinius ducit in Lexico Philolog. V. *Anchiromacus*.

ANDALAGVS, V. *Andelangus*.

ANDAMENTVM, tributum pro transitu. Ch. Raim. Trencauelli a. 1211. in Regesto 130. Chartophyl. regii litt. 2. V. *Andare*.

ANDAMIVS, ambulacrum, Hispanis *Andamio*. Ch. Beremundi II. Regis, aerae 1035. apud Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti t. 5. pag. 438.

ANDANICVM, et *Audanicum*. Occurrit frequenter apud M. Paulum Venetum, semperque jungitur cum chalybe: *Effodiunt chalybem et andanicum*; forte, ferrum. Papiae: *Andena*, est *instrumentum ferreum foci*, Gall. *Landier*.

ANDANLANGVS, V. *Andelangus*.

ANDARE, vox Italica et Hispanica, ire, proficisci, ambulare, pergere. Ch. Adelfonsi Imp. aerae 1160. apud Oyenartum in Notit. Vascon. Albert. Stadens. a. 1179. Vbi perperam editum *audate*, pro *andate*. Gloss. Ital. Menagii, qui multa de origine huius vocis habet. *) *Andare*, vox Francica est, ab obsoleto **Anden**, ire. *Vndota*, ibat, Gloss. Pez. Hinc habemus frequentatiua **wandeln**, et **wandern**.

† ANDASIVM, fulmentum focarium, i. q. *Andena* 1. Arest. a. 1345. Vol. 2. Arest. Parlam. Paris.

ANDATA, Italis *Andata*, Hisp. *Andadura*, iter. Ch. a. 1320. Est et alius eiusdem vocis sensus; cum scilicet accipitur pro incursione vel expeditione militari, vt in Chron. Parmensi ad a. 1296. apud Murat. to. 9. col. 836.

ANDECABO, ANDECABEO, ANCLABEO. Gloss. Isid. *Anclabeo, vel Auriclabeo, i. Lex Longobardorum.* Vgutio MS. *Andecabeo et Auricabeo i, Lex deorum, haec Longobard.* Dispurant viri eruditi de vera horum verborum significatione. Wulcanius et Lindenbrogius, ita appellari propria nomenclatura legem Longobardorum censent, vt *Bellagines* apud Iornandem dicuntur Leges Gothorum.

rum. At Laurentius Pignorius et Voſſius longe aliter ſentiunt. Haec enim vocabula *i. Lex Longobardorum* eſſe ab Iſidoro appoſita exiſtimant, vt ſcilicet indicaret, voces *Andecabeo et Auricabeo*, reperiri in Lege Longobardorum, proindeque eas eſſe, quae lib. 2. tit. 14. §. 17. leguntur, *Andigauerit et Arigauerit*. Nam in edit. Heroldi lib. 1. tit. 91. §. 11. p. 186. pro his habentur iſta: *Id eſt, Andeganuero et Andeganuerit;* proinde: *Andecabeo*, pro *Andeganuero*, et *Auriclabeo*. pro *Arigauero*, perperam ſcribi apud Iſidorum et Vgutionem. Sed apud eundem Vgutionem quem ſenſum habeant verba *i. Lex deorum*, *haec Longob.* incertum eſt. Nam per *Legem deorum*, neſcio an legem *Deirorum* ſeu Northambrorum intellexerit, ita vt *Andecabeo* hanc appellari putauerit, *Auriclabeo* vero Legem Longobardorum. Forſan etiam monſtrare voluit, alteram vocem in lege *Deirorum*, alteram in lege Longobardorum haberi, quod tamen minus eſt verosimile, cum vtraque in lege Longobardica occurrat. In Codice Vgutionis Nauarraei Collegii haec tantum leguntur: *Audicabeo et Auricabeo, i. Lex Longobardorum.* De genuina horum vocabulorum ſignificatione infra pluribus agemus. V. *Andigare*.

*) ANDECHOVINA. Lex Sal. tit. 41. §. 15. de eo qui alienum admiſſarium ſpadauit inuito domino. Hinc Schiltero legendum videtur: *Ardechodina*, ab Hoden, teſticuli.

ANDECINGA, modus agri. Lex Bajw. tit. 1. c. 14. *Andecingas legitimas, hoc eſt, perticas decem pedum habentem, 4. in transuerſo, 40. in longo, arare, ſeminare, claudere, colligere, trahere et recondere debent ſerui et coloni Eccleſiae.* ANCINGA, idem. Tabular. Eccleſ. Auguſtod. *Manſum ingenuile 1. qui ſoluit menſe Martio ſol. 2. - - facit cornadam et ancingiam, facit quinquinas in opere* etc. Infra: *Seminat de framento indominicato in ancingia mod. 1. trahit finum carr. 5. in ancingia ſi eſt pull. 3. ipſo termino.* Marryrol. antiquum Autiſſiod. Hinc *Pertica ancingalis* in Chron. S. Benigni pag. 422. *Dedit epiſcopus juxta murum caſtelli aream, habentem in longo perticas ancingales nouem et per latum perticas octo.* Idem Chron. p. 919. *Emit pratum vnum habens in longum perticas ancingales 65. et in latum perticas 32.* quo poſtremo loco monet editor, in aliis MSS. legi *Andecingales*, quod idem eſt, ANCINIA, eadem notione. Precaria Bertfredi Abb. Melund. ap. Mabill. t. 2. Annal. Benedict. p. 722. ANZINGA. Ch. Benedicti f. Beanonis Epiſc. Merenſis. ap. Meuriſſium p. 300. Ch. Karlomanni reg. a. 881. in Tabul. Benigniano ap. Perard. p. 158. Alia a. 907. ap. eumdem p. 55. *Conceſſimus - - de terra adiacente in longo perticas legitimas ancingales 8. et in transuerſo 2.* ACCINGIA, in Ch. Adami Vicecom. Meldun. in Tabul. S. Victoris Pariſ. ch. 10. *Et vnam accingiam prati, vnum arpentum terrae.* ACCENGIA, ENCENGIA, in Ch. a. 1263. in M. Paſtorali eccleſ. Pariſ. l. 2. ch. 119. ASCINGIA, AVCENGA, in Tabul. N. D. de Campis. ANCEINGA, in Necrolog. eccleſ. Pariſ. et alibi. Nicol. le Maiſtre l. 3. de bonis eccleſ. c. 6. ait *Andecingas* nihil eſſe aliud, quam certum oratoriae operae penſum, quod villani, ſeu coloni dominis perſoluunt, Gallis *Corvée*, nuncupatum. Sed ex allatis patet *Andecingam* et *Ancingam* modum ac menſuram agri fuiſſe certo perticarum numero conſtantem; rametſi non diſſitendum, *facere andecingam* vel *acingiam*, in Lege Baiuuar. et in Tabular. Auguſtod. eſſe *coruatae* ſpeciem, cuius ratione tenebantur ſerui ac coloni ad certum agri modum colendum, arandum ac metendum. † Si haec omnia ſimul conferantur, facile erit expiſcari, *Andecingam* modum quidem eſſe agri certo perticarum numero conſtantem; ſed ſepibus alioue ſepimento clauſum, Gall. *Enceinte*, vnde vocis forteſſe origo.

ANDEDVS, V. *Andena* (1).

† ANDE-

† ANDEGAMVLVS, ANDECAMVLVS, Mars victor, ab *Ande*, veteribus Gallis victor, et *Camulus*, quo nomine Martem appellabant, vt videtur D. le Beuf ad vet. Inſcript. t. 2. Collect. var. Script. p. 272. vbi ſic legendum auctor eſt: *Andegamulo Sancto Vtiſſieno S. Ieuru.*

ANDEGARE, V. *Andecabo* et *Andigare.*

ANDELA, V. *Andena* 1.

ANDELANC, idem quod ſequens *Andelangus.* Acta SS. Bened. ſaec. 4. part. 2. p. 270.

ANDELANGVS, ANDELAGO, ANDILAGO, ANDALAGVS, ANLAGVS etc. Voces, quae ſaepius in veteribus traditionum chartis, hac fere ſemper formula, occurrunt: *Per feſtucam atque per andelangum tradere, donare;* praeſertim in formulis Lindenbrog. 18. 55. 57. 58. 75. 82. 127. 152. 183 Ch. a. 868. ap. Malbranc. l. 6. de Morinis c. 29. *Dono igitur, donatumque in perpetuum eſſe volo legaliter per feſtucam et andelaginem rem proprietatis meae* etc. Tabul. Perſienſe ap. Perard. in Burgund. p. 25. *Vt ſicut per inſtrumenta Kartarum vobis tradidi et per quadium et andalagum, ſeu per iſtos breues commemoratum habeo.* Et p. 27. *Seu per guadium et andelagum, vel per ipſos breues vobis tradidi.* Tabul. Caſaurienſe a. Lud. II. Imp. 25. in quo etiam p. 6. poſt *feſtucam et andelaginem* additur: *Et per quaſonem et per anlaggo;* quae vox *Anlaggo* rurſum habetur p. 125. Vet. Ch. ap. Chifflet. in Lumin. Salicis c. 6. *Hanc ſcriptionem per feſtucam, waſonem et andilaginem et ſponſionem ſupra ſcriptorum ramos de arboribus jure ipſius Monaſterii tradedimus perpetualiter habendum et poſſidendum* etc. Alia Mathildis Comit. a. 1079. ap. Franc. Mariam: *Tradidit per waſonem terrae et fiſtucam nodatum, ſeu ramo arborum, atque per cultellum et wantonem, ſeu andilaginem* etc. Rurſum apud eundem: *Tradidi per waſonem terrae, et fiſtucum nodatu, ſeu ramo arborum, adque coltellum, et guantone ſimulque andilagine* etc. Galland. de Franco Allodio p. 317. 318. Mabill. t. 3. Annal. Bened. p. 403. n. 22. meminit Traditionis factae *per feſtucam et andelaginem, per guaſonem et andilagon, per terram et cultellum, et ramos arborum et per oſtium domorum.* Executio teſtamenti a. 842. inter Probar. t. 1. nouae Hiſt. Occitan. col. 76. *Commendauit nobis Eleemoſinam ſuam per ſuum andanlangum et per paginam teſtamenti ſui.* Tabul. Patriciaci: *Nominatim reſtinquo, ſicut jam per inſtrumentum chartarum, ſeu per guadium et andelagum, vel per ipſos breues vobis tradidi ipſum videlicet Patriciacum locum* etc. Incertum adhuc manet, quid proprie ſit *Andelanga*, vel *Andelago* in hiſce formulis. Quod enim Malbrancus l. cit. *crematram* interpretatur, vnde id hauſerit, non liquet. Spelmannus, vt ſolet, ad linguam Saxonicam recurrit, aitque *andlang*, longitudinem ſignificare; quod et Somnerus in Gloſſ. Saxon. affirmat. Sed nihil haec notio ad rem facit; niſi *andlang* idem ſit quod *fuſtis* ſeu *baculus* longior. Nam *per fuſtem* inueſtituras olim fieri ſolitas docemur. Quod ſi verum eſt, inde forſan hillis Gallicis ſeu *Andouilles* nomen inditum, quod longioris baculi ſpeciem referant, conjici poteſt. Wendelinus *Andelangum* idem eſſe ait, quod *traditio in manus*; mancipatio, ex in Handen langen, tradere in manus. At in formulis haec vox quidpiam corporale ſignificat. † Auctores noui Tractatus diplom. quaſi e tripode pronunciant, non videri iam poſſe vllum dubitandi. locum ſupereſſe, quin *Andelangus* Charta fuerit in manum illius, qui poſſeſſionem adibat, ab ipſo donatore tradita. Verum quisquis rem introſpexerit, quique nouerit, vocem *ſeu* ab hujus aetatis ſcriptoribus crebro pro coniunctiua *et* vſurpari, perſpiciet certe *Andelangum* a Charta prorſus diſtingui, eriam in locis, qui ipſis auctoribus fucum feciſſe videntur. *) Rem explicant, verba ſunt Schilteri, chartae antiquae Scabinales productae a Sandaeo *de Effectat.* c 2. 4. ibi *vendidit, vbtulit eiusque coram nobis ore,* MANIBVS *ac feſtuca,*

festuca, prout moris est, ad vitiazem. Fabii integralem haereditariam resignationem fecit. Et in vernaculo: *Ende heeft N. t'selue goet voor opgedragen, ende nae daer op met handt halm ende monde verweghen.* Itaque *Andelago* est ex Hand, manus et Lagen, legen, vel langen, quod hodie vocamus Handſchlag.

ANDELLVS, V. *Andena* 2.

ANDENA. (1) Magiſter Cornutus in Diſtichis MS.

Stipes in andena ſuſtentet deperit andens.

Vbi Gloſſa: *Andena eſt ferrum, quo appodiantur ligna in foco, vt melius luceant et melius comburantur, et eſt idem quod Repoſocinium, et dicitur andena, quaſi aute vaperem id eſt, calorem* etc. Papias. *Andena, inſtrumentum ferreum foci.* Auctor Breuiloqui: *Andela vel Andena, eſt ferrum, ſupra quod opponuntur ligna in igne, quod alio nomine dicitur hyperpyrgium.* Germ. ein Bock, Moſt. Capitulare de Villis c. 42. in ſupellect. Villarum recenſet *vaſa aerea, plumbea, ferrea, lignea, andedos, andenas, cramaculos.* ANDERIA idem eſſe videtur quod *andena* in Ch. an. 1308. *De calderiis, anderils, paſtellis, aychariis, paroliis, cutellis, falciliis ſarpis* etc. ex Gall. *Landier*, V. *Andaſum*, et *Anderius.* (2) ANDENA, Gall. *Andain*, tanoum ſpacii, quantum quis diuaricatis crutibus dimetiatur, ab *Andare.* Ital. ire. Lib. Prioratus Dunſtapl. c. 5. *In qualibet posa habet 4. polas, sine 8. andenas jacentes simul.* Vocem Gallicam expreſſit Necrolog. Eccl. Carnoten. *Quidquid idem Maior habebat in gratis Capituli, quae sunt apud Mentenem - - scilicet custodiam et margines, qui vulgo dicuntur Andains.*

ANDELLVS, ENDELLVS, ENDENS, idem ſignificant, vel vt exponit D. Aubret, tantum ſpatii, quantum homo vno falcis ictu vel pulſu demetere valet vel ſecare. Char. Troſſiacenſ. in Dumbis a. 1445. *Pratum continet plateam quindecim andellorum vel andellorum foeni.* Et in alia Ch. ejusdem Archiui ſubſignata *Rolet* a. 1404. *Pratum continens duodecim andelli andati.* Ruſtici Dumbenſes etiam ad hunc diem vtuntur voce *Endent*, quaſi herba dente falcis ſecaretur.

ANDERIA, V. *Andena* 1.

† ANDERIVS, eadem notione, Gall. olim *Andier.* Ch. a. 1376. in Bibl. reg.

† ANDETVS, ANDITVS, via, aditus, platea, quadriuium. Ch. an. 1023. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 287.

† ANDICTVS, eadem notione, in Stat. Placent. l. 4. fol. 37.

ANDIGARE, ANDIGAVVM, ANDIGAVER, ARIGARE, ARIGAVVM. Voces ejusdem, ſcilicet Longobardicae originis, diuerſae tamen notionis. Nam *Andigare* dicitur is, qui, morbo non laborans, de rebus ſuis diſponit, teſtatur; *Arigare, et Arrigare* autem qui infirmus et aeger. Papias. *Andigauer et arigauer, id eſt in ſanitate et infirmitate.* Eadem habet Gloſſ. Vet. ap. Lindenbr. praeterquam quod *Andigauum et Arigauum* praefert. Idem Gloſſ. *Arigare, in infirmitate res ſuas ordinare.* Vgut. in MS. Collegii Natur. *Anolenain mandiganir et alliganir i. in ſanitate et infirmitate.* Lex Longob. l. 2. tit. 14. §. 17. *Si caſu faciente mortuus fuerit, et ante judicauerit res ſuas proprias, ſe viuente, id eſt andigauerit, et arigauerit ſecundum Legem Longobardor. non habeat, cui donauerit.* Edit. Baſil. hoc loco habet, id eſt, *Andiganero et andeganerit.* Et, *arrigare ſecundum legem.* Leges Rotharis ap. Murat. t. 1. part. 2. p. 34. habent: *id eſt, andingauerit et arigauerit.* Et ibidem B. *Et antea judicauerit res ſuas proprias, ſe viuente, id eſt andicauere et aurigauerch.* V. etiam *Andecabo.* *). Schilterо *Andigare* compoſitum eſt ex particula *ande, ant*, hodie ent, et Gabe, donum, quaſi dicas antedonum, cui opponitur *Arrigare*, poſtdonum. Eſt itaque *Andigaba* et *Andigabare*, vel *Andigauere*, donare et donatio, quae fit inter viuos, et *Arrigabe*, quae mortis cauſa fit, vtraque tamen a viuente.

ANDI-

ANDILAGO, V. *Andelangus.*

ANDITVS, ANDITA, Italis *Andito*, *Sevia*, aditus, platea. Ch. Alpharii Archiep. Salernit. ap. Vghell. Adde t. 8. p. 78. 659. Alia a. 1321. apud Wadding. t. 3. in Regest. p. 126. et alibi. V. *Andare*, et *Andetus.*

ANDOCMITVS, ANDOCTEMITVS. Pacti legis Salicae tit. 54. inscribitur *de Andocmito*, vbi alii Codices: *Andoctemito.* Editionis vero Pithoei, *de eo, qui grafionem ad res alienas tollendas injuste inuitauerit.* Wendelinus, vocem ex tribus compositam ait, *nende achs meter*, seu *vermeten*, id est, *apud actam clarigator*; ita vt *Andoctemitus* sit is, qui Comitem vel summum Magistratum adit, eique suggerit, se habere *actam*, vel meditari vindictam aduersus aliquem, inuitareque illum, vt hunc vel apprehendat, vel captis pignoribus coerceat. Est enim *acht*, collineatio s. meditatio vindictae. Similis est tit. 51. Leg. Ripuar de eo, qui graphionem ad res alienas inuitat. In hunc tit. Leg. Sal. adnotat Eccardus in Cod. Guelferbyt. haberi *Andometo.* Cum autem, vt ipse monstrat alibi, *Mistan* et *Smitan* sit jactare, jacere, et *Ando* sit alius, legendum credit, *de Andosinito*, atque exponendum, *de aliud projectione*, siue declaratione, quod causa ceciderit et desertae actionis poenam incurrerit, terminis juridicis non obseruatis. † Vt Wendelinus ita et Schilterus in Glossar. Teut. p. 47. hanc vocem ex tribus aliis accersendam docet, nempe ex: *ane*, sine, ohne, *Doc*, *Donc*, Ding, et *Miete*, inuitatio, conductio. Quis rectius, iudicent alii.

ANDRA, V. *Androna* 1.

† ANDRENA, locus publicus et opertus, vndequaque inclusus. V. *Androna* 1. et *Volta* 2. Occurrit in Ch. a. 1308. Reg. 40. ch. 135.

† ANDRENNA, auditorium, tribunal, quia in loco publico sedebant iudices. Ch. a. 1330. e Tabul. Flamar. Nisi legendum putes *audientiam* pro *andrennam.*

ANDROCHIA, ANDROCHIARIVM. Fleta l. 2. c. 87. de Caseatrice: *Androchia qudica esse debet - - - et laboriosa daëriae - - - non enim permittas, quod aliquis vel aliqua in androchiarium sibi ingrediatur aliquid ablaturus. Ejus autem officium est, vasa, officio suo competentia, per scriptum a Praeposito recipere - - lac per talliam recipere, caseum, facereque butyrum.* † Ex his apparet, mulierem seruam fuisse, quae rei lactariae caseisque conficiendis famulatum impendebat; *Androchiarium* vero locum, vbi casei fiebant et asseruabantur.

ANDRODAN, vel ANDRODNA, *gemma argentea.* Papias MS. Bituric.

† ANDROMADES. Chron. Taruis. ad a. 1380. ap. Murat. t. 19. Script. Ital. p. 778. *Aduenienti illi duci videt et explorat de actis militum, ad quem ait comes: si vestri quidem de cetero ad me diuerterentur, puluinar coopertum andromade praeparare faciam.* Ludit auctor in verbo ἀνδρομὰς, virile robur assumo.

† ANDROMATICA, vestis genus, forte sic dicta, quod ex panno villoso. Inuent. a. 1389. t. 3. Cod. Ital. Diplom. p. 363. V. *Andromeda.*

ANDROMEDA, vestis de pellis ouium, arietum, et dicitur ab *andros*, Graece, quod est Lat. *aries.* Ita interpres I. de Gallandia in Synonymis.

ANDRONA. (1) Festo et aliquot Scriptoribus Latinis *Andron*, compitum, locus publicus, vbi viri inuicem confabulantur. Papias: *Andra, Androna, viarum concursus angiportus.* Gloss. S. Boned. cap de Nauigat. *Androna*, ἀνδρών. Io. de Janua et Breuiloq. *Androna, est spatium inter duas domos. Androneum est locus domicilii, vbi multi viri habitant, sicut Gynaeceum dicitur locus, vbi multi mulieres conueniunt.* Vox obuia ap. Io. Diac. in Vita S. Greg. l. 2. c. 29. et alibi passim. Est etiam *Andron*, atrium, seu locus domicilii longitudine angustior, in quo viri plurimi morabantur; auctore Sexto Pompejo. V. Niceram in Manuale l. 3. n. 4. in Alexio Man. f. n. 6. † Pro angiportu, Prouinc. *Andronno*, occurrit in Stat. Mutin. rubr. 25.

25. et in Stat. a. 1381. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 47. Hinc ab *autrum* non absurde deduci potest vocis origo. (2) ANDRONA videtur sumi pro muro ap. Scriptores Italos. Rollandinus in Summa Notariae scripta a. 1265. *Cujus tales dicuntur confines - - ab aliis duobus lateribus sunt viae publicae cum medietate andronae sive muri, positae vel positi inter ipsam domum venditam, et ipsam mediotatem ejusdem andronae, sive muri.* Vruntur etiamnum Itali pro atrio. (3) ANDRONA denique vsurpatur pro ea parte currus operta, in qua, qui vehuntur, sedent, quod longiusculae porticus speciem referat. Vita S. Hug. Abb. Eduens. n. 19. (4)

ANDRONA, *sive Ichis, fortitudo dicitur.* Papias. MS. Bit. *Ichis* a Graeco ἰσχύς, robur, vires; et *Androna*, ab ἀνήρ, ἀνδρός, vir.

ANDRONEVM, V. in *Androna* 1.

ANDROPOLIS. Durand. l. 1. Ration. c. 4. n. 3. *Coemeterium, polyandrum s. andropolis, quod idem est.* N. 6. *Similiter et andropolis, quod idem est, sepulcrum dicitur, quasi sine pulsu* etc.

ANDRVM, ῥοδοδάφνη, radix, rosa, in Supplem. Antiquarii.

† ANDVRA, i. q. *Endura*, in Act. MS. Inquisit. Carcass. a. 1308. V. *Endura.*

ANEBOLADIVM, V. *Anaboladium.*

ANECIA PARS, in foro Anglic. *Leigne part.* Prima pars filii primogeniti, in partitione paternae haereditatis. Dicitur etiam *Enecia* vel *Eneia pars.* Marlebrig. c. 10. V. *Aisnecia.*

ANECIVS, primogenitus, Gall. *Aîné.*

ANECLOGISTVS, Gr. ἀνεύλογιστος, liber a reddenda ratione. *Tutores aneclogistici* l. 5. §. 7. ff. de Admin. Tut.

ANEDIOSVS, *tediosus.* Papias in MS. Bit. Meridum est *Anediosus* pro *Accediosus*, ab *Acedia*, pigritia, taedium.

† ANEDVS, lignum quoddam. Stat. Placent. l. 4. fol. 47. *Nullus dimittat, postquam fuerit denunciatum, trabes, vel cauerias, seu anedos, vel aliquod ligamen desuper pontem Arbarole.*

ANEGARE, Ital. *Annegare*, Gall. *Noyer*, submergere, demergi. Leg. Alaman. tit. 83. §. 3. Murat. tom. 8. col. 434.

ANEGRIP, idem quod *Anagriph*, de quo supra.

ANELACIVS, cultellus brevior, sica. Matth. Paris p. 274. *Genus cultelli, quod vulgariter anelacius dicitur.* Pag. 277. 551. 582. Vox Chaucero familiaris. Watsius ait, esse sicam Hibernicam, quam *Skein* vocant, quia cum illa aedificant, pugnant, et cibos secant. † Ab anulo seu anello, quo ea sica vel eiusdem capulus insertus gestabatur, sic dictum suspicatur Carolus de Aquino in Lex. milit. *) Germanis *Lanz* olim latus significabat; hinc *Anelacius* Schiltero est telum adlaterale, Seitengewehr.

ANELERE, pro *Anhelare*, Germ. athmen. Rymer. to. 4. p. 506.

ANELIA, *pugna, et dicitur ab anelus*, Io. de Ianua. Papias MS. Bituric. *Anelia*, id est, *Agonia.*

ANEMELATVS, V. *Anamelatus.*

ANERE, senescere. Supplem. Antiq. *Anet*, χηρᾷ, *senescit.*

† ANERPENI, praestatio, cuius mentio inter alias fit, in Ch. Henr. Reg. Angl. a. 1285. ex Reg. 92. ch. 58. V. *Harthpenny.*

ANETA. Breuiloq. *Aneta, anis quaedam aquatica; Anetarius masculus istius anis.* Aliud Gloss. *Aneta, anis aquatica. Aneta, Ened.* Gallis, *Anete*, Ital. *Anitra*, Anas femina, Germ. Aentte. L. Sal. tit. 7. §. 6. *Si quis anserem domesticum aut anetam furauerit.* Edit. Heroldi habet *Anatam*; Eccardi *Annatam.* Vet. formula ap. Pithoeum in Gloss. Leg. Sal. Lex Alaman. tit. 99. §. 19. *Aneta, gaviola, civonia.* Monachus Sangall. l. 2. de Reb. Caroli M. c. 21. *Eneta* pro *Aneta*, in Capitulari de Villis c. 40. V. Specul. Sax. l. 3. Art. 51. §. 1. et Alb. Stadensem p. 188.

ANETAPICH, *accipiter qui anates mordet*, in lege Bajwar. tit. 20. c. 1. vbi edit. Heroldi c. 22. *Anotapuch*, praefert.

praefert. Germ. Aentenhabicht. V. *Acceptor.*

† ANETER, anas, Ital. *Anitra.* Murat. t. 16. Script. Ital. p. 582. Germ. Aenterich, anas mas.

† ANETVS, alnus, Germ. Erle. Leudae maior. Carcaſſ. Mſ.

ANFIBOLVS, V. *Amphimallus.*

ANFORZINI, V. *Anfuſini.*

ANFOVRS Computus an. 1265. ap. Bruſſel. Tract. de Vſu Feud. tom. 1. p. 552. *Pro VIIIm. VIIc. IV. Anfours miſſis. Domino Gaufrido de Sergnus per templum in paſſagio S. Ioannis, an. LXIIo. IIIm. IV. libras Turon. Et pro Vm. Anfours miſſis eidem Gaufrido in paſſagio S. Iohannis an. LXIIIo. IIm. libras.* † Genus monetae fuiſſe ſuſpicatur Carpentarius, i. q. *Anfuri.*

ANFRACTA, effractura, Gall. *Fracture.* Mirac. S. Eparchii, t. 1. Iulii p. 117.

† ANFRACTIVVM, defectus in ſoluendo debito. Ch. a. 1390. e Tabular. Maſſil. *In recolligendis debitis, annuisque penſionibus varia ſentiunt anfractiua et diſpendiorum incommoda.* Quod ex iis ſeries computi interrumpitur, fortaſſe ſic dictum. V. *Anfractus* 2.

† ANFRACTVS. (1) Alueus, ramus, Germ. Arm eines Fluſſes. Ch. an. 1188. inter Probat. Hiſt. Lothar. t. 2. p. 401. *Specialiter autem eis domus anfractum aquae ſub caſtro, qui brachium S. Eucharii dicitur.* (2) Expenſum. Comput. a. 1488. inter Probat. t. 4. Hiſt. Nem. p. 47. *Alia expenſa facta - - vt in anfractibus anni LXXXIX. apparet.* In alio an. 1489. ibid. p. 49. *Pront in Fractibus ponitur.* V. *Fractus* 1. (3) Implicatio, Germ. Verwickelung. Catal. Mſ. epiſc. Carnot. *Philippus equitans - - anfractibus cujusdam porci infra quatuor pedes ſui equi tumultuantis ad terram proſternitur.*

† ANFVRI, monetae ſpecies, eadem quae *Anfours.* Comput. a. 1250. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 483. Neque *Anfuri* alii ſunt quam

† ANFVSINI, ſeu ALPHONSINI, monetae regum Hiſpaniae. Murat. t. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 889. *X. Solidos Pipionum, vel duos Anfuſinos.* Et p. 898. *XV. Solidos Pipionum, qui valent II. Alfonſinos.* Ch. a. 1240. ap. Garamp. in Differt. 7. ad Hiſt. B. Chiarae p. 233. *Item vnum Anforzinum et ſolidos VI. Procenienſes.* V. *Alphonſinus.*

ANGAE, V. *Angrae.*

ANGAGIARE, pignerari, pro pignore tradere, Gall. *Engager.* Tabular. Vindocin. p. 224.

† ANGAIARECCIA OPERA, eadem notione qua *Angariae*, onera perſonis impoſita. Ch. a 1120. ap. Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1134.

ANGANA, *multitudo*, in Gloſſ. ad calcem Oper. Nicol. de Clemangis edit. 1613. *Angana, multitudo*; M. Gold. *forte a Graeco ἀγγεῖον, vas conceptaculum. Dicitur ab angendo, id eſt ſtringendo, quia cum portatur jugo - - ſtringit humeros. Sic Pythoeo in excerptis Anger eſt ſpatarius, qui angit, id eſt, ſtringit ſpatham.*

† ANGARALIS, qui *angariis* ſeu *corvatis* eſt obnoxius. Anon. de caſib. infauſt. monaſt. Farf. ap. Murat. t. 6. Antiq. Ital. med. aeui p. 289. 295. ANGARARIS, eadem notione apud. eund. t. 5. p. 529.

ANGARATHVNGI, ANGARGATHINGI, Longobardis, juxta qualitatem perſonae. V. *Garathingi.*

† ANGAREA, vt *angaria*, praeſtatio iumentorum vel plauſtrorum. Ch. a. 1329. in Reg. 66. ch. 484. V. *Angariae* 2.

ANGARENVS, V. *Angariarius.*

ANGARGNACO, Bajwaris dicitur *equus deterior, qui in hoſte vtilis non eſt*, in leg. Bajw. tit. 13. c. 10. §. 3. cujusmodi ſunt equi *angariis* deſtinati; vnde forte vocis origo. *) Ab Enger, Germanis ſuperioribus, carrus angariis deſtinatus; quaſi dicas Karrengaul. *Nack* veteribus Teutonibus erat equus vilior. V. *Naccus.*

ANGARI, *Aſtandae*, hodie *Chepars*, apud Perſas Curſores publici, vnde Graecis ἄγγαροι. Etymon à Chaldaica vel Syriaca lingua deducit Henſius, Bochartus ab Arabica; alii vero, quod veroſimilius eſt, à Perſica.

Perſica. Perſae enim ejusmodi curſorum ſunt inuentores. Diod. Sicul. l. 19. Xenoph. Cyrop. l. 8. Herodot. l. 8. c. 98. † Hinc ignes, qui in ſignum accenduntur, quia curſorum vices agunt, *Angari* nuncupantur, ap. Barclaeum t. 1. Argen. p. 16. edit. Lugd. Bat. Hiſp. *Angaro*, ſignum fumo datum.

ANGARIA. (1) Vt habetur apud Paulum IC. vel *Angaria* juxta Spelmannum, aliquando ſumitur pro veredorum ſtatione, in quam diuertunt curſores publici, et vbi mutant equos. Graec. ἀγγαρεῖον. (2) ANGARIAE dicuntur jumentorum vel plauſtrorum praeſtationes et quidem per viam directam, vt *parangariae* aliouerſum; in lege 7. Cod. de Fabricenſ. l. 11. et in lege 4. C. Theod. de curſu publ. quod pluribus docet Iac. Gothofr. ad d. leg. 4. *Animalia in angariam praeſtita*, in Leg. Wiſig. l. 5. tit. 5. §. 3. Lex Bajwar. t. 1. c. 14. §. 4. *Carrarum angariae* ap. Marculf. l. 1. form. 1. Concil. Treuir. a. 1310. ap. Marten. to. 4. Anecd. col. 248. (3) ANGARIAE, praeterea onera dicuntur, agris aut perſonis impoſita, (*) Germanis olim Rothwerke, hodie Frohne. In Iure Argent. l. 3. c. 389. apud Schilter. in Gloſſ. P. 48. occurrit etiam vernacula vox Engern pro angariis). Gloſſ. Lat. Graec. *Angaria*, περιεργασία, ἀνάγκη, ἐργασία. Vgutio et Will. Brito in Vocab. MS. *Angaria dicitur compulſio, vel injuſta coactio, ab ango, is.* Tabul. S. Florentii: *Conceſſit eis aream, ad furnum faciendum, in quo per angariam coquat dimidia pars praeſensis burgi.* Breuiloq. *Angariae ſunt perſonalia ſeruitia, quae quis in perſona implere cogitur, ſine cum quis propriis ſumptibus ſeruit. Vel angariae, ſunt opera poſſeſſionibus impoſita, ſine cum quis ſumptibus ſeruit alienis, vel in re ſua, vel in equo, vel in aſino, vel hujusmodi. Indictiones, opera, vel angariae* in Leg. Wiſig. l. 12. tit. 1. §. 2. Ita Capit. Caroli M. l. 1. c. 81. l. 7. a. 367. Capit. Caroli Calui tit. 23. c. 14. Chartae Aleman. Goldaſti c. 42. etc. Occurrit hac notione paſſim ap. Scriptores et in vet. Tabulis. Hinc (4) ANGARIA pro qualibet coactione, vexatione, injuria, animi anxietate. S. Bernard. Epiſt. 258. edit. 1690. col. 259. Guntherus lib. 2. Ligurini Goffrid. Vindoc. l. 3. Epiſt. 38. et alii. ENGARIA, pro *Angaria*, occurrit ap. Fulbert. Carnotenſ. Epiſt. 14. 110. *) *Angaria*, bedrukniſſe, ungelt, in Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. (5) ANGARIAE, quatuor tempora, ſ. triduana illa jejunia, quae ſingulis annis quater celebrantur. Cur ita dicta ſint, praeclare docet Mabill. p. 79. Itiner. Germ. „Iisdem quatuor temporibus, „inquit, ſubditi quique in Germa„nia perſoluunt cenſus ſuos, quos „*Angarias* vacant. Hinc quatuor „tempora vulgari nomine *Angariae* „vocantur. Hanc eandem ob cau„ſam ſtata quatuor tempora nundi„narum vocarunt *Angarias*.„ Hinc hi duo verſus in Anecd. Marten. tom. 4. col. 766. ad deſignanda quatuor anni tempora:

Das Crux, Lucia, Cineres, Cariſmata Dia,
Vt ſit in Angaria quarta ſequens feria.

(6) ANGARIAE, equeſtris ſella vel canis, quam grauiorum criminum rei in ignominiae et dedecoris notam, ex veteri conſuetudine ſeu etiam lege apud Germanos et Francos receptam, geſtare cogebantur de Comitatu in proximum Comitatum. Nobiles canem, plebei ſellam, humeris ferebant; poſtmodum Magnates majoris confuſionis cauſa, ſellam etiam portare compulſi ſunt. Has infamiae notas *Angarias* dixere, quod non niſi magna vi et animi dolore deferrentur. Ch. Friderici II. Imp. pro Eccleſia Tullenſi in Probat. Hiſt. Tull. p. XXXIII. V. *Sella* et *Canis*. *) De etymo vocis V. Wachter. in Gloſſ. v. *Angariare*.

† ANGARIABILIS, anxifer, perniciosus. Ch. a. 1267. ap. Pez. t. 6. Anecd. Part. 2. p. 114.

ANGARIAGIA, pro *Angariae* (2) ap. Rymer. t. 12. p. 702.

ANGARIALES, qui ANGARIIS, ſeu *coruatis* ſunt obnoxii. Bulla Sergii PP. ap. Vghell. t. 1. p. 707. *Angariales ſerrae* in Ch. Arnulphi Imp. ap. Vghell. to. 2. p. 206. cenſui obnoxiae.

ANGARIALIS, tractoria ad curſum publicum, *pro animalibus, quae in Angariam praeſtabantur*, vti habet L. Wiſig. l. c. Acta Concilii Arelat. *Angarialem copiam*, habere dicitur in leg. 4. Cod. Theod. de Curſu publ. cui facultas datur *angariis* ſeu curſu publico vti, quae facultas per tractoriam conceditur.

ANGARIANVS, V. *Angariarius.*

ANGARIARE. (1) Ἀγγαρεύειν, *compellere, vel injuſte regere*, Vgut. Gloſſ. Iſid. *Angario, cogo.* Hac notione vtitur interpres Matth. cap. 5. S. Auguſtinus Epiſt. 158. Auctor libri de Diſcipl. ſcholarium, qui falſo Boetio adſcribitur, c. 6. Paulus Warnefr. l. 3. de Geſtis Longob. c. 6. *Nemo aliquem injuſte angariabat, nemo vexabat.* Vita S. Purſei Confeſſ. n. 16. Ingulph. p. 895. (2) Deferre, carro vel equo vehere ex debitae praeſtationis ſeruitio. Ch. Grodegangi Epiſc. Metenſ. a. 765. ap. Meuriſſ. p. 168.

ANGARIARIVS, angariis et operis obnoxius. Lex. Graec. Reg. Cod. 930. ἄγγαρος, ἐργάτης, ὑπηρέτης. Vet. Gloſſ. *Angariarius, qui agrum locat, vt angariam accipiat.* In MS. legitur *Angarianus.* Hinc emendandae Gloſſae Iſid. in quibus perperam editum *Angaria anianus*, pro *angarianus*, vel *angariarius.* Hanc voci ſignificationem tribuunt conſtitutiones Siculae l. 2. tit. 32. l. 3. tit. 20. 39. *Augararii et Extaliati* in Ch. Guil. Reg. Sic. a. 1179. ap. Vghell. t. 7. p. 704. in alia a. 1292. p. 714. 715. *Angarenos* et *Angarios* diuerſos fuiſſe ab *extaliatis* docet.

† ANGARIATIO, difficultas, negotium. Acta ad Conc. Piſan. an. 1409. ap. Marten. t. 5. Ampliſſ. Collect. p. 618. V. *Angaria* 4.

ANGARIVM, definitur *Equicinium et officina, vbi equi ſufferantur*, in Wichbild. Magdeb. art. 125. Breuiloq. *Angarium eſt locus, vbi ſuſſerantur equi, ab angulo vel anguſto, vel ango, is, vnde:*

Faber in angario annectit habata gumphis.

German. ein Nothſtall.

ANGARIVS. (1) Vgut. Ioa. de Ianua et Willel. Brit. *Pedellus, compulſor, injuſtus, exactor.* V. *Inhibitor.* (2) ANGARII, in Conſtit. Neap. t. 47. iidem qui *Angariarii.* Ranfrid. l. c. qui ſcribebat an. 1215.

ANGARIZARE, *compellere, injuſte exigere, vel angariam facere.* Will. Brito in Vocabul. Eddius Steph. in Vita S. Wilfridi c. 7.

ANGARIZATOR, in Vita S. Caſtrenſ. Epiſc. c. 2. Tortor.

ANGE, *nomen montium cum coronis.* Papias MS. V. *Angrae.*

ANGLICA CARRVCA, V. *Carruca*, Vehiculum.

ANGELICA VESTIS, habitus monachicus. Florentius Wigornienſ. de Gregor. VII. PP. Willel. Abb. Metenſ. Epiſt. 5. et alii. Monachorum autem veſtitus, *angelicus* appellatur, quod et ipſi dicantur *angeli* a Patribus, eorumque vita *angelica*, deinde quod *viuant Angelice et ſint in carne ſine carne*, vt eſt in S. Hieron. Ep. 7.

ANGELICI, haeretici, qui angelos cultu diuino proſequebantur; de quibus Epiphan. et Auguſtin. lib. de Haereſibus.

† ANGELIVM, *annunciatio*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613. Occurrit etiam in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. et in Vocabul. Compend.

† ANGELOTVS, diminut. ab *angelus*, Gallis etiam *Angelot.* Inuentar. S. Capellae Pariſ. a. 1363. ex Bibl. reg. *Ymago vnius angeloti.*

ANGELOTTI, monetae ſpecies Hiſt. Monaſt. S. Laurent. Leodienſ. ap. Mart. to. 4. Ampliſſ. Coll. col. 1160.

† ANGELVLVS, vt *Angelotus*, puer in habitu angeli. Ordinar. Mſ. eccleſ. Camerac.

ANGELVS. (1) Legatus, nuncius, Graec. ἄγγελος. Gloſſ. MS. Regium: *Angelus, nuntius, gaudium.* Mar-

Martian. Capella l. 2. Ekkehard. jun. de Caſib. S. Galli c. vlt. *Angelus imperii.* (2) Vexillum praecipuum ap. Impp. Occident. quod S. Michaelis effigie inſigniretur. Wittik. l. 1. de Geſt. Saxon. Eadem habet Conrad. Vrſperg. p. mihi 242. (3) Titulus, quo ſummi pontifices, aliique Epiſcopi compellari ſolebant. Iuſtinian. Comes, poſtea Imp. in Ep. ad Hormisdam PP. *Comperimus - - ad angelum veſtrum hinc diſcedentes iter arripuiſſe,* Infra: *Quamobrem etiam a viris reverendiſſimis Epiſcopis - - ab Apoſtolatu veſtro ad nos Angelus veſter deſtinare dignetur.* Relatio Archimandritarum Syriae ad eundem Hormisd. poſt 22. Epiſt. ejusd. Pontif. *Quoniam Deus et doctorem et medicum animi conſtituit vos et veſtrum Angelum* etc. Ita in Synodo aduerſus Tragoedias Irenaei c. 173. 302. Sed id etiam epitheti datur interdum ipſis Epiſcopis. Vet. Charta ap. Rubeum l. 5. Hiſt. Rauenn. *Dum reſideret ibidem Honeſtus Coangeficus Archiepiſcopus S. Rauennatis Eccleſiae* etc. Adde p. 257. Apud Lambec. l. 5. de Caeſarea Bibliotheca p. 124. ἀναγγέλλα epitheton tribuitur Ioanni Tranenſi in Apulia Epiſcopo; quemadmodum ap. Pallad. in Hiſt. Lauſiaca c. 43. Theodoſius M. ὁ ἐν ἀγγέλοις ἀριθμούμενος, dicitur. His porro titulis inſigniuntur ſummi Pontifices et Epiſcopi, quia in Apocalypſi Sacerdotes *Angeli* appellantur et per Angelos intelliguntur; et, vt ait S. Remigius Remenſ. Epiſ. in Epiſt. ad Falconem Tungrenſ. *ſub vocabulo Angeli traditur actionis forma Pontificiae.* Iſid. Hiſpal. in Ep. ad Maſſenum Epiſc. Ioannes VIII. PP. Ep. 292. (4) ANGELVS etiam vulgo vocatur Salutatio Angelica, quae matutina luce meridiana et veſpertina ad campanae pulſum recitatur. Cujus inſtitutionem, quae primum ad pulſationem *ignitegii* coepit, S. Bonauenturae acceptam referunt nonnulli, alii vero, quod veriſimilius eſt, Ioanni XXII. PP. Concil. Senonenſe a. 1347. c. 13. (5) ANGELVS, nummus aureus Francicus. Vetus Regeſtum 7. Febr. 1340. *fiebant Angeli fini, ponderis 33. et 2. tert. 23. Aug. 1341. Angeli ponderis 38. et 1. tert.* (6) † Piſcis genus, Gallis etiam *Ange.* Tract. Mſ. de Piſcibus, Cod. reg. 6838. c. 40. *Squatinam noſtri, Maſſilienſes, Galli, Ligures, Angelum vocant, a ſimilitudine angeli picti, cum alis expanſis.*

† ANGENINA, moneta Lotharingica, cuius 8000 faciunt marcam. V. Bodin. de republ. l. 6. c. 3.

ANGENS, anxius. Translatio S. Athanaſii Epiſc. Neapol. ap. Murat. t. 2. part. 2. col. 1074.

† ANGENTER, *aſtringenter.* Cath. aſtricte, anguſte.

ANGER, pro *armiger.* Gloſſ. Iſid. *Anger, ſpatharius, qui angit, i. ſtringit ſpatham.* I. de Ianua: *Anger, ſpatarius, ab ango, eo quod angenter i. ſtricte ſpatam teneat. Vel hic anger, i. cruciator. Vel Anger, genus ſerpentis, quod anguloſe vel tortuoſe incedat, vnde verſus;*

Anger angit gladios, ſerpens eſt, et cruciator.

† ANGERIARI, *ominari, praeſagire, deuinare, Prov.* in Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. Legendum *augurari.*

ANGERGNACO, V. *Angargnaco.*

† ANGERIVS. (1) Vectigalium exactor, quia angit, ſic dictus. Ch. a. 1215. ex Bibl. reg. (2) Forte vncus. Correct. Stat. Cadub. c. 4. *In omni regula Cadubrii fiant de bonis communis Cadubrii ſchallae duae et quatuor angerii, et in plebe 4. ſchallae et angerii 4. Vt occurrente caſu ignis melior poſſit fieri deffenſio.* V. *Angiſtrum.*

† ANGETVM, *paliſtii*, aut aggeris terrei ſpecies videtur, quo ager a tranſeuntibus defenditur; ſic dictum quod viam coarctet. Stat. Genuenſ. l. 6. c. 14. *Si inter terras duorum aderit via publica, et ambo conuenerint de faciendo, vel quod alter faciat angetum ſuper dictam viam, poſſint illud facere* etc.

ANGHIO, anthrax, bubo. Miracula S. Humilianae t. 4. Martii p. 406. V. *Anguen.*

ANGIA, Iſid. in Gloſſ. *Ferrum buculae ſcuti.* Papiae: *Ferrum intra buculam ſcuti* Graeuius pro *Angia* cenſet ſcribendum *Ancile;* quod V.

ANGILDVM, ſimplex *gildum aut Weregildum*; ſ. ſimplex valor hominis vel rei alicuius; compenſatio pro ſimplici rei vel hominis aeſtimatione; ex Saxonico *an*, vna, et *gild*, ſolutio, pretium, compenſatio, vt *twigildum*, compenſatio duplex, *trigildum*, triplex compenſatio etc. Leges Inae Regis c. 24. ap. Brompt. Adde leges Aluredi c. 7. 11. V. *Gildum.*

ANGILLA, *Serpentina, ab angue.* Papias MS. Eccl. Bitur.

† ANGILOPA. Alex. Iatroſoph. MS. l. 1. Paſſion. c. 103. *Hoc enim* (remedio) *ſolo vtendo non ſolum egilopas, ſed etiam angilopas diuturnas ſcio fuiſſe curatas.* Vbi Gloſſae: *i. e. duras.*

ANGINA, *taberna*, in Gloſſ. Arab. Lat. an. *tubera?* nam *Anginae, tubera porcorum*, vocantur.

ANGISTRVM, hamus. Vgut. ex Gr. ἄγκιστρον. Eſt etiam inſtrumentum chirurgorum, ap. Iſid. l. 4. c. 11. ap. quem *anciſtrum* reſtituit Voſſius.

ANGITVDO, *anxietas ab ango, vel angulis, quia in diuerſa ſe torquet.* Pap. in MS. Bituric.

ANGLA, ὄγδη, ὠὶς νέβιος, menſa triangularis, in Suppl. Antiq.

ANGLARE, *aurire.* Gloſſ. Bituric. Forte *anſliare*, ab *anſlia*, *haurire.*

† ANGLARE, ANGLARIVM, angulus, ſiue exterior ſiue interior. Stat. a. 1357. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 195. 196.

ANGLESCHERIA, natiuitas Anglica. V. *Engleſcheria.*

ANGLIATA, *angulus.* Teſtam. Sisnandi Comitis Conimbric. ap. Brandaon. t. 5. Monarch. Luſit. p. 276. *Et in illa angliata ſub Caſtello S. Eulaliae duas villas ad integrum.*

ANGLICVM OPVS. Lib. aniuerſ. Baſil. Vatic. ap. Ioan. Rubeum in Vita Bonif. VIII. PP. p. 345. Vbi quidam perperam reſtituunt *anagliſo.* De Anglorum porro in artibus ſolertia, ſic Geſta Guill. Duc. Normann. et Regis Anglic. p. 211. *Anglicae nationis foeminae multum acu et auri textura, egregie viri in omni valent artificio.*

ANGLICVS, Anglicae monetae Species in Vita S. Donatiani Epiſc. *Filium argentum, duos anglicos valentem, pro munere tibi apportabit.*

ANGLOBES, πονόνκ ἐδος, *Placenta.* Supplem. Antiq.

ANGLVM, *anglus* pro *angulus; Angulus terrae* apud Gallos, *Coin de terre, Morceau de terre.* Chartular. SS. Trinit. Cadom. ex Biblioth. D. Abb. de Rothelin, fol. 43. v.

ANGOISSOLI, publicorum vſurariorum ſocietas, damnata Edicto Iohan. l. Reg. Franc. a. 1353. ap. de Lauriere to. 2. Ordinat. Reg. p. 523.

ANGONES, dicuntur, lingua Francica, tela ſeu haſtae, quibus Franci vtebantur. Sic vero deſcribuntur ab Agathia lib. 1. *Breuia*, inquit, *tela, quae ipſi angones vocant; cujus pars maior ferro obducta eſt, ita vt ex ligno aliquid praeter membrum vix extet: in ſuperiori ferro, tanquam hami vtrimque ſint et deorſum vergunt.* Similia ex Agath. habent Euſtathius, auct. Etymolog. et Suidas. Ex qua *Angonum* deſcriptione, Lipſii in Poliorceticis ſententia quibusdam arridet, qui Gallorum ſecuriculas deſcribi cenſuit; quas vocabulis haud abludentibus, Belgae *Hacken*, Galli *Haches* apellant. *Aichun* et *Achon* etiamnum ſecuriculas vocant Aruerni, vocibus ab *ango* vel *aggo* deductis, exiſtimat vir doctus.

ANGOVINI, pro *Andegauenſis moneta.* Ch. Roberti de Osburuilla ex Archiuo Monaſt. B. M. de Bono Nuncio Rotomag.

ANGRAE, *internalla arborum, vel conualles.* Gloſſ. Iſid. In Pithoeanis, *Angra.* Feſtus: *Antras, conualles, vel arborum interualla.* Papias: *Anchrae* etc. V. *Ancra.* Haud ſcio an non idem ſignificet *Angre* ap. Murat. to. 2. p. 257. col. 1. in Capitul. Sicardi Princip. Beneuenti, vbi legitur: *XXXVIII. de Angre. XXXIX. de Staki XL. de ponte lapideo et de plagia XLI. de ſtanio din concello etc.*

ANGRIP,

ANGRIP, legitur ap. Spelmann. pro *Anagriph*; quod V.

ANGROMAGVS, V. *Anchiromacus.*

† ANGVARA, idem quod supra *Angarea.* Ch. a. 1325. in Reg. 65. ch. 278.

ANGVEN, anthrax, pestilens *inguinis* bubo, Gall. *Charbon*, *Bubon.* Acta SS. April. to. 2. p. 954.

† ANGVERIVS, angulus, vt videtur. Ch. a. 1386. ex Tabul. Massil. *Pro implendo dictam turrim, et pro auantagiis crotae, et pro. anguerviis, etc.* V. *Anglare.*

† ANGVIFER, anguem ferens. Chron. Taruis. apud Murat. t. 19. Script. Ital. p. 863.

ANGVILLA. Gloss. Isid. *Anguilla est, qua coercentur in scholis pueri, quae vulgo scutica dicitur.* Gloss. Ælfrici. *Anguilla, vel scutica, swipa.*

ANGVILLARVM POSITIO, Ius ponendi in flumine quicquid ad capiendas *anguillas* necessarium est. Ch. Eustach. Flandriae Camerarii a. 1224. ap. Miraeum to. 1. Dipl. Belgic. p. 681. Ibidem in Ch. alterius Eustach. a. 1261.

ANGVILLARIS, ANGVILLARIVM, Locus fluminis, vbi capiuntur *anguillae*, Germ. Aalfang; vel vt Vgut. *locus vbi anguillae habitant.* Ch. Rohonis Epis. Inculismens. in Tabul. Abb. S. Amandi. *Silois, pratis, aquis, farinariis, anguillariis.* Alibi in eod. Tabul. *Sed et ad anguillarem faciendum et ad molendinos construendos dederunt boscum* etc. Obseruat porro Wendelin. in Leg. Salica et aliis ejusmodi, non aliorum piscium fieri mentionem, quam *anguillarum* et quidem fluuiatilium, non lacustrium; vnde conjicit, eas LL. non alibi latas, quam circa prata Brabantiae, versus Hercam, vbi inexhausta fere est anguillarum piscatio.

ANGVILLARIVM, praestatio anguillarum domino debitarum. Tabular. S. Petri de Cella Fruini Engolismensis.

ANGVINA, funis. Hist. Norman. Scriptores ap. Andr. Ducheſnium p. 40. col. 2.

† ANGVINALIA, pestis inguinaria, bubo, ab Ital. *Anguinaia*, inguen, Gall. ol. *Enguinaille.* Acta SS. t. 2. Sept. p. 456. *Amorbatus eo morbo, qui anguinalia dicitur.*

ANGVIROMAGVS, V. *Anchiromagus.*

ANGVIS, Draconis effigies in vexillis delineata. V. *Draco* 1.

ANGVLA. (1) † Territorium quoddam *ballliae* seu districtus Senonensis, Gallis etiam *angle.* Ch. a. 1315. in Reg. 52. ch. 92. *Vnum marcatum in villa sua - in Angula.* (2) ANGVLA TERRAE, pro *angulus terrae*, Gall. *Coin, portion de terre.* Madox Formul. Anglic. p. 197. † Carpentarius suspicatur, esse modum agri, quem et Galli *Anglée* appellauerunt.

ANGVLA, *anguilla*, in Gloss. Arab. Lat.

ANGVLARIS, colatorium, quod vulgo *Chauſſe* vocant Galli, quia in angularem formam definit. Apitius l. 7. c. 4. *suffundes liquamen, fricabis, in angularem refundes simul cum offellis* etc. Vtitur etiam alio loco. Occurrit quoque in Tabul. S. Eparchii Inculism. fol. 63.

† ANGVLATA, vt *Angula*, angulus. Ch. a. 1263. in Chartul. S. Cornel. Compend.

ANGVLOSVS. (1) Πολυγώνιος, in Gloss. Graec. Lat. (2) Subdolus, tortuosi ingenii, vafer. Chron. Andrense t. 9. Spicil. Acher. p. 593. Sunt qui ab *angula* i. e. *anguilla* factum putent *angulosum*, quia versipellis in anguillae modum ad omnia sese flectit, vt elabatur, vnde haec Germanis loquendi formula: er entwischet, wie ein Aal. Sed et ab angulo descendere potest. *Angulosus* Plinio idem est qui *multangulus*, vbi autem anguli multi, quod quaeritur, vt in versipelle, vix inuenitur.

ANGVL-SAXNVS, Anglo-Saxo. In duabus Chartis a. 946. ap. H. Wanleium de antiqua litterat. Septentr. p. 302.

† ANGVLVM, ambitus, in Ch. Phil. comit. Flandr. a. 1211. ex Cam. Comput. Insul. *Qui infra angulum villae suae manent.* Germ. Beirk.

† ANGVLVS. Libert. Pontis-Vrson. t. 4. Ordinat. Reg. Franc. p. 640.

De multura, ſi aliquis moliat 16. boeſſellos, ſextum decimum regis eſt. Molendinus tenet in angulis dimidium boeſſellum et paſtum.

ANGVRIA, Spelmanno idem eſt cum *Angaria*; quod V.

ANGVRIVS, Sarracenice *Bathick*, Pepo. Paruum Vocabularium Latino-Sarracenicum ad calcem Itinerarii Hieroſol. auctore Bernhardo de Breydenbach p. 250. *Angurii Bathick*.

† ANGVSTI, pro *Auguſti*; ſic appellantur *nummi bracteati*, in quibus efficta imperatorum effigies; alii aliis nominibus deſignantur. V. Iac. a Mellen ep. de quibusdam nummis Germ. et Olear. in Iſagoge ad Numophylac. Bracteat. *) Germanis olim Angſter, quaſi Angeſicht-Pfennig, ab imagine non ſolum Imperatorum ſed etiam Epiſcoporum, praeſertim Auguſtanorum, vnde etiam Antlitt-Pfennige, Antlitzer, et ab Epiſcopis Auguſtanis, Augſter, appellabantur. V. Stumpf Chron. p. 358. Hottinger. Specul. Helu. p. 24.

ANGVSTIARI, pro *angi*, angore, moeſtitia affici. Hildegardis in Vita S. Roberti Confeſſoris. Occurrit non ſemel.

† ANGVSTIATIO, ANGVSTIATOR. Vocab. compend. anguſtia, qui anguſtat.

ANGVSTICVS, anguſtus. Translatio S. Bened. in Galliam ante annos 900. exarata, to. 4. Analect. Mabill. p. 452.

ANGVSTIOSE, difficulter, cum angore ap. Matth. Paris.

ANGVSTIOSVS, moleſtus. Vita Lidwinae to. 2. April. p. 353. D.

ANGVSTIPORTVM. Gloſſ. Graec. Lat. στενωπός, *anguſtiportum*, *anguſtus*, *angiportus*, *angulus*.

*) ANGVSTRVM, ein top du man vn leſet. Vocabul. Lat. Germ. an. 1477. Germ. Super. Angſter, et Ital. *Auguſtara*, eſt vitrum collo anguſto.

ANGVTIO, auiculae ſpecies, Petro de Creſcentiis l. 10. de Agricult. c. 7.

ANHELA. (1) Halitus, anhelitus, Gall. *Haleine*. Vita Aidani Epiſc. Fernenſ. in Hibern. c. 4. n. 26. (2) † *Anhela*, *pugna*, in Vocab. compend.

ANHELABVNDVS, anhelans, to. 3. Concil. Hiſpan. p. 646. col. 1.

ANHELERIVS, annulorum faber. In MS. cod. confraternit. B. Mariae Deauratae Tholoſ. inter ſodalium nomina recenſentur P. *Anhelerius*, *I. Pelliparius*, *A. Brodiator* etc.

ANHELITVS. Gregor. Turon. l. 3. Hiſt. c. 28. etc. Geſta regum Franc. cap. 25. *Sed neque anhelitus venti in illo loco ſenſerunt.*

ANHELIZARE, anhelare, ſpirare. Proceſſus de S. Petro de Luxemb. Iulii to. 1. p. 569.

† ANHELLVS, agnellus, agnus, Occit. et Prouinc. *Anhel* pro *Agneau*; quod de animali perinde, ac de moneta, *agnus* dicta, vſurpatur. Ch. a. 1366. in Reg. 137. ch. 55. Tabul. Maſſil. a. 1381. *IV. Anhellos auri.*

† ANHINA, pelles agninae. Ch. a. 1366. modo laudata. *Pro octo viginti et ſex balis pellium agnorum, vulgariter vocatarum anhinas.*

ANHLETA. Fridegodus in Vita S. Wilfridi c. 1. de Britannia:

Anglicus extruſo colit hanc anhleta Britanno.

Vbi Editor, an *Athleta?* Videtur Vox Anglo-Saxonica forte *anhlota*, tributarius.

ANI. (1) Vnus, vet. Francis, in lege Salica obuia. (2) *Circuli*. Papias MS. Eccl. Bitur.

ANIA, V. *Anie*.

ANIADOI, *eſt futurus paradiſus, ver aeternum*, Rocho le Baillif in Dictionar. Spagyrico.

ANIADVS, eidem *eſt rerum efficacia, ſpiritualis homo, coeleſte et glorificatum corpus ex Chriſto habens.*

† ANICELLVS, annulus, vt videtur. Comput. Mſ. a. 1239. *Pro effecturis et anicellis, VI. lib. XII. ſol.*

† ANICIVS, *inuictus*. Cathol.

† ANICVLVS, pro *anniculus*, agnus aut ouis vnius anni. Ch. a. 1355. in Reg. 84. ch. 368. V. *Anniculus*.

ANIE, *interpretatur quaſi manonia, id eſt, recognitio, vel quaſi Anna, id eſt libertas.* Papias MS. ibidem. *Animam dicta quaſi - - Anie, i. e. Anano-*

nia

nia quod Graece recognitio dicitur - - vel quaſi ANIA, *id eſt vacua.*

ANILAF, ap. vet. Franc. Vndecim, Germ. hodiernis **Elf.** Occurrit in lege Salica.

ANILASINA, aliena ſerua, vt exponit Eccard. ad L. Salic. tit. 29. n. 1. *) Lectionem mendoſam eſſe, indicat Codex Mſ. Pariſ. qui habet *Enaleſina.* At *Ena* eſt coniugium, et *leſin* eſt ſoluere, h. e. adulterium, quod legem connubii ſoluit, **Ehebruch.** Haec verba ſunt Schilteri.

ANILIA, *amentia, fatuitas*, in Gloſſ. Iſid. ab *anilis*, adiectiuo, quo vſi ſunt Tullius 1. Tuſc. 39. Apollolus et Quintil. Papias eadem habet, quae Iſid. *Anile*, inquit, *vanum. Anilis aetas, ſenectus foeminae. Anilia, amentia, fatuitas.* Hinc

ANILITARE, ap. Apulei. de mundo, vbi terra dicitur, nec occaſibus fatigari, nec *Saeculis anilitari*, i. e. ſenescere, vel ſenectute deſipere.

† ANILLA, *la materia*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Anilia.*

ANIMA. (1) Homo. Gallis etiam *Ame* Hiſt. S. Clement. I. PP. Paſſio S. Sebaſtiani. S. Andoënus in Vita S. Eligii l. 2. c. 40. Gregor. Turon. l. 8. c. 30. Ordericus Vitalis l. 2. *in naue 276. animae fuerunt.* (2) pro *vita.* Regeſtum Petri Diac. Caſin. n. 409. *Contra animam noſtram cogitauerunt et conſiliauerunt. In animam alicuius inſidiari*, in Edicto Rotharis Reg. Longob. t. 75. §. 1. tit. 61. §. 2. tit. 86. §. 2. in Leg. Longob. l. 1. tit. 17. §. 2. et alibi ſaepius. *In animam alterius coniurare*, ap. Willel. Neubrig. l. 5. c. 20. V. Petr. Fabrum l. 3. Semeſt. c. 4. p. 63. *Pro anima iudicare fenduni*, pro animae redemptione aliquid Eccleſiis concedere, in Conſtit. Frider. I. Imp. ap. Radeuicum l. 4. c. 7. *In animam alterius iurare. V. Iurare.* (3) ANIMA SATVRNI vel ALTHEA, Rocho le Baillif. in Dictionar. Spagyr. *eſt ſuauiſſima plumbi dulcedo, quae per acetum extrahitur.* (4) ANIMAE, dies commemorationis defunctorum, 2. Nouembris, Picardis, *Le jour des ames*, Germ. **aller Seelen Tag.** Nicol. Triuettus in Chron. ad a. 1296. Rymer. to. 7. p. 377. *Apud Weſtmonaſterium in craſtino animarum. Animarum commemoratio* ap. Lobinell. in Gloſſ. ad calcem to. 3. Hiſt. Pariſ.

ANIMÆQVVS. Gloſſ. Lat. MS. Regium ſign. 1013. *Animoaequus, longanimis ſ. patiens.* In Gloſſ. Iſid. *Patiens animo*, Gloſſ. Lat. Graec. *Animaecum*, ἰσόψυχον. Leg. *Animaequum.* Luciſer Calaritan. l. 1. ad Conſtantium Imp. p. 73. *Animaequi eſtote* etc. Plautus in Rudente:

Ergo animus aequus optimum eſt aerumnae condimentum,

ANIMÆQVIOR, eadem notione. Concil. Rom. ſub Gregor II. Verſus Salomonis Epiſc. ad Dadonem. Occurrit apud Bedam in Vita S. Guthberti Epiſc. n. 22. in Vita S. Popponis Abb. c. 2. 3. in Vita S. Hadelini Confeſſ. n. 10. ap. Helmodum l. 1. c. 71. In Vet. Teſtam. et alibi non ſemel.

ANIMAL. (1) Equus aut iumentum. L. 9. Cod. Theod. de re milit. Paul. Diac. in Heraclio. Aimoinus de Mirac. S. Bened. l. 3. c. 6. Tranſactio inter Abbatem et Monachos Craſſenſes a. 1351. ex lib. virid. fol. 53. ANIMALIA ſaepe pro equis ad curſum publicum deſtinatis; quae *animalia publici curſus* dicuntur in l. 8. Cod. Th. de Curſu publ. vel *Animalia publica* l. 2. 10. 53. 60. Cod. eodem. Symmachus l. 2 Ep. 27. Capitolin. in Maximino. Animalium autem publici curſus nomine non modo intelliguntur equi, quos *curſuales* vocant l. 64. Cod. Th. de C. publ. et Senator l. 4. Ep. 44. l. 5. Ep. 5. ſed et *aſini*, *boues et muli.* De aſinis l. 38. 41. de bobus l. 1. 11. 55. de mulis l. 8. 53. eod. tit. C. Theod. Camelos addit Theophanes p. 59. vbi et boum meminit. V. Socrat. lib. 3. c. 1. et quae notauit Iuretus ad Symmach. l. 2. Ep. 27. ANIMALIA, nude, pecora maiora. Gall. *Animailles*, vt Eccard. in notis ad L. Salic. tit. 3. explicat. Nude etiam poſita *animalia* legimus ap. Mabill. to. 3. Annal. Benedict. p. 219. at pro qua ſpecie animalium, haud ita eſt in

promptu. Locum ipſum lectori propono: *Habebat autem jam tum Protaſius ſub ſe 50. monachos et 20. famulos, 500. oues, 100. animalia, 50. jumenta, porcos 40. caballos 2. aſinos 5. bones 20.* Nulla vaccarum, caprarum atque mularum mentio. Vaccas deſignari ex loco et numero veriſimile eſt. † ANIMALIA ARATORIA, quae agriculturae inſeruiunt Ch. a. 1490. Mſ. ANIMAL DE BASTO, ANIMAL BASTI, Iumentum, in Archiuo S. Victoris Maſſil. † ANIMALIA DE CARROIH, quae carrum trahunt, in Ch. a. 1319. ex Bibl. reg. † ANIMALIA EQVESINA, equae, Prouincialibus *Eques*, quae ab *equinis et mulatinis* diſtinguuntur in Ch. a. 1379. Mſ. † ANIMALIA DE LAVORE, eadem quae *aratoria*, in Ch. a. 1379. † ANIMAL ROSSATINVM, equus minor vel mulus. V. *Roſſatinum*. † ANIMALIA SEJORNI, quae in equili morantur, eadem quae *otioſa*. Ch. a. 1341. in Bibl. reg. V. *Sejornum*. ANIMAL DE HOSTE, mulus Ch. Remundi de Canauellis Domicelli in Comitatu Ruſcion. a. 1298. Alia Ch. a. 1308. Berengeri de Canav. filii Remundi. Anaſtaſ. in Hiſt. Eccl. an. 9. Copronymi: *Animal mulinum aſcendit humana voce loquens.* ANIMAL AD CLAVSVM PEDEM, *quod non diuidit vngulam*, ſ. *quod non habet diuiſam vngulam*, Leuit. c. 11. et Deuteron. c. 24. Ch. an. 1300. in Regeſto Philippi Pulch. reg. Franc. a. 1299. n. 35. ex Tabul. Regio: *Cum chacia ad animal ad clauſum pedem et cum caeteris dictae Stirgeniae iuribus etc.* ANIMALIA MINVTA, pecudes, in LL. Luitpr. reg. Longob. t. 83. §. 3. *Aueria, ſiue animalia minuta*, in Ch. Ludouici Gubernat. Delphinat. ap. Dion. Saluaingum in Tract. de iuribus dominicis p 309 310. Quidam vero cenſent pro *animalia minuta*, legendum *Muta*, vt in Regiam Maieſtat. l. 4. c. 27. *Propter aueria, i. e. animalia muta.* Ita ap. Bractonum l. 3. tract. 2. c. 37. §. 1. Gloſſ. vet. *Muta beſtia, ζῶον ἄλογον.* Vetus Scholiaſtes Iuuenal. Sat. 15. Ep. 13. Lex Longob. l. 1. tit. 21. §. 3. ANIMALIA ſ. *Aueria Otioſa*, quae agriculturae non inſeruiunt; vt ſunt oues, ſues, volatilia etc. Fleta l. 4. c. 17. §. 15. *Si fiat diſtrictio per oues vel beſtias carucarum, cum ſint alia aueria otioſa.* Ch. Henrici III. Reg. Angl. t. 2. Monaſt. Angl. p. 209. *Decem bones. 10. vaccas et 20. porcos et 300. oues et 2. tauros et 20. animalia otioſa, 40. capras. Animalia otioſa et pigra*, ap. Vegetium l. 3. Artis veter. c. 12.

† ANIMILINA BESTIA, vt *animal*, bos vel vacca. Chartul. Caſalin.

† ANIMALIOLVM, diminut. ab *animal*, equus aut iumentum. Pez. t. 1. Script. Auſtr. p. 37.

ANIMALIS. (1) Spiritualis, ſiue animam ſpectans. Ratherius Veron. Spicil. to. 2. p. 165. (2) Senſu oppoſito, ANIMALES ET LVTEI, Origeniſtis dicti ſunt reliqui omnes, qui ſacris eorum initiati non erant. Hieron. Epiſt. ad Pammach. et Ocean. de error. Origen. † ANIMALIS ARCHIDIACONVS, quia ad eius officium potiſſimum pertinet, ea, quae corporis ſunt, procurare; niſi mendum ſit pro *annuales*. Ch. a. 1132. in Chartul. S. Vitoni Virdun.

ANIMARE. incendere, hortari, concitare in aliquem, animos dare. Gall. *animer*. Arnulf. Lexov. Epiſc. in Ep. ad Lucium PP. tom. 2. Spicil. Acher. p. 482. Bartholom. Scriba l. 6. Annal. Genuenſ. ad a. 1227. apud Murat. t. 6. col. 451. Eadem notione occurrit t. 6. Reliq. MSS. Ludewig. p. 40. et 161.

† ANIMASIOR, alacrior, promptior. Litt. a. 1344. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 128.

ANIMASTICVM, animale, ad animam pertinens. Zabarell. Phyſ. l. 8. ſuper textum 32. p. 183.

ANIMATOR. (1) Forte colonus et ſeruus. Ch. Boleslai Duc. Bohem. pro Monaſt. Preunouienſi a. 993. ap. Ludw. Reliq. MSS. t. 6. p. 49. *Et in ciuitate quoque Pragenſi donamus decimum forum et decimum denarium de judicio, decimum hominem capti-*

captiuum et triginta animatores eorumque posteritatem. Ibidem: *Et in villa Coromirtwitu tres animatores cum terra sufficienti.* † Carpentario idem videtur ac *animal*, siue de equis aut iumentis, siue de bobus et vaccis intelligas. (2) *Animator*, *optimus pictor*, in Glossis antiquis.

ANIMATORIA OLLA, χύτρα τετρημένη, in Gloss. Graec. Lat. quae in summo spiramentum habet, pertusa.

† ANIMELLA, vox Italica, valuula, Germ. Ventil. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bellic. c. 83. 87.

ANIMESCO, *iracor*, θυμόομαι, in Gloss. Gr. Lat.

ANIMETTA, palla, quae calicem tegit, quod quasi anima in corporali plicato includatur et conseruetur. Ioseph. Vicecomes l. 7. c. 5. in Hoffmanni Lexico.

EX ANIMO, memoriter. Regula Magistri c. 44. Grimlaicus in Regula Solitar. c. 64.

† ANIMOLA, anima. Ch. ap. Meichelbeck. t. 2. Hist. Frising. p. 196. *Animula* apud Scriptores veteris Latii.

ANIMOSITAS. (1) Generosum animi propositum. Guill. Gemmetic. Hist. Norman. l. 3. c. 8. Willel. Dux Norman. S. Bernard. de Conuers. ad Clericos tom. 1. col. 495. A. edit. 1690. (2) Sensu nonnunquam diuerso pro animi vehementia, ira vel odio mista, Gall. *Animosité*, ap. eumdem Bernard. Ep. 253. edit. 1690. tom. 1. col. 252. D.

ANIRE, incumbere. Gloss. Bitur. MSS. *Anit*, *incumbit*. Vbi *Anit* videtur pro *annititur*, nisi forte sit ab *Anus*; quae baculo solet *anniti*.

† ANIS. Instruct. pastor. Ghaerbaldi Episc. Leod. ap. Marten. t. 7. Ampliss. Collect. p. 24. *Si omnes secundum legem Domini - - vxores legitimè sortitas habeat, non vxores ab aliis dimissas, non Deo sacratas, non Anes.*

ANITAS, *senectus*, in Gloss. Arab. Lat. γραῦτης in Gloss. Gr. Lat. et ap. I. de Ianua. Gloss. Bitur. MSS. *Anitas*, *adulta* (aetas) *interdum senectus* Catullus Epig. 62.

Vsque tum tremulam mouens
Cana tempus anilitas.

Hinc vereor, ne legendum sit *Anilitas*, pro *Anitas*, in Gloss. laudatis.

ANITERGIVM, vox ficta, vt *facitergium*, cuius notio satis patet. Petr. Damiani l. 1. Ep. 9. *Materias congerebat*, *quibus ad requisita naturae necessaria fratribus anitergia ministraret.* V. *Cloacarius.*

ANIXVM, pro *annexum*. Epist. Princip. Auraicae ad Massilienſ. ex Archiuo S. Victoris Massil. *scriptum sub nostro anixo* (supple *sigillo*).

ANKERAGIVM, V. *Anchoragia.*

ANLAGO, V. *Andelangus.*

ANNA, V. *Auna* 2.

† ANNAAL, pro animal. Ordinat. reg. Franc. t. 5. p. 486.

ANNACIA, ANNATIA, vt sequens *Annacium.*

ANNACIVM, *et* ANNICIVM, certi reditus ſ. prouentus, vt opinor, quotannis percipiendi. Descriptio censuum Monast. de Crisenone ex Archiuis eiusd. *Ecclesia de Lisejo in decimis et oblationibus et annaciis, et medietatem decimae Erfei, oblationis et annicii, et medietatem decimae Vermentonis et annicii - - Apud Lucheium habemus Ecclesiam et medietatem decimae et totum annacium.* †Rectius decima agnorum, vel praestatio ex agnis, aut minuta decima. *Annuatiam* inscite edidit Planchet inter Probat. t. 1. Hist. Burgund. p. 95. V. *Agnacia.*

ANNADVA. Ch. Alfonſi III. Reg. Portugal. aera 1267. ap. Brandaon. l. 15. Monarch. Lusit. c. 24. *Suho hoc quod mihi et successoribus reseruo in perpetuum, videlicet collectam, monetam, hoste, annaduam, appellidum, fossatum, iustitiam, seruitium, aiudam. Annaduam* reddit idem Brandaon. quae Hispanis lustratio militum est.

ANNAGLIPHVS, pro *Anaglyphus*, caelatus, sculptus, habetur in Vitis PP. ab Analtaſ. ap. Murat. t. 3. p. 114. col. 1.

ANNALE. (1) Gloss. Lat. Gr. *Annale*, ἐνιαυσιαῖον. *Anniuersarium*, alias *Annuale*. Vgnt. *Annale idem quod anniuersarium, scilicet dies, qui pro mortuis celebratur singulis annis.* Sumitur vero haec

haec vox vt plurimum pro Miſſis, quae celebrantur per anni ſpatium pro defunctis, vti interpretantur Lindwod. ad Prouinciale Eccl. Cantuar. l. 3. t. 23. p. 329. et 345. 2. Edit. Qua notione occurrit ap. Willel. Thorn. in Chron. p. 1894. in Monaſt. Angl. t. 1. p. 149. et in Antiqu. Bened. Pictav. ap. Stephanotium t. 3. p. 763 etc. V. *Annuale*. (2) Chron. S. Benigni p. 476. *Rex reſtituit - - mercatum die Sabbati, quod eſt in burgo omnibus ſeptimanis, et medietatem annalis, quod eſt in feſtiuitate ſancti Benigni.* Id eſt, reſtituit iura, quae ex conſuetudine percipiebantur ex *mercatu die Sabbati*, et medietatem iurium annui *mercati quod eſt etc.* Eadem habentur in Charta Rodulphi Reg. Franc. ap. Perard. in Burgund. p. 126. (3) Charta Odonis Duc. Burgund. a. 1206. ap. eundem Perard. p. 299. *Nec eidem* (alienigenae) *liberum villae forum conceditur, donec per annum et diem in illa fecerit manſionem; et ſi tunc forum velit requirere, et annalia villae rite executus fuerit, ſibi villae forum conceditur.* Id eſt, ſi per annum, quae ciuium ſunt, rite executus fuerit. (4) Reditus vnius anni; ſcil. primi a vacatione alicuſus Eccleſiae Parochialis, Gall. *Annates, Deport.* Annalia percipiuntur a pluribus Epiſcopis et Archidiaconis praeſertim Normanniae, quaſi caduci iure, vſu ducto a *feodis ſeruientibus*, quae vbi *ſeruiens* deficiebat, Domino feodali anni reditum ſoluebat iuxta Conſuetudines Andegauenſ. et Cenom. *Annalia* vt et *Annates* Concil. Baſil. cuius decretum Sanctioni Pragmaticae inſertum eſt, abrogauerat; verum pactione inita inter Leonem X. et Franciſcum I. *Annatae et annalia* ſ. *deportus*, reſtituta ſunt, et confirmata in ſolemnibus omnium ordinum comitiis, Bleſis habitis. Haec *annalium* iura ipſi Francorum antea percipiebant reges, ſaltem ex beneficiis quae erant regii Dominii, vt patet ex Edicto Philippi IV. pro Epiſc. Normani. a. 1299. tom. 1. Ordinat. Reg. p. 335. *Annalia*, quae etiam *Annatae* vocantur, ex Canonicorum decedentium praebendis exigere ſolebant Capitula; at illa ad pios adhibebantur vſus. Qua de re adſunt Litterae Coeleſtini PP. datae Turonis a. 1196. V. Kal. Decembr. p. 38. part. 2. Concilior. Norm. D. Beſſini Statuta Eccleſiae S. Audomari a. 1432. condita et in Archiuis eiusd. aſſeruata. (5) Quod pro defuncto ſingulis annis, aut ſaltem per vnum annum datur vel Conuentui, vel pauperibus. Ch. Geraldi Abb. S. Iohannis Angeriacenſ. a. 1385. ex Chartulario eiusdem Monaſterii p. 466. (6) ANNALE FEVDVM, i. e. perpetuum, ſ. *feudum gardiae;* quod v. ſuo loco.

ANNALES. (1) Acta publica, quae per annos digerunrur in leg. 65. Cod. Theod. de Appell. (2) Cenſus annui ſpecies. Ch. a. 1236. in Regeſto Toloſ. Camerae Comput. Pariſ. fol. 51. *Et quaeſtas, et toltas, et albergas, et mandatos, et annales, cenſus et vſus, oblias cum pertinentiis dominationibus, quartos et quintos, et agrarios. et decimas* etc. (3) ANNALES BACVLI SEV CALENDARII, ap. Olaum M. l. 16. Hiſt. Sept. c. 20. in quibus faſtos ſuos ſcribebant Dani, de quibus copioſe Olaus Wormius lib. 1. de Faſtis Danicis c. 2. et 3.

ANNALIA. (1) Idem quod *Annales*, ſ. acta publica per annos digeſta. Mirac. S. Ioan. Gualberti tom. 3. Iulii p. 388. (2) ANNALIVM IVRA. An munera annuatim donari ſolita, vt ſunt v. 9. Strenae? Hiſt. Dalph. tom. 2. p. 310. *Dominus noſter Dalphinus mandauit et ordinauit, quod officiales hoſpitii ſui nulla iura recipiant pro officiis eorum, niſi tantum ſalaria, quae ipſe dominus duxit ordinanda, et quod recipere poſſint iura annalium et rerum, quae eſſent domino forfiten praeſentata ſeu donata.*

† ANNALIS, miſſae, quae celebrantur per anni ſpatium pro defunctis. Ch. a. 1200. ex Chartul. B. M. de Ioſaphat. V. *Annale* 1.

ANNALOGISTA, pro *Analogiſta*, tutor, qui adminiſtrationis rationem redde-

reddere non tenetur. Graeca vox. Teſtam. Ioan. Dalphini Vienn. a. 1318. tom. 2. Hiſt. Dalphin. p. 172. col. 2. l. Laurent. in Amalthea: *Analogiſtae, tutores, qui non tenentur reddere rationem tutelae.*

ANNARE, *natare*, Papias in MS. Bituric.

ANNARII CANONES, dicebantur ii, quibus ab Epiſcopo permittebatur alicui vt ad dignitatem promoueretur, licet aetatem ad hanc obtinendam requiſitam non haberet.

ANNAS, *Contrarcha*. Papias MS. Bituric. An *Contrarcha* idem ſit Papiae quod Latinis *Anas?* Certe *Annas* pro *Anas*, auis aquatica, Germ. eine Ente, legitur in Ch. apud Somner. tract. de Gavelkind p. 183.

ANNATA, anas, V. *Aneta.*

ANNATA. (1) Reditus vnius anni ab eo qui recens in demortui Epiſcopi, aut Abbatis, locum ſuccedit, ſummo Pontifici exſolui ſolitus, de cuius origine ac vſu, conſulendi Renatus Chopinus l. 2. Monaſt. tit. 1. §. 14. lib. 1. de Eccl. Polit. tit. vlt. art. 18. 19. lib. 3. tit. 3. art. 4. 5. 6. 7. Petr. Matthaeus in Conſtit. PP. 131. 142. 157. 206. 258. et alii. ANNATA, dicuntur etiam reditus vnius anni vel ſemeſtris, praebendae Canonici defuncti, fabricae Eccleſiae aſſignari ſolitae in quibusdam Eccleſiis, in quibusdam, aliis vſibus. Collect. Concil. Hiſp. tom. 4. p. 193. ANNATA. Subſidium a Clemento VI. Papa recens creato bonis eccleſiaſticis impoſitum et tribus annis exactum; hinc dictum *Annata*, quod erat reditus vnius anni. Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 609. col. 2. Eodem nomine Galli appellabant minuta quaedam ſeruitia, quae, praeter *Annatam* ſeu reditum vnius anni, ab eodem ſuccedente ſoluebantur. Bulla Sixti IV. a. 1472. in Conſtituat. magni Bullar. Rom. p. 282. *Quod grauatus in eadem taxa praelatus promouendus, ſoluat minuta ſeruitia, quae plures ex Gallis Annatam vocant*, etc. † ANNATA, ſubſidium pecuniarium, quod ſingulis annis a confoederato praeſtatur, apud Burcard. Arg. de Alex. VI. p. 16. (2) Annus, Gall. *Année.* Ch. Officialis Rotomag. a. 1471. ex Archiuo Monaſt. de Bono-Nuncio eiusd. vrbis: *De reddendo et ſoluendo ipſis Religioſis ſommam ſeptem librarum et ſolid. decem pro tribus annatis dictae penſionis.* Baluz. Hiſt. Auern. to. 2. p. 453. ex Regiſtro Parlamenti an. 1452. Ibid. p. 783. Hiſt. Harcur tom. 4. p. 1127. (3) † Alicuius officii annua functio; dicitur etiam de tempore, quo quis in tirocinio eſt. Stat. ſabater. Carcaſſ. a. 1402. in Reg. 157. ch. 320. *Quod ſupraſcripti dictae artis -. - teneantur quilibet in fine ſuae annatae, ſiue in fine ſui temporis ſupraſcripturae tradere*, etc. Areſt. Parlam. Pariſ a. 1421 *Nulli apprenticii ſeu apprenticiae in dicto miniſterio, et qui in eodem ſuas annatas perfecerant*, etc. *) Germani dicunt, die Jahre bey einem Meiſter ſtehen. (4) Vas vinarium ſtarutae capacitatis, f. pro *Amata*. Ch. a. 1381. in Bibl. Reg. V. *Ama* 3. et *Anna* 3.

ANNATHES, *proximi*, Papiae. An haec vox a Britannico *An-nez*, proximus, et pro quo ſcribi poteſt *An-neth?*

ANNATIA, V. *Annacia.*

ANNATVS. (1) Primogenitus, *ante natus*, ex Gallico *Ainſné*, vel *Aiſné* in vet. Arreſto a. 1254. ap. Pithoeum in Conſuet. Trecenſ. art. 14. V. Iac. Bourgoing de Orig. et vſu vulgar. vocum p. 70. Acta SS. to. 3. Aprilis p. 288. A. ANNATAE OVES i. vnius anni, quae annum vnum aetatis habent, Germ. jährig. Fleta l. 2. c. 79. §. 4. V. *Superannatus.* (2) ANNATVS, *δακτυλοφόρος, συμπεδιασής, annulatus, compeditus*, ap. Ianum in Suppl. Antiquarii.

† ANNATVTA. Libert. Villae nouae de Coynau, a. 1312. t. 8. Ordinat. reg. Franc. p. 110. art. 21. *Nec de ſuis annatutis, nec eorum perſonae capi vel arreſtari* etc. Leg. *armaturis.*

ANNELAGE. Ch. Hug. Abb. S. Dionyſ. a. 1189. ex Schedis Auguſti Gallandi: *Debet, quarta Adoocato 9, denariat, quem recepit de ſyſtenagge,*

gage, et recipit famulus eius in die Iouis absoluti. Quarta debet Aduocato vnum denarium de Annelage, et recipit famulus eius in craſtino S. Mariae. Annelage, a voce *Agnus* ductum, forte eſt tributum pro agnis ſolui ſolitum, vt *nullonagium*, pro *multonibus*, *freſcengage*, ſ. *freſcengagium*, pro *friſtingis*.

ANNELATVS, annellis ornatus. *Cappa argentea annelata*, ap. Rymer. to. 4. p. 657. et to. 8. p. 45. Lubens legerem *Amelatus*, vt ſupra, encauſto ornatus. Gall. *Emaillé*, Angl. *Enamelled.*

ANNERE, *fulgere*. Gloſſ. MSS. Eccl. Bitur. *Annet, Fulget*, in Gloſſ. Iſid. Pithoeus legit: *Anniſet*, pro quo Graeuius legendum cenſet, *Ardet, Fulget*. Mallem *Annidet, Fulget*, ab *Annidere*, quod a *Nidere* facile potuit efformari; ſed forte nullum mendum eſt in Gloſſis.

ANNETVM. (1) Reditus ſ. Prouentus vnius anni. Ludew. t. 7. Reliq. MSS. p. 364. † Lege *Anneta* vt in Mſ. et apud Ludew. (2) pro *Alnetum*. Monaſticon Anglic. tom. 1. p. 3. col. 1. *Inſula - - cum ſpecioſo ſimul et ſpatioſo anneto.*

† ANNEXA, Ius in tabulas publicas referendi, quo in Bullas aliaque Romanae curiae reſcripta gaudet Parlamentum Prouinciale, Gall. *Droit d'Annexe*. V. Tract. quem hac de re edidit D. de Moiſſac. Sed et pro litteris, quibus executio iudiciaria permittitur, non raro occurrit. Stat. a. 1374. t. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 22.

ANNEXA ECCLESIA, ea dicitur, quae alteri adiungitur in ſubſidium, Gall. *Annexe*. Conſtitut. Pontii Conſeranenſ. Epiſc. a. 1364. in MS. Sangermann.

ANNEXARE, adnectere, adiungere, Gall. *Annexer*; quod praeſertim dicitur de Eccleſia alteri in ſubſidium data et annexa. Stephanotius tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. p. 976. Charta a. 1322. in Maceriis Inſulae Barbarae tom. 1. p. 201. *Volebat ex certis cauſis et juſtis eum mouentibus, et in jure expreſſis vnire et annexare. Prioratum* etc. Occurrit item in Hiſt. Mediani Monaſter. p. 408. in noua Gall. Chriſt. t. 4. Inſtrum. col. 108. ap. Lobinell. in Gloſſ. ad calcem t. 3. Hiſt. Pariſ. etc.

ANNEXATIO, eadem notione non ſemel.

† ANNICHILARE, ad nihilum redigere Lit. Edwardi III. reg. Angl. a. 1339. apud Gualt. Hemingford. p. 304. ANNIHILARE, eadem notione, in Chron. Namnet. t. 8. Collect. Hiſt. Franc. p. 276.

† ANNICILARE, *palpebris annuere*. Cath.

ANNICIVM, V. *Annacium*.

ANNICVLATVS, aetas vnius anni, Alexand. Iatroſophiſta MS. lib. 2. Paſſion. c. 83. Lex Salica tit. 2. §. 14. et 15. *Si quis vero porcum poſt anniculatum furauerit*. Ex quibus patet *Annuculatus*, non idem eſſe ac *anniculus*, vti vult Wendelinus.

ANNICVLVS, agnus aut ouis, vnius anni, Germ. Jährling. Exod. 12. *Erit agnus ſine macula, maſculus, anniculus*. Leuit. 14. *Ouis annicula*. Liber qui *aurora* inſcribitur:

Maſculus anniculus qui foret abſque nota.

Gl. Lat. Gr. *Anniculus, ἐνιαύσιος*. Tabul. S. Remigii Rem. Vox Plinio aliisque nota.

† ANNILIS, annalis, annuus. Acta SS. t. 2. April. p. 49.

ANNIMISSARIVS, Presbyter qui per annum integrum quotidie Miſſam celebrat pro defunctis. Marten. Tract. de Antiq. Eccl. Diſciplina p. 615.

ANNIS, pro *annis* non ſemel legitur in Chartulario S. Vandregiſili.

† ANNITAS, *vetuſta ſenectus*, ap. Laur. in Amalth.

ANNIVERSALIS, vt *Anniuerſarium* (2) apud Ioann. VIII. Epiſt. 91.

ANNIVERSARIA, fem. gen. Idem quod mox *anniuerſarium*, in Actis SS. Benedict. ſaec. 4. part. 1. p. 240.

ANNIVERSARIVM, ANNIVERSITAS. (1) Dies annuus, quo officium defunctorum, pro aliquo defuncto peragitur, ipſo obitus die. Lib. Differentiarum: *Annus, totius anni ſpa-*

tio

tio est, vt annua merces. Anniuersarium est, quum repetentibus annis idem dies colitur, vt est coena anniuersaria. Anniculum, cum annum habet, vt anniculus puer. Annotinus, prioris anni, vt annotinum vinum. Annale, est res quae totius anni ordinem continet, vt Annalis liber. Alcuin. lib de Diuin. Offic. Constit. Apost. lib. 8. c. 42. Interdum pro *Annali* seu officio missarum, quod omni die pro defunctis peragitur, vt notat Lindwod. ad Prouinciale Cantuar. Eccl. p. 329. 2 Edit. quomodo forsan intelligi debeat in Capit. Caroli M. addit. c. 73. *Vt pro Abbate defuncto anniuersarium fiat officium.* (2) † Nonnunquam quodlibet officium denotat quod pro defunctis quocunque tempore peragitur. Stat. Mss. eccl. Brioc. c. 27. Porro, librum, in quo officium defunctorum continetur. Caerimon. Mss. S. M. Crassensis. Nec non mensam anniuersariorum. Martyrol. vet. eccl. S. Saluat. Aquens. Et denique diem obitus anniuersarium, quo festum alicuius sancti celebratur. Ch. a. 1338. Mss. (3) Thwroczius in Ludouico Rege Hungar. c. 4. *Et peruenit domum suam in Wisegrad, in Anniuersario sui recessus*, i. e. anno post recessum elapso. (4) Annua praestatio, quotannis soluenda. Charta a. 1308. pro Monast. Bitur. (5) Distributio ex anniuersarii fundatione Clericis facienda. Collect. Concil. Hisp. tom. 4. p. 193. (6) ANNIVERSARIVM Episcopi, Abbatis, Praelati interdum sumitur, pro die creationis et consecrationis singulis annis redeunte. V. Constant. tom. 1. Epistolarum Roman. Pontif. p. 730. 1255, vbi refertur, quo pacto hunc diem celebrarent Romani Pontifices, et Hieronym. Macri in voce *Abbes.*

ANNIVERSITAS, eadem notione. Anastas. Bibl. in Leone II. *Hic fecit constitutum - - sed et ne Mauri quondam Episcopi anniuersitas aut agenda celebretur.*

ANNOALIS. (1) *Pro nouendialis*, Gall. *Neuvaine*, sumi videtur in Testam. Beatricis etc. ap. Marten. t. 1. Anecdot. col. 1522. *Item quatuor Capellani - - et ibidem motari et manere quousque facta fuerit annoalis nostra, die nona post obitum nostrum, pront in talibus exequiis est fieri consuetum.* V. *Annuale.* (2) † Pro *Annuale*, seu officio ecclesiastico, quod pro defuncto quotannis peragitur. Ch. a. 1002. Mss.

ANNODARE EXCOMMVNICATIONIS VINCVLO, excommunicationis sententiam in aliquem ferre, ap. Murat. col. 672.

† ANNOGIVS, ANNOJIS, a Prouinciali idiomate *Anouge*, agnus vnius anni. Inquisit. a. 1268.

ANNOLOGIA, quod aetate alicuius contingit, ipsius actus s. historia. Vox Latino-Graeca. Murat. tom. 2. p. 68. col. 1.

ANNONA. (1) Triticum, frumentum, bladum. Kero Monach. S. Galli in Vocab. *Annonam, Lybleita.* L. Salica tit. 25. §. 1. *Si quis ingenuus in alieno molino annonam furauerit.* Tabul. Dalonens. Abb. f. 95. Statuta antiq. Corbeiens. Abbatiae L. 1. c. 6. Gregor. Turon. l. 3. de Mirac. S. Mart. c. 3. de Gloria Confess. c. 107. Capit. Caroli M. l. 1 c. 118. 131. L. 4. tit. 73. Instrumentum VIII. Forojulien. p. 84. col. 2. D. to. 1. nouae Gall. Christ. *Vt omni anno praedicti Monachi persoluerent - - - duos modios annonae et vnum de figalis - - vnum modium annonae et alterum ordei.* Quo in loco *annona* sumitur pro tritico; in sequenti vero pro tritico simul et secali. Cod. MS. Irmion. Abb. San-Germ. fol. 85. *Habet ibi farinarias II. vnde exeunt in censu de annona mod. CXX. de frumento XL. de mistura LXXX.* ANNONA, frumentum hordeo admixtum. Sententia Odonis Abb. S. Columbae in Tabul. Sangerman. *Vnum modium annonae, videlicet dimidium modium hibernagii et dimidium modium tremesii.* ANNONA GROSSA, *fecale*, vel *annona mixta.* Anecd. Marten. to. 1. col. 187. *Ita vt dimidium* (modium) *sit ex frumento, et alind dimidium ex grossa annona.* ANNONA MISSALIS, quae quotannis messis tempore Rectoribus Ecclesiarum soluitur, Germ.

Mess

Meſtorn, Decima. Ludew. to. 1. Rel. MSS. p. 287. ANNONA MIXTA, Gall. *Blé meſteil*, frumentum *ſigalae* admiſtum. Tabul. S. Remig. Rem. *Hinc exeunt frumenti modii 16. mixtae annonae modii 60.* ANNONA TVLTITIA, († Annona cenſualis, quae in cenſum praeſtatur. V. *Vinum Tolticium.*) Tabul. Prioratus de Domina in Delphinatu, Ch. 211. *In feſtiuitate S. Ioannis, vnum multonem optimum, per meſſiones taſcham, qualis contigerit, 12. ſextarios de annona tultitia, 6. de Tauerna etc.* Alibi: *Et 18. ſextarios annonae inter tolsitiam et tauernam.* Rurſum: *Inter toltiam et tauernam.* ANNONA VIVA, quae necdum molita eſt. Codex MS. Irmion. Abb. Sangerm. fol. 45. col. 1. ANNONA VIRIDIS, Seges. ap. Marten. de antiq. Eccleſ. Diſcipl. p. 396. Sicque legendum eſt pro *Annona Viridis* ibid. p. 341. (2) ANNONA, panis. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 25. *Si quis mancipium alienum ſciens fugax eſſe, neſciente domino ſuſceperit, aut annonam dederit, aut oſtenderit viam etc.* Ita in Regula Magiſtri c. 26. et in leg. 1. de Frumento vrbis C. P. Hinc *annonae binae, ternae*, ap. Scriptores Hiſt. Auguſt. i. panes duo, tres. (3) Quidquid ad victum eſt neceſſarium. Hinc ANNONAE CIVICAE, quae ciuibus Conſtantinopoli domos aedificantibus; *Militares*, quae militibus; *Palatinae*, quae officialibus Palatii ſ. domus auguſtae; *Templorum*, quae Eccleſiae miniſtris, non in frumento ſolum, ſed et in vino, carne, oleo, ceterisque rebus ad victum neceſſariis conſiſtebant, vti eſt in Cod. Theod. praeſertim Titulo: *De erogatione annonae militaris.* V. etiam Acta SS. XLV. Martyrum tom. 3. Iulii. p. 45. ANNONA MONACHI, cibaria, obſonium Monacho miniſtratum, in Annal. Bened. to. 3. p. 178. ANNONA PORCORVM eſca glans. Sugerius de adminiſtratione ſua c. 11. (4) ANNONA, cenſus annuus frumento, ſecali alioue grano ſoluendus. Hiſt. Mediani Monaſt. p. 332. in Charta an. 1274.

ANNONAGIVM, tributum ex Annona. Ch. Willel. Comit. Cabillon. a. 1180. in Bibl. Cluniac. p. 1441. Habetur etiam ap. Perard, p. 244. V. *Annongticum, Meſtina, Frumentagium, Meſſio.*

ANNONARI, annona cibari, ali, annonam percipere. Paul. Diacon. Neap. in Vita S. Mariae Aegypt. c. 6. Ambroſius ſ. alius auctor in Actis S. Sebaſt. c. 12. n. 43. Baldricus Camer. l. 3. c. 52.

ANNONARIA, locus ubi venditur annona. Statuta Maſſil. MSS. a. 1253. Lib flauus Epiſcopatus Maſſil. p. 25. *Vſque in viam publicam, per quam itur ad Annonariam ſuperiorem.*

ANNONARIVS, dicitur *erogator et diſpenſator annonae*, in LL. Wiſigot. Lib. 9 tit. 2. §. 6. apud quos per ſingulas ciuitates arque caſtella erant eiusmodi officiales ſ. magiſtratus, qui militibus *annonam* ſine fraude exhiberent. Interdum et Comes ciuitatis huius rei curam geſſit, vt ex lib. 9. tit. 2. §. 7. colligitur. Gl. Graec. ἀννῶνα, *ſalarium.* Hac notione dicuntur *Annonarii*, in leg. 3. Cod. Theod. de Numerat.

ANNONARIVM, *granarium, vel locus, vbi reponuntur annonae.* Breuiloq.

ANNONARIVS, adiectiv. ANNONARIA AREA, in qua frumentum excutitur, in L. Burgund. tit. 23. §. 2. ANNONARIAE REGIONES, quae olim fuerint, pluribus diſputant Salmaſius, Gothofredus, Sirmondus, et alii de Suburbicariis commentatores. ANNONARIA PRAEPOSITVRA, in Monaſteriis. Huic praefectus erat monachus, cui vel annonae colligendae, et in monachorum victum erogendae cura demandata erat, vel certe panis diſtribuendi, ap. Innoc. III. PP. l. 13. Ep. 55. ANNONARIVS *eſt aliquis habens multas annonas.* Breuiloq.

ANNONATICVM, idem quod *Annonagium*, ſeu tributum ex venditione frumenti vel annonae perceptum. Ch. a. 1138. ap. Lobinell. t. 2. Hiſt. Brit. p. 236.

† ANNO-

† ANNOPSII, *nigri colores*, in vet. Gloss. Cod. reg. 7641.

ANNOSIOR, diuturnior. Collect. Concil. Hisp. to. 2. p. 266.

ANNOSITAS, multorum annorum series. Ioan. de Ianua: *Annositas, antiquitas.* Notitia ex Tabul. S. Victor. Massil. Petr. Cellens. l. 9. Epist. 5. *Annositate se tueri*, in leg. 113. C. Theod. de Decur. *Annositatis cursus*, in leg. vlt. de Praediis nauicul. *Priscorum annositas*, ap. Suenon. in Praef. ad Hist. Danicam.

† ANNOTA, praestatio annua. Ch. a. 1336. inter Probat. Domus de Chaban. p. 66.

ANNOTAMENTVM, idem quod nota vel annotatio. Acta SS. to. 4. Iunii p. 1065. Hac quoque voce vsus est Gellius.

† ANNOTARE, vox ICtis Gallicis nota, *Annoter*, designare addicta, mancipata domino superiori bona: quo etiam sensu accipienda est *annotatio bonorum*, voc. seq. Ch. a. 1348. t. 3. Ordinat. reg. Franc. p. 273.

ANNOTATIO. Chr. Reicherbergense a. 423. *Septima annotatio Carthaginensis Synodi habita est sub Honorio Augusto*, etc. Idem. a. 426. *Sub Theodosio minore fuit octaua annotatio Africanae Synodi*, etc. († Idem videtur ac *Sessio*. V. *Actio* 3.) ANNOTATIO REGVLAE, descriptio nominis defuncti, dies obitus, accepti etiam beneficii, in fine Regulae, scilicet in Necrologio ei adiuncto. Sic in pluribus MSS. Corbejens. habetur: *Promisimus anniuersarium et annotationem.* Necrol. S. Quintini de Monte: *Persoluemus ei in conuentu tricenarium et Verba Mea praeter annotationem.* Bernh. Monachi Ordo Cluniac. part. 1. c. 74. ANNOTATIONES BONORVM, forte recensio bonorum alicui oneri vel mulctae obnoxiorum, to. 1. Ampliss. Collect. Marten. col. 1527. V. *Annotare.* † ANNOTATIO NOMINIS, modus subscribendi chartas cum subscribentis nomen compendio annotabatur, ex t. 5. noui Tract. de re diplom. p. 17.

ANNOTATORES, qui illatarum specierum breues s. rationes conficiebant, tabularii, in Leg. 3. Cod. Theod. de Susceptoribus.

ANNOTICVS, pro *anniculus*. Capitul. Sax. a. 797. c. 11. *Illud notandum est, quales debent soliđi esse Saxonum, i. e. bouem annoticum, vtriusque sexus autumnali tempore, sicut in stabulum mittitur, pro vno solido.*

ANNOTINVS, annuus, anniuersarius, Germ. jährlich. Annal. Bened to. 3. p. 148. Hac voce vsus est Columella, sed notione nonnihil diuersa: *Vngues*, inquit, *custodum annotinos resecato.* V. *Anniuersarium 1.* ANNOTINVM PASCHA, V. *Pascha Annotinum*

ANNOVALE, V. *Annuale* 1.

† ANNOXIARI, anxio animo esse. Ludewig. t. 9. Reliq. Mss. in Comment. Benzonis l. 7. c. 2. V. *Anxiari.*

ANNVA. (1) Idem quod *Annuale.* Codex obituum Ecclesiae Anicien sis. *Annua de Iohannis de Borbonio III. Februar. Annua D. Gaufredi de Pompadorio 8. Maii.* (2) † *Expletio anni*, in vet. Gloss. Cod. reg. 7646. (3) † Vas vinarium statutae capacitatis, f. pro *uma*, Ch Ludov. Brandeb. a. 1335. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonstr. p. 661. V. *Annata* 4.

† ANNVALARIVS, Gall. *Annualier*, inter schedas Mabillonii; officium monasticum, etiam nunc apud Menatenses monachos, cuius munia ignorantur. Monachus forte, cui *annualium* peragendorum cura demandata erat, vel certe erogandorum in *annualibus* distribuendi facultas. V. *Exequiarius.*

ANNVALE, *Annale.* (1) Anniuersarium, officium scilicet Ecclesiasticum, quod pro defuncto aliquo, die eius obitus recurrente, in Ecclesia quotannis celebratur. Brevil. *Annuale*, *anniuersarium.* Galli *Annuel* dicunt. *Annuale* ap. Ioan. Villaneum l. 1. c. 22. Ch. an. 1078. ap. Fr. Mariam in Mathildi Comitissa l. 3. Crebro occurrit. ANNVALIS. Ch. Notkeri Episc. Veron. an. 921.

Ita vt in tribus diebus ante ejus annualem - - omnes generaliter Sacerdotes - - Miſſam cantent. ANNVALE, miſſae pro defuncto quotidie per annum a Sacerdote celebrandae. Item quicquid illi earumdem occaſione offertur. Regula S. Steph. Grandimont. c. 5. (2) Quodlibet ſolemne feſtum quotannis recurrens. Hac voce vtuntur in ordinibus celebrandi diuini officii, Pariſienſi ſcilicet et S. Capellae; item in Breuiar. nouo Lexov. Ibi non ſemel, *annuale maius*, *annuale minus*, *Semiannuale*. (3) Idem quod *Annata*, reditus annuus praebendae Canonici defuncti. Necrol. S. Vict. Pariſienſ. Kl. Auguſti de Ludouico VII. Rege Franc. Ch. Roberti Abb. S. Vict. Pariſ. in M. Paſtorali Eccleſ. Pariſ. lib. 20. c. 85. Ch. Ioan. D. Caſtriuillani an. 1360. *Volo quod Prior de Marmiſſa - - habeat annualia Canonicorum decedentium etc.*

ANNVALITER, ſingulis annis. Vita S. Gregorii Papae lib. 2. tom. 2. Martii pag. 152.

† ANNVARIVM, dies annuus, quo officium defunctorum pro defuncto peragitur, i. q. *Anniverſarium*. Ch. a. 1483. ex Cod. reg. 4223. V. *Annuale*.

† ANNVATA, annuus reditus, penſio annua. Stat. a. 1370. t. 5. Ordinat. reg. Franc. p. 365. art. 17. V. *Annata* 2. et *Annuitas*.

† ANNVATE, affirmanter, vel quaſi annuens. Acta S. Sebaldi t. 3. Aug. p. 772. *Annuate dixit S. Sebaldus: erige manus coniunctas.*

ANNVATIM, eadem notione in Ch. a. 1114. Mſt.

ANNVBDA, V. *Anubda*.

ANNVCVLA, γραῦς, *anus*, apud Ianum Laurenberg. in Supplemento Antiquarii. Terentius dixit, *Anucula*, eadem notione.

ANNVITAS, annuus reditus, penſio alicui, vel in perpetuum, vel ad tempus praeſtitutum, conceſſa, cuius ſolutione liberum tenementum non oneratur, inquit Ioan. Cowellus. Monaſt. Anglic. tom. 2. pag. 375. 376. - - *Habenda et tenenda in foedo ſimplici de capitalibus dominis, per ſeruitia conſueta - - ſoluendo annuitates praedictas.* Adde to. 3. pag. 22. Ch. Thomae Archiep. Eboracenſis: *Annuitatem, ſiue penſionem annuam, centum ſolidorum ſterlingorum* etc. *Annuity*, Angli dicunt. *Brief de Annuitie*, apud Littleton. ſect. 215. *Breue Annuitatis*, quo creditor debitorem conuenit, cum penſionem annuam conſtitutae pecuniae percipere non poteſt. Vide Raſtallum.

ANNVITIO, conceſſio, licentia, in Chartario S. Vicentii Cenoman. *De Annuitione Eccleſiae* etc.

ANNVLARE, pro nihilo habere, vel rem ita reſcindere, vt nulla deinceps habeatur, quo ſenſu vocem, *Annuler*, paſſim vſurpant Galli. Optat. lib. 2. *Sacerdotium in nobis annulare viſus.* Bernard. Tr. de diligendo Deo col. 600. edit. 1690. Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 619. Eccleſiaſt. c. 25. et alibi non ſemel.

ANNVLARIVS, ANNVLARIVM. Vgutio: *Annularius qui facit annulos. Annularium, locus vbi fiunt annuli.*

ANNVLVS, *arrarum nomine datus*, ſeu ſponſalitius vel pronubus, in Lege Longob. lib. 2. tom. 37. §. 1. Nicol. P. P. Epiſt. ad Bulgaros. De annulo pronubo, paſſim veteres Scriptores. V. Baron. an. 58. num. 51. et ſeq. Gaſſend. in Vita Peireſcii lib. 4. Ioann Bapt. Laurum de Annulo pronubo Deiparae Virginis. ANNVLVS AVREVS, quem tradere, et a feruitute liberare idem erat. Qui enim annulis vtebantur aureis, ii cenſebantur ingenui. Ch. Maximil. I. Roman. Imperat. pro Rep. Lucenſi, apud Ludewig tom. 4. pag 323. ANNVLVS PISCATORIS, Sigillum, quo Romanorum Pontificum Breuia obſignantur. Tribus vti ſolent Sigillis, *Annulo Piſcatoris*, quo Breuia Apoſtolica in cera rubra; *bulla plumbea*, qua priuilegia et Litterae Cancellariae, et *Signa*, quo Bullae conſiſtoriales muniuntur. *Annulus Piſcatoris* dicitur, quod illo S. Petrus, qui piſcator erat,

erat, primus vſus fuiſſe a vulgo exiſtimetur; at re vera quod ejusdem diui piſcatoris imaginem inſculptam habeat. Vox ante 400 annos minime nota. V. Hierolexicon Macri. Greg. Toloſani Syntagma juris lib. 15. cap. 3. Gerard. von Maſtricht, Hiſt. juris Eccleſ. §. 402. Regeſt. Cancellariae Imperii ſub Ferdinando II. ANNVLVS PALATII, apud Leodienſes ſic vocatur Curia, ſeu Iurisdictio Epiſcopalis, adeo vt prouocare ad *Annulum Palatii* idem ſit atque appellare ad Epiſcopum. Chron. Cornelii Zantfliet ad ann. 1406. apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 369. Ibid. ad an. 1422. col. 414. † ANNVLVS PALATII ſaepius idem eſt ac ANNVLVS REGIVS, quo reges vtebantur ad ſubſignanda diplomata. Praecept. Lothar. reg. in Chartul. S. Petri Gand. † ANNVLVS PLVMBEVS, quo Epiſcopi ad ſignandas Chartas interdum vſi ſunt, vt teſtatur Ch. an. 988. ap. Murat t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 1014. † ANNVLVS LIGNORVM, quo ligna menſurantur. Continuat. 2. Nangii p. 121. ANNVLVM TRANSMITTERE, ſeu annulo miſſo aliquem accerſere. Lex Bajwar. tit. 2. §. 14. *Si quis juſſionem Ducis ſui contempſerit, vel ſignum quale viſus fuerit Dux transmittere, aut annulum, aut ſigillum, ſi neglexerit venire etc.* Vide Theophylactum Simocatt. lib. 8. cap. 11. ANNVLVS, qui vulgo *Collare*, ſeu *le Carcan*, quo reorum colla adſtringuntur, *Collistrigium*. In Conſuetud. Iuſtiodunenſi cap. 2. art. 8. *Anoir ceps, fer et anneaux*, dicitur eſſe ejus qui mediam luſtitiam habet.

† ANNVNCIATA, annuntiationis imago. Ch. a. 1389. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 363.

† ANNVNCIATORIVM, *ambo*, pulpitum, quia inde populo quae annuntianda erant, promulgabantur, niſi fuerit imago *annuntiationem* exhibens. Acta capit. eccl. Lugdun. ex Cam. Comput. Pariſ. ad a. 1341.

† ANNVNTIATIO DOMINI, nativitas ſcilicet ejusdem, quae in lectione martyrologii fit ritu ſolemni. Stat. Praemonſtr. Mſſ.

ANNVNTIVM, nuntium, quod annunciatur. Ambroſ ſuper Egeſippum: *Irridebant Prophetarum annuntia, fas omne calcabant.*

ANNVS. *) Variam anni rationem etiam poſt Chriſtum natum apud varias gentes fuiſſe, inter omnes conſtat. Francorum, Gallorum et Italorum annum incipiendi rationem multa et, vt ſolet, docta oratione hic docet Cangius, addita Tabula Chronologica, aliisque perquiſitionibus Chronologicis; quae quantum conducant in perlegendis medii aeuii ſcriptoribus, nemo non videt. Sed quum pro anguſtis Gloſſarii manualis limitibus nimis ſint prolixa, ſequentia tantummodo addere viſum eſt.

ANNI MARTYRVM, ſeu epochae Diocletianeae, ab Aegyptiis Chriſtianis Eccleſiae Alexandrinae hactenus vſurpatae, initium deſumitur a perſecutione Diocleriani, quam in annum 302. vel 303. vulgo conjiciunt Chronologi; qua de re extant virorum doctiſſimorum conjecturae ex Concilio Cirthenſi potiſſimum deſumptae, Baronii, Scaligeri, Petauii, et nouiſſime Ioann. Broei, in ea diſquiſitione, quam de initio perſecutionis Dioclet. et Epocha Concilii Cirthenſis inſcripſit. Ab hac autem aera Martyrum, Alexandrini, Abyſſini, et alii annos ſuos auſpicantur. V. Adonem Viennenſem in Chron initio Conſtantini, et ann. 527. Chron. Orientale p. 85. 109 124. 125. 127. 146. 202. et Henſchenium in Exegeſi praeliminari ad tom. 5. Martii cap. 2. n. 11.

ANNI SELEVCIDARVM, quibus Iudaei plurimum vſi ſunt, poſtquam ſub dominatu Graecorum eſſe coeperunt, a Seleuci Regis exordio initium ſumunt, quod ab illo anno procedere, qui ante Chriſtianam aetam putatur 312. et eſt periodi Iulianae 4402. quo 117. Olympias iniit. Duplex eſt horum annorum initium: nam alias a verno tempore, et a Niſan Iudaico; alias

ab autumno et Tisri, progrediuntur. Rursus interdum lunares anni, interdum Iuliani vsurpantur et fixi. Iudaei in *annis contractuum* (ita annos Seleucidarum vocant) lunares adhibent. Syromacedones, siue Antiocheni post Iulianam anni formam editam solares adsciuerunt, atque ab Hyperbereteo, siue Octobri Iuliano duxerunt exordium. Haec fere Petauius, quem consule.

ANNI GRATIAE, quibus multi saeculo XII. vsi sunt, dicti, quod a Natali Christi initium sumant, vt auctor est Ios. Scaliger in Canonibus isagog. pag. 275. vbi obseruat, Aethiopes aeram Martyrum dupliciter putare, aut ab annis expansis Diocletiani, aut a periodis Dionysianis: ab annis enim Diocletiani abiectis omnibus 532. reliquos esse annos gratiae. V. eundem de Emendat. tempor. pag. 693.

ANNOS AB CHRISTI INCARNATIONE, numerandi primus auctor fuit Dionysius cognomine Exiguus, qui Iustiniano imperante, et cum Cassiodoro familiarissime saeculo Christi sexto vixit. Sed cum is cyclum suum ad Christi Incarnationem accommodasset, et primum ejus annum nominasset eum, in quo Christus conceptus et natus erat, qui Dionysium secuti sunt, cum viderent, hominum vitam non ab eorum conceptione, sed ab ortu vulgo putari, animaduerterentque praeterea, Natiuitatem Christi, non longe abesse a fine anni Iuliani, et Circumcisionem ipsis Kal. Ianuarii celebrari, communi fere consensu constituere, vt primus Christi annus ab ejus Natiuitate duceret exordium. Vnde factum est deinde, vt aera communis inualuerit vno inferior aera Dionysii, seruato tamen toto cyclo Dionysiano in caeteris, id est, Luna, Litera Dominicali, et Indictione, solo excepto capite, quod pridem obseruatum a Petauio l. 12. de Doctrina tempor. cap. 2. 3. et in Appendice pag. 890. et lib. 4. part. Ration. 2. cap. 1. et Iacobo Grandamico de die Natalis Christi p. 84. Scribit denique Aegidius Bucherius in Chronologia Regum Francorum sect. 1. supputationem annorum a Christo nato in antiquis historiis ante 750. circiter vix vsurpatam; deinceps vero sub Pipino Rege ejusque filio Carolo M. paulatim inualuisse: quod ex Annalibus, quos edidit Duchesnius, plane colligere licet.

ANNI SECVNDVM EVANGELIVM. Gerualius Dorobernensis: *Est et alia inter Computistas et Chronicorum scriptores error, et dissonantia. Nam inter supputationem Dionysii, et illam, quae secundum Euangelium esse dicitur, anni reperiuntur 22. - - Si quis autem annos Domini, qui secundum Euangelium dicuntur esse conscripti, nosse desiderat, supputationi Dionysii, quem imitantur, 22. annos apponat: haec est enim de annis Domini inter Euangelium, et praefatum Dionysium dissonantia, sicut in suis Chronicis testatur Marianus Scotus, spatium scilicet annorum viginti duorum.* Vtraque supputatione vtitur Florentius Wigorniensis.

Quidam e veteribus Scriptoribus annos a Passione Domini interdum nominasse videntur. Gregor. nempe Turon. in Hist. Franc. sub finem librorum l. 3. et 10. Fredegar. in hist. epitom. c. 73. Victor Tunensis in fine Chronici, aliique.

ANNVS TRABEATIONIS, V. *Trabeatio.*

ANNVS EMBOLISMALIS, *id est superexcrescens, qui 360. dies excedit, habens tredecim lunationes.* Ita Gerualius Tiberiensis in suis Otiis Imperialibus apud Leibnit. Scriptor. Brunsuic. to. 1. p. 888.

ANNVS EMERGENS. Vide *Annus vsualis.*

† ANNVS FATALIS, intra cuius cursum causae appellationum apud iudices instruendae et terminandae sunt. Constit. Pet. III. reg. Aragon. a. 1369. V. *Fatalia.*

ANNVS GRATIAE, dicitur in quibusdam Ecclesiis, ac praesertim in Tretirensi et Colonensi, annus ab obitu alicujus Canonici, cujus fructus vel ab aliis Canonicis retinebantur

nebantur, vel ad vtilitatem Eccleſiae impendebantur in damnum ſucceſſoris, Germ. das Gnadenjahr; quod confirmat Conc. Treuir. an. 1310. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 247. Hiſt. Comitum Loſſenſ. part. 2. pag. 33. in Ch. Ioannis Comitis Loſſenſis pro Capitulo Loſſenſi an. 1274. † Stat. Einbeccenſia ap. Ludewig. Reliq. Mſt. p. 117. Stat. eccl. Tullenſ. Mſ. a. 1497.

ANNVS LEGITIMVS, V. *Annus vſualis.*

ANNVS LVNAE, menſis. Dungalus epiſt. ad Carolum M. in Spicil. Acher. to. 10. pag. 154. *Ergo ſicut Annus Lunae menſis eſt, et annus ſolis duodecim menſes - - ita mundanum annum quindecim millia annorum quales nunc computamus, efficiunt. Mundanus autem dicitur, quia mundus proprie coelum vocatur.* Annus Lunariis ciuilis, ſi communis ſit, continet modo dies 354. modo, quod raro euenit 353. V. Clauii explicationem Calendarii Rom. pag. 102.

ANNVS MAGNVS, *qui planetis omnibus ad ſua loca creationis reuerſis completur: quod fit demum poſt quingentos et tringenta annos.* Geru. Tilber. in Otiis Imperial. apud Leibnit. Scriptor. Brunſuic. t. 1. p. 888.

ANNI MINORES, infantia, aetas tenella. Rymer to. 5. p. 496.

ANNVS MVNDANVS, annorum quindecim millium reuolutio, juxta eumdem Dungalum, qui addit ibid. pag. ſeq. *Mundani ergo anni finis eſt, cum ſtellae omnes, omniaque ſidera quae aplanes habet a certo loco ad eundem locum ita remeauerint, vt ne vna quidem coeli ſtella in alio loco ſit, quam in quo fuit - - hoc autem, vt Phiſici volunt, poſt annorum quindecim millia peracta contingit.* Geruaſ. Tilberienſ. in ſuis Otiis Imperat. apud Leibnit. Scriptor. Brunſuic. t. 1. p. 889. ait, poſt Ioſephum id contingere, non poſt quindecim, ſed poſt quinque annorum millia: qua de re judices ſint Aſtronomi.

† ANNVS NATALICIVS, i. e. qui a natiuitate computatur. Ch. a. 1162. ex Bibl. reg.

† ANNVS NVBILIS, quo quis nubere poteſt, vel a tutela liber eſt. Ch. a. 1263. ex Tabul. Carnot.

† ANNVS PAR ET IMPAR, qui numero pari vel impari conſtat; quod latine diceretur *alternis annis.* Cod. a circ. 1290. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 73.

† ANNVS PRAGENSIVM, ſeu PRAGVERIAE, annus ſcilicet 1440. quo Ludouicus Dalphinus ex Ducum Alenconii et Borbonii impulſu, a patre rege defecit. Ch. a. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 63. Forte quia tunc temporis rebellauerant Pragenſes ſeu Bohemi. V. Longueruana part. 1. fol. 102.

ANNI SVBDITI. Concil. apud Theodonisuillam an. 821. c. 1. *Si quis Subdiaconum calumniatus fuerit, vulnerauerit, vel debilitauerit, et conualuerit, 5. quadrageſimas ſine ſubditis annis poeniteat* etc. Ita can. 2. et 3. Canone vero 4. *Siquis Epiſcopo inſidias poſuerit, comprehenderit, vel deloneſtauerit, 10. quadrageſimas cum ſubditis annis poeniteat*, etc. Vbi *anni ſubditi*, ſunt ſubſequentes.

† ANNVS VIDVITATIS, quo viduae ad ſecundas conuolare nuptias non licet, Germ. Wittwenjahr. Scacar. ap. Cadom. a. 1234.

ANNVS VSVALIS. Geruaſ. Tilber. in Otiis Imperial. apud Leibnit. Scriptor. Brunſuic. t. 1. p. 889. *Iudaei tres annos diſtinguunt, vſualem, qui a Ianuario incipit, et hunc nobis communem habent in contractibus et negotiis agendis. Habent et annum legitimum, quo vtuntur in legitimis, quae agunt et diſtinguunt per lunationes, cujus eſt Aprilis lunatio prima. Habent et annum emergentem, quem in memoriam liberationis ſuae computant ab exitu Aegypti.*

ANNVS ET DIES, pro anno completo, *An et jour*, Germ. Jahr und Tag. Lex Friderici I. Imperat. apud Vſperg. an. 1187. *Finis Imperii per annum et diem abſtinet.* ANNVS ET DIES, Practicis Gallicis, *An et jour*, Praeſcriptionis ſpecies in variis caſibus vſurpata; verbi gratia, in Lege Longob. lib. 2. tit. 43. §. 3. *Res in bannum miſſa, ſi per anni et*

vnius diei ſpatium illam eſſe in bonno permiſerit poſſeſſor, ad fiſcum deuolnitur. Similia habentur in Speculo Saxon. lib. 1. art. 38. §. 2. Vbi Gloſſa Germanica *annum et diem* eſſe ſex hebdomadas, et annum vnum annotat, forte in fauorem abſentis aut delinquentis. In formula venditionis ſerui, venditor ſtipulatur *eum ſanum vsque anno et diem.* In Libris feudorum, qui intra annum et diem, feudi inueſtituram a domino non petit, feudum amittit. Occurrunt ſimilia multa in Conſuetudinibus municipalibus.

ANNVS ET VASTVM, vel *Annus, Dies et Vaſtum*, pars eſt praerogatiuae regiae, qua proficua terrarum et tenementorum ad eos ſpectantium, qui feloniae, aut proditionis minoris condemnantur, contra dominum feudi, ad annum et diem vendicat, et praeterea vaſtationem tam terrarum quam tenementorum hujusmodi, niſi dominus feudi eadem competenti prerio redemerit. Ita Cowellus, et Raſtallus. Willelm. Thorn. p. 2015. Adde p. 1898. Monaſtic. Anglic. to. 1. p. 977. et Fletam libro 1. c. 28.

ANNYMA, pro *anima*, ap. Th. *Madox* Formular Anglic. p. 424.

† ANOBARBA, *flana herba vel dura.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613. pro *Aenobarba;* vnde nomen Aenobarbi, qui barbam rutilam aerique aſſimilem habet.

ANOCATVM, ab ἄνω, ſurſum et κάτω, deorſum. V. *Inſum.*

† ANOCICLOTITORIVM, V. *Cinociclotorium.*

† ANODIVS. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646. *Anodia medicamina, quae dolores ad praeſens mitigant tantum, non ſanant.* Idem quod

ANODVS, *nutrimentum quod ſeparatur in renibus*, Rocho *le Baillif* in Diction. Spagyrico.

† ANODYNVS, a Gr. ἀνώδυνος, leniens dolorem. Vita S. Raymundi Nonnati t. 6. Aug. p. 740.

ANOLEGIVM, V. *Anologium* 1.

† ANOLOGISTA, liber a reddenda ratione, pro *Analogiſta.* V. in hac voce. Teſtam. Guidon. de Lizigniaco a. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 123.

ANOLOGIVM, et ANOLEGIVM, Iohanni de Ianua, *eſt Pulpitum ſupra quod legitur.* Apud Mabillon. t. 3. Operum poſthum. p. 430. dicitur de ſepulcro, cui addita *tumba* eſt, quae quatuor columnis ſuſtinetur. V. *Analogium.*

ANOLVS, pro *anulus*, apud Doubletum Hiſt. San-Dionyſ. p. 709. et Mabillon. Liturg. Gallic. p. 463.

† ANOMALVS, vox Graecae originis. Gloſſ. Gr. Lat. ἀνώμαλος, *inaequalis, iniquus.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. *Anomalus, ſenza leze.* At vero i. q. *innominatus*, ſine nomine, eſſe videtur, in Ch. a. 1442. ex ſchedis Pr. de Mazaugues: *Omnesque actiones et rationes reales, perſonales, mixtas, viles et directas, reique perſecutorias, naturales, praetorias, ciuiles, poſſeſſorias et anomalas.*

† ANOMIA, *ſine lege, iniquitas, Enequitas, Prov.* in Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. Gloſſ. Gr. Lat. ἀνομία, *ſcelus, ſceleritas, iniquitas.*

ANOMONIANI, haeretici, ſic dicti a Graeco νόμος, lex et ἀ priuat. viuentes ſine lege. Hierolex. Macri.

ANONA, pro *annona*, in Cod. Irminonis Abb. San-German. fol. 12. recto.

ANONAGIVM, tributum ex annona. Literae Officialis Andegav. a. 1269. ex Tabul. S. Albini Andegav.

ANONALIA, eadem, vt videtur, notione. Ch. Henr. et Conradi Ducum Sileſiae, apud Ludewig. to. 5. Reliq. MS. p. 544. *Prouentibus, exactionibus, monetalibus, et annonalibus, judiciis, juribus patronatus Eccleſiarum.*

† ANOREXIA, *i. faſtidium vel abſtinentia*, in Gloſſ. Iatricis, Cod. reg. 6881. ad Alex. Iatroſoph. l. 1. Paſſion. c. 19. *De Anorexia, i. faſtidio.* Vbi Gloſſ. *i. ſine deſiderio.*

† ANORMALIS, a *norma* ſeu regula alienus. Ch. a. 1420. ap. Spon. t. 2. Hiſt. Geneu. p. 156. *Anormaliter*, in Vocab. Compend.

ANOR-

ANORMALVS. (1) Pro *anomalus*, vel contra *normam*, id est, regulam. Alanus de Planctu naturae vtitur alibi semel ac iterum.

ANORMATVS, pro *anormis*, sine norma, sine lege, plus simplici vice legitur apud Scriptores infimae Latinitatis.

ANOTAPVCH, V. *Anetapich.*

† ANOVARE, a priore dominio absoluere, liberum declarare. Ch. Henr. Imper. a. 1310. *Ipsas omnes terras atque prouincias anouamus, innouamus atque concedimus, quitamus libere et dimittimus, restituimus et renunciamus.*

ANOXIVS, innoxius, sine noxa. Chron. Sicil. ap. Marten. tom. 3. Anecd. p. 20.

ANPITS, Catalanis, est *antemurale, seu murus antepectoralis*, nam *pis* et *piss*, vt Catalanis, ita et Gallicis Poetis et Scriptoribus vernaculis est *Pectus*. Consuetud. Catalan. inter dominos et vassallos MS. capite 55. *Tenentur operari in muris, et vallis, et lizis, et antemuralibus, siue Anpits, et propugnaculis, siue Barbecanes.* Ch. an. 1284. in Regesto Foedorum Burgundiae 1. parte fol. 93. in Camera Comput. Paris.

† ANQVA, *anca*, coxendix, Gall. *Anche.* Comput. a. 1400. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 153.

ANQVINA, *funis nauis, quo antenna ad malum constringitur.* Papias in MS. Ecclesiae Bitur. Est etiam *Anquina*, idem quod *Angina*, Turnebo *Anguina* idem sonat. V. *Anguina.*

ANQVIROMAGVS, V. *Anchiromagus.*

ANQVISITIO, inquisitio judiciaria, et ea quidem, si verborum dispositionis, quae hic seruatur, habeatur ratio, quae per tormenta exigitur. Vita B. Kingae Virg. tom. 5. Iulii pag. 711. Liuius dixit: *Pecunia et capitis anquirere*; *pecunia*, hoc est, vt reo mulcta irrogaretur pecuniaria; *capitis*, hoc est, vt reus capite plecteretur.

ANS. Smaragdus in Grammatica MS. *Feminini generis sunt haec, ars, arx, ans, bas, cals,* (calx) *dos, facx*, etc. Vbi Glossa interlinearis ad vocem *Ans*, habet; id est, *Talar.* Alibi: *Ans, generis feminini.*

ANSA. (1) In Breuiloquo, dicuntur *vasa circumpicta, vel caelata, ab am, circum, et cedo.* Forte leg. *Caelo.* (2) ANSA, Ioanni de Ianua, *auris per quam cortina, vel vestis suspenditur.* V. Exod. cap. 26. et 36. Gregor. Magnus lib 2. Moral. *Sed ecce quaestioni quaestionem jungimus, et quasi, dum ansam soluere nitimur, nodum ligamus.* Interim emendandum Gloss. Lat. Graec. *Ansa, ἴσηλος, αὐτὸν σκεύος.* Apud Virgilium *ansa* est auris per quam vas apprehenditur ac tenetur, Gall. *Anse*; sic Eclog. 6.

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

ANSA, apud Vitruv. l. 2. cap. 8. fibula ferrea, qua paries continetur, Gallis *Clef.* ANSA, *genus tormenti*, in Glossis MS. V. *Ansorium*, (3) *) ANSA, ANZA, i. q. *Hansa*, societas mercatorum. Ch. Richardi II. reg. Angl. a. 1391. ap. Clariss. Haeberlin. in Anal. med. aeui p. 61. *Supplicauerunt nobis mercatores de Anza Almanie, regnum nostrum Anglie frequentantes*, etc. V. *Hansa.*

† ANSAPRENVS, f. capulus, Gall. *Poignée.* Ch. a. 1345. inter Probat. t. 4. Hist. Occit. p. 201. *Ramundus Arguerii, athilator Tolosae dom. nostri Franciae regis, recognosco habuisse, -- pro XII. baudrereis vnius pedis, XII. ansaprenis*, etc.

ANSARIVM. (1) *Cultellus sutoris, cum quo purgat pelles.* Breuiloq. (2) ANSARIVM, vectigal. V. Cujac. lib. 14. Obseruat. cap. 3.

ANSARIVS. Vetus Inscriptio apud Mabillon. tom. 4. Analect. p. 498. *Imp. Caesar M. Aurelius Antonius Aug. Germanicus, Sarmat. et M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix, Aug. hos lapides constitui jusserunt, maxime propter controuersias, quae inter mercatores et mancipes ortae erant, vt fines demonstrarens vectigali sociarii et ansarii pro mercalium secundum veterem legem semel duntaxat exigundo.* Videtur idem esse, qui exactor vectigalium.

ANSERES PATELLAE, Idem forte ac patellae anſatae. Chartular. S. Cornelli Compend. *Quatuor patellae, et duae patellae anſéres, et quatuor mortaria, etc.*

† ANSERIA, anſer, vel anſerum grex. Ch. Ludov. IX. reg. Franc. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 519.

† ANSERNVS, *coſa de cita*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† ANSERVLORVM CORVATA, anſerum praeſtatio. Ch. Philippi V. a. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 279.

ANSES. (1) Semideus. Vox Gothica, qua Gothi proceres ſuos appellabant. Iornand. de Reb. Goth. cap. 13. *Magnaque potiti per loca victoria, jam proceres ſuos, quaſi qui fortuna vincebant, non puros homines, ſed ſemideos, id eſt, Anſes vocauere.* V. Loccenium lib. 2. Antiq. Suecic. cap 11. *) Hans Germanis olim idem erat ac primas, ſocius per excellentiam, qui reliquis fortuna maior. Inde etiamnum dicimus lingua vulgari, groſſe Hanſen, magnates, freye Hanſen, primi ordinis liberi. V. *Hanſa*. Vocem *Anſes* apud Iornand. mendo laborare, legendumque eſſe *Aaſer*, vel *Aaſur*, auctor eſt Clariſſ. Dreyerus in vermiſchten Abhandl. part. 2. p. 622. V. etiam Gloſſar. Suiogoth. Clariſſ. Ihre v. *Aſ.* (2) Ch. Philippi Reg. Franc. a. 1312. pro mulieribus poenitentibus Dullendii in Picardia, in 84. Regeſto ejusdem Regis n. 136. *Renaudus Abbeſſe anſes 12. den. ſuper domum quae fuit patris ſui inter duas portas S. Sulpitii. Ioannes Crinchone 6. den. anſes ſuper grangiam ſuam, etc. - - Michaudus Engelarde unam eminam bladi anſes de terra ſua contigua fonti etc. - - Item ratione caritatis ſancti Nicolai 18. den. anſes, videlicet 12. den. de domo Simonis Damplicis, etc.* † Forte aſſignati, Gall. *Aſſis*, *aſſignés*.

ANSILE, V. *Ancile*.

ANSINGHA, pro *Ancinga*, modus agri, in MS. Codice Irminonis Abb. San. German. fol. 24. col. 2. V. *Andecinga*.

† ANSISIA, pro *aſſiſia*, tributum, V. in hac voce. Ch. Ioan. Lothar. et Brab. duc. a. 1295. in Cod. reg. 10197.

† ANSISTARE, in Ch. a. 926. ap. Vghell. t. 1. Ital. Sacrae, edit. 717. p. 349. perperam pro *antiſtare*, tueri, tutum praeſtare.

† ANSO, annuli ſpecies, forte quo peſſulus continetur. Reparat. factae in Seneſcal. Carcaſſ. a. 1435. *Eidem* (Bernardo ſerario) *pro duobus auſonibus et duobus verrolis, quì poſiti fuerunt in vno hoſtio dictae domus theſaurariae, I. ſol.* V. *Anſa* 2.

ANSOLIATI SOLIDI, in Annalib. Benedict. to. 3. p. 410. laudatur Charta donationis Feria 3. X. Kal. Aug. regnante Rodulfo Rege data, in qua Vmbertus mulctam imponit *violatori censum ſolidos anſoliatos ſuper altare S. Mariae ponendos. Anſoliatos* dictos fuiſſe ab anſa villa; Gallis *Anſe*, qui locus eſt ad Ararim quatuor leucis ſupra Lugdunum, ſuſpicatur Mabillonius ibidem. Quid ſi ab *Anſul*, de quo infra, reperendum eſſet etymon?

† ANSORIVM, *cultrum ſutoris, et dicitur ab anſa, quae eſt manubrium ipſius cultri.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7679. V. *Anſarium* 1.

ANSTRVSIO, V. *Antruſſio*.

ANSVL, genus ponderis apud Anglos, idem forte quod etiamnum *Avuncell weight* dicunt, vt ait Somnerus. Willelm. Thorn. in Chron. *De pede, pollice, cubito et palma - - de anſul, balancibus et menſuris* etc.

ANSVLA. S. Fulgent. Homil. 66. *Tenet huius medicinalis ſtationis anſulas pater interpellans pro filia ſua - - Mulier vero de cauſa pudica, de fide ſecura, ſic tetigit anſulam ſtationis, vt ante ſtatuerat profluuium ſanguinis, quam vox clareſceret confitenti. Aperitur ſtatio, ſentit aegrota, et non intelligit turba. Non ſonat anſula, et procedit de odio medicina.*

ANTAPOCHA, († Arcana ſyngrapha *Apochae* vim eleuans, Gall. *Contrelettre, contrepromeſſe*; *Apocha* creditori eſt vtilis, *Antapocha*, debitori.) leg. 19. Cod. de Fide Inſtrum. Lindebrog. in Codice legum Antiq. pag.

pag. 728. ex Conſtitutionibus Siculis lib. I. tit. 49. *Et de receptis infra diem receptionis gratis faciant apodixas, et ipſi recipiant antapocham de ſolutis.*

ANTARA, ANTARSA, idem quod mox *Antartes*, rebellis. Anaſtaſ. in Vitis PP. apud Murat. tom 3. p. 136. *Eunuchus factus antarta aſſumpſit regnum.* Alter Codex habet: *Eleutherius patricius et exarchi factus Antarſa*, etc. Rurſus alias: *Eleutherius patricius et exarchus factus Antara, aſſumpſit regnum.*

ANTARIVM, ἀντιγραφὸς, in Supplemento Antiquarii. V. *Antartes.*

ANTARTES, rebellis. Lex. Gr. MS. Reg. Cod, 2026. Νεωτεροποιὸς, ἀντάρτης, τύραννος. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀντάρτης, *rebellio, perduellio.* Gloſſ. Lat. Gr. *Delliones*, (Leg. Duelliones) Ἀντάρται, παλαισταὶ, τύραννοι, καὶ τυραννίδες. Ita emendandum. Acta S. Martinae Virg. cap. I. *O Alexander antarta Chriſtianorum.* ANTARTICVS, eadem notione in Vita S. Pauli noui Martyris tom 2. SS. Iulii p. 635 *Manu igitur antartica inſurrexit in Theodoſium Imperatorem* etc. V. *Intarta.*

ANTAS, γερουσία, *Senatus*, ap. Ian. Laurenberg. in Supplem. Antiq. Lege et vide *Antitas.*

ANTE, nonnunquam legitur cum ablatiuo apud Scriptores ſequioris aeui.

ANTE ET RETRO, forma corporis inclinandi apud Monachos vſitata. Spicileg. MS. Fontanell. pag. 187. *Vt nouitius regulariter ſciat inclinare; ſciilicet non dorſo arcuato, vt quibusdam negligentibus eſt familiare, ſed ita vt dorſum ſit ſubmiſſius quam lumbi, et caput ſubmiſſius quam dorſum - - quando intramus chorum - - vel inde recidimus cum ante et retro ſimiliter inclinamus.* Et p. 189. *Circuitus ante et retro prouidentiam et ſollicitudinem ſignificat* etc. Ordo Cluniac. part. I. cap. 16. *Quam inclinationem nos per ipſum ante et retro appellamus, quia incipit contra Orientem et finit contra Occidentem*, etc.

ANTEA, deinceps, in poſterum, V. *Inantea.*

† ANTEAMBVLO, praecurſor Germ. Vorläufer, Vorbothe. Ch. Ludov. IV. Imp. ap. Goldaſt. conſtit. imper. part. 2. p. 238. Analecta d. VI. Mart. t. 3. Iul. p. 26.

ANTEBIBLIVM, V. *Antibiblium.*

ANTEBRACHIA, brachiale, armatura, qua lacerti tegunrur, Gall. *Avant-bras.* V. Lobinell. in Gloſſario ad calcem Hiſt. Britan.

ANTEBVLLATAE CHLAMYDES, quae in anteriori parte *bullis* ſeu ornamentis quibusdam orbiculatis erant inſtructae. V. locum in *Raſcia.*

ANTECANTAMEN, vel vt plures legunt, *Antecantamentum*, carmen a choro praecentum. Apuleius l. II. Metamorph. *Inter maiorum antecentamenta votorum ibant, et dicati magno Serapi tibicines.*

ANTECAPITVLVM, ea pars clauſtri, quae eſt ante Capitulum in Monaſteriis. Berntenii Chron. Marienrod. apud Leibnit. t. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 451.

ANTECENIA, V. *Antecoenium.*

ANTECESSOR. Sic Spiritus Sanctus dicitur Tertulliano de Vel. Virg. Alludit ad anteceſſores Romanos, qui juris doctores erant et magiſtri. Idem Tertull. alibi Apoſtolos vocat *Anteceſſores.* Gloſſ. Vett. *Anteceſſor, προηγέμονος.*

† ANTECESSVS, de eo dici videtur, quod *antecedit*, quod ante eſt. Ch. a. 952. ap. Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 147. *Cum egreſſo et ingreſſo ſuo et exientem in via publica, et vsque in fluuio Pado, cum anteceſſo ſuo commune ad ſe pertinentibus.*

ANTECINERALES FERIAE, quae praecedunt diem Cinerum ſeu initium Quadrageſimae, apud Raim. Duell. lib. I. Miſcell. p. 351.

ANTECLVSORIVM, f. domus vbi degebant *incluſi.* Buſchius de Reformat. Monaſt. cap. 34. ap. Leibnit. t. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 936. Paulo poſt pro *anteclusorium* habetur *incluſorium*, quod vide.

ANTECOENIVM, vel ANTECOENIA, *merenda, ſiue cibus qui ante*

coenam sumitur. Vgutio et Ioan. de Ianua, ex Isidoro lib. 20. cap. 2. Vtitur etiam Apuleius.

ANTECVRRERE, cursu anteuertere, in Lege Longob. l. 1. t 25. §. 17.

ANTECVRSOR, praecursor, *πρόδρομος*, in Gloss. Gr. Lat.

ANTECVSTODIA, V. *Antegarda.*

† ANTEDIALIS, antelucanus, diem anteuertens. Gesta Mf. Gaufridi episc. Const. in Gallia sec. XI.

ANTEDIE, pridie. Lib. 1. Sacrament. Eccl. Rom. cap. 41. *Procedunt cum corpore et sanguine Domini, quod antedie remansit.*

† ANTE-DIEM, *i. antequam legem statuant*, in Glossar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

ANTEDIVINVS, gentilis, profanus. Petrus Nouiom. Canonicus an. circiter 1120. Epist. ad Eustach. Abb. S. Eligii apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 667. Minus barbare legeretur *antidiuinus* voce hibrida ab *ἀντὶ*, et *diuinus*, oppositus diuino.

† ANTE-ESSE, tueri, tutum praestare, Gall. *Garantir.* Ch. a. 1198. inter Probat. t. 3. Hist. Occit. p. 186. V. *Antistare* 3.

† ANTEFACTVM, ANTIFACTVM, ANTIFATIVM. etc. idem quod *Agentiamentum.* *Antefactum* vero dici videtur, vel quod ex anteactis pactionibus statuitur, vel quia locum non habet, nisi vno ex contrahentibus praemortuo. *Lucrum donationis* vocatur in Actis Mf. notarii Senens. ad a. 1285. ex Cod. reg. 4725. *Omnes massaritias meas, vbicumque sint, dictae vxori meae pro dotibus suis et lucro donationis, et quicquid plus valent vltra dotes et antifatium relinquo dictae vxori meae.* Ch. a. 1198. ap. Lam. in delic. erud. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 3. p. 1192. *Manifestus sum ego Symon quondam Guinithi quia per hanc cartulam antefacti nomine et propter nuptias, dono et trado tibi Sobiliae sponsae meae - - videlicet massum vnum* etc. Adde Stat. ciuit. Genuae l. 5. c. 19. Stat. Placent. l. 3. fol. 29. *Non possis* (mulier) *viuente marito, petere solutionem antifacti vel sponsalia largitatis.* Occurrit praeterea *Antefactum* vel *Antiphatum* in Consuetud. Neapolit. ap. Matth. de Afflictis in Decis. 127. et 314. Vbi *Antefactum* ad quartam partem bonorum mariti aestimatur. *Antifatum* vocatur in legibus municipal. Pistor. l. 2. rubr. 92. V. *Augmentum dotis.*

† ANTEFENESTRA, prima *fenestra*, vbi venales exponuntur merces leuioris momenti. Libert. concessae habitatoribus Salueterrae ab Eduardo reg. Angl. in reg. 74. Chartoph. reg. ch. 658.

ANTEFATVS, praefatus, passim in veteribus Instrumentis.

ANTEFERRI ALICVI, dicitur qui praecedit, in leg. vlt. C. Theod. de Incorporat. vt *antelatae constitutiones orationibus, precibus* etc. in leg. 16. Cod. Th. de Nauicul. quae orationes et preces praeçesserunt. ANTEFERRI praeterea dicuntur rescripta principum quae *propositio programmate* in locis celeberrimis proponuntur, in leg. 37. C. Th. de Haeret.

ANTEGARDA. ex Gall. *Auantgarde*, prima acies; *Vlterior custodia, quam Wardam vocant*, apud Thomam Walsinghamum, p. 314. Gesta Ludou. VII. Reg. Franc. cap. 12. Ch. Alfonsi Imp. an. 1258. ap. Hieron. Vigner. in Alsatica Hist. pag. 143. *Debes facere nobis antecustodiam in eundo, et retrocustodiam in redeundo.* ANTEGARDAM FACERE ET RETROGARDAM in exercitu regis, Senescalli Franciae officium fuisse tradit Hugo de Cleeriis in tract. de Senescallia Franciae, qui *protutelam, et retutelam* appellat. Id juris Marescallo Franciae adscripsit Willel. Brito lib. 8. Philipp.

† ANTEGARDIA, eadem notione, ap. Ludewig. t. 11. Reliq. p. 118.

† ANTEHEBDOMADARIVM, liber ad vsum hebdomadarii, quem idcirco ante se habere debet. Stat. S. Capellae Bituric. a. 1407. ex Biblioth. reg.

ANTEHORTARE, V. *Antecortare.*

ANTEIVRAMENTVM, et PRAEIVRAMENTVM, Angli olim appellabant *juramentum de calumnia*, quod ab accusatis et accusatoribus aeque exigebatur, priusquam in litem descenderent, quod praesertim cauetur in Legibus Aethelstani Regis cap. 23. ap Lombardum; et ab accusatore quidem in huiusmodi *anteiuramento* deficiente accusatus liber euadebat. Leges Philippi Comitis Neoportuensis an. 1164. Ab Accusato etiam exactum docent Leges Henrici 1. cap. 66. V. praeterea cap. 64. et 92. et Leges Kanuti cap. 42. et 43. apud Bromptonum. Tanto autem rigore usi sunt Angli in hocce *anteiuramento* ab accusato exigendo, vt vel ad ordalium, seu purgationem canonicam, nisi eo prius praestito, non admitteretur. Concil. Tribur. ann. 895. cap. 21.

ANTELA, ANTELLA, antilena, equi pectorale, Germanis, Brustrieme. Glossae Isidori: *Antela*, *Antilena*, *fucus Postela*, *Postilena* Vgutio et Ioan. de Ianua: *Antela ab ante et telon, quod est longum, componitur: cingulum illud, quod ante pectus equi tenditur.* Papias MS. Bitur. *Antela, ornamentum equi, dicta quasi ante sellam, et postella, quasi post sellam.* Ebrard. Bethun. in Graecismo c. 10.

Est antela quod est in pectore quadrupedantis,
Dicatur postela quod est a posteriori.

Adde Isidor. lib. 20. c. 16. Aimoin. lib. 3. de Mirac. Bened. cap. 6. de equo. Occurrit praeterea in Bulla aurea Caroli IV. Imp. cap. 27.

ANTELABRVM. Gloss. Lat. Gr. *Antelabrum, χάλης σιδήρου, ὃς ἐφ' ἁμάξης βάτων*: sic enim emendat Cangius.

† ANTELAMVM. Vim vocis explicant Stat. ciuit. Genuae l. 6. c. 13. *Soluat illi primo dimidiam expensarum dicti muri - - declarandarum arbitrio duorum magistrorum antelami, seu fabrorum murariorum eligendorum per magistratus.*

ANTELATARE, *proponere*, *anteponere*, προτίθεσθαι, in Gloss. Graec. Lat. quod et *anteferre* dicebant. Nam *praeferre et anteferre constitutionem*, idem valet, quod promulgare; vt *antelata* et *praelata constitutio*, idem est quod promulgatio. V. Brisson. in Formulis pag. 367.

ANTELATIO, praerogatiua, ab *Anteferre*, Germ. Vorzug. *Privilegiis, immunitatibus, exemtionibus, libertatibus, praerogatiuis, antelationibus, indultis, fauoribus, etc.* in Bulla Pauli V. PP. inter Instrum. to. 3. nouae Gall. Christ. col. 203.

ANTELIOS, *Daemones ostiorum praefides legimus*, inquit Tertull. de Idololat. cap. 15. Ἀνθήλιος ab ἀντὶ et ἥλιος contra Solem, id est, soli obuersus, expositus.

ANTELLA. V. *Antela.*

ANTELONGIOR, *quadrangulus, cum vnum latus non solum vnitate, sed binario vel amplius alium praecellit, vt bis quatuor.* Ita Papias in MS. Bituricensi. Idem est qui Geometris Trapesoïdes, figura nempe quadrilateralis, cuius duo latera sunt parallela, alia vero duo minime.

ANTELOQVIVM, πρωτολογία, de eo qui primas in loquendo partes obtinet. Vtitur Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. vlt. V. *Antiloquus.*

ANTELVCANVM, crepusculum, *eruptio aurorae ante lucem canens, i. albens*, Ioan. de Ianua. *Antelucanum tempus*, Tullio. Historia fundat. Monast. Mergatensis in Anglia.

ANTELVCARE, *ante lucem surgere.* Papias MS. Bituric. Hinc eidem: *Antelucanus, qui ante lucem surgit.* Ioan. de Ianua: *Antelnco, ante lucem vigilo.*

ANTELVCVLVM, crepusculum, apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 4. pag. 473.

ANTEMA CARROCII, pars superior *carrocii*, seu currus, in quo praeoipuum exercitus vexillum imponebant Itali. Rolandin. Patauin. de factis in Marchia Taruis. lib. 4. c. 9. ap. Murat. to. 8. col. 225. Codex Elten. *Antenna* vt et MS. Ambros. 11, vt monet Murat. ibid.

ANTE-

ANTEMALVM, *praeteritum malum*, in Gloſſis Iſidori.

ANTEMANE. Gloſſ. MS. Regium Cod. 1013. *Aurora, nubes roſeae, antemane.* Per *nubes roſeas* expreſſit ῥοδόσφυρον ἠὼς, apud Poëtas Gr.

ANTEMANICA, ANTEMANICIA, pars veſtis, quae ante *manicas* induitur, Gall. *Avantmanches.* Gloſſae Arabico-Lat. *Antemanica, ornamentum brachii, quod ante manicam apponitur.* Vetus Scheda Thuana: *Calcias renelenas paria 1. paças 4. antemanicias paria 1.* etc.

ANTEMENSALES, apud Graecos dicti, qui ad ſacram menſam recipiebantur et ad communionem Euchariſtiae. V. Chriſt. Lupam in Scholiis ad Synodorum Canones to. 3. p. 757.

ANTEMISSAE ARBORES, apud Siculum Flaccum libro de Condit. agrorum, Frontinum, et Aggenum, dicuntur, quas nonnulli inante poſſeſſionum ſuarum fines dimittere ſolent intactas, ex quibus neque frondem, neque lignum, neque cremium caedant, vt magnitudine caeteras antiſtent, et ſic obſeruationem finium praeſtent.

ANTEMVRALE. (1) Murus exterior, quo caetera vrbis aut caſtelli moenia cinguntur, et muniuntur, ne ad illa ſtatim hoſtibus acceſſus pateat; vnde et *Promurale* appellatur ab Iſidoro lib. 15. Orig. cap. 2. *eo quod*, inquit, *ſit pro munitione muri.* Germ. **Vormauer.** Auctor Mamotrecti ad 9. Iudic. *Propugnaculum eſt antemurale, ſive pinna murorum, quia de eo pugnatur.* Io. de Ianua: *Antemurale dicitur defenſio ante murum.* Occurrit paſſim apud Scriptores. (2) ANTEMVRALE, in Ceremoniali Cardinalium Paris Craſſi lib. 2. cap. 23. veſtibulum altaris, Presbyterii, ſeu potius Bematis dicitur, quod Graeci *ſoleam* appellarunt: *Epiſcopo in veſtibulo altaris, id eſt, antemurale exiſtenti, ea nondum presbyterium ingreſſo*, etc. Sed videtur diſiungenda vox *ante murale*, id eſt, *ante murum* ſeu cancellum, qui Presbyterium dirimit a Choro. V. *Murale* et *Antepectus.*

† ANTENAGIVM, primogeniti ius et praerogatiua. Ch. a. 1239. to. 1. Probat. hiſt. Brit. p. 913. V. *Ainecia* et *Antenatus.*

ANTENAL, pro *Antenna*, Gall. *Antenne*, lignum transuerſum ad nauis malum cui velum alligatur, Germ. **Seegelſtange, Rae, Spriet.** Informat. Ciuit. Maſſil. de paſſagio transmarino in MS. Sangerman.

ANTENATIO, cuius vi ſecundo geniti, qui tenent iure paragii, tenentur reſpondere pro ſeui iniuria in curte primogeniti filii aduerſus alterum, in vet. Conſuetud. Normanniae.

ANTENATVS, *primigenus*, in Gloſſ. Iſid. vt et Hiſpanis, *Antenado, el hiio nacido antes del preſente matrimonio.* Eſt etiam primogenitus, ex Gallico *Aiſné.* Gloſſae antiquae: *Primogenitus ante omnes natus.* Antenatis opponuntur *poſtnati.* Occurrunt haec vocabula paſſim apud Bracton. Flet. et alios IC. Anglos. ANTENATI, Italis, ſunt anteceſſores, praedeceſſores, Matth. Villaneus lib. 11. cap. 79. Vide *Annatus.*

ANTENNA, V. *Antema.*

ANTENOSTRA. Gloſſ. Iſid. *Promoſtra, anteneſtra.*

*) ANTEORTARE, protrudere, fortſchieben. Lex Salica tit. 26. §. 20. *Si quis de campo alieno aratrum anteortauerit.* Gallis *heurter*, Saxonibus inferioribus **hurten**, eſt trudere, impellere, pulſare. V. *Ortare.*

ANTEPAGMENTA, vel ANTIPAGMENTA, Feſto ſunt *valuarum ornamenta, quae antis adpanguntur*, id eſt, *affiguntur.* Lignea erant, vt patet ex veteri inſcriptione apud Salmaſ. et Solin. p. 1217. *Facito antepagmenta abiegna*, etc.

ANTEPARATIO. Ioſ. Moret. Antiquit. Nauar. p. 643. in Donatione D. Garciae *Ramirez* pro S. Maria de Pampelone: *Hoc vero donatiuum propter magnum adiutorium ac plurimum ſeruitium, quod Epiſcopus cum Canonicis ſuis, in adquiſitione atque anteparatione regni parentum meorum, quod iniuſte perdiderant, mihi exhibuit.* Quae verba *in adquiſitione atque*

esque anteparatione, sic vertit: *En la recuperacion y defensa*; sed *Anteparare* melius *comparare*, *praeoccupare* significat vi nominis, quam *defendere*.

ANTEPASSIO, i. q. *propassio* apud S. Hieron. in Ezech. c. 18. ep. 9.

ANTEPECTORALIS MVRVS, V. *Anpits*.

† ANTEPECTVS, lorica lateritia, saxea, vel terrea. Hisp. *Antepecho*, Gall. *Parapet*. Stat. Taurini a. 1360. c. 118. ex Cod. reg. 4622. V. *Antemurale*.

ANTEPEDES. (1) *Obsequia amicorum, vel ipsi amici obsequentes*, in Glossis Isid. et apud Ioan. de Ianua. Agraecius; *Circumpedes, sunt obsequia seruorum: Antepedes* (vel *Antipedes*) *amicorum*. Vtitur Iuuenalis. V. Salmas. ad Trebell. Poll. p. 336. (2) Alia notione. Ch. Monast. Crucis de Talmundo an. 1366. *Item in vigilia qualibet Festi Beati Martini hyemalis tenebitur dictus aquarius ministrare dictis Religiosis dicti conuentus botas seu ocreas de aluta; et quando dictae botae fuerint vetustatae seu diruptae, tunc dictus aquarius tradet dictis Religiosis antepedes seu avant-pieds in dictis botis suis, vel si maluerint, sotulares, et si quando fuerit opportunum.* † Videtur esse genus soleae, quam *Galoche* appellant Galli. Academ. Hispan. in Dictionario: *Avampiés*, tibialium rusticanorum ima extremitas, super calcei obstragulum decidens. V. *Antipedale*.

ANTEPEDIVS. Miracula B. Simonis de Lipnica to. 4. Iulii p. 545. *Ex hydropisi, quam primo passus est in pedibus, nec non ex incisione venarum antepediarum dolorem incurrerat acerbissimum.* Mauult Cangius *venarum antepedialium*, per quas intelligendae sunt venae, quae sunt in pedis parte superiori.

ANTEPENDIVM, velum quod ante pendet, vt *dorsale*, ad dorsum. Vet. Ch. apud Ioan. Schefferum ad Chron. Upsal. p. 152. *Item duas stukas de panno aureo - - item vnum antependium de veluto blanco et glanco, totum factum clupeis argenteis deauratis.* Infra: Item *aliud par dorsalis et antependii de papauere*. Processus de B. Hermanno Iosepho to. 1 Aprilis p. 716. V. Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 453. et p. 474.

ANTEPOMENTVM, Bellaria, sic dictum forte, quod Romani ab ouis incoepta conuiuia pomis terminarent. Hinc Horatius Satyr. 3. lib. 1. *Ab ouo usque ad mala citaret*. Locum vide in *Collibium*.

ANTEPONERE. Edict. Rotharis Reg. Longob. tit 10. *Si quis mulieri liberae aut puellae in via se anteposuerit, aut aliquam iniuriam intulerit*, etc. Edict. Luitprandi Reg. tit. 110. §. 10. *Si pro quacunque causa homines rusticani se colligerint, id est, consilium et seditionem facere praesumpserint, et cuicunque se anteposuerint, aut mancipium aut peculium de manu tulerint, etc.* Adde §. 11. et Leg. Longobard. lib. 1. tit. 17. §. 3.

† ANTEPORTA, prima porta, Gall. *Avantporte*. Stat. a. 1358. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 125.

ANTEPORTALE. Ch. Ioann. Episc. Magalon. a. 1238. *Item concedimus vobis portale Montispessulani et anteportale, et claues ipsorum etc.* V. *Portale*.

ANTEPOSITIO, agger, qui ante domum fluuio vicinam exstruitur. Ch. a. 1160. ap. Ughell. to. 7. p. 575.

ANTEQVAESTVS. Annal. Francor. Fuld. a. 888. *A rege est clementer susceptus, nihilque ei antequaesti regni abstrahitur.*

ANTERION, *September mensis lingua quorundam*. Papias MS. † Haud dubie pro *Autheſterion*, mensis apud Athenienses, qui Ianuario, nusquam Septembri respondet, si fides habenda I. A. Fabricio in Menologio pag. 51.

ANTERIORARE, quasi anterius ire, vlterius progredi. Miscellan. Theodiscorum apud Bern. Pez t. 1. Anecd. part. 1. col. 412. *Anteriorare, fordaron*. De expugnatione vrbis Acconis lib. 2. c. 5. *Pedites Christiani se anteriorantes equos perfidorum mucronibus gladiorum confodiebant*.

† ANTERIORITAS, *antiquitas*. Vocabul. compend.

ANTE-

ANTERITAS PRIORVM, pro Maioribus ſumitur in Vita B. Wolphemi n. 3. inter Acta SS. Aprilis p. 78.

† ANTERIVM. (1) *Pugna ante vrbem, Batallia, Prov.* Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. (2) *Anterium, el pectonile del cavalo,* in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Antela.*

† ANTERMINVS, *vicinus*, in Vocabul compend. Feſtus in Amalth. *Antermini, qui circum terminos prouinciae habitant.*

† ANTEROTICVS, redamatorius, a verbo compoſito, ἀντερᾶω, redamo. Acta SS. t. 5. Aug. p. 947.

ANTESIGNARIVS, pro *Anteſignanus*, qui praeit vexillo ad illius cuſtodiam, apud Bourdot. t. 4. noui Cuſtumarii Franc. part. 2. p. 1061.

ANTESOLARIVM, porticus ſpecies, ſeu prominentes aedes columnis fultae, et extra caererarum ordinem proſilientes, Germ. Vorhalle; ab *ante* et *ſolarium*, quod vide ſuo loco. Ch. Hugonis de Huſſeya a. 1224. in Tabulario Corbeienſi.

ANTESPATIVM, ſpatium ante murum. V. *Promurium.*

ANTESSATVS. Hiſt. MS. Beccenſis p. 596. *Si forte contigerit quod leporarii dictorum procuratorum fuerint anteſſati in dominicis ſuis, liceat eis leporem, vulpem, et murilegum capere in quocumque loco peruenerint in eodem curſu.* Fortaſſe pro *Anteſtati* id eſt, impediti.

ANTESTARE, prohibere, ne quis rem aliquam faciat, intercedere, ſe interponere, quod faciunt qui ante aliquem ſtant. Lex Aleman. tit. 23. §. 2. *Si quis legitime tributum anteſteterit, per iuſſionem judicis ſui, 6. ſol ſit culpabilis* Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 22. *Si - - mancipium de manibus eius tuleris, aut anteſteterit*, id eſt impedierit, quo minus fuga elapſum ſeruum recuperauerit. Tit. 36. §. 2. *Si ei in via anteſteterit, id eſt, ſi obſtiterit, ne pertranſiret*, quod *viam obſtare* appellat Lex Salica. Adde Edictum Rotharis Reg. Longob. tit. 10. et 83. Leg. Longob. lib. 1. tit. 30. §. 8. 9. 10. et Ughell. t. 1. Ital. ſacr. p. 392. 491. tom. 5. p. 1507. to. 6. p. 269. 1245. etc. V. *Obſtare.*

† ANTETABVLA, prima tabula, vbi venales exponuntur merces leuioris momenti, i. q. *Antefeneſtra.* V. *Tabula.*

† ANTEVALLATVM, foſſatum exterius, quo caetera vrbis aut caſtelli foſſata et munimenta cinguntur. Libert. villae de Florencia a. 1358. t. 8. Ordin. reg. Franc. p. 89.

ANTETEMPLVM, πρόναον, in Gloſſ. Graec. Lat. V. *Pronaus.*

ANTEVANNA, vmbraculum ex aſſamentis, Germ. Wetterdach. Ch. Berengarii Abbatis S. Tiberii an. 1209. in Hiſt. MS. eiusdem loci. V. *Auanna.*

† ANTEVENIRE, occurrere, Ital. *Antiuenire.* Ch. a. 1108. t. 1. Probat. Hiſt. Brit. 516.

ANTEVENTVLI CRINES dicuntur Apuleio lib. 1. Florid qui per genas et tempora ſunt demiſſi. V. *Auris.*

ANTEVIARE, praeire. Fortunat. l. 4. Poem. 26.

ANTEXENODOCHIVM, pars anterior Xenodochii, a caeteris partibus ſeparata. Miracula S. Vincentii Madelgarii, to. 3. Iulii p. 685.

† ANTHA, pala annuli, Gall. *Chaton.* Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352. Cod. reg. 4120. *Antha eſt foſſa, vbi ponitur gemma annuli.*

ANTHERA, *eſt ex hyacinthis medicinae extractio.* Roohus le Baillif in Diction. Spagyrico. De *Antheris* quaſi medicamentis aridis et ſiccis e floribus compoſitis agunt Plinius et Celſus.

ANTHEROPSITA. Anaſtaſ. Bibl. in Stephano II. PP. *Praecedens in Letania cum ſacratiſſima imagine Domini et Saluatoris noſtri I. C. quae Antheropſita nuncupatur.* Sed ibi legendum *Acheropita*, recte coniectat Editor, vel *Acheropoeta*, vt in Hierolexico Macri. Intelligitur enim imago I. C. ἀχειροποιητός, de qua copioſa Greſerus lib. de Imaginibus non manufactis, et Andr Vitorellus de Capella Borgheſia parte 6. cap. 1. et ſeqq. Adnotat Murator. to. 3. pag. 166. col. 2. in vno Codi-

Codice legi *Acheropoſita*, quod ſauet Cangii coniecturae, et in altero *Anchoropſita*.

ANTHESTERIA, Bacchanalia quae menſe Nouembri, poſtridie Kal. a Romanis celebrantur. Hofman. in Lexico.

ANTHONIARE, praecinere, Gall. *Entonner*, ap. Aymeric. de Peyrato in Vita Caroli M. in Cod. Mſ. 1343, Bibl. reg.

S. ANTHONIVS, V. *Antonius*.

ANTHROPOFORMITA, Statuarius qui humanas formas effingit; rectius *Anthropomorphita*. Vita prior B. Lidwinae virginis, tom. 2. Aprilis p. 272.

ANTHROPOMORPHITAE, ab ἄνθρωπος, homo, et μορφή forma, ſic dicti haeretici, quod formam Deo tribuerent humanam. Paſcha cum Iudaeis celebrabant. De his agunt Epiph. et Aug. *Anthropomorphitarum virus* apud Stephanot. in Antiquit. Benedict. Aurelian. p. 253.

ANTHYPATVS. Gloſſ. Graec. Lat. Ἀνθύπατος, *Proconſul*. Ἀνθυπατεία, *Proconſulitas*, *Proconſularitas*. Sed haec veterum *Proconſulum* dignitatem ſpectant, quae ſub imperatoribus Conſtantinopolitanis nudus titulus fuit, quo non modo ſuos aulicos, ſed etiam exteros Principes ac viros illuſtres interdum donabant. Chron. Caſin. lib. 2. cap. 2. Apud Vghell. to. 7. Italiae ſacrae p. 393. et 394. habetur Ch. *Ioann. Imperialis Patricii, Antypati, Veſti* et *Ducis Amalphitanorum*. Et tom. 8. p. 69. alia *Landulphi Anthyphati, Patricii et Principis Beneuentani*, vbi perperam *Antipatri* editum.

ANTIA, ferrum in ſcuto, in Gloſſis Iſidori. Vide *Ancea*. Alias *Antiae* dicuntur crines capitis anteriores. Apuleius lib. 1. Florid. de Apolline: *Iam primum crines eius praemulſis antiis, promiſſis caproneis antenutuli et propenduli*. Feſtus: *Antiae, muliebres capilli demiſſi in frontem appellati ex Graeco videntur: quod enim nos contra, illi ἀντὶ dicunt*. Iſid. lib. 19. Orig. cap. 31. *Anciae, Cincinni dependentes prope auricul Graeco vocabulo ab auribus dict* Gloſſ. vett. *Antiae, κόμαι διὰ τ προτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖ* Aliae Gloſſae: *Antiae, τρίχες αἱ μ ταχὺ τῶν κεράτων τῶν βοῶ* Onomaſt. *Antiae, προκόμιον*. non repugnat locus ſupra ex Ap leio allegatus, cuius vocem *Ant* etiam interpretantur de crinibus ſyncipite in frontem pendentibu qua voce vtitur etiam Tertullian de Pallio cap. 4. quem explica tentat inter alios Hofmannus Lexico.

ANTIANARIA, dignitas patrici rum et nobilium apud Italos, mox in V. *Antiani* exponitur. M moriale Poteſtatum Regienſium an. 1277. apud Murat. tom. col. 1142.

† ANTIANATVS, vt *Antianaria*, gnitas *Antiani* apud Italos. Re mina Paduae ad a. 1293. apud M rat. t. 8. p. 187.

ANTIANI, apud Genuenſes, et in quot Italiae oppidis, dicti patri nobiles, qui aetate, auctoritate, honore caeteros incolas praecellu atque adeo ipſi magiſtratus. Ἀρ γέροντες, primates ordinum, ſeu curiae primi, in leg. 5. Cod. de E ſcop. audient. V. Probat. Hiſt. C gii Gallo-Byzantinae p. 11. et ann. Villaneum lib. 6. cap. 51. Laurent. in Amalth. in voce *An* Antianos non ab antiquitate, ſe voce *Antes*, vel ab *Antae* dictos tat. Sunt autem *Antes* primi or nes, et *Antae* columnae quadra vtrumque oſtii latus munientes; de, inquit, *Antiani dicti in Repu ca noſtra Lucenſi, quaſi primi ordi et columnae eam ſuſtinentes*. ANZ NI, in Regimin. Paduae ap. Mur t. 8. p. 383. V. *Antianus*.

ANTIANIA, domus publica, vbi c ueniunt *Antiani*. Stat. crimin. Saon c. 40. p. 90.

ANTIANITAS, Gall. *Droit d'Anci neté*. Bulla Pauli III. pro Equit. Me

ANTIANVS, antiquus, vetus, G *Ancien*. Bulla Pauli III. an. 15

in Collect. priuileg. Equitum Melitenſ. autore D. d'Eſcluſeaux p. 97.

ANTIBERLIVM, *pignus codicis.* Onomaſt. vet. ap. Turneb. l. 28. Aduerſ. cap. 5. col. 989. edit. 1599. Sed melius, vt ſequitur:

ANTIBIBLIVM, *pignus librorum, liber, codex,* in Gloſſ. MS. Reg. Cod. 1013. in Gloſſ. Iſid. *Pignus librorum, codex pro codice.* Ioanni de Ianua, *Pignus pro codice mutuato datum.* Papias MS. Eccleſiae Bituric. habet: *Antebiblium, codex datus, pignus pro codice. Antiblium,* idem eſt in Gloſſ. Iſid.

† ANTIBVLLA, Bulla ab Antipapa, vel ab eo qui talis habetur, promulgata. Ch. a. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 98.

† ANTICA, propyleum, Graece πρόνεον, Gall. *Portail.* Antiquum Legendarium MS. an. 1245. V. *Anticum.*

ANTICASTELLVM, turris lignea, vnde caſtella et vrbium moenia ſolent oppugnari, vt videtur Spelmanno, quem vide in V. *Malvoiſin.*

ANTICEPS, δισημός, *anceps,* in Supplemento Antiquarii. Gr. δίκομος, biceps eſt; item anceps, vtrinque acutus.

† ANTI-CHRISTALIS, Anti-Chriſtus. Benzo epiſc. Albenſ. ap. Ludewig. t. 9. Reliq. p. 345.

† ANTICIMENON LIBER, i. e. quaeſtionum de libris vetteris et noui Teſtamenti, Petro Diacono adſcriptus, vel potius italiano epiſcopo, teſte Mabillonio, in Muſeo Ital. p. 125.

ANTICIPARE. (1) Pro ACCIPERE, haberi in Codice Palatino Capitolini monet Salmaſ. p. 70. (2) † *Anticipare, avancier. Anticipium, avantage,* in Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352. Cod. reg. 4120. *Anticipium, Avantaige,* in Vocabul. compend.

ANTICIPITER, pro *Accipiter,* in Foris Oſcae an. 1247. fol. 36.

ANTICIPVT, pro *Sinciput,* in Vita Balduini Lutzemb. Archiep. Trevir. lib. 1. cap. 7.

ANTICLABEO, V. *Andecabeo.*

ANTICVLAE, quae *ſcamella* aliis dicuntur. Lib. 2. Miraculorum S. Richarii n. 8.

ANTICVM, Feſto idem eſt quod Ianua. Item Hofmanno pars templi, quam Graeci πρόδομον, πρόνεον et παστάδα dixere, cui oppoſitum *poſticum,* ſeu *poſticium,* pars aedis ſacrae apud Graecos poſterior, quam ὀπισθόδομον appellauere. Erat enim, inquit, *pronaus* ſeu πρόδομος, vel parietibus antarum vel columnis aedificatus cum faſtigio. V. *Antica.*

ANTICVS, pro *antiquus.* Sic legitur in pluribus mediae aetatis MSS. ac praeſertim in Rituali codice B. M. Deauratae prope Toloſam. In hoc MS. fere ſemper *c* pro *qu* occurrit, ſic *relicus* pro reliquus, *oblica* pro obliqua, etc. Alias *anticus* idem eſt quod *anterior.*

† ANTIDARIVM, *vel Anterioritas, Avantage,* in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7684 V. *Anterioritas.*

ANTIDATVM, donum pro dono, remuneratio, Germ. Gegengeſchenk. Epiſt. Philippi Elect. Archipalatini ad Carol. VIII. Gall. Reg. a. 1397. ap. Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 100.

ANTIDICOMARITAE, apud Facundum Hermanienſem lib. 8. cap. 7. Ἀντιδικομαριανῖται Epiphanio, haeretici Arabes, qui Mariam poſt Chriſtum natum viro ſuo commixtam aſſerebant. Erant Heluidii ſectatores, quos *Antidicomarianitas* alii appellant. V. Aug. haer. 48. Hieron. contra Heluidium, etc.

† ANTIDONVM, donum pro dono, remuneratio. Ch. Nicol. Camerac. Epiſc. a. 1249. Alia a. 1317. ex Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 516. V. *Antidatum.*

† ANTIDORA, eadem notione. Ch. Burgundionis vicecom. Maſſil. Mſ. a. 1213.

ANTIDORALIS OBLIGATIO, gratiae et beneficii vicem rependendi debitio. Eſt enim ἀντίδωρον, donum dono relatum, quod, vt patet, ex ἀντὶ et δῶρον coaleſcit. Inſtrument. a. 1485. apud Guichenon. in Chro-

Chronogr. Episcop. Bellicens. p. 79. *Duce eius nepote carissimo, ex quibus non immerito orta est obligatio antidoralis - - maxime ob dicta bene merita - - donat, cedit - - regnum Cypri* etc.

ANTIDORALITER, vel *Antidotaliter*, cum mutua accepti beneficii remuneratione. Hist. Dalphin. t. 2. p. 138.

ANTIDORVM, apud Graecos panis est benedictus, qui *ἀντὶ τῶν ἁγίων δώρων*, seu vice Eucharistiae datur iis, qui ad sacram communionem accedunt, post sacram Liturgiam, vt est apud Balsamonem. Conficitur autem *Antidorum* ex eodem pane, qui ad sacrificium offertur, ex quo desumit sacerdos particulam Cruce signatam, reliquo quibusdam precibus benedicto, plebique reseruato. Non solent *Antidorum* Graeci comedere nisi ieiuni, alioquin in crastinum conseruant. V. Gloss. infimae Graecit. et Hierolex. Macri. Est et alia huius vocis significatio, de qua consule Cuiac. ad Nouell. 7 Iustin.

ANTIDOSIS, vox Graeca, remuneratio, retributio. *Antidosis*, hoc est, retributio, in Hist. Luitprandi ap. Murator. to. 2. pag. 444.

ANTIDOTALITER, V. *Antidoraliter*.

ANTIDOTARE, in Glossis veteribus, *praevenire medicaminibus, auertere morbos imminentes, corrigere praesentes*. Will. Brito lib. 12.

ANTIDOTARIVS. († Liber in quo continentur *antidota*, seu eorum compositio describitur). Statuta Arelat. art. 137. † Ordinat. reg. Franc. t. 2. p. 533.

ANTIDOTVM, remedium medicum, *Medicina*, *Ἀντίδοτον*. eadem notione apud Nicer. in Andron. lib. 2. n. 13. Gloss. Lat. Gall. *Andidotum, Remede ou auancement*. S. Hieron. Ep. 151. V. eumdem in cap. 51. Esaiae Octav. Horatian. lib. 2. Rer. mediear. cap. 15. *Vt sunt apium, cicer, gramen, - - et reliqua quibus antidota vel decoctiones conficiuntur*. Passim apud hunc Scriptorem, Alexandrum Iatrosophistam et Medicos. Vox nota Quintiliano, apud quem: *Ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum, daturum*; id est remedium contra venenum, Gall. *Antidote*.

ANTIFACTVM, ANTIFATIVM, ANTIFATVM, V. *Antefactum*.

ANTIFERNA, V. *Antipherna*.

† ANTIFRAZIANVS, qui eloquentia abutitur, vt facilius seducere possit. Epist. a. 1408. ap. Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. p. 1854. V. *Antiphrasias*.

† ANTIFRISVM, fimbria, lacinia, quae in parte anteriori ponitur. Constit. Feder. reg. Sicil. c. 94. V. *Frisum*.

ANTIFRO, *genua figere*. Vgutio.

ANTIGALHA, valde pinguis. Vox Celticae originis, composita ex *Galha*, pinguis et praepos. augmentatiua *And*. Gallis olim *Galba* idem erat quod pinguis, teste Suetonio. Supereſt etiamnum apud Germanos gens, quae vox proprie pinguem sonat. Ita Leibnit. in Collect. etymolog. ad voc. *Galba* in Gloss. Celtico p. 120. Recensio bonorum Prioratus de Podio Cuberio a. 1339. in Armario S. Victoris Massil. *Quidam recognoscit se possidere nomine cellerariae S. Victoris - - vnam possessionem vineae et terrae planae et antigalhae*.

ANTIGARIAE. Fori Oscae an. 1247. fol. 5. *Si equus, equa, mulus - - - fuerit ab aliquo, cui fide jusserit pignoratus, et qui eum posuit, soluat de antigariis pro qualibet noctium 5. arrouas hordei*, etc. Idem videtur quod *Angariae*. † Carpentarius hac voce significari existimat id, quod ad bestiae pignoratae nutrimentum subministrari debet.

ANTIGENA, *ὁ προγεννηθεὶς*, in Gloss. Latin. Graec. Ianus in Supplem. Antiquar. habet *προγεννητὴς*

ANTIGNVS, *antegenitus*, in Gloss. Anic. MS.

ANTIGERIO, *valde*, in Glossis Isid. Festus: *Antigerio antiqui pro valde dixerunt*. Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Antigerio, vel quemadmodum, vel imprimis*.

ANTIGERIVM, *quemadmodum, imprimis*. Isid. Gloss. Pro *quemadmodum*, Graeuius legendum censet *admodum*.

dum. Papias MS. habet, *Antigario, quemadmodum, in primis.*

ANTIGRAPHVS, ANTIGRAPHEVS. (1) Gloſſae Iſidori: *Antigraphus Cancellarius.* Vgutio, et ex eo Ioannes de Ianua: *Antigraphus, ſcriptor, idem eſt et cancellarius, qui et archigraphus dicitur, quod reſcribit litteris miſſis ad dominum ſuum. Vnde antigraphia, vel archigraphia, id eſt, eius dignitas, ſcilicet Cancellaria.* Sunt igitur *Antigraphi* generatim ſcriptores. Orderic. Vital. lib. 1. Niſi quis legendum malit *Artigraphis.* Proprie autem *Antigraphi*, ſeu *Antigraphei*, dicti Cancellarii, et Magiſtri ſcriniorum; Gloſſae MS. *Antigrapheus, antiquarum rerum ſcriptor, a commentariis, Cancellarius.* Extat Gregorii Magni Ep. 28. lib. 1. ſcripta *Ariſtobolo, Expraefecto, et Antigrapho.* Et in lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 7. *Sebaſtianus glorioſus Antigraphus nuncupatur.* Scholiaſtes Iuliani Anteceſſoris: *Quatuor ſcrinia ſunt; primum quod dicitur Libellorum: ſecundum Memoriae: tertium Diſpoſitionum: quartum Epiſtolarum:* vnde *et quatuor Antigraphei ſunt.* Gloſſ. Graec. Lat. Αντιγραφεύς, *dictator, reſcriptor.* Αντιγραφεὺς τῆς μνήμης, apud Petr. Patric. in Eclog. Legat. V. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 480. 481. (2) ANTIGRAPHVS, apud Iſidor. lib. 1. Orig. cap. 20. eſt vna e notis ſententiarum, quae *cum puncto apponitur, vbi in translationibus diuerſus ſenſus habetur.* Papias habet *diuiſus* pro *diuerſus*, in MS. Bituric.

† ANTILAMBDA, ſignum in libris ad diſtinctionem appoſitum. Conſule Brenckmann. l. 2. Hiſt. Pandect. c. 3. p. 117.

† ANTILATIO, anteceſſio, praeſtantia, Germ. Vorzug. Ch. a. 1441. ex Bibl. reg. V. *Antelatio.*

ANTILENA, apud Sipont. et Iſid. in Gloſſis, *Cingulum, quo equi pectus cingitur.* V. *Antela.*

ANTILLARE, Σπλάσσαι, παλλακεύσαι, *ſcortari*, in Antiquarii Supplemento.

ANTILOGIVM, praefatio, ſermo antecedens, ἀντιλογία. Fulgent. Placiades de Virgiliana continentia: *Omiſſo ergo antilogii circuitu, coepti operis aggrediamur exordium.*

ANTILOPVM, fruſtum, ab Anglico *Lop*, amputare. *Vnum ſharp auri garniſatum de ſexaginta et vno groſſis baleiſiis - - totum integrum garniſatum, ſed deficit vnum antilopum ex quinque peralis*, etc. ap. Rymer. t. 9. p. 908. Idem ſonat vox *Lopin*, apud plebem in Gallia.

ANTILOQVIVM. (1) Contradictio, obloquutio. Neſtor. Patr. Conſtant. in Epiſt. ad Celeſtinum PP. *Fraternas nobis, inuicem debemus collocutiones - - quorſum hoc antiloquium?* (2) V. voc. ſeq.

ANTILOQVVS, ANTILOQVIVM. Vgutio: *Antiloquus qui primo loquitur, Antiloquium, prima locutio.* Eadem habet Ioann. de Ianua. *Anteloquium* dixit Macrob. l. 2. Saturn. c. vlt. et l. 7. c. 4. V. Iuret. ad Symmach. l. 1. ep. 71.

ANTIMENSIVM, Graecis dicitur quod Latinis, altare portatile, lapis ſacratus, ſeu, vt in Ordine Romano, tabula itineraria, vel altare viaticum, vt loquitur Bonifacius VIII. cap. vlt. de priuilegiis. Man. Charitopulus Patr. CP. lib. 3. Iuris Orient. p. 239. Latinorum *Antimenſia*, ſeu altariola fuere ſemper lapidea, Graecorum non item. Conficiebantur quippe eorum *Antimenſia* e ſegmentis mappae illius, qua altare, cooperiebatur in die conſecrationis Eccleſiae, quamque poſtea in partes diuidebat Epiſcopus, diſtribuebatque Presbyteris, vt defectu altaris conſecrati illis vterentur. At in Ordine Romano *palla ipſa corporalis*, interdum appellatur *Antimenſia*, id eſt loco menſae, inquit Dominicus Macer in Hierolexico. De *Antimenſio* Graecorum plurima in Gloſſario infimae Graecit. ad vocem Αντιμήνσιον.

ANTIMONIVM, Stibium, Graecis στίμμι, cuius quidem vocis originem incertam, vt et vſum antimonii veteribus incognitum, fatentur peritiores medici. Hinc vſus eſt voce Con-

Conſtant. African. lib. de Gradib. pag. 381. qui quidem an. 1100. viuebat. V. Diction. Etymolog. Menagii et Diction. Vniuerſale Triuolt.

ANTINOMI, *Αντίνομοι*, legis hoſtes. Sic appellati ſunt Iohan. Agricolae ſectatores, qui legem diuinam inutilem eſſe, atque Chriſtianos ad ejus obſeruantiam non teneri docebant, vt narrat Rainald. ad a. 1529. Alii fuere ejusdem nominis haeretici, quorum in Anglia primus auctor fuit Ioh. Eatonus, qui librum edidit de Iuſtificatione libera per ſolum Chriſtum, vbi maxime docet, *Deum nec velle nec poſſe videre vllum peccatum in juſtificatis* etc. V. Lexicon. Hofmanni.

† ANTINOMIA, legum contrarietas, ab *ἀντὶ* et *νόμος*. Praefat. Digeſt.

ANTINZA. Ch. XII. ſeculi inter Awalonem de Seligniaco et Willelmum Abbatem S. Remigii Senonenſis: *Antinzae vero ſicut in diebus Teudonis duos denarios ſoluant Eccleſiae.* † Leg. forte *Anzinga*, V. *Andecinga.*

ANTIO. Donatio S. Rudeſindi Epiſc. pro Monaſt. S. Saluat. tom. 3. Collect. Conc. Hiſpan. p. 181. *Adjicimus etiam ſtramina lectulorum, gagnapes, paleas antionum VII. ſubminores, VIII. plumaticos digniores paleos X. alios ſubminores* VIII. *aliphaſes vulturinos* V.

ANTIORATIO, orationis exordium, initium, praefatio. Ch. Balduini Epiſc. Nouiom. pro Monaſt. S. Eligii a. 1049. ex Tabul. ejusdem loci.

ANTITAGMENTA, V. *Antepagmenta.*

ANTIPARIES, paries alteri oppoſitus, idem quod *antemurale.* Matth. Weſtmonaſt. ann. 1304.

† ANTIPAS, *teſtis fidelis*, Vocabul. compend.

† ANTIPASTVS, *dictus quod ſit ex contrariis, ex breui et longa, et longa et breui*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646. Legend. *Antiſpaſtus*, V. Martin. h. v.

ANTIPATER, V. *Antipatus.*

ANTIPATIA, pro *Antipathia*, diffidentia. Anaſtaſ. Bibl. in Sicilia ſacra Rocchi Pirri pag. 138.

† ANTIPATVS, quaſi proconſul, ab *ἀντὶ* et *ὑπατος*. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 210.

† ANTIPEDALE, *auantpié*, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. V. *Antepedes* 2.

ANTIPELARGOSIN *dicunt Graeci talionem.* Ita Gloſſar. Iſid. Et quidem *ἀντιπελάργωσις*, beneficii accepti remuneratio eſt, quam voce *talionis* expreſſit Iſidorus.

ANTIPEMTON. Anaſtaſ. in Leone III. PP. p. 133. *Fecit aquae manus antipemto deauratas paria duo.* Reiner. de inuent. Reliquiar. SS. Eutychetis et Acacii apud Vghell. *Crucem Domini ex auro puriſſimo fecit admirabili artificio compactam, quod ſplandoclaſtum et antipenton vocabatur.* Vtrobique legendum videtur *Antipephton*; ex Gr. *ἀντιπέφτον*, i. e. *ἀντιπέφτος χρυσος*, *aurum recoctum*, quomodo *obryzum* vocabant. V. *Aurum coctum.*

ANTIPENDIVM, velum ante pendens, to. 4. Concil. Hiſp. p. 277. V. *Antependium.*

ANTIPHATVM, V. *Antefactum.*

ANTIPHERNA, ANTIFERNA, Gr. *ἀντιφερνα*, dotis compenſatio, quaſi contraria dos ex parte mariti, vti docet Gothofredus ad leg. vlt. Cod. de Donat. ante nupt. Germ. **Gegenvermächtniß, Widerlage.**

ANTIPHONA. (1) († Braccarum pars anterior, iocoſe et facete). Bernardinus de Buſto in Opere Mariali, Sermone 8. de Concept. b. Mariae. (2) Cantus Eccleſiaſticus alternus, cum ſcilicet a duobus choris alternatim Pſalmi aut Hymni concinuntur. Ita Iſid. lib. 6. Orig. c. 19 et l. 1. de Eccl. off. c. 7. Gloſſ. Lat. MS. regium: *Antifona, vox reciproca.* Τα *ἀντιφωνα*, Germano Patriarch. Conſtantin. in ſacra Theoria. Eddius Steph. in Vita S. Wilfridi c. 44. Concil. Tolet. I. can. 9. (3) Strictiori ſenſu, in Eccleſiaſt. officiis dicuntur *Antiphonae* merae ex variis Pſalmis diuerſorum verſuum, qui magis ſolemnitatis myſterium exprimunt, eclogae, quae Pſalmis ipſis

concinendis praemittuntur, ſ. ſententiae, quae Pſalmum antecedunt, quia, vt ait Amalarius l. 4. de Eccl. off. ad ejus ſymphoniam | Pſalmus cantatur per duos choros, ipſaque Antiphona conjunguntur duo chori. V. Concil. Turon. II. can. 18. Differt autem *Antiphona a Reſponſorio*, quod in Reſponſoriis vnus dicat verſum, in Antiphonis autem alternent verſibus chori. ANTIPHONA AD INTROITVM, quae in introitu Miſſae canebatur. Walafrid. Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 22. et Micrologus c. 1. Ita enim appellatur in libro Sacrament. Gregorii M. ſtatim ab initio. Fortunat. lib. 5. Poem. 3. *In natalitio Gregorii epiſcopi cum Antiphona dicere rogaretur, in Miſſa dictum.* Eadem quae *Introitus* vocatur. V. in hac voce et Menard. ad Sacram. Gregor. p. 3. ANTIPHONAE ALLELVYATICAE, V. *Alleluya.* ANTIPHONAE INVITATORIAE, *quae*, inquit Amalarius lib. de Ord. Antiph. c. 69. *currunt per Dominicas noctes.* ANTIPHONAM LEVARE, canendo praecinere. Eckehard. jun. de Caſib. S. Galli c. 1. ANTIPHONAE MAIORES DE OO, in Indice MS. Beneficior. Eccleſiae Conſtant. fol. 65. e Muſaeo D. de Cangé dicuntur illae ſolemniores Antiphonae incipientes per interjectionem O, quae 7. diebus ante Nativ. Dom. decantantur. ANTIPHONA DE PODIO, dicta oratio: *Salue Regina*, facta ab Ademaro Epiſcopo Podienſi, vt auctor eſt Albericus, in Chron. MS. a. 1130. ANTIPHONAE PROCESSIONALES, quae in proceſſionibus canuntur, ap. Ioan. Ep. Abrinc. de Offic. Eccleſ. p. 38. ANTIPHONAE ROGATIONALES, quae dicuntur in Rogationibus, ap. Ioan. Ep. Abrinc. de Off. Eccl. p. 55.

ANTIPHONARIVM. (1) Liber continens *Antiphonas* totius anni. Agobard. de Diuina Pſalmodia. Hujus auctorem Gregorium M. fuiſſe affirmat Ioan. Diac. in illius Vita l. 2. c. 6. Rupert. l. 2. de Div. Off. c. 21. Adde eumdem Agobardum de Correcti. Antiphonarii c. 15. ANTIPHONARIVM DIVRNVM ET NOCTVRNVM, quorum vſus in diurnis et nocturnis officiis. Chronic. Caſſin. l. 3. c. 62. (2) Liber, in quo *Introitus* antiphonae in Miſſa dici ſolitae continebantur. Nam, inquit, Mabill. L. 1. de Liturg. Gallic. p. 36. in omnibus Liturgiis Miſſa incipiebat ab antiphona quadam, vnde liber qui ejusmodi verſus continet *Antiphonarium* a Ioan. Diac. vocatur in Vita Gregorii M. De his antiphonis quas modo *Introitus*] appellant, intelligendum videtur Concil. Agathenſe a. 506. *Studendum eſt vt, ſicut vbique fit, et poſt Antiphonas Collectiones ab Epiſcopis ac Presbyteris dicantur.*

ANTIPHONATIM, alternis choris. Florentinus Wigorn. Occurrit praeterea apud Galterum Teruan. in vita Caroli Com. Flandr. Epitaphium S. Nicetii Archiep. Lugdun. cujus vitam vide ex Iurenſi Cod. n. 3.

ANTITHONETI. (1) Chriſti imago, (†) Forte pulpito appoſita aut depicta vbi *antiphonae* praecinuntur; niſi praeferenda videatur deriuatio D. Chatelain in Martyr. civ. p. 955. ita nimirum appellatam fuiſſe hanc imaginem, quod eam Iudaeo in pignus mercator quidam tradiderat. Cui ſententiae non parum fauet vox *Antibiblium*, q. v.) Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 880. *Viſus eſt ſibi in occidno gradum, qui ad ſacram aedem ducunt, aſcenſu ſtare, vbi praeter diuinam Domini imaginem quam Antiphoneti appellant, ipſius etiam Niconis effigies expreſſa eſt.*

ANTIPHRASIVS, qui in ſermonibus antiphraſibus vtitur. Epiſt. Elipandi Epiſc. Tolet. ap. Mabill. t. 1. Annal. Bened. p. 272.

† ANTIPIRGIVM. (1) *Eſtrix*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. et in alio a. 1752. ex Cod. 4120. Magis forte arrideret vox Gall. *Feuerſchirm*; ſicque *Antipirgium* componeretur ex ἀντὶ et πῦρ, ignis. V. *Antypira.* (2) *Cramaillé*, Vocab. Compend.

ANTIPODIVM. (1) Anterior ſellae pars, cui equitantes manu innituntur.

tur. Albertinus Muſſatus l. 12. de Geſt. Ital. poſt. Henr. Rubrica 2. Ænigmatice ad id quod ajunt *Appogiars* Gallico ſermone, inquit Villanus in notis ad h. l. ap. Murat. to. 10. col. 764. *Podium* enim tum apud Latinos quam apud Graecos hujusmodi ſignificationem reſpuere viderur. Eſt igitur haec vox ſignificatione barbara, compoſitione hybrida. *Anti* enim pro Ante apud Graecos in vſu non eſt; ſed et rare apud Latinos. Haec ille. V. *Appodiare*. (2) Subſelliorum Monaſticorum, quae nunc *formae* dicuntur, pars poſterior, quae anteriori, ſ. *podio* opponitur. Odo Cluniac. l. de Vita S. Geraldi c. 11. (3) Sic, incertum qua ratione, actum ſolemnem academicum appellabant in Acad. Pariſ. Robert. Goulet in Compend. Iur. Vniuerſ. Pariſ. fol. 19. Edit. 1517. *Tribus et his diebus* (Dominica, Martis et Iouis) *vtantur carnibus aſſis portioniſte; nunquam vero in prandio, niſi quidam fieret actus ſolemnis et, vt ajunt, antipodium, quod rariſſime permiſti debet.*

† ANTIPODVS. *Ara antipeda*, quae ad Sancti tumbam circa pedes eius erecta eſt. Mirac. S. Emmer. t. 6. Sept. p. 504.

ANTIPOPHORA, ſ. Graeco ἀντιφορα, reſponſum. Mabill. to. 4. Analect. p. 612.

ANTIQVA, FORMATA, MAIOR, POLITA, PRISCA. Variae ſcripturarum veterum ſpecies. V. *Scriptura*.

ANTIQVALIA. Thwroczius in Chron. Hungar. Part. 1. c. 24. *In quodam oppido - - cujus antiqualia hunc vsque in diem duxerunt.* Macerine, ruinae; Gallis, *Antiquailles*, Italis *Anticaglia*.

† ANTIQVATIAE, eadem notione, in Ch. a. circ. 1282. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. 1. p. 353.

ANTIQVANA CRASSANA Scripturae veteris ſpecies. V. *Scriptura*.

ANTIQVARE. (1) In antiquum ſtatum reſtituere. Gerard. Abb. in vita S. Adalhardi, n. 21. *Nec ante deſiſtit, quam foedus inter eos vsque ad oſcula reſtituit: pacem partibus redintegrat, mores et fines certo limite antiquat. His ergo et ſimilibus foederabat regnum indefeſſus.* Veretur Cangii editor, ne legendum ſit: *Adaequat.* (2) Καθιερωσαι in Gloſſ. Vet. *Manu Antiquaria libros conſcribere*, in Chron. Noualic. c. 20.

ANTIQVARIVS. Iſid. L. 6. Orig. c. 14. *Librarii iidem qui et antiquarii vocantur, ſed Librarii ſunt, qui nova et vetera ſcribunt, antiquarii qui tantummodo vetera, vnde et nomen ſumpſerunt.* Gloſſae veteres: *Antiquarius*, ἀρχαιογραφος, παλαιογράφος. Sunt igitur *antiquarii*, qui vetuſtate obſoletos libros componunt, reparant, deſcribunt, vt eſt in l. 2. C. Th. de Studiis liber. vrb. Rom. et l. 10. Cod. de Proxim. Sacror. Scrin. V. Senator. de Diuin. lect. c. 15. 30. Sidon. lib. 9. Ep. 16. S. Auguſt. Serm. 44. Auſon. ad Probum, Ordericum l. 3. p. 470. ANTIQVARIA ARS, ap. S. Hieron. Epiſt. ad Florentinum. ANTIQVARIORVM DOMVS, in Monaſteriis, quod et *Scriptorium* dicitur. Vitae Abbatum S. Albani p. 1.

† ANTIQVATVS, ſenex. Regiſt. A. 2. Cam. Comput. Pariſ. ad a. 1321. V. *Antiquus*.

ANTIQVITAS, ſenectus. Vita B. Coletae. t. 1. Martii 557. C.

ANTIQVVS, ſanex, ex Gallico, *Ancien*, *Anceſtre*. Falco Beneuent. an. 1136. *Quique antiquorum ſuorum ſequebantur honeſtatem.* Occurrit in Vita Mariae de Mailliaco. Ioannes Villaneus non ſemel vocem *Antico* hac notione vſurpat. V. *Senex*.

ANTIREX, tyrannus, qui legitimo regi aduerſatur. Marten. Aneed. t. 3. col. 22.

ANTIS *eſt anni ordo*. Gloſſ. Bit. MS. V. *Antes*.

ANTISCOBI, pro *Antiepiſcopi*, praui Epiſcopi non ſemel appellantur, in Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. ap. Catellum.

ANTISECVS, ανθ, ὑπερσοδον, in Gloſſ. Graeco Lat. V. *Poſtſecus*.

ANTISIGMA, vna e notis ſententiarum, quae *ponitur ad eas verſus, quos*

rum ordo permutandus eſt, ſicut et in antiquis auctoribus poſitum inuenitur. Antiſigma cum puncto, ponitur in iis locis, vbi in eodem ſenſu duplices verſus ſunt, et dubitatur, qui potius eligendus ſit. Iſid. L. 1. Orig. c. 20. Vbi pro *Antiſigma* legitur in MS. Papiae Birur. *Antiſſima*, † et in Gloſſar. Bibl. reg. Cod. 7613. et 7646. *Antiſma.*

ANTISMICVS, *vrbanus, non amarus, non iracundus.* Ioan. de Ianua. Videtur legendum *Anticynicus*,

† ANTISOLIVM, porticus ſpecies, veſtibulum, vel etiam vmbraculum ligneum proiectum, compluuium, Wetterdach. Lib. niger eccleſ. S. Vulfran. Abbauill. V. *Anteſolarium.*

ANTISPER, *προ τουτου*, in Gloſſ. Lat. Graec. vt *tantiſper.*

ANTISSIMA, V. *Antiſigma.*

† ANTISTA, *Sacerdotiſſa.* Cathol. pro *Antiſtita.*

ANTISTARE. (1) Idem quod *Antiſtitare*, Epiſcopum vel Abbatem agere, praeeſſe. Annal. Bened. t. 4. p. 374. n. CVI. Geſta Abbatum Gemblac. Spicil. Acher. t. 6. p. 518. Acta SS. Maii t. 6. p. 412. Apud antiquos *anteſtare*, vel vt ſaepius ſcribebant *antiſtare*, idem erat quod praeceſſere, praeſtare. Lucretius l. 5. 22. Cato de Re Ruſt. c. 156. (2) Ch. Willelmi Aquitan. Duc. pro Angeriaco inter Inſtrum. t. 2. nouae Gall. Chriſt. col. 465. *Willelmus Dux Aquitanorum - - quandam Abbatiam in honore beatiſſimi praecurſoris Chriſti Iohannis aedificatam - - pro redemptione atque ſalute animae ſuae eunctorumque parentum ſuorum antiſtare cupiens* etc. Verbum *antiſtare* Dionyſius Sammarthanus vertit excitare, reſtaurare, quam certe notionem patitur, habita textus ratione; vereor tamen ne idem ſit quod ſequens. (3) Tueri, tutum praeſtare. Ch. a. 872. ap. Murat. t. 2. part. 2. col. 935. et ad an. 1046. col. 996.

ANTISTES. Hoc honoris nomen non Epiſcopis ſolum et Abbatibus, ſed quandoque etiam Pribribus et Parochis datum fuiſſe norunt. qui antiqua legerunt inſtrumenta.

ANTISTITA, abbatiſſa, in veteri Charta, quam laudat Hieron. Henningius in Geneal. Rhetiae Curienſ. Princip. *Sacerdotiſſa*, Vgut. Occurrit haec vox ap. Plautum.

ANTISTITARE, Epiſcopum agere, in Excerptis ex veteribus lectionibus MS. Eccl. Veſontion. editis a Petro Franciſ. Chifflerio, Diſſ. 6. de Conuerſ. Conſtantini M. *Tunc temporis Hilarius antiſtitabatur Criſopoli.*

ANTISTITIVM. (1) *Praeſulatus vel Primatus*, Gloſſ. MS. S. Germani Pariſ. Cod. 524. Ioanni de Ianua: *Sacerdotium, diuinum: vnde Marcus venerabili antiſtitio praeminebat.* Geſta Abbatum Lobienſium Spicil. Acher. t. 6. p. 565. Acta SS. t. 2. Aprilis p. 649. (2) Pro Monaſterio occurrit non ſemel in lib. Mirac. S. Thomae Cantuar. Arch. edito a Stapletono.

† ANTISTOMACHVS, *pars dorſi contraria ſtomacho*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ANTISTROPHA, *reciproca conuerſio, quando totum reſponſorium conuertitur.* Papias.

ANTITACTICI, Haeretici ex Gnoſticorum portentoſa ſententia ſuppullulantes, peccatum adeo non malum eſſe agnouerunt, vt etiam praemio dignum ſtatuerent. Clem. Alex. Strom. L. 3. Baron. 2. Ch. 120.

ANTITAS, *antiquitas*, in Breuil. ex quo emendandae Gloſſ. L. Gr. *Antas, γεροντια*; legendum enim *Antitas.* Infra *Antites*, *γεροντιας.* Forte pro *antiquitas.* Alibi: *Antiquitas, αρχαιοτης.*

ANTITHEI, quinam fuerint, docet Arnobius adv. Gent. l. 4. *Magi haruſpicum fratres memorant ſuis in accitionibus antitheos ſaepius obrepere pro accitis; eſſe autem hos quosdam materiis ex craſſioribus ſpiritus, qui Deos ſe fingant. neſciosque mendaciis et ſimulationibus ludant.*

ANTITHETARIVS. In Legib. Canuti Reg. Angl. ap. Brompt. lemma c. 47. de *Antithetario* inſcribitur; ſed in ipſo capite vox deeſt. Legis autem ſenſu penitus inſpecto, eum qui illatam accuſationem, recrimina-

tione,

tione, i. e. contraria intenta actione, ſategerit repellere, *Antitheta-rium* vocari cenſet Somnerus.

ANTITRINITARII circa a. Ch. 1570. exorti, tres perſonas diuinas vna in Perſonalitate ſubſiſtere, docere coeperunt. Hofman. in Lexico.

† ANTIVAGIVM, tributum, quod pro apertura minae ferri apud Dalphinates illi praeſtatur, qui fundi dominus eſt, vulgo *Antinage*. Inquiſit. a. 1284. Transact. inter Ioann. Dalph. et Petr. Barralem a. 1315.

ANTONIANI AVREI, moneta Rom. cui ab Antonino Imp. nomen. V. Vopiſcum in Probo c. 3.

2. ANTONIVS. (1) Roſtratus ſuperne baculus, Germ. Krücke: ſic dictus, quod formam referret crucis S. Antonii, quae vt littera T. formari ſolet. Epiſt. MS. a. 1320. ex Archiuo S. Vict. Maſſ. *Innixus ſuper quodam ligno vocatus S. Anthonius.* (2) Ordo a Gaſtone quodam nobili Delphinate a. 1095. inſtitutus in ſolatium eorum, qui igne ſacro afflicti erant. Inſigne ejus littera T. eſt. It. Ordo militaris in Abyſſinia, de quo librum edidit I. Balth. Abyſſinus Eques. Hofman.

† ANTOPHORA, ANTHOPHORA, flores ferens, ab ἄνθος, flos, et φορος, ferens. Acta SS. t. 5. Aug. p. 952.

ANTOPIVS. Anon. Barenſis in Chron. a. 1046. *Et ceciderunt Graeci et multi Antopii per gladio et in mare.* Expreſſit forte vocem Graec. ἄνθρωπος, viri.

ANTOR, pro *auctor*, primus venditor. In foris Aragon. V. lib. 6. de furto.

† ANTORCA, cuneus intortus, taeda, Germ. Fackel. Ch. a. 1332. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 175. Ch. a. 1380. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 28. V. *Entorca.*

ANTORCHIA, fax ſepulcralis. Collect. Conc. Hiſp. t. 4. p. 195.

ANTRAE, V. *Angrae.*

ANTRAS, vel *Antrax*, Graece ἄνθραξ carbunculus, genus viceris. Alb. Muſſat. de Geſt. Henr. VII. Caeſar. l. 16. ap. Murat. to. 10. col. 568. *Triplex illi interitus cauſa deprehenſa eſt, vna in nate ſub genu leſhalis vlceris, quod phyſici antras vocant.* Vbi Villanus adnotat: Legerem ego ſic: *Vna in cruce ſub genu leſhalis vlceris quod phyſici antras vocant.* Adde Marten. to. 3. Anecd. col. 1802.

ANTRELLVM, paruum antrum. Acta SS. tom. 2. April. p. 469.

ANTRILLVS, *inſtrumentum lapicidarum.* Breuiloq.

† ANTHRITENA, repaguli ſpecies. Contin. Chron. Andr. Danduli ap. Murat. t. 12. Script. Ital. *Clauſum cum fortiſſima catena et antr.thena.*

† ANTROLIVM, an locus vbi ſtat molendinum, vel idem quod *Trolium?* Chartul. Med. monaſt. Bitur. fol. 222. *Troſelli - recognouit, quod in antrolio dicti molendini erant debiti quatuor ſolidi Pariſ. de cenſu.*

† ANTRONISCVS, *incaſtratura*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613.

ANTROPOMORFEON, vel ANTROPOMORFENS, *mandragora Graece dicta, quod habeat formam hominis.* Ita Papias MS. V. *Antropomorphitae.*

† ANTRORIVM, *lo vaſo da tirar aqua*, in Gloſſ. Lat. Ital. MS.

ANTRORSVM, aduerſo curſu, ap. Murat. t. 8. col 476.

ANTROSA. ὀρχηστρὶς, *ſaltatrix*, in Supplem. Antiquarii.

ANTRVM, templum. Papias in MS. Bit. *Corcium ciuitas fuit piratorum, vbi famoſiſſimum eſt Antrum, i. e. Templum.* ANTRVM TVMBALE, Sepulcrum, ap. Murat. to. 2. p. 411. col. 2.

ANTRVSSIO, vt fere ſemper legit Eccard. in L. Sal. vel *Antruſtio*, vt alii, idem eſt qui fidelis domino, qui ei juramento fidelitatis obligatus eſt, vel in ejus miniſterio occupatus. V. *Truſtis.*

ANTSINGA, modus Agri. Cod. MS. Irmionis Abb. San-Germ. Pariſ. fol. 11. 23. V. *Andecinga.*

† ANTVLENTVS, *clarus, lucidus, Prov. Clar.* Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

ANTVS, ἄντυξ, *ora, antes*, in Supplem. Antiq. V. *Antes.*

ANTVSTRIO, ap. Marculf. l. 1. tit. 18. Idem ac *Anstrussio*.

ANTYPHATVS, dignitas Palatina apud Byzantinos. Locum v. in *Vesti*.

† ANTYPIRA, *ae*, *Gall. Escren*, in vet. Gloss. Lat. Gall. Cod. reg. 521. V. *Antipirgium*.

ANVANNA, V. *Annanna*.

ANVATVS, annotinus. Ch. Libert. S. Palladii ex cod. MS. Coislin.

ANVBDA, ANVPDA, ANVDA, praestationis vel oneris species. Ch. Hisp. a. 824. ap. Sandoual. *Et omnes qui venerint ad populandum ad illa Brancossaria, non dent anupda, non vigilias de castellos, nisi dante tributum et infurtione, quantum poterint ad Comite* etc. Alia aera 1010. apud Yepez to. 5. p. 456. *Ipsas las cum foro ex lecto, quae non pro homicidio non anuguuera neque foratera, neque saione, de Comite non teneat*. Alia aerae a. 1016. tom. 5. p. 444. *Vt non habeant istas villas et istos terminos super saionem, nec fossatum, nec anuda, neque alicidio (scrib. homicidio) neque erbatico, nec portatico in terminis de Castella*. Alia aerae 1018. t. 1. *Et ad populandum damus ibidem licentiam, vt qui ibi habitauerit, nulla habeat super se regalia, aut comitialia imperia, neque respondeat aliquid ad ejus debita, non pro furtum, neque pro homicidium, neque pro fornitio, non pro manneria, non pro serina, neque pro fossare, neque pro anubda, neque pro castellia, neque pro facienda villa* etc. Alia Aldefonsi VI. Reg. aerae 1118. t. 3. *Vt nullus Minister meus vel haeredum meorum, vel aliarum quarumlibet potestatum intra terminos Monasterii audeat intrare, vel pignus accipere, aut in omnibus villis vel Ecclesiis, seu haereditatibus, quae juris eorum sunt, per manus saionis sigillum ponere, siue pro homicidio, siue pro fossatore, siue pro roxo, siue pro castellato, siue pro anubda, aut pro nuntio, aut pro pignore, aut pro furto* etc Alia Ferdin. I. Reg. Castel. aerae 1100 to. 1. *Vt non patiantur nullius modi aliquod detrimentum, nostri sayonis, nec nullius hominis non pro fossato, non homicidio, non pro furco, non pro fornitio, non pro annubda, non pro castelleria, non pro annassia; non pro nulla calumnia de hoc mundo* etc. Alia Sanctii Reg. t. 5. p. 468. 469. *Vt sint libraе omnes haereditate vestrae, et absque injuria cuiuslibet personae Regalis et Pontificalis et Laicalis, siue saione, siue homicidio, siue fossato, siue anupta* etc. Adde p. 472. t. 6. p. 486. 490. Videat Lector an ex hisce locis vocis notionem eruere possit.

† ANVDARE, pro *anullare*, vel *annullare*, in Ch. a. 1067. ex tabul. Massil.

ANVGVERA, V. *Anubda*.

† ANVLA, diminut. ab *anus*, *anicula*, apud Terent. Lam. tom. 12. Delic. erudit. p. 20.

ANVLARE, coloris species, qua pictores vtuntur. Isid. l. 19. Orig. c. 17. *Anulare quod vocant, candidum est, quo muliebres picturae luminantur. Fit et ipsum ex creta admixtis vitreis gemmis*. Ab eo hausit Papias, cuius verba: *quo mulieres et picturae luminantur* etc.

ANVLVS, V. *Annulus*.

ANVPDA, V. *Anubda*.

ANVOIRE, tributum 28. denar. quod olim Episc. Bellouac. a nouis coniugatis pro primo anno solvebatur; nec non ab iis, qui in ciuium adscribebantur numerum; 14 vero denar. ab omnibus sequentibus annis, exceptis clericis etiam coniugatis, quare plerique tonsuram clericalem vna cum Confirmatione accipiebant.

ANVREPORESIS. Gloss. Sax. Aelfrici: *Anureporesis*, i. e. *homo vtriusque generis, baddel*.

ANWILLA, pro *anguilla*, in MS. Irpion. Abb. San-Germ. fol. 45.

ANXER, pro *anser*, in Ch. Alfonsi III. reg. Portug. ap. Brandaon. t. 4. p. 279.

ANXESTATA. Leg. Luitp. ap. Murat. tom. 1. part. 2. p. 60. *De Anxestata et fidejussore. Si quis alii homini quadiam dederit pro quacunque causa, et fidejussorem posuerit, et postea ipsi fidejussori antestaverit, aut pignus de manu tulerit, et probatum fuerit, componat solidos XX. Anxestata* videtur mendose dictum pro *Ante-*

Anteſtata, qui *Anteſtat*, i. e. impedit, obſtat. V. *Anteſtare*.

ANXIANI, V. *Antiani*.

† ANXIARI, anxio animo eſſe. Fragm. Hiſt. Franc. t. 8. Collect. Hiſt. Franc. p. 301.

ANXIATIO, anxietas. *Anxiatio cordis*, in Vita S. Winwaloei MS.

ANXIETVDO, eadem notione. Suppl. Antiq. *Anxietudo*, ἀχθος, ὀδυνη, *ſarcina, labor*.

ANXILLA, *olla ſuperius ſtricta*. Breuiloq.

ANXIMONIA, anxietas. In Vita S. Guthlaci c. 31.

ANXIFERIVS, *moeſtiſsimus* Papias.

ANXIONARIVS. Auct. de Diſcipl. Scholarium c. 4. *O, quam proficiens eſt ſanitatique conſentaneum ſecundum facultatem in vnum componere, ne artocopi mucore anxionarius anhelitum infirmet, et vini inſipidi acor cordis ſecreta confundas - - et quod deterius eſt, ne aſſiduis incurſibus ingraſſetur anxionarius.* † Ioann. de Trokelowe Annal. Edwardi II. reg. Angl. p. 32. *Hujus igitur prouiſione - publicata, et graui poena in puſetarios et alios anxionarios, - - inflicta.* Anſerum venditor, vel volatilium ſaginator deſignari videtur. V. *Anxer*.

† ANXVLA, ligatura. Comoedia ſine nomine act. 4. Sc. 5. ex Cod. reg. 8163.

ANZA, V. *Anſa* 3.

† ANZAVGIA, pro *Anzingia*, in Bulla Eugen. III. PP. an. 1147. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonſtr. p. 544. V. *Andecinga*.

† ANZI, vox Ital. ante. Ch. a. 1100. ap. Corbinell. inter Probat. domus de Gondi p. 455.

ANZIANATVS, ANZIANVS, V. *Antianatus*.

ANZINGA, V. *Andecinga*.

† ANZOPERTVS. Ch. a. 1279. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 508. *Scribas ſtatum cujuslibet loci, ſcribendo ſolaria, aſſides, gradus, oſtia, feneſtras, anzopertos, coopertos*, etc. Idem forte quod *Amentus*, q. v.

AORASIA, coecitas, vox Graeca. Acta SS. t. 3. April. p. 435.

AOSTAGIVM, († praeſtatio quae ad medium Auguſti exigebatur, vnde vocis origo, Gallis *Aouſtage*.) Ch. a. 1232. ap. Stephanot. t. 3. Antiq. Bened. Pictav. MS. p. 822. *Similiter ſerviens percipiet per ſe conſuetudines ſuas, videlicet terragerias, aoſtagia, meſtivum, gallos, caſeos, tortellos, et corueiam ſuam et vnum gellonem vini* etc. V.

AP, filius, lingua Cambro-Britannica ex Ioh. Dauid. Rymer. t. 3. pag. 156. *Rex dilectis et fidelibus ſuis - - Griffino Ap Res, et Yerewardo Ap Griffyn ſalutem.* Et p. ſeq. *Philippus Ap Howell, Morganus Ap Meredud.*

APACARE, ſatisfacere, contentum reddere, Italis *Appagare*. Pacta inita inter Francos et Venetos in Geſt. Innocent. III. PP. p. 92. Murat. t. 3. p. 537. *Apacati* legit *Apagati*. V. *Pacare*.

APACTIO, pacificatio, in Tabul. S. Dionyſ. Lemov.

APAGARE, V. *Apacare*.

APALANCARE, palis munire, Ital. *Palancare*. Chron. Parm. a. 1295. ap. Murat. t. 9. col. 831.

APALAR, APALARE, cochlear. V. *Applare*. *Apalarea*, *Apalareus* et contracte *Aplare*, cochlear, item.

† APALLATEA, in ep. Pauli I. PP. ap. D. Bouquet t. 5. Collect. Hiſtor. Franc. p. 505. vbi Cangius legit *Apallarea*. V. *Applare*.

APALTOR, manceps. Ital. *Appaltatore*. Synodic. Raphael. Archiep. Nicoſii c. 19. *Prohibemus Clericis et praecipue Presbyteris et Diaconibus, ne commercia vel officia ſecularia exerceant maxime inhoneſta et ne ſint caſalium aut redituum apaltores aut procuratores militum* etc. V. *Apatiſatio*.

APALTVS, Ital. *Appalto*, locatio. Synodicum Raphaelis Archiep. Nicoſi a. 1252. c. 18. Eadem habentur in Concilio Nemoſ. a. 1298. c. 4. vbi pro *apaltibus* editum *appaſtis*. Vnde forte vocis etymon. Adde aliud Conc. Nemoſ. a. 1340. c. 1.

† APALVS, *mollis*, ex Gloſſar. ad Alex. Iatroſoph. MS. l. 1. Paſſ. c. 6. et c. 85. V. *Appalus*.

† APALVSTRIA, *ornamenta navis*, in vet. Gloss Cod. reg. 7646. Rectius infra *aplustria*. V. *Aplaustrum*.

APANAGIVM, APANAMENTVM, pro eo quod ad victum et in alimentum secundo genitis praestatur, et conceditur a parentibus; *Soutenance* dicitur Petro de Fontanis in Consilio c. 34. nam in pluribus Galliae prouinciis vt ait Petr. de Vineis l. 6. Epist. 25. *Major natu, exclusis minoribus fratribus et cohaeredibus, solus in castro succedit, inter eos nullo tempore dividendo.* Quippe Baroniae, seu majora praedia ac feuda, diuisionem non recipiunt, nec inter haeredes diuiduntur, sed ad solum primogenitum pertinent; qui tamen tenetur assignare *Apanagium* fratribus suis secundo genitis, s. certam quandam *provisionem*, vti et vocatur, i. e. pensionem in alimentum pro dignitatis ac natalium ratione. Aresta O. SS. an. 1269. in 1. Reg. Parlam. fol. 60. Arrest. Parlam. an. 1341. ap. Lobinell. to. 2. Hist. Brit. col. 485. et alibi. V. etiam *Appanagium*

APANARE, panem ac cibum porrigere, pascere; panem enim pro quocunque alimento vsurpari palam est. Ch. a. 1328. Dominorum Cannati in Prouinc. *Omnis persona extranea vel privata caveat ne infra castrum Canneti, seu ejus territorium receptet et occultet, seu etiam apanet aliquem latronem.* Et mox: *Quod intelligimus, si tales apanatores, vel auxilium praebentes, scirent esse latrones eos quos apanarent. Apaner vne fille*, Gallis est, dotem seu legitimam portionem bonorum filiae conferre, ita vt caeteris haeredibus bonis remuntiet, in Consuet. Niuernensi c. 23. art. 24. Marchiensi art. 220. 224. Bourbon. art. 265. 305. et seq. et in Consuet. loci de Thear in Biturig. art. 25. *Apanager*, in Silunectensi art. 66. Bourbon. art. 265. Bituricensi tit. 5. art. 17. et Turonensi art. 284. Hinc *Appanare* ap. Baluz. t. 2. Hist Auern. p. 283. in defensionibus Roberti Delph. cont. Guillel. Comitoris: *Quando pater appanavit filiam suam, quod facere potest virtute consuetudinis praedictae, et filia hujusmodi appanationem probat, nihil amplius petere potest ex successione bonorum paternorum.*

APANATIO, APANATOR, V. *Apanare*.

APANTETERIVM. Gloss. Lat. Graec. Ἀπαντητήριον, *apanteterium, diuersorium*.

† APANTITIVM, aedificium domui additum, Gall. *appentis*. Ch. an. 1336. t. 1. Probat. Hist. Brit. pag. 1377. V. *Apenticium*.

APARAMENTA NAVIS, apparatus, Germ. Ausrüstung, ap. Rymer. t. 3. p. 170 et p. 171.

APARAZMVS, pro *Amparasmus*, tuitio, in Ch. Alboaceni reg. Conimbric. a. 734. ap. Sandouall. in rege Fauila. V. *Amparare*.

† APARENCIA, a Gall. *Apparence*, similitudo, species. Ioh. de Cardalhaco serm. in Circumcis. Dom.

APARES, V. *Appar*.

† APARIARE, a Prouinc. *Aparjar*, Gall. *Apparier*, coniugare, copulare, vnde APARIATIO. coniugatio, copulatio. Ch. 1501. Mss. V. *Appariare*.

† APARIBILIS, APPARENS, apertus, manifestus. V. *Lex Apparens*, et *Paribilis*. Ch. a. 1108. ex Bibl. reg. col. 19. *Infantes - qui de nobis duobus aparibiles fuerint; si vero de nobis duobus infantes non aparuerint* etc. In Ch. a. 1196. ibid. APPARIBILIS, eodem sensu occurrit, vt et in Ch. a. 1139. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 488.

APAS, pro *Abbas*, in Ch. Alaman. Goldast. 35.

† APASCAIRARE, a Prouinc. *Apascairar*, pascua ad depascendum locare, APASCAIRATIO, eorumdem conductio. Bertrand. t. 4. Consil. 231. p. 259.

APASTIS, V. mox

APATISATIO, pactum, conuentio, quae cum hoste fit a regionis subactae incolis, vt a caedibus et incendiis abstineat, praestita, quadam tributi solutione, Germ. Brandschatzung. Gallis olim dicebatur *Appatis*. Litterae Thomae de Monte-Acuto

Acuto Comit. Sarisber. ap. Nic. Vptonum l. 2. de Offic. Milit. c. 12. *Concedimus per praesentes bonum et salvum conductum, ac salvam gardiam, sine securitatem apatisationis. Epactio vel pactio*, in Tabul. S. Dionys. Lemouic. c. 5. *Apastis*, ap. Monstrellet. 2. vol. p. 81. 83. B. *Pastis* in Charta Caroli V. Reg. Fr. a. 1372. V. *Appatiamentum*, *Appatissamentum*.

APATOR, Gr. ἀπάτωρ, sine patre. *Apator et Ametor* dicuntur de Melchisedech a Tertull. Lib. de Praescript. c. 5. Spurii quoque dicuntur ἀπάτορες, *quasi sine patre filii*, §. 12. Inst. de Nupt.

† APATVARE, APPATVARE, pacisci, de exigendis tributis conuenire. Ch. a. 1384. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 66. 70.

† APEAMENTVS, liber censualis, in quo census descripti sunt cum eorumdem litteris authenticis, quas *Recognitiones* vocant; forte ab Hisp. *Apeamiento*, agri mensura, finiumque limitatio. Stat. Ord. S. Ioann. Hieros. p. 1584. t. 2. Cod. Ital. diplom. p. 1850.

APELITAE, Haeretici, angelum quendam Deo superiorem, quem Deum igneum appellabant, Israelitarum legislatorem fuisse, asserentes, Christum vero Deum esse negantes etc. ab *Apelle* quodam dicti. Hofman. ex Macri Hierolex.

APELLA, Iudaeus circumcisus, quasi *sine pelle*. In Vet. Gloss. *Apella*, λαπόδερμος Horat. l. 1. Serm. Sat. 1.

- - - - *Credat Iudaeus Apella, non ego.*

Aurora in Exodo:

Extinguit Domini factus Apella puer.

† APELLARE, APPELLARE, repetere, redimere. Ch. Gellonensis a. 1097. *Dono - - quidquid apellibam in ecclesia S. Caprarii.* Chartul. Celsin. ch. 279.

APELLAREA, V *Applare*.

† APELLERE, depellere. Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Apellet*, *depellet*.

† APELLIDVM, Hisp. *Apellido*, submonitio, seu conuocatio populorum ad vindicanda maleficia. Ch. an. 1069. t. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portug. p. 3. Alia Aldefonsi reg. Castel. a. 1181. ap. Baluz. in Hist. Tutel. pag. 494. V. *Appellitum*.

APELLVM, appellatio, prouocatio, Gall. *Appel*. Ex Arresto Parlam. Tolos. pro Episc. Albiensi a. 1498. d. 2. Martii. V. *Appellum*.

† APELLVS, practicis Gallicis, *Relief d'appel*, vt videtur. Instr. a. 1420. ap. Spon. t. 2. Hist. Genev. p. 157. *Prouocationes et appellationes prosequendi, intimandi, insinuandi, et notificandi, apellosque et litteras dimissorias* etc.

APENARII. Trebellius in Gallienis: *Carpenta cum mimis et omni genere histrionum: pugiles sacculis non veritate pugnantes: Cyclopea etiam inferunt omnes apenarii, ita vt mirandi et stupenda quaedam monstrarent.* Casaubon. monet in quibusdam MS. legi *apinarii* et *apennarii*. - Meursius vocem formatam ex ἀπήνη censet, quae vox Graecis *currum asinis aut mulis junctum* significat, ita vt ἀπηναρίοι aurigae fuerint. Vide *Apinarii*.

APENDARIA, appendix, ap. Baluz. tó. 1. Hist. Aruern. p. 485. Ch. an. 1062. ex Archiuo S. Vict. Massil. V. *Appendaria*, et *Apenticium*.

APENDICE, CEDRI, ἐπὶ τῷ κηγμωτος, in Inscript. ap. Grut. 601. 10. Officium domus Augustae, cui arcularum aut aliarum rerum e cedro compactarum cura erat, inquit Salmasius: est enim *pendix*, idem quod *pendigo* ap. Arnob. *Pendigines statuarum* etc.

APENDIMENTVM, appendix, Gall. *Appendances*. In Ch. a. 1218. ap. Guichen. in Probat. Hist. Sabaud. p. 62.

† APENNARIA, pro *Apendaria*, in Ch. a. 30. reg. Lotharii in Tabul. Gellon. V. *Appendaria*.

APENNARIVS, V. *Apenarius*.

APENNIS, Scriptum dicitur confectum in gratiam eorum, qui incendio aut hostili depraedatione, chartas, quibus possessionum proprietatem et jura probare poterant, perdi-

perdiderant. Tunc enim coacta loci plebe, atque inſtitura, coram ipſo judice, accurata inquiſitione, aliud conficiebatur inſtrumentum, quo in poſterum rerum ſuarum jura firmarentur. Cujus duplex erat exemplar; quorum alterum in foro ciuitatis publico affigebatur, vt omnibus innoteſceret, alterum penes poſſeſſorem remanebat, qui ad majorem rei cautelam, ipſi Regi aut Principi, firmandum proferebat. Vnde *Relatum*, et *Chartula relationes* dicitur in Formuls a Bignon. et Lindenbrog. editis, quia ad aliorum relationem conficiebantur. Incertus auctor in formulis poſt Marculfum c. 45. quod inſcribitur: *Relatum quod dicitur apennis: Mos nobilium Romanorum adfuevit, et ratio juris depoſcit, vt ſi cuiuscunque domus igne crementur, is per ſpeciem ſcripturarum chartulam relationis, quae dicitur apennis, recipiat.* Formulae vet. ſecundum Leg. Rom. c. 28. *Conſuetudine huius loci, vel etiam legis terrenae juſtitiae conſtat eſſe perfectum, vt quicunque ab incendiis vel hoſtibus ſeu a latronibus fuerit perpeſſus diſpendium, oportet hoc caſu in foro publico, vel ciuitate, cum curia publica et defenſore vel reliquis ciuibus publicare.* Reliqua praetermittimus, quae ad corroboranda ea quae ſupra dicta ſunt, ſpectant. Sed notandum in MS. Regio Cod. 1097. *Adpennem* et *Appennem*, hoc loco haberi. Extant de huiusmodi *Apenni* formulae 30. 31. 32. in Formul. Andegav. vbi *Apennis* et *Appennis* promiſcue ſcribitur.

APENSATES, pro Appenſatus ſ. *Appenſus*, in Ch. Com. Chrodardi an. 764. ap. Felibian. in Hiſt. Monaſt. S. Dionyſ. p. XXIX.

APENTAT. Ch. Henr. II. Angl. Reg. et Duc. Norm. ex Archivo Deccenſi: *Solutas et liberas* (habeant poſſeſſiones ſuas) *et quietas de fyre, et hundret, et placitis et querelis, et de murdro, et de apentat, et ſcutagio, et geldis, et danegeldis.* Haud ſcio an *Apentat* idem ſit quod *Wapentac*, Anglice *armorum tactus*, ita vt hi *de Apentat* liberi dicantur, qui militari ſeruitio non eſſent obnoxii. Haec conjectura vtcumque fulcitur ſequenti voce *et ſcutagio*, quod fere idem ſignificat. V. *Wapentachium*.

APENTICIVM, aedificii appendix humilior, Gall. *Appentis*, *Angar*. Lib. Anniuerſariorum Monaſt. S. Germ. Pariſ. fol. 18. *Apendaria* eodem ſenſu ibidem fol. 54. Compurus generalis redituum Reg. Fr. a. 1202. ap. D. *Bruſſel* Tract. de Vſu Feud. tom. 2. p. 209. V. *Appendaria*.

APEPESIA, vel APEPICIA, *velox ireginia, i. e. indigeſtio*. Ita Papias MS. Bit. l. Laurent. in Amalthea habet *Apepeſia*, quae eſt ſtomachi vitium, nempe cum cibi tales egeruntur, quales ingeruntur, vt loquuntur Medici a Graeco ἀπεψία.

APER, *ſignificat diabolum educem ferum*. Papias MS. Bit. Ex illo ſcripturae: *Singularis aper egreſſus eſt de ſylua* etc.

APERCVLARIVS, V. *Apertularius*.

† APERFECHARE, vrendo conſumere. Lit. Caroli V. de forma veſtium mulierum Montiſpeſſ. a. 1367. inter Probat. t. 4. Hiſt. Occit. p. 294. Germ. verbrauchen.

APERIBILIS, V. *Feudum aperibile*.

APERILITER, aperte, palam. Occurrit in Statut. MS. Capitulorum General. S. Vict. Maſſil.

APERIRE. (1) *Aperti honores, aperta beneficia, aperta feuda*, dicuntur cum vacant, nec poſſeſſorem habent, Germ. erbffnete Lehen. Capitula Caroli Calui t. 43. c. 8. Eginhard. Epiſt. 50. *Aperta feuda*, in vet. Inſtrum. ap. Pontanum l. 7. Rer. Danicar. p. 389. (2) APERTAE LITERAE, quae vulgo *patentes*, Germ. offene Briefe. Synodalis Epiſt. Concil. Viennenſ. ad Paſchalem PP. *Cuius confirmationis argumentum per apertas nobis litteras ſignificare digneminí.* Occurrit praeterea in Chartis aliquot Dan. a. 1321. et 1323. ap. Pontan. l. 7. Hiſt. Dan. p. 430. 433. Eaedem *Chartae apertae* dicuntur in Ch. Caroli Imp. in Chron. Laurisham. a. 779. (3) APERTAE TERRAE, aratro proſciſſae, in Ch. Langobard. t. 1. Ital. ſacrae

sacrae p. 47. 48. *Aperire Terram*, t. 9. p. 277. V. *Aprisio*. (4) APERTI LIMITES, qui ex lege patent, et peruii sunt itineribus et mensuris agendis, ap. Hygen. de Limitibus. (5) APERIRE, *annuntiare*, *monstrare*, *patefatere*. *Placidus*. Gloss. vet. Cod. reg. 7646. Germ. eröffnen.

† APERITIO TESTIVM, eorum testificatio iuridica. Statut. Mant. l. 2. c. 14. Cod. reg. 4620.

APERTILIS, ἀνοικτός, *apertus*, ap. Ianum Lauremb. in Supplem. Antiquarii.

† APERTINENTES, appendices, vt *Appertinentiae*. Ch. Berthae comit. a. 6. Lotharii regis Fr. *Mancipia cum suis apertinentibus*.

APERTINENTIAE, ap. Baluz. t. 2. Hist. Aruern. p. 255. et alibi, idem quod *Appertinentiae*, s. *Pertinentiae*, appendices. Germ. Zubehör.

APERTIO. (1) *Apertionis mysterium*, ceremonia, qua Sacerdos accedentis ad Baptismum nares et aures tangit; dicens *Epheta*, *id est*, *adaperire*. S. Ambros. lib. de Initiandis c. 1. et lib. 1. de Sacram. c. 1. (2) VERSVS APERTIONIS, in Regula Magistri c. 44. *Domine*, *labia mea aperies*, quo scil. sacra Liturgia aperitur. (3) APERTIO FEVDI, eadem notione, qua *Aperire feudum*, in Hist. Dalph. t. 2. p. 589. Germ. Eröffnung des Lehens. (4) APERTIO ORIS. Vox iuris Pontif. Noua Constit. Clement. XI. aduers. ceremonias Sinens. *Decernentes praesentes litteras - - nullo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio - - retractari*, *in controuersiam vocari*, *aut ad terminos Iuris reduci*, *seu aduersus illas apertionis oris*, *restitutionis in integrum - - - praetextu venire posse*. Solemni ritu et apparatu in consistorio Pontifex Romanus recentis Cardinalis os solet aperire.

APERTORIVM, officina, taberna aperta, in qua artifices palam opera sua conficiunt, ex Gallico, *ouvroir*, tametsi vox haec Gallica ab *opere* vel *opera*, Gall. *oeuvre*, deducta videatur, vnde *oeuvroir* et *ouvroir*, pro officina; nam *Ouvrier*, opificem significat, *Apertorium* itaque dici viderur, pro *opertorium*, vel potius *operatorium*, ab *operatore*, *Ouvrier*. Ch. a. 1194. ap. Catellum in Hist. Occitana l. 4. p. 645.

APERTVLARIVS, seu *Aperculatius*, *effractor*, in Gloss. Lat. MSS. Regiis Cod. 1013. et Isidori. Ian. Lauremb. in Suppl. Antiqu. *Apertularius*, Πλαστὰ ἵππων ὑπνος, *Equus confusione laborans*. Idem: *Apertularius*, Θυρεπενοίκτης, *Ianitor*. Melius Gloss. Lat. Graec. *Apertularius*, Θυρεπενοίκτης. Alii Gr. Iap. Θυρεπανοίκτης, *Effractarius*, qui vi effringit vel aperit fores.

APERTVRA, expositio, explicatio. Concil. Tolet. VIII. tom. 2. Conc. Hisp. p. 541. Spicil. Achet. t. 9. p. 326. Quo in posteriori loco *Aperturae* idem sunt ac *viae*, seu media quae quis rentat vel aperit, vt ad finem possit peruenire. APERTVRAM FACERE, aperire, ap. Lobinell. in Gloss. ad calcem tom. 3. Hist. Paris. Alia notione, vt videtur, V. in *Berlenghum*.

APERTVS, V. *Aperire*.

APES, APIS, alueare apum. Germ. Bienenstock. L. Salic. Ed. Herold. tit. 9. §. 1. *Si quis apem de arbore alienum furauerit*. Editio Pithoei habet: *Si quis vnum vas apium etc.* §. 3. *Si quis vnam apem*, *hoc est*, *vno vasculo*, *furauerit etc.* Edit. Pith. *Si quis vnum vas cum apibus etc.* Interdum ipsum apum examen. L. Bajuv. tit. 21. c. 18. *Si apes*, *i. e. examen alicuius ex aptili elapsum fuerit*. Adde c. 9. Vandelbert. de Miracul. S. Goaris c. 32. *Ego tibi pro munere vnam apim*, (*sic enim vocare rustici examen apum consueuerunt*) *huc gressum afferam*.

† APESATOR, qui appendit, ponderat. Ch. a. 1230. ap. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 365.

† APETISSARE, imminuere, decrescere, Gall. *Appetisser*. Ch. a. 1359. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 228.

† APETITIVVS, appetens, appetitum indicans, Gall. *appetitif*. Acta dissolut. matrim. Lud. XII. ex Bibl. reg.

† APEV-

† APEVTISMENVS. Alex. Iatrosoph. Mſ. l. 2. Paſſion. cap. 80. *Thenaſmus eſt paſſio inteſtini apeuriſmeni.* Vbi Gloſſae, *i. recti.*

APEX. (1) *Eſt pilenm ſubtile quo ſacerdotes gentiles vtebantur, appellatus ab apiendo, i. e. à ligando.* Iſid. l. 19. Orig. c. 30. Feſtus vero: *Apex, qui eſt ſacerdotum inſigne, dictus eſt ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo, apere dicebant, vnde aptus is, qui conuenienter alicui junctus eſt.* Hinc, APICES FASTIGATI, pro *pileis cacuminatis*, quibus vtebantur Alani, ap. Iſid. teſte Hofman. cuius Lexicon conſule. (2) Decretum Imperatorium. Saepe occurrunt *Apex, Apices*, pro Inſtrumentis, Diplomatibus, Epiſtolis etc. Acta SS. tom. 2. April. p. 483. V. *Apices* (3) Epiſcopos et Abbates *Apices* vocabant, ſcire quod Flaminum dignitatis nota erat pileus quem *Apicem* appellabant. Annal. Bened. to. 5. p. 664.

APHESTRVM, V. *Aplaſtrum.*

APHETA, Graece ἀφέτης, Praetor ap. Rom. dictus eſt, quod ſignum daret in Circenſibus emittendarum quadrigarum ab ἀφιέναι, mittere. V. Lexic. Hofmanni.

APHOPLISTAE, ἀφοπλισταί, exarmatores. Iulian. Anteceſſ. conſtit. 15, §. 10. Vgutioni vox nota, ſed falſo explicata: *Aphóplíſta, qui priuatis omnibus arma aenea habet, vel caedere faciens.*

APHORISMVS, a Graeco ἀφορισμός, liber in quo breues ſententiae phyſicis neceſſariae. Petr. Diac. de Vir. illuſtrib. Caſinenſ. c. 35. ap. Murat. to. 6. col. 51.

† APHOTOCEPHALVS, *lo anbiciofo*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

APHTHARTOTICAE, Haeretici ex Eutychianorum ſecta pullulantes; Seruatorem noſtrum corpus a conceptione immortale habuiſſe commenti ſunt. Sander. haereſ. 106. Baron. a. 535.

APIARVS. Ch. Alani Epiſcopi Autiſſiodorenſ. ap. Sammarth. *Si Epiſcopus venerit in villam . . accipiet patellam, cacabum, ſcutellas, aphos, calcitras.* Cangio legendum videtur *cyphos* ſ. *ſcyphos.* Eius editor mauult *Anaphos*, V. *Hanapus.*

† APHYA, piſcis, ſardiniae ſpecies. Tract. Mſ. de piſcibus c. 128. ex Cod. reg. 6838. *Aphyae ſpecies eſt, quae Ceterin a Gallis appellatur. Agatopoli Callignes vel Laſchen, Moſſidis Harengnade.*

APHYTREARIA. Teſtam. Audon. Epiſc. Veron. a. 11. Ludov. Pii. ap. Ughell. *Vt ſi Patriarcha vel Abbas: - - ipſam curtem ſubtrahere voluerint, aut per qualecunque ingenio alicui ea dederint, ſin (ſine) per aphytrearia, aut in beneficio, aut ſi Patriarcha ad manus ſuas tenueris etc.* Sed legendum: per *emphyteoſin* aut *praeſtariam*, aut ſimile quid.

† APIA, inter gladios vetitos recenſetur, in Stat. civ. Aſtae c. 92. *Gladii vetiti ſunt iſti - - omnes falzoni, apiae, piolae, jeiſarmae* etc.

APIAGO, apiaſtrum, ſ. Meliſſophyllon, Germ. Meliſſe, Bienenkraut. Sic dicta, quod flores eius apes maxime apperant. Papias MS. Bit.

APIARIVM. Vgutio: *Apiarium locus, vbi ſunt vel mellificant apes.* Gloſſ. S. Bened. *Apiarium, μελισσεῶν*; vox Columellae nota. L. Wiſigoth. l. 8. t. 6. §. 3. *Vas apium*, in L. Sal. tit. 9. §. 1. *Vaſculum Apum*, in L. Bajuv. t. 21. c. 9. *Aluearia apum cum ipſis apibus* proiecta ab obſeſſis in hoſtes, in Hiſt. Auſtrali a. 1289. *Apium decimae* ap. Orderic. Vital. l. 5. p. 582. *Apium vilitates* in Ch. Henr. V. Imp. a. 1112. ap. Nic. Zylleſium in S. Maximino. p. 49. V. Capitul. de Villis c. 17.

*) APIASTELLVM, Beyenkraut (Bienenkraut) in vet. Vocabul. a. 1482. V. *Apiago.*

APIASTRA, APIASTER, merops, auis, quae inter volandum apes deglutit, Germ. Bienenſpecht, Bienenfreß, Gelnſpecht. Seruius lib. 4. Georgic. *Meropes ſunt apes virides, et vocantur apiaſtrae, quia apes comedunt.* Pap. MS. Bit. *Apiaſtrae, aues quae apes comedunt, vnde et dicuntur.* V. *Gaulus.*

APIASTRIVM, APIASTRVM, locus vbi ſunt apum aluearia. Pap. MS. Bit. *Apiaſtrium, vbi ſunt apes, ju amiarium*

avium vbi sunt aues, violarium vbi violae, rosarium vbi rosae. Acta SS. t. 3. Febr. p. 611.

† APICARE, ab Ital. *Impiccare*, ligare, seu ad furcam suspendere. Barelera in serm. in fer. 5. hebd. 1. V. *Apicire.*

APICELLAE. Ch. Wilh. Reg. Sicil. ap. Vghellum t. 7. Ital. Sacr. 409. *Insuper confirmamus eidem Minorensi Ecclesiae omnes homines de eadem terra, qui dicuntur apicellae, praestitae Ecclesiae pertinentes, apothegarios 2. furnarios 2. mandantes et firmiter praecipientes, vt tam homines ipsi qui dicuntur apicellae quam et ipsi 2. apothegarii - - ei respondeant.*

APICELLI, vt mox *Apices.* Acta SS. to. 4. Maji. p. 346.

APICES, pro scriptis, epistolis, passim vsurparunt aeui inferioris Scriptores. Gloss. Graec. Lat. *Apex, diuini apices, γράμματα θειϊκλίου.* V. Sauaronem ad Sidon. et Iuret. ad Symmach. Mabill. Liturg. Gall. p. 266. col. 1.

) APICIO, i. q. *Apiarium* in vet. Vocabul. a. 1482.

APICIOSVS, *caluus, caluaster*, in Gloss. Isid. Festo *Apica*, est *ouis quae ventrem glabrum habet.* Cangii editor legendum putat *Alopecioſus*, quam vocem pro caluus vsurpauit Octav. Horatian. V. *Alopecioſa.*

APICIRE, *ligare. Apicitus, ligatus.* Gebhardus emendat: *Aptare, ligare; aptatus, ligatus.* Cerda vero, *Allicere, ligare; Allicitus, ligatus*, a licio. Sed Graeuuius vulgatum esse ferendum credit, et posteriores scriptores id formasse ex *Apere* quod est ligare. Cic. de Nat. Deor. *Baldus multa dixit, etiamsi minus vera, tamen apta inter se et cohaerentia.*

APICVLARE, i. q. *Apiarium*, in L. Longob. l. 1. t. 25. §. 37.

APICVLARII, qui iure *abollagii*, de quo supra, in siluis dominorum gaudent. Regest. Castri Lidi in Andibus f. 27. *Comes etiam habet summam mellis, et 4 solidos de apicullariis.*

APICVLARIVM, aluear, ap. Spelman. in Lex. sed ap. Murat. t. 1. part. 2. p. 42. col. 1. *Apicularium* idem est quod *Apiarium* f. locus, in quo sunt pleraque apum aluearia: *Si quis ex Apicularia vasculum cum apibus furauerit.*

APICVLVS. (1) *Ligamen, ex quo filacteria dependent: et pro filis accipitur. Apicere, ligare.* Vgutio. (2) † Vt *Apicellus*, diminut. ab *apex*, littera. Acta SS. t. 1. Aug. p. 171.

APICVS, ὀκτάκισσης ὡς Ἰνδιγενὴς, *opicus*, in Supplem. Antiquar.

APIDISCVS. Gloss. Aeltrici: *Apidiscus, thebhoc, id est, pecten.*

APIFER, *magister apum.* Vgut.

† APIFERA, *funes nautici.* Cathol. Vide mox

† APIFERION, *quo cornua antennae tenduntur ante et retro*, in Gloss. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

APIFERIVM, et APISTERIVM aluearium apum, Vgut. V. *Apiarium.*

† APIGLVM, pars plaustri, quod alteri inhaeret, sic dicta vt videtur, ab Ital. *Appigliare*, adhaerere. Stat. Auellae a. 1496. c. 146. Cod. reg. 4624.

† APILAGIVM, ius erigendi seu construendi porticus nundinarios, vbi merces venales exponuntur, a *pilis* quibus sustentantur dictae. Ch. a. 1392. V. *Pila* 3.

† APILAMENTVM. (1) Ius figendi palos aggeris sustinendi causa. Ch. a. 1393. in Bibl. reg. *Abbas - - facit pro apilamento paxeriae sui molendini - - duos denarios.* (2) Fulcrum, fultura. Ch. a. 1388. inter Ordinat. reg. Fr. t. 8. p. 280. V. *Appillagium.*

APILE, aluearium apum, in L. Bajav. tit. 21. §. 8. *Si apes i. e. examen alicuius ex apili elapsum fuerit etc.* V. *Apiarium* et *Apicularium.*

APINARI, pro *Acinari*, vel *Aginari*, i. e. in paruo morari, legendum censent Barth. et Casaub. ap. Gruev. in not. ad Gloss. Isid. V. *Acinari.* Emendationi fauet vox sequens.

APINARII, memorati Trebellio Pollioni in Gallienis c. 8. *Cyclopes etiam luserunt omnes apenarii, ita vt miranda quaedam et stupenda monstrarent.* Non sunt rhedarii f. autigae, Graece ἀπηνάριοι, vt quidam vir doctus contendit; sed ab apinis dicti *apinarii*, scurrae videlicet vel

vel ludiſ, qui moribus et geſtibus fabulas et hiſtorias deſalrabant in ſcena, et varia miraque in illo genere oſtendebant, vt hi *Apinarii*, qui Cyclopea luſerunt et totam illam Cyclopis fabulam expreſſerunt. Hofman. in Lex. V. *Apenarii*.

*) APIPHORIVM, i. q. *Apiarium*, in vet. Vocabul. a. 1482.

APIRE, ligare. Gl. Arab-Lat. *Apio, ligo*. V. *Apex* (1),

APIS. (1) *Significat formam virginitatis, ſiue ſapientiam, in malo, imaſorem.* Papias MS. Bit. ex illo forſan officii Eccleſiaſt. in feſto S. Ceciliae: *Cecilia famula tua, Domine, quaſi Apis tibi argumenteſa, deſeruit etc.* (2) Pro *Apes*, quod vide.

APISMERGIS, *loca calentia aperum.* Gloſſ. Iſid. ad quod Graev. haec addit: Spectant haec locum Virgilii in 5. Aeneid.

Tranquillo ſilet immotaque attollitur vnda
Campus, et, apricis ſtatio gratiſſima nergis.

V. ibi Serv. Videtur itaque legendum: *Apricis mergis, loca parum calentia, apta.* Periit vltimum verbum: *apta.* Sunt autem *aprica loca*, quae non ſunt nimis calida, vt notum eſt.

APISSIMVM, *otium largiſſimum.* Pap. in MS. Bit. † Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Apiſſima, ocio largiſſima. Apiſſimo, diu largiſſimo.*

APISTERIVM, V. *Apiſterium.*

† APISTRIVM, *apiſterium, apiarium, Ruches ou les mouches font le miel*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. V. *Apiaſtrum.*

APITERNVS, *qui rebus caret mundanis.* Vguio.

APLAE, Graec. ἁπλαῖ, ſoleae quas Graeci etiam σανδάλια dixere. Hofmann.

APLANARE, planum reddere, colere. Gall. *Aplanir.* Ch. Hiſp. aerae 818. ap. Sandouall. in Sylone Rege et Yepezium t. 3. Extractum computi Raymundi Chaberti Caſtellani a. 1336. Hiſt. Dalph. to. 2. p. 325.

APLANES, firmamentum; ex Graec. ἀπλανὴς, i. *non erraticus.* Macrob. L. 1. de Somn. Scip. *Prima illa ſtelliſera ſphaera, quae proprio nomine dicitur coelum, aplanes apud Graecos vocatur, continens et arcens caeteras.* Ioan. de Ianua: *Aplanos, vel Aplane, vel Aplanes, id eſt, firmamentum, quaſi ſine errore, quia ſemper monetur in eodem loco et acuitur in fine.* Dungalus Recluſus de ſolis Eclipſi ad Carolum M. Radbod. Epiſc. Carm. in S. Suibert. Epiſc. Ioan. Sarisber. l. 2. Polierat. c. 16.

APLATA. In veteri Expoſit. verbor. Iuris MS. ap. Spelman. haec leguntur: *Aplata. h. e. pro certo.* Etiamnum Galli dicunt *à plat*, pro *plane.*

APLAVSTRVM, pro *Aplaſtrum*, vel *Aplaſtre*, in Vita S. Appiani Monachi Ticinenſ. n. 10. Eſt porro *Aplaſtrum, tabulatum ad decorandum ſuperficiem nauis adpoſitum.* Ita Schol. Iuuen. Sat. 10. Gl. Lat. Gr. *Aplaſtra, πτερὸν πλοίου, ὡς Ἔνιοι.* Alibi *το ἄκρον της πρῴρας.*

APLEGIARE, *plegium* ſ. vadem dare. Ch. Guillermi D. de Linieriis a. 1268. ap. Thomaſſer. Conſuet. Bibl. p. 196.

† APLISTIA, *crapula, ſaturitas*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641. Gloſſ. Gr. Lat. ἀπλησία, *auaricia, mammona cupidatis.*

APLOBLATTEVS, vel APLOBLATTIVS. Ch. Cornut. ap. Mabill. de re Diplom. p. 462. *Item vela aploblattea, coccoprafina, cantharata.* Vbi *Aploblattea* idem videtur, quod *purpurea.* V. *Blatteus. Aplo* autem poſſet eſſe a Graeco, ἁπλοος, ſimplex, niſi legere malueris, *Aſproblattia*, quod eſſet ab *aſper et blatteus.*

APLOIDVM, rete piſcatorium. Graece, originis, ἁπλοος, ſimplex, vnde ἁπλοΐς, veſtis ſimplex. Hinc rete dictum *Aploidum*, quod eius textura rara ſit et tenuis. Ch. Curia Remenſ. a. 1250. in Charrular. S. Nicaſii Rem. Etiamnum piſcatores orae maritimae Normanniae inſtrumenta ſua piſcatoria vocant *Aplets.* † *Aploidum*, vox eſt generica, qua quicquid piſcationi neceſſarium eſt, imo et equi vel bouis inſtructus ſigni-

significatur, Gall. olim *Aplait, Applect* et *Applois*.

† APLVDA, *fur furibus alii pannicique. Placidus.* Gloss. vet. Cod. reg. 7646. Lege, *furfur frumenti, milii, pannicique.* V. Lex. Mart. v. *Apluda.*

† APLVSTRE, *gouvernail de nef*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. Rithm. in Cod. 12. S. Martial. Lemouic. *Orbis apluſtre frangitur - - Incerna verbi moritur.* Acta SS. t. 1. Sept. pag. 300. V. *Aplauſtrum*, et *Ampluſtre.*

APNADES, *ἄηχλιον, vaſis argentei genus*, in Supplem. Antiq.

APOCA, ſchedula, qua quis fatetur ſe quippiam ab alio recepiſſe. *Apoca de receptis*, ap. Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. in Gloſſar. V. *Apocha.*

APOCALIGVS, miles caligatus. Adrian. PP. Ep. ad Irenem et Conſtantin. Impp. in Concil. Nicaen. 11. Act. 2. et ex eo Ioan. VIII. PP. Ep. 200. de Taraſio Patriar. Conſtant. *Quia ex Laicorum ordine et imperialibus obſequiis deputatus, repente Patriarchatus culmen adeptus eſt, et apocaligus contra ſanctorum Canonum cenſuram factus eſt Patriarcha.* I. e. qui adhuc gregarius miles, nouitius in rebus Eccleſiaſticis et tyro, ſtatim factus eſt Patriarcha; quomodo a caliga ad conſulatum peruenisſe Marium dixit Seneca lib. 5. de Benef. *Caliga* enim pertinebat potiſſimum ad milites manipularios et gregarios, cum vniuerſim *caligati* dicerentur *στρατιῶται ἔνοπλοι, ἐντελεστεροι καὶ ἐξωπλισμένοι*, vt eſt in Nouell. Iuſtin. 74. vnde eiusmodi tyronum et militum militiae, *ἀπόκαλιγοι στρατεῖαι, Caligatae militiae* dicuntur Modeſtino lib. 3. Excuſ. in l. 10. pr. D. de Excuſ.

APOCALYPSIS, *ἀποκάλυψις*, reuelatio. Nomen, vt omnes norunt, libro viſionum S. Ioannis Euang. tributum; ſed multis etiam libris apocryphis inditum fuiſſe, obſeruat Hofman. in Lexico.

APOCARTERESIS, a Marcionitis dicta eſt mors violenta ex inedia vel laqueo accelerata, a verbo Graeco *ἀποκαρτερέω*. Tertull. lib. 1. contra Marcion. idem aduerſ. Gentes l. 1. c. 46.

APOCASTICVS, V. mox

APOCATASTICVS. Vox Aſtronomica a Gr. *ἀποκατάστασις*, anniuerſarius reditus Planetae in idem ſignum. Acta SS. to. 2. Ianuar p. 274. Ad quod vocabulum ſic Bollandus: Ita MSS. plerique. Tempus quo ſol (*aliusue planeta*) in eandem partem ſigniferi per eosdem numeros redit, per quos curſus ſui principium coeperat, *ἀποκατάστασιν* vocant ſtudioſi rerum coeleſtium. Columella: *Poteſt ergo et reuolutio Saturni planetae ad primum ſitum intelligi, aut turbatio rerum, et καταστασις maligno eius ſidere concitata.* At MS. Rip. habet *Apocaſticus*, Brechtus *Apoſtaticus*, i. e. retrogradus, aut potius, contrarius, maleficus.

APOCHA, APOCA. Petr. Damiani in Vita S. Odilonis c. 19. *Protinus idem Portuenſis Epiſcopus Apoſtolicae legationis apocas dirigit.* Graec. *ἀποχή*, eſt *acceptilatio*, vt *apocha* Senatori et Vlpiano. Gloss. Lat. Gr. *Acceptilatio, ἄποχον γραμμάτιον.* Hic vero quoduis ſignificat diploma. † Interdum ſumitur pro chirographo, vt in Statut. Auen. l. 2. rubr. 13. art 1. *Ad recognoſcendam litteram cambii, apocham, vel aliam ſcripturam priuatam.*

† APOCHAPA, *vna figura*, in Gloss. Ital. Lat. Mſ.

APOCHARE, in L. 1. et 2. Cod. Th. de Tribut. in ipſ. ſpecieb. inf. eſt pecuniam pro ſpecie ipſa dare, ſpecies adaerare. Nam cum Prouinciales ſpecies in vrbem comportare pro tributo tenerentur, vt ab itineris incommodis ſe liberarent, pretium ſpeciei ipſius ſuſceptoribus dabant, qui collatoribus apochas, ſ. ſecuritates tanquam re ſoluta, dabant; quod vetant iſtae leges.

† APOCHITIA, in eo ab *apocha* differre videtur, quod haec in caſu venditionis, illa vero emtionis dabatur. Ch. a. 1269. apud Lam. in Delic. erud. inter not. ad Chron. imper. Leon. Vrbeuet. p. 275.

APOCHRISARIVS, APOCHRYSARIVS, V. *Apocrisiarius.*

† APOCIOSVS, *caluus*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. V. *Apicioſus.*

APOCOPARE, abſcindere, ἀποκοπεῖν. Alanus in Planctu naturae. Chron. Ricobaldi Ferrar. Monachi, inter Fragm. Hiſt. ap. Stephanot. tom. 7. Lib. 3. Anticlaudiani c. 2.

APOCOPVS, ſpado, abſciſſus. Iulius Firmicus l. 3. Matheſ. c. 14. Suidae ἀποκοποι, ſunt ἐκλομίαι, interdum et ἀσθενεῖς, i. e. debiles et imbecilles. Ita vocem hanc vſurpat S. Athanaſ. in Ep. ad Solitarios. V. *Impotens*, et Gloſſ. med. Graecit. in Ἀποκοποι.

APOCRISIARIATVS, dignitas Apocriſiarii ſ. Legati. Humbert. contra Graecor. calumn. V. *Apocriſiarius.*

APOCRISIARIVS. (1) Nuntius, legatus. Gloſſ. Baſil. ἄγγελος, ὁ σημαινον, ὁ ἀποκρισιαριος, ἡ ὁ τας ἀγγελιας - - διαγγελλων. Lex. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. πρεσβυς, ὁ πυρωκλητος, ἡ ὁ ἀποκρισιαριος. Chron. S. Vincentii de Vulturno: *Imperator - - apocriſiarium ſuum ſibi admodum cariſſimum illuc dirigere curauit etc.* Willel. Tyrius l. 2. c. 19. et l. 18. c. 24. Ita vocem ἀποκρισιαριος non ſemel vſurpant, Theophanes, Cedrenus, Nicetas, Conſtantinus Porph. et alii. Id porro nominis inditum legatis, quod ἀποκρισεις ſ. *reſponſa* Principum deferrent. Reſponſa enim non modo Reſcripta Principum ad ſupplicantium libellos, ſed etiam quaeuis decreta et mandata appellabant. (2) Cancellarius, qui ſigillum Principis ſeruat et diplomata regia ſignat. L. de Ianua: *Apocriſiarius, Secretarius, Conſiliarius, vel etiam dicitur Cancellarius, quia ipſe eſt Secretarius Regis, vel Imperatoris, et eius ſecreta ſcit.* Penes eum cura erat annuli regii, quo diplomata et regia edicta ſubſignabat. Honor. Auguſtod. in Gemma animae l. 1. c. 185. Proinde idem fuit *Apocriſiarius*, qui *Referendarius;* nam et Referendarium ſeruaſſe annulum regium notum eſt. Id praeterea ſirmat Frigebod. qui, S. Audoenum fuiſſe, ait, *Apocriſiarium regis;* quem Geſta Dagob. 39. et 43. Aimoin. l. 4. c. 41. *Referendarii* munus obiiſſe narrant. Orderic. Vital. L. 12. Gelaſium PP. quem Cancellarii munus antea geſſiſſe ait, *Apocriſiarium Praeſulum* mox vocat. At poſtea in aula regum, *Apocriſiarii* munus fuit circa res Eccleſiaſticas; vnde et *Reſponſalis negotiorum Eccleſiaſticorum* dicitur, ab Hincm. lib. de Ord. Palati c. 13, idque officii gerebat, quod Conſtantinopoli *Apocriſiarius Eccleſiae Romanae*, cuius inſtar erat; neque enim a Sede Romana delegabatur, ſed a Rege. Idem c. 16. 19. et 20. (3) APOCRISIARII praeterea erant a Pontifice Rom. vel ab Archiepiſcopis ad Comitatum miſſi, quo res Eccleſiarum ſuarum peragerent, et de iis ad Principem referrent. Si enim quaepiam ingrueret difficultas in rebus eccleſiaſticis ſ. politicis, quae a Principe definiri deberet, vel de qua ille conſulendus eſſet, per *Apocriſiarium*, qui in Comitatu, ſ. Principis curia agebat, res gerebatur, qui et Pontificem, de quo miſſus erat, de Principis et viciſſim Principem de Pontificis reſponſis, tanquam internuntius admonebat, quousque res legitimo exitu donaretur. Iuſtin. Nov. 6. c. 2. (4) Officium Monaſticum, quod deſcribitur ab Udalrico l. 3. Conſuet. Cluniac. c. 12. *Apocriſiarius eſt, qui cuſtodit Eccleſiae theſaurum, et in cuius manu eſt, quidquid ad altaria offertur etc.* Fuit igitur *Apocriſiarii* munus idem quod *Theſaurarii*, quod etiam firmat Papias: *Apocriſiarius, theſaurarius, vel legatus*, vel potius *Sacriſta.* Bernard. Mon. in Conſtit. Cluniac. MSS. c. 53. Huic praeterea portarum Eccleſiae aperiendarum munus incumbebat, et *ſemper in Eccleſiae vestibulo morabatur excubiis, ibi dormiebat et legebat*, vt ait idem Vdalric. quod etiam obſeruat Anonym. Floriacenſ. l. 4. de Miracul. S. Bened. c. 44.

† APOCRISIS, *depulſio*, in Gloſſar. vet. Cod reg. 7646.

† APOCRVSTICVS, *repercuſſiuus*, ex Gloſſ.

Gloſſ. in Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 1. Paſſion. c. 19.

APOCRYPHA, *quae ab haereticis, ſ. ſchismaticis conſcripta et praedicata ſunt, et nullatenus recipit catholica et apoſtolica eccleſia Romana.* Ita Concil. Rom. ſub Gelaſio, in quo ea recenſentur. I. de Ianua: *Apocrypha, proprie dicuntur illa ſcripta, quorum origo ignoratur; et quamuis ibi multa ſint vera, tamen non habentur in auctoritate propter plura falſa, quae ibi continentur.* Bernald. Presbyt. Conſtantienſ. l. de Reconciliat. lapſorum p. 258. et Leon. I. PP. Epiſt. 9. c. 15. † De duplici huius vocis ſenſu, eiusque etymologia, nec non de decreto Gelaſii de apocryphis, conſule Fontanin. l. 2. Antiq. Hortae c. 3. p. 211. ſeq.

† APOCRYPHARI, *apocryphus* haberi, reputari. Mirac. S. Dion. Epiſc. in Praef. l. 3. Saec. 3. Bened. part. 2. p. 360.

APOCVLANIVS ORCVS, in Fragm. Petronii, vbi Adrian. Valeſ. legendum putat *Abocularius*, tenebricoſus, caecus.

APOCVLARE, a oculis diſcedere, in Fragm. Petron. Forte melius ab oculis diſcedere.: *Apoculo me*, i. e. diſcedo, ab oculis me remoueo.

APODANEA, *dicta Eccleſia S. Michaelis, a pedis veſtigio ibi impreſſo.* Ita Papias, ſed alio ſenſu videtur accipi ap. Iacob. Cardin. de Anno Iubilaeo c. 3.

† APODELON *Graece, Latine ferula dicitur*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646.

† APODETERIVM, *vbi deponuntur veſtes lauantium*, in alio Gloſſ. Cod. reg. 7613. vbi et *Apodiſterium Graece, vbi ponuntur res in balneo. Apoleterium*, in Cod. 7646. et in Prouinc. Lat. 7657. Gloſſ. Lat. Gr. *Apodyterium, ἐνδυτηριον.*

APODEX, vel APODIX, probatio, experimentum. Acta SS. Benedict. Saec. 6. part. 1. p. 566. V. *Apodixis.*

APODIAMENTVM, adminiculum, res quaeuis cui innitimur, Gall. *Appuy*, Ital. *Appoggio*, Marten. to. 3. Anecd. col. 1884. et to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 365.

APODIARE, inniti, fulcire, ſuſtinere. Inquiſitio pro canoniſatione S. Yvonis MS. D. Marten. t. 1. Anecd. col. 1160. V. *Podium.*

APODICTICVS, demonſtratiuus, experimentalis. Fridegod. in Vita S. Wilfridi, in Act. SS. Bened. ſaec. 4. part. 1. p. 723. V. *Apodixis.*

† APODIRE, apponere, Gall. *Appuier*. V. *Appilare.*

† APODISIA, vt *Apodixa*, in Ch. a. 1295. Bibl. reg.

APODISSA, vt mox *Apodixa*, acceptilatio, ap. Petr. de Vineis l. 5. Ep. 105.

APODISTERIVM, V. *Apodeterium.*

APODIX, meretrix. Hiſt. Roton Monaſt. l. 1. c. 10. *Subito inſtiganteꝰ diabolo, reperit eum vna apodix, i. e. meretrix.* Papias MS. Eccl. Bit. *Apodix, ſocia, comes.* V. *Apodex*, et *Appendix.*

APODIXA, Ἀποδιξις, Harmenopulo l. 2. t. 2. §. 7. 8. et Ictis Graecis, quaſi ἀποδεξις, i. e. cautio de ſuſcepta pecunia, inquit Cuiac. ad African. tract. 9. Apocha, acceptilatio, Germ. Quittung. Conſtit. Siculae l. 1. c. 49. §. 2. de Notariis: *Et de receptis - - gratis faciant apodixas, et ipſi recipiant antapocham de ſolutis.* Ch. Ioannae Reg. Neapol. a. 1344. ap. Waddingum in Regeſto to. 3. p. 308. 309. Ughell. tom. 7. p. 899. 1081. et Iacob. Gothofred. ad l. 23. Cod. de Suſceptor.

APODIXES, V. *Apodixis.*

APODIXIA, impenſa, ad *apodixias* alicuius quidpiam facere, idem quod impenſis. Iac. Auriae Annal. Genuenſ. l. 10. ad a. 1282. ap. Murat. to. 6. col. 579. it. a. 1283. col. 483.

APODIXIS, APODIXES, ſpecimen, experimentum, ex Gr. ἀποδειξις. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Apodixis, oſtenſio.* Symphoſ. in Hiſt. Apollonii Tyr. p. 20. *Magiſter, incipe diſcipuli tui apodixin praeclaram laudare.* Pap. *Apodixes eſt oſtenſio.* Vgut. *Apodixen, oſtenſio, fantaſia, probatio, experimentum, virtus, poteſtas.* Ἀποδειξις, *demonſtratio, deſignatio, probatio, ad-*

probatio. S. Ambrof. L. 4. Ep. 34. Vita MS. S. Arnulfi Epiſc. Turon. Paul. Diac. in Vita Gregorii M. Orderic. Vital. l. 11. V. Henr. Valeſ. ad lib. 4. Hiſt. Theodoriti c. 8.

APOFERETA, APOFERTVM, V. *Apophoretum.*

APOFFRAGISMA, *fighaculum annuli, quod cerae infigitur.* Gloſſ. Bit. V. *Aposfragismus.*

APOFLATIZARE, *capus afflare, purgare*, in Gloſſ. ad Alexand. Iatroſoph.

APOFORETVM, V. *Apophoretum.*

APOGAEVM, pro *Hypogaeum* L. 2. Miracul. S. Bertini c. 18. Pap. MS. Bit. *Apogeum, aedificium conſtructum ſub terris.*

† APOGRIFVS, pro *apocryphus*, abſconditus, occultus, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

† APOLEGIVM, liber, commentarius, in quo Chartae donationum, emtionum etc. deſcribebantur, i. q. *Polyptychus.* Acta SS. tom. 3. Sept. p. 343.

APOLETERIVM, V. *Apodeterium.*

APOLIDES, *dicuntur qui ſunt ſine ciuitate.* Vocabul. vtriuſq. iuris. Vox compoſita ex α priuat. et πολις, vrbs, ciuitas. Hanc vocem vſurparunt Martian. et Vlpian.

APOLLIDAE, *ſerui qui in opus publicum perpetuo dantur.* Sic in Aduerſariis MSS. D. Godefroy.

APOLLINARIACI, iidem qui *Apollinariſtae*, Ep. Paciani ad Sympronian. tom. 2. Collect. Concil. Hiſp. p. 81.

APOLLINARISTAE, Haeretici ſic dicti, ab Apollinare Laodic. Epiſc. qui, teſte Socrate, primum docuit, hominem a verbo ſuſceptum fuiſſe ſine anima, deinde animam quidem Chriſto dediſſe, non vero mentem; cuius loco Deum verbum fuiſſe autumabat. Plures alios errores Apollinariſtis adſcribunt cum Hiſtorici, tum Patres. Illos omnes tribus capitibus comprehendit Greg. Nyſſenus. *Ex hoc doctore profeſſi ſunt Apollinariſtae, Verbum carneum, filium hominis ſaeculorum conditorem, et mortalem Diuinitatem.*

† APOLLIRE, apportare. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

APOLOGESIS, V. *Apologia 1.*

APOLOGETICVM, Papiae: *Satisfactionis judicium, verum teſtimonium.* Ch. Caroli M. ap. Vghell. t. 5. p. 1563. *Et quia termini eiusdem Eccleſiae in confiniis Mantuanis - - et res ipſius Epiſcopii coniacent, apologeticum idem Pontifex habebat, in quo omni remota dubitatione, res iam praefatae Eccleſiae per ſingula loca et vocabula, terminique et confinia inſita erant* etc.

APOLOGIA. (1) *Excuſatio.* Vgutioni. Gloſſ vet. *Apologia, vel apologeſis, excuſatio, hinc apologeticus ſermo, excuſatiuus.* Eadem fere Papias et Ioan. de Ianua. Gloſſ. Graec. Lat. ἀπολογια, *excuſatio, purgatio, ſatisfactio.* Ἀπολογαμαι, *excuſo me.* Porro *Apologias* vocant excuſationes et purgationes, quibus Sacerdotes, ſacra facturi, excuſant ſe, quod indigni ad tam veneranda et tremenda myſteria accedant, quarum formulae plures habentur in libro Sacrament. Gregorii M. pag. 242. ed. Menardi; harum loco *Confeſſio* ſ. *Confiteor* dicitur. In Miſſali Gothico f. 338. Apologia Sacerdotis: *Ante tuae immenſitatis conſpectum* etc. V. Menard. ad Sacram. Gregor. p. 242. et Cardin. Bona l. 2. Rer. Liturg. c. 1. n. 2. (2) Occaſio. Eernerus Abb. in Translat. S. Hunegundis in Act. SS. Bened. ſaec. 5. p. 223.

† APOLTATS, retis ſpecies, idem forte, quod *Apoſtadum*, ap. Laurent. in Amalth. *Apoſtadum, rete piſcatorum, plumbo et calamis hinc inde circumueſtitum.* Vnde *Apoſtats* pro *Apoltats* legendum cenſet Carpentarius in inquiſit. a. 1268. Mſ.

† APOLVS, *diuinus, apoperes.* Gloſſar. vet Cod. reg. 7646.

APOLVTIVM, *veſtibulum* ſ. *locus, vbi veſtes exuendae abluuntur.* Breuiloq. Forte *Ablutium.*

† APOMEL, *eſt aqua in qua fauus mellis bis vel ter immititur et extrahitur.* Ita Gloſſae ad Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 1. c. 40. Paſſ. *Quando et pro muſſa vſus fuerit apomellici, quemadmodum et muſſa pauſatim.*

† APON-

† APONCHARE, pro *Apunctare*, ab Hiſp. *Apuntar*, collineare. Proceſſ. a. 1488. ex Tabul. D. Venciae.

APONDECTA, *qui vectalibus praeeſt.* Sic in Aduerſariis D. Godefroy. MSS. † Pro *Apodecta*, munus apud Athenienſes.

APONSARE, *aponſam facere*, immittere tigna, Germ. ſtützen. Charta Thoſſiacenſis in Dumbis a. 1449.

† APONTAMENTA, *puncta* ſeu capita ad deliberandum et ſtatuendum propoſita. Ch. a. 1359. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 221.

APOPEMPORVS, ſeruator, liberator. Fridegodus in V. S. Wilfridi inter Acta SS. Bened. Saec. 4. part. 1. p. 725. Alluſio eſt ad Auerruncos Deos, qui Gentilibus credebantur mala auertere, dicebanturque Graecis, ἀποσοβητικοὶ δαίμονες, ab ἀποπαμπω, dimitto.

APOPHLEGMATIDIARE, ap. Th. Priſcianum l. 2. de Diaeta c. 3. Idem quod Graecum ἀποφλεγματιζειν, pituita purgare.

APOPHLEGMATISMVS, ἀποφλεγματισμος, purgatio pituitae, ſeu id quo vtimur ad eam purgandam et eliciendam. *Apophlegmatiſmum adhibere*, dixit Cael. Aurel. lib. 1. Tard. Morb.

APOPHORETVM, ἀποφορητον, pro munere e conuiuio ferri ſolito, vel dono quouis in munerum editione et dignitatum votis, vt ap. Symmachum, vſurpaſſe veteres, palam eſt, ex iis, quae adnotarunt Raderus ad Martialem, Caſaubonus ad Suetonium, Beroaldus ad Apuleium, Roſweidus ad Paulinum, caeterique Criticorum. Spelmannus cenſet *Apophoreta* proprie dicta fuiſſe munera, quae in Saturnalibus menſe olim Decembri ſummo cum faſtu et laetitia celebraris, xenia dantes ab accipientibus referebant; ἀποφερειν, enim, inquit, eſt referre. Poſtmodum pro ipſo vaſe, in quo munera ipſa reponebantur, vox *Apophoreta*, vſurpata, nam ita effertur ab Iſid. lib. 20. Orig. c. 4. de vaſis eſcariis: *Apophoreta, a Graecis, a ferendo, poma, vel aliquid, nominata; eſt enim plane.* Quo loco *Apoferetum et Apoferum* habet Ioan. de Ianua, aitque, *Apoferetа* eſſe *ſic dicta a ferendo poma*, etc. Qua notione videtur vſurpaſſe Paulin. Epiſt. 1. ad Seuer. *Ac ne panis ſiliginei tibi modum noſtrae humilitatis excedere videretur, miſimus teſtimonialem diuitiarum noſtrarum ſcutellam buxeam, vt apophoritum voti ſpiritalis accipies* etc. Sed et pro vaſe ad ferendum reliquias vocem hanc vſurpari obſeruat Mamotrectus ad legendam SS. Vitalis et Agricolae: *Apophoreta, vaſa, a ferendo poma, vel aliquid aliud dicta: vel vaſa conſecrata, in quibus beatus Ambroſius portabat reliquias.* Quo ſenſu habetur apud Glabrum Rodulf. lib. 4. cap. 3. et cap. 5. Eadem notione vſurpat auctor Vitae S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduenſis n. 28.

APOPLACIVS. Ch. donationis facta Eccleſiae Cornutianae, edita a Suareſio: *Vela holoſerica holoblatta 2. vela apoplacia coccopraſina cancellata duo;* vbi Suareſius ad oram libri: lego *Aploblattia*, vel *Aploblattea*; quod Vide.

† APOPLECTICVS, morbo *apoplexiae* obnoxius. Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 1. Paſſ. c. 9.

† APOPVLARE, incolas in regionem inducere, Germ. bevölkern. Ch. a. 1384. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. pag. 63.

† APORBARI, inopem eſſe conſilii, a Graeco ἀπορεῖν. Bulla Bonifacii VIII. PP. tom. 3. Collect. Conc. Hiſpan. pag. 535. *In iis profecto dolemus et premimur, aporeamur aſſidue.* V. *Aporiare*,

APORIA. (1) Vlceris ſpecies, ſic dicta quod inde defluat pus ac ſanies; pro ἀπόῤῥοια, defluuium, humor defluens. Papiae MS. Bituricenſis eſt *Aporia - - vulnus. ſtimulus, abhominatio.* Vita B. Columbae Reatinae tom. 5. Maii p. 348. (2) Paupertas, Gr. ἀπορια. Gerardus Abbas Siluae Maioris in Vita S. Adelardi Corbeienſis Abbatis cap. 3. Flodoardus lib. 14. carm. 18. Papiae in MS. Eccleſiae Bituric. *Aporia, anxietas,*

xietas, taedium, vulnus, ſtimulus, abhominatio.

APORIARE, ad paupertatem, anguſtiam, ἀπορίαν, reducere, ita vt qui in hoc ſtatu fuerit, neſciat, quo ſe vertat. Laurent. Nouarienſis Epiſc. homil. 1. Rigordus: *De eadem medietate donabunt illis, qui per talliat aporiati ſunt.* Chron. Reicherſp. ann. IIII. Thom. Walſingham. in Ricardo II. V. Orderic. Vital. lib. 12. p. 892. Vitam S. Geraldi Abbatis n. 9. etc. Alia notione occurrit in Ch. Edgari Reg. Angl. pro reformat. Monaſt. apud Seldenum ad Eadmerum: *In ciuitate degentes, in refectorio pompaticas laſciuasque ſaecularium delicias, vt melancoſtam, aporiantes, licitis caritatiui vtantur cibariis.* Vbi *Aporiare* eſt *vitare.* Gloſſae MS. *Aporio, affligo, hinc Aporia, paupertas.*

APORIARI, vero neutrum, angi, haerere, dubitare, ex Graeco ἀπορεῖν. Papias: *Aporiari, tribulari, coaugciari, vel quaſi pauper abiici: nam aporos Graece pauper.* Actiui verbi a neutro differentiam notat vetus Grammaticus apud Spelmannum:

Aporio, ſi ſit actiuum, tanta notabit,
Indicat et aperit, depauperat atque reuelat.
Cum neutrum, ſignat tunc anxior atque laboro.
In ſenſu et tali deponens vult reperire.

Vgutio: *Aporiare, laborare, vel laborando ſudare, anxiari, et tunc eſt neutrum. Interdum paſſiue ſumitur pro depauperari et pauperem facere.* Epiſt. Gelaſii PP. ad Ruſticum Epiſc. Lugdun. tom. 5. Spicil. Acher. *Aporiamur,* pro haerentes ſumus, et anxiamur, vſurpauit etiam S. Pauli Interpres 2. ad Corinth. 4, 8. V. Amalarii Epiſc. Epiſt. 6. tom 7. Spicil. Acher. et Laurent. Mellifluum in Orat. de Chananaea p. 35.

† APORISMA. (1) Certa et ſummaria concluſio. Acta varia ad conc. Baſil. ap. Marten. t. 8. Ampl. Coll. p. 527. (2) *Conſtantino eſt collectio ſanguinis in aliquo membro extra venas non putrefacti, maxime ſanguinis arterialis.* Gloſſ. med. Sim. Ianuenſ. Cod. reg. 6959.

APORIVM. Ch. Conſtantiae Imperatricis, apud Rocchum Pyrrum in Notitia Eccl. Siciliae to. 1. pag. 131. *Ipſi notario Rainaldo dedimus poteſtatem, vt vbicunque vel apud quemcumque praedictos villanos ſeu filios, vel deſcendentes eorum, nec non excadentias, et ipſorum aporia inuenerit, liceat ei ex auctoritate magnitudinis noſtrae capere - - Barones vel Baiuli qui villanos ipſos et eorum aporia detinent,* etc. V. *Apportum.*

APOSENNARIVM, forte redemtio agnatis permiſſa, modo pretium reddant emtori. Germ. das Näherrecht. Ch. Litolfi de villa Nennari, a. 999. ex Chartul. Caſaur. p. 77. *In tali autem tenore repromitto et obligo me ego ſupra ſcriptus Litolfus vel meos heredes vobis ſupra ſcriptis Sigecsoni et Actoni - - vt ſi de hac mea venditione aliquo tempore apoſennarium facere voluerimus, vel ſi contra omnes homines antiſtare et defendere non potuerimus - - de noſtris propriis rebus nos vobis ad veſtram proprietatem in ſimili loco duplum et meliorata reſtaurare promittimus.*

APOSFRAGISMVS, ſigillum, ἀποσφράγισμα. Regula Solitariorum cap. 15.

APOSIA, excoctio, in Querulo ſub finem. V. *Apoximare.*

APOSTA, fulcimentum, appodiatio. Beda lib. 3. Hiſtor. Angl. c. 17.

APOSTADVM, V. *Apoltass.*

APOSTARE. (1) Poſtponere, violare. Leges Eduardi Confeſſ. tit. de Eterochis 35. *Qui leges apoſtabit - - werae ſuae reus ſit apud regem.* Quae totidem paene verbis habentur in Legibus Henr. I. c. 12. niſi quod *Apoſtatabit* legitur. Vnde *Apoſtare,* et *Apoſtatare leges,* his locis nihil aliud ſonat, quam *leges poſtponere, violare,* a legum obſeruatione deficere, ἀποστατεῖν. Eadem etiam locutionis formula vſus eſt Lambert. Ardenſis: *Tandem a Saracenis captus legem Chriſtianam, et fidem, et paternas apoſtatauit traditiones.* V. *Apoſtatare.* (2) † APOSTARE, Italis

lis *appoſtare*, inſidiari vel obſeruare. Stat. Mant. l. 1. c. 45. Cod. reg. 4620.

APOSTASIA. (1) *Defertio militiæ.* Gaſparis Barthii Gloſſar. ex Hiſt. Palaeſt. Raimundi Agilaei. (2) Defectio a vera religione, V. *Apoſtatare.* (3) Defectio monachi ab ordine ap. Io. Portarum Mon. ep. 5. p. 431.

† APOSTASIALIS, APOSTATICVS, fictus, commentitius, reapſe non exiſtens, quamuis exiſtere videatur. Ioann. de Cardalhaco ſerm. in Nativ. Dom. *Deſiſtamus affirmare carneſtuas apoſtaſiales, quia tu ſecundum veram carnem, non fictam, non apoſtaticam, ſecundum quod dicunt haeretici, hodie natus es verbum et caro factum es.*

APOSTASIVS, pro *Apoſtata* ſcribit Guibertus l. 1. de Vita ſua c. 18.

APOSTATA, qui a vera, ſeu Chriſtiana religione deficit, Ἀποστάτης, *Praeuaricator*, S. Ambroſio in Epiſt. ad Theodoſium Imp. vbi de Iuliano Apoſtata. Io. de Ianua: *Apoſtata, peruerſus, renuntiatus, refuga, retromiſſus.* Auitus Viennenſis Epiſt. 4. Decretum Nicolai II. PP. in Synodo Romana an. 1059. editum. V. titulum Codic. de Apoſtatis lib. 1.

APOSTATARE. (1) A vera religione deficere, *praeuaricare*, S. Ambroſio in Ep. ad Theodoſ. Imp. Victor Vtic. lib. 3. de Perſecut. Vandal. V. Concil. Arelat. I. can. 23. Arelat. II. can. 25. Ioann. Diac. l. 4. de Vita Gregor. M. cap. 86. Paul. Emerit. Diacon. de Geſtis Epiſcop. Emeritenſium in S. Maſona c. 4. Specul. Saxon. l. 2. art. 13. §. 6. etc. (2) Haud raro actiue ſumitur pro *Abducere*, a vera Religione ad falſam trahere. Vitae Patrum Emeritenſium to. 1. Collect. Conc. Hiſp. pag. 648. (3) APOSTATARE praeterea dicuntur monachi, cum, voto obſtricti, cucullam exuunt, et ad vitam ſaecularem redeunt. Auctor Breuiloqui ait, apoſtaſiam in tribus conſiſtere, *prime quidem in demiſſione fidei Chriſtianae, ſecundo in demiſſione habitus religionis, tertio in demiſſione tonſurae Clericalis.* S. Cypriani Epiſt. 54. Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 139. Concil. Tribur. an. 895. cap. 27. Concil. Remenſe an. 1049. cap. 8. V. Caeſar. Eyſterbach. lib. 2. de Mirab. c. 2. l. 12. c. 29.

APOSTATATIO, APOSTATIO, vt *Apoſtaſia* (2). Vita Mſ. S. Winwaloei.

† APOSTATICE, dicitur de eo, qui voto obſtrictus a monaſterio, ſine ſuperiorum licentia, recedit. Chartul. Clariſont. ch. 27.

APOSTATICVS, *profelytus, ſcilicet qui procul ſalit de vna ſecta in aliam*, in Breuil. Ar Ioanni de Ianua, *Apoſtaticus*, eſt *peruerſus*. Italis *Apoſtatico*, i. q. *Apoſtata*. V. etiam *Apoſtaſialis*, et *Apocataſticus*.

APOSTATIO, V. *Apoſtatatio*.

APOSTATIZARE, ab eccleſiae communione ſeparare, pro apoſtata habere. Ch. Humberti Epiſc. ex Tabul. Eccleſ. Gratianop. Leg. Wiſigoth. l. 3. tit. 5. §. 3.

APOSTATORES, monachi qui ab ordine ſpretis votis deficiunt. Statuta Ord. Ciſterc. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1515.

† APOSTATVRA, commiſſurae, maxime quae ex additis ſegmentis fit, Germ. Fuge. Stat. Maſſil. l. 3. c. 17. vbi *apoſtatura ſ. innotura botarum*, i. e. doliorum, occurrit.

APOSTEMA, *ae*, vt apoſtema, atis. Acta SS. t. 1. Maii p. 539.

APOSTEMARI, *apoſtemate corrigi, apoſtemate turgere.* Gocl. Lex. Phil.

APOSTEMATIA, apoſtema. Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 277.

† APOSTEMATICVS, qui apoſtemate laborat. Acta SS. t. 1. Aug. p. 561.

APOSTEMATIO, eadem ratione, ibidem pag. 356. Vita B. Kingae t. 5. Iulii p. 741.

APOSTILLI, V. *Apoſtoli* 1.

APOSTOLA FRANCORVM. Sic, inquit Spelmannus in voce *Apoſtolici*, nuncupata eſt Clotildis Regis Clodouaei vxor, quod prima apud eos Chri-

Christiana, ceteros fecit ad Christum prouehi; quemadmodum Gregor. M. a Beda *Anglorum Apostolus* dictus est, quod Anglos missis in Angliam praedicatoribus ad fidem perduxisset. † *Apostola* quoque nuncupata est Maria Magdalena, quod resurrectionem Domini prima nunciauerit.

OSTOLARE, APOSTOLICARE, pontificarum Romanum obtinere. Ch. a. 1059. ap. Lucium l. 2. Hist. Dalmat. c. 15. *Beatissimo Papa Nicolao vniuersaliter mundo apostolicante.*

OSTOLATVS. (1) Episcoporum dignitas et titulus honorarius. Epist. Vital. ad Capreol. Episc. Carthag. Sidon. l. 6. ep. 4. 7. Mabillon. Anal. t. 3. p. 134. et alibi. (2) Suprema Paparum dignitas. Paul. Warnefr. de gest. Longob. l 4. c. 30. Hist. Meld. t. 2. Instrum. p. 18. S. Bernard. Ep. 88. et passim alibi. (3) Fines jurisdictionis Episcopi Romani. Bulla Sergii Papae pro monast. S. Tiberii: *Nullus Index publicus - - in ecclesias aut loca vel agros - - intra apostolatum nostrum - - ingredi audeat.*

OSTOLI. (1) Vox nota Liuio et urisconsultis, et in Iure Canonico requens. Erant autem *Apostoli*, dimissoriae Litterae, quas Episcopus laico, vel Clerico, in alienam dioecesin transituro, dabat, laico quidem, vt ibi ordinaretur; Clerico vero, vt vel ordinaretur, vel ordinatus sacrificaret, vel in alienae Ecclesiae catalogum referretur. Dabantur etiam *Apostoli* ab Officialibus et Ecclesiasticis Judicibus, tollendae appellationis gratia, quoties Romam ad Pontificem prouocabatur. Arnulfus Lexov. in Epist. p. 14. Concil. Lugd. a. 1245. - Sed et interdum pro quibusuis *litteris*, vti vocant, *appellationis*, etiam ad judices laicos, haec vox vsurpata Ch. a. 1018. *Ab eadem interlocutoria, vt injusta, salua vestri gratia, et reverentia appello in his scriptis ad D. Regem Majoricarum, et instanter Apostolos peto mihi concedi et tradi.* Appellatio interiecta an. 1409. contra impositionem noui pedagii apud Rymer. to. 8. pag. 548. V. Ioan. Hocsemium an. 1341. et Souchetum ad Epist. 219. et 220. Iuonis Carnot. *Apostres* dicuntur in Statutis MS. Caroli I. Regis Siciliae cap. 143. APOSTILLI, eadem notione apud Matth. Paris p. 458.

(2) APOSTOLI, legati, nuncii. Luitprandus in Legat.

(3) APOSTOLI, apud Iudaeos, *qui ad exigendum aurum atque argentum a Patriarcha certo tempore diriguntur*, in leg. 14. C. Th. de Iudaeis. Coronarium scilicet, cuius canon anniuersarius erat, et a Iudaeis pensitari solebat V. Iacobum Gothofredum ad hanc leg. vbi multa de Apostolis Iudaeorum.

(4) APOSTOLI, Papiae, dicuntur *Haeretici quidam, hoc sibi nomen sumentes, quia nihil proprium possidentes, nequaquam recipiunt aliquid in hoc mundo possidentes.* Iidem, *qui Apostolici* appellantur a S. Augustino lib. de Haeres. cap. 40. APOSTOLICI praeterea extitere alii haeretici, tempore S. Bernardi, in quos grauius inuehitur Serm. 66. in Cantic. qui ita se appellabant, quod sese successores Apostolorum jactitarent. V. Rainer. contra Vald. cap. 6. APOSTOLI in Concil. Herbipol. an. 1287. cap. 34. nescio an alii ab *Apostolicis* S. Bernardi. *Deceptores, seu reprobatos Apostolos in eorum reprobata regula munere, vetantes omnino; volumus, quod nullus clericus, nulla saecularis persona, intuitu religionis eorum, ac insolito habitu, eos de caetero recipiat, aut eis alimenta ministret etc.* De iis etiam agit Synodus Ciceströnsis, an. 1289. cap. 39. quos *falsos fratres* vocat, et *a fide Apostolica titulum professionis non habentes.* † Adde Hist. Treuir. ab Hontheim t. 2. p. 51.

(5) † APOSTOLI in Dioecesi Ambianensi nuncupantur presbyteri, qui parochiis, curione viduis, deseruiendis mittuntur.

(6) † APOSTOLI appellati apud Italos viri pii ex eleemosynis, more Apo-

Apoſtolorum viuentes. Garamp. in Diſſ. 1. ad Hiſt. b. Chiarae p. 111. Religioſis etiam ſocietatibus idem nomen inditum. Stat. Peruſ. an. 1391. ibid. p. 497. *Fratribus poenitentiae, vocatis Apoſtolis.* Breue Gregor. XIII. a. 1584. ibid.

APOSTOLICAE ECCLESIAE, dictae olim Cathedrales omnes, etſi in confeſſo eſſet, Apoſtolicae Eccleſiae principatum in Romana vigere, vt ait S. Auguſtinus Epiſt. 162. cuius etiam haec ſunt: *De Collegis agebatur, qui poſſent aliorum Collegarum judicio, praeſertim Apoſtolicarum Eccleſiarum, cauſam ſuam integram reuerſare.* APOSTOLICA SEDES, eadem ratione, Epiſcopalis Sedes, Annal. Bened. tom. 5. pag. 361. Patres autem *apoſtolicas* appellabant *ſedes*, quae fundatae fuerant ab Apoſtolis; de quibus S. Auguſtin. l. 2. de Doctr. Chr. c. 8.

APOSTOLICALIS CATHEDRA, pontificalis, papalis, ſeu Romana. De SS. Emano et ſociis Martyr. t. 3. Maii pag. 596. D.

APOSTOLICARE, V. *Apoſtolare.*

APOSTOLICATVS. (1) Papatus, in vita S. Euſebii Epiſc. Vercell. et apud Otton. Morenam in Hiſt. rer. Laudenſ. p. 9. 101. (2) *Apoſtolicatus, titulus apoſtolatui proximus.* Caſp. Barth. in Gloſſar. ex hiſt. Palaeſt. Pulcherii Carnot.

APOSTOLICVM. (1) Sic ſaepius appellantur Romanorum Pontificum epiſtolae, decreta, bullae etc. quod vt mox dicetur, ipſe Pontifex vocatur *Apoſtolicus* V. alia notione in *Apoſtolium.* (2) APOSTOLICVM, in Ordine Romano: *Subdiaconus autem, qui lecturus eſt, ſub cura ſua habebit Apoſtolicum et Archidiaconus Euangelium:* ἀποστολικὸν βιβλίον, apud Cabaſilam in Expoſit. Liturg. cap. 22.

APOSTOLICVS. (1) Olim et naſcente primum Eccleſia, vniuerſim Epiſcopi omnes *Apoſtolici* dicti, interdum adiuncta *Epiſcopi, viri* aut alia voce, tanquam *Apoſtolorum* ſucceſſores; ſeu potius, quod quisque in ſua dioeceſi vices Apoſtolicas ageret. Sic Fortunat. ad Gregor. Turon. Epiſcopum ſcribens, ipſum *Dominum Apoſtolicum* vocat, in Prologo ad S. Martini Vit. et ad l. 1. Poem. vt et Euphron. Epiſc. Turon. lib. 3. et Nicetium Treuir. eodem libro Poëm. 10. Ita etiam apud Marculfum promiſcue legimus: *ille Rex viris Apoſtolicis patribus noſtris, Apoſtolico illi Epiſcopo.* Adde lib. 1. form. 6. 7. Epiſt. Clodouaei Regis ad Synodum Aurelian. 11. Fortunat. lib. 5. in Epiſt. ad Syagrium Auguſtodunenſem. Verum ſicut *Papae* appellatio, quae Epiſcopis omnibus communis primo fuit, poſtmodum ſoli Pontifici Romano adſcripta legitur, ita et *Apoſtolici;* qua quidem ſcriptores aeui medii ſaepe, ne dicam ſemper, Papam indigitant. Rupert. Tuit. lib. 1. de Diuin. Offic. cap. 27. V. etiam *Apoſtolicae.*

(2) Ridicule nimis ſcriptor Anonymus lib. 4. belli Palaeſtini c. 21. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MS. pag 4. *Apoſtolicum* vocat, qui tum apud Saracenos erat et religionis et imperii ſupremus arbiter. *Caliphae noſtro Apoſtolico et noſtro regi domino Soldano militi fortiſſimo, ſalus et immenſus honor.*

(3) APOSTOLICVS ORDO, monaſticus. Viſio Wetini Monachi Augienſis inter Acta SS. Benedict. ſaec. 4. part. 1. pag. 270. *Vitam Apoſtolicam* appellat vitam monaſticam.

(4) APOSTOLICI, haeretici V. *Apoſtoli* (4).

(5) † APOSTOLI, qui a Pontificibus Romanis litteras impetrauerant ad vacantia beneficia. Conc. Andegav. V. Can. 5. 6. V. Maan p. 89.

† APOSTOLIFICVS, apoſtolicus. Acta SS. t. 6. Sept. p. 428.

APOSTOLIVM. Epiſt. Clodouei l. Regis Fr. ad Epiſcopos: *De caeteris quidem captiuis laicis, qui extra pacem ſunt captinati, apoſtolia, cui vel ueritis, arbitrii veſtri non eſt negandum.* Concil. Aurelian. II. c. 13. *Abbates, Martyrarii, Recluſi, vel Presbyteri apoſtolia dare non praeſumant.* Sed ibi perperam vox haec effertur: nam legendum *Epiſtolia,* vti dicuntur in Concil. Turon. II.

cap. 6. Et in Concil. Calchedon. act. 15. can. 11. Ex quibus percipimus, Epiſtolia, litteras fuiſſe, quas *Pacificas* vocarent veteres, quas pauperibus, aut inique oppreſſis, et Eccleſiae ſubſidium implorantibus, dabant Epiſcopi, cum *Commendatoriae* ſpectarent viros honoratiores.

APOSTOLVS. (1) Liber Epiſtolarum S. Pauli, qui in Eccleſia ad Miſſam legi ſolet Liber Sacrament. Gregorii M. *Deinde ſequitur Apoſtolus*, id eſt, lectio ex Apoſtolo. Hincmar. Rem. tom. 2. opuſc. 7. pag. 149. Iſidor. Hiſpal. apud Iuon. Carnot. Decret. part. 6 cap. 1. *Apoſtolum et Euangelium legat*; quo loco Gratianus *Epiſtolam*, pro *Apoſtolum*, habet. V. Concil. Toletan. I. cap. 2. et Toletan. IV. cap. 12. Regulam Magiſtri cap. 46. etc. (2) APOSTOLORVM SORTES. Concil Trevir. a. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 257. *Nullus etiam ſuper ſortes quas Sanctorum ſeu Apoſtolorum vel Pſalterii vocant, aut cuiuscumque Scripturae inſpectione diuinationis ſcientiam profiteatur, aut futura promittat* etc. Vide *ſortes Sanctorum*. (3) APOSTOLVS, pro *Admirallo*, ſeu Maris Praefecto interdum accipi teſtatur Spelmannus, quem conſule. V. etiam *Apoſtoli*.

APOSTOMA, *malum quod diuerſis collectionibus, id eſt, cauſis euenit*. Papias MS. Graece ἀποστήμα, abſceſſus, ſuppuratum, Addit Papias: *Apoſtomas enim Graece collectionem vocat; ſed perperam*.

† APOSTQVE, poſteaquam. Ch. an. 1451. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 279.

APOSTROPHA, *pars circuli dextra et ad ſummam litteram oppoſita*. Papias MS. Eſt eliſae vocalis nota, quam Graeci ἀπόστροφον appellant; vnde Iſid. Orig. lib. 1. cap. 19. *Apoſtrophos* legit rectius, quam *Apoſtropha*; quae Latinis figura Rhetorices eſt, qua ſermonem ad aliquem ſiue praeſentem ſiue abſentem, ſiue etiam res inanimatas conuertimus. Hinc

APOSTROPHARE, alloqui, Gall. *Apoſtropher*. Vtitur Silueſter Giraldus in Topogr. Hibern. diſt. 1. c. 22.

APOTACTITAE, ἀποτακτίται, Haeretici, ita appellati, quod bonis omnibus renuntiarent, quaſi dicas *Renuntiantes*, vt *Encratitae*, id eſt, *abſtinentes*. Horum mentio fit in leg. 2. Cod. Theod. de Haeret. Iidem videntur, qui *Apoſtoli*, ſeu *Apoſtolici*, de quibus ſupra.

APOTELESMATA, ſuperſtitioſa verba, qualia ſunt illa, quibus ſe ruſtici Kalendis Ianuarii, in Picardia praeſertim, ſalutare ſolent. *An guy l'an neuf*. Reſpondetur, *Plantez, plantez*; his vero ſibi fertilem annum apprecantur. Vita S. Hugonis t. 2. April. p. 267. Vox omnino Graeca, quae Graecis proprie effectus ſtellarum ſonat, et imagines ſub certo ſidere factas ad eius vim detinendam, aut etiam genethliacorum reſponſa, quibus praenuntiatur, quae fortuna illum maneat, qui ſub hac vel illa conſtellatione natus eſt.

† APOTESIA, afflatus diuinus. Baluz. t. Capitul. p. 634. Gloſſ. Gr. Lat. ἀποθέω, *diuino*, *Deum facio*.

APOTHECA, officina, vnde Itali *Boteca*, Galli *Boutique*, locus, vbi merces aliaeue res aſſeruantur, et reconduntur, horreum. Gloſſ. S. Benedicti, cap. de Habitatione: *Horreum*, ἐνδοχον, *vel* ἀποθήκη. Hariulfus lib. 3. cap. 1. V. Conſtitut. Sicul. lib. 3. tit. 34. §. 3. *Apothecae vini*, apud Euodium lib. 2. de Miracul. S. Steph. cap. 3. *Apotheca Regia* to. 2. Operum S. Bernardi col. 1346. edit. 1690. vbi de canonizatione ejusdem S. Doctoris. *Apotheca barberiae*, pro Officina conſoria, in Ch. anni 1450. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. POTHECA, et APOTHECA, in Chartis Italis apud Vghell. tom. 7. Ital. ſacr. p. 400. 404. 410. 417. BOTICA, ex Hiſpanico *Botica*, in Concilio Palentino an. 1388. cap. 5. HYPOTHECA, in Concilio Monſpelienſi an. 1258. cap. 9.

APOTHECARE, in *apotheca* ſeu horreo recondere. Fortunat. Epiſt. ad Synagr.

magr. vbi pro *apothecat et*, diuisis vocibus, legendum *apothecaret*. † Pro *hypothecare* legitur in Ch. Roberti milit. ex Tabular. Flamar.

APOTHECARIA, res omnes, quae a pharmacopolis vendi solent. Codex MS. censuum Episcopi Autisiod. an. circiter 1290. exaratus.

APOTHECARIA, officina pharmacopolae, Gall. *Apothicairerie*, in Synodo Vallis-Oletana an. 1322. inter Concil. Hispan. tom. 3. p. 567.

APOTHECARII. (1) Qui Apothecas, seu *bothegas* tenent. In Ch. an. 1178. apud Vghell. tom. 7. pag. 410. Tabular. Ecclesiae Caduicensis. (2) Apothecarum seu horreorum curatores. Glossar. Graeco-Lat. Ἀποθηκάριοι, *horrearii*, Ἀποθήκη, *horreum* Breuiar. Canon. Fulg. Fernandi c. 133. Vt *Clerici apothecarii, vel ratiocinatores non ordinentur*, Concil. Carthag. I. sub Iulio PP. c. 9. *Et ipsis non liceat Clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores.* Vbi *Apothecarii* latiori significatione dicuntur, qui, curatoris, aut tutelaribus ratiociniis erant obnoxii, vt quidam censent. (3) APOTHECARIVS, qui in domibus magnatum conficit bellaria, fructus coctos et saccharo conditos, et alia huiusmodi quae ad secundam mensam pertinent, Conditor. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. inter Acta S. Iunii to. 3. p. XXVIII. Eodem sensu occurrit ibid. pag. 37. nec non tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 279. et apud Lobinell. tom. 1. Hist. Paris. pag. 427. (4) † *Apothecarius*, Codicis Ms. nomen, in Tabul. S. Petri Carnot. quasi sit *Apotheca* seu horreum, rebus quam plurimis refertum. (5) † *Apoticarius*, a Gall. *Apothicaire*, pharmacopola. Codicil. Caroli Andegav. comit. a. 1481.

APOTROPAI DII, ἀλεξίκακοι, hoc est, auerruncі, siue malorum depulsores, quibus agnicula immolabatur. Hofman. ex Amm. Marcell. l. 25.

APOTICARIVS, V. *Apothecarius* (5).

† APOYSVS, Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Apoysis, compositis, vel circumcisis.*

APOZIMARE, ἀποζεματίζειν, *Apozema*, seu decoctum medicamentum infundere. Octauius Horatianus l. 1. Rer. medicar. cap. 19. *Apozima* enim dicebant pro *Apozema*. Macer de Herbis:

His potius feminum, vel Aponima ponderis haec.

APPACARE, APPAGARE, soluere, exsoluere, in Statut. Venet. a. 1241. l. 1. c. 43. 51. l. 5. c. 10. c. 62. et l. 3. c. 39. V. *Pacare* et *Pagare*.

APPACTVS, V. *Apaltus*.

APPAGARE, V. *Appacare*.

APPALCATOR, pro *Appaltator*, manceps. Italice, *Appaltore*. Rymer. to. 13. pag. 159. col. 1. V. *Apaltus* et *Apatisatio*.

APPALLARIA, V. *Applare*.

† APPALPARE, cum reuerentia palpare, tangere. Chron. Mutin. ap. Murat. t. 11. Script. Ital. p. 118.

† APPALTOR, vt *Apaltus* et *Appalcator*. Rota Genuens. decis. 24. num. 53. 55.

† APPALVS, mollis. Glossae Iatricae Cod. reg. 6881. V. *Apalus*.

APPANAGIVM. (1) V. *Apanagium*. (2) † Census vel praestatio pro jure pascendi porcos in silua domini, Gallis *Panage*. V. *Pastio*. Ch. a. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69. *Item pro appannagio dictae foreſtae* etc. Vnde Galli *appanager* dixerunt, pro porcos glandibus pascere.

APPANARE, V. *Apanare*.

APPANATIO, i. q. *Apanamentum*, ap. Baluz. l. 2. Hist. Hist. Aruern. pag. 282. V. etiam *Apanare*.

APPAR, APAR, etc. Papias: *Suppar, compar, appar, compositа*. *Appares* porro vel *Apares* vocant inferioris saeculi Scriptores epistolas generales, quae vno exemplo, paucis mutatis, ad diuersos mittuntur. Anastas. in S. Hadr. PP. p. 108. *Apparem istius donationis per eundem Aetherium adscribi faciens.* Vbi pro exemplo, seu vti dicimus *copia*, vox sumitur. APPARVM, eadem notione occurrit in Chron. Farfensi apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 498. 499. Post Nouellam Theodosii et Valentiniani de amota militan-

tibus

tibus fori praescript. ad Ariouindum Magistrum Militum: *Eodem exemplo appari viro illustri Comiti Exmagistro Militum et Exconsuli bis ordinario.* Hae Epistolae *Vniformes* dicuntur apud S. Hilar. in fragm. p. 45. *Consimiles* in Testam. Sancii I. Reg. Portug. aere 1217. Et apud Nicol. PP. I. Epist. 8. in fine. Epistolae autem Iftius, quae est 16. titulus sic concipitur: *Nicolaus - - singulis quibusdam Senatoribus Constantinopoleos, Aparibus.* Vbi vox *Aparibus*, non ad vocem *Senatoribus* refertur, sed per receptam hac aetate formulam additur, vt innuatur vno exemplo dictatas et missas Epistolas ad diuersos; quae pluries occurrit apud Gregor. Magn. interdum per *Aparibus* cum vnico P. descripta et apud Ioann. VIII. PP. Epist. 99. 191. 227. Sed et apud Gregor. VII. PP. l. 1. Epist. 4. quae ad diuersos inscribitur, haec habentur: *Inceptis quidem Aparibus, sed circa finem singulis Epistolis juxta locorum et personarum competentiam discrepantibus. Data Romae*, etc. Adde l. 2. Epist. 16. Ita apud Radulf. de Diceto, epistola, quam Richard. Angl. Rex nobilibus, quibus regni curam commiserat, dum sacram peregrinationem obiret, scripsit, hanc praefert inscriptionem: *Richardus Rex Angl. Willelmo Cancellario, G. Fillo-Petri, W. Mareschallo, et H. Bard. et W. Briwer, Apparibus.* Salmas. in lib. de Iure Attico et Romano vocem distinguendam putat, *a paribus*, vt si ἀπὸ τῆς ἴσης, ἀπὸ τῆς ἰσοτίμης, ἰσοτίμως, epistola scilicet eodem, quo alia exemplo scripta. Sed loci supra allati videntur euincere, *aparem*, vel *apparem* similem denotare, vel potius exemplum alterius scripti, maxime locus Anastasii. At cur *aparibus* vulgo scriberetur in ablatiuo, existimat Cangius indicari Epistolas *pari* tenore, vel certe *a paribus*, seu similibus, descriptas, singulisque (quibus alias generatim inscribuntur) licet eodem contextu inscriptas ac missas. V. *Paricla.*

APPARAGIVM, pars hereditatis quae a primogenito datur secundogenitis, in Ch. a. 1316. Locus ex Regest. Cam. Comput. Paris. V. *Apanagium* et *Paragium.*

APPARAMENTA. (1) Apparatus, id omne quod bello inferendo necessarium est. Chron. Parm. ad a. 1308. apud Murat. to. 9. col. 872. (2) Instrumenta quaeuis rei perficiendae necessaria, Germ. Geräth, Werkzeug. Ch. MS. Petri II. Regis Aragon. a. 1283. (3) † Pacis prolusiones, Gall. *Preliminaires.* Acta varia ad Conc. Basil. ap. Marten. t. 8. Ampl. Collect. p. 92.

APPARARE, commentariis explicare et illustrare. Testam. Henrici Ostiensis Card. inter Instrum. tom. 3. nouae Gall. Christ. col. 180. V. *Apparatus.*

† APPARATA, forte pro *Appenditia.* Ch. a. 975. inter Instrum. t. 6. Gall. Christ. p. 267. *Tres quoque apparatas eidem canonicae, cum omni integritate distribuit; mercatum vero mediuni - - omnigena caritate concedit.*

† APPARATOR. Stat. comit. Venaiss. c. 55. ex Cod. reg. 4660. *Item qui stratores, apparatores et seruientes curiarum, vulgariter nuncupantur stipem pauperum et panem esurientium sitientes - - solummodo vnum grossum - - exigant.* Legend. videtur *Apparitores.*

APPARATORIVM. (1) Inscriptio vet. apud Reines. p. 818 *Hoc Adparatorium pertinet ad monumentum Q. Aquili Dionysi.* Interpretatur de loco, vbi rogus fuerit apparatus; verum Fabrettus Inscript. p. 232. asserit: *Apparatorium* aedificium aliquod sepulcro annexum fuisse, ad lustrationem sepulcri et coenas sociales paratum, etc. V. *Apparaturium.* (2) † Idem quod *Apotheca*, domuncula, officina. Inuentar. Chart. reg. a 1482. fol. 50.

APPARATVRA, ornamentum. Agius in Vita S. Hathumodae apud Bern. Pez tom. 1. Anecdot. part. 3. col. 291. Rymer. to. 10. p. 516. col. 2. *Apparaturae* recensentur vestes inter et domesticam suppellectilem.

APPARATVRIVM, *vbi res quaecumque paratur*, in Gloss. MS Reg Cod. 1019. Hinc emendandae Glossae Lat.

Lat. Graec. *Apparatorium*, ἐξαρτιστήριον. Vbi perperam Edit. *Apparatorium*. Vt et apud Papiam in V. *Apparitor*, cui dicitur: *Vbicumque res parantur, vel adiutorium.*

APPARATVS. (1) Ita appellata Gloſſa Accurſii ad Digeſtum et Codicem ſed et quiuis Commentarius. Rollandin. in ſumma Notariae cap. 3. *Vi pignoris obligauerunt vnum codicem ſcriptum in cartis hedinis cum apparatu domini Accurſii.* Hinc emendandus Willelm. Thorn. in Chron. ann. 1274. *Conſulit huic Eccleſiae Bibliam pulcram, et totum corpus Iuris operatu ordinario gloſſatum.* Legendum enim *apparatu*. V. *Paratae* et *Apparare*. (2) † Reparatio, refectio, vel ſumtus, conſeruatio. Ch. a. 1202. ex Charrul. S. Ioann. in Valle: *contentio - - ſuper apparatibus et emendationibus eiusdem molendini.*

† APPARELLAMENTVM, receptio in fratrem apud Albigenſes. Acta inquiſit. Toloſ. ad a. 1238. inter Probar. t. 3. Hiſt. Occit. p. 387.

APPARENTER. (1) Probaliter, in ſpeciem, Gall. *Apparemment*. Acta SS. Martii tom. 1. pag. 541. (2) Per viſum a Deo profectum. Vita prior B. Lidwinae Virg. t. 2. Aprilis p. 302. C.

APPARENTIA. (1) Oſtentatio. Boncompagnus de obſidione Anconae cap. 10. apud Murat. t. 6. col. 933. (2) Paruula cauſula, ſimulatio, Gall. *Apparence*. Ch. Wenceslai Duc. Brabant. ap. Miraeum Diplom. Belgic. to. 2. p. 1025. *Neque vllum quaerere permittemus vllam apparentiam, occaſionem, aut praetextum, per quem haec puncta - - ſcindere poſſemus.* (3) † IN APPARENTIA, ſub dio, palam, Gall. olim *en Appart, en Appert*. Stat. Auenion. a. 1243. c. 89. *Piſcatores teneantur afferre et tenere ſimul omnes piſces in apparentia in mercato macelli, et in nulla domo reponantur.*

APPARERE. (1) Arbitrium, ſenſus, ab Ital. *Parere*, quod idem ſignificat. Acta S Franciſcae Romanae to. 2. Martii p. 114 C. (2) † Componere, diſponere. Ch. a. 1331. in Reg. 66. Chartoph. Reg. ch. 527. *Ad quae pondera dicti molinerii ſeu dicta molendina gubernantes blada molenda et farinam multam apparere et ponderare haberent.* (3) † Iuri ſtare, Gall. *Compgroitre*, Germ etwas ſcheinen. Scacarium Paſchae ap. Faleſiam a. 1212. ex Bibl. reg. Cod. 4653.

APPARES CHARTAE. V. *Appar* et *Paricla*.

† APPARIARE, coniugare, copulare, Gall. *apparier*. Contract matrimon. a. 1162. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 509. *Bono amore et bona fide coniunxerunt et appariauerunt ſe tali conuentu* etc. V. *Apariare*.

APPARIATIO, Gall. *Pariage*, cum quis alterum dominii participem facit. V. *Pariagium*.

APPARIATVS, conſentaneus, conſentiens, vel alicui rei proprius, deſtinatus. Stat. Maſſil. l. 1. c. 47.

APPARIBILIS, V. *Aparibilis*.

† APPARISIS, *eſt cum id quod in animo, quaſi judicium depoſueramus, opportune repoſcimus.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

APPARITIO. (1) Pro Apparitoribus ipſis, non ſemel in Codice Theod. Gloſſae Graec. Lat. τάξις ἀρχόντων, *Officium, apparitio*. Male edit. *Apparatio*. Coronatus Notar. in Actis S. Zenonis Epiſc. Veron. *Vt hoc Rex Gallienus audiuit, miſſis apparitionibus ad perquirendum ſanctum virum coepit ſollicite demandare.* V. Collat. III. Carthagin. c. 29. Maximum Taurin. in Homil. in Vigiliis Natalis Domini, et Ammian. lib. 18. et 19. pag. 123. 144. Edit. 1. Inde *Apparitionis Princeps*, Princeps ſeu primus apparitorum. V. *Princeps officii*. (2) Epiphania. Ordo Officii Gothici to. 3. Collect. Conc. Hiſpan. pag. 266. *Notandum eſt - - apparitionem - - idem eſſe cum Epiphania.* (3) Quarta e nouem partibus hoſtiae diuiſae in Miſſa Muzarabica. Officium Gothic. t. 3. Concil. Hiſp. p. 266.

APPARSVS, viſus, qui apparuit. Vita S. Iuuenalis to. 1. Maii pag. 402. *Vt dominatio ſua illuſtriſſima ad videndam*

dendum accederet miraculum in ſua Eccleſia denuo apparſum, et repertum intus capſam lapideam, in qua repertum fuit corpus S. Iuuenalis.

† APPARTATVS, ſua parte ſeu portione donatus. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 326. V. *Appartiamentum* et *Apportionari.*

† APPARTENENTIA, tutela, protectio, qua quis rem aliquam, vt ſuam tuetur. Ch. Guill. de Baux a. 1202. Mſ.

APPARTIAMENTVM, partitio, diuiſio bonorum inter liberos. Conſuetud. Toloſ.

APPARVM, V. *Appar.*

APPASSAMENTVM, induciae, belli ſedatio, a Gallico *Appaiſer*, pacificare. Gregor. X. PP. in Epiſt. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 244.

APPATIAMENTVM, tributa regioni ſubactae, durante bello, a victore impoſita, Germ. **Kriegsſteuer, Brandſchatzung.** Gall. olim *Appaſtis*, vel *Pactis* quod ſub certis pactis et compoſitionibus, v. g. a caede, incendio, agrorumque deuaſtatione temperandi, exigantur ſoluanturque. Chatta Amaneui de Lebreto militis an. 1400.

APPATICIAMENTVM, eadem notione. Rymer. to. 10. p. 12.

† APPATICIRE, tributa ſub nomine *Appatis* exigere, Gall. olim *Appatiſſier*, pacisci. Memor. H. Cam. Comput. Pariſ. ad an. 1423. V. *Apatiſatio.*

APPATISSAMENTVM, eadem ſignificatione ap. Rymer. to. 10. p. 558. et to. 11. p. 135.

APPATIZAMENTVM, eodem ſenſu. Rym. to. 11. p. 406.

APPATIZARE, *apatizamenta* imponere, ap. Rymer. t. 11. p. 406. V. *Apatiſatio.*

APPATVARE, V. *Apatuare.*

† APPEISSAMENTVM, induciae, pacificatio. Ch. a. 1269. in Hiſt. Lugd. p. 3. V. *Apeyſamentum.*

APPELLARE. (1) Dicitur qui *appellat* aut accuſat, vel qui *appellum* ſ. accuſationem ſuam proſequitur. Brompton: *Cum rex eum intuitus eſſet, de proditione et morte Alfredi fratris ſui, appellauit in haec verba: Godwine, ego appello de morte fratris mei, quem proditionaliter occidiſti.* V. *Appellum.* (2) † Pro *appellere* occurrit etiam in Ch. a. 1411. Bibl. reg. Alia notione V. in *Apellare.*

APPELLAREA, APELLARIA, i. q. *Applare.* Paulus PP. Ep. 15. in Cod. Carolino. Anaſtaſ. in Sergio PP. p. 61. V. *Applare.*

APPELLATIO. (1) Vox forenſis nota. APPELLATIONEM APPLICARE, idem quod ICtis appellationem explicare, ſ. appellationis cauſam perſequi Arreſt. Parlam. an. 1322. Hiſt. Harcur. t. 3. p. 240. APPELLATIONES LAVDVNENSES, Gallicis olim Practicis *Appeaux volages*, Sic dicebantur quod maximum haberent vſum in agro Laudunenſi In pluribus locis huius agri Rex gaudebat jure occupationis, vulgo *praeuentionis*, in omnes vaſallos et ſubditos, ſuperiores, medios et inferiores *Iuſtitiarios*, vbi cauſa criminalis agebatur, in aliis locis etiam in cauſis ordinariis. In aliis denique eiusdem territorii locis, jus Regis ſ. judicum regiorum tale ac tantum erat, vt, ſi cuiuspiam cauſa ad Iudices ordinarios et inferiores eſſet delata, poſſet ipſe ab aliis Iudicibus ad *Baillivum* Viromanduenſem prouocare appellationibus, de quibus hic agitur. Explicat illas Boutillerius in ſua Rurali Summa l. 2. tit. 14. (2) † Euocatio, quae ad ſonum campanae fit, Gall. *Appel.* Statut. Eccleſ. Tullenſ. Mſ.

APPELLATORES, fures, Anglis. Articuli Cleri Anglic. oblati Edwardo II. Regi a. 1316. c. 10. *Placet etiam domino regi, vt latrones et appellatores, quamdocumque voluerint, poſſint Sacerdotibus ſua facinora confiteri.* Th. Walſing. in Richard. II. p. 288. *Captas nempe mulieres in priſona, quae vocatur Dolium, incarcerarunt. Poſtremo perductas ad conſpectum publicum, deſciſſa caeſarie, ad modum furum, quos appellatores dicimus, circumduci fecerunt.* Generaliter autem *Appellatores et Approbatores* Angli vocant eos, qui crimen

men aliquod ſ. feloniam, commiſere, eamque vltro confeſſi, criminis ſocios ad judicem *appellant*, vel *approbant*, i. e. deferunt. V. *Approbator*.

† APPELLATVS. (1) Pro *appellans*, in lege Godefr. Epiſc. Camerac. an. 1227. art. 17. (2) *Appellatus*, *vs*, pro *Apoſtolatus* legitur in litter. Innocent. III. PP. in Chartul. Campan.

APPELLITVM, vel *Appellitus*. (1) Submonitio, ſ. euocatio populorum ad vindicanda maleficia. Quadruplicem porro *Appellitum* recenſent Practici Aragonenſ. *Appellitum de tolli fortiam*, *Appellitum apprehenſionis*, *Appellitum criminalem et Appellitum manifeſtationis*. De ſingulis agit Michael del Molino in Repert. Foror. Aragon. V. *Iuncta* et *Concurſus*. (2) Submonitio quaeuis. Ch. Alfonſi III. Reg. Porrug. aerae 1267. ap. Brandaon l. 15. Monarch. Luſ. c. 24. et lib. 13. c. 17.

APPELLIVM, vt mox *Appellum* Ch. Henr. II. Reg. Angl. circa a. 1155, ap. Bruſſel. Tract. de Vſu feud. t. 2. p. 6. † In Reg. S. Iuſti fol. 36. legitur *Appellum*, vnde perperam *Appellum* exſcripſit D. Bruſſel.

APPELLVM, in jus vocatio, accuſatio; proprie enim in criminalibus actionibus vocem hanc vſurpant Angli, vulgo *Appeale*. V. Bracton. l. 3. de Corona c. 11 §. 2. 3. Fletam l. 1. c. 34. etc. Raſtallum Marten. t. 4. Anecd. col. 456. et 557. Ludew. Reliq. MS. t. 5. p. 475. Articuli Cleri Angl. a. 9. Edw. II. cap. 16.

tis confectum, in quo libri Ecclesiastici, qui in Ecclesia leguntur, reponuntur; qua quidem aquilae specie S. Ioannes Euangelista designatur. Hugo Flauiniac. in Chron. pag. 165. Suger. de Adminiſt. ſua c. 32. Necrologium Eccleſ. Ambian. Geſta Francor. vsque ad Robert. MS. ex Bibl. Loiſelliana a. 1014. AQVILA, vexillum, in quo aquila pingebatur. Alberic. Muſſat. de Geſtis Henr. VII. l. 9. ap. Murat. t. 10. col. 470. Vbi Pignorius: „Aquilas „ſignis regiis fuiſſe impreſſas quis „dubitat? fuit autem biceps et bi„corpor, vt ita dicam, vel aurea „tota, vti geſtarunt Imp. Orientis, „vel atra, vti Caeſares Occidentales.„ AQVILA *Philoſophorum eſt Mercurius metallorum.* Rocho le Baillif in Diction. Spagyr. AQVILA *Spagyricorum eſt ſal armoniacum et aliquando Mercurius praecipitatus*, eidem. AQVILAM IN PAVIMENTO DESCRIBERE, V. Gloſſ. med. Graec. in *Aerós*. AQVILAM IN DORSO FIGVRARE. Saxo-Grammat. l. 9. *Interea Siuardus ac Biarnus cum 400. nauium claſſe ſupéruenientes, bellum Regi manifeſta pronocatione ſignificans: idque ſtatuto tempore executi, comprehenſi ipſius dorſum plaga aquilam figurante affici iubent, ſaeuiſſimum hoſtem atrociſſimi alitis ſigno profligare gaudentes; nec vulnus impreſſiſſe contenti, lacerataam ſaliuere carnem.* Vbi Steph. Stephanius, Saxonis Interp. eum viguiſſe morem ſcribit apud Anglos, Danos aliasque nationes boreales, vt victor ignominia ſumma debellatum aduerſarium afflicturus, gladium circa ſcapulas ad ſpinam dorſi adigeret, coſtasque, ſimpliſſimo per corporis longitudinem facto vulnere, vtrimque a ſpina ſepararet, quae ad latera deductae alas repraeſentarent aquilinas; eiusmodi vero vulnus in Gloſſ. Islandico *Bloderne*, ſ. *Bladugle* et *Blodriſil* appellari. In hanc rem Scriptores laudat Islandicos. AQVILAE GALEAE, contabulatio triremis. Acta S. t. 1. Aprilis p. 181. A. AQVILAM VERTERE. Ditmar. l. 3. p. 29. *Poſt haec ustum Imperator omni ſtudio ordinauit expeditionem ſuam aduerſus Lotharium Regem Karolingorum, qui in Aquisgrani palatium et ſedem regiam, noſtrum ſemper reſpicientem dominium, valido exercitu praeſumpſit inuadere ſibique, verſa aquila, deſignare. Haec ſtes in Orientali parte domus, morisque fuit omnium, hunc locum poſſidentium ad ſua vertere regna.* † AQVILA, etiam monetae genus eſt aquila inſignitae. Stat. Petri Abbat. Caſſin. l. 2. Hiſt. eiusd. Monaſt. p. 542. *Soluat qualibet vice aquilam vnam.*

AQVILARIVS CANONICVS, Canonicus hebdomadarius, ſic dictus in quibusdam Eccleſiis, quod eius nomen in *Aquila* roſtro appendatur. Ius habere conſueuit nominandi ſ. praeſentandi ad beneficia per ſuam hebdomadam vacantia.

AQVILATVS, deorsum figuris aquilam repraeſentantibus. Exempla vide in *Baſiliscus et Orthogrammus.*

† AQVILEA, herba velens ad oculos, Gall. *Aquilée*, in Gloſſ. Cod. reg. 521.

† AQVILETA, diminut. ab *Aquila*, Gall. *Aiglette*. Inuentar. S. Capellae Pariſ. a. 1363.

AQVILETARIVS, qui ſtylo munit ligamina, Gall. *Aiguilletier*. Locum vide in *Stigula*. V. etiam *Aquiseta.*

† AQVILEVS, *nigro, e fuſcho*, in Gloſſar. Lat. Italic. Mſ. Aliud ex Cod. reg. 7646. *Aquileum, fuſcum vel nigrum.* V. *Aquilinus.*

AQVILI, *Daemones, qui in ſimilitudine aquilae apparent*, ap. Papiam et Ioan. de Ianua. Martian. Capella l. 2. *Diis, quos aquilos dicunt.* Saxo Grammat. l. 2. Hiſt. Dan. *Siluanis coeunt Aquili.* Et ibid. lib. 8. *Quem comitibus foris praeſtolari iuſſis, ingreſſus duos eximiae grandiſonis aquilos conſpicatur.* V. Feſtum in *Aquilus.*

AQVILIANA STIPVLATIO, *eſt promiſſio, quae vocat omnem contractum.* Vocab. Iur. vtriusq. *Per acceptilationem et aquilianam ſtipulationem, verbis ſolemnibus introductam, liberationem fecerunt, vt promittentes, ipſis Domino Duci et Conſilio ſtipu-*

lantibus, ap. Rymer. t. 5. p. 570. col. 2. et seq. V. *Stipulatio.*

AQVILICES, f. aquae libratores, qui aquarum inuentos ductus et modos docili libratione ostendunt. Cod. Theod. l. 2. et 3. de excus. artific.

AQVILICIVM. Festo Pompejo: *Aquelicium* dicitur, *cum aqua pluuia. lis remediis quibusdam elicitur.* Sacrific. pro impetrandis imbribus Tertull. Apolog. c. 40. *Aquilicia. Iouis immolatis, nudipedalia populo denunciatis, coelum apud Capitolinum quaeritis.*

AQVILINVS COLOR. Ioan. Diac. de Vita Gregor. M. l. 4. c. 84. *Mento a confinio maxillarum decibiliter prominente, colore aquilino et liuido, nondum, sicut postea ei contigit, cardiaco.* Est igitur color *aquilinus* idem, qui *liuidus*, nec forte alius ab aquilo colore, qui Festo *fuscus et subniger est, a quo*, inquit, *Aquila dicta videtur.* Gloss. Lat. Gr. *Aquilum, μέλαν.* Plautus: *Aquilo est corpore, statura haud magna.* Quod si ab aquila, aquilinus color dictus, fuluus intelligi poterit; nam et Claudian. fuluum Iouis armigerum dixit. Hadrian. Valesius, vti refertur in libro cui titulus *Valesiana*, putat et merito quidem, vt Cangii editoribus videtur, Cangium deceptum fuisse mala interpunctione loci ex Ioan. Diac. laudati, sicque censet hunc locum esse restituendum: *Colore aquilino et* (vel potius *at*) *liuido nondum, sicut est postea contigit cardiaco*, h. e. Gregorius adhuc junenis et integra valetudine fuscus erat et subniger; (haec est enim vera notio vocis *Aquilinus*) sed liuidus demum euasit, postquam *Cardiacus* factus, seu stomacho laborare coepit. V. notam Benedd. in hunc l. Vitae S. Gregor. inter eiusd. opera. V. etiam *Aquilus* 2.

AQVILIO, *κέντρον βοῶν καὶ ὀνηλάτου, Stimulus, aculeus*, in Suppl. Antiqu. Gall. *Aiguillon.*

AQVILIVM, *summa pars capitis.* Papi. MS. V. *Aqualium.*

AQVILONALIS, pro *Aquilonaris*, in Formul. Anglic. p. 177.

† AQVILONIOR, in Act. Gold. Alamann. t. 2. p. 49. i. e. magis Septentrionalis.

AQVILVM, *antiqui dicebant fuscum vel nigrum* Pap. MS. V. *Aquilinus.*

AQVILVS. (1) V. *Aquili.* (2) † *Aquilus, aliquis habens longum nasum, Gall. Becu. Inde Aquilini, demones habentes nasos longissimos.* Glossar. Lat. Gall. Cod. reg. 521.

AQVIMANILE, AQVIMINALE, AQVIMINILE, V. *Aquamanile*

AQVIMITI, V. *Acoemeti.*

AQVIMOLA, molendinum aquaticum, Waſſermühle. Gloss. Lat. Gr. *ὑδρομύλης, Aquemolus. ὑδρομύλη, Aquamulina.* Sic in MS. vnde forte *Molinum*, vox. Bulla Paschal. PP. I. pro Monast. Farfensi ap. Murat. t. 2. part. 2. col. 371. Anastas. Bibl. in Leone IV. p. 196. et in Hadriano p. 111.

† AQVIMOLLIA, eadem notione, in Ch. Frid. II. Imp. a. 1221. ap. Murat. in Antiq. Estiens. p. 427.

† AQVIMOLVS, AQVISMOLVS, eodem significatu, in bulla Honorii PP. a. 1217. ap. Ughell. t. 1. Ital. S. edit. a. 1717. p. 1193.

† AQVINA, *qua ad malum antenna constringitur*, in Glossar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. V. *Anguina.*

† AQVISTARE, acquirere, comparare, emere, Hisp. *Aquistar*, Gall. *Acquerir*, ol. *Aquester.* Placit. a 971. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 123.

AQVISVERSVS, V. *Aquaeuersus.*

AQVINDAMENTVM, AQVINDARE, V. ACVNYDARE.

AQVITANIGENVS, pro *Aquitanus*, vt *Francigenus* pro *Francicus*, ap. Mabill. Dipl. l. 2. c. 23. ex Ch. a. 962. *Sub imperio Clotharii clarissimi Regis Francigeni seu Aquitanigeni.*

AQVITARE. (1) Rationem accepti et expensi reddere, Rechnung ablegen; ap. Marten. t. 4. Anecd. col. 1265. (2) Quietum reddere, immunem facere. Interdum soluere, dimittere. Ch. Willel. Duc. Aquit. pro Angeriaco inter Instrum. to. 2. nouae Gall. Christ. col. 470. Ch. a. 1194. ap. Marten. tom. 1. Anecd. col. 658. Chartul. S. Crucis Kemperl.

pert. Chartul. S. Vincentii Cenom. fol. 127. V. *Quietus*,

AQVITIARE, eadem notione in Ch. a. 1404. ex Archiuo S. Vict. Maſſil.

AQVIVERGIVM, aquarum diuergium, diuerticulum, vox Agrimenſorum. Innocent. *Habet ſub ſe juncina, et foras aquinergia.* Idem: *Snb ſe cannicias et res paluſtres habet, et foris Aquinergia.*

† AQVOSARIVS, emiſſarium, Abzucht, Goſſe, Gußſtein. Ch. a. 1303. in paruo Chartul. epiſc. Pariſ. V. *Aquarium* et *Aquaſſerium.*

AQVOSITAS, aquoſum, paluſtre, Geruaſ. Tiberienſ. in Otiis Imperial. ap. Leibnit. t. 1. Script. Brunſuic. p. 986.

† AQVS, pro *Acus*, in Ch. a. 1336. Mſ.

ARA. (1) Altare. ARA DIGNITATIS. in qua nulli licet celebrare, praeterquam Sacerdotibus in dignitate conſtitutis. Hoc priuilegio Leo IX. PP. donauit maius altare S. Remigii Rem. a. 1049. ſtatuto edito, inquit Mabill. Annal. Bened. t. 4. p. 503. In huius autem altaris tabula marmorea, haec inſcriptio legitur, anteriori ipſius margini eleganti charactere Romano inciſa, his verbis: DE SVMMA HAC DIGNITATIS ARA FERRO BIPERTITA, SALVTIS MENSA GENTIBVS DIRECTA NORDALBINGORVM IN WELENA. FOLCO. ADALBERO. Quibus lapidem hunc ex Nordalbingia ſeu Saxonia Transalbina iſtuc allatum fuiſſe probatur. ARA SACRATA, paruula tabula lapidea conſecrata, quae menſae altaris non conſecratae ſuperponitur vel inſeritur ad ſacra facienda. Coll. Concil. Hiſp. t. 4. p. 762. col. 2. (2) Pro *Hara*. In Vet. Gloſſ. MS. Monaſt. S. Andreae Auinion. *Ara Dei et ara ſuis, id eſt, Naut porcorum.* † Ch. a. 1098. inter Probat. Hiſt. Sabol. p. 360. (3) † *Sepulchrum, rogus*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641.

ARABAM. Pap. *Arabam interpretatur inſidiae.* Ita MS. Codex; ſed editus habet *Araba*, vox Hebraica, a radice, ארב, inſidiari.

† ARABARCHVS. Vocabul. Bibl. ex Bibl. reg. ad vocem *Ephot: Arabarchus dicitur ab ara et archos, quod eſt princeps, quaſi princeps aree.* Sic principem ſacerdotum vocabant. V. *Alabarches.*

ARABICI, *Haeretici dicti ab Arabia, in qua ſunt orti, dicentes, animam et corpus ſimul mori, ſimulque reſurgere.* Papias. De Arabum circa animarum originem, mortalitatem, immortalitatem, transmigrationem etc. conſulendus omnino Abrah. Ecchellenſis in Hiſt. Arabum c. 12. 13. 14. 15 etc.

ARABILIS. (1) Breuiloq. *Arabilis dicitur, quod eſt aptum et bonum ad arandum, vt terra eſt arabilis.* Ch. a. 964. ex Tabul. S. Petri Treuer. *Ego Sigefredus Comes: - - dedi ad altare S. Petri - - lineam in eadem Marcha, et in Comitatu Bedenſi arabilem vnum et inter terram arabilem et prata jugera 73. et quidquid ad eumdem arabilem pertinere dignoſcatur. Arabilis terrae jugera 106.* in Traditione Fuldenſ. l. 1. trad. 92. Sed et ap. Plinium *Campus arabilis* legitur. (2) † Qui agriculturae inſeruit, Gallis etiam *arable;* quod de bobus praecipue dicitur. Ch. an. 1392. e Bibl. reg. *Habentes boues arabiles.*

ARABLA, acer, Gall. *Erable*, olim *Arable.* Chartul. SS. Trinit. Cadomenſ. fol. 49. *Omnes operarii Auenzingiae pro mortuo boſco et pro ſpina et pro arabla in Haſelhos quilibet denarium vnum.*

† ARABLIVS, eadem notione in Ch. a. 1217.

† ARABODICTA, *quaſi Aracabona*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613.

† ARACARE, fodere interpretatur Calmetus: at cum ex ſequentibus illud ad fenum ſpectare videatur, pro ſecare, colligere, ficcare, accipiendum exiſtimat Carpentarius. Ch. a. 1121. inter Probat. t 2. Hiſt. Lothar. p. 267. *Libera etiam familia eccleſiae tres dies ſingulis annis debet aracare, fenumque ad herrenm ducere.*

† ARACIA, V. *Aratia.*

ARACIVM, grex equorum, Gall. *Haras.* V. *Haracium.*

ARACIVNCVLAE, *fossae parvae ad instar sulci aratri.* Pap. MS. Eccl. Bit. Ciceroni *Aratiuncula* est arabilis terrae portio minima, V. *Aratiuncula.*

ARADA, *aratio.* Iacob. I. R. Arag. in Foris Oscae a. 1247.

† ARADATORIVS, ad arationem seu agriculturam pertinens. Libert. Lausertae a. 1370. t. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 402.

ARADIA, *gemma ex patria dicta. Eburnea est.* Pap. MS. Bit.

ARADRADIT, V. *Aratraib.*

ARADRIA, ARADVRIA, V. *Aratoria.*

ARAGADIA, suppellex militaris, V. *Hariraida.*

ARAGALCVS, morbi equini species: *Cum in equi ventre fiunt torsiones et intestina rugitum faciunt, et indigesta et liquida emittit stercora* etc. ap. Petr. de Crescent. l. 9. Agricult. c. 32. vbi vet. Interpr. Gall. habet *Argaratus.*

† ARAGIVM, ager aratorius, simul et tributum, quod ex agris aratoriis penditur; idem quod *Agrarium*, Gallis ol. *Arage.* Ch. Ioan. Treuir. Archiep. an. 1210. *Aragia, quae idem Herardus habebat in Mannege.* Vbi Ch. Frider. II. huiusce confirmatoria habet *Araria.* Ch. Renaudi Episc. Tull. a. 1211. V. *Aratiuum.*

ARAHVM. Lex. Ripuar. tit. 10. §. 1. *Ad placitum veniens cum 3. testibus in araho coniuret.* Tit. 32. §. 2. *Sibi septimus in araho coniuret.* t. 41. §. 1. *Si quis ingenuus ingenuum ligaueris, et eius culpam cum 6. testibus in araho non approbauerit.* Adde tit. 77. Basil. Edit. LL. Ripuar. a. 1530. passim legit cum aspiratione *haraum*, quam vocem pro loco consecrato, vel honorato a Saxonico *Ar* vel *Are*, i. e. honor, pietas, deductam putat Spelmannus, vt sit, *in araho coniurare, approbare*, in Ecclesia et loco sacrato sacramentum praestare. Nam omne sacramentum in Ecclesia et super reliquias iurabatur, vt est in Cap. Caroli M. l. 6. c. 209. At Guilliman. l. 1. de Reb. Heluet. p. 80. ait, vocem hanc a Germanino *erurechten* decuci, et significare *coram iudicum consilio.* Eccardus Basilicam intelligit. 1) Quia notum est, inquit, Sacramentum apud Francos Christianos, quales Ripuarios fuisse satis apparet, in Ecclesia et super reliquias juratum fuisse. 2) Quia Basilica, Ecclesia, sanum, imo omnis locus publicus, vbi jus sub auctoritate Principis exercebatur, *Harne*- olim vocabatur, quod Latinizantes, omni dubio procul, in *Hararum* mutauere, *h* pro *c* vel *ch* posito. *) Schiltero *Arhahum* significat locum quempiam editiorem, et in specie altare, a Germ. voce erhöhen.

ARAJARE, instruere. It. ordinare, disponere suo quaeque loco; Milites ad pugnam componere, Gall. olim *Arroyer, arrayer, mettre en arroy.* Hispani etiamnum dicunt: *Arear la casa*, suppellectilem domesticam suo loco apte disponere. Rymer. t. 3. p. 961. V. *Arraiare.*

ARAINAMENTVM, actio, qua quis se coram judice rem quampiam facturum promittit, v. g. juraturum, testes adducturum etc. Ap. Practicos Gall. *Arrement*, ab arrhis, quae dabantur in promissionis cautionem. Rymer t. 7. p. 463. col. 2. Vide *Adhramire.*

† ARAINVM, aes, a Gall. *Airain.* Stat. Auellae a. 1496. c. 156.

† ARAIRIGA, agriculturae instrumenta, Gallis *Araires.* Leudae minut. Carcass. Ms.

† ARALDVS, pro *Haraldus*, vel *Heraldus*, ap. Murat. t. 21. Script. Ital. p. 652.

ARALIA, ARALE, ARALIS. Domesdei de Essexia: *Silua 20. porc. 10. acr. prati, 2. runcal. 4. aralia, 23. porc. 50. oues, 24. capones, 2. vasa apis.* Vbi *Aralia* videntur esse agri ad arationem idonei, cui opponuntur *runcalia* i. e. *agri sentibus obsiti.* Ch. a. 926. ap. Marten. t. 1. Ampliss. Collect. col. 281. *De parte Francenis et Humberti mansos V. et jugera IV. in villa quae dicitur Brola, et arale vnum in villa, quae dicitur Cardonis, cum suis appendiciis.* Et col. 282. B. *Dederunt itaque praefati viri - - mansos quinque et insuper*

per jugera IV. et arales III. cum eorum appendiciis. V. *Arraturia terra.*

† ARALITIVS DOMINVS, cui *aragium* seu agrarium pertinet, Grundherr. Ch. a. 1033. inter Probat. t. 1. Hist. Loth. p. 545.

† ARALOGIVM, pro horologium, in Inuent. a. 1218. inter Probat. t. 1. Hist. Nem. p. 67. V. *Arrelogium.*

† ARAMEN, aes, Gall. *Airain.* Ch. Ms. Cassin.

† ARAMENTVM, vt mox. *Aramium* in Gloss. Lat. Ital. Ms. *Arramentum, lo vaso de ramo.*

† ARAMINVM, ARAMINVS, ab Ital. *Ramino*, vas ex aere quod *Rame*, dicunt, Gall. *Airain.* Ch. an. 1389. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 366. *Araminum vnum argenti album.* V. *Aramum.*

ARAMIRE, V. *Adramire.*

ARAMITA, i. q. *Aremia*, s. *Arrama*, quae vide.

† ARAMVM, ab Ital. *Rame*, aes. Stat. Montis-reg. p. 268. Stat. Vercell. l. 4. p. 57. V. *Aramen.*

ARANCANES, V. *Arrancanes.*

† ARANCARE, eradicare, euellere, Hisp. *Arrancar*, Gall. *Arracher.* Stat. ciuit. Astae collat. II. c. 83. V. *Arrancare.*

ARANCIVM, pomum aureum, i. q. mox *Arangia.* Acta SS. Maii t. 5. p. 382.

ARANCIVS, aurancium, malus aurancia, Gall. *Oranger.* Stat. crimin. Riper. c. 150.

† ARANCVM, forte pro *Haracium*, stabulum porcorum, V. *Ara* 2. Ch. a. 1382. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 1567. *Cum domo solariata vno solario et solariolis cum claustro, puteo, arancis horto, pergula,* etc.

† ARANDATVM, charta seu instrumentum locationis, seu dationis ad censum. Ch. a. 1. Valentin. Imp. in Hist. Lugd. p. 21. V. *Arendamentum.*

ARANEA. (1) Retis subtilioris species, qua capiuntur auiculae, describitur a Petro de Crescent. l. 10. de Agricult. c. 23. (2) Fibulae species, forte sic dicta, quod in modum retis subtilioris sit. efformata. Acta S. Germ. Episc. to. 7. Maii p. 549.

ARANGA, ap. Spelman. pro *Arenga*, quod vide.

ARANGIA, Ital. *Arancio*, Kiliano *Aranje-appel*, Gall. *Orenge*, malum citrinum, quod Scholiastae Nicandri, *περάντζιον.* Myrepso, *περάντζια*, arbor, quae mala fert aurea. Matth. Siluaticus: *Pomum Arantiae, id est, citrangulum, vel citromelum.* Hugo Falcand. *Videas ibi et lamias acetositate sua condiendis cibis idoneas, et arangias acetoso nihilominus humore plenas interius, quae magis pulcritudine sua visum oblectant, quam ad illud vtiles videantur.* Computus a. 1333. et seqq. in Hist. Dalph. t. 2. p. 276.

ARANGIVM. (1) Aurea malus, Gall. *Oranger.* Comput. a. 1333. seqq. in Hist. Dalphin. t. 2. p. 279. (2) † Forte stabulum porcorum. Inquisit. 1371. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. p. 433. *Item ferragnale vnum cum arangiis, et cum aedificio vertasciorum juxta moenia terrae.* V. *Arancum.*

ARANSCARTI. S. Bajwar. t. 12. c. 8. *Si quis messes alterius initiauerit maleficis artibus, quod aranscarti dicunt.* Vbi Lindenbrog. *Aran* (Aehre) spica est frumenti, siue arista, et *scart*, (Scharte) laesio, s. fissura, vnde et *lidiscarti, orscarti* etc. de quibus suo loco. Est igitur *Aranscarti*, maleficium sortilegorum, quo aristas s. spicas inanes ac vacuas faciunt, non vero *auris abstissio* vti Vossius opinatur.

† ARANTEA, *bambis*, in vet. Gloss. Cod. reg. 7641.

ARANTINVS PAROPSIS. Cyprian. l. 1. Vitae S. Caesarii Arelat. n. 17. *Custodiens illud, quod Dominus (fecit cum) in Arantino Paropside tinxit panem, non in argenteo vase. Et discipulus praecepit non possidere aurum neque argentum.* Deriuatum videtur ab ὄρεινός inquit Mabill. in Actis SS. Ord. S. Bened. saec. 1. p. 664. quod rem fragilem significat, quale est vas figulinum vel vitreum.

† ARANVNCVLAE, in Glossar. Cod. reg. 7613. pro *Aracinnculae.*

† ARANZADA, vox Hiſpan. Iugerum. Acad. Hiſp. Tantum terrae, quantum par mulorum vno die arare poteſt. Ch. de eccleſ. S. Vincent. in Hiſp. Mſ. V. *Arenzada.*

† ARAO, ARRAO, i. q. *mixtura*, miſcellum frumentum, Germ. **Mangkorn, Gemangkorn.** V. *Mixtum* 2. Ch. a. 1215. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 249. *Duos modios de arraone et vnum modium frumenti.* Alia a. 1314. in Bibl. reg. *Duos ſextarios, ſex punheriis Arraonis.* V. *Rao.*

ARAPAGARE, *effodere, vel ſculpere, ab area, et ponitur ſimpliciter pro effodere, et componitur ab area, et pagus quod eſt villa. Arapagatus, ab area effoſſus.* Vnde Plaut. in Aulular. *Aurum mihi intus arapagatum eſt.* (Editio habet *harpagatum*). Ita Ioan. de Ianua. V. *Harpagare.*

ARAPENNIS, ARPENTVM, AGRIPENNVS etc. Voces vnius eiusdemque ſignificationis, quarum quaedam veteribus Script. etiam notae; menſura, qua finitores et agri menſores agros metiuntur, quam cum *jugera* v. *jurnali*, vulgo confundimus. ARAPENNIS. Vetus auctor de Limitibus agror. p. 311. *Arapennis, quem ſemijugerum dicunt, id eſt, quod et Actus maior, habens vndique verſum pedes 210. perticas vero 12.* Alius p. 297. *Actus quadratus vndique finitur pedibus 120. hunc Betici Arapennem dicunt* etc. ARRPENNIS, ap. Columell. l. 5. c. 1. ARIPENNIS. Gloſſ. MS. ad Caii Inſtit. in Cod. Bibl. Regiae 1197. *Iugerum in longitudine pedes 240. in latitudine 120. Aripennis eſt ſemiiugerum in longitudine pedum 120. in latitudine 170. duo Aripennes jugerum faciunt, qui eſt centuria.* Occurrit ap. Feſtum et in Notis Tyronis; praeterea ap. Gregor. Turon. l. 1. Hiſt. c. 6. in LL. Wiſig. l. 8. t. 4. §. 25. l. 10. t. 10. §. 14. ARIPENNVS, ap. Ioann. VIII. PP. Ep. 122. ARIPENDIVM VINEAE, in Tabul. Conchen. in Ruthenis c. 159. 161. et alibi non ſemel. ARPENNIS, in Decretione Clotharii Reg. §. 13. et ap. Reginon. in Chron. pag. 19. ARPENTVM. L. Baiuvar. t. 1. cap. 14. §. 2. *Pratum arpento vno claudere* etc. Ch. Caroli Craſſi Imp. t. 7. Spicil. Acher. p. 185. † ARIPENDVS, in Teſtam. Hugon. epiſc. Toloſ. a. 960. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. pag. 106. ARPENNIS, interdum pro territorii finibus, diſtrictu ſ. *vicinia* ſumitur. Tabul. S. Germani. Pariſ. *Vicarii de Pirodio infra arpennos villae nullam habens viariam, neque aliquid ibi accipiunt* etc. Recte porro obſeruat Spelman. poſterioribus ſaeculis vocem *Aripennis* non alias fere vſitatam reperiri, quam in vinearum aut pratorum menſurationibus, e. g. Teſtam. S. Caeſarii Arelat. Epiſc. it. Gregor. Turon. l. 5. Hiſt. c. 29. et Hariulfs l. 3. c. 7. p. 495. V. etiam *Agripenna*, *Agripennis* et *Agripennus.*

Iam vero de vocis etymo, vet. auct. de Limitib. p. 297. *Arapennem* ab arando dictum ſcribit, quem ſequuntur Iſid. l. 15. Origin. c. 15. Papias, Vgutio aliique, Columella l. 5. c. 1. vocem Gallicam eſſe ait. Ioſeph. Scaliger et Salmaſius ad Solin. *Aripennem* dictum putant quaſi *aruipendem*, quia *aruipendio* i. e. funiculo, agros olim metiebantur. Gloſſ. L. Gr. *Aruipendium*, *σχοῖνος γεωμετρικός.* Nec obſtat, inquit Salmaſius, quod verbum, *pendere* de ponderibus tantum accipiatur, cum et certum agri modum *libram* dixerint etiam veteres, vt auctor eſt Hygenus. Ch. Gosleni Epiſc. Carnot. a. 1155. in Tabul. N. D. de Ioſaphat: *Aruipennum ad hortum faciendum.*

† ARAR, vel ARARE, ararrum, Occitanis olim *Araire*, *Arere.* Conſuet. Dumbenſ. Mſ. a. 1325.

† ARARE, *habitare*, *incolere*, in vet. Gloſſ. ex Cod. reg. 7613.

ARARIVM, V. *Aragium.*

ARAS, id eſt, operis Atrebatici. Gall. *d'Arras.* Teſtam. Richardi II. Reg. Angl. ap. Rymer. t. 8. p. 76. col. 1. *Omnes veſtes de aras noſtro remaneant ſucceſſori.* V. *Arras*, et *Araſſa.*

† ARASARE, adaequare, ad ſolum diruere, Gall. *Raſer.* Ch. a. 1377. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 335. V. *Arraſure.*

ARA-

ARASCILD, ARSCILD, ARISCHILIT, clypeus militaris; nec non obſequium militare Principi debitum. V. *Heereschild.*

† ARASSA. Io. Demuſſis in Chron. Placent. ad 1388. ap. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 583. *Et primo communiter vtuntur - - cortinis de tela circumcirca dicta lecta, et etiam banderiis de Araſſa*; i. e. *d'Arras*, operis Atrebatici. V. *Aras.*

† ARASTARIVM, perperam vt videtur, pro *Anaſtrium*, q. v.

† ARAT, *impersonale, i. conuenire, ad ornatum pertinere.* Gloſſar. Lat. Cod. reg. 7684.

ARATA. Ch. Henr. Duc. Bauar. a. 1276. in Metropoli Salisburg. t. 2. p. 339. *Adiicimus etiam de gratia ſpeciali, vt prouiſores dicti Coenobii, de hominibus in ſuis praediis reſidentibus, quoad debita, aratas, vinperia, tractus gladiorum, et violentias quaſcumque, perpetuam laeſionem, quae vulgo lem dicitur, non inferunt, iudicare valeant.* Vbi *lem*, vel *leme* pro mutilatio, vitium Lähme. Kiliano.

ARATARE, pro, *Arare.* Polyptych. Fiſcanenſ. a. 1235.

† ARATAREVS, pro aratorius. Ch. a. 1372. inter Probat. t. 4. Hiſt. Occit. p. 309. V. *Arabilis 2.*

ARATER, pro *Aratrum*, apud Hygen. de Limitib. non vno loco: *Quo falx et arater ierit.*

† ARATIA, vel ARACIA, pro *Haracium*, vt videtur, Gall. *Haras.* Conſtit. Mſ. Caroli reg. Sicil. *Item magiſtri paſſuum, magiſtri maſſariarum, magiſtri aratiarum et magiſtri foreſtarum* etc.

ARATICVM, agrarium, tributum ex agro penſum. Tabul. S. Remigii Rem.

† ARATILLI, *dicuntur porro vineae*, in Gloſſar. medic. Simon. Ianuenſ. ex Cod. reg. 6959. Aliud Lat. Ital. Mſ. *Aratili, orum, lo ſeme del vua.* V. *Ariſtillum.*

† ARATIO, quantum terrae vno aratro arari poteſt, i. q. *aratrum*; niſi ſit *cornutae* ſpecies, qua vaſſalli tenentur ad agros domini arandos. Bulla Coeleſt. PP. a. 1196. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonſtr. p. 696. *Arationes terrarum, quas vobis dederunt Maimerus.*

ARATIVA, ſupellectilis, ſ. ornamenti ſpecies, vt opinatur Cangius, vermiculata; ſic forte dicta, quod huiusmodi opera lineis ſ. ſulcis quaſi *aratro* factis diſtinguantur. Locum v. in *Maneficium.* V. etiam *Aratiuncula.*

ARATIVNCVLA, Ioan. de Ianua eſt *Foſſa parua, quae inſtar ſulci aratur.* L. 3. Regum 18. 32. *Fecitque aquaeductum, quaſi per ſingulas aratiunculas in circuitu altaris.* Alium locum v. in *Vermiculatus*, vbi dicitur *Vermiculatus* duci a vermibus, qui rodendo ligna varias faciunt *aratiunculas*, quae in modum vineae conducuntur. Hinc forte *Aratiua*, de qua ſupra. V. *Araciunculae.*

ARATIVVM. L. Aleman. t. 22. *Qualiter ſerui Eccleſiae tributa ſolucre debent: Ancillae autem opera impoſita ſine neglecto faciant, ſerui dimidium ſibi, et dimidium in dominico aratiuo reddant.* I. q. *Agrarium* in L. Baiwar. t. 1. c. 14. §. 1. Lindenbr. in Gloſſ. ad calcem Codicis LL. Antiquar. *Aratium reddere* vertit, *Opus aurì facere arando:* quae, ſi vera eſt, interpretatio, non idem ſunt *Aratium* et *Agrarium*; cum Agrarium ſit tributum ex agro penſum, quod Galli vulgo vocant *Champart.*

† ARATIVVS, *arabilis*, arationi aptus, in Ch. a. 1328. inter Probat. domus de Gondi p. 87.

† ARATOR. (1) *Ruſticus*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641. (2) Pro aratrum, in Inuent. a. 1361. ex Tabul. D. Venciae.

ARATORIA, terra ex agro culto ſumpta ad *Inueſtituram.* Formulae veteres: *Notitia traditionale - - illi deleganit - - ipſas res de quantum in ſua largitione loquitur, vel inſertum eſt, ante bonis hominibus per hoſtium et aratoria viſus fuit conſignaſſe.* Alia Notitia traditionis ibid. *Qualiter veniens ille die illo in villa illa ante bonis hominibus per hoſtium et aratoria, ſeu terra et herba, ab homine aliquo, nomine illo rem illam viſus fuit tradidiſſe.* Alia formula habet: *Per terra et per herba, et per hoſtium viſus*

ſics fuit tradidiſſe. Alia denique: *Per terra et herba, per hoſtium et aratura* etc. ARATORIA, agri aratorii, Germ. Ackerland, in L. 7. C. de bonis proſcript. *Quid in vineis, oliuis, aratoriis, paſcuis fuerit inuentum. Terra aratoria,* in Capitul. 2. a. 813. c. 19. in Ch. a. 799. ap. Bolland. 26. Mart. p. 634. et in alia ap. Vghell. t. 5. pag: 656. 657. et alibi paſſim. ARATVRIA. Tradit Fuldenſ. l. 1. Vide p. 462. 521. 526. ARDVRIA l. 1. tradit. 25. ARADRIA, ead. notione in Tabul. Briuatenſi ch. 188. ARATRIA ibidem ch. 214. ARADVRIA ibid. ch. 293.

ARATRAIB, ARITRAIB. L. Longob. l. 1. t. 19. c. 25. *Si caſam, vbi viri habitant, diſturbauerit, compònat, ſicut in hoc edicto legitur, Aratraib, id eſt, ſibi tertiam.* Vbi Edict. Rotharis Reg. Longob. t. 105. §. 28. habet *havit rabid.* Papias: *Aritraib, id eſt, ſibi tertiam in Lege.* Ita in 2. MSS. Editus vero: *Aritraib, i. e. ſ. tertia in Lege.* Vgut. *Aratrapap, i. e. dominicum* * *ſequitur. Aradradit, i. e. cum juſtitia, i. conſolidus.* Sic in MSS. In Cod. Nauarraeo; *Aradradip, i. e. cum juſtitia, i. ſolidus* Vocabul. Gothic. a Grotio collectum ap. Murat. t. 1. part. 1. p. 370. *Aratreit, Hartreit, pars tertia, male Aratreib; in MS. Hariraib; ſed ſcribendum Haritrait.* *) „*Aratraib*; vox nihili eſt, „verba ſunt Schilteri, et lectio pla„ne corrupta, nec a Papia intellecta. „Res ipſa, quam intendit Rotharis „rex extat in principio huius ipſius „tituli, ibi, *Si quis caſam alienam „aſto animo* (voluntarie) *incenderit, „in triplum eam, quod eſt tertia aeſti„matione pretii - - reſtauret*, et hoc „eſt, quod adiecta interpretatio vult: „*i. e. ſibi tertiam*, puta aeſtimatio„nem. - - Legendum enim *Warit „trait*, aeſtimationem tertiam; nam „*Warit*, Wärth, aeſtimatio eſt, *trait*, „dritt, tertia.„

† ARATRIA, ager aratorius. Ch. a. 864. ex Cod. reg. 9612. V. *Aratoria.*

ARATRVM. (1) L. q. *carrucata terrae*, quantum terrae vno aratro arari poteſt, quo ſenſu etiam Germ. vox Pflug, in Liuonia et Curlandia vſurpatur. Helmod. l. 1. c. 12. 14. 88. Vita B. Mariani Abb. Ratiſp. c. 4. n. 20. *Vineas in 2. ac 7. aratra in Auſtria Deo et B. Iacobo deſtinauit.* Occurrit ibi non ſemel et cap. 5. et 6. Will. Thorn. in Chron. a. 616. *Hoc manerium eſt 30. aratrorum.* Et a. 687, *Idem rex dedit eidem Abbatiſſae terram duorum aratrorum.* Paſſim ap. hunc ſcriptorem. V. Miraei Opera Dipl. edit. 1723. to. 2. p. 1189. col. 1. † AD ARATRVM REDVCERE, ad ſolum diruere, euertere, Gall. *Paſſer à la charrue.* Areſt. a. 1390. in Vol. 8. Areſt. parlam. Pariſ. (2) *) Multitudo hominum, quae communi quodam nexu et vinculo in vnam ſocietatem colligitur, ſodalitium, aſſeclae, quo ſenſu vox Vloog in Germania inferiori et *Vloeg* in Belgio, notiſſima. Chron. quoddam Friſiae in Brem. Niederſ. Wörterb. Part. III. p. 339. *Suelgerari et eorum aratra incoeperunt campanas trahere.*

ARATVM. (1) Aratio. Concil. Aurelian. c. 28. *De opere rurali id eſt, arato, vel vinea vel ſectione meſſione* etc. (2) Ratis, Gall. *Radeau.* Priuileg. Raimun. Bereng. Com. Provinc. pro Hoſpitalariis a. 1114. *Donamus Deo et Hoſpitali Hieruſalem teumistum arati hoſpitalis, qui per alueum fluminis, qui vocatur Dureutia, deſcendit.*

ARATVRA. (1) Aratio agri, quam tenens Domino debet ex debito et ſtato ſeruitio. Capitulare 5. a. 803. c. 17. Monaſt. Angl. t. 2. pag. 302. Tabul. S. Trinit. Cadom. fol. 61. (2) Quaeuis operae, *corueiae* vel ſeruitia, Frohnen. Tabul. S. Remig. Rem. *Wandefridus tenet manſum ſeruilem 1. pro omni aratura et ſeruitio, prouidet ſiluam et nutrit.* Occurrit ibi non ſemel. V. *Arura.* (3) † Idem quod *Aratrum*, quantum terrae vno aratro arari poteſt. Ch a. 1379. t. 6. Anecd. Pezii part. 3. pag. 63. V. *Aratio.*

ARATVRIA, terra arabilis. Ahrtacker, in Tradit. Fuld. V. *Aratoria.*

ARAVCA, ornamentum Eccleſiaſticum. Vet. Catalog. Vaſor. et totius ſupellect. Eccl. S. Martialis Lemovic. a. 1227.

1227. *Item duae arauçae de cerico.* V. *Arrancanes.*

† ARAVIGLIANTIA, rixa, jurgium. Stat. Taurini a. 1360. c. 334.

ARAYRAGIVM. Sic ſcribitur in Patentib. Litteris Caroli Reg. Sicil. a. 1270. ex Archiv. S. Vict. Maſſil. V. *Areragium.*

† ARBALESTANVS, baliſtarius, i. q. *Arbaliſta* 2. in Comput. Mſ. fabricae S. Petri Inſul.

ARBALESTARIVS, ARBALESTRIVS, i. q. *Arbaliſta* 2. ap. Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 468.

ARBALESTENA, feneſtricula oblongior et ſtrictior in vrbium et caſtrorum muris, per quam in obſidentes emittebantur ſagittae, Schieß-ſcharte Litterae a. 1213. ap. Marten. t. 1. Anecd. col. 903. V. *Archeria.*

ARBALISTA. (1) Arcus, Gall. *Arbalèstre*, Germ. Armbruſt. Menoti Serm. Quadrageſim. fol. 25. (2) Balliſtarius, ſ. *Arcubaliſtarius*, Gall. *Arbaleſtrier*, Germ. ol. Armbruſter. Petr. Tudebod. l. 2. de Hieroſ. Itinere. Triumphus S. Lamberti de Caſtro Bullonio c. 1.

ARBALISTARIVS, eadem notione, paſſim.

ARBALISTATOR, eodem ſenſu ap. Lobinell. t. 2. Hiſt. Britan. p. 853.

ARBALISTERIA, vt *Arbaleſtena.* Ch. a. 1239. ap. D. Bruſſel de Vſu Feudor. t. 2. p. 855.

ARBAN, ARBANAGIVM, ARBANNVM, ſubmonitio ad exercitum et mulcta ei impoſita, qui pergere detrectat poſt ſubmonitionem. V. *Herebannum.*

ARBANABILIS, obnoxius *Arbanno.* Ch. Caroli Reg. Fr. a. 1446. apud Thomaſſer. in Biturig. p. 106.

ARBANNVM, V. *Arban.*

ARBARES SODALES. Lib. de Offic. Proconſ. *οἱ περὶ τῶν ὅρων διαγινωσκοντες ἄνδρες, finitores, terminorum et finium arbitri*, in Suppl. Antiqu.

ARBASVS, pannus craſſus, ex rudi et nigra lana contextus. Proceſſ. inform. ad Canonizat. S. Franciſci de Paula t. 1. April. p. 121. *Veſtitum groſſo et rudi panno lana nigra confecto; vulgari eloquio in dictis partibus appellato arbaſo.* Hinc

ARBASEVS, ead. not. in Actis SS. t. 1. April. p. 182.

ARBEGIATGII, videntur eſſe habitatores praediorum ſ. pagorum, qui pendebant a dominis, vt ſerui, vel ſaltem alia ratione dominis obnoxii. Tabul. S. Cypriani Pictav. fol. 116. *Conceſſerunt monachis S. Cypriani quidquid in terra de Convol illorum erat praeter medietatem terragii; ſed arbegiatgios, haberent liberos et quietos ab omni conſuetudine, et quidquid ex eorum caſatis potuiſſent adquirere.* In eod. Tabul. habetur Ch. Arnaldi Abb. S. Seuerini, qua tanquam dominus feudi praedictam donationem confirmat, his verbis: *Conceſſit - - quidquid ad eos pertinebat in terra de Convol - - habitationum et habitatorum libertatem et quiptanciam - - habitatores ergo terrae proprii illorum erunt, omnesque conſuetudines et reditus extra medietatem terragii* etc. † Iidem qui apud Gallos *hoſpites* ſeu *manſionarii* dicti ſunt, ii ſcilicet qui domos incolunt ſub annuo cenſu; vnde a voce *Arberga* vel *Alberga* ita appellatos cenſet Carpentarius.

† ARBEGLVS. *Faba arbegla*, i. e. cum ſiliqua, vt videtur. Stat. Montis-reg. p. 321. *Item pro quolibet feſtario fabarum non fractarum et arbeglarum, den. VIIII.*

ARBELLVM, Βασανιστήριον, *tormentum*, in Suppl. Antiqu. Vis graecae vocis indicat potius locum, quo inſtituitur quaeſtio, quam ipſum tormentum.

ARBERG, ARBERGA, *ins gisti* ſ. hoſpitii, Germ. Herberge. V. *Alberga.*

† ARBEREGIVM CANVM, ſeruitium, quo ſubditi ad hoſpitium et paſtum canum venaticorum domini tenentur. Ch. a. 1284. in Bibl. reg.

ARBERGAMENTVM. (1) i. q. *Alberga.* Ch. fundat. Abbatiae S. Mariae ap. Santonas in Inſtrum. t. 2. nouae Gall. Chriſt. col. 480. (2) Hoſpitium ipſum, ſ. domus ruſtica. Ch. Iohann. Morelli pro Monaſt. S. Iohann. Anger. a. 1309. ex Chartul. eiusd. Monaſt. p. 243. Spicil. Acher.

Acher. t. 6. p. 681. Hoc intellectu paſſim occurrit in Antiquit. Bened. Pictav. a Stephanot. collectis t. 3. p. 537. 657. 658. 696.

† ARBERJARE, i. q. *Albergare*. 3. in Ch. a. 1252. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 19.

ARBERGARIA, pro *Albergaria*, vel *Hereberga* i. e. iure hoſpitii, vt *Albergari* pro *Hoſpitari* haud raro occurrit. Ch. Godofridi Lingonenſ. Epiſc. an. 1158. inter Inſtrum. t. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 176. Plura vide in *Albergaria*.

ARBERGERIA, eodem ſignificatu in Tabul. S. Cypriani Pictav. fol. 122.

ARBERGVM, V. *Alberga* 3.

ARBERJAMENTVM, domus munita. V. *Reparium*.

ARBETES, *δένδρα, arbores*, ap. Ianum in Supplem. Antiqu.

ARBILLA, *arvilla, id eſt, pinguedo corporis*, ap. Feſtum.

ARBIPENDIVM, *πλέθρον, menſura, agri, jugerum*, in Supplem. Antiqu. Eſt pro *Arupendium*, quod vide in *Araepennis* ſub finem.

ARBITERIVM. Gloſſ. Iſid. *Arbiterium, collectio arbitrorum multorum, i. ipſa conſenſio*. Ita non ſemel legi in Pand. Florent. tit. de Recept. arbitr. monet Cujacius l. 10. Obſerv. c. 37. Vetus Inſcript. 550. 1. *Arbiterio Larciae Fortunatae vxoris*.

ARBITRAGIVM. Guill. de Guillevilla in Paraphr. Symboli Apoſt.

Ex Maria ergo pium pacis traxit commercium,
Noua reparans foedera, et reddens arbitragium,
Sed ad patris arbitrium obtulit propter ſcelera
Mundi beata viſcera.

† ARBITRALITER, ad arbitrium, in Paridis de Graſſis Caeremon. capellar. Papal. Mſ.

† ARBITRAMENTALIS, arbitralis, arbitrarius. Sentent. a. 1497. ex ſchedis Pr. de Mazaugues.

† ARBITRAMENTARE, arbitri nomine ſententiam ferre. Ch. a. 1428. t. 4. Cod. Ital. diplom. p. 1705.

† ARBITRAMENTATOR, arbiter. Stat. Montis-reg. p. 158.

ARBITRAMENTVM, Sententia arbitrorum, Gall. *Arbitrage*. Lobinell. t. 3. Hiſt. Pariſ. in Gloſſ. et alibi non ſemel.

ARBITRARE, pro *arbitrari* in Epiſt. 69. inter Francicas.

ARBITRARI, ſententiam ferre arbitri nomine. Tabul. Eccleſ. Carnotenſ. l. 5. Alexander III. PP. ad Archiep. Eborac. et ap. Rollandin. in ſumma Notariae c. 6.

ARBITRATIO, vt *Arbitramentum*, ap. Rymer. t. 2. p. 809.

ARBITRATOR, *id eſt, amicabilis compoſitor*, in Regiam Maieſt. l. 2. c. 4. §. 10. Rollandin. in Sum. Not. c. 6. *Differentia eſt inter arbitrum et arbitratorem; nam arbiter eſt, qui judicis partes ſuſtinet, et qui cognoſcit ordinario judicio, ſicus index, et ab eius ſententia appellari non poteſt, et ſententia eius dicitur arbitrium. Arbitrator eſt, qui non ſervato juris ordine cognoſcit et definit amicabiliter inter partes; et pronunciatio eius dicitur laudum; et ab hac poteſt appellari, et illud peti reduci ad arbitrium boni viri*. Ch. a. 1284. ap. Ioan. Lucium l. 4. de Regno Dalmat. p. 183. *Iudex, arbiter, arbitrator, et amicabilis compoſitor*.

ARBITRATVM, ſententia arbitri. Italis *Arbitrato*. Gloſſ. Gr. Lat. MS. *διάφορος μεσίτης, ἤγουν διαιτητὴς, arbitratum*. Editum *Arbitratio* habet.

ARBITRATVS, *μεσιτία*, in vet. Gloſſ. Adiectiue ſumitur ap. Murat. t. 3. p. 116. col. 1. in Vitis PP. ab Anaſtaſio: *Domum in clivo Patricii arbitratam* (i. e. forte aeſtimatam arbitrorum judicio) *domum juxta Baſilicam in vico longo -- praeſtantem ſolidos octuaginta duos*.

† ARBITRIAMENTVM, ſententia arbitri, Hiſp. *Arbitramento*. Ch. a. 1290. ap. Spon. t. 2. Hiſt. Genev. p. 62. V. *Arbitramentum*.

ARBITRIS, pro *Arbiter*, in Actis SS. Iulii t. 3. p. 138.

ARBITRIVM, ſententia arbitri. Feſtus. *Arbitrium dicitur ſententia, quae ab arbitro ſtatuitur; arbitratum autem, cum adhuc res apud arbitrium geritur*. Vox etiam aliis Scriptoribus Latinis nota. Alexand. III. PP. Occurrit praeterea apud

apud Thom. Archid. in Hist. Saloutana c. 32. in Ch. S. Ludouici a. 1259. t. 9. Spicil. Acher. in Chron. Montis Serem p. 135. 136. ARBITRIVM in Regiam Maiest. l. 2. c. 2. definitur: *Actus legitimus personarum, super ciuili quaestione et quaerela in quasi - - iudicio contendentium.* ARBITRIVM, *conditum, vltimum, morientis*, testamentum l. 17. C. de Testam. l. 107. 124. C. Theod. de Decurion. PER ARBITRIVM IVDICIVM opponitur *iudicio per legem*, in LL. Luithprandi Reg. Long. t. 21. §. 2. 3. cum scilicet ex animi sententia pronunciat. Idem Luithpr. pag. 232. *Quoniam alii volebant per vsum, alii per arbitrium iudicare.* † ARBITRIVM LVMINIS, sol, luminis parens et auctor. Vita S. Emmer. t. 6. Sept. p. 494.

ARBITRVM, *f.* muliebre ornamentum. Sallas Malaspinae l. 3. Rer. Sicul. ap. Baluz. t. 6. Miscell. p. 294. *Volentesque suarum pretiosarum rerum abundantiam - - ostendere - - suspensis ad chordas strophaeis, flutis, dextrocheriis, arbitris* etc.

† ARBIVM. Stat. ciuit. Astae, vbi de introitu vuarum: *Pro qualibet carruta sine arbio vuarum.*

ARBOR. (1) ARBOR FINALIS, NOTATA, CLAVITATA, Germ. Mahlbaum, Lachbaum, Markbaum, Grenzbaum. Inter agrorum terminos recensentur passim arbores a Gromaticis, a quibus ideo finales, a Papio tit. 39. lib. Resp. *Terminales arbores, quae fines dirimunt*, in §. 6 Instr. de Offic. Iud. dicuntur. Siculus Flaccus de Condition. agror. V. Fletam l. 4. c. 2. §. 17. et Charram 99. Allemann. Goldasti et Bracton. l. 4. Tract. 1. c. 8. §. 1. Certis porro incisuris aut notis in trunci cortice incisis notabantur: vnde et *notatae* dicuntur eid. Flacco. Agenus Vrbicus: *Finis multis documentis seruabitur, terminis et arboribus notatis, et fossis* etc. Et *incisae*. Tabul. Vindocin. Ch. 470. a. 1091. Tabul. Abbatiae de Rota fol. 9. Vetus Ch. in Chron. Laurisham. a. 764. Has autem notas et incisuras, Decurias appellant Papian. l. c. quod in decussem effictae essent, vt et L. Bajwar. t. 11. c. 3. §. 2. L. Wisig. l. 8. t. 6. §. 1. l. 10. t. 3. §. 3. *Teclaturas*, L. Longob. l. 1. t. 26. §. 1. Cuius vocabuli vim esse eandem putat Cangius quae ap. Gall. *Esclat, esclature*, fragmentum, astula. Ch. Desiderii Reg. Longob. in Bullar. Casinen. t. 2. p. 14. *Et deinde per ipsa via percurrentes per arbores teclatos habentes litteras Omega* etc. V. *Teclatura*. Interdum *Clauiatae arbores* appellantur quod in earum truncis *clani*, notarum loco figerentur. Gromaticus Arcerian. *Arbores notatas scire debemus in idioma regionis, quas clauitatas vocant. Incisurarum* porro in terminis meminit praeterea incertus Agrimensor pag. 272. *Terminus si incisuram habuerit, riuum aut fossatum significat, aut finium ostendit.* Infra: *Terminus si aliquam scissuram, hoc est, taliaturam habuerit, montem scissum, id est, taliatum ostendit.* ARBOR SIGNATA. L. Sal. t. 29. §. 29. *Si quis arborem post annum, quam fueris signata, capulare praesumpserit, nullam exinde habeat culpam.* Lindenbr. de Arborib. finalib. notatis, de quibus supra, haec intelligenda putat: secus Bigonius, cum de finibus nullum hic verbum, quinimo quod de anno additur, contrarium euincat. Eccardo, qui hunc locum aliter refert t. 27. n. 28. *Arbor signata* est arbor ad caedendum alicui assignata, vel designata, quod notum sit arboribus caedendis signum a forestariis apponi. Probabilitate non caret haec Eccardi coniectura. Neque certum, an per *arborem signatam* finalem intellexerit L. Long. l. 1. t. 25. §. 37. *Si quis de arbore signata in silua alterius apes tulerit* etc. §. 38. *Si quis de arbore signata in silua alterius accipitrem de nido tulerit* etc. Interdum arbores cruce signabant. Tabul. Abbense fol. 17. *Quo monstrante cruces arboribus impressae sunt.* V. *Decuriae*. ARBOR INSERTA, in L. Sal. t. 29. §. 16. *Si quis in agro alieno arborem insertam excidit* etc. ARBOR INSITA ap. Seruium 2. Georg. ARBORES IACENTIVM *et sine fructu*, in cuius-

iuslibet silua ad vsus suos, incidendi libera datur potestas, in L. Burgund. t. 2. §. 1. 3. Ead. videntur, quae Gallis *Vergisans* appellantur in Charta Caroli Reg. a. 1147. ap. Thomasser. in Consuet. Bituric. p. 411. ARBORES SACRIVI, quas vt sacras colebant pagani. Concil. Autisiod. can. 3. S. Eligi. Nouiomen. Episc. in Homil. et ap. S. Audoënum in illius Vita: *Nulli creaturae praeter Deum, et sanctos eius veneratione exhibeatis, vel arbores, quos sacrinos vocant, succidite.* Hinc emendant viri docti L. Longob. l. 2. t. 38. §. 1. *Qui ad arborem, quam rustici sanguinum vocant, atque ad fontanas adorauerit.* Vbi *sacrinum* legunt. Sed edit. Heroldi p. 232. habet: *quam rustici Sanctum vocant.* Goldasti vero: *quam rustici sanctum vocant.* ARBORES CONSECRATAE, in Concil. Nannet. cap. 20. Sedulius Presb. l. 1. Paschalis operis c. 20. Paulinus Ep. 38. ad Iouium. *Votum in Arbore vouere*, in Veteri Poenitentiali MS. eiusmodi arborum cultores ξυλολάτρας vocat Nicetas Paphlago in Encom. S. Hyac. p. 8.

(2) ARBORES, candelabra maiora in Eccles. multis instructa luminibus, quae a terra surgunt. Bernard. de Vita et mor. Relig. c. 11.

(3) ARBOR, in duello. Spec. Sax. l. 1. art. 63. §. 6. et Wichbild. Magdeb. art. 35. §. 7. vbi duelli formam describunt: *Cuilibet eorum* (duello contendentium) *iudex vnum qui arborem sub Phalegam eius* (desunt haec tria Vocab. in Wichb.) *ferat, ordinabit, qui ferentes neminem eorum vllorenus impediens. Sed si eorum quis ceciderit vel vulneratus fuerit, arborem petierit, et iudex hoc licentiauerit, arborem interponant, postquam circulo pax est nunciata* etc. † ARBOR MOLENDINI. Reparat. factae in senescal. Carcass. a. 1435. *Item pro vno grassono ferri posito in fine vnius arboris dictorum molendinorum.* † ARBOR AMBVLATORIA, machina bellica, Tract. Ms. de re milit. et mach. bell. c. 22. *Arbor ambulatoria cum verrechio potest altius eleuari ac declinari ad beneplacitum machinantis.*

(4) ARBOR MARIS, *id est, coralina*, Rocho *le Baillif* in Diction. Spagyr.

(5) ARBOR PASCHALIS, cereus Paschalis Sabbato S. in Eccles. Rom. benedici solitus. Statuta Eccles. S. Audomari condita a. 1432. et in Archiuis eiusd. asseruata.

ARBORAGIVM. Ch. Eccles. Deiparae Scardonensis in Dalmat. a. 1307. ap. I. Lucium: *Se obligauerunt soluere pro arboragio porti, et pro transitu barchanxi libr. 600.* Facultas forte erigendi *malum nauis* in portu. † Carpentarius legendum censet *Anchoragium* vel *Abordagium.*

ARBORATVRA, *δένδρων κηφία*, in Gloss. Gr. Lat. *Arborata* ead. not. ibid. legitur.

† ARBORATVS LOCVS. arboribus consitus, vt *arbustatus.* Tract. Ms. de re milit. et mach. bell. c. 1.

ARBOREA, i. q. *Arboretum.* Ch. Heriberti de Campagnia pro Monast. Sistrienst.

† ARBORETA, vt mox *arboretum*, Hisp. *Arboleda.* Ch. a. 1402. in Bibl. reg. *Donamus: - quoddam silicium seu arboretam, et arboriasam in dicta paróchia.* Haud facilis est distinctio *arboretae* et *arboriasae*; nisi sit vna series arborum ordinatim, altera vero sine ordine dispositarum.

ARBORETVM, locus arboribus consitus, *δένδρων ὁ τόπος*, in Gloss. Gr. L. Occurrit in statutis antiq. Monast. Corbeiens. c. 1. t. 1. Spicil. Acher. et ap. Miraeum t. 1. Dipl. Belgic. p. 935. col. 1. Vtitur etiam Gellius.

ARBORAGIVM, i. q. *Arboragium.* Ch. Ludov. IX. pro Equitib. S. Ioann. Hieros. in collect. priuileg. eorumd. Equitum p. 32. Vbi *Arboretum* est tributi species, quae, sicut et *Arboragium* eadem videtur ac *Arbustaritia.*

† ARBOSTVRA, perperam pro *Arbustura*, depastio, in Ch. a. 1154. inter Instr. t. 11. Gall. Christ. p. 242.

† ARBVA, idem vt videtur, quod *arboresa.* Ch. an. 1281. in Chartul. eccles. Lingon. in Bibl. reg.

Sex

Sex jornalia arbuae in finagio de Dameto.

ARBVSCVLOSVS, σύνδενδρος, *ramosus*, in Suppl. Antiqu. V. *Arbustatus.*

ARBVSTARITIAE, exactionis ſpecies. Ch. Arnolfi Reg. a. 894. ap. Puricell. in Monum. Baſilicae Ambroſianae p. 264. *Nec villas publicas functiones, aut redhibitiones, vel inlicitas occaſiones, aut illas, quas arbuſtaritias vocant, ex rebus jam dicti monaſterii - - exigere audeat.* Alia Ludov. Imp. 901. ap. Caeleſtin. et Vghell. in Epiſcopis Bergom. Galli *Arabuſter*, vel *Tarabuſter quelqu'un*, pro *vexare*, metaphora ducta ab *arbuſtis*, ſ. ſentibus, quae itinerantium pedes intricant.

ARBVSTATVS, arbuſculis conſitus, i. q. *Arbuſtoſus.* In Gloſſ. Gr. Lat. σύνδενδρος, *arbuſculoſus*, *ramoſus.* I. q. *arbuſtatus* in Bulla Ioan. XXII. a. a. 1321. ap. Wadding. t. 3. *Item alius campus de terra arbuſtatus - - alia petra de terra arbuſtata.* Ital. *Arbuſtoſo.*

† ARBVSTERICIA, i. ac *Arbuſtaritiae*, in Ch. Bereng. l. a. 901. ap. Murat. t. 6. Antiq. Ital. med. aeui p. 324.

† ARBVSTIFER, arborum ferax. Ch. a. 909. Inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 52.

† ARBVSTVM VITATVM, locus arboribus conſitus, ad quas applicantur vites. Ch. a. 874. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 833.

† ARBVSTVS, *genus arboris floribus raris.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646. Pro *arbutus*, Gall. *Arbuſier.*

† ARBVTA, eadem notione ac *Arboreta.* Ch. a. 1260. in Chartul. eiusd. eccl. *Octo jornalia in arbuta, ſita ſub grangia, quae* etc. Niſi locus ſit ex *Arbutis* ita appellatus. V. *Arbuſtus.*

ARCA. (1) ARCA, ARCELLA, ARCATVRA, voces Gromaticis et Agrimenſoribus familiares, quibus *Arcae* ſunt ſigna finalia ad poſſeſſionum extremitates conſtituta ſ. conſtructa. Frontin. de Coloniis: *Adrianus ager - - finitur per rationem arcarum, riparum* etc. Idem: *Limitum delineatio eſt per rationem arcarum.* L. Wiſig. l. 10. t. 3. §. 3. Ch. Theodomiri Reg. Gallaec. aerae 610. ap. Binarium in Notis ad Pſeudochron. Maximi p. 451. Eſt igitur *Arcae* nomen genericum, quo termini omnes ſignificantur. Gloſſ. L. Gr. Arcae ἄρκα κλισμάτων, leg. κλημάτων. Papias: *Arca ab arcendo dicta, fines enim agri cuſtodit, eosque adiri prohibet.* At cum *Arcae* a caeteris limitibus, forma et figura diuerſae fuerint, cenſendum potius, peculiarem et propriam fuiſſe appellationem certi cuiusdam termini, cuius cum frequens eſſet vſus in finiendis agris factum inde, vt caeteri limites *Arcarum* vocabulo intelligerentur. Nam Hygen. de Limit. conſtit. p. 222. *Arcam* repraeſentat forma quadrata, atque intus caua, quemadmodum ſunt *arcae*, ſiue ciſtae, vnde et nomen inditum; cum caeteri limites, vt varia et diuerſa figura, ita et appellatione ab eodem donentur. V. Salmaſ. ad Solin. pag. 1206. Vet. Placitum a. 17. Ludov. Pii editum a Baluzio in Append. ad Capitul. n. 34. Alia an. 881. n. 116. *Cellam S. Clementis cum - - terminis ſuis atque archis* Occurrit ibi rurſum et in aliis ibid. pag. 118. 119. (2) ARCA, carcer, et forte Carcer coecus, ſ. locus carceris depreſſior, ſic dictus, quod ſit ſub fornice, quem Galli appellant *Arche, Voûte.* Tabul. S. Maxentii Pictav. (3) Arcula, ſ. ſacra pyxis in qua SS. Euchariſtiae Sacram. reconditur apud Ludew. t. 6. Rel. MSS. p. 201. Vbi tamen ſcribitur *Archa* pro *Arca*, † Hinc *Archa* vel *Arca*, feretrum, theca in qua conduntur Reliquiae Sanctorum. Ordinar. Mſ. eccleſ. S. Petri Inſul. (4) Fiſcus, theſaurus publicus, non ſemel in Inſcripponib. *Arca Pop. Rom.* ap. Grut. 1033. 8. *Arca publica.* 386. 4. *Iudex arcae Galliarum* 455. 10. *Arca vicarianae ſedis*, ap. Senat. l. 2 Ep. 24. Vita Ludov. Pii an. 814. L. Wiſig. l. 5. t. 14. §. 19. Hinc ARCAE ECCLESIARVM, quibus olim praeerant Diaconi. Paulin. l. 4. de Vita S. Martini, Inde *Arcarii*, arcarum eccleſiae cuſto-

cuſtodes, de quibus infra. ARCA PECVNIAE, ap. Anaſtaſ. in S. Stephano. † Hinc ARCA MONETAE, iurisdictio, quae de re monetaria judicat. Germ. Münzhof. Ch. Henr. I. Reg. Angl. c. 1108. inter Inſtrum. t. II. Gall. Chriſt. p. 157. Hinc porro ARCHA, pro oblationibus, quae in arca immittuntur, in Ch. apud Cencium inter Cenſus eccl. Rom. ARCA denique inter inſignia eccleſiarum collegalium, vt et communiarum iura. Bulla Sixti PP. IV. a. 1483. inter Inſtrum. t. 2. Hiſt. Meld. pag. 263. *Cum archa, ſigillo et aliis collegialibus inſignüis.* (5) Statuta. Synod. Odonis Epiſc. Pariſ. *Non permittantur praedicatores ſuper arcas celebrare, nec pulſare campanas per vitos, nec loqui in eccleſiis, nec praeſentare reliquias; ſed tantum deferant ferenda et Sacerdotes pro illis loquantur.* Forte areas, i. e. coemeteria, vel *altaria portatilia.* (6) ARCA GRANARIA, in qua granum ſ. frumentum conditur. Ch. plenariae ſecuritatis ſcripta ſub Iuſtinian. ap. Briſſon. l. 6. Formul. ARCA ANNONAE, ead. not. Ch. a. IIII. ex Archiuo B. Mariae de Charitate ad Ligerim. (7) Pars corporis, quam thoracem appellamus, ſic dicta, vt videtur, quod in ea inteſtina omnia recondantur, tanquam in arca. *Domus ſtomachi*, Commodiano Inſtr. 76. Papias: *Thorax a Graecis dicitur pro anterior trunci a collo vsque ad ſtomachum, quam nos arcam dicimus, quod ſit ibi arcanum.* Vnde legendum videtur *arca* pro *orca*, ap. Conſtantin. Afric. l. 2. Commun. locor. Medic. c. 6. cuius lemma eſt: *de ſpatula, furcula, vel orca.* Nam, vt ait idem Auctor, furcula eſt, *vbi ſpatioſitas eſt pectoris.* Sic *Arcam* pro *pectore* vſurpat Fortunat. in Praef. ad Libros de V. S. Martini, et l. 1. eiusd. Sancti, vbi mortuum ab eod. reſuſcitatum deſcribit. It. l. 3. et l. 4. Poem. 11. *Arca pectoris* l. 7. Poem. 8. l. 8. Poem. 5. de Deipara. Galli etiam vſitato loquendi modo, hanc corporis ſentinam *Coffre* vocant. Catholic. Armor. *Coff*, Gall. *Ventre*, Lat. Venter. V. *Capſum.* (8) † Modus agri, a forma quadrata ſorte ſic dictus. V. *Arca* 1. Ch. a. 1249. apud Schwarz. in Hiſt. fin. princip. Rugiae p. 222. *Arca vineae* in Chartul. eccleſ. Auriſſ. ad a. 1286. V. *Arcata* 2. (9) † Officina, locus vbi res venales exponuntur. Ch. a. 1241. in Chartul. Campan. (10) † Pro arcus mendoſe et ridicule apud ſcriptores ſemibarbaros, quoties de *Ponte arcus* ſcripſerunt, vt monet Valeſ. in notit. Gall. p. 453.

ARCAGIVM. Vet. Ch. ap. Orderic. Vitalem. l. 5. *Videlicet Eccleſiam - - et medietatem decimae illius villae, cimiterium - - nec non monaſterii arcagium, quantum Guſelinus tenuit.* Cangius *Areagium* legendum cenſet; ſed eius editor, recte ſcriptum eſſe *Arcagium* putat, quod fuerit praeſtationis ſpecies, qua quis tenebatur in domo ſua arcae reponendae locum dare. Inter conſuetudines debitas tertia pars loci vnius *archae* numeratur in Tabul. Calenſi, p. 94. *Praedicta domus tempore Dragonis debebat XXVIII. denarios de cenſu Arnulfo de Couberon, qui etiam in praedicta domo has conſuetudines quaerebat, tertiam partem vnius archae, et vnius dolii et VII ſolidos ex credicione, et tertium hoſpitalitatis ſuae quandocunque vellet.* V. *Arcaſium.* † Praeſtatio eſſe videtur ex agris, nomine *arcae* deſignatis, praeſtita. V. *Arca* 8. Idem itaque quod *Agrarium*, *Terragium* alibi dicitur. † ARCHAGIVM, eadem notione in Ch. a. 1157. ex Tabul. Miciac.

ARCAHVT, V. *Artahut.*

† ARCALECTVS, ARCHALETVS, ligneus lecti inſtructus, quaſi *arca* lecti, Germ. Bettſponde, Vaſconibus *Arcoliet.* Inuent. a. 1476. ex Tabul. Flamar. V. *Archilectile.*

† ARCANDIVM, in Hiſt. S. Mart. p. 483. idem videtur ac ſupra, *Arcagium.*

ARCARAGIVM, V. *Feudum Arcaragii.*

† ARCARE, arcum ſeu forniceм exſtruere. Ch. S. Ludov. a. 1295. in Bibl. Reg.

ARCARIA. (1) Τραπεζιτική, in Gloſſ. L. Gr. Ita enim legit Cangius

gius pro τραπεζίτης, vt intelligatur *ars mensaria*, in qua qui pecuniam seruat, *Arcarius* dicitur. Germ. Kaſtner, Kaſtenvogt, Caſirer. (2) † *Cambium publicum*, tabula nummularia. Ch. Phil. Pulcri a. 1306. in Bibl. Reg. (3) Dignitas *arcarii*, ap. Anaſt. in S. Agathone p. 53.

† ARCARIVM, aerarium. Bulla Stephani PP. a. 896. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 30. V. *Arcarius*.

ARCARIVS. (1) Sagittarius, Boogerſchütze, in Epiſt. Epiſc. Acconenſ. ad Honor. III. PP. t. 8 Spicil. Acher. in Actis Innocent. III. PP. p. 10. 143. 147. ap. Silueſtrum Girald. l. 1. Itiner. Cambriae c. 5. (2) Cui arcae publicae, S. theſauri cura demandata erat. Gloſſ. Gr. Lat. ὁ ἐπὶ τῆς δημοσίας τραπεζης, *arcarius*. Gloſſ. Lat. Gr. *Arcarius*, οἰκονόμος. Gloſſ. Iſid. et Papias: *Arcarius*, *actor*, *diſpenſator*. Brito: *Arcarius*, *qui cuſtodit*, *vel facit arcam*, *vel cuſtos theſaurorum*. *Vicarius Arcarii*, in Inſcript. ap. Grut. 580. 10. *Arkarius Reip. Amerinorum*, 1091. 6. *Arcarius praefectorum*, ap. Senat. l. 1. Ep. 10. Alcuin. Ep. 10. Ch. Witlafii Reg. Merciorum ap. Ingulfum. p. 856. V. Orderic. l. 10. p. 798. 799. Marten. t. 3. Anecd. col. 1124. ARCARIVS ECCLESIAE ROMANAE, recenſetur inter officiales Eccleſiaſt. ap. Anaſt. in Agathone et in Conſtantino PP. p. 53. et 65. et ap. Luitprand. l. 6. c. 6. ap. Ioannem VIII. Epiſt. 294. Vghell. t. 1. Ital. Sacr. p. 1101. etc. *Eccleſiae Arcarius*, ap. Odonem Abb. lib. de Mirac. S. Mauri c. 10. *Arcarius Apoſtolicae Sedis*, ap. Mabill. to. 4. Annal. p. 706. V. *Archidiaconus Eccleſiae Romanae*.

ARCASIVM, forte, i. q. *Arcagium*. Rotul. Saec. XII. de Prioratu S. Pauli de Tarras in Archiuo Monaſt. de Caſa Dei. V. *Arcagium*.

ARCATA. (1) Arcus, fornix, Gall. *Arcade*. Acta SS. t. 1. Iulii pag. 593. B. Sebaſt. Fantoni t. 2. Hiſt. Auenion. p. 119. ex inquiſitione an. 1291. (2) † Idem quod ſupra *Arca* 8. modus agri. Ch. a. 1197. in Tabul. S. Vict. Maſſil.

ARCATE. V. *Praediſterium* vbi, ait Cangius, nihil ſuccurrit niſi *Arcate* ſit pro *Arcae*, quod Hiſpanis idem eſt cum *Arca*.

† ARCATIVM, arca, Gall. *Coffre*. Stat. ciuit. Mutin.

ARCATORES, et ARCHATORES, Sagittarii, *Archi* ap. Ottonem Morenam in Hiſt. Rer. Laudenſ. p. 55. 69. 70. 110. Obert. Cancellar. Annal. Genuenſ. l. 2. ap. Murat. t. 6. col. 294.

ARCATVRA, idem ac *Arca* 1. apud Senator. l. 3. ep. 52.

ARCATVRIA. Falco Beneuentanus: *Ad frangendam*, *vt ita dicam*, *arcaturiam iuit*. Palorum ſepem in publicum priuatumque commodum ſtructam ad arcendam conſtringendamque perennis fluminis aquam hic interpretatur Camillus Peregrinus, populari vocabulo plerisque etiamnum in Italiae locis vſurpato, quo ſenſu forte dicuntur *Archaux*, in Conſuetudine municipali *de Meneton ſur Cher*, art. 23. vbi de ſeruitutibus realibus: *Les garennes et Archaux en ladite riuiere de Cher ſont defendus*. V. *Arca*, *Arcatura*. *) Eodem ſenſu Germani vtuntur voce Arche. V. Friſchens Wörterb. h. v.

ARCAVVS, aramenti vaſculum. Locum vide in *Scarpellum*.

† ARCAYRAGIVM, officium *arcarii*, ſ. ſagittarii. V. *Argueriatus*.

ARCE. (1) Pro ἀρχή, dignitas. Indiculus Dagoberti Regis ad Sulpit. Archiep. ex Vita S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis MS. *Proinde dum vos arcem Metropolitani ſcimus tenere* etc. Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. apud Catell. pag. 766. *Vt omnis*, *qui Pontificatus illius arcem ſortitus erit electione* etc. Vbi *Arce* videtur vox formata, non ex *arx*, quod volunt viri docti, ſed ex Graeco ἀρχή. Eadem Vita pag. 759. Non vult tamen omnino contendere Cangius, voculam *arcem* hiſce locis non poſſe deduci ab *arx*. Nam et *arcem* translate pro eo, quod ſummum eſt, et eminet, frequenter

vſurpaſſe veteres Scriptores conſtat. Locos collegit Stephanius in Notis ad Saxonem Grammat. p. 194. 223. Adde Foros Regni Aragon. fol. 128. v. a. Vita S. Conwoionis Abbat. Rothonenſis num. 1. Vet. Ch. in Actis Epiſcop. Cenoman. pag. 204. Vbi perperam *artium* praefert editio. (2) Pro *Archiuum* legitur in Ch. Childeberti III. a. 994. apud Mabill. l. 6. de Re Diplom. pag. 477.

ARCEDO, ligamen qua ſanguis venae ſectae ſiſtitur ſeu arcetur, a quo dictum *arcedo*, vt exponit D. Marquardus Herrgott Vet. Diſcipl. Monaſt. pag. 112. Diſcipl. Farfenſis cap. 41. *Si quis frater voluerit ſanguinem minuere, procuret indicare Abbati - - Licentia denique accepta eat indicare cellerario, vt habere faciat arcedonem, vel ſi tempus fuerit hyemis, ignem accendere faciat in calefactorio.* Vbi, ſi particulam diſjunctiuam, *vel* attendas, nihil aliud *arcedo* ſignificare videtur, quam cubiculum concamerarum, quod in aeſtate alſum eſt, ſic dictum ab *Arca*.

ARCELLA. (1) Guigo II. Prior Cartuſienſis in Statutis eiusdem Ordinis cap. 50. §. 1. *Domus, in qua ſiunt caſei, quam vocamus arcellam.* Eadem verba legantur in antiquis Statutis ejusdem Ordinis part. 3. cap. 18. §. 3. V. *Fromageria*. *Arcella paſtoris*, in iisdem Statutis part. 3. cap. 28. *In arcella paſtoris, et in furno nullus ingreditur.* (2) Pro *Arcula*. Hiſt. Monaſterii Nouientenſis tom. 3. Anecdot. Martenii col. 1152. (3) Pro *Arca* 1. apud Vital. Gromat. Frontin. ARCELLVLA, apud Gregor. Turon. l. 10. Hiſt. c. 16. ciſtula eſt.

ARCELLINA, inter miniſteria vel vaſa ſacra, in Charta Ferdinandi M. Regis Hiſpaniae aerae 1101. apud Anton. de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6. *Tertia vero* (Corona) *eſt diadema capitis mei aureum, et arcellinam de cryſtallo auro coopertam, et crucem auream cum lapidibus* etc. Vbi forte *Arcellina*, minor arca.

ARCELLVS, ARCHELLVS, arcus, fornix, Gall. *Arceau*. Hinc ita dictae ipſae aedificiorum portae in arcum exſtructae; vt in Monaſterio Tyronienſi. Annal. Bened. tom. 4. pag. 219. Ch. Capituli Autiſſiod. an. 1297.

ARCENTVM, V. *Arcetum*.

ARCEPELLONES, *qui vulgo dicuntur ingeniarii*, inquit Vgutio.

ARCEPS, V. *Archiunus*.

ARCEPTA, *genus nauis, acatus*, apud Graeuium ad Gloſſ. Iſid. in voce *Accepta*, ex Pithoei Excerptis. Genus eſt vaſis Vgutioni, cuius locum vide in *Pigella*.

† ARCERA, *vehiculum in arce nondum confixum, non vtique plauſtrum, id eſt carrum*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. Quae ſic emendanda ſunt: *Vehiculum in arcae modum confictum*. Adde Gell. l. 20. c. 1.

† ARCERE, occupare, ad manum ponere. Lit. Alphonſi comit. Pictav. a. 1269. in Bibl. reg.

ARCERETVS, *conflictus*. Papias, ex MS. Bituricenſi. Forſan eſt *Arceretus* pugna, quae fit emiſſis ſagittis ab *Arceriis* ſeu ſagittariis.

ARCERIVS, ſagittarius, Italis *Arciere*, Gallis *Archer*. Acta Alexandri III. an. 1175. V. *Arcarius*.

ARCERNVM, thuribulum. Vetus Pontificale Gemeticenſe MS. vbi de Conſecratione Eccleſiae: *Tunc imponas in arcernum ignem*. Forte legendum *Acerram*.

† ARCES, tortiles ex virgultis laquei, Gall. *Harts*, Germ. Wiede. Ch. a. 1311. in Bibl. Reg. V. *Arcale* et *Hardes*.

† ARCESSIRE, *ad ſuperos euocare. Arceſſit, vocat, prouocat*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. et 7646. V. *Arceſſitio*.

† ARCESSITIO, mors, qua ſcilicet ex hoc mundo ad Deum arceſſimur, euocamur. Vox S. Cypriano familiaris, Epiſt. 22 Exhortat. ad Martyres, vt et Ruricius Lemouic. Epiſc. lib. 2. Epiſt. 4. *Accerſio*, in Libello precum Marcellini et Fauſtini p. 65. Vbi leg. forte *Accerſitione* vel *Acceſſitione*

ſitione, id eſt, morte. Gloſſ. Gr. Lat. MS. *Καταλλυσις, Accitas, Acceſſitio.* Certe *Acceſſitio* etiam hac notione vſurpat Iulianus Toletan. Epiſc. lib. 1. Prognoſtic. cap. 18.

ARCETARE, occultare. Supplem. Antiquarii: *Arcetat, κρύπτει, occultat.* Forte ducta vox ab *Arca.*

ARCETICA AEGRITVDO. Thom. Walſingham. a. 1286. *Cui pedum ac manuum fere oſſa abſtuleras arcetica Aegritudo.* Sed legendum *arthretica.*

ARCETVM, ARCENTVM, ARCEVTVM. In Tabulario Laſcarienſis Eccleſiae, *Arceut*, vel *Arcieut*; vox Beneharnenſibus nota, apud quos ita appellatur *Ius procurationis*, ſeu certa penſitatio, quae Epiſcopo ab Abbatibus et Eccleſiarum Praepoſitis exſoluebatur, loco procurationis, aut *Recepti*, ſiue receptionis. *Arceber* enim apud illos eſt *recipere*, vt obſeruare eſt apud Marcam lib. 1. Hiſt. Beneh. cap. 28. n. 18. lib. 3. cap. 8. n. 6. lib. 5. cap. 31. n. 2. Fit mentio *Arceuti* iſtius, ſeu *des Arciuts* in Foris Beneharn. tit. 1. art. 30. tit. 20. art. 3. Bulla Innocentii Papae III. pro S. Seuero anni 1213. inter Inſtrum. tom. 1. nouae Gall. Chriſt. pag. 184. col. 1. Ch. Ricardi Regis Angliae an. 1190. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 637. V. *Receptus.*

ARCEVTVM, V. *Arcetum.*

ARCHA, pro ARCA in ſuis variis notionibus haud raro reperitur ſcriptum. V. etiam *Arcagium.*

ARCHABVSIVM, ferrea fiſtula, Sclopetus, Gall. *Arquebuſe* Hiſp. *Arcabuz.* Concil. an. 1585. to. 4. inter Hiſp. pag. 341.

ARCHADICVS, ſtolidus, nullius vir induſtriae et ingenii. Quare aſinus dici ſolet *Auis arcadica*; adagio ducto a proceriſſimis quos alit Arcadia aſinis, et ab incolarum ſtupore, ob quem olim male audierunt. Carmen Anonymi apud Mabill. Annal. Bened. tom. 5. pag. 653. col. 1.

ARCHAGIVM, V. *Arcagium.*

ARCHALETVS, V. *Archaletus.*

ARCHANVS, pro *Archangelus*, licentia plusquam Poetica, vt ſolet, dixit Fridegodus in ſancto Wilfrido cap. 48.

ARCHARAGIVM, V. *Feudum Archaragii.*

ARCHARISSIMVM, archiuum, archarium. Acta Tullenſium Epiſc. inter Anecd. Marten. t. 3. col. 1009.

ARCHARIVM, archiuum, tabularium, arca, vbi monumenta vetera reconduntur: *ἀρχάριον*, ſeu *ἀρχεῖον.* Vita S. Pauli Epiſc. Virdun. cap. 5. n. 11.

ARCHARIVS, V. *Arcarius.*

† ARCHAS, a Gr. *ἀρχὸς*, praepoſitus, praeſes, princeps, vt in Gloſſ. Gr. Lat. Acta S. Caſſiani in Antiq. Hortae p. 345.

ARCHATOR, V. *Arcator.*

ARCHATVS, principatus, a Graeco *ἀρχή*, apud Leibnit. t. 2. Scriptor. Brunſuic. pag. 981. ex Pantheone.

ARCHEARIVS, vt *archerarius.* Liber Niger Scaccarii pag. 359.

† ARCHELHARIA, *Arbaliſta*, arcus, vel *Baliſta*, machina iaculatoria. Ch. a. 1345. in Bibl. reg.

ARCHELLVS, V. *Arcellus.*

ARCHEMISTA, Chymiae peritus, qui exercet artem chymicam. Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. in Gloſſario.

† ARCHERA, lignum quoddam, Gall. *Archure.* Guido de Vigeuano Mſ. de modo acquirendi et expugnandi T. S. *Et quaelibet aſſis habeat vnam archeram et vnum baculum pro podio ipſius pantherae.*

ARCHERARIVS, Sagittarius, ex Gall. *Archer*, apud Ordericum Vitalem. lib. 3. pag. 466. V. *Arcarius.*

ARCHERIA. (1) Feneſtricula oblongior, et ſtrictior in urbium et caſtrorum muris, per quam ſagittarii, vel balliſtarii ſagittas ſuas aut tela in obſidentes emittebant; Germ. Schieſſcharte. Willelm. Brito l. 1. Philipp. Geſta Lud. VII. Regis Francor. cap. 21. Ch. anni 1239. ARQVERIA, in Conſuetudinibus Catalan. V. *Maſouerius* et *Neyriale.* (2) Species *Sergenteriae*, ſeu feudi ſeruientis, quod qui poſſidet, arcum habere pro ſeruitio domini, vel *ar-*

cheriam castri illius seruare tenetur. Ch. exarata an. 18. Henrici III. Regis Angl. apud Edw. Cokum ad Litteton. sect. 157. *Ioannes de Archier, qui tenet de domino Rege in capite per serjeantiam archeriae etc.* (3) ARCHERIAE, in Comitatu Calomontis supremi Dumbarum Principatus dicuntur paruulae domus, vbi colonus vnus residere potest cum labore duarum vaccarum tantum. Ita D. Aubret in Collectaneis ad Cangii editores missis. Ch. Calamontis an. 1397. *Iuxta archeriam seu domum Murgerii.* Censualis Codex eiusdem vrbis. Rustici Lugdunenses etiamnum appellant *Archille* cellam prope bubile sitam.

ARCHERIVS, idem quod *Arcerius.* Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 9. Occurrit in Gestis Consulum Andegav. cap. 13. n. 3. 4. in Spicileg. Acher. t. 10. p. 501. et apud Murat. t. 8. col. 1094.

ARCHETENS. (1) Ab arcitenens, Sagittarius. Hist. Harcur. t. 3. pag. 65. ex rotulis Cancellariae Ducatus Normaniae. (2) † Anteris, Gall. *Arcboutant.* Comput. Ms. fabricae eccl. S. Petri Insul.

ARCHETVS. (1) Chron. Parmense ad an. 1291. apud Murat. tom. 9. col. 822. *Eleuata est turris sanctae Mariae majoris Ecclesiae a cingulis lapidum sine archetis, in sursum per multa brachia.* Est caementariis Gallicis instrumentum quoddam, ferra nimirum aurichalci grandioribus lapidibus caedendis apta, quod *Arches* dicunt; hic tamen per *Archetum* tractoriam gruem, Gall. *Grue*, intelligendam putat Cangii editor, qua scilicet lapides in altum tolluntur. (2) † Vncus aperiendis seris aptus, Germ. Dieterich, Sperrhaken. Ch. a. 1414. in Bibl. Reg.

ARCHEVRA MOLENDINI, lignum quod ante molam ponunt, Gall. *Archures.* Computus generalis redituum Regis Franc. an. 1202. apud D. Brussel. Tract. de Vsu Feud. t. 2. pag. CLIII. *Pro duobus hordellis et pro chenez et pro archeura molendini de Athies, IV. l. XII. d. minus.*

ARCHEVS, e Graeco ἀρχὸς, Spagyricis est, vis rebus insita, qua ipsae producuntur et vigent. Rochus le Baillif in Diction. Spagyrico: *Archeus est vis producens res ex illiaste, et dispensator omnium rerum.* Ibidem: *archeus est oberrans inuisibilis species et se a corporibus separans, medicinae vis atque naturae virtus.*

ARCHIA. (1) Pro *Arca.* Statuta Ecclesiae Biterrensis an. 1368. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 638. (2) Fornix pontis, Gall. *Arche*, Germ. Bogen. Ch. S. Ludouici Franc. Reg. pro Abbatia Ioyenualli, a. 1228. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1219. (3) † *Principatus.* Cathol. V. *Archas*, et *Archium.*

ARCHIACOLA, V. *Archischolus.*

ARCHIACOLYTHVS. Cum in Ecclesiis Cathedralibus olim quatuor essent Canonicorum ordines, Presbyterorum scilicet, Diaconorum, Subdiaconorum, et Acolythorum: quilibet suis capitibus suberant, Presbyteri Archipresbyteris, Diaconi Archidiaconis, Subdiaconi Archisubdiaconis, Acolythi denique Archiacolythis. *Archiacolythorum* nomen etiamnum in Ecclesia Capuana durare obseruat Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag. 576. sed illos cum Acolythis nullum neque in choro, neque in Capitulo ordinem facere, omnesque ex libito et solo, vt aiunt, nutu, posse amoueri, meminit Benno Cardinalis *Archiacolythi Ecclesiae Romanae.*

ARCHIACONVS, Armorice *Archiagon*, Archidiaconus, in Collectaneis D. le Pelletier.

ARCHIALITER, primarie. Bonifac. in Vita S. Liuinii Episc. et Martyr. cap. 2.

ARCHIANTISTES, Archiepiscopus, vox hybrida. Vruntur Ditmarus lib. 6. 7. pag 77. 91. et alii. Epitaph. Brunon. Archiep. Colonienſis.

† ARCHIAPOSTOLVS, quo nomine designatur S. Petrus, Apostolorum Princeps, vti vulgo creditur, in Act. S. Gauger. t. 2. Aug. p. 678.

ARCHIARIVS, V. *Cinerarius* 2.

ARCHIATRI. (1) Medici principis, et qui in sacro palatio militant; de quorum

quorum dignitate multa congeſſere Cuiacius ad l. vn. de Comitibus et Archiatris ſacri Palatii, Ioannes Fileſacus lib 1. Selector. pag. 321. Iacobus Gothofredus ad tit. *de Medicis*, Cod. Theod. Altaſerra ad l. 2. Epiſt. Gregorii Magni, etc. ARCHIATRIAE DIGNITAS, in l. 8. Cod. Theodoſ. de Archiatris. (2) Senſu morali apud Ordericum Vitalem fol. 656. Hymnus de ſancto Mauro. Annal. Bened. t. 5. p. 634.

ARCHIATRIVS, V. *Archiatri* 1.

† ARCHIBANCVM, ſcamnum maius cum cubiti ſulmentis ad vtramque partem extremam. Inuent. an. 1476. Mſ. V. *Arciſcranna*.

ARCHIBANCVS, arca, armarium, Chron. Parmenſe apud Murat. t. 9. col. 870.

† ARCHIBVGIVS, vt *Archibuſus*, in Statut. crimin. Saoniae p 112.

ARCHIBVS, V. *Archiuum*.

ARCHIBVSVS, Sclopetus, Gall. *Arquebuſe*. Prosperi Sanctacrucii Comment. de ciuilibus Galliae diſſentionibus, apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 1466.

† ARCHICA PERVSSA, inter res, quae a tinctoribus adhiberi non debent, recenſetur in Stat. pro arte paratoria pannorum Carcaſſ. a. 1466. ex Bibl. reg. Forte planta quae Gallis *Malherbe* dicitur.

ARCHICAMERARIVS, praefectus camerae ſeu theſauro imperiali. Libellus de electione Maximiliani II. a. 1562. V. *Camerarius*.

ARCHICANCELLARIVS, qui caeteris aulae vel Palatii *Cancellariis* ſeu *Notariis* praeerat; *Summus Cancellarius* dictus Hincmaro de Ordine Palatii cap. 16. qui, vt ait, *a ſecretis olim appellabatur, eruntque illi ſubiecti prudentes et intelligentes ac fideles viri, qui praecepta regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, et ſecreta illius fideliter cuſtodirent*. Ch. Lotharii Imperat. an. 844. in Tabulario Eccleſiae Viennenſis fol. 3. Hic porro *Archicancellarii* titulus ſub 1. et 2. Regum Galliae ſtirpe, et Imperatoribus Germanicis maxime obtinuit, vt colligere licet ex Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 675. 676. 677. Chron. Farfenſi pag. 858. Rarperto de Caſib. S. Galli cap. 10, et ex veteribus Tabulis apud Scobingerum in Notis ad Vadianum pag. 145. Miraeum in Notitia Eccleſ. Belgii cap. 20. 59. Doubletum pag. 811. Labbeum in Cancellariis Franciae non vno loco, vbi et *ſummi Cancellarii* interdum indigitantur. Poſterioribus vero ſaeculis apud Germanos *Archicancellarii* dignitas in tres diuiſa eſt partes ab Imperatoribus, quod eiusmodi officii munia nimium oneris haberent, ob idque Treuirenſi Archiepiſcopo Gallia vniuerſa attributa, ſeu potius ea Galliae pars, quae Regni Arelatenſis nomine cenſebatur, Moguntino Germania, Colonienſi denique Italia; ita vt ſuam quisque Prouinciam, prout Imperator ſedes mutaſſet, negotiis gerundis, diplomatis annulo ſignandis, atque omnium queſtibus audiendis, et minuendis denique controuerſiis, adminiſtraret, quod ab Ottonis Magni aeuo repetit Browerus lib. 16. Annal. Treuir. V. vitam Balduini Lutzenburg. Archiepiſcop. Treuir. lib. 3. cap. 9. ARCHICANCELLARIVS REGNI BVRGVNDIAE, dignitas, qua praefulget Archiepiſcopus Viennenſis, quam Fridericus I. Imper. confirmauit in fauorem Stephani Archiepiſcopi, diplomate a. 1157. quod habetur in Vienna Ioannis a Boſco et Leurii c. 42. ARCHICANCELLARIVS IMPERATRICIS, ſeu AVGVSTAE, dignitas, qua in Germania Abbas Fuldenſis, ante quadringentos annos emicuit, vt auctor eſt Chriſtophorus Browerus lib. 1. Antiq. Fuldenſ. c. 15. ARCHICANCELLARII, haud raro dicti *Archicapellani*, vti videre potes in hac voce.

ARCHICANTOR *Eccleſiae Romanae*, primicerius ſcholae Cantorum. Beda lib. 1. de Monaſt. Wiremuthenſi cap. 6. Adde Florentium Wigornienſem pag. 564. ARCHICANTOR *Eccleſiae S. Petri Romae*, apud Henricum Huntundinenſem lib. 4. Hiſt. pag. 335.

ARCHICAPELLANVS, Capellanorum primus. Archicapellani Romanorum Imperatricis dignitatem iam olim habuiſſe Abbates S. Maximini Treuirenſis, auctor eſt Nicol. Zilleſ. in Defenſ. eiusd. Monaſt. part. 1. ſect. 2. §. 4. ARCHICAPELLANI FLANDRIAE titulo gaudet Brugenſis eccleſiae praepoſitus, vt eſt in Chronico Flandriae vernaculo c. 5. V. *Capellanus.*

ARCHICERARIVS, *ſummus Princeps* Vgurioni. Idem forte qui *Primicerius.*

ARCHICHORVS, praecentor, qui Choro, dum ſacra Liturgia peragitur, praeeſt. Mabillon. Annal. Bened. to. 4. pag. 311. Bernard. in Conſuet. Cluniac. MS. c. 15. de Armario. Occurrit apud eundem eodem cap. et cap. 22. 37. et alibi non ſemel.

† ARCHICLAVIGERVS, vt *Archiclauus*, in Ch. a 939. inter Inſtr. t. 6. Galliae Chriſt. p. 17. quam ſubſcribunt: *Gualterius Archiclauigerus et Aigo Archipresbyter.*

ARCHICLAVVS, ARCHICLAVIS, dignitas eccleſiaſtica, eadem quae *Theſaurarii* in Eccleſiis Cathedralibus et in Monaſteriis; quae quidem dignitatis appellatio maxime viguit in Eccleſia S. Martini Turonenſis. Acta Epiſcoporum Cenomanenſ. Monachus Ahriſiod. in Chronico.

ARCHICOMES, titulus Comiti Flandriae ob ſummam poteſtatem datus a Willelm. Britone, lib. 4. Philipp. Sed non ſolus Flandriae Comes hoc titulo eſt decoratus, vt patet ex Meiſterlini Hiſt. rerum Noriberg. apud Ludewig to. 8. Reliq. MS.

ARCHICOQVVS, *princeps coquorum.* Gloſſ. MS. Montis S. Elegii Attrebat. Germ. Mundkoch.

ARCHICRIMINATOR, princeps reus. Rythmi in obitum Henrici VII. Imp.

ARCHICVBERNIVS, ARCHICVBVS, V. *Archigubernus.*

ARCHICVSTOS, dignitas in Monaſteriis maioribus Ordinis S. Benedicti. Contin. Aimoini lib. 5. c. 45. Ch. Lotharii Regis apud Doublerum p. 786. Vbi idem Doubletus *Capicerium* interpretatur. In lib. 3. Miraculor. S. Dionyſii cap. 9. occurrit quidam *Otranus Archicuſtos ſcopi capitum*, in eodem Monaſterio: vbi Mabillonius monet, ita legi in MS. neſcio an per *ſcopi*, intelligatur id quod *Cheuet*, ibidem vocat, caput ſcilicet Eccleſiae, et cuius cura Archicuſtodis erat, ſiquidem Archicuſtos idem fuerit, qui *Capicerius*, qui *capitii* cuſtos fuit, quod hic ſcribi videtur. V. *Cuſtos.*

ARCHIDAPIFER, primus dapifer, cuius nomen muneris interpres. Vnus eſt e praecipuis Officialibus in palatio Imperatorum Germaniae, qui ſuos Dapiferos, Cancellarios, Capellanos, Camerarios etc. ob imperatoriae dignitatis eminentiam, Archidapiferos, Archicancellarios etc. appellari voluerunt; Germ. Erztruchſeß.

† ARCHIDIACONARE, Archidiaconum inſtituere. Petr. Cantor l. 1. Summae Mſ. c. 99.

ARCHIDIACONATVS, officium et diſtrictus Archidiaconi, paſſim occurrit.

ARCHIDIACONIZARE, Archidiaconi munus obire. Ch. Liziardi Epiſc. Sueſſion. a. 1121.

ARCHIDIACONVS, primus inter Diaconos, qui caeteris *Diaconis* praeeſt, dignitas Eccleſiaſtica, qua donatum S. Stephanum coniicit S. Auguſtinus Serm. 94. de Diuerſis, quod primus a S. Luca inter 7. Diaconos nominetur. ARCHIDIACONVS S. ECCLESIAE ROMANAE, dignitas, qua functus legitur Gelaſius II. PP. antequam Pontifex fieret, in illius Epitaphio. Meminit praeterea Anaſtaſius in S. Cornelio PP. in S. Lucio, S. Stephano, S. Sixto II. Valentino II. etc. eorumdem Pontificum Archidiaconorum. ARCHIDIACONI in Monaſteriis. Ingulphus in Hiſt. Croyland. pag. 886. *Officio etiam Sacriſtae tunc in augmentum portionis ſuae officium Archidiaconatus ſuper totam Parochiam Croylandiae aſſignauit.* Hi *Archidiaconi Abbatum* dicuntur, in Articulis obſeruandis inter Fratres profeſſos Domus S. Iuliani juxta S. Albanum in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 378.

ARCHIDIACONVS et ARCHIDIACONATVS MENSAE apud Innocent. III. PP. lib. 14. Epist. 122. in Ecclesia Pampilonensi, cuius curae erant *mensa* et reditus Capituli eiusdem Ecclesiae.

† ARCHIDICVS, quasi princeps dictionis, eloquens, quomodo etiam forte legendum est, pro *Archidictus*. Acta S. Cassiani in Antiq. Hortae p. 359.

Rhetores archidici depromant fyrmate dulci.

ARCHIDICTVS. Dudo lib. 3. de Moribus Norman. pag. 540.

Archidictus rector verum si quislibet esset,
Posset veridica scribere quae cuperet.

ARCHIDIOECESIS, Archiepiscopi Dioecesis. Concil. an. 1512. to. 4. Collect. Concil. Hispan. p. 2.

ARCHIDVX, titulus tributus a Scriptoribus Ducibus maioris auctoritatis et imperii. In Chronico S. Teudonis lib. 1. Pipinus sub Dagoberto dicitur *Archidux Austriae, seu Austrasiae inferioris*. Sigebertus an. 959. *Bruno Archiepiscopus Colonienſis et Archidux Lotharingiae secundas partes in regno fratris sui potenter et industrie administrabat*. Idem titulus eidem Brunoni tribuitur a Rogero Abbate S. Pantaleonis Colon. in illius Vita cap. 17. et 27. propter plurium Ducatuum curam, ipsi a Caesare commissam. *Lotharingiae* et *Brabantiae Archidux*, apud Ditmarum lib. 1. Chron. cap. 17. Ch. Friderici I. Imp. an. 1156. pro erectione Austriae in Ducatum, apud Miraeum in Donat. Belg. lib. 2. c. 52. *Si quibusuis Imperii curis publicis dux Austriae praesens fuerit, mus de Palatinis Archiducibus est censendus*. Cur porro Austriae Duces, et quando, quoue iure titulum Archiducis primo vsurparint, haud bene constat. Scribit Andreas de Vinea, Gilberrum Borbonium Comitem Monpenserii creatum a Carolo VIII. Rege Franciae *Archiducem Cessae* in Regno Neapolitano.

ARCHIELECTVS, electus in Archiepiscopum. Caesarius Monach. Heisterbachensis in Chron. MS. Archiepiscop. Colon. anno 1228.

ARCHIEPERARE, Ioann. Sarisber. Epist. 159. *Quoniam hoc indicto census, et Ecclesiarum vexatio in Cancellarium eius, qui nunc aut archieperatur, vt credo, aut archieperari contendit, vt aemuli mentiuntur, penitus retorquenda est*. Et Epist. 176. *Qui primus in Anglia scindi Ecclesiae vnitatem, quod omnes nouerunt, et archieperandi, quod plurimum suspicantur, ambitione tractus, totius huius discordiae fomes in primis extitit et inuentor*. Voces deprauatae; scriptum forte fuit in Cod. MS. *Archierare*, vel *archiereuare*, ex Gr. ἀρχιερεύειν, vel ἀρχιερεύειν, *archiepiscopare*, de qua voce mox.

ARCHIEPISCOPARE, in Archiepiscopum creare, seu potius ecclesiam Archiepiscopali titulo donare. Diploma Agapeti II. PP. ad calcem Chronici Reicherspergi.

† ARCHIEPISCOPARI, *esse archiepiscopum*, in Vocabul. compend.

ARCHIEPISCOPIVM, Archiepiscopatus. Vetustae membranae apud Ludewig. t. 8. p. 172.

ARCHIEPISCOPOLOGIVM. Hist. Archiepiscoporum Terracon. hunc prae se fert titulum in Collect. Concil. Hisp. t. 3. p. 546.

ARCHIEPISCOPVS, Papiae: *Summus Episcoporum, qui tam Metropolitanis quam Episcopis praesidet*. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 5. *Archiepiscopi* vocem a Patriarchis Alexandrinis primum inuectam quidam volunt, qui cum primo soli essent in Aegypto Episcopi, creatis subinde aliis, vt et in Eutychii Originibus, *Archiepiscopos* se nominarunt. Primus autem videtur hoc vsus vocabulo S. Athanasius Apol. 2. pag. 791. Alexandrum Patriarch. Alexandrin. ita indigitans. Dehinc in Concil. Ephes. a. 431. Cyrillus Hierosolym. et Coelestinus Romanor. Archiepiscopi appellantur. Sic Leo I. PP in Concil. Calchedon. et Damasius PP. in libello precum Marcellini et Faustini p. 66. Anastas. de S. Felice: *Venerabilis Felix Archi-*

episcopus sedis Apostolicae vrbis Romae. V. Cujacium ad Nouell. 11. Leonem Allatium l. 1. de Consensu vtriusq. Ecclesiae c. 18. Morinum l. 1. Exerc. c. 10. Meurisium in Episc. Metensib. p. 56. Ioann. Marshamum in Praefat. ad t. 1. Monast. Anglic. etc. ARCHIEPISCOPI etiam interdum dicti ipsi Episcopi, quibus ex quadam praerogatiua ius pallii concessum est a Romanis Pontificibus; id quod in Occidente aliquoties obseruatum est. At cum in Oriente Metropolitanorum et Archiepiscoporum eamdem esse dignitatem, affirmet Balsamon in medit. et in eo tantum differre, quod Metropolitanus habeat sub se Episcopos, in quos ius exerceat, Archiepiscopus nullos; videntur ii Archiepiscopi aliquid habuisse commune cum Episcopis, quibus ius pallii concessum a Pontificibus Romanis et quibus proinde in nullos Episcopos ius erat, sola pallii dignitate et Archiepiscopi titulo gaudentes. ARCHIEPISCOPVS SACRI PALATII i. q. *Archicapellanus.* † ARCHIEPISCOPI dicti praeterea sunt ii Episcopi, qui primi in ecclesia federunt; qua ratione *Archiepiscopi* titulo donatur S. Dionysius primus ecclesiae Paris. episc. V. Felibian. Hist. Sandion. p. 531. et infra *Archipraesul*

ARCHIERARCHVS, Pontifex Romanus, totius hierarchiae princeps, vnde vocis etymon. Fridegod. in V. S. Wilfridi Episc. inter Acta SS. Bened. saec. 3. part. p. 187.

ARCHIERATICA SEDES, i. e. *Archierarchi* s. summi Pontificis. Agnellus lib. Pontif. ap. Murat. t. 2. p. 129. col. 2. B.

ARCHIEREVS, ἀρχιερεύς, qui praeest rebus sacris, Episcopus. Lamprid. de Alex. Seuero c. 28. Acta SS. t. 4. Iulii p. 460.

ARCHIERGATVS, ab ἀρχὴ et ἐργάτης, operarius, conductor operis. Agnell. l. Pontif. ap. Murat. t. 2. p. 106. col. 2.

ARCHIEROSYNA, ἀρχιεροσύνη, *Archiepiscopatus*, Cod. Theod. l. 12. tom. 1.

ARCHIEVNVCHVS, princeps regiorum cubiculariorum ap. Ioan. Caluin. in Lex. Iurid.

ARCIFERI, i. q. *arcarii*, sagittarii, Gall. *Archers.* Cassarus Annal. Genuens. l. 1. a. 1158. ap. Murat. t. 6. col. 270. Obertus Cancellar. Annal. Genuens. ab a. 1164. ibid. col. 348.

ARCHIFLAMEN, Archiepiscopus. Hist. Dalphin. t. 1. p. 46. Nominis originem attigere Patres Concil. Narbon. a. 1430. celebrati, ap. Marten. t. 4. Anecd. col. 252. D. *In ciuitatibus enim, vbi apud Ethnicos erant Archiflamines, gratissimus Apostolorum Princeps Archiepiscopos instituti praecepit; in reliquis vero ciuitatibus singulos Episcopos.* etc. Hanc ob causam, veram an falsam, Archiepiscopos interdum vocauere *Archiflamines.* Fuere autem Flamines ap. Rom. Sacerdotes, qui a numine, cui sacra faciebant, cognominabantur. Tres primi a Numa instituti dicuntur, Ioui, scilicet, Marti et Quirino. Vnde *Dialis* flamen, *Martialis et Quirinalis*, quibus postea 12 additi sunt.

ARCHIFRATER. Collat. S. Maximi Martyr. ap. Anastas. in Collectaneis et Baron. a. 656. *Numquam disputaui secum, nisi semel cum sanctissimo Presbytero domino Theocharisto et archifratre propter Primicerium, jussus per litteras super hoc.*

† ARCHIFVLLA. Conuent. Saonae a. 1526. De modo exigendi gabellam ponderis: *Item pro - - stupis factis straciis, archifullis, et quibuscunque aliis rebus, pro quibus exigi consueuit dicta gabella, den. sex.*

† ARCHIGALLINA, gallina exquisitior, delicatior. Chron. Watin. monast. ap. Marten. t. 3. Anecd. p. 816.

ARCHIGALLVS, Praeses Cybeles Sacerdotum ap. Gallos. Tertull. de Resurr. carnis c. 6. *Calicem non dico venenarium in quem mors aliqua ruscaris, sed fictricis, vel archigalli, vel gladiatoris, aut carnificis spiritu infectum.*

ARCHIGENES, medicus vel chirurgus. Acta SS. t. 1. Maii p. 183. C, *Archigenis Cataplasma quoque defecerat, cesserat etiam omnis medicamenti incassum industria.* V. Fabricii Bibl. Gr. l. 6. c. 9.

ARCHI-

ARCHIGERONTES, in l. 6. C. de Epiſc. audient. dicuntur primates plebis Alexandrinae, ſ. qui quaſi principes ſummoque honore et loco erant inter artifices. Ita Iac. Gothofred. ad l. 1 C. Th. de Alexandrin. Primat.

ARCHIGILIT, *ſimiliter nomen*; Vgutionni. Vox forte Longob.

ARCHIGRAPHIA, V. *Antigraphus.*

ARCHIGRAPHVS, praecipuus inter ſcriptores. Sic Liuium vocat *Archigraphum Patauinum*, Abertin. Muſſatus l. 1. de Geſt. Henr. VII. in Prolog. et in Poëm. Eſt etiam eidem *Archigraphus Regiae Maieſtatis*, Notarius, vel Cancellarius Regis l. 4. de Geſt. Ital. poſt Henr. Rubr. 2. V. *Antigraphus.*

ARCHIGVBERNVS, ex Gr. ἀρχικυβερνήτης, nauis ſeu claſſis praecipuus gubernator, praefectus, ap. Iabolen. IC. l. 46. D. ad SC. Trebell. † Vulgo editum *Archicubernus*, *Archicunus*, apud Harloand. vbi *Archicubernius* habet Gothofredus.

ARCHIHEBDOMADARIVS, qui *hebdomadariis* praerat. V. *Hebdomadarius.*

ARCHIJVRARE, de eo dicitur, qui primus chartae ſeu fideiuſſor ſubſcribit. Litterae Ioan. Carnot. Epiſc. a. 1130. ap. Marten. t. 1. Anecd. col. 599. B. *Epiſcopus promiſit et archiiurauit et omnes iſti iuranerunt, quod teneant et teneri faciant teſtamentum.*

ARCHIJVSTITIARIVS, ſupremus Angliae Iuſtitiarius. Radulf. de Diceto in Imag. Hiſt. a. 1179. V. *Iuſtitiarius.*

ARCHILECTILE, lecti compages lignea, Bettſponde. Ch. a. 1480. ex Archiuo Epiſc. Coriſopitenſis. V. *Arcalectus.*

ARCHILEGATVS. Epiſt. Gregor. VII. PP. ad Hug. Abb. Cluniac. in Bullar. Clun p. 18. *Vt inde per ſingulos annos B. Petro et eius Apoſtolicae ſedi in praeſentia Romani Pontificis, aut eius Archilegati Romae, aut, vbi ipſe iuſſerit octo diebus ante vel poſt Kalendas Maii, vna Romana vncia auri in penſionem reddatur.*

ARCHILEVITA, Archidiaconus, dignitas Eccleſiaſtica. Goffrid. Vindoc. l. 2. Ep. 17. Petrus Pictav. in Epitaphio Gelaſii II. PP. Vita S. Boniti Epiſc. Claromont. c. 4. Prudentius περὶ στεφάνων in S. *Laurentio Archileuita.* Innocent. Ciron. in Parat. Decret. p. 70. V. *Leuita.*

ARCHILIVS, Tribunus ab. ἀρχὸς, Princeps, et χίλιοι, mille. Fridegod. in Wilfrido c. 53. ap. Mabillon. in Actis SS. Bened. Sacc. 4. part. 1. p. 724.

† ARCHILLEVS, i. q. *Archerius*, ſagittarius. Ch. Hugon. Duc. Burgund. a. 1170. in Bibl. reg.

† ARCHILOGIVM, exordium. Gloſſar. Lat. Ital. MS. *Archilogium, lo principio de ſermone.* V. *Archilogus.*

ARCHILOGOTHETA, Archicancellarius: ita indigitatur S. Heribertus Colon. Archiep. ap. Lambert. in Vita eius n. 8. et Ruperthum Tuitienſ. c. 7. qui c. 5. dicitur *Primus Cancellarius.* Nomen a magno Logotheta ortum, qui in palatio Graecorum Impp. Archicancellarii munere fungebatur, i. e. Aureas Bullas et Edicta Principum ſubſcribebat. V. Gloſſ. med. Graecitatis, v. Λογοθέτης.

ARCHILOGVS, *princeps, vel primus in ſermone*; *Archilogium, ſermonis principium.* Vgut.

† ARCHIMACHERVS, *magiſter coquinae*, in Gloſſ. Cod. reg. 7679. *Archimagirus*, ap. Iuuenal. Sat. 9. et Sidon. Apoll. l. 2. ep. 9. V. *Archimagiria.*

ARCHIMAGIRIA. Nūni a Graeco μάγειρος, coquus, adeo vt *Archimagiria*, nomen ſit officii praefecti coquorum? Litterae Iohan. Bernardi Abb. Fuld. pro Colleg. Ieſuitar. Fuldae a. 1626. ap. Schannat. Dioeceſ. Fulden. pag. 388. *Nonnulla tribui ipſos juſſiſſe - - partim ex archimagiria, partim ex vacantibus beneficiis.* Ioachimi eiusd. loci Abb. Litterae a. 1658. ibid. p. 396. *Vt centum et triginta ſex florenos cum dimidio quotannis - - - per archimagiria in pecunia numerata capere - - poſſit.* Iuuenal. Satyra 9.

Proximus ante diem caupo ſciet antediet et quae
Finxerunt pariter librarius Archimagiri.

ARCHIMANDRISIA, videntur eſſe loca vel praedia quaecumque illa ſint a Monaſteriis vel Archimandritis pendentia. Anaſtaſ. Senior in Chron. Caſſinen. ap. Murat. t. 2. p. 352. *Aquinum cum eccleſiis, villis, xenodochiis, caſtris, proçhotrophiis, cacoſoniis, brefotrophiis, monaſteriis, archimandritis vel Archimandriſiis habentibus.*

ARCHIMANDRITA: (1) Abbas generalis. I. *Princeps Monachorum*, vti appellatur in Reg. S. Iſidori, c. 6. ex Gr. ἀρχιμανδρίτης. Papias: *Archimandrita, pater ſpiritualium ouium, hierenita agens annos fere 50. Memphitici et Palaeſtini Archimandritae*, ap. Sidon. l. 8. Epiſt. 14. Auitus Viennenſ. Epiſt. 2. Regula S. Columbani c. 7. Adde Concil. Borojulienſe a. 791. can. 7. Hiſt. translat. S. Sebaſtiani c. 6. n. 24. Vghell. t. 7. Ital. ſacr. p. 1298. etc. (2) Quuis Praelatus etiam Archiepiſcopus. Dagobert. Archiep. Bitur. in Ch. a. 990. Primae ſanctae Bituricenſis Eccleſiae ſedis Archimandritam ſe inſcribit. In Tabul. Eccleſ. Gratianop. *Amblardus Lugdunenſis Archimandrita* dicitur. Adde Alcuin. Epiſt. 72. Vit. S. Gebehardi Archiep. Salisb. ap. Caniſ. t. 6. p. 1251. Vit. S. Adalberti Epiſc. Prag. n. 6. 9. et Vit. S. Theodardi ap. Catell. p. 757. Anal. Mabill. t. 1. p. 98 etc. Ita etiam ab Iuſtiniano. vſurparam hanc vocem obſeruarunt alii. V. *Mandra.*

ARCHIMANDRITISSA, Abbatiſſa, in Nov. Iuſtiniani 4. et 109. et in Capitul. Caroli M. l. 2. c. 29.

ARCHIMARESCHALCVS, vel *Archimarſchalcus*, princeps equiſonum, cui cura incumbit equorum Imperatoris Germaniae, Erzmarſchall. Huius munere fungitur in aula Germanor. Impp. Dux Saxoniae, qui in officii ſymbolum auenam defert in conuiuium fieri ſolitum poſt ſolemnem Imperatoris inaugurationem, vti narratur in libello de electione Maximiliani II. a. 1562. V. *Comes ſtabuli et Mareſcallus.*

ARCHIMARINVS, muris praefectus. Lobinell. in Hiſt. Pariſ. Inſtrum. t. 3. p. 722. b.

ARCHIMARTYR, vtitur Maximus Madaurenſ. Epiſt. ad S. Auguſt. 43.

ARCHIMENTARIENSIS, archinotarius. Formulae Vert. Legibus Sal. et Ripuar. ab Eccardo ſubiectae n. 4. p. 235. Vbi legendum monet auctor: *Archicommentarienſis*, pro *Archimentarienſis*. V. *Commentarienſis.*

ARCHIMETATOR, qui metata in caſtris et exercitibus ordinat, diſponit; recentioribus, *Manſionarius.* Arnold. Lubecen. l. 3. c. 28. V. *Metator.*

ARCHIMETROPOLITANVS, pro *Metropolitanus* in Indiculo Dagob. Reg. qui extat in Vita S. Deſiderii Epiſc. Cadurcenſ. c. 7. Sed mendum eſſe obſeruat Baluz. ex Cod. MS. vbi legitur: *Proinde dum vos arcem Metropoliſati ſtimus tenere* etc.

ARCHIMINISTER SACRI PALATII, dignitas Palatina, qua donati leguntur *Boſo Dux*, Richildis Auguſtae frater, ſub Carolo Calvo, in Synodo Ticin. a. 876. et in Tabul. S. Benigni ap. Perard. p. 154. et *Suppo* Piceni Com. ſub Ludov. jun. ap. Guillelmum Biblioth. in Hadriano II. p. 229. 230. 232. Idem autem eſt quod *Maior domus*, qui caeteris domus Regiae *Miniſtris* ſ. Officialibus praeerat, et *Magiſter officiorum* ap. Rom. Impp. dicebatur. V. *Miniſter.* Neque ab hac, vt opinatur Cangius diuerſa fuit dignitas Miniſtri Imperatoris et Imperii, quam Matfrido Proceri Palatii et Com. Aurelian. ſub Ludov. Pio adſcribit Agobard. Lugdun.

ARCHIMONASTERIVM S. Remigii Remenſis, in Epiſt. Ioannis XIII. PP. ad Adalberon. Rem. Archiep. pro priuilegiis eiusd. Monaſt. et in lib. miracul. S. Marculfi n. 2. *Archimonaſterium Cluniacenſe*, et *archimonaſterium Sauiniacenſe* in veteri Ch. ap. Ioan. Mar. de la Mure in Hiſt. Eccleſ. Lugdun. p. 382. *Archimonaſterium Landunenſe*, in Mon. Angl. t. 3. p. 190.

ARCHIMONIA. Vita S. Bernardi Archiep. Vienn. ap. Mabill. *Defuncto nobilissimo Principe Carolo, et filio eius Ludouico archimoniam obtinente.* Vbi legendum videtur *Archimonarchiam.* Ita nempe vox contracta in MS.

ARCHIMYSTA, ab ἀρχὸς, Princeps, et μύστης, sacris initiatus. Sic Auentin. Archiep. Lauriacensem appellat in Annal. Boiorum.

ARCHINALE, locus vbi exstruuntur naues, arma seruantur etc. Gall. *Arcenal.* Bern. de Breydenbach Itiner. t. 5. p. 20.

ARCHINOTARIVS, idem qui Archicancellarius. In Diplom. Ludov. Imp. filii Lotharii in Tabul. Casaurienſi, subscribit *Ructemirus* seu *Tructemirus* (ap. Murat. t. 2. part. 2. col. 929. *Druttemirus*) *Archinotarius*, qui ibidem *Archicancellarius* audit; et in Chartis Hlotarii Imp. ap. Doubletum p. 744. 745. *Hildūinus Archiepiscopus sacri Palatii Notarius summus*, qui *Archicancellarius* in aliis, et in Ch. eiusd. Hlot. t. 12. Spicil. Acher. p. 109. *aulae Archinotarius* indigitatur. V. Nov. Tract. de re diplom. t. 5. p. 51.

ARCHIOECÓNOMVS, qui ecclesiarum oeconomis praeest, in Capit. Caroli M. l. 2. cap. 29.

† ARCHIOPILIO, Archiepiscopus, Germ. Erzbirte, in Conc. Narbon. a. 947. t. 9. Collect. Hist. Franc. p. 326.

ARCHIOTAE, Ἀρχειῶται, archiuorum custodes. Digest. l. 50. t. 4. de muneribus et honoribus.

ARCHIPALATINVS PRAESVL, Archicapellanus palatii regii, in vet. Ch. Ludouici et in vita Anscharii n. 19. idem qui alias *Senior Capellanus* et *sacri Palatii moderator.* V. Cang. v. *Capellanus.*

ARCHIPAPA, primus Presbyterorum apud Graecos. V. *Protopapa.*

ARCHIPARAPHONISTA, in Ordine Romano dicitur qui aliis locis *Quartus scholae* vocatur. V. *Paraphonista.*

ARCHIPATER, dicitur Bruno Colonienſ. Archiep. ap. Baldricum l. 1. Chron. Camerac. c. 84. Willelm. Brito l. 12. Philip. Alcuinus Poëm. 176. ARCHIPATRES vocat Dudo in Praef. ad Acta Normanor. priscos et famosos duces.

ARCHIPHERECITAE, dignitates ap. Iudaeos. Iustin. Nov. 146. *Neque licentiam habebunt hi qui ab eis* (Iudaeis) *maiores omnibus archipherecitae, aut presbyteri, forsitan vel magistri appellantur, Perinaeis aliquibus aut anathematismis hoc prohibere.* Quaenam fuerit archipherecitarum dignitas et vnde dicta, docet Morinus in Exercitationib. Bibl. l. 2. Exerc. 6.

ARCHIPHONISTA, archicantor, dignitas Ecclesiast. Chartam Alrici Episc. Astensi. an. 1020. subscribit *Rozo Archiphonista*, ap. Vghell. sed legendum *Archiparaphonista.* V. *Paraphonista.*

ARCHIPHYLAX, Graece ἀρχιφύλαξ, primarius custos. Sic appellabatur olim in monte Carmelo generalis totius Ord. Carmel. vsque ad a. Ch. 1121. Tunc enim Aymericus Patriar. Antioch. in Terra sancta generale capitulum congregauit, vbi ad generalatum Berthold. Latinus vocatus, relicti veteri titulo, ad imitationem Occident. *Prior* nominatus est. Hofman. post. Macrum in Hierolex.

ARCHIPINCERNA, princeps pincernarum in aula Impp. Germ., Erzschenk. *Magister pincernarum*, in Annal. Franc. ad a. 781. Hac dignitate decoratur Rex Bohemiae. Dipl. Rudolphi I. Imp. Wenceslao R. Bohem. concessum 1290. ap. Tolner. in Cod. Diplom. ad calcem Hist. Palatinae p. 77. V. *Buticularius* et *Pincerna.*

ARCHIPIRATA, amiralius, classis praefectus. Gl. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Archipirata, Princeps* Gloss. Saxon. Alfr. *Archipirata, Yldert thicing*, i. e. *Pirata praecipuus.* In Charta Edgari R. Angl. a. 971. t. 1. Monast. Angl. p. 17. subscribit *Mascus Archipirata.* Ita ap. Otton. de S. Blasio c. 39. et 41. Margaritus Sicil. Reg. Guillelmi II. et Tancredi Amiratus: *Margarita Archipirata potentissimus illius terrae Baro* indigitatur,

gitatur. Item *potentiſſimus piratarum* dicitur Alberto Stadenſi a. 1195. V. *Pirata*.

† ARCHIPISCIS, piſcis delicatior, exquiſitior, V. *Archigallina*.

ARCHIPOLITES, Vgut. *Princeps civium*. Item Archiepiſcopus, Metropolitanus. Fridegod. in S. Wilfrido c. 26. Vita S. Romani Archiep. Rothom. ap. Marten. t. 3. Anecd. col. 1658.

ARCHIPONTIFEX, ſummus Pontifex; ap. Galfrid. Monemuthenſem; Archiepiſcopus, in Vita S. Theodardi Epiſc. Toloſ. p. 759. in Decretis Synodal. Aenhamenſib. c. 1. 3. etc. *Archipontificatus*, in Epiſt. S. Bonif. Mogunt. ad Cuthpertum Archiep. Cantii.

ARCHIPOPVLARES, i. q. *Archipolites*. Sallas Malaſpinae t. 2. Rer. Sicul. ap. Baluz. t. 6. Miſcell. p. 224.

ARCHIPOTA, *magnus potator*. Vgut.

ARCHIPPOCOMI, ſtabulo praefecti apud Germ. a Gr. ἀρχή, principatus, ἵππος, equus, et κομεῖν, curam gerere. V. Lexic. Hofm.

ARCHIPRÆSVL, ap. Galfrid. Monemuth. Houodenum, Ditmarum et alios, Archiepiſcopus.

ARCHIPRAESVLATVS, in Geſt. Guillel. Duc. Norm. et Reg. Angl. p. 195. Epiſt. Brunonis Archiep. Treuir. ad Reinald. Archiep. Rem. ap. Marten. t. 2. Ampliſſ. Collect. col. 624.

ARCHIPRESBYTERI dignitas alia fuit ſaeculis prioribus, alia poſterioribus. Olim enim *Archipresbyteri* dicti, qui in Eccleſia cathedrali Epiſcopi quodammodo Vicarii erant. Iſid. in Epiſt. ad Leudefred. Epiſc. Cordubenſ. Walafrid. Strabo lib. de Reb. Eccleſ. c. vlt. Breuiloquus: *Archipresbyter, princeps Presbyterorum, vel qui ſupra Clericos in aliqua eccleſia habet aliquam jurisdictionem eccleſiaſticam ſecundum conſuetudinem loci. Archipresbyteri* poſtea dicti qui hodie *Decani rurales* et Archidiaconis ſubſunt. *Archipresbyter, quod alicubi dicitur Decanus*, in Concil. Claromont. a. 1095. can. 3. *Archipresbyteri vicarii*, in Concil. Turon. II. a. 567. can. 19. *Qui Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumſpectione cuſtodiunt* etc. in Capitul. poſt Synod. Rauennatem a. 904. apud. Baron. n. 26. De his agunt idem Concil. Turon. II. a. 567. can. 7. Autiſſiodor. an. 578. can. 20. 43. 44. Synod. Remen. a. 630. can. 19. Ticinenſ. a. 850. can. 13. 853. c. 5. 6. Capitula Caroli Calui t. 5. c. 3. Gregor. IX. l. 1. tit. 34. Ioan. de Deo loco laudato etc. Multa etiam congeſſit Morinus de ſacris ordinibus part. 3. Exercit. 15. c. 2. ARCHIPRESBYTER FRANCIAE, dicitur Fulradus Abb. S. Dionyſ. in Epiſt. Ariani PP. ap. Flodoardum l. 2. Hiſt. Remenſ. c. 17. qui c. 12. *Summus Capellanus Regis Pipini* indigitatur. ARCHIPRESBYTER CARDINALIVM, ap. Bennon. in Geſt. Hiltebrandi p. 40. tituli S. Mariae Maioris nempe. V. *Cardinalis*. ARCHIPRESBYTER CAPELLANORVM, in Eccleſia Placentina, de quo et eius electione extat Charta Iacobi Praeneſtini Epiſc. a. 1236. ap. Petr. Mar. Campum in Hiſt. Eccl. Placentinae part. 1. p. 392. ARCHIPRESBYTER CIVITATENSIS. Bulla Pii Papae IV. pro Epiſcopatu Antverp. a. 1560. inter Inſtrum. t. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 315. B.

ARCHYPRESBYTERATVS, diſtrictus Archipresbyteri ruralis, ap. Arnulph. Lexov. in Ep. p. 49. Concil. a. 1591. inter Hiſp. t. 4. p. 610. col. 1. V. Altaſerram. l. 1. Diſſert. Iuris Canon. c. 16.

ARCHIPRESBYTERIATVS, eadem not. apud Ludew. t. 6. Reliq. MSS. p. 235.

ARCHIPRÊSTERATVS, eod. ſignificatu, a Gall. *Archiprêtré*.

ARCHIPRIOR, militiae templi praefectus, ap. Spelmann. Quibusdam olim *Archipriores* ſunt, qui aliis *Archipresbyteri*.

ARCHIPRIORATVS MILITIAE, in Bulla Pii IV. inter Priuilegia Equitum S. Ioan. Ieroſ. p. 169. In quibusdem Eccleſiis, vt in Santonenſi, *Archipriorasus* idem eſt ac in aliis

aliis *Archidiocenatus*, ea ſcilicet dioeceſis pars, quae ab vno pendet Archidiacono.

ARCHIPROTOPAPAS, vt *Archipapa*, primus inter Presbyteros. Epiſt. Ioannı Presb. ſ. Regi Abyſſinor. falſò adſcripta ad calcem MS. Corbeienſ. V. *Protopapa*.

ARCHIPROTOPAPATVS, dignitas Archiprotopapae. V. *Presbyter Ioannes*.

ARCHIREGNVM, hoc nomine illuſtratur Hungariae Regnum in Ioan. Troeſter Epiſt. ad Wolfgang. Forchtenauer Caeſ. ſcribam ap. Raimund. Duellium Miſcell. l. 1. p. 232.

† ARCHIROLVS, canalis arcuatus, per quem fluunt aquae, forte pro *Archiuolus*, in ſtat. ciuit. Mutin. rubr. 296. V. *Archinotum*.

ARCHIROMACHVS, V. *Anchiromacus*.

ARCHISACERDOS, Archiepiſcopus, ap. Fortunat. l. 3. Poëmat. 11. et in Vita S. Theodardi Epiſc. Narbon. ap. Catellum p. 758. in Concil. Clouesnov. a. 800. etc. Anonym. de Archiep. Salzburgenſib. ap. Mabill. t. 4. Analect.

ARCHISACRISTA. In Ch. Riccardi Com. Ayelli a. 1193 mentio fit *Archiſacriſtae Archiepiſcopii Salernitani*, ap. Vghell. t. 7. Ital. ſacr. p. 575. V. *Sacriſta*.

ARCHISCHOLARIS. Auct. de Diſcipl. Scholar. cui falſo Boetii nomen adſcriptum c. 6. *Si quis vero horum diſcipulorum ſagacitate oblectaueris, Archiſcholari coniungendus eſt, vt vel eis recordationis ſeriem fideliter imprimat, vel exarandi diligentiam commendet; magnum ſiquidem ex his vtilitatis fomentum colligitur.* Vbi *Archiſcholaris* idem videtur, qui *Proſcholus*. V. in hac voce.

ARCHISCHOLVS, ſ. *Magiſter Scholarum*, i. e. Scholaſticus; dignitas eccleſiaſtica, in Vita Lietberti Epiſc. Camerac. c. 2. et 4. vnde emendare licet Durandum l 2. Ration. c. 1. n. 14. vbi perperam *Archiacola*, pro *Archiſchola*, vti appellatur ap. Catharinum in Diſſ. de Conſuetudinibus municipalibus, p. 14

ARCHISCRIBA, primus ſcribarum. Ioan. Troeſter Epiſt. ad Wolfg. Forchtenauer Caeſ. ſcribam ap. Raim. Duel. l. 1. Miſc. p 232. V. *Archiſcriuius*.

ARCHISCRINIVS, theſaurarius eccleſiae. Ap. Beslium p. 291.

ARCHISCRIVIVS, i. q. quod *Archiſcriba*, primus inter ſcribas. Priuileg. Benedicti IX. PP. a. 1307. ap. Marten. Anecd t. 1. col. 158.

ARCHISCRVTINARIVS, officium monaſticum. V. Vghell. t. 4. pag. 1321.

ARCHISELLIVM, princeps ſedes, in Notiſ quae Tyroni aut Senecae adſcribuntur p 163.

ARCHISENESCALLVS, ſeneſcallorum primus. Hoc titulo inſignes erant Dalphini Viennenſ. Hiſt. Dalph. t. 2. p. 364. et t. 1. pag. 100. V. *Seneſcalcus*.

ARCHISENIOR. Vita S. Pharonis c. 72. *Archiſeniores principum*, i. e. praecipui inter magnates, qui Gr. ἀρχιγέροντες, primates ordinum. ſ. decuriae primi, in l. 5. Cod. de Epiſc. audientia.

ARCHISOLIVM, praecipua ſedes. Wippo de Vita Conradi Salici p. 429. ita Ottoni ad S. Blaſio c. 21. *Archiſolium Arelatenſe*, Arelate dicitur, regni Arelat. ſedes praecipua, vt c. 34. *Iconium*, *Soldani Archiſolium*; et *Panormus*, *Siciliae Archiſolium* c. 20. et 46.

† ARCHISTERIOLVM, ARCISTERIOLVM, diminut. ab *Archiſterium*, monaſterium. Ch. a. 1007. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. pag. 165. V. *Aſceterium*.

ARCHISTERIVM, monaſterium. Hiſt. Translat. S. Martialis ap. Stephanot. inter Fragm. MSS. t. 2. V. *Aſceterium*.

† ARCHISTERIVS, eadem notione, in Ch. a. 986. in Append. ad Marcam Hiſpan. p. 933.

ARCHISTRATEGVS, imago S. Michaelis Archang. in vexillo picta. V. *Archiſtraticus*.

ARCHISTRATEIVS, rex, dux exercitus. Vox Graeca. Acta SS. Ordin. S. Bened. ſaec. 3. parr. 1. p. 188.

ARCHISTRATICVS. *Monaſterium S. Archiſtratici*. Ch. a. 1077. ap. Vghell. t. 7. Ital. ſacrae p. 110. Ita appellabant monaſterium S. Michaeli dica-

dicatum, quem Principem militiae coeleſtis vocant patres. Luitprand. l. 1. c. 2. l. 3. c. 8.

ARCHISVBDIACONVS, primus inter *Subdiaconos*, quemadmodum *Archidiaconus*, primus inter *Diaconos*. Ordo Romanus, et in Concil. Autiſſiodor. can. 6. vbi Codices alii habent *Subarchidiaconus*.

ARCHITARIVS, pro *Architector*. Gregor. Turon. l. 2. de Mirac. S. Martini c. 1.

ARCHITECTA, tecta, aedificia. Spicil. Acher. t. 8. p. 94. in Attonis libello de preſſuris eccleſ. *Architecta reparari*.

ARCHITECTARE, fabricare, extruere. Obſidion. Iadrenſ. l. 1. c. 38.

ARCHITECTOR, vel ARCHITECTVS, faber, qui facit tecta. Ioan. de Ianua et in Vita B. Torelli Papienſis n. 11.

ARCHITENENS, pro *Arciteneus*, ſagittarius, ap. Baluz. t. 2. Hiſt. Auern. p. 463. et Rymer. t. 9. p. 392.

ARCHITERIVM, V. *Aſceterium*.

† ARCHITES, pro *Aſcites*, a Gr. ἀσκίτης, hydropiſis ſpecies. Acta SS. t. 1. Aug. p. 272. V. ibi notam Editorum.

ARCHITHEATER, archimimus, aut qui primas in theatro obtinebat ap. S. Auguſtin. Epiſt. 67. niſi hoc loco *Archiater* legendum ſit, vti contendit Fileſacus l. 1. Select.

ARCHITON. Epiſt. Apolog. Ludov. II. Imp. ad Baſilium Imp. ap. Baron. a. 871. n. 61. *Sed nec hoc admiratione caret quod aſſerit, principem Arabum Protoſymbolum dici, cum in voluminibus noſtris nil tale reperiatur, et veſtri codices modo Architon, modo regem, vel alio quolibet vocabulo nuncupent.* Vbi legendum videtur *Archonta*, ἀρχοντα.

ARCHITRICLINIVM, in monaſteriis. Bernard. Monach. in Conſuet. Cluniac. MSS. c 48. *Quae* (benedictio) *dum dicitur, interim praefatus Dapifer ſtat vltimus ante Architriclinium, et poſtea facit ante et retro* etc. S. Willelmi Conſtit. Hirſaug. c. 97. *Dum benedictio a Sacerdote compleatur, praefatus Dapifer ſtat inclinis ante Architriclinium et tunc facit ante ſe et retro.* Vtrobique *Architriclinium* ſumitur, pro menſa ſuperiori, ad quam ſedet Abbas, aut is qui fratribus praeeſt in refectorio.

ARCHITRICLINVS. (1) Pro *Metropolitanus, Archiepiſcopus*. Tidericus Langenius in Saxonia. (2) Ἀρχιτρίκλινος, Iſidoro, *Maior domui*. In Euang. S. Ioan. 2, 9. Qui praeeſt apparando conuiuio. V. *Feſtum Architriclini*.

† ARCHITVS, *inſtructo e docto*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† ARCHIVARE, in acta publica, quae in *Archivio* ſeu ſcrinio aſſeruantur, referre. Reg. Cam. Comput. Aguenſ.

ARCHIVILLANVS, primus inter villanos, qui primas tenebat inter non nobiles. Chron. Andrenſe t. 9. Spicil. Acher. p. 661. V. *Villanus*.

ARCHIVM, ſ. ARCHIA, principatus, magiſtratus, a Gr. Ἀρχεῖον. Antiq. Eccleſ. Ritus, lib. 1. p. 379. n. IV. V. *Archiuum* et *Archia*.

ARCHIVOLTVM. Ius Vincen. l. 4. *Teneantur reparare et facere archiuoltum, ſeu receptaculum ſubtus terram, quod recipiat omnem ſpurcitiam* etc. Ex Ital. *arco* et *volto*. V. *Volta*.

† ARCHIVOTVM, eiusdem originis et ſignificationis atque *Archiuoltum*, fornix, concameratio. Stat. crimin. Saonae c. 17. p. 23.

ARCHIVVM, ARCHIVIVM, ARCHIBVS, ARCEPS etc. Scrinium, locus vbi aſſeruantur Chartae publicae. Iſid. l. 20. Orig. c. 9. *Arca dicta, quod arceat viſum atque prohibeat. Hinc et archiuum, hinc et arcanum id eſt, ſecretum, vnde caeteri arcentur.* Ex eo Papias: *Arca dicta, quod arceat viſum vel furem; hinc et archiuum ſecretum.* Alibi: *Archiua, armaria, tabularia dicta, quod arceant, id eſt, prohibeant viſum; hinc archiui, librarii, vel armarii dicuntur.* Tertull. Apolog. c. 19. *Referenda antiquiſſimarum gentium archiua.* L. Wiſig. l. 12. t. 3. §. 28. *Archiua Eccleſiae*. Gregor. Turon. l. 9. Hiſt. c. 42. *Vniuerſalis Eccleſiae archiuum.* Annal. Francor. a. 813. *Et in archiuo*

vno palatii exemplaria illarum habebantur. Archiuum palatii habetur etiam in Ch. Ludov. Pii a. 19. Imperii in Tabul. S. Dionyſ. n. 26. quod et *imperialis aulae reconditorium* ibid. appellatur. Flodoard. l. 2. Hiſt. Remenſ. c. 19. *Archiuum Eccleſiae tutiſſimis aedificiis - - conſtruxit.* Adde Baldric. in Chron. Camerac. l. 1. c. 76. Hac voce vſus eſt Vlpianus. ARCHIVM, *Archia Romana*, ap. Tertull. l. 3. aduerſ. Marcionem. Vtitur etiam Paulus l. 4. Sentent. t. 6. vbi Cuiacius. ARCHIVVM, ap. Anaſt. Bibl. in S. Siricio et in S. Caeleſtino PP. ARCIVVM, Will. Brito in Vocabul. *Arcium*, *librarium vel armarium.* Leo Oſtien. l. 3. c. 30. ARCIVS, Agnell. lib. Pontif. ap. Murat. t. 2. p. 157. col. 2. ARCIBVS, formulae veteres c. 9. ARCHIBVS in Conciliis Africanis ſub Caeleſtino can. 53. et ſub Innocent. I. Gloſſae MSS. ad ead. Concil. *Arcibus*, *armarius*, *liberalius.* Eaed. Gloſſ. *Arcinas*, *arcas.* Vet. Scheda ſcripta a. 7. Tiberii Imp. Conſtant. ap. Io. Mabill. t. 2. Analect. p. 12. ARCEPS, Marculfus l. 2. for. 38.

ARCHIZVPANVS, regionis praepoſitus. V. *Zupanus.*

ARCHON, vel ARCHOS, Archiepiſcopus. Vita S. Dunſtani Epiſc. Cantuar. t. 4. Maii p. 346. Vita S. Romani Rothom. Archiep. ap. Marten. t. 3. Anecd. col. 1657. V. *Archontes.*

† ARCHONCIANI, iidem qui *Archontici*, vide in h. v.

ARCHONIVM, Ioanni de Ianua, *dicitur acerrus manipulorum, vel aliarum rerum.* W. Brito in Vocab. MS. et Mamotrectus: *Archonium dicitur acerrus manipulorum, vel gelimarum, vel aliarum rerum. Gelima autem dicitur garba; et dicitur garba, quod genu et manibus ligata eſt. Dicitur Archonium ab arctus* etc. Lib. Ruth. c. 3. v. 7. Cod. MS. S. Germani Pariſ. *Ad dormiendum juxta archonium manipulorum venit.* Vbi Hugo Cardin. *Archonium eſt acerrus gelimarum in imo latus, in ſummo acutus.* Hoc vero loco *acerrum manipulorum* praefert Edit. vulg.

ARCHONIZARE, ſ. ARCONIZARE, manipulorum aceruos congerere.

ARCHONTES, proceres. Fridegod. in S. Wilfrid. c. 11. et 47. Ita porro appellabatur Magnates aulae Conſtant. IV. Tyrius l. 20. c. 18. Luitprand. l. 3. c. 9.

ARCHONTICI, Valentini ſectatores, ſic appellati, quod mundum vniuerſum a Deo conditum opus eſſe ἀρχόντων ſeu Principum ſomniarent. Negabant reſurrectionem carnis, diuinaque abiiciebant ſacramenta, dicentes incorporalia non poſſe corporalia communicari. De his Tertull. Epiphan. Theodoret. Auguſtin. Baron. ad a. 175. et alii.

† ARCHOS, Archiepiſcopus. Epithaph. Aimari archiep. Ebredun. an. 1245. t. 3. Gall. Chriſt. V. *Archon.*

ARCHOTVS, fornix, Ital. *Arco* Gall. *Arc*, *Arcade.* Chron. Parm. ad an. 1290. ap. Murat. t. 9. col. 818.

ARCHVS. (1) Princeps, vel magiſtratus. Paſſio S. Marcianae Virg. MS. (2) I. q. *Archotus.* Chron. Parm. ad a. 1294. ap. Murat. t. 9. col. 827. (3) Pro *Arcus.* Statuta Augeri Epiſc. Conferan. ſaec. XIII. in MS. Sangerman. (4) Sagittarius, V. *Arcatores.*

ARCHVTOMAM, *antiquitatem vel principatum.* Papias MS. Eccleſ. Bitur. Vox corrupta, pro qua forte reſtituendum *Archaismum*, a Gr. Ἀρχαϊάμος, *antiquitas.*

ARCHYMINVS, Hiſt. Pontif. Rom. ap. Stephanot. t. 7. Fragm. MS. pag. 143. *Alcuino Carolus Monaſterium S. Domini Martini Turone regendum commiſit. - - Duo Angeli dormitorium intrantes Monachos omnes* (parum tunc temporis religioſos) *extinxerunt vno excepto, qui Angelos videbat, qui ne occideretur, ſed ad Primam agendam reſeruaretur, vix ab Angelis obtinuit. Poſt vitam laudabilem Archyminus eius Monaſterii tumulatus eſt.* Quis fuerit *Archyminus* haud facile eſt diuinatu. An ſecundus ab Alcuino Abbate, a Graeco ἀρχός, princeps, primus, et Latino *minor?*

† ARCIA

dicatum, quem Principem militiae coeleſtis vocant patres. Luitprand. l. 1. c. 2. l. 3. c. 8.

ARCHISVBDIACONVS, primus inter *Subdiaconos*, quemadmodum *Archidiaconus*, primus inter *Diaconos*. Ordo Romanus, et in Concil. Autiſſiodor. can. 6. vbi Codices alii habent *Subarchidiaconus*.

ARCHITARIVS, pro *Archiater*. Gregor. Turon. l. 2. de Mirac. S. Martini c. 1.

ARCHITECTA, tecta, aedificia. Spicil. Acher. t. 8. p. 94. in Attonis libello de preſſuris eccleſ. *Architecta reparari.*

ARCHITECTARE, fabricare, exſtruere. Obſidion. Iadrenſ. l. 1. c. 38.

ARCHITECTOR, vel ARCHITECTVS, faber, qui facit tecta. Ioan. de Ianua et in Vita B. Torelli Papienſis n. 11.

ARCHITENENS, pro *Arciteneus*, ſagittarius, ap. Baluz. t. 2. Hiſt. Auern. p. 463. et Rymer. t. 9. p. 392.

ARCHITERIVM, V. *Aſceterium.*

† ARCHITES, pro *Aſcites*, a Gr. ἀσκίτης, hydropiſis ſpecies. Acta SS. t. 1. Aug. p. 272. V. ibi notam Editorum.

ARCHITHEATER, archimimus, aut qui primas in theatro obtinebat. ap. S. Auguſtin. Epiſt. 67. niſi hoc loco *Archiater* legendum ſit, vti contendit Fileſacus l. 1. Select.

ARCHITON. Epiſt. Apolog. Ludov. II. Imp. ad Baſilium Imp. ap. Baron. a. 871. n. 61. *Sed nec hoc admiratione caret quod aſſerit, principem Arabum Protoſymbolum dici, cum in voluminibus noſtris nil tale reperiatur, et veſtri codices modo Architon, modo regem, vel alio quolibet vocabulo nuncupent.* Vbi legendum videtur *Archonta*, ἀρχοντα.

ARCHITRICLINIVM, in monaſteriis. Bernard. Monach. in Conſuet. Cluniac. MSS. c 48. *Quae* (benedictio) *dum dicitur, interim praefatus Dapifer ſtat vltimus ante Architriclinium, et poſtea facit ante et retro* etc. S. Willelmi Conſtit. Hirſaug. c. 97. *Dum benedictio a Sacerdote compleatur, praefatus Dapifer ſtat inclinis ante Architriclinium et tunc facit ante et retro.* Vtrobique *Architriclinium* ſumitur, pro menſa ſuperiori, ad quam ſedet Abbas, aut is qui fratribus praeeſt in refectorio.

ARCHITRICLINVS. (1) Pro *Metropolitanus, Archiepiſcopus.* Tidericus Langenius in Saxonia. (2) Ἀρχιτρίκλινος, Iiidoro, *Maior domni.* In Euang. S. Ioan. 2, 9. Qui praeeſt apparando conuiuio. V. *Feſtum Architriclini.*

† ARCHITVS, *inſtructo e docto*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† ARCHIVARE, in acta publica, quae in *Archiuio* ſeu ſcrinio aſſeruantur, referre. Reg. Cam. Comput. Aguenſ.

ARCHIVILLANVS, primus inter villanos, qui primas tenebat inter non nobiles. Chron. Andrenſe t. 9. Spicil. Acher. p. 661. V. *Villanus.*

ARCHIVM, ſ. ARCHIA, principatus, magiſtratus, a Gr. Ἀρχεῖον. Antiq. Eccleſ. Ritus, lib. 1. p. 379. n. IV. V. *Archiuum* et *Archia.*

ARCHIVOLTVM. Ius Vincen. l. 4. *Teneantur reparare et facere archiuoltum, ſeu receptaculum ſubtus terram, quod recipiat omnem ſpurcitiam* etc. Ex Ital. *arco* et *volto.* V. *Volta.*

† ARCHIVOTVM, eiusdem originis et ſignificationis atque *Archiuoltum*, fornix, concameratio. Stat. crimin. Saonae c. 17. p. 23.

ARCHIVVM, ARCHIVIVM, ARCHIBVS, ARCEPS etc. Scrinium, locus vbi aſſeruantur Chartae publicae. Iſid. l. 20. Orig. c. 9. *Archa dicta, quod arceat viſum atque prohibeat. Hinc et archiuum, hinc et arcanum id eſt, ſecretum, vnde caeteri arcentur.* Ex eo Papias: *Arca dicta, quod arceat viſum vel furem; hinc et archiuum ſecretum.* Alibi: *Archiua, armaria, tabularia dicta, quod arceant, id eſt, prohibeant viſum; hinc archiui, librarii, vel armarii dicuntur.* Tertull. Apolog. c. 19. *Referenda antiquiſſimarum gentium archiua.* L. Wiſig. l. 12. t. 3. §. 28. *Archiua Eccleſiae*, Gregor. Turon. l. 9. Hiſt. c. 42. *Vniuerſalis Eccleſiae archiuum.* Annal. Francor. a. 813. *Et in archiuo*

ibino palatii exemplaria illarum habebantur. Archiuum palatii habetur etiam in Ch. Ludov. Pii a. 19. Imperii in Tabul. S. Dionyſ. n. 26. quod et *imperialis aulae reconditorium* ibid. appellatur. Flodoard. l. 2. Hiſt. Remenſ. c. 19. *Archiuum Eccleſiae tutiſſimis aedificiis - - conſtruxit.* Adde Baldric. in Chron. Camerac. l. 1. c. 76. Hac voce vſus eſt Vlpianus. ARCHIVM, *Archia Romana*, ap. Tertull. l. 3. aduerſ. Marcionem. Vtitur etiam Paulus l. 4. Sententt. t. 6. vbi Cuiacius. ARCHIVVM, ap. Anaſt. Bibl. in S. Siricio et in S. Caeleſtino PP. ARCIVVM, Will. Brito in Vocabul. *Arcium*, *librarium vel armarium.* Leo Oſtien. l. 3. c. 30. ARCIVVS, Agnell. lib. Pontif. ap. Murat. t. 2. p. 157. col. 2. ARCIBVS, formulae veteres c. 9. ARCHIBVS in Conciliis Africanis ſub Caeleſtino can. 53. et ſub Innocent. l. Gloſſae MSS. ad ead. Concil. *Arcibus*, *armarius*, *liberalius*. Eaed. Gloſſ. *Arcinas*, *arcas*. Vet. Scheda ſcripta a. 7. Tiberii Imp. Conſtant. ap. Io. Mabill. t. 2. Analect. p. 12. ARCEPS, Marculfus l. 2. for. 38.

ARCHIZVPANVS, regionis praepoſitus. V. *Zupanus.*

ARCHON, vel ARCHOS, Archiepiſcopus. Vita S. Dunſtani Epiſc. Cantuar. t. 4. Maii p. 346. Vita S. Romani Rothom. Archiep. ap. Marten. t. 3. Anecd. col. 1657. V. *Archontes.*

† ARCHONCIANI, iidem qui *Archontici*, vide in h. v.

ARCHONIVM, Ioanni de Ianua, *dicitur acerrus manipulorum, vel aliarum rerum.* W. Brito in Vocab. Ms. et Mamotrectus: *Archonium dicitur acerus manipulorum, vel gelimarum, vel aliarum rerum. Gelima autem dicitur garba; et dicitur garba, quod genu et manibus ligata eſt. Dicitur Archonium ab arctus* etc. Lib. Ruth. c. 3. v. 7. Cod. MS. S. Germani Pariſ. *Ad dormiendum juxta archonium manipulorum venit.* Vbi Hugo Cardin. *Archonium eſt acerus gelimarum in imo latus, in ſummo acutus.* Hoc vero loco *acerum manipulorum* praefert Edit. vulg.

ARCHONIZARE, ſ. ARCONIZARE, manipulorum aceruos congereré.

ARCHONTES, proceres. Fridegod. in S. Wilfrid. c. 11. et 47. Ita porro appellabatur Magnates aulae Conſtant. IV. Tyrius l. 20. c. 18. Luitprand. l. 3. c. 9.

ARCHONTICI, Valentini ſectatores, ſic appellati, quod mundum vniuerſum a Deo conditum opus eſſe ἀρχόντων ſeu Principum ſomniarent. Negabant reſurrectionem carnis, diuinaque abiiciebant ſacramenta, dicentes incorporalia non poſſe corporalia communicari. De his Tertull. Epiphan. Theodoret. Auguſtin. Baron. ad a. 175. et alii.

† ARCHOS, Archiepiſcopus. Epithaph. Aimari archiep. Ebredun. an. 1245. t. 3. Gall. Chriſt. V. *Archon.*

ARCHOTVS, fornix, Ital. *Arco* Gall. *Arc*, *Arcade.* Chron. Parm. ad an. 1290. ap. Murat. t. 9. col. 818.

ARCHVS. (1) Princeps, vel magiſtratus. Paſſio S. Marcianae Virg. MS. (2) I. q. *Archotus.* Chron. Parm. ad a. 1294. ap. Murat. t. 9. col. 827. (3) Pro *Arcus.* Statuta Augerii Epiſc. Conferan. ſaec. XIII. in MS. Sangerman. (4) Sagittarius, V. *Arcatores.*

ARCHVTOMAM, *antiquitatem vel principatum.* Papias MS. Eccleſ. Bitur. Vox corrupta, pro qua forte reſtituendum *Archaismum*, a Gr. Ἀρχαϊσμος, *antiquitas.*

ARCHYMINVS, Hiſt. Pontif. Rom. ap. Stephanot. t. 7. Fragm. MS. pag. 143. *Alcuino Carolus Monaſterium S. Domini Martini Turone regendum commiſit. - - Duo Angeli dormitorium intrantes Monachos omnes* (parum tunc temporis religioſos) *extinxerunt vno excepto, qui Angelos videbat, qui ne occideretur, ſed ad Primam agendam reſeruaretur, vix ab Angelis obtinuit. Poſt vitam laudabilem Archyminus eius Monaſterii tumulatus eſt.* Quis fuerit *Archyminus* haud facile eſt diuinatu. An ſecundus ab Alcuino Abbate, a Graeco ἀρχός, princeps, primus, et Latino, *minor?*

† ARCIA

† ARCIA, ſignum finale, limes, i. q. *Arca* 1. Praecept. Caroli Simpl. an. 898. in Append. ad Marc. Hiſpan. p. 829. V. *Arciſmius*.

ARCIBVM, V. *Archum*.

ARCIFINIVS AGER, qui nulla menſura, nec vllis limitibus claudebatur, ſed montibus, aut viis, riuis, fluuiis, arboribus aut quodam culturae diſcrimine terminabatur. Vide Agrimenſores.

ARCIGAYE, V. *Archegaye*.

ARCIGER, Sagittarius, Gall. *Archer*, ap. Murr. in Itinerario Litter. t. 2. p. 379.

† ARCIGVELFI, Guelforum fautores praeciputi, in Annal. Boninconrii an. 1390. ap. Murator. t. 21. Script. Ital. p. 54.

ARCILAVRVS. Gloſſ. Iſon. Magiſtri: *Rhododaſnin: Arcilaurum, genus herbae, id eſt, Arcilauros, i. foliis ſimilis lauro: nam daſnis Gr. laurus dicitur*.

† ARCILE, ſcrinium, arca, apud Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1099.

ARCILLA, pro *Argilla*. Suppl. Antiqu. *Arcilla, πηλὸς λευκὴ, Argilla, terra alba*.

ARCINA, V. *Arſina*.

ARCIO, V. Arctio.

† ARCISCRANNA, ſcamnum maius cum cubiti ſulmentis ad vtramque partem extremum, ab Ital. *Scranna*, ſcamnum. Acta Mſ. notarii Senenſ. ad a. 1285. in Bibl. reg.

ARCISTA, *Arciſtes, Sagittarius*, in Gloſſ. Lat. MS. et ap. Papiam. *Arcites*, in Gloſſ. Iſid. Gloſſ. L. Gr. *Arcutes, τοξότης*, vbi alii legunt *Arquites*, vel *Arquites*, vt ap. Feſtum. Aldhelmus Abb. Malmesb. Odo Cluniac. l. 1. de Vita S. Geraldi c. 4. et in V. S. Fructuoſi Epiſc. Bracar. c. 4.

ARCISTERIOLVM, V. *Archiſterioluum*.

ARCISTERIVM, V. *Aſcesterium*.

ARCITENENS, i. q. *Arciſta* in Archiuo Caſtri Nannet. armar. K. n. 58.

ARCITES, V. *Arciſta*.

ARCIVA VLVA, *ἀλθήλη, Panicula*. Suppl. Antiqu. Graecis *ἀνθήλη*, flos eſt euadens in lanuginem.

ARCIVVS, *τορκτικὸς, κωλυτικὸς*, in Gloſſ. Gr. Lat. V. *Archiuum*.

ARCLA. (1) Pro *Arcula*, *κιβώτιον, σωρὸς, κάμαξα, λάρναξ*, in Vet. Gloſſis MS. Editae vero perperam *Arcela* praeferunt. V. Gloſſ. med. Graecit. in Ἀρκλα. (2) † Inſtrumentum ruſticum, vt videtur, in Ch. ex tabular. Caſſin. deſcripta a D. de Montefalc. *E X ſarclos, e VI. arclas*.

† ARCO, equeſtris ſellae arcus, Gall. *Arçon*. Ch. a. 1301. in Bibl. reg.

ARCOBALISTA, in Breuil. *genus baliſtae*. *Χειροβαλίστρα*, Heroni in illius deſcriptione; Gallis *Arbaleſte*. Vox nota.

† ARCOLA. Inuent. a 1342. ex Tabul. Maſſil. *Vnum lectum munitum de vna culcitra virgata, vno pulunari, quatuor drapis pili lini, quatuor linteaminibus arcolae - - Et aliam mappam arcolae*. Italis *arcolo* eſt deuolutorium. Vide an huc pertineat.

ARCOLEONTES, V. *Agrioleontes*.

ARCOMEGISTVS, a Gr. *ἄρχων* vel *ἀρχὸς*, princeps, et *μέγιστος*, maximus. Acta SS. t. 4. Iulii p. 461.

† ARCONIVM, i. q. *Archonium*, manipulorum congeries, in Cod. Mſ. B. M. Pariſ.

† ARCONIVS, locus vbi foenum congeritur et aſſeruatur, in Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

ARCONIZARE, V. *Archoniuare*.

† ARCONNARE, plectro, quod Gallis *Arçon* dicitur, lanam praeparare, Gall. *Arçonner*, Germ. mit dem Fachbogen ſchlagen. Areſt. a. 1399. in Vol. 9. Areſt. Parlam Pariſ.

ARCONNARIVS, qui inſtrumento, inſtar plectri confecto (Germ. Fachbogen.) lanam diſponit ad opera lanea conficienda. Gall. *Arçonneur*; praeſertim petaſorum opificibus vox nota. Charta Theobaldi Bleſen. et Clarimont. Com. 1214. pro Carnotenſibus.

† ARCONOMOLA, locus vbi *Archonia* reconduntur. Synod. Sodorenſis in Mannia c. 1. V. *Archonium.*

ARCORA, Papiae *dicuntur, quae ſuper columnas ſunt.* Germ. Aerker. Arcus, numero pluralis fem. gen. Solent enim Longobardici Scriptores, vereres praeſertim, nomina quaedam Maſc. gen. per *ora* in plurali fem. efferre, v. g. *il corpo, le corpora*, pro *i corpi, pratora*, pro *prati; gradora* pro *gradus; fundora* pro *fundi.* Sic ap. Anaſtaſ. Bibl. in Vitis Pontif. paſſim *Arcora* pro *Arcus* ponitur, vti docent variantes lectiones ad hunc Script. Edit. Regiae p. 285. 305. 306.

ARCOVOLVS, *Arcuolitus.* Ch. an. 922. apud Vghell. in Epiſcop. Veron. *Loco igitur dotis offero eidem oratorio inter Arcuolitos et Arcuolos numero 7. nec non et hortum in eodem caſtro poſitum.* Infra: *Seu et Arcuolos et Arcuolitos poſitos prope oratorium noſtrum*, etc. Italis *Arcuolto*, eſt fornix, camera, *Arcuolare*, locum fornice tegere. Vide an ad hunc locum quadret.

ARCTAMENTVM, quicquid arctat et claudit, vt ſerra, peſſulus, vectis etc. Agnellus lib. Pontif. apud Murat. tom. 2. pag. 163. *Et orans diutiſſime - - in ardica eccleſiae ipſius Apoſtoli ingreſſus eſt, et pateſactis omnibus clauſtris, pronus in terra oravit. Poſt orationem receſſit, et ianuae clauſae ſunt, omnia illorum arctamenta diſcurrerunt, vnaquaque in locum ſuum.* Pro *ardica* forte leg. *adyta.*

ARCTIO, ARCIO, Franc. *Arçon de la ſelle*, Hiſpan. *Arzon*, Ital. *Arcione. Arcus*, apud Fridericum II. Imperat. lib. 2. de Arte venandi cap. 71. Ioannes Monachus in Vita S. Odonis Abb. Cluniac. lib. 2. *Praeditum namque ſaeculum nec tunc pauperi reddidit, ſed arcioni ſellae appendit.* Vbi ſic emendat Cangius, pro *arctiori.* Eſt enim *Arcio*, idem quod Gallis *Arçon de la ſelle*, ephippii ſeu ſellae *arculus.* Salmaſ. ad Hiſtor. Aug. *Arciones vocamus, ab arcu, quod in modum arcus ſint incurui.*

ARCTITAS TEMPORIS, temporis anguſtiae. Litterae Iohannis Abb. S. Tiberii ad Carol. VII. Franc. Regem an. 1427.

ARCTITVDO NEGOTIORVM, moles onerum, apud Acherium Spicil. to. 2. p. 564.

ARCTOS, Septemtrio, ſic dictus ab ἄρκτος, ſidus coeleſte, quod hocce ſignum ſeptemtrionales mundi partes ſimiat. Sigebert. Leuita ap. Leibnit. Script. Brunſuic. T. I. p. 608.

ARCVARE, arcum tendere. Ch. Henrici de Soliaco an. 1240. apud Duchesnium in Probat. Hiſt. Drocenſis pag. 274. ARCVARE REBECAM, Barbitum plectro tangere. Eſt autem *Rebeca* imperfecta minorum fidium ſpecies. Aimericus de Peyrato Abbas Moiſiacenſis, in Vita Caroli Magni ex codice 1343. Biblioth. Regiae. † Interdum ARCVARE i. e. ac arcu venari, in Ch. Mſ. in Bibl. reg.

† ARCVARIVS, ſagittarius, Gall. *Archer.* Ch. Phil. Pulcri a. 1299. Mſ. V. *Archerius.*

ARCVBALISTARIVS, ſagittarius, Gall. *Arbaletrier*, qui mittit ſagittas arcu, vel etiam qui facit arcus. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 178.

ARCVBALISTVS, Sagitta. Rymer. to. 4. pag. 367.

ARCVBIAE, *qui excubant in arce*, apud Feſtum. V. *Arcubius.*

ARCVBIVS, miles arcis cuſtos. Gloſſ. Iſidori, Ioan. de Ianua: *Arcubius, qui cubat in arce.* Hiſt. Dalphin. t. 2. p. 561. Gloſſ. MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Arcubius, ille qui cubat in arce. Componitur ex arx et cubo.*

ARCVBVSARII a Sclopetariis diſtinguuntur in Comment. Franciſci Carpezani apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 1417. *Ducebat primam aciem ipſe cum ſexcentis equitibus leuis armaturae, totidemque ſclopetariis ac pari numero arcubuſariis, (nomen certe nouum, nec hactenus, quod ſciam latinitate donatum.)* V. *Arcubuſus.*

ARCVLA. (1) Κίστοβος, λάρναξ, in Gloſſ. Lat. Gtaec. Marcellus Presbyt. in Vita S. Felicis Presb. Nolani can. 3. *Sed nec ſtonante ſibi ſun-*

Ita arcula de praedio curauit accipere. Id eſt, aerario eccleſiaſtico, ex quo ſportulae Presbyteris diſtribuebantur, vt docemur ex S. Cypriano Epiſt. 34. 66. Vide Meurſium in Ἄρκλαν, et Gloſſ. med. Graecit. (2) *Vehiculum hominis vnius.* Vgutio. V. *Arca.*

† ARCVLARIVS, arcarum opifex, Gall. olim *Archier*, Germ. Bogener. Vitur Plautus. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. *Arcularius, che fa arche.*

ARCVLES, V. *Arciſta.*

ARCVLIS, *Circulis*, in Gloſſ. Iſid. *Arculum.* inquit Feſtus, *appellabant Circulum, quem capiti imponebant ad ſuſtinenda commodius vaſa, quae ad ſacra publica capite portabantur.* Gallis dicitur *Bourlet.*

† ARCVRA, arcus, arculus. Comput. Mſ. fabricae S. Petri Inſul. an. 1469.

ARCVS. (1) Papias: *Arcus vel fornix curuatus, aut camera, ad ſimilitudinem eius plicitus.* Chron. Parmenſe apud Murat. tom. 9. col. 803. Interdum idem quod *Apſis. Arcus Presbyteri*, apud Anaſtaſ. pag. 157. Paulus Warnefr. in Epiſcop. Metenſ. *Fabricare juſſit - - altare ipſius atque cancellos, presbyterium, arcusque per gyrum.* Interdum, nec ſemel, vocem hanc vſurpat idem Anaſtaſius pro ornamento quodam, in aedibus ſacris appendi ſolito, ſic forte dicto, quod arcus formam haberet. In Leone I. In Leone III. In Paſchali. In Leone IV. quibus in locis per *Arcum* nihil aliud ſignificari exiſtimat Cangii editor, quam coronas quae altaribus offerri ſolent. Adde p. 152. 153. 188. 205 etc. ARCVS, aditus Baſilicarum ſeu arearum, quae olim ante Baſilicas proſtabant. S. Paulinus Epiſt. 32. num. 13. Et ibidem n. 15. ARCVS RECORDATIONIS. Locus ſic dictus Romae. Vide to. 4. Analectorum Mabill. pag. 503. et 512. ARCVS TORALIS, cancelli, qui ſeparant ſanctuarium vel chorum a naui in Baſilicis, ſic forte dicti, quod pars januae ſuperior arcus ſpeciem referret. Sed vnde *Toralis*? Legendum eſt pro *chorales.* Concilium an. 1528. inter Hiſp. to. 4. pag. 239. HONOR ARCVVM. Cencius Camerarius in Ceremoniali: *Miſſa autem celebrata, reuertitur ad Palatium coronatus cum proceſſione et honore arcuum, repraeſentatione legis a Iudaeis*, etc. Infra: *Vniuerſae etiam ſcholae Palatii, Clerici Romani pro thuribulo, Iudaei pro repraeſentatione legis, ſtructura arcus tale Presbyterium accipiunt* etc. (2) ARCVS DE AVBOVR, in Monaſtico Anglicano tom. 2. pag. 602. Arcus bellici ſpecies. Regeſtum Philippi Auguſti fol. 159. *Habet ſagittam et Arcum de Aubour cum corda.* Le Roman. de Garin. MS.

Arc d'Aubour porte, et ſajetes d'acier.

ARCVS BALEARIS, Baliſta, *Arcubaliſta, Arbalête*, ap. Albertum Aquenſ. lib. 1. cap. 35. lib. 3. cap. 41. lib. 6. cap. 9. 16. V. *Arcio.* (3) ARCVS CVCTONIS. Chron. Richardi de S. Germano apud Murat. tom. 7. col. 1031. *De Tunninis et Sardellis ſeruabitur forma, de jure cannarum idem, de lana Syriae idem, de bambace idem, et de arcu cuctonis idem.* Voce *Cuctonis* Cangii editor intelligit goſſypium, Gall. *Coton*, ſed cur *Arcus* addatur illi incompertum. (4) † ARCVS, *apud Paulum dicitur anus, podex.* Gloſſ. med. Simon. Ianuenſ. ex Cod. reg. 6959.

ARCVSBVSVS, Sclopetus, Gall. *Arquebuſe.* Vita B Amati Saludecienſis, tom. 2. Maii pag. 353. V. *Arcubuſarii.*

ARCVTENENS, Sagittarius, pro *Arcitenens.* Vita S. Fructuoſi Archiep. tom. 2. Aprilis p. 432.

ARCVTES, V. *Arciſta.*

† ARDA, paſcuum. Lambert. Ardenſ. in hiſt. comit. Giſnenſ. a Valeſio laudatus p. 36. *Ille locus, eo quod paſcuus erat, a paſtura, vt aiunt incolae, dicebatur arda.*

ARDALIO. Gloſſ. Iſid. *Ardalio, gluto, vorax, manduco.* Ioan. de Ianua: *Ardelio: leccator, qui ardens eſt in leccacitate, vel leccatione.* Occurrit apud Martialem et alios.

ARDALIVM, V. *Ordalium.*

ARDAMO. Gloſſ. Aelfrici: *Ardamo, i. guſto: Ang. Fermecge.*

ARDARICANVS, monetae ſpecies. Additamentum 2. Leges Burgundionum §. 6. *De monetis ſolidorum praecepimus cuſtodire, vt omne aurum quodcumque penſauerit, accipiatur, praeterquam iſtas 4. monetas Valentiniani, Genauenſis, et Gothium, qui a tempore Alarici regis adaerati ſunt, et ardaricanos.* Ab Ardarico Gepidum Rege potentiſſimo, cuius nomine erant inſigniti. Conſule Valeſium tom. 1. Hiſt. Franc. pag. 408. † Feliciori coniectura *Armoricanos* reſtituere videtur Duboſius l. 2. c. 3. Hiſt. Crit. Monarch. Franc.

ARDENTES, appellati a Gallis, qui igneo quodam morbo correpti, toti quodammodo *ardebant*, et membris depaſtis, ſenſim conſumebantur; vnde *ignis gehennae* dicitur in Vita S. Eleutherii Epiſcopi Tornacenſis n. 19. Hunc morbum veteres *ſacrum ignem*, Germ. das heilige Feuer, vocabant, *hoc eſt, crudelem et peſſimum*, quomodo Donatus ad 7. Aeneid. Virgilii vocem *ſacer* interpretatur: *vnde*, ſubdit ille, *et ignis ſacer dicitur morbus, qui hominem pernicioſe perſequitur.* Idem Virgilius 3. Georg.

- - - Nec longo deinde morantis
Tempore, contactos artus ſacer
ignis edebat.

Ἐρυσίπελας Graecis nuncupatur, vt eſt in Gloſſ. Graec. Lat. MS. vbi *ignis ſacer, et igniſacer*, redditur. Liber Miraculorum S. Theodorici Abbatis Remenſis. Cur porro *Ardentes* dicti, qui hoc morbo laborabant, indicat Anonymus de Miraculis S. Agili cap. 5. *Deus per eius meritum operatur ſanationes, et maxime ardentium reſtinguit ignes.* Et Letaldus Monachus in Miraculis S. Maximini Abbatis Miciacenſis: *Medio fere Auguſti ingens lues populum Aurelianenſem deuaſtare coepit: diuino etenim igne membra ardebant humana, cuius ardori nulla poterat concurrere ars humana.*

ARDERE. (1) Lignatio, Germ. Feuerung: Tabular. Fontanell. vol. 1. pag. 32. *Hoc autem taliter erit, quando Monachi ad ſuum ardere, et aedificia Monaſterii - - ligna de his duabus foreſtibus accipient.* (2) ARDERE, comburere. Gaſparis Barthii Gloſſ. ex Hiſt. Palaeſt. Lib. IV. cap. X. (3) † *Feſtinare*, in vet. Gloſſar. Cod. reg. 7646.

ARDERIVNCVLVM, veſtis ſpecies, qua caput operiebant ardeliones. V. *Cucullus.*

ARDESIA, lapidis caerulei ſpecies, ex quo in tenues lamellas ſeu ſcandulas fiſſo, aedium tecta operiuntur, Gallis *Ardoiſe*, Germ. Schiefer. Martinus in Vita B. Mariae de Malliaco n. 32. *Tectum ligneum - - in lapidem commutauit, quod ardeſias vocant.* ARDOSIA, et ARDOSIACA TECTA, eadem notione. Engelb. Maghe. Chron. Bonae Spei pag. 124.

† ARDESIVS LAPIS, i. q. *Ardeſia*, in Ch. a. 1494. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonſtr. p. 37.

ARDIANVM, mendum eſt Gloſſarii Iſid. in voce *Mullitiones.* V. *Munitio.*

† ARDICA, pars ſuperior, vt videtur Bollandiſtis, portae aedificii primariae. Acta SS. t. 7. Iul. p. 183. V. etiam *Arctamentum.*

ARDICVM, V. *Arctamentum.*

ARDICVS, aereae monetae ſpecies 8. denariorum apud Aquitanos, quibus dicuntur *Hardis*, Occitanis *Ardies*, et *Ardis*, Gallis *Liards*, quaſi *Li ardis*. Dictam putant aliqui a Philippo III. cognomento *le Hardy*, quod primus *Ardicos* cudi juſſerit; alii a Richardo I. Angliae Rege eiusdem cognominis. Scripſere aliqui, de *Ardicis* et *Liardis*, nullibi ante Ludouicum XI. occurrere mentionem; verum apud Rymerum tom. 8. pag. 576. exſtat Inſtrument. appellat. contra impoſitionem noui pedagii a. 1409. regnante ſcilicet Henrico IV. Angl. Rege. Item p. 580. anno ſequenti 1410. vbi *Ardicorum* mentio fit. † ARDITVS, eodem ſignificatu legitur in Inſtr. a. 1434. ex Tabul. Archiep. Auxit. et alibi.

† ARDILHA, argilla, a vet. Gallico *Ardille*, eadem notione. Reparat. factae in Seneſcal. Carcaſſ. a. 1435.

ARDILLARIA, f. locus ex quo argilla eruitur, V. *Ardilla*, Gall. *Argilliere*. Tabularium Calenſe p. 40. *Metae rerum praedictarum - - ſunt - - praedicta noa vsque ad ardillariam, et de ipſa ardillaria vsque ad cunagium S. Andreae et de illo cunagio vsque ad vineam Petri* etc.

ARDIMENTVM, ſtratagema, aſtus belli, Hiſpanis etiammum *Ardid de guerra*; Nebriſſenſi *Ardimiento*, flagratio, deflagratio; Italis *Ardimento*, audacia, audentia; Catalanis vero expeditio militaris. Vſatici Barcinonenſes MS. cap. 113. † Pro audacia occurrit in Ch. a. 1362. in Bibl. reg. V. *Hardimentum*.

ARDINIENSIS PANIS, id eſt ſordidus. V. *Panis*.

ARDITVS, V. *Arditus*.

ARDITZ, pro *Ardicus*, apud Rymer. tom. 9. pag. 30. octies legitur. V. *Ardicus*.

ARDOGIA } V. *Ardeſia*.
ARDOSIACVS }

† ARDVITAS, eminentia. Dicitur de re graui magnique momenti, aut de perſonis dignitate excellentibus. Acta diſſolut. matrimon. Lud. XII. ex Bibl. reg. *Propter arduitatem cauſae et perſonarum*.

ARDVLIO, *actus cum malignitate*, Papias MS. Eccleſiae Bituricenſis. † Melius ex Cod. reg. 7613. et 7646. *Ardulio, acutus cum malignitate*. V. *Ardalio*.

ARDVRIA TERRA, V, *Aratoria*.

ARDVS. Informationes Ciuitatis Maſſil. de paſſagio transmarino in MS. Sangerm. vbi recenſentur arma galeis neceſſaria: *Item Vim cadrelli. Item* CCC. *lanſtée. Item vjo relaſme d'Ardos*; Cangii editor legendum putat *Dardos*, Gall. *Dards*. V. *Dardus*.

AREA. (1) Gloſſ. Graec. Lat. σχολάζων τόπος, *area*, ager, aut locus, qui nec colitur nec aratur, († vel modus agri. V. *Arca* 8.) Chronic. Laurisham. *Duas luobas cum area in Winenheim ſitas, multa pecunia ab haeredibus comparatas*. Tradit. Fuldenſ. lib. 1. trad. 81. Lib. 3. trad. 34. Trad. 43. 25. Miracula S. Ludgeri Epiſc. Mimigardenſis. *Aream quandam comparauit, et Eccleſiae a S. Ludgero conſtruendae aſſignauit*. AREA DOMINICA, in Charta Petri Abbatis de Talmundo an. 1366. *Item tradimus et aſſignamus* (Aquario) *quatuordecim ſextaria frumenti annui et perpetui vedditus, quae habere conſueuimus in area Dominica de Olona ad antiquam et veterem menſuram*. DE AREA IN AREAM, voces Fori Aragon. lib. 6. tit. de generalib. priuileg. §. 35. *In Aragonia, in omnibus villis contiguis, habentibus terminos, poſſimus alteri in alterò termino de area ad aream poſcere beſtias, et alios greges*. AREAE SALINARVM ET PISCATIONVM, in Vita S. Landberti Epiſcopi Lugdun. n. 3. Teſtam. Widradi Abbat. Flauin. *Et colonica in pago Amanorum Fraxino, et areas in Salinis - - ſimiliter et areas in Auguſtodunum ciuitate*. Frotharius Epiſt. 27. *Contigit in noſtra prouincia praeſenti anno ſal fore cariſſimum, eo quod propter pluuias in areis Maritimis, vbi fieri ſolebat, non potuiſſet perfici*. Charta vetus apud Beslium in Comitib. Pictav. Charta Abbatis Conſtantini an. 970. ex Tabulario S. Maxentii. Charta an. 1366. Petri Abb. S. Crucis de Talmundo. Vnde patet, *Aream ſalinarum* ſumi pro certa paludoſae terrae menſura, vbi ſal conficitur. *Aire de marais ſalans*, in Conſuetud. Pictauenſi art. 190. Sanctonenſi art. 129. *Aires ou ſe font les lins*, in Claromont. art. 240. V. Cuiac. lib. 9. Obſeruat. cap. 8. AREAE et ARIAE VINEAE, paſſim in Tabulario Prioratus de Paredo. † AREA NVNDINARVM, locus vbi *apothecae* ſeu officinae exſtruuntur ad exponendas res venales. Ch. eccl. colleg. de Leproſo in Biturig. † AREA, domus *areae*, ſeu in *area* exſtructa. Gloſſae Caeſar. Heiſterbac. in Reg. Prum. t. 1. Hiſt. Treuir. ab Hontheim p. 671. *Quae videlicet leyn* (Leben) *habent ſingulas areas. Aream appellamus Houeſtet*.

(2) Coemeterium. Acta Proconſularia in cauſa Felicis Epiſcopi, apud Baron. an. 304. n. 24.

Tollat

Tollis de veſtris aliquis in area, vbi orationes facitis, etc. Geſta purgationis Caeciliani: *Cines in area martyrum fuerunt inclusi.* Tertullianus ad Scapulam cap. 3. Pontius Diaconus in Actis martyrii S. Cypriani. Samſon Abbas S. Zoili in Praefat. lib. 6. Apologetici. Annales Colmarienſes an. 1288. *Dedicata fuit in Wiſſenburg area fratrum Praedicatorum.* An, 1289. *In feſto Catharinae primam Miſſam in area propria decantauerunt iidem.* An *Area* ibi ſumitur pro *Eccleſia*, vt vox *coemeterium* interdum vſurpatur?

(3) AREAE, inter vaſa Eccleſiaſtica recenſentur apud Hariulfum lib. 3. cap. 3. ſed ibi videtur legendum *arcae.*

(4) AREA, accipitrum nidus, Gall. *Aire*, Germ. Horſt. Fridericus II. lib. 2. de Venat. cap. 3.

(5) Lectus morientium monachorum. Rob. mon. S. Mariani in Chron. Mſ. *Lectulum de ſtramine et cinere, quem dicunt aream, jubet ſterni.*

† AREALE, eadem notione, vt *area* 1. ſeu locus vacuus et paſcuus. Ch. a. 1461. Mſ.

AREALIS, eodem ſignificatu, in Trad. Fuld. p. 474.

AREATICVM, agrarium. Tabularium S. Remigii Remenſis. V. *Aruticum.*

ARECA, ſpecies arboris Indicae. V. Lexicon Hofmanni.

† ARECIVS, A, VM, *Sitho*, in Gloſſ. Ital. Mſ.

† ARREFICIVS, *a daemone poſſeſſus*, in Vocabul. compend. Pro *Arreptitius.* V. *Arreptus.*

AREGATA, et AREGAZA, pica ſuis Italis et Petro de Creſcentiis l. 10. de Agricult. cap. 4. 20. Gall. *Agace*, Germ. Aelſter, Aexel Putat vir harum rerum haud imperitus *Aregata* proprium eſſe modum eam auem appellandi.

† AREGES. Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 1. Paſſion. 2. 121. *Quibuscunque autem* (ſurditas) *ex ſpiſſis et crudis conſtinget humoribus areges.* Vbi Gloſſae: *Scotomatici, quaſi ſine regimine.*

AREGHA, oratio publica, Gall. *Harangue.* Hiſpan. *Arenga.* Concil. an. 1429. inter Hiſp. to. 3. p. 654. V. *Arenga.*

AREGNARE, V. *Areniare.*

ARELIA, forte pro *Areola* Scriptura Principis Adelgaſtri inter Concilia Hiſp. tom 3. pag. 89. *Et per petra et deinde per illa ſtrata de guardia, et inde per illa arelia de bramas.*

ARELLAE. Ius Vicentin. lib. 1. *Nulla perſona in dictis gurbis debeat facere, ſeu ponere arellas, paſtas vel toſtas* etc. V. *Arrela.*

AREMANNI, V. *Herimanni.*

AREMGALIS, V. *Arigalis.*

AREMIA, AREMIRE, V. *Adramire.*

ARENA, pro *arena.* Archithrenius lib. 8. cap. 12. et lib. 9. cap. 4.

† ARENACIVM, arenaria, Sandgrube. Ch. a. 1294. in Bibl. reg.

ARENAE, dicta Amphitheatra, ab *arenis*, in quibus pugnabant gladiatores. Saluianus lib. 6. de Gubern. Dei. Fredegarius Scholaſt cap. 65. de Heraclio Imp. Aimoin. lib. 3. c. 1. et paſſim alibi. ARENA, ipſi quoque amphitheatrales ludi vocantur. Acta S. Euphemiae Virg. et Mart. edita a Proſpero Martinengio: *Mox igitur Proconſul juſſit arenam parari, et eos ad vrſos ferociſſimos tradi.* Vbi Metaphraſtes ab eodem editus: ἀρίνην ἐκκλίνουν. ARENA. Laurentius Leod. in Hiſt. Epiſcopor. Virdunenſ. *Villam quoque ſui juris Priſuillare, et arenam cum portu et piſcatura - - contulit.* † Hic intelligi poſſe videtur de iis ſabuloſis et arenariis collibus, quos Galli *Dunes*, et Belgi *Dünen*, vocant; quo ſane ſenſu occurrit in Ch. Theodor. comit. Flandr. a. 1159. ex Chartul. S. Bertini. ARENA CLAVSTRI, Xyſtus, porticus ſeu periſtylium. Statuta reformationis S. Claudii ſub Nicolao V. an. 1448. ARENA PVTEOLANA, puluis Puteolanus, de quo Vitruuius lib. 2. cap. 6. Plinius l. 35. c. 11. Seneca lib. 1. Natur. quaeſt. cap. 20. et Anonymus de Re architecton. cap. 27. 30. Sidonius Carm. 2. Bulla Clementis IV. PP. an. 1265. tom. 9. Spicilegii Acheriani p. 226.

ARENALIS, pro *arena*, amphitheatrum in Ch. Iacobi reg. Aragon. a. 1299.

ARENARIA. (1) *Sicca*, in Gloſſ. Iſid. In quibusdam editis legitur *Arenacia*, ſed melius *Arenaria*. V. *Puteolanus*. (2) ARENARIA, apud Barthium in Gloſſario ex Raimundi Agilaei Hiſt. Palaeſt. dicitur *Ager arena conſitus*, ſed procul dubio legendum eſt *Aenaria*. (3) *Arenaria* Vitruuio l. 2. cap. 4. dicuntur *Arenae fodinae*, ſeu agri, qui *arenas* ſuppeditant. Neſcio, an de iis intelligendae binae Chartae veteres apud Vghellum in Italia ſacra to. 1. part. 1. pag. 107. *Cum puteis, fontibus, rivis, aquis perennibus, aedificiis, parietinis, arenariis, adiunctis adiacentibusque ſuis* etc. Et part. 2. pag. 198. *Cum cellis, et arenariis, et parietinis antiquis* etc. Nam ibi *Arenariae*, ſiue *Arenaria*, aedificiis ac parietinis videntur adiungi.

ARENARII. Praefatio ad Libellum precum Marcellini et Fauſtini: *Cum omnibus periuriis et arenariis, quos ingenti corrupit pretio, Lateranenſem Baſilicam tenuit*, etc. Infra: *Tunc Damaſus cum perfidis inuitat arenarios, quadrigarios, et foſſores, omnemque Clerum, cum ſecuribus, gladiis et fuſtibus, et obſedit Baſilicam*, etc. id eſt, Gladiatores, qui in arena depugnant.

ARENARIVM. (1) Amphitheatrum, (ſeu ipſi amphitheatrales ludi.) Paſſio ſanctorum Viti, Modeſti et Creſcentiae, t. 2. Iunii pag. 1025. A. (2) ARENARIVM appellabant Chriſtiani coemeterium, ſeu cryptas arenarias, quarum vſus non modo inſeruiebat humandis defunctorum corporibus, ex quo nomen eſt inductum, ſed et perſecutionis tempore ad latebras Chriſtianorum. Ita Baronius a. 130. n. 2. vbi eiusmodi *Arenaria* graphice deſcribit. Anaſtaſius in S. Siluestro. Idem in Theodoro. Acta SS. Marii et Marthae cap. 4. *In eodem loco decollati ſunt ſub arenario.*

† ARENARIVS, arenae effoſſor, in Act. SS. t. 3. Aug. p. 686.

ARENATOR. Gloſſ. vet. MS. Sangermann. *Arenatores dicuntur, qui in arenis deiecta et collapſa ſolent extrahere. Et dicuntur humiles perſonae.*

ARENCANES, V. *Lencius*.

ARENCATA. (1) Modus agri, vel vineae, i. q. *Aranzada*. Fori Oſcae an. 1247. fol. 23. *Villana debet habere per ſuas dotes vnam domum coopertam, in qua ſint 12 bigae, et vnam arençatam vinearum, et vnum campum, in quo poſſit ſeminare vnam arrouam tritici in voce linaris.* (2) Certum pondus vel menſura anguillarum ſiccatarum; Hiſpanis enim *Anbençada anguilla* idem eſt quod Anguilla ad fumum exſiccata in modum harengi infumati. Collect. Concil. Hiſp. to. 3. pag. 178. col. 1.

ARENCHERIA, et HARENCHERIA, forum in quo harengi venales exponuntur. Paſſim occurrit in inſtrumentis XIV. ſaeculi, quae in Archiuis Eccleſiae Cathedr. Autiſſiod. aſſeruantur.

ARENDA. (1) Curatio, adminiſtratio, Hungarice *Warung*. Goldaſt. (2) Praedium in cenſum ſeu *rendam* datum, vt explicant Rollandi continuatores in annotatis ad Paſſionem Alberti pueri inter Acta SS. Aprilis to. 2. pag. 837. V. *Arrendare*.

ARENDAMENTVM, locatio, conductio, Gall. *Arrentement*. Concil. Auenion. an. 1457. inter Anecd. Marten. to. 4. col. 381. V. *Arrendamentum*.

ARENDARE, locare vel conducere, Gall. *Arrenter*. Concil. Auenion. an. 1457. inter Anecd. Marten. t. 4. col. 388. V. *Arrendare*.

ARENDATOR, qui locat vel conducit. V. *Arrendator*.

ARENERIVM, arenae fodina, in Codice cenſuali Calomontis. V. *Arenariae*.

ARENGA, oratio publica, declamatio, concio, Italis *Aringa*, Gallis *Harangue*, Hiſpanis *Arenga*. Breuiloquus: *Arenga eſt apta et concors verborum ſententia, quae ponitur poſt ſalutationem in priuilegiis arduorum negotiorum.* Chron. Windeſemenſe in Prooemio. Vtitur etiam Rollandinus in Chronico lib. 3. cap. 15.

Nota

Nota ſunt, quae Accurſius de Legibus et plebiſcitis ſcripſit, *vbi populus* (ita enim loquitur), *pulſabatur cum campana ter, Ad Harengam, Ad Harengam.*

ARENGALIS, V. *Arigalis.*

ARENGARE, concionari, Galli *Haranguer*, apud eundem Rollandinum lib. 4. cap. 14 et Galuaneum Flammam cap. 284. V. mox

ARENGARIA, Italis, et maxime Florentinis, *Ringhiera*, *et Aringhiera*, locus editior, vbi conciones publicae habentur. Memoriale Poteſtatum Regienſium ad an. 1260. apud Murat. to. 8. col. 1122. *In quo anno fuit incoepta turris de Raezolo vltra Taletatam, et fuit facta arengheria communis.* Et ad an. 1290. ibid. col. 1174. *Et fecit fieri arengheriam ad feneſtras palatii veteris, et deſtruxit illam quae erat in platea communis juxta dictum palatium.* Charta anni 1322. *Quae ſtatuta lecta et publicata fuerunt ad arengariam etc.* De vocis origine multa, tametſi incerta, ſcripſere Iacobus Pergaminus, et aliquot alii Scriptores Itali, quorum ſententias expendit Aegidius Menag. et Octauius Ferrarius, in Originib. Italic. Vtcumque ſit, videtur vox Gallica *Arengerie* inde orta, pro loco, vbi viri tumultuantur ac verbis contendunt. Hinc non inepte Hickeſius Gramm. Theotiſcae pag. 92. vocem deducit a *Ring* vel *Aring*, quae Gothice et Saxonice ſignificat Gyrum, circulum ſpecialiter hominum ſeu auditorum et ſpectatorum coronam. *) Sileſiacis etiamnum **Ring**, idem eſt ac forum, **Marktplatz**. V. *Ringus.* Ad vocem *Arengare* quod attinet, optime forte deduci poteſt ab antiquo Germanorum *Haren*, clamare, vnde etiam Anglo-Sax. *Herian*, *Herigean*, laudare.

ARENGARIAE, clamores. Chron. Parmenſe ad an. 1281. apud Murat. to. 9. col. 796.

† ARENGERA, ARENGHERA, vt *Arengaria*, locus editior, vnde conciones publicae habentur. Chron. Bergom. apud Murat. t. 16. Script. Ital. p. 914.

ARENGHERIA, V. *Arengaria.*

ARENGIA, malum aureum, Gall. *Orange.* Hiſt. Sicula Hugonis Falcandi apud Murator. t. 7. col. 258.

ARENGVA. pro *Arenga*, in Compendio iurium et conſuetud. Vniuerſitat. Pariſ. fol. 15. per R. Goulet edit. 1517. † ARENGVA REVERENTIALIS, ſalutatio, in Statut. Vniv. Tolof. a. 1424.

ARENGVM. (1) Pro *Arengua*, ex Italico *Aringa*, in Hiſtoria Cortuſiorum l. 2. cap. 11. V. Galuaneum Flammam cap. 43. Eſt etiam *Arengum*, conuentus publicus, quia in huiusmodi conuentibus haberi ſolent *Arenga* ſeu conciones. Regimina Paduae ad an. 1328. apud Murat. to. 8. col. 439. Acta SS. Iunii to. 1. pag. 779. (2) † Forum publicum. Hungaris et Sileſiacis, **Ring**, *Hring.* Stat. datiaria Riper. c. 15. (3) † Conductio, locatio, vt videtur, quae ſola voce fit. Ch. a. 878. in Append. ad Marc. Hiſp. pag. 801. *Alia vinea, quam tenet Saurus in Arengo, habeatis integritatem.* V. *Arigalis*

ARENIARE, in jus vocare, *ad rationem ponere*, vocare, Gallis *Araiſonner*, et per contractionem *Araiſnier*, *Araiſner*, et *Arraiſner.* Thomas Walſinghamus in Edwardo III. pag. 164. Henr. Knigthon. in Ed. II. Radulfus de Hengham in Magna, cap. 9. p. 52. *Exceptis placitis, vnde magna aſſiſa arreiniata fuit, vel duellum vadiatum etc.* Spelmannus opinatur iis locis, quibus id vocabuli occurrit apud Scriptores reponendum *arramare*; ſed *Areniare*, non eſt *fraeno cohibere*, quia Gallis *reſne* fraenum ſit, vti cenſet idem Spelmannus. *Arraignier*, dixit Littleton. ſect. 442. *Si homo ſoit diſſeiſé, et il arraigne vn aſſiſe.* ARREGNARE, eadem fere notione in Charta an. 1292. apud Ioannem Lucium de Regno Dalmatico pag. 187. *Arregnando conſuluit*, id eſt, ratiocinando, vi rationum.

ARENTARE, V. *Arrentare.*

ARENTARIA. Statuta Walteri de Grey Archiepiſcopi Eboracenſis an. 1250. *Statuimus autem, quod decimae*

mae de artificibus et mercatoribus, et lucro negotiationis, fine de arentaria, fabris, textoribus, et omnibus aliis ſtipendiariis - - dentur etc. Vbi *Arentaria* nihil fortaſſis aliud eſt quam *Locatio*. V. *Arrentare*.

† ARENZADA, i. q. *Aranzada*, jugerum. Ch. a. 1148. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonſtr. p. 427. V. *Arencata*.

AREOLA, diminut. ab *area*. (1) Pro *area* 1. in Tradit. Fuld. p. 467. (2) † Gall. *Carreau*. Pontif. Mſ. eccleſ. Eſnenſ. *Faciant XXIV. areolas de cinere a ſiniſtro angulo orientali* etc.

† AREOLOGIVM, pro *Analogium*, lectrum. Conſtitut. ant. S. Petrimontis, t. 2. Monum. ſacr. antiq. p. 429. V. *Analogium*.

AREPENNIS, V. *Arapennis*.

ARERAGIVM, ARRIERAGIVM, ARRERAGIVM, ex Gall. *Arrerage*, *Arrierage*, debitum, quod in iure *Reliquum* dicitur, Germ. Rückſtand. Quon. Attach. Vide Statuta Roberti III. Regis Scotiae c. 14. et Raguellum. Occurrit paſſim.

† ARERALE, i. q. *Airale*, locus aedificio aptus. Ch. an. 1255. in Bibl. reg.

† ARERE. Columnarium ſ. Comoedia ſine nomine, ex Cod. reg. 8163. act. 1. ſc. 2. *Si vltro adcrint* (lacrimae) *clam callideque componite; aut fumus aut vigilia ariſſe oculos indicent*. Senſus eſt, ex fumo aut vigilia oculos fatigatos eſſe indicent.

ARES, *eſt peculiaris cuique ſpeciei natura atque forma, ab aliis differens; et eſt diſpenſator naturae in tribus primis conſiſtens, vnde omnia conſtant*. Rochus le Baillif in Dictionario Spagyrico. Vox ducta a Graeco ἄρης, Mars.

ARESCERE, errare. Supplement. Antiquarii: *Areſcit*, πλανᾶται. Forte *Erraſcit*.

ARESSONVS, arcus equeſtris ſellae, a Gallico *Arçon*. Locum vide in *Cambale*.

AREST. Viſitatio Theſaurariae S. Pauli Londinenſis ann. 1295. *Sex panni de Arreſt, quorum duo fracti. Item 3 magni panni penduli conſuti, in quorum quolibet continentur ſex panni de Areſt, parui valoris* etc. *Item vnus pannus de Areſt*. Idem ac *Aras*, quod vide.

ARESTA. (1) Ariſta. Fleta lib. 2. c. 76. §. 7. (2) † Ius in aliquem, vel in eius bona manum iniiciendi, eiusmodique iurisdictioni ſpontanea ſubmiſſio. Stat. Synod. eccl. Caſtr. an. 1358. part. 2. c. 1. V. *Areſtare* 2. (3) † A Gall. *Arête*, angulus aedificii exterior. Ch. a. 1285. in Chartul. S. Germ. Prat. V. *Areſtum* 2. et *Ariſta* 3.

ARESTARA, et ARRESTARA, pro *Harmiſcara*, poena militaris ex veteri Francorum Sueuorumque conſuetudine aduerſus *milites* ſeu nobiles depraedationis, incendii aliorumue criminum reos decerni ſolita. Hac poena canem, ſellam equinam aut aſinariam, vel quoduis aliud per certum itineris ſpatium, vulgo nudis pedibus, atque etiam aliquando ſeminudi geſtare cogebantur. Huius habes inſigne exemplum in Chronico Wormatienſi apud Ludewigum Reliq. MSS. t. 2. p. 103. V. *Harmiſcara* et *Canem ferre* in voce *canis*.

ARESTARE. (1) Detinere, Gallis *Arreſter*. Speculum Saxon. lib. 2. art. 10. §. 1. Lib. 2. art. 27. §. 10. Lib. 3. art. 78. §. 5. Concil. Toloſanum an. 1225. Vtitur etiam Albertus Argentin. pag. 144. V. Lindanum in Teneramonda p. 219. Martenium tom. 1. Anecd. col. 651. et infra *Arreſtare*. (2) † In bona debitoris manum iniicere, Gall. *Arrêter*. Stat. Vercell. l. 2.

ARESTVM. (1) ARESTA, apud Gallos ſunt decreta, ſeu judicia forenſia, a ſuperiori iudice, a quo nulla intercedit appellatio, lata, cuiusmodi ſunt Parlamentorum: quae ſic appellata videntur, quod poſt varias ab inferioribus et pedaneis judicibus de re quapiam latas ſententias, litem et controuerſiam ſupremo examine et iudicio definiant ac decidant; *Arreſter* enim Gallis, eſt decernere, ſtatuere. In Regeſtis Parlamenti et magnorum Dierum Trecenſium, ſuprema haec decreta variis appellationibus ſubinde donantur: in his enim quadruplicis generis et appellationis judicia ſuprema, ſeu a ſuperiori-

moribus iudicibus lata obſeruare eſt, *Areſta*, nempe, *Iudicia*, *Conſilia*, et *Praecepta ſeu Mandata*, cum hac appendice: *Facta in tali Parlamento, aut in Diebus Trecenſibus talis anni, per Magiſtros tenentes Parlamentum aut Dies Trecenſes.*

Areſta, dicebantur judicia, a judicibus poſt patronorum, ſeu aduocatorum hinc inde orationes auditas publice recitata. Eorum pronuntiationis formula haec erat: *Quibus rationibus vtrinque partis hinc inde auditis, dictum fuit per Areſtum Curiae etc.*

Iudicia erant decreta poſt inſpectas et diligenter examinatas judiciarias inquiſitiones et *aprifias*, a quopiam ex ipſis judicibus, qui de iis ad Curiam referebat, factas, in ſcriptis et ſecreto confeſſu relata, nec publice recitata: *Jugemens rendus ſur les procés par ecrit, et ſur les enqueſtes.* Iudiciorum pronuntiationis formula erat: *Viſa inqueſta et diligenter inſpecta*, etc. *pronunciatum fuit per Curiae Iudicium* etc.

Conſilia dicebantur dilationes, quae litigantibus a iudice dabantur, quo litem nondum maturam aut inſtructam admiſſo aduocatorum conſilio inſtruerent, judicio in alium diem dilato. Pronuntiationis Conſiliorum formula eiusmodi erat: *Dies Conſilii aſſignata eſt tali, ſuper tali lite, ad aliud Parlamentum proximum, aut ad alios Dies Trecenſes.* Vnde hodierna pronuntiationis fluxit formula, in eiusmodi litibus, poſt peroratas patronorum cauſas, *Apointé au Conſeil, et à écrire et produire.*

Denique *Praecepta*, ſeu *Mandata* appellabantur decreta, Bailliuis, Seneſcallis, aliisue inferioribus iudicibus miſſa aut delegata, quibus jubebantur praeſtituta a Parlamento generalia decreta in ſuis iudiciis, et aſſiſiis obſeruare; aut inquiſitiones judiciarias facere, interdicta publicare, et alia huiusmodi a Curia ſibi demandata exequi. Eorum vero iſta haec erat formula: *Iniunctum eſt Baillino tali, vt, etc.* V. *Arretare.*

Vocis originem accerſit Georgius Hickeſius Gram. Theotiſcae cap. 92. a voce *Reſten* (raſten), quae Saxonice *quieſcere* ſignificat; vnde verbale *Reſt* (Raſt) quies, (*) Particula *ar*, hodie er, Francis et Alemannis eſt intenſiua.) alii a Graeco ἀρεστὸν, Placitum, quos confutat Nicot in Dictionario, vbi contendit, non aliunde accerſiri, quam a Gallico *Arreſter*. A neutro verbo *reſtare* factum eſt ſequioribus ſaeculis *Adreſtare* vel *Arreſtare* actiuum, vnde *Arreſtum*, quod *arreſtat*, ſiſtit, terminat. Si plura cupis, adi Menagium in Diction. Etymolog. Gall.

(2) ARESTVM, a Leguleiis Anglis vſurpatur, cùm quis reus capitur, et in carcerem coniicitur, ſeu vi Breuis, ſeu a quouis homine: nam reos maieſtatis, traditores, et infractores pacis quiuis poteſt auctoritate propria capere, et in carcerem compingere. Raſtallus.

ARETALOGVS, magniloquus, thraſo. Papias MS. Bituric. *Aretalogus, falſidicus, mendax artificioſus. Ares enim virtus, logos ſermo Graece dicitur.* Ἄρης. Graecis Mars eſt, ἀρετὴ, virtus, praeſertim bellica, a qua poſteriori voce rectius deducitur, *Aretalogus;* magna namque et virtutis plena jactare ſolent thraſones et vaniloqui. V. Martin. Lex. et Theſ. Fabri.

ARETHECA. Ch. Ioannis Archiep. Capuani an. 1301. in Sanctuario Capuano p. 263. *Item tres acus de argento cum lapidibus pro paſteo: item par vnum arethecarum de ſeta alba cum ſmaltis impernatis, quod donauimus ipſi Eccleſiae Beneuentanae.* Sed legendum videtur *Chirothecarum.*

† ARETHICA LINGVA, a Graec. ἀρετὸς, placens, gratus, quia in fabulis narrandis adhibetur. Bulla Innoc. IV. an. 1245. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 454. Vbi lingua *Hebraea*, quam *ſanctam* vocant Rabbini, *arethicae* tamquam profanae opponitur.

ARETICA. Matthaeus Weſtmonaſt. an. 1285. de Honorio IV. PP. *Cui pedum ac manuum fere officium abſtulerat aretica aegritudo*, etc. Sic vtraque Editio; ſed legendum *arthretica* vel *arthritica*, ἀρθρῖτις, morbus articularis.

ARETINA VASA, vasa testacea Aretii Etruriae in vrbe fingi solita, vnde *Etrusca* etiam appellata. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 4. *Aretina, vasa ex Aretio Italiae municipio dicuntur; sunt enim rubra, de quibus Sedulius:*

Rubra quod appositum testa ministrat olus.

Similia habet Papias in MS. Bituric. Vita S. Caesarii lib. 1. *Custodiens illud quod Dominus in Aretino poropside tinxit panem.* De celebribus hisce vasis agit D. Bern. de Montfauton in Supplemento Antiquitatum.

† ARETVATIVVM. Lex Sal. tit. 18. c. 4. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 288. *Si quis concisam vel sepem i. e. arenatium*, etc. Quae vox corrupta et nihil significans videtur erudito viro; vnde *palenchatum*, siue *palancatum*, qua voce barbarica secula significarunt sepem e palis confectam, restituendum existimat. "

AREYRATGIVM, eadem notione, ac *Areragium*, a Gall. *Arrerage*, apud Baluz. in Hist. Aruern. tom. 2. pag. 130. in Charta an. 1295. V. *Arragium.*

ARGA. (1) Vox Longobardica, quae inertem et inutilem sonat. Gloss. MSS. *Arga, inutilis vel timidus.* Lex Longob. lib. 1. tit. 5. §. 1. *Si quis alium argam per furorem clamauerit.* Paulus Warnefridus lib. 6. cap 24. *Memento, Dux Ferdulfe, quod me esse inertem et inutilem dixeris, et vulgari verbo arga vocaueris.* Proprie autem, vt Cangius vult, *Arga* is dicitur, *cuius vxor moechatur, et ille tacet*, id est, adulterio vxoris manus dat, vel certe de eo prae socordia nequaquam est sollicitus. Papias: *Arga, cucurbita*, addit Vgutio, *vel simulacrum.* Boherius ad Legem Longobard. *Si quis vocaueris alium argam, id est cucurbitam, quod est nomen verbale secundum gl. 1. cap. 1. §. Item si fidelis in verbo cucurbitaueris.* etc. Murator. tom. 1. part. 1. pag. 370. in vocabulario Gothico collecto a Grotio: *Arga, ignauus, nunc malitiosum significat.* A Graeco ἀργὸς, *ignauus, iners*, vocem *Arga* deducunt Cuiacius et alii. Neque diuersa videtur vox *Sarga*, apud Isidorum in Gloss. ad Papiam, vbi exponitur, *non idoneus cuiuslibet artis Professor.* Apud Papiam est; *sed Professor.* V. *Cucurbita, Cugus.* (2) Vita S. Fructuosi Episcopi Bracarensis c. 3. *Loca nemorosa, argis densissima, aspera, et fragosa.* † Forte i. q. dumeta, vepres: ducta origine ab *arga* 1. aut ab *Argoet* vel *Argoe*, silua, vt habet Glossar. Brit. le Pelletier. V. *Argilax.* *) Consule de hac voce Wachter. in Glossar. et Cl. Ihre in Glossario Suio-Goth. v. *Arg.*

ARGALIA, V. *Algalia.*

ARGANA. *Arganas* Hispanice, vt exponit Sobrinus in Dictionario, est species corbis ex cannabe in modum retis contexti, apti ad portanda frumenta, quae jumentis imponuntur. Locum vide in *Pradisterium.*

ARGANDVM, tunicae species, († eadem quae Hispanis *Argago* dicitur, vestis scilicet ampla ex grossiori panno, quae aliis super imponitur. V. *Arganum* 3.) Statuta Clementis IV. Papae pro Ecclesia Anicienfi apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 485. *Nullus Canonicus vel Clericus quilibet sine capa vel mantello, argando seu tabardo - - audeat equitare.* V. *Argauum.*

† ARGANELLA, vox Italica, machina bellica tubulis missilibus et ignitis proiiciendis apta, *Arganette* apud Cotgrav. Hist. belli Forojul. apud Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1197.

ARGANT, affixum commune nominibus mulierum in Britannia; vt *Argant - Phitar.* Tabularium Rothomense: *Sedente Nomino in scamno et Argant - Hael secum.* Ibidem: *Filii Oven filiae Argant - hell sororis Ivisini Rubri.* Ibid. *Argant - An.*

ARGANVM. (1) Vox generica, quae instrumenta quaeuis denotat, Gall. *Engin.* Chr. Andr. Danduli ap. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 452. (2) Gruis species, machina architectonica leuandis oneribus, Hispanis *Argano* et *Arganas.* Vocis origo forsan ab *ingenium*, vt Gallicum *Engin* eiusdem significationis, aut potius

ab

ab ἔργον, Opus, quod in illud idem recidit. Acta SS. Iunii tom. 1. pag. 405. *Cuius capſae operculum elevatur arganis cum ſit quoque marmoreum.* (3) † Tunica talaris, eadem quae *Hoſia*. Stat. Capitul. Montismaior. a. 1288. *Statuentes ne quisquam indumentum vocatum ſtocca cum ſagittis ad latera, arganum nec balandranum portare deinceps praeſumat.* Gall. olim *Argant*.

ARGARGATHVNGI. Leges Rothatis ex MS. Mutin. ap. Murat. t. 1. part. 2. p. 22. col. 2. E. *Tunc ille qui plagauerit, eum componat, qualiter in Argargathungi, id eſt, ſecundum qualitatem perſonae.* Edit. habet *Gergathangi*. MS. Eſten. *Angargathungi*. *V. Garathingi*,

ARGASTERIVM. (1) *Magiſterium, vnde Anianus: Videlicet huius artis argaſterium apparuit.* Vgutio. Forte, ex Graec. ἐργαστήριον. V. *Argiſteria*. (2) † Officina cuiuslibet opificis, Germ. Werkſtatt. Acta SS. t. 3. Sept. p. 23. V. etiam *Ergaſterium*.

† ARGATA, annulus craſſior, Gall. *Argaueau*. Ch. a. 1349. t. 1. Hiſt. Caſſin. p. 545.

ARGAVVM, tunicae ſpecies, eadem quae *Argandum*. Statuta Maſſil. MSS. an. 1253. vbi de Sartoribus. *Item de tabardo vel argano cum penna vel ſcandato vel froire XX. denar.*

ARGEMA, morbus in equino oculo, qui ex albugine fit. Hiſpanis *Argema*, Gallis vulgo *Dragon*. Vide Medic. Salern. edit. 1622. p. 276.

ARGENSATA, modus agri. In Gloſſario tom. 1. Nouae Gall. Chriſt. idem quod *Diurnale*, Gall. *Iournal*. Germ. ſuperior. Tagewerk. Ab argento, inquiunt, ſolui ſolito pro mercede diurna laboris; quare ſignificat illam vineae quantitatem, quam uno die ſodere poteſt agricola. *Argenſata*, forſan pro *Argentata* ex argentum. Qua ratione *Argenſata* vineae erit tantum terrae vineis conſitae ſpatium, quantum pretio argentei nummi emi poteſt. Hoc enim ſenſu dicitur *Nummata cerae*, *nummata vini*, *nummata terrae*, etc. quae videſis in *Nummata*. *Argentus* autem et *argyrus*, interdum idem quod nummus. Hinc *Argenſata* et *Nummata* eiusdem notionis. Charta Donationis Petri Sancii Aragon. Regis pro Monaſterio S. Fidis an. 1101. tom. 1. Nouae Gall. Chriſtianae inter Inſtrum. p. 54. col. 2. *Addens etiam viginti argenſatas de vineis et almunia quae fuit del Benxipiello, ſicuti melius ab illo et parentibus eius poſſidebatur.* V. *Arguſata*. † Legendum videtur *Arenſata*, et ſic euanaſcunt, quae circa ſictae vocis originem proponuntur. V. *Arencata* et *Arenzada*.

ARGENTARIA, ARGENTERIA. (1) Argenti fodina, Italis *Argentiera*. Ch. Ricardi Regis Roman. an. 1263. in Probat. Hiſtor. Sabaudiae. Hiſtor. Dalphin. tom. 1. pag. 60. ARGENTEARIA, apud Vincent. Beluac. l. 31. c. 143. ARGENTERIA. eadem notione. Vox ſatis frequens in Chartis Prouincialibus apud Columbum in Epiſcopis Viuarienſibus pag. 213. 219. et in Hiſt. Dalphin. tom. 1. pag. 41. ARGENTEA, in Ch. Petri Ziani Ducis Venet. an. 1211. in Hiſt. Bellunenſi pag. 109. (2) ARGENTARIAE, *Argentariorum*, ſeu monetariorum officinae; loca ſcilicet in quibus moneta fabricatur. Occurrit non ſemel. (3) ARGENTARIA, vicus, ſeu platea, vbi habitant *Argentarii*. Auctor Queroli: *Sacellum in parte argentaria ex diuerſo. Vicum argentarium* dixit S. Auguſtinus lib. 7. de ciuit. Dei cap. 4. ἀργυροπρατεῖον, apud Theophan. an. 5. Iuſtiniani. (4) † Fiſcus, theſaurus publicus, vel tabula nummularia, ſeu *Cambium publicum*, vt vocabant. Ch. a. 1287. in Bibl. reg. V. *Argentarius*.

ARGENTARIVM. (1) Armarium, in quo vaſa argentea reconduntur, apud Vlpianum leg. 19. D. de Auro arg. mundo leg. V. Baſilic. Eclog. 44. (2) ARGENTARIVM OPVS, in Chronico Figiacenſi pag. 298. pro *Argenteum opus*.

ARGENTARIVS. (1) Will. Britoni dicitur *is, qui cuſtodit argentum*. Gloſſae Lat. Graec. Ἀργυροφύλαξ, *Argentarius*. Eiusmodi munus fuit *Argentarii Regis* in aula Regum Fran-

Franciae, penes quem Thesaurarii Regii ex fisco quotannis certam pecuniae summam deponebant ad domus Regiae impensas, de qua rationes inibat in Camera Computorum; is autem an. 1351. 400 libr. pro vadiis percipiebat, vt docemur ex Computo Stephani *de la Fontaine Argentier du Roy*, quod in ead. Camera asseruatur. (2) ARGENTARII autem Latinis Scriptoribus, proprie sunt, ἀργυροκράται, siue ἀργυρομοιβοί, quos vulgo *Cambiatores*, seu Wechsler dicimus, vt pluribus probat Salmasius lib. de Vsuris pag. 490. Dicti etiam *Coactores*, vnde emendare licet Gloss. Lat. Graec. Κομάντωρ, *Argentarius*; legendum enim Κοάκτωρ. Sed hoc jam obseruatum a Cuiacio, Salmasio et aliis. V. Gregorium M. lib. 9. Epist. 23. (3) ARGENTARII, iidem etiam, qui monetarii, atque ita *Praepositos argentariorum*, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 4. §. 4. intelligendos quidam volunt. (4) ARGENTARII, in leg. 37. Cod. Theod. de Decur. qui argento vel auro arma militaria ornabant, vnde iidem cum *Barbaricariis* in Notitia Imperii videntur: vbi *praepositi barbaricorum siue argentariorum* non semel occurrunt. V. *Barbaricarius*. ARGENTARII FABRI, qui argentea opera conficiunt, in Lege Burgund. tit. 10. §. 4. *Qui fabrum argentarium occiderit* etc. Vbi editio Heroldi *Argentarium* nude habet. Ita vocem hanc vsurpat Anastas. Biblioth. in Vita S. Demetrii Martyris pag. 76. Edit. Ioan. Mabillon. t. 1. Analect. p. 76. ARGENTERIVS, non semel legitur in alio Codice MS. eiusdem loci in quo nomina sunt plurimorum e Confraternitate Natiuitatis B. Mariae. (4) ARGENTARIVS, exactor et distributor bonorum Ecclesiae. Ch. Bonifacii VIII. Papae, apud Miraeum to. 2. p. 879. *Similiter Decanus et Capitulum anno quolibet inter Pentecosten et Natiuitatem B. Ioannis Baptistae vnum argentarium siue receptorem et distributorem bonorum Ecclesiae praedictae eligent, et sibi salarium constituent.* ARGENTARIVS MILES, in libro Scacarii, qui Gerualio Tilisber. adscribitur, dicitur, *qui ab inferiore scacario ad superius defert loculum examinandi argenti.* Vbi videtur *Miles* poni pro gregario famulo.

ARGENTEA, V. *Argentaria* 1.

ARGENTEARIA, V. ibidem.

† ARGENTEITAS, vox chymica, prima argenti essentia. Arnauldus in Rosario Mf. l. 1. c. 8.

ARGENTENEVS, pro *Argenteus*. Rituale MS. Eccles. Cathed. S. Steph. Tolos.

ARGENTEREVM, vas argenteum, in Probat. t. 1. hist. geneal. dom. reg. Portugall. p. 614.

ARGENTERIA, V. *Argentaria* 1.

ARGENTERIVS, V. *Argentarius*.

ARGENTEVS, vetus apud Francos nummus. Octo *Argentei* vni solido aureo respondebant, vt liquet ex Aimoini lib. 1. de Transl. S. Vincentii cap. 3. *Quadraginta argenteos, solidos videlicet quinque postulauit.* Cui in margine e regione *solidos* adiungitur: *Intellige aureos.* Ita Spelmann. in Gloss.

† ARGENTIFRIGIVM, fimbria argentea, limbus argenteus, Gall. olim *Argentfres*. Ch. an. 1365. Mf. in Bibl. reg.

ARGENTIOLA TERRAE, portio terrae. Lobinellus Hist. Britan. in Glossario: *Venerdon vendit ad Sulcowin sex argentiolas terrae cum municulis et vallibus.* V. *Argensata*.

ARGENTOCLVSVS, apud Anastas. in S. Silvestro pag. 16. 28. V. *Inclusor*.

ARGENTVLVM, aes modicum, pauxillum argenti. *De reliquo argentulo quodcumque inuentum fuerit*, in Gestis Episcoporum Cenoman.

ARGENTVM. (1) Pecunia, quomodo *Argens* vulgo dicunt Galli. Vtitur auctor Praedestinati lib. 3. pag. 184. ARGENTVM ALBVM, pecunia argentea, Gall. *Argent blanc*, ad discrimen aerae monetae, quae dicitur *Argentum nigrum*, *Argentum arsum*. *Hinc librae arsae pensatae*, de quibus in veteribus Instrumentis non semel;

ſemel; hinc etiam *ardicorum* ſeu *arſorum*, Gall. *Ards*, nomen. Ch. Edwardi Regis apud Kennettum Antiquit. Ambroſden p. 165. *Silua 200. porcos inter totum reddit per annum 38. libras de albo argento, et pro foreſta 12. libras vrſas (arſas) et penſatas. Tempore Regis Edwardi reddebat 18. libras ad numerum.* Simile quid in Domeſdei: *Reddit nunc 30. libras arſas et penſatas.* Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 115. Et pag. 165. V. eumd. to. 5. pag. 247. *V. Ardicus* (2). ARGENTVM REGIS, ARGENTVM FINVM, Gallice *Argent le Roy*, *Argent fin*, in veteribus Regum Galliae de monetarum fabrica et fuſione ſtatutis, intelligitur de ea materia argentea, quae eſt vndecim denariorum, et 12. granorum puri argenti, hoc eſt, in qua eſt pars viceſima quarta aerea; nam argentum purum, ſeu *finum* illud eſt, quod conſtat 12. denariis purae ſeu finae materiae argenteae, quanquam adeo purum vix reperiatur. ARGENTVM FINVM RECTVM. Inſtrumentum an. 1275. Spicileg. Acher. tom. 8. pag. 251. *Damus atque conſtituimus vobis in dotem tria millia marchas argenti fini recti, penſi Perpiniani.* ARGENTVM STENDELIENSE, a Stendelia vrbe Germaniae ſic dictum, apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 48. (3) ARGENTVM VIVVM, Hydrargirum, Gall. *Viſ-argent*, Germ. Queckſilber, apud Bern. de *Breydenbach* Itin. T. S. p. 277.

ARGENTVS, nummus argenteus. Concil. an. 1012. inter Hiſp. tom. 3. p. 193. *Monetariae dent ſingulos argentos Sayoni Regis per vnamquamque hebdomadam.* V. *Ariencus*.

† ARGENZOLVM. Codex Mſ. eccleſ. Camerac. ineunte ſec. 13 ſcriptus, ad cuius calcem extant quaedam caerimoniae eccleſ. Rom. *Exeant pueri de ſcola ad nouum et argenzolum.*

† ARGER, agger, in Chron. Eſtenſi ap. Murat. t. 15. Script. Ital. p. 339. V. *Argineria*.

† ARGERIVM, pro *Areragium*, Rückſtand, in Reg. *Olim* parlam. Pariſ. a. 1294.

ARGERVS. Ch. an. 1153. apud Vghell. to. 5. Italiae ſacrae pag. 418. *Decimas terrarum veſtrarum de villis plebis et argeris, etc.*

ARGESTES, ventus, nauis Nordoſt dictus. V. *Magiſter* 1.

ARGIARRA, ἀφιδρύματα, *Simulacra*, in Supplemento Antiquarii.

† ARGILAX, vox Gallica, qua dumeta, vepres ſignificari videntur, in Ch. a. 1308. Mſ. Bibl. reg.

† ARGILLA, *vel* ARGVILLA. *eſt circulus qui circumſtat colla boum vel pecudum, ne intrent ſepes, jons, Gallice.* Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. Hiſpani *Argolla* dicunt eodem ſenſu.

ARGILLEVS, argillaceus, Germ. thönern. Miracula B. Stanislai Canonici Regul. t. 1. Maii p. 784.

ARGINALIS, agger, moles, Italis *Arginale*. Memoriale Poteſtatum Regienſium ad an. 1218. apud Murat. tom 8. col. 1091.

† ARGINERIVS, qui *Arginalibus*, ſeu aggeribus conſtruendis praeeſt et inuigilat, in Stat. Murin. Italis *Argine* et *Arginale*, eſt agger. V. *Arger*.

† ARGIRASPIDAE, milites Saraceni, qui clypeum argenteum geſtabant, ab ἄργυρος, argentum, et ἀσπὶς, clypeus. Andr. Floriac. l. 1. Mirac. S. Bened.

ARGIS, nauis, ſic dicta ab *Argo*, quae prima nauis fiſſe dicitur, qua Iaſon in Colchidem nauigauit. Gregor. Turon. in Vita MS. B. Mauritii Epiſc. Andegav. cap. 10. *Argis haud modica mercibus referta per Ligerim vehebatur.* Idem cap. 15. *Repente immanis emerſus e gurgite piſcis proſiluit in Argim.*

ARGISTERIA, Papiae: *Stationes, nundinae, popinae.* Alibi: *Ypotetenae*, (l. hypothecae) *argiſteria, domus: Popinae, argiſtariae, nundinae, plateae.* In Breuiloq. *Argiſteria, ſtationes nundinarum.* Ex Graeco ἐργαστήριον. officina, taberna. Iſidorus lib. 15. cap. 2. *Ergaſterium locus*

locus eſt, vbi aliquod opus fit. etc. V. *Argaſterium.*

ARGOIDO, Rhythmi in Veronam, tom. 1. Analector. Mabillonii: *Quorum corpora ſimul condidit Epiſcopus aromata et galbanen, ſtacten et argvido. mirrha, gutta, et caſia,* etc.

† ARGOISILLI, mercatorum ſocietas, cuius mentio fit in areſto a. 1339. parlam. Pariſ. An a Gall. *Argouzin* vel *Argouſin*, ſatelles remigibus regendis ac cuſtodiendis praepoſitus?

ARGOLEONTES, V. *Agrioleontes.*

† ARGOLICA PHALANX, nobilior, validior, in Praefat. ad Chartul. *Aganon* dictum, S Petri Carnot.

ARGVERE OCVLOS, caliginem oculis offundere Medic. Saler. pag. 21. edit. 1622. *Oplitalmia laborantes lux quidem offendit, eosque arguit, fuſca vero ac caerulea ſine dolore inſuentur.*

† ARGVITVS, probatus, conuictus, Gr. ἐλεγχθεὶς. Vetus Interpr. Comment. Origen. tract. 30.

† ARGVMENTARI, probare, demonſtrare. Vita S. Canuti t. 3. Iul. p. 148.

ARGVMENTATIO, vt mox *Argumentum* 1. Aigradus Monach. in Vita S. Ansberti Archiepiſcopi Rotomagenſis cap. 4. *Erat etiam in ſaeculari arguincntationis aſtutia prudens.* Rabani Mauri Opuſc. apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. p. 727. col. 1. Quo in loco id obſeruandum eſt, Rabanum absque diſcrimine vti vocibus *Argumentatione et Inuentione.*

ARGVMENTOSE, ingenioſe, apud Ordericum Vitalem lib. 6. p. 599.

ARGVMENTOSVS. (1) Ingenioſus. Quintilianus lib. 6. *In picturis quoque argumentoſa opera vocamus.* Idem: *Vulgo paulo numeroſius opus dicitur argumentoſum. Apes argumentoſae,* apud Willelm. Neubrig. lib. 1. cap. 10. Will. Tyrus. lib. 19. cap. 11. *Siraconus - - vir in noſtram argumentoſus perniciem.* Ioannes de Ianua: *Machinoſus, argumentoſus, ingenioſus ad machinas faciendas.* V. *Argumentum* 3. (2) † Callidus, aſtutus. Epiſt. 34. Nicolai I. PP. t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 422. V. *Argumentum* 1.

ARGVMENTVM. (1) Proprie: *Argute inuentum;* proprie ars vel ſtropha, qua quis fallitur. Paſſio SS. Perpetuae et Felicitatis: *Eſt victus argumentis Diaboli.* Gregorius Magn. lib. 5. Epiſt. 31. *Sub quolibet ingenio vel argumento.* Lex Burgundionum tit. 84. §. 2. Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. Matth. Paris ann. 1226. V. Salmaſ. ad Tertulliani pallium pag. 79. (2) Machina, qua aues in aquis capiuntur. Ch. Childeberti Regis pro Monaſterio S. Germani Pariſ. *De argumentis vero, per quae aues poſſunt capi ſuper aquam* etc. (3) Machina bellica. Luithprandus lib. 5. cap. 6. *Argumentum, quo ignis proiicitur.* Anaſtaſ. Bibliothec. in Hiſt. Eccleſ. pag. 73. (4) In examinatione aut ſupplicio reorum *argumenta* ſunt vincula, compedes et alia id genus. Vita S. Nicetii Epiſcop. Lugdun. tom. 1. Act. SS. April. pag. 101. B. *Argumenta, quibus conſtringebantur adſtricti, cum ſuo baculo tetigiſſet, ſtatim vigor eſt ferri confractus.* Paſſio S. Euphemiae apud Proſperum Martinengium: *Conſeſtim deſcripta ſunt omnia argumenta rotarum. Argumenta lapidum,* ibidem; vbi Metaphraſtes habet, ὄργανον τῶν τροχῶν, μηχανικὸν ὄργανον. Italis *Argumenti*, ſunt etiam ferramenta, inſtrumenta.

† ARGVS, *tardus,* in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646. V. *Arga.*

ARGVSATA, modus agri, idem quod *Argenſata.* Ch. Ortigurennae pro Monaſterio Artaxonenſi, ex Tabulario S. Saturnini Toloſ. inter Fragmenta MSS. Stephanotii tom. 8. p. 49. V. *Argenſata.* † Pro *Arguſata* legendum videtur *Arenſata.*

ARGVTARID, ARGVTARITVS, ARGVTARIVS CANIS, V. *Canis.*

ARGVTIO, correctio, reprehenſio. Chron. Triuetti apud Acherium to. 8. Spicil. pag. 629. Index veterum canonum tom. 3. Concil. Hiſpan. pag. 42. col. 2.

ARGVTOCANIS, V. *Canis.*

† ARGVZELLA, Italis, piſcis marini genus, Gallis *Aiguille.* V. *Aguilla* 2.

ARGV-

ARGYRIVM, argentum, a Gsaeco ἀργύριον. Agnellus lib. Pontif. apud Murat. to. 2. pag. 170. col. 1. quo in posteriori loco *Argyrium* est species disci maioris ex argento.

ARGYRODAMAS, genus lapidis pretiosi, ita dictus vt videtur, quasi *Argenteus adamas*. V. Salmas. ad Solin. pag. 564. et 1103.

ARGYRVS, Gr. ἄργυρος, nummus argenteus. Papias: *Nummus prius dicitur argyrus, quia ex argento plurimum percutiebatur.*

ARHAMIRE. V. *Adramire.*

ARIA. (1) Pro *Area*, ager, aut locus, qui nec colitur, nec aratur. Diploma Childerici Regis Franc. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col 9. *Contradidit cum omnibus suis appenditiis, in qua sunt molendini duo sub vno tecto, cum aria, super fluvium Suppia.* Chron. Monast. Noualiensis apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 750. V. *Area.* (2) ARIA, *ala*, in Excerptis Pithoeanis. (3) Nidus accipitris, V. AEREA,

ARIAE, Isidoro et Papiae, *Mortuorum pulvinaria*, sed legendum *arcae* censet Ludov. de la Cerda. Certe *Ariae* scriptum inuenitur in MS. Papiae codice, et in Bituric. qui est annorum circiter 500. † Forte *Ariae* scriptum pro *Areae*. V. *Area* 5.

ARIALIS, ARIALE, idem quod *Arealis*, seu *Area*, i. e. Hofstädte, in Tradit. Fuld. l. 1. tradit. 3. 20. Tradit. 10. *Arialis, id est Houastat*, Ibid. p. 501. edit. Pistor. *Cum eo ariale molendini exinde simul pertinente*, in Testam. a. 922. apud Vghell. in Episc. Veron. V. *Area* 1.

† ARIAMENTA, litis acta. Arest. parlam. Burdegal. a. 1487. *Secundum vltima acta et ariamenta partes ipsae venient* etc. Vbi forte leg. *Arramenta*, V. in h. v.

ARIANISTA, Arriani sectator. Godefredi Viterb. Pantheon apud Murat. to. 2. col. 363.

ARIBANNVM, ARIBANNVS, submonitio ad exercitum, et mulcta imposita ei, qui pergere negligebat. V. *Heribannum.*

ARIBERGARE, hospitio excipere, V. *Albergare.*

ARIBLATONES, Papiae, *Negotiatores de loco ad locum transeuntes.*

ARICERIVM, V. *Arizerium.*

ARIDARIVS, genus gladiatoris ex Artemidoro, sed Lipsius censet legendum, *Essedarius.*

† ARIDIVM, terra arida seu sabulum, Tract. Mss. de re milit. et mach. bellic. a. 5[illegible].

ARIDVRA, ariditas, macies. Rochus le Baillif in Diction. Spagyrico ad calcem Demosterii pag. 126. *Aridura est absoluta corporis vel membrorum consumptio, Syderatio, vel Sphacelus, vel Sphacelismus, et selia necrosis dicitur.*

ARIENCVS, ARIENZVS, apud Hispanos monetae species, quae idem videtur, quod denarius seu nummus argenteus, qui *argentus* simpliciter appellatur in Canone 44. Concilii Legion. anni 1012. tom. 3. Collectionis Conciliorum Hispan. pag. 193 *Monetariae dent singulos argentos Sayoni Regis per vnamquamque hebdomadam. Arienco* etiamnum vocant Hispani certum quoddam pondus triginta duo continens grana. *Ariencus* forsan eiusdem fuit ponderis, ac proinde paulo fortior denariis Gallicis eiusdem aeui, qui saltem 26. granorum erant tunc temporis, cum qui supersunt sint 24. teste D. *Le Blanc* Tractatu de monetis ad Reges Hugonem Capetum, Robertum, etc. Ch. Hispanica Fernandi Comitis Castellae, aerae 972. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti to. 1. p. 31. appendic. *Istae praedictae cum omnibus suis villis ad Alfonzes pertinentibus, per omnes domus singulos Arienços.* Occurrunt haec verba ibi pluries, sed fere semper scribitur *arienzos.* Fori Oscae ann. 1247. sub Iacobo I. Rege Aragon. V. *Ariensum.*

† ARIENTATVS, argenteus, apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 316. V. *Ariencus*, et mox

† ARIENTVM, argentum, pecunia, ab Ital. *Ariento.* Ch. a. 1017. apud Lamb. in Delic. erud. part. 2. p. 325.

ARIERE FEODVM, retrofeodum, Gall. *Arriere fief*, Germ. Afterlehn. Vox semi-Gallica. Homagium Othonis apud Rymer. to. 2. pag. 162. *Item Castrum de Ion, cum suis appendictis, prout dictus Iohannes de Cabilone, auunculus noster, tenet a nobis arierefeodum.* V. *Retrofeodum.*

*) ARIETARE, arietibus percutere, et deinde in genere, destruere. Vox obuia in versione Lat. Speculi Saxon. l. 3. art. 68. vbi Germ. habet, mit rammen.

ARIETATIO, percussio, quae fit machina bellica, *Aries* dicta. Vita S. Bibiani Episc. Sancton. apud Marten. tom. 9. Collect. Amplissi. col. 766.

ARIETEM LEVARE, *torneamenti* species periculosi apud Anglos, cuius ratio non omnino constat. Inquisitiones Archidiaconorum Lincolnienſis dioeceſis an. 1233. c. 30. *An alicubi leuentur arietes vel fiant scotallae, vel decertetur in praeeundo cum vexillo matricis Ecclesiae?* Synodus Wigornienſis an. 1240. can. 38. *Ne interſint ludis inhoneſtis, nec ſuſtineant ludos fieri de rege et regina, nec arietes leuari, nec palaeſtras publicas fieri* etc. Statuta Prouincialia Wakeri Episcopi Dunelmenſis an. 1255. *Insuper interdicimus leuationes arietum ſuper rotas, et ludos, quibus decertatur ob brauium exequendum.*

† ARIGALIS, forte ager ex prato ad culturam redactus, vel terra aratoria muris aut ſepibus incluſa. Ch. a. 1076. inter Probat. t. 1. hiſt. Lothar. p. 476. *Omnes decimas groſſas et minutas de caſtro et oppido ſcilicet de omnibus dominicaturis, de cenſalibus, de arigalibus, de ſtirpalibus* etc. ARREMGALIS et ARENGALIS, eadem notione, ibid. p. 482. in Ch. a. 1085. et t. 2. pag. 313. in Ch. a. 1137. *De ſtirpalibus de cenſalibus, de arengalibus, et de omnibus dominicaturis.*

ARIGARE, V. *Andicabo* et *Andigare.*

ARIGARGATHVNGI, vox Longobardica, quae ſignificat *ſecundum qualitatem perſonae* apud Murat. t. 1. part. 2. p. 22. col. 1. D. V. *Gasahingi.*

ARIGAVER, ARIGAVVM, V. *Andigare.*

† ARILLATIO, *coctione pannicularia.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

† ARILLATOR, *mercator*, in Vocabul. Caſſin. an. circ. 700.

† ARILLI, *ſunt arida grana vuae ab ariditate dicti.* Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. Cod. reg. 6959.

ARIMANDIA, ARIMANIA, ARIMANNIA, ARMANNIA, etc. (1) Familia militaris. Marculf. l. 1. Form. 18. *Fidelis noſter veniens ibi in Palatio noſtro, vna cum arimania ſua, in manu noſtro truſtem et fidelitatem nobis viſus eſt coniuraſſe.* (2) Ius, quo domini vaſſallos ſuos in exercitum ſecum ire compellebant. Germ. die Heeresfolge. Ch. a. 1156. apud Guichenon. in Bibl. Sebuſ. Cent. 1. c. 93. *Bannum, fodrum, albergariam, praedariam, arimanniam, angariam* etc. Occurrit praeterea vox in libro 5. Feudorum, in cuius origine inueſtiganda fruſtra inſudarunt Feudorum interpretes. Corrupta vox eſt ab *Herimannus*, quod vide. In Ch. a. 1195. in Bullario Caſinenſ. t. 2. p. 226. hoc ius vocatur *Arrimanaria.* (3) † Praeſtatio, quae ab *Armaniis* ſ. *Herimannis* ſoluebatur. Ch. Frider. II. reg. Rom. a. 1219. apud Murat. t. 2. Antiquit. Ital. med. aeui p. 876. *Cum - - paludibus, piſcationibus, armaniis, tanſis, bannis, ac olinetis* etc. *) Forte legendum eſt *almendis*, paſcua communis. V. *Almenda.*

ARIMANNVS, V. *Herimannus.*

ARINCHADA, modus agri, Hiſpanis *Arancada.* Charta Philippi Regis Franciae et Nauarrae an. 1319. apud Sandouall. in Epiſcopis Pampilon. p. 100. *Tres arinchadas terrae noſtrae juxta dictum palatium ſituatas*, etc. Occurrit ibi pluries. V. *Aranzada.*

ARINGHERIA, Suggeſtus. Vita S. Iacobi Philippi Ord. Seru. B. M. tom. 6. Maii pag. 174. C. Vide *Arengaria.*

ARINSCADA, V. *Harmiſcara.*

ARIO, ardea, Gall. *Heron*, Germ. Reiher. Vita S. Guilielmi Abbatis, tom. 5. Iunii pag. 125.

ARIO-

ARIOLA, parua *area*. Traditio Popponis Comitis regnante Ludouico Imp. apud Eccard. in Hist. Marchionum Misnensium col. 253. *In campis et syluis, ariolis, aedificiis, pratis, pascuis, aquis*, etc. V. *Area*.

ARIOLARI. *Ariolandi peccatum*. Stephanus Tornac. Epist. 120. *Mandatis Apostolicis nolle acquiescere, peccatum ariolandi est, et scelus idolatriae, nolle obedire*. Vtitur praeter ea hac loquendi formula, quae sumpta est ex l. Regum cap. 15. v. 23. Epist. 121. vt et Ioan. Sarisber. Epist. 198. 282.

† ARIOLVS, *qui aras colit, vel diuinus*, in vet. Gloss. Cod. reg. 7646.

ARIOMANITAE, Ariani, sic dicti quod Arii *mente* sine furore corrupti essent. Vita S. Antonii tom. 2. Ianuarii pag. 135.

† ARIOPAGITA, *ara paganorum*, in Glossar. ant. Cod. reg. 7646. Male pro *Areopagita*, curialis s. iudex in Areopago.

ARIPENNIVM, V. *Arapennis*.

ARIPENNVS, V. ibidem.

ARIPENNIS, V. ibidem.

ARIPENTVS, pro *Arapennis*, passim occurrit in Tabulario S. Petr. Vosiensis.

† ARIPERGARE. Ch. Otton. II. Imp. a. 982. ap. Murat. t. 6. Antiq. Ital. med. aeui p. 314. *Vt nullus dux, marchio, comes - - praedictum abbatem suosque successores et monachos ibidem deseruientes inquietare - - aut seruos et colonos eorum aripergare praesumat*. Procul dubio pro *aribergare*, i. e. herbergen. V. *Albergare*.

ARIPVS, *gladius falcatus*, in Glossario Anicien. MS.

ARIRAGIDA, V. *Hariredа*.

ARISARE, *grus est, quoniam clamat. Sic Milnus vigit, cenit herbas*. Papias MSS. Eccles. Bituricensis. † ARISARE in Glossar. vet. Cod. reg. 7613. et ARRISSARE, in alio Cod. reg. 7646.

ARISCADA, mulcta grauior a Principe irrogata. Leges Lotharii apud Murat. tom. 1. part. 2. pag. 141. col. 2. V. *Harmiscara*.

ARISCHILIT, obsequium militare. V. *Hereschild*.

† ARISCLA, idem videtur ac *assula*, Germ. Schindel. Leudae maiores Carcass. Mi. *Item pro somada de postibus, 6. den. Item pro cargua de ariscles, 9. den.* Vbi versio Gall. a. 1544. *D'une charge d'Arisles*.

ARISSARE, V. *Arisare*.

ARISTA. (1) Annus. Dicitur poetice apud Virgilium: *Post aliquot aristas*, et apud Claudium, *Decimas emensis hyristas*; vbi aristas pro messe, messis pro anno. At minus Latine apud auctores aliquot aeui medii, qui soluta scripserunt oratione; sic apud Mabill. tom. 4. Annal. Bened. p. 380. *Abbas bis denis aristis*. (2) Piscium osciculum, ἄκανθα, Gallis *Arête*, Germ. Grate. Ioannes de Ianua in Vgutione: *Arista, ab areo, es, quia primo areat, id est, spica, vel spicula, spite, et pisteum. Vnde dicimus aristatos pisces, qui plures habent aristas*. Vita S. Philiberti l. 2. cap. 33. apud Chifletium in Tornutio. Occurrit praeterea apud Stephanum Episc. Rodonensem in Vita S. Guilielmi Firmati n. 33. et in Hist. Relationis S. Richarii n. 13. (3) † Angulus exterior domus, a Gall. *Arête*. Ch. Ludov. Iun. an. 1178. in Chartul. S. Ioann. Laudun. V. *Aresta* 3.

† ARISTARE, spicas legere. Gloss. sur. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Aristare, conspicari, glenar, Prouinc.*

ARISTARI, in aristam crescere. Folcuinus Abb. Laubiensis in Vita S. Folquini Episc. Taruen. inter Acta SS. Benedict. saec. 4. part. 1. pag. 627. *In mense Iunio, quo aristantur segetes crescente culmo*.

ARISTATO, pallae, pallia, seu stragula defunctorum *tumbis* et monumentis imposita. Sic Cangius, et interpretes plerique; sed errant omnes, si credimus Eccardo. Quod enim, inquit, additur verbo *capulauerit*, hoc indicio est, *Aristatonem* ex ligno fabricatum, et structuram sepulcro impositam fuisse. Deinde *staplum* quod tanquam synonymum *Aristatonis* affertur, significat ere-

ftum, *ſtatutum*, *conſtitutum*, *ſtatum*, vt idem auctor exponit. Lex Salica tit. 17. §. 5. *Si quis ariſtationem ſuper hominem mortuum capulaueris* etc. Tit. 57. §. 3. *Si quis ariſtationem, id eſt, ſtapium, ſuper mortuum capulaueris*, etc. Quo loco Codex Heroldi tit. 58. §. 4. habet: *Si quis cheriſtadana ſuper hominem mortuum capulaueris* etc. Vbi Wendelinus *Ariſtationem* Germanicum Ehrenſtätte eſſe ait, quae vox *honorarium decus* ſonat. † Eccardo aſſentitur Muratorius t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 334. cuius ſententiam firmat ex Cod. Mſ. legis Salicae in Ethenſi Biblioth. aſſeruato, vbi legitur: *Si quis Ariſtarobem* (i. e. *Banculas*) *ſuper hominem mortuum capulaueriſ* etc. Nomine *Banculorum* a *banco*, deſignantur, inquit, cancelli lignei tumulis impoſiti. *) Schilterus, et Wachterus iidem per Ehrenſtätte explicant. Sed ad vocem *Stato* quod attinet, eadem eſſe videtur ac Sueconum *Stod*, ſtatua, columna, Germ. Stütze, aut Stüdel, fabris ferrariis; ita vt *ariſtato* proprie ſit Ehrenſäule, quod ſequens vox *Salaue* (Säule) itidem denotat. Vernacula vox *Cheriſtadana* in Cod. Heroldi eadem eſt licet aliis verbis. *Dun* enim collem, tumulum ſignificat. *Cheriſta* autem eſt vel pro *heriſt*, *eriſt*, honoris, vel idem ac Gerüſte, ſtructura, opus ex ligno praeparatum. Vt vt ſit, *Ariſtata* et *Cheriſta duna* nihil aliud ſunt, niſi ſtructura lignea honoris cauſa tumulo impoſita, quam violare nefas erat.

ARISTATVS, V. *Ariſta* 2.

† ARISTELLA, *parua ariſta*. Cathol.

† ARISTIFER, *ferens ariſtas*, in Vocab. compend.

† ARISTILLVM, *porrus vineae: interdum vocatur Aratillum*. Gloſſar. med. Sim. Ianuenſ. Cod. reg. 6959. V. *Aratilli*.

ARISTOLAPIS, lapis tectus *Ariſtatone*. Acta SS. Bened. ſaec. 5. pag. 10. de S. Geraldo Comite Aurelian. Vbi pro *Ariſtonem* Mabillonius cenſet legendum *Ariſtationem*.

ARISTOLOGIA, vox ab Hiſpanis etiamnum vſitata, pro *Ariſtolochia*, genus plantae, Gallis *Ariſtolochie*, *Sarraſine*, Germ. Oſterluceb. Bern. de Breydenbach. Itiner. Hieroſol. pag. 277.

ARISTOPHORIVM, Vgutioni, *vas ad potus et prandia deferenda ruſticis in agro aptum*, etc. ex Graec. ἀριστοφόρον.

ARISTOSA CIBARIA, panis hordeaceus, quod vide in *Panis*.

ARISTOTELICI LIBRI, quibus vacant ſcholae Philoſophicae. Labinellus tom. 3. Hiſt. Pariſ. in Gloſſario: *Praeter lectiones ordinarias bonum erit habere aliquem praeceptorem pro diebus Dominicis, feſtis et ariſtotelicis, qui certis horis legat aliquid de Moralibus, vel de Grammatica, Rhetorica, vel Poëtis*.

† ARITHMETICVS, *numerarius*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646.

† ARITHMVS, a Gr. ἀριθμός, humerus. *In arithmit*, h. e. in Libro Numerorum, ap. Tertull. adv. Marc. l. 4. c. 23.

ARITRAIB, V. *Arotraib*.

† ARIVM, *ſpolium*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646. ASIVM, ibid. infra. V. *Aſium*.

† ARIVVS, ripatius, ad *rivum* ſeu ripam pertinens. V. *Terra ariua*.

† ARIZERIVM, ARICERIVM, forte hortus ſeu pomarium, vel locus in quo fructus ſeruantur. Stat. Peruſ. p. 55. *Qui ariſerium fregerit, ſolvat pro bonno ſolidos X, et ſi in ipſo Aricerio absque fractura aliquit ceperit* etc.

ARIZZVS. Gloſſae Iſonis Magiſtri ad Prudentium: *Rudera: Arizzi, vel ſtercora*.

ARKARIVS, V. *Arcarius*.

ARLES CRVDVM, Rocho le Baillif, in Diction. Spagyrico, *ſunt guttulae in menſe Iunio cadentes, alias hydatis*.

† ARLOTVS, Italis *Arloto*, helluo, ventri deditus, Gall. olim *Arlot*, ganeo, nebulo, nequam. Ch. an. 1375. in Bibl. reg. Alia a. 1377. ibid. *Vnde venitis vos alii arlots et ribaldi?* ERLOTVS, eadem notione in Ch. a. 1370. ibid.

ARLOXEIVS, V. *Acloſſerius*.

ARMAR (1) Feminini generis. Poſitheus Magiſter in Gloſſ. *Inermis*, *ſine*

sint arma. Gesta Regum Francor. cap. 10. *Nullus tam fortidians est inculsam armam habet, quàm tu.* Lex Burgundion. tit. 18. §. 3. Edic. Heroldi. Lex Longobardorum cap. 4. eiusdem Edit. (2) ARMA CLAMARE, conclamare, *Crier aux armes.* Capitulare 3. an. 813. cap. 63. etc. ARMA, Scutum et lancea, dicuntur in Capitulari 3. an. 806. cap. 1. et in Capitulis Caroli Magn. lib. 3. cap. 22. Concilium Karrofense an. 986. cap. 3. V. Tabellam Caroli Calui, descriptam a Steph. Baluzio tom. 2. Capitular. p. 1276. vbi Regius Armiger et lanceam et scutum Principis tenet. ARMORVM BENEDICTIO, eorum nempe, qui in sacras expeditiones proficiscebantur. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 181. V. *Vexillum.* ARMORVM CVSTOS, dictus videtur non tam is, cui armamentarii, quod ἁρμαμεντάριον appellat Ioannes Cananus pag. 191. quam is, cui armorum in castris seruandorum cura incumbebat, in vet. Inscript. apud Gruter. 518. 5. 546. 9. 569. 7. Habebant autem singulae Legiones suos armorum custodes. 568. 11. ARMORVM OSTENSIO, Gallis *Monstre d'armes.* Arrest. O. SS. 1293. in Regest. Parl. f. 99. V. *Monstrum.* ARMORVM PRAEPARATIO, militia, cingulum militiae accinctio. Tabular. B. Mariae Columbensis dioeces. Carnotens. ARMORVM PROCLAMATIO. Ch. Ottonis M. Imperat. an. 877. apud Hermannum Stangefolium in Annalib. Westphalic. lib. 2. pag. 151. *Constitutum est, vt nullus hominum, vel Aduocatus alienam iurisdictionem in ciuitate praenominata habeat, excepta Abbatissa Assendinsi, praeter intrincationem manuum, vel armorum proclamationem.* V. *Heereschild.* ARMA CAPERE, eques creari. Concessio Henrici III. Regis Angliae pro Henrico de Lacy apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 289. ARMIS CONTENDERE, monomachia, iudicio duelli se purgare; in Consuet. Sicul. lib. 3. §. 47. ARMA DARE, ARMIS CINGERE, HONORARE, militem, seu equitem creare, armis militaribus induere. ARMA ACCIPERE, militari cingulo accingi. Vita Ludouici Pii an. 791. et an. 837. et passim alibi. ARMA DEPONERE, et relinquere iubebantur, quibus ob crimen aliquod imponebatur poenitentia publica. Vetus Poenitentiale: *qui occideris monachum aut clericum, arma deponas.* Adde Poenitentiale Roman. cap. 2. 34. Concilium Wormacien-se can. 26. 36. Moguntiac. an. 888. can. 16. Triburiense an. 895. can. 5. Romanum an. 1078. can. 5. Synodicum Concilii Tricassini an. 867. Capitula Caroli Magni lib. 6. cap. 90. 97. V. *Scastlegi.* ARMA ET EQVOS SVIS SENIORIBVS DARE. V. *Heriotum.* ARMIS ET HONORIBVS EMENDARE, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 36. PER ARMA IVRARE. V. *Iurare.* ARMA SACRATA ante iuramentum, vti probat Spelmannus in Glossario ex Legibus Boior. tit. 18. l. 5. *Tunc solus cum sua manu, postea donet arma sua ad sacrandum et per ea iuret ipsum verbum, cum uno sacramentali.* ARMA MVTARE, vel COMMVTARE in signum foederis, seu fraternitatis, Ethelredus. Florentinus Wigoraniensis et Ethelredus hocce ritu contractam fraternitatem narrant. Ita apud Homerum Glaucus et Diomedes arma inuicem mutarunt, l. 6. v. 235. Hoc porro ritu adoptionem fraternam *per arma* contractam ex Gaufredo Malaterra l. 2. c. 46. pluribus ostendit Cangius in Dissert. 21. ad Ioinuillam. ARMA ad tuitionem corporis necessaria pro debito pignerari prohibet Consuetudo Bragensis. art. 28. Ch. Caroli Comitis Prouinciae an. 1290. ARMA LIBERA, quae liberum, id est, virum ingenuum et nobilem solum spectant. Leges Guillelmi Nothi Regis Angl. cap. 65. de Manumissione seruorum: *Et tradas illi libera arma, scilicet lanceam et gladium. Arma Liberorum dicuntur* etiam *lancea et gladius*, in Legibus Henrici I.

Translatio S. Medardi tom. 2. Iunii pag. 101. V. *Almaria*. (3) Bibliotheca. S. Wilhelmi Conſtitut. Hirſaug. lib. 2. cap. 16. ARMARIVS, eadem notione Latini Scriptores vſurpant. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Bibliotheca, vel armarium, vel archium: booc hord*, id eſt, librorum theſaurus *Armarium librorum*, apud Iulium Paul. lib. 3. Sentent. Anaſtaſ. Bibl. in S. Zacharia. *Armarium Palatii*, in Epiſtola Ludouici Pii ad Magnum Archiepiſc. Senonenſem, et in altera ad Sichardum Arch. Burdegalenſ. quod *Archium Palatii* dicitur in eiusdem Imp. Praecepto pro Hiſpanis an. 816. Adde Vdalricum 3. Conſuet. Cluniac. cap. 10. Vide Britannicum ad Iuuenal. Sat. 7. et Sauaronem ad Sidon. lib. 2. Epiſt. 9. Ita *Amaire* Galli vſurpatunt. ARMARIA ITALICA. Viſio Gaetini c. 2. *Aedificium quoddam facturi, in modum Armariorum Italicorum praefiguratum, ad cuſtodiendum eius.* Vbi Codex alius; *Armariali vel aliarum figurarum praefig.*

MARIATVS, Officium armarii, ſeu cuſtodis Bibliothecae. Poſt finem K. Cod. MS. S. Martialis Lemov. haec leguntur: *Hunc codicem comparauit Bernardus Iterii Armarius*, an. 1223. *menſe Nouembri in feſto S. Odonis et ſui armariatus 20. pretio 9. ſol. cum 6. denariis.*

MARIERIVS, cantor ſeu praecentor in Eccleſiis et Monaſteriis. Conſil. Hiſp. tom. 4. pag. 194. *Miſſae defunctorum - - celebrentur ad arbitrium et prout diſtribuerit armarius.* Ibid. pag. 199. *In omnibus funerariis generalibus, vulgo* Cors general, *nuncupatis, armarius ſolis accipiat ſex cereos magnos de melioribus, qui reperientur in dictis funerariis.* V. *Armarius* 2.

MARIOLVM, tabernaculum, in quo Chriſti corpus aſſeruatur. Statuta Eccleſiae Leodienſis an. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 41. Haec vox occurrit apud Plautum pro *paruo armario.*

MARIOLVS, paruum armarium. Gern. Ordo Cluniac. part. 1. c. 25.

ARMARIVM, Bibliotheca. V. *Armaria* 3.

ARMARIVS. (1) Armorum faber, Gall. *Armurier*, German. Waffenſchmid. Apud Rymerum tom. 8. pag. 193. col. 2. V. *Armararius* 2. (2) Cuſtos Bibliothecae. Idem etiam qui in Eccleſiis et Monaſteriis *Cantor*, vel *Praecentor* dicitur, cui librorum, praeſertim Eccleſiaſticorum, cura incumbit. Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſis cap. 28. Vdalricus lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 10. *Praecentor et Armarius*; *Armarii nomen obtinuit, eo quod in eius manu ſolet eſſe Bibliotheca, quae et in alio nomine Armarium appellatur. Haec eſt obedientia, quam ex mera nullus mereatur, niſi ſtrictus.* (3) Idem ac *Secretarius Capituli* in Monaſterio S. Petri Voſienſis, vt patet ex eiusdem loci Tabulario fol. 61. Vo. *Accepit a Geraldo armario - - XV. ſolidos.* Idem: *Huius rei auditores fuerunt dominus Abbas Rainaldus, Geraldus Monachus Secretarius, etc.* Et paulo inferius: *Audientibus Geraldo Monacho Armario, a quo ſoluuntur 6. ſolidi*; quod et in fine charrarum ſaepius obſeruatur. Forte hic Geraldus duplici fungebatur officio *Armarii et Secretarii.*

† ARMARVERIVS, armorum faber, Gall. *Armurier*. Ch. a. 1412. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 210. V. *Armararius* et *Armeurarius*.

ARMATA. (1) Exercitus, Gall. *Armée*. Itali ac Florentini praeſertim *Armata* vocant claſſem, ſeu exercitum naualem. Ita Ioan. Villaneus lib. 4. cap. 30. lib. 7. cap. 83. l. 8. cap. 24. et alii paſſim, quamquam et interdum pro exercitu terreſtri vſurpant. Ch. Rogerii Regis Sicil. pro Meſſanenſibus, apud Bonfilium Conſtantium: *Facere teneatur armatam per mare, vel per terram.* Infra: *Nullus ciuis Meſſanenſis ad ſtolum et armatam quamcumque regalem, etiam per mare, ſeu per terram ire cogatur inuitus.* Occurrit in Ch. Conuentionis Imperatoris Graecorum et Communis Ianuenſium a. 1261. poſt Hiſtoriam Cangii Gallo-Byzant. p. 10.

to. II. V. Mauritium in *Ἀρμάδα*. Marten. tom. 1. Anecd. col. 1592. tom. 3. 1950. etc. (2) ARMATAE DIES (Suppl. *ſtellae*) pro *die Martis* ſumitur, in relatione Miracul. S. Etheldredae inter Acta SS. Iunii t. 4. p. 538. (3) † Armorum ſupellex, l. q. *Armatura* 2. Teſtam. a. 1290. ex Chartul. B. M. de Ioſaphat. (4) Nauis piraticae inſtructio. Ch. Alfonſi reg. Arag. a. 1288. V. *Armare* 4.

ARMATI, milites cataphracti, armis omnibus inſtructi, Gallis *Gens d'Armes*. Chronicon Colmarienſe 2. part. an. 1298. V. *Armatus*.

† ARMATIZATVS, inſignibus gentilitiis ſignatus, in Teſtam. a. 1368. in Bibl. reg. V. *Armandatus*. † 1

ARMATOR, cuſtos armorum. Iacobi II. Regis Maioric. Leges Palatinae inter Acta SS. Iunii tom. 3. pag. XXXV.

ARMATORIVM, locus, vbi arma induebant factiones, vel earum armamentarium *ἁρματωρεῖον τῶν πρασίνων*, meminit Cedrenus p. 448. V. Cangii Conſtantinopolim Chriſtianam.

ARMATORIVS, armatus. Arreſtum Parlamenti Pariſ. an. 1335. apud la Faille Annal. Toloſ. tom. 1. inter Probat. pag. 86. *Cum magna multitudine armatoria de nocte domum dictorum fratrum fregerunt.*

ARMATVRA. (1) Armorum exercitatio, exercitium militare, quo milites a Campidoctoribus inſtituebantur in campo. Gloſſarium laudatum a Rigaltio: *ἁρματύρα πεῖρα, μελέτη πρώτη. Multiplex armaturae ſcientia*, apud Iul. Firmicum. Cuiusmodi vero eae fuerint docet Henricus Valeſius ad eumdem Ammianum pag. 51. et 105. ARMATVRAE poſtmodum ſingulariter dicti milites, qui in principiis legionum erant, qui ſcil. ea exercitatione imbuti fuerant, vt auctor eſt Vegetius: quo ſpectat haec Inſcriptio: CANDIDAE. VRBANAE. MATERNINVS. PARDVS. ARMATVRAE. XXII. MARIT. F. C. ARMATVRAE praeterea milites fuere in Comitatu Imperatoris, quorum duae ſcholae recenſentur in Notitia Imperii ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum, Armaturae ſcilicet ſeniores, et Armaturae iuniores. Horum dux *Tribunus Armaturarum* dicebatur. Apud Ammianum lib. 14. 15. et 27. occurrunt *Mellobaudes*, et *Balcobandes Armaturarum Tribuni*. Sic porro appellatos exiſtimat Pancirollus, quod grauiſſimis armis, ſeu potius omni armorum genere inſtructi eſſent, vel certe quod eorum ſchola conflata eſſet ex iis, qui ſub Campidoctore armis inſtituti erant. Ita Ioan. Villaneus lib. 11. cap. 45. 84. vocem *Armudare*, pro militibus armatis vſurpat. † ARMATVRAE DVPLARES, SIMPLARES, apud Veget. l. 3. c. 7. *Qui binas vel ſingulas conſequuntur annonas.* (2) ARMATVRA. In Gloſſ. Graec. Lat. *κουσπλία*, arma, quae quis induit. *Armeure* Gallis; vox Latinis Scriptoribus haud ignota. (3) † Machinae quaeuis bellicae eodem nomine deſignantur in Lit. Caroli VI. an. 1418. t. 10. Ordinat. reg. Fr. p. 495. (3) Exercitus. Tractatus inter Eduardum, Angliae Regem et Franciſcum Ducem Britanniae an. 1468. ex Archiuo Nannet. *Quod ſi durante tempore quo iidem tres mille ſagittarii erunt in ſeruitio ſeu Armatura Ducis Britanniae, per eumdem Ducem obtinuntur patriae, loca, villae*, etc. *de domanio coronae Franciae*, etc. (4) Scuta gentilitia, Gall. *Armoiries*, Germ. **Wapen**, apud Rymerum to. 3. pag. 264. col. 1. vbi agitur de ſuppellectile Epiſcopi: *Tam videlicet de jocalibus, vaſis argenteis et argenteis, ornamentis capellae, armaturis*, etc. (5) † Ch. a. 1338. inter Monum. eccleſ. Aquileg. c. 89. p. 886. *Qui dominus Patriarcha - - eumdem dominum comitem per quemdam mundum ac etiam per banderiam armaturae comitatus Goritiae - - manu propria inueſtiuit.* I. e. per vexillum *armis* comitatus Goritiae inſignitum. (6) † Seruitium, quo vaſſallus domino ſuo militem praeſtare,

stare, aut ipsemet in exercitum domini sui ire tenetur. Ch. Iuonis Carnot episc. an. 1114. ex Tabul. eiusd. episc.

† ARMATVRARIVS, armorum faber, Gall. *Armurier*, in Ch. a. 1300. Ms. in Bibl. reg. V. *Armarius*.

ARMATVS. (1) V. *Armati*. (2) *Armatus equus*, idem qui *vestitus*, qui in funeribus nobilium offerri solebat. Testam. an. 1350. ex schedis le Fournier.

† ARMAZIVM, armarium, Inuent. a. 1362. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 266.

† ARMEATOR, armorum faber. Ch. an. 1317. Ms. in Bibl. reg. V. *Armaturarius*.

ARMELANSA, idem quod *Almutium* Canonicorum, sic dicta quod tanquam *Armilausa*, seu signum militare caeteris indumentis superadderetur. Praeceptum Caroli Calui pro Ecclesia S. Martini Turon. 849. apud Marten. to. 1. Collect. Ampliss. col. 118. *Dedisse fratribus Sancti Martini Antoniacum villam ad eorum armelansas* etc. V. *Armilausa*.

ARMELARVS, ARMELAVS, ARMELAVSIA, V. *Armilausa*.

ARMELINVS, mus Ponticus, *Armellina*, pellis muris Pontici Germ. Hermelin, in Translatione S. Properi, tom. 5. SS. Iunii pag. 17. V. *Hermellina*.

† ARMELLA, annulus ferreus, Hisp. *Armella*, Gallis *Armille*. Reparat. factae in Senescal. Carcass. an. 1435.

ARMILLA, eadem notione in Act. SS. t. 7. Iul. p. 265.

ARMELLAVSA, V. *Armilausa*.

ARMELLINA, V. *Hermellina*.

ARMELLVM, *vas Sanctorum, vel vinarium*, Papiae. Infra *Armillum* scribitur eadem notione.

ARMELVS, *ab armis secundum Rabanum, vestis humeros tantum tegens sicut scapulare Monachorum. Item ab armis hoc armelum, vas sanctorum vel victimarum.* Ita Glossar. MS. Monstis S. Eligii Atrebat. Pro *Armilaus*, V. *Armilausa*.

† ARMENIACI, ARMENIACENSES, Gallis *Armignagois*. Eo nomine appellabant fautores partium ducis Aurelianensis, genere comitis Armeniacensis, contra ducem Burgundiae. Ch. a. 1410. in Bibl. reg. *) Nota scriptoribus vernaculis tunc temporis vox germanica arme Gecken et der armen Gecken Krieg, exinde efficta, quae tandem in contumeliam versa est. V. Schilteri Glossar. p. 59. et autores ibi laudatos.

† ARMENTARIVM. (1) *Locus ubi arma reponuntur. Armenturiolum, diminut. ab armentarium.* Gloss. vet. Cod. reg. 521. (2) Armentum. Gloss. Gall. Lat. Cod. reg. 7684.

ARMENTATVS, scutis gentilitiis ornatus, Gall. *Armoirié*. Ch. anni 1343. apud Sammarthanos in Abbatibus Lesatensis Monasterii num. 27. *Donamus - - Monasterio - - quandam crucem argenteam deauratam, et armentatam - - Calicem argenteum unum paenna deauratam, et etiam armentatum* etc. V. *Ermentatus*.

ARMENTIA, *apex, eminentia, extantia*. Papias MS. Ecclesiae Bituricensis. † Rectius Cod. reg. 7613. *Armentia, apex, eminentia, exstantia*.

ARMENTVM, stabulum, Germ. Stall. Vita S. Saluii tom. 5. Iunii pag. 201.

ARMER. Computus generalis redituum Regis Franc. a. 1202. apud D. Brussel de Feudorum vsu tom. 2. pag. CLVI. *Pro vna tunica armer quam Rex habuit octo dies post S. Iohannem* XV. f. scriptum *Armer* pro *Armel*. Germani etiamnum Aermel eam vestium partem, qua lacerti brachiique teguntur, vocant. V. *Armillum*.

† ARMERCIA. Cod. reg. 4989. ad calcem Ordin. Roman. *In mitre S. Basilii fuit magna tabula vna fixa, vbi fuit armercia scripta in loco bono et notabili.*

ARMERII, armorum fabricatores, *factores*, vti vocantur a Senatore lib. 7. for. 18. 19. Gall. *Armuriers*. Occurrit haec vox in Const. Neapol. lib. 3. tit. 36. §. 1.

ARMERINAE PELLES, pelles muris Pontici, Hermelin, Rolandinus Patauinus

ermitus apud Murat. tom. 8. col. 181. V. *Hermellina.*

ARMESSARIVS, admiſſarius equus. Pactus Legis Salicae, ex MS. tit. 37. edit. Ecardi pag. 128.

ARMEVRARIVS, armorum faber, Gall. *Armurier.* Lobinellus Hiſt. Britan. in Gloſſario.

ARMICIA, *Sacrificium, hoſtia, victima,* in Supplemento Antiquarii.

ARMICOLA, miles. Tabula fundationis Monaſterii S. Severi in Vaſconia apud Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 3. cap. 8.

ARMICVSTOS, ὁπλοφύλαξ, *armorum cuſtos,* in Supplemento Antiquarii.

ARMIDOCTOR. Gloſſ. Graec. Lat. ὁπλοδιδάσκαλος, *armidoctor.* Perperam *Armiductor,* apud Stephanum in Vet. Gloſſ. cap. de Militia. Idem qui *Campidoctor,* de quo Stewechius ad Vegetium lib. 1. cap. 13. et Salmaſius ad Lampridium pag. 232.

ARMIDVCTOR, capitaneus, in tractatu de Paſſione Domini, facta in vrbe Atinenſi.

ARMIFACTOR, armorum fabricator. Victor Vitenſ. lib. 1. V. *Armerii.*

† ARMIFEX, eadem notione. Ch. a. 1414. Mſ. in Bibl. reg.

ARMIGAISIA, V. *Armilauſa.*

ARMIGATVS. (1) 2. Regum cap. 6. verſ. 4. *Et Dauid percutiebat in organis armigatis et ſaltabat totis viribus ante Dominum.* Ita quaedam Editiones ex LXX, ἐνεχρόντο ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις, quod aliae vertunt, *pulſabat in organis modulatis.* Ad quem locum ſic Hugo Cardinalis in Poſtillis: *Gloſſ. id eſt, ad armum ligatis, dum manibus ferentis sanguntur. Aliud genus organi eſt, quod cum aqua fit; ſicut quoddam etiam horologium, quod dicitur hydraulium,* Gloſſ. Biblicae MSS. *Armigatis, adunatis, ab eo quod eſt ἁρμόζω, id eſt, adamo.* Joannes de Janua, Willel. Brito in Vocabulario MS. Auctor Breuiloqui et Gloſſarium MS. Montis S. Eligii Arrebat. *Dicuntur organa armigata, ad armum, id eſt, humerum ligata: unde in organis armigatis, id eſt, ad humerum poſitis, vel, vt quidam dicunt, eſt genus organi,* quod cum *aqua fit.* Papias legit *ormiatus, ferro alligatus.* (2) Inſignibus gentilitiis ornatus. Charta ann. 1392. ex Archivo S. Victoris Maſſil. *Primo apparebant duo paunos de lana, quorum vnum erit altitudinis quatuor cannorum et longitudinis quatuordecim palmorum, armigati armis domini Abbatis. In quolibet dictorum paunorum erit vnum magnum coupaſum, quod tenebunt duo leones.*

ARMIGER, V. *Armigeri.*

† ARMIGERATVS, ſignatus, ſculptus. Gall. *Armorié.* Inuent. a. 1377. ex Tabul. S. Vict. Maſſil.

ARMIGERENS, idem ac armiger. De excidio vrbis Aconis apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 766.

ARMIGERI, ſcholarii, qui pro palatio excubabant, ſic forte dicti, quod inſtructi eſſent *ſcuto,* quod *arma* peculiari vocabulo appellaſſe Latinos obſeruauimus. Vnde Plautus in Caſina, quem prius *Armigerum,* mox *Scutigerulum* vocat; vt Ammianus lib. 31. *Scutarium* quem antea *Armigerum* dixerat. Sed et apud Anaſtaſium in S. Martino PP. *Armiger* promiſcue *Spatharius* dicitur. Gloſſ. Graec. Lat. ὑπερασπιστής, *Protector, Armiger.* (2) Praeſertim vero videntur appellati *Armigeri,* qui Principum eſſem et ſcutum deferebant, quibus verentur, ſi neceſſitas incumberet. Vnde in Gloſſis ὁπλοφόρος, eſt *Inſignarius, Armiger;* qua quidem dignitate donatus Narſes apud Coripp. lib. 3. Armigerorum porro ſumma olim fuit dignitas, vt qui primus tenerent in Regum vitis, et nonnunquam ad regalem ipſum apicem vnderentur. Iornand. de reb. Getic. c. 58. 60. (3) ARMIGERI. poſterioribus ſaeculis appellati ſunt potiſſimum nobiles inferioris ordinis, quod in bellis militum ſeu equitum *arma* gererent, quo iis in praeliis induerentur. Nam cum grauiora eſſent militum arma, habebat illi armigeros ſuos, qui ea ferebant, donec opus haberent. Vnde ὁπλοφόροι, interdum et ὁπλοπάροι vocantur in veteribus Gloſſ. Gr. Lat.

Aliud Gloss. MS. *Armiger, Armiportator.* Observat Britannicus ad Iuuenalem Sat. 1. Armigeros etiam olim dictos seruos, qui dominos suos sequentes, scutum, reliquaque *arma* gerebant. (4) ARMIGERI igitur vox seu appellatio tributa intelle quibusuis seruientibus, vti *Vallesiorum.* Leges Edwardi cap. 21. *Archiepiscopi, Episcopi, Comites, Barones, et omnes, qui habent sacham - - milites suos et proprios, seruientes, scilicet dapiferos, pincernas, almenarius, pistores et coquos sub suo Exburgo habeant, et item isti suos armigeros, vel alios sibi seruientes.* Ingulfus pag. 886. *Quinquagenarius* (actate Monachus) - - *habet Clericum seu garcionem seruitio suo specialiter attendentem, qui exhibitionem victualium recipiet de parte Abbatis modo et mensura, quibus ministratur garcioni vnius armigeri in Abbatis aula.* V. *Escuderius.*

† ARMIGERIA, officium, partes *armigeri, Armigeriam exercere,* in Ch. a. 1314. in Bibl. reg.

ARMIGERIVM, idem, secundum Cangium, ac *Scutagium,* seu seruitium militare, vel potius praestatio, quae fit a militibus ratione feodi militaris. Vt enim *Scutiferi* pro *Armigeri,* ita *Armigerium* loco *Scutagium* dici facile potest. († Carpentarius intelligit hanc vocem de oblationibus armorum quae in nobilium funeribus offerri solebant. V. *Armatus equus.*) Ch. Garcendis Comitissae apud Stephanot. in Antiquit. Occitan. MSS. *Dono similiter Ecclesiam S. Petri de Fideris cum omni suo, Ecclesiastico, cum decimis, primitiis et oblationibus, armigeriis et rebus aliis, quas praedicta Ecclesia possidere videtur.* V. *Scutagium.*

ARMILAVSA, ARMILAISIA, ARMILCASIA, etc. Sagum militare, quod thoraci superinduitur. Isid. lib. 19. Orig. cap. 22. *Armelausa vulgo vocata, quod ante et retro dirisa, atque aperta est; in armos tantum clausa, quasi armiclausa,* C. *littera ablata.* Vet. Interpr. Iuuen. Sat. 5. *Viridem thoraca,* apud eundem Poetam, *Armilausam praesinam* interpretatur. Cartas militum tunicas, ad genua vsque pertingentes, ἀγκυλωτὰς appellat etiam Mauricius in Strategicis; quod ἀνάνευ τῶν ὤμων induantur, dicta, vult praeterea Suidas. *Sclauinam* interpretatur. Vguitio: *Armelausa* (leg. *Armelausa*) *vestis tantum humeris clausa, et ante et retro dirisa, vel vestis tantum humeros tegens, sicut scaphulare Monachorum.* Gloss. Isid. *Armelaus, scapulare Monachorum.* Io. de Ianua *Armelus* habet. Idem Vguitio: *Armelausa sic dicta, quod ante et retro aperta sit, in armis tantum clausa, et est Sclauina.* Scriuerius ab *Armilausis* populis, quorum mentio fit in Tabula Iniper. Peutingeri, eiusmodi vestem dictam opinatur. Vestem militarem facit etiam Paulinus Epist. 3. *Cum praeterea facie non minus quam armilausa ruberet.* Et Epist. 7. *Sibi ergo ille habeat Armilausam suam, et suas ehligas et suas bucas.* Passio S. Bonifacii Martyris, edita ab Holstenio: *Vir est quadratus - - coccinea Armelausa indutus.* Anastas. Bibliothec. in Gregor. II. pag. 70. de Luithprando Rege Longobard. *Atque sic ad tantam compunctionem piis monitis flexus est, vt, quae fuerat indutus, exueret, et ante corpus Apostoli ponret, mantum, Armilaisiam, baltheum, spatam, atque ensem deauratam.* Ex iis emendandum Diploma Athelberti Regis Anglor. *Missurum etiam argenteum, scapton aureum, item sellam cum freno aureo, et genuis exornatum, speculum argenteum, Armilaisa ofoserica, camisiam ornatam praedicto Monasterio gratanter obtuli.* Ita reponit Cangius pro *Armilcasia* vt est in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 24. Perperam etiam *Armigaisia* apud Willelmum Thorn. p. 1762. v. 54. editum legitur. Almuciis Canonicorum *Armilausiorum* nomen inditum a quibusdam, quod reliquae vestis superadderentur. Tabular Laudun. apud Aaher. in Notis ad Guibertum: *Capitulum an. 1198. ea conditione inuestiendum* (Decanum) *censuit, vt dum installaretur, et fidem iuramento praestaret, almutium, sine armilausam ipse*

ipſe non haberet, (quia nondum ſacris erat initiatus) *ſed in manus Buſicularii, ſive Syndici Eccleſiæ deponeret.* Infra: *A Capitulo impetrauit, vt ſibi deinc liceret vti huiuſmodi Armilauſa, ſic tamen, vt illam in brachio deferret, non vero illam geſtaret in capite.* *) Schiltero *Armilauſa* i. e. ac *Armellas*, Aermellas, ein Loch mit Aermeln; Wachtero idem ac Aermellos, non manicata, absque manicis, a los, deſtitutus. Knicla Saga, in Gloſſario Suio-Goth. clariſſ. Ihrii v. *Arm*, loquitur, de *filki tryja ermalauſa*. i. e. tunica ſerica ſine manicis.

ARMILCASIA, ARMILCASIA, V. *Armilauſa.*

ARMILIVM, V. *Armillum* et *Armella.*

ARMILLA, V. *Armillum* 1.

ARMILLARIVS, V. *Armillum* 1.

ARMILLINVS, muſtella Alpina ſeu Pontica, Gall. *Hermine*, German. Hermelin. Vita S. Guillelmi Polirienſis Erem. to. 2. Aprilis p. 468. V. *Hermellina.*

ARMILLVM, ARMILLA, ARMELLVM. (1) Ornamentum brachiorum. Gloſſ. Lat. Graec. *Armilli, Armellum.* ψέλιον, κλάσιον. *Armillarius*, ψελιοποιός. Illud Gallis proprium fuiſſe docet Strabo lib. 4. Et Polybius lib. 2. Erant autem, eiusmodi *Armillae Gallicae* latioris ſegmenti inſtar, lapillis ac margaritis intextae, quae ſi non totum brachium, certe inferiorem brachii partem regebant, vnde et *Brachialia* dicuntur, interdum et *Manicae*. Gloſſae Biblicae MSS. *Armillae proprie virorum ſunt, collatae victoriae cauſa militibus, ob armorum virtutem: vnde et quondam virilia dicebantur. Ab intellectu autem circuli armilla non diſcrepat, quia ipſa quoque hoc, vbi ponitur, ambiendo conſtringit: ſed armilla latius extenditur, circulus rotundus ſit.* Sed et hodie Germani Aermel, eam veſtium partem, qua lacerti brachiaque teguntur, vocant. V. Gregor. Turonenſ. lib. 2. Hiſt. cap. 42. et Geſta Reg. Franc. c. 18. *Armillia Perſarum*, apud Apicium lib. 7. cap. 9. pellis eſt, ſeu cutis, quae armis tanquam armillae inhaerat, illosque obtegit, et quod armis, id eſt, humero deportetur ceu armillum. Ita Gabriel Humelbergius. (2) ARMILLUM, *vas viatarium, aptum ad portandum in humeris.* Ita Vgutio. Gloſſ. Iſid. *Armilium, crater, vas vinarium.* Gloſſ. Lat. Graec. *Armilium*, ἀκεῖον. V. *Armellum.*

† ARMILVSTRARE, armis praeludere. Chron. Eſtenſe ap. Murator. t. 15. Script. Ital. p. 462. *Haſtiludentes et armiluſtrantes ad frenum equi ſui antecedebant* etc.

† ARMILVSTRIVS, *quod armis locus luſtretur*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641. V. Theſ. Fabri in *Armiluſtrium.*

ARMINEA, ARMINIA, pellis muris Pontici. Computus an. 1333. Hiſt. Dalphin. to. 2. pag. 275. Alibi legitur *Arminia*. V. *Hermellina.*

† ARMINIVM, f. pro *Arneſium*, apparatus, quidquid ad ornamentum rei additur. Ch. ex Tabul. Caſſin. *E. v. paramentos de pannos de mixa cum omnia arminium ipſorum.*

ARMIRAGIA, maris praefectura. Bartholom. Scriba lib. 9. Annal. Genuenſ. ad an. 1264.

ARMIRAGIVS, maris praefectus, Gall. *Amiral.* Bartholom. Scriba lib. 9. Annal. Genuenſ. ad ann. 1264. V. *Admiralius.*

ARMISCARA, mulcta grauior, quae magiſtratibus vt plurimum ſolet irrogari. V. *Harmiscara.*

ARMIORATHA, Papias: *Armillae proprie virorum ſunt - - eaedem et circuli, et brachiales, rotunditate, id eſt, bogae, Armiſpathae.* V. *Banga.*

† ARMITAGA *dicuntur organa ad germina ligata, vel ſecundum quosdam, genus eſt organi, quod ſit cum aqua.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 5221.

ARMITES, ARMITES, *Armipotens*, apud Papiam MS. Ianus Laurenberg. in Supplemento Antiquarii: *Armites*, ὁπλίτης ὃς ἐν ἐσχάτῃ τάξει, *miles in vltimo agminis ordine.* Idem: *Armites*, πανοπλίτης ἔνοπλος, *agilis armatus.*

ARMI-

ARMIZATVS, paratus, Ital. *Armeggiato*. Senatus lib. 2. part 4. cap. 24.

† ARMO, pugio, fica, vt videtur. Statuta Mf. eccles. Aquens. *Quod nullus canonicus - - portare audeat cultellum, armonem, falchionem pennatum, clauem, ensem, aut alia arma.*

† ARMOLLIS, an idem ac *Armoracia?* Constit. a. 1127, inter Instrum. t. 6. Gall. Christ. p. 33. *A paschate usque ad ascensionem Domini - - liceat illis dare carnem cum armellis, vel cum aliis bonis et sanis herbis.*

ARMOMANTIA, Io. de Ianua, *diuinatio quae fit in armis, id est, in scapulis bestiarum, ab armus et mantiq.* Μαντεία Graecis est diuinatio, vaticinatio.

ARMONIA, pro *Harmonia*. Iohan. de Ianua: *Armonia, dulcoratio et consonantia plurimorum cantuum: dulcis cantus coeli.* Ἁρμονία, compages, et apud Musicos Concentus.

ARMORACIA, ῥαφανὶς, *raphani*. Supplem. Antiquarii. Radices sunt, quas Germani vocant Rettige. † Glossar. med. Simon. Ianuens. Cod. reg. 6959. *Armoratia, rapistrum, raphanus agrestis: aliquando mammovacca et lucena vocatur.*

ARMORICA, iuxta mare. Prosper Sanctacrucius lib. 2. apud Martenne. t. 5 Ampliss. Collect. col. 1446. *Hoc a plerisque sagacibus praefiso, in Nannetensi ciuitate, in qua haec nunc scribimus, mense Octobri* MDLXII. *quam antiqui Armoricam (haec vox illorum lingua iuxta mare sonat) dicebant.* Armoricis *Ar*, iuxta; ad, super significat, et *More*, mare. Caesar lib. 7. de Bello Gall. *Gallorum ciuitates, quae Oceanum attingunt, vsarum consuetudine Armoricae appellantur.* V. Menag. Diction. Etymol. Gallic.

ARMVDARE, V. *Armatura*.

† ARMVM, vel ARMVS, Gall. *Arme*, quidquid ad percutiendum aptum est. Ch. a. 1268. in Bibl. reg. *Si quis percussus fuerit de armo fraduto irascude.* V. *Arma* 1.

ARMVRARIVS, fabricator armorum, Gall. *Armurier*, apud Rymer. tom. 10. pag. 648. V. *Armararius*.

ARMVRATVS, scutis gentilitiis, quae vocant *Arma* distinctus, ornatus, Gall. *Armoirié*. Inuentar. MS. Ecclesiae Nouiom. an. 1419. *Duo cofferti - - armurati armis de le Bossiere. - - Item vna cortina magna serica rotata et armurata armis de Courtenay.*

ARMVS, V. *Armum*.

† ARMVSERIVS, pro *Armurerius*, in Probat. t. 4. Hist. Nem. p. 47.

ARMVTIA, villosum amiculum, quo vtuntur Canonici; Gall. *Aumusse*. Concil. Rauennense a. 1314. can. 10. V. *Almucium*.

ARMVZIVM, eadem notione. Translatio S. Prosperi, tom. 5. Iunii pag. 71.

ARNA. (1) Italis *Arnia*, alueus apum. Fori Oleae ann. 1247. fol. 86. *Et si apes fecerint examina paret vis in horto aut in vineo arnum cum melle et cera coctarum.* (2) † *Agna* apud Festum, a Gr. ἀρνὸς, agnus. Glossar. Lat. Isid. Mf. *Arna, la pecora agnicla.*

† ARNAGLOSSA, *plantago, plantayse, Prov.* Glossar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. Germ. Wegerich.

ARNALDENSES, monetae species, Vicecomitum forte Leomaniae, quibus familiare fuit Arnaldi nomen. († Vel etiam comitum Carcassonensium aut Conuenarum.) Ch. Ioan. de Greilly Senescalli Vasconiae an. 1283. in Regesto Constabulariae Burdegalensis fol. 221. *Habuisse et recepisse - - a Ioanne Episcopo Aginnensi 3000. librarum bonorum Arnaldensium.* In alio Reg. sub ann. 1303. *In Agenno currunt Arnaldi. Chapot, et Petragor.* Regestum Comitum Tolosae fol. 30. *Mille librae Arnaldensis monetae*, in Litteris Arnaldi Odonis Vicecomitis Leomaniae an. 1248. V. *Arnoldus* 2.

ARNALDIA, morbi species, sed incerta, nisi forte *alopecia* fuerit. Roger. Houed. in Ricardo I. pag. 693. *Deinde vterque Rex incidit in aegritudinem, quam Arnaldiam vocant, in qua ipsi vsque ad mortem laborantes, capillos suos deposuerunt.* Eadem habet Bromptonus pag. 1201. Nicolaus Triuettus ann. 1191. *Grauissimam incur-*

incurrit aegritudinem, quae vulgo Arnoldia vocatur. Codex editus habet *Arnoldia*, sed perperam.

ARNALDISTAE, haeretici, ab Arnoldo Brixiano Clerico appellationem nacti. De iis agunt Otho Frising. lib. 2. de Gestis Frid. c. 20. S. Bernard. Epist. ad Guidon. Legat. et Gerhous Reichersperg. lib. 1. de Investig. Antichristi.

† ARNALDVS, ARNOLDVS, ganeo, nebulo, homo nihili, scortator. Stat. Vercell. l. 5. p. 126. *Non debeant emere vel vendere aliquas fraudes - - ab aliqua persona ignota, soldato, meretrice, arnaldo, vel ribaldo.* Adde Stat. Crimin. Cumanae c. 187. Hinc Gallis *Arnauder*, *arnalderum* more agere. V. *Arlotus* et *Filii Harnaudi* in *Filius*.

† ARNALTVS, qui consilia dat, a Celtico *Arn*, honor, et *Ealt*, palatium, aula, vt docet le Beuf c. 2. Collect. ver. Script. p. 274. vbi vet. hanc Inscriptionem refert: *Mercurio et Minervae. Arnaltus nutricibus Augustorum sacrum. Cn. Publius Lucceius Maritimus Decurio V. S. L. M.*

† ARNARIVM, f. pro *Alnarium*, alnetum, in Ch. a. 1157. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aevi p. 676. *Una cum omnibus suis aedificiis - - pratis et arnariis, fontibus, rivis*, etc. V. *Alnidus* et *Arnus*.

ARNATVS PANNVS, tinea consumptus, exesus, forte ab Italico *Tarmare*, quod idem significat. Statura Massil. MSS. an 1253. *Pannulus arnatum vel vetustate consummatum.*

ARNEA, pro *Arena*, legitur infra in *Bamber*.

ARNELAVS, *scapulare monachorum.* Gloss. Isid. In Excerptis Pith. *Arnelaus*. V. *Armilausa*, vbi Cangius legit *Arnelaus*.

ARNENSE, armatura, Germ. Harnisch. Compotus anni 1333. Hist. Dalphin. to. 2. p. 278. ibid. pag. 279. V. *Harnaschia*.

† ARNESCVM, i. q. *Arnesium* 1. in Stat. Auellae c. 214.

ARNESE, vox Italica, proprie apparatus omnis bellicus; item quaedis supellex. Ottobonus Scriba lib. 3. Annal. Genuens. ad ann. 1194. apud Murator. to. 6. col. 369. *Loricas vero et armamenta varia, vasa etiam argentea, et aurum, et monetas, et alias innumerabiles divitias et multum arnese, sibi praetermissis instrumentis, quae fecerunt, retinuerunt.* Chronicon Parmense ad ann. 1301. apud eumdem Murator. tom. 9. col. 843.

ARNESIVM. (1) Vt *Arnese*, Gall. *Harnois*, Armatura. Codicillus Henr. Com. Ruthen. an. 1222. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1170. V. *Hiarnaschia*. *Arnesia Autorum*, apparatus. Ch. ann. circiter 1423. *Arnesium Saumarii*, instructus equi clitellarii. Gall. *Harnois de beste de somme.* Capitula Gener. S. Victoris Massil. MSS. (2) ARNESIVM, ARNEXIVM, ARNEZIVM, quaevis supellex Ecclesiastica et domestica, etiam muliebris. Testam. an. 1367. inter Anaod. Matten. tom. 1. col. 1524. *Reliquum pretii dictarum rerum convertatur in jocalibus et aliis arnesiis faciendis in altari dicti monasterii.* Ch. Raymondi Episcopi Penestini apud Balus. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 345. (3) Tunicae species, sagum, paludamentum. Litt. Ioannis I. Regis Franc. a. 1351. apud D. de Lauriere tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 481. *Item, quod omnes (f. nuncius) dicti Consulatus possit et valeat deferre baculum picturis floribus lilii, in armesium simm, sicut servientibus in talibus deferri consuevit.* (4) Ferramentum. Litt. anni 1340. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 53. *Clientes nostros mandari faciatis, et provideri armesiis pro cala et destructione arborum, vinearum, et bladerum opportunis.*

ARNEXIVM, ornatus equi, Gall. *Harnois*, et forte quaevis impedimenta et farcinae. Chron. Veronense ad an. 1301. apud Murator. tom. 8. col. 641. V. *Arnesium* 1. et *Arnesium*.

ARNEZIVM, ARNEZIVM, V. *Arnesium* 2.

ARNILAVS, V. *Arnelaus*.

ARNISCARA, V. *Harnischara*.

ARNISIVM, ARNIXIVM. Ogerius Panis Annal. Genuens. lib. 4. ad an. 1213.

1213. apud Murator. tom. 6. col. 405. *Exercitum totum fugauerunt, tendas quoque, papiliones et armaturam habuerunt.* Ibidem: *Boues, curros, carrocios, tendas, papiliones, mulas et armaturam totam peregrinorum, et habuerunt valorem ultra librarum millia Papiensium.* Quibus in locis non ſolum equorum ornatus, Gall. *Harnois*, ſed impedimenta quaeuis ea ſarcinae debent intelligi. † immo ſupellex quaeuis tum eccleſiaſtica tum domeſtica. Stat. Placent. apud Ughellum t. 16. Script. Ital. pag. 548. V. *Armentum.*

ARNIVS. (1) Fredegar. Schol. cap. 64. *Tunumque Perſidam ſuae ditioni redegit, captis exinde multis theſauris, et 7. aruilis, ethibus multis: cuius temp Perſida vaſtata, eius ditioni ſubiacuit.* Ad quam annotatur in aliis Codd. legi, *Aeltis, Aeltianuitis, et Wetharnatis.* Sed obſcurum per obſcuriùs. (2) † Quaeuis impedimenta, ſarcinae, Gall. *Bagage.* Ch. a. 1226. inter Ordinat. reg. Franc. t. 4. p. 452. *Ne quis equos, bones aſinos ad arnias, ad quadrigam, ad trahum ſiue ad hercam capere praeſumat.* Vbi tamen forte legendum eſt *ad arotrum.*

ARNIXIVM. V. *Arnuſium.*

ARNO, Belgis olim idem quod aquila, Germ. Arn. Hinc *Arno* ſeu *Arnoldus* Rhotomenſis Abbas, deinde Salzburgenſis Archiepiſcopus apud Alcuinum Epiſt. 34. et 104. *Aquila* nocatur: *Arno* ita inſcribitur *Aquilae Antiſtiti: Alhimus: poſteriorem vero: Dulciſſimo fratri et ſanctiſſimo Praeſuli Aquilae.*

ARNOGLOSSVS, piſcis genus. Tract. Mſ. de Piſcibus cap. 96. *Arnoglosſus, cui ab agninae linguae nouitate noſtra piſcium eſt, a noſtris Perperit nominatur.*

ARNOLDVS. (1) V. *Arnoldus.* (2) *Florenus Arnoldi*, Arnoldus Gulden. Statut. Lubecenſ. a. 1438. *Iohannes Otto recognouit, ſe tenere in decem et ſex florenis Arnoldi, quolibet floreno de XI. ſolidis denariorum Lub.*

ARNOSIVM, armatura, Gall. *Harnois.* Teſtam. Guigon. Epiſc. Caſin. an. 1345. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. 1460. XIX. V. *Arneſium.*

ARNVETHINVS, monetae ſpecies, quae currebat in Prouinciae Comitatu ſub ann. 1465. valebatque ducatum cum dimidio.

ARNVS, pro *alnus*, arboris ſpecies, Gall. *Aune*, Germ. Erle. Statuta Arelat. lit. 127.

AROAGIVM, facultas, forte lintum vel canabim in aqua macerandi et ſoluendi, a voce Gallica, *Aouer* et *Rouir*, Germ. Röſten, Röthen. Ch. Guidonis Epiſcopi Ambian. an. 1226. ex Tabulario Eccleſiae Ambian. *In aliis autem aqua haliatis homines Eccleſiae Ambianenſis liberum aroagium, et communes uſus, hoc excepto, quod ibi non poſſint piſtari, vel aquam ad alia loca diuertere, vel illud impedimentum, quod dicitur caſtigiare, de nouo facere.*

ARODANDRVM, arbor; *quod aurum pro dicitur Lorandrum, eo quod ſit ſimilis foliis Lauri.* Papias MS. Bituric. † Vox manifeſte corrupta ex *Rhododendron.*

ARODINA VESTIS, roſei coloris, a Graeco *Ῥόδον, roſa.* Anaſtaſ. in Vitis PP. apud Murat. tom. 3. pag. 251. col. 1. *Fecit in Baſilica veſtem rubeam de arodina*, (al. *diarodina*) inquit Murator. quod retinendum dicerem, ſi caſus adiectiui cohaereret cum ſubſtantiuo. *Diarhodinus* vox eſt nota, vti videre potes ſuo loco.

ARODOGMATVRA, V. *Roigmatura.*

AROLIVS, V. *Arrolius.*

AROLVS, genus reris, quo aues capiuntur. Deſcribitur a Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 22.

AROMATARIVS, pharmacopola, qui componit vilia medicamenta. Item Vnguentarius. Concil. an. 1585. in Hiſp. to. 4. pag. 324. *Non tamen interdicitur, Chirurgis et Aromatariis, ne his diebus (feſtis) officia ſua exerceant, quantum aegrotorum ſaluti conueniet.* Et pag. 342. *Nolumus* (Clerici) *in locis publicis, aut in domibus, quo ad id multitudo hominum conuenit, veluti in domibus aromatariorum aut tonſorum.* Iidem forte in Hiſpania tunc erant Pharmacopolae,

sopolae, Chirurgi simul et Vnguentarii, vnaque *Aromatarii* voce designatur.

AROMATICITAS, odor vel sapor aromaticus. Bartholom. Anglicus lib. 19. de Proprietatibus rerum cap. 56. Bern. de Breydenbach Itin. Hierosol. pag. 98.

AROMATIZARE. (1) Odorem spargere, *redolere*, Ioannis de Janua. Catholicon Armoricum, Jocelinus in Vita S. Patricii n. 3. (2) Aromatibus condire, Germ. würtzen. Chron. S. Petri Viui Spicileg. Achér. to. 2. pag. 745. Vita B. Pecinnae Virginis tom. 5. Iunii pag. 87. (3) Thus adolere. Guidonis Disciplina Farfensis lib. 1. cap. 42. Ibidem pag. 66.

AROMATIZATIO, ead. notione, ib. non semel.

AROMATORIVS, pharmacopola. Statua MSS. Cardinalis Tiuolitii Abb. S. Victoris Massil. an. 1531.

AROMATVM, aroma. Sermo S. Humilitatis Abbatissae tom. 7. Maii pag. 834.

ARONCALE SOLVM, ager incultus, in Ch. 33. inter Alemann. Goldasti V. *Roncalis*.

AROTHEVS *interpretatur Scotomatus*. Papias MS. Vtrumque perinde incognitum, nisi forte *Scotomatus* idem sit ac tenebrosus, a Graeco σκότος, tenebrae, sed haec diuinando.

ARQVASTA, sine *Arita Genuatia*, teste Vromanduorum regio circa Peronam, Camaracum et Bapalmam. *Abbatia S. Nicolai in Arouasia*, quae caput est Congregationis Ordinis Canonicorum Regul. S. Augustini. V. *Arridagamenta*.

ARPA. (1) Gloss. Aelfrici: *Arpa*, Aeren geat, id est, *Porta aerea*, juxta Somneri Glossar. Saxon sed forte idem fuerit quod *Harpa*. V. in hac voce, et in *Harpa*. (2) Matth. Silvaticus in Pand. *Alharbe est quaedam auis, quae in nostra lingua vocatur Arpa, quae est facta vt miluus.* † Gall. *Arpe*. pro *Harpie*, auis poetica, Germ. Harpye. (3) Cithara, species instrumenti musici, German. Harpfe. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episc. inter Acta 68. Benedict. saec. 4. part. 1. pag. 724. V. *Harpa*. (4) Harpago, vel forceps focaria. Germ. Feuerzange. Chron. 1218. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 674.

† ARPACARE, harpagine trahere. Columnarium s. Comoedia fine nomine ex Cod. Reg. 8163.

ARPAGA. Vgutio: *Succinus, gemma quaedam, quam Graeci vocant electrum, fului et caerulei coloris, fertur arboris succus esse, et ob id dicitur succinus. Vocatur et a quibusdam Arpaga, ab arpe, (ἁρπαγὴ) quod est rapere, quia attractu digitorum accepta, vel coloris omnia folia et festucas fimbrias rapias, et paleas, sicut magnes ferrum.*

† ARPAGARE, arripere, apprehendere. Vita S. Amalbergae ex Cod. Reg. 5506.

ARPAGO, *genus vasis. Vnde Iosephus: Fecit vasa aurea, ollas, caldarias, et arpagones*. Vgutio. *Arpago* scriptum est pro *Harpago*; quod instrumentum est ferreum Latinis Scriptoribus notum, vncos habens et a Graeco ἁρπάγη deriuatum. † Pro ligonis specie occurrit in Hist. Bilsii apud Murat. t. 19. Script. Ital. p. 128.

ARPAGVS, immatura morte raptus, ab ἁρπάζω, rapio; † vel ipsa mors immatura. Claudius Menestrier Hist. Lugdun. pag. 56. ex antiqua inscriptione. V. ibi notam eiusdem Menestrier.

ARPATA, mensurae species. († Pugillus, vt *Arpauda*, Gall. olim *Arpade*.) Tabular. S. Petri Generensis apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 1. cap. 25. n. 8. *Odo Casbelensis dedit B. Petro, in eodem morcato arpatam salis in perpetuum possidendam.*

† ARPAVDA, quantum pugno concinetur, pugillus. Laudae maior. Carcass. Mss. V. *Arpata*.

† ARPAX, harpago, Gall. *Harpon*. Annal. Estens. ap. Murat. t. 18. Script. Ital. p. 928. V. *Arpago*.

ARPAXARE, rapere, ab ἁρπάζω. V. *Harpagare*.

† ARPENDIVM, idem ac *Arpennis*, Gall. *Arpens*, in Tabular. S. Sulpit. Bituric.

ARPEN-

ARPENNA, agri modus, idem qui supra *Arapennis*, Gall. *Arpent*. Acta Ezonis et Mathildae tom. 5. Maii pag. 59.

ARPENNIS, eadem notione, apud Doublerum Hist. Sandionys. pag. 829. 836.

ARPENNVM, eodem significatu apud Stephanotium to. 2. Antiq. Occitan. MS. pag. 413.

ARPENNVS, idem, apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 197. V. *Arapennis*.

† ARPENTARIVS, agrimensor, in Ch. a. 1217. in Chartul. Camp. Cam. Comput. Paris.

ARPENTATOR, agrimensor, Gall. *Arpenteur*, apud Spelmannum in Glossario, quod vide.

† ARPENTINVS, i. q. *Arapennis*, in Ch. Philippi Augusti Ms.

ARPENTIVM, ARPENTVM, idem quod *Arapennis*, modus agri, Gall. *Arpent*. Ch. an. 1181. ex Archivo Ecclesiae Dolensis. *In toto terra Curum non stans nisi tria arpentia*. V. *Arapennis*.

ARPENTVM, V. *Arapennis*.

ARPETA, corrupte pro *Erpeta*, seu *Herpeta*, ignis sacer, *Zona* Graecis tumor exulceratus, a flava bile sincera progignens. Chron. S. Maxentii, seu Malliacense an. 1014. *Obiit Petrus Abbas - - morbo arpeta, id est, igni inextinguibili, sive se consumens*. Infra: *Fuit homo - - qui pedem morbo arpeta perdidit*. Scribonius Largus cap. 63. *Facit hoc medicamentum ad carbunculos, et ad ignem sacrum, et ad zonam, quam Graeci herpetem dicunt*. Est autem una species ignis sacri. Adde eumdem cap. 246. Marcellum Empir. cap. 22. Celsum lib. 5. cap. 27. et Conradum Usperg. in Henrico V. V. *Ardentes*.

ARPIMVM, vt *Arapennis*, Gall. *Arpent*. Locum vide in *Mansionale*.

ARPO, spiculis ferreis, quibus hastae in mari configuntur, Germ. Harpune, apud Rymer. tom. 2. pag. 527. V. *Harpones*.

ARQVATVRAE, *fornices*, Papiae. Notae Tyronis: *Arquas. Arquaturas*. V. *Ascaturae*. † Rectius Glossar. vet. Cod. reg. 7613. *Aquaturae, fornices*.

ARQVAYRAGIVM, V. *Arqueriatus*.

ARQVEMIA, pro *Alchymia*, seu Chymia, in Novellis Definitionibus Ordinis Cisterciensis distinct. 7. cap. 7.

ARQVERIA, V. *Archeria*.

† ARQVERIATVS, officium *arquerii* seu sagittarii. Ch. a. 1341. in Bibl. reg. Infra *Arquayragium* et *Arcayragium*. V. *Arcarii*.

† ARQVESIA, pro *Arqueria*, Germ. Schieszstatte, Gall. ol. *Archiere*. Stat. a. 1357. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 194.

† ARQVETVS, diminut. ab *arcus*. Comput. Ms. fabricae S. Petri Insul. a. 1495.

† ARQVILLAE, *caullae de ferro in pisa*, Gall. *Hutrées*. Gloss. Lat. Gall. a. 1352. Cod. reg. 4180.

ARQVINESTA, Literae Richardi II. Regis Angl. an. 1380. pro Mercatoribus de lanua, apud Rymer, to. 7. pag. 243. *Duas magnas ollas vitreas ynsiberis viridis, vnam vergentem ynsiberis facti cum aqua limonis, vnam balam de Arquinesta, tredecim pipas vuarum siccarum, nouem pipas fulfuris*. Haud scit Cangii editor, an *Arquinesta* deriuetur ab articulo Arabico *Al*, pro quo non semel *Ar*, et *China*. Hispanis signum indicem, quod decoctum aqua sudorem mouet.

ARQVINTALE, pondus centum librarum ad quod merces exigebantur. Ch. Willelmi D. Montispessulani an. 1205. *Dono etiam ego Willelmus Baillestum arquintale, et terciam denariam in arquintali et medalias, quas donare homines Montispessulani et Lengobardi pro arquintali*. V. *Quintale*.

† ARQVINTARE. Ch. a. circ. 1080. inter Probat. t. 1. Hist. Occit. pag. 318. *Quia Petrus comes interpellavit - - de aliis hominibus - - de ipsas cogacias, et de ipsos raptus, et de ipsis homicidiis, et de ipsis Arquintars et de ipsa moneta*. Quod de iurisdictione vel emolumento ponderis intelligit Carpentarius V. *Arquitale*.

† ARQVITENENS, epitheton Dianae et Apollinis, apud Arnob. l. 1. Macrob.

Macrob. l. 6. Saturn. c. 5. et Naeuium l. 2. belli Punici. V. Animaduerſ. Elmenhorſtii in Arnob.

ARQVITES, arcubus inſtructi, ſagittarii. Acta S. Marcelli PP. lib. 2. cap. 4. n. 12. V. Nonium et Gloſſ. Graec. Lat. V. etiam *Arciſta*.

ARQVVTES, V. *Arciſta*.

† ARRA, *Lara e capra*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

ARRA NVPTIALIS. Petrus Chryſolog. ſerm. 140. *Ad Virginem Deus aligerum portitorem mittit: nam das arram, dotem ſuſcipit, qui fert gratiam. Annulus Arrarum nemini datus*, in Legib. Wiſigoth. lib. 3. tit. 1. §. 13. Gregorius Turon. l. 4. Hiſt. cap. 41. *Praeceptionem ad Iudicem loci expoſuit, vt puellam hanc ſuo matrimonio ſociaret, dicens: Quia dedi arram in deſponſatione eius.* Infra: *Et ideo gloriae veſtrae praeceptionem depoſco, vt filiam ſuam mihi tradat in matrimonio, alioquin res mihi liceat eius poſſidere, donec ſexdecim ſolidorum millibus acceptis, me ab hac cauſa remoueam.* Vide IC. et Salmaſ. ad Capitolin. pag. 254.

† ARRABARE, auellere, Gall. *Arracher*, Prouinc. *Derrabar*. Transact. inter S. Elzear. et homines de Podio Michael. a. 1316. *Quicunque taillauerit, arrabauerit ſeu fregerit - - arbores fructiferas. Arrabare ligna*, in Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 152. Hinc

ARRABATA TERRA, in Ch. a. 1138. apud Baluz. Hiſt. Aruern. tom. 2. pag. 489. *Ego Bernardus Atonis Vicecomes Nemauſenſis reddo et dono et laudo in feudum tibi Raimundo Cantarelle - - terram quae eſt arrabata modo, quae fuit vinea*, etc. † Id eſt terra vnde vites euulſae ſunt.

ARRABILIS, qui arat, in Ch. a. 1239. apud Thomaſſer. Conſuet. Bituric. p. 85.

† ARRABO, pro *Arrhabo*, in Litt. Ludov. reg. Franc. a. 879. t. 1. Corp. diplom. p. 20.

*) ARRACIVM, *eſt quoddam genus panni*. Vocab. vet. a 1482. Germ. Raſch. V. *Aras* et *Arras*.

† ARRADAMENTVM, locatio, datio ad *arrendam*. Inuent. Mſ. a. 1366.

ARRADONGATVRA, V. *Roignatura*.

ARRABONI, *id eſt*, *Vadimonium*. In Gloſſ. MS.

ARRAHENES, ARREHENES, ARREHENATI, obſides, vt putat, Cangii editor, Germ. Geiſſel; forte ſic dicti quod ſint veluti *arrha* rei alicuius faciendae. Oratio Petri Ferdinandi Vacecapitis, Regis Caſtellae legati ad Ludouicum Ducem Andegauenſem an. 1387. apud Marten. to. 1. Collect. Ampliſſ. col. 1503. *Propter quod frater veſter dominus Rex Caſtellae miſit domino Infanti praedicto certa capitula continentia modos rationabiles non incertos de arrehenibus aliquibus certorum caſtrorum, eidem domino Infanti nepoti veſtro per Regem Nauarrae celeriter conferendis.* Et col. ſeq. *In certitudinem rei cuius arrehenatos eiusdem villae omnes meliores et notabiliores homines jam tenebas.*

ARRAIARE, inſtruere, diſponere, armare, Gallis veteribus *Arrayer*, modernis *Arranger*. Litterae Edwardi III. Regis Angl. an. 1338. apud Rymer. tom. 5. p. 7. *Centum homines Walleníes - - eligatis, trietis et arraietis, vel eligi, triari et arriari faciatis - - ipſosque ſic electos, triatos, arraiatos ac bene munitos liberari faciatis dilectis et fidelibus*, etc. Mandatum Henrici IV. Regis Angl. an. 1406. apud eumd. Rymer. to. 8. p. 449. *Campum illum de ſorde et luto mundari et cum arena et ſabulo ac alio modo parari et arriari faciatis.* Rurſum occurrit tom. 6. pag. 663. et pag. 726. Ch. Richardi Regis Angl. apud Willelm. Thorn. *Gentes ſufficienter munitas et arraiatas.*

ARRAIATIO, ordo, diſpoſitio, apparatus bellicus. Litterae Edwardi III. Regis Angliae an. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 7.

ARRAIATOR. (1) Qui diſponit, ordinat, inſtruit, Gall. *Mareſchal de camp*, alias *Arraiour*, caſtrorum praefectus. Litterae Edwardi II. Angl. Regis an. 1322. apud Rymer. to. 3. p. 973. *Aſſignauimus ipſum Comitem capitalem cuſtodem Comitatuum - - et ſuperiorem arraiatorem et ducem tam hominum ad arma, quam peditum.*

ditum. Eſt paulo poſt: *Mandamus ſuperiori arraiatori et duci hominum huiusmodi* etc. (2) Aciei ordinator, Gall. *Sergent de bataille.* Item centuriae inſtructor, Gall. *Sergent d'une Compagnie*, Angl. *Arrayer.* Lit. Richardi II. Angl. reg. ap. Rymer. t. 7. p. 521. Vbi etiam ARRAIZVS dicitur.

ARRAINARE, ad Tribunal ſiſtere, in jus vocare; († Gall. ol. *Arrainier*, cogere, compellere.) Item Lites ſeu cauſas in *regeſto* eo ordine diſponere, quo citandae ſunt et agendae. Angl. *Arraign;* a Francico *Arranger*, oriri putant Skinnerus in Etymol. Angl. et Thomas Blount in Nomolexico, quod cauſae et rei ordine vocentur ad roſtra ſeu cancellos, quos Angli *Barram* nominarſt. Alii ab *Arraiſonare* per contractionem factum putant *Arrainare* et *Arreniare.* Mandatum Eduardi III. Regis Angliae an. 1337. apud Rymerum to. 4. pagina 797. V. *Arreniare.*

† ARRAIZONARE, eadem notione atque *Arrainare*, in Ch. a. 1463.

ARRAIZVS, V. *Arraiator* 2.

ARRAMA. (1) Ramus, Gall. *Rameau*, in foris Beneharnenſ. (2) Mulcta, quae irrogatur pro *defectu*, ſeu *defalta*, cum videlicet actione intentatae quis non reſpondet, qua notione etiam ARREMIA ſcribitur in Ch. a. 1259. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. l. 1. c. 21. V. Bellomanerium c. 61. (3) Idem ac *adramitio*, in Foris Beneharn. V. *Adramire* et *Arramare.*

ARRAMARE. (1) † Ex *ramis* arborum tecta concinnare, vbi animalia, quae ex iure in ſiluis depaſcuntur, quieſcere poſſint. Ch. a. 1341. in Bibl. reg. *Animalia ſua - - in his baugiis et nemoribus regiis ipſius baiuliae - - immiſiſſe, armaſſe cauſa depaſcendi, abeurandi, arramandi et aliter de die et nocte expleitandi.* V. *Ramagium.* (2) Idem vt videtur ac *Adramire*, quod vide. Vox frequens apud Practicos Anglos, apud quos v. n. *Arramare iuratum in aſſiſa*, vel *aſſiſam arramare*, eſt profiteri, probaturum ſe ius ſuum in aſſiſa. Ita Bracton. l. 3. de Act. c. 11. §. 11. 12. 13. l. 4. tract. 1. c. 37. et 38. et alibi.

† ARRAMATIO, vt *adramitio*, in Ch. a. 1229. Mſ.

† ARRAMENDVM, datio ad *arrendam.* Statut. a. 1337. ap. Marten. t. 8. Ampl. Collect. p. 1560. V. *Arradamentum.*

ARRAMENTVM. (1) Ordo, ornatus, inſtructio, Gall. olim *Arrayement*, nunc *Arrangemens.* Knygthon. V. *Arraiare.* (2) ARRAMENTA RESVMERE, ad calculos reuerti, id eſt, eo litis reuerti, vbi defitum eſt. Hiſt. Harcur. tom. 4. pag. 1647. ex Regeſto Parlamenti: *qui ratione vxoris filiae ſuae dicti Droconis reſumpſerat arramenta pendentia in Curia noſtra inter dictos Drocenem et Ioannem.* Ch. Caroli Regis Franc. an. 1404. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 470. V. *Erramentum.* (3) † Documentum, quidquid rei illuſtrandae inſeruit. Ch. a. 1329. Bibl. reg. *Videre - informaciones, et aprifias, et arramenta alia facientia ad hanc partem.* (4) † Aes, Gall. *Airain.* Regiſt. Epiſcopat. Niuer. a. 1287.

† ARRAMIARE, vt *Adramire*, in Ch. a. 1205. Mſ.

† ARRAMIATIO, i. q. *Adramitio*, in Ch. a. 1201. in Inſtr. t. 10. Gall. Chriſt. p. 451.

ARRAMINA. Tabular. S. Dionyſ. a. 1244. *Habet omnimodam juſtitiam in hominibus et hoſpitibus S. Dionyſii, citationes, arraminas, diſtricta, abonagia, denarios etc.* V. *Adramire* et *Arrama.*

ARRAMINATIO, vt *adramitio.* Ch. Phil. Reg. a. 1209. *Si quis alicui ſacramentum facere debuerit, et ante arraminationem ſacramenti ſe in negotium ſuum iturum dixerit*, etc.

ARRAMIRE, V. *Adramire.*

ARRAMITIO, vt *Adramitio*, in Ch. a. 1225. apud Baluz. t. 7. Miſcell. p. 331.

† ARRAMPANTVM, harpago. Th. Fazell. de reb. Sicul. l. 9. p. 519.

ARRANCANES. Teſtam. Sancii I. Regis Portugal. aerae 1217. apud Brandaon. tom. 4. Monarchiae Luſitan. p. 269. *Habeat et meas cintas et*

et meas ſcarlatas, let penas varias, arrancanes et lencios. In Actis SS. Iunii tom. 3. habetur *Arancanes te lencios. Cintas* Hiſpanis ſunt faſciae ſericeae, Gallice *Rubans de ſoye; Scarlata*, pannus cocco tinctus, Gall. *Ecarlate*; *Pena* pro Penna; *Arrancanes* pro Hiſpanico *Arracadas*, inaures, Germ. Ohrringe; *Lencios* vel *Lincios*, Hiſpanis *Liencos*, Gall. *Linge*, vnde lecti Lintea, *Lincenls* appellantur.

† ARRANCARE, ARRENCARE, ab Hiſpan. *Arrancar*, euellere. Statut. Maſſil. l. 5. c. 19. Ch. a. 1168. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonſtr. p. 697. et alibi.

ARRANCATA, expeditio militaris, vel raptus, direptio, qualis fieri ſolet in expeditionibus militaribus, ab Hiſpano *Arrancar*, Gall. *Arracher*, euellere, rapere, auferre. († Rectius forte ab *arraiare*, inſtruere, diſponere, Call. *Arranger*.) Morettus Antiquit. Nauarrae pag. 563. e Tabulario S. Saluatoris de Leyre pag. 10.

ARRANCVRA, rixa, lis, querimonia. Morettus in Antiquit. Nauarrae et Archiuo S. Ioannis de la Pena n. 28. V. *Rancura*.

† ARRANDVAMENTVM, datio ad cenſum annuum. V. *Arrenduare*.

ARRANIARE, ARRANIATVS, a recentioribus Leguleiis dici annotat Spelmannus in Gloſſario ad vocem *Adrhamire*, putatque eas voces mendoſe ſcriptas pro *Arramare*, *Arramatus*, de quibus dictum eſt ſuo loco. Cum nullum vir doctus profert locum, vnde liceat veram vocis ſignificationem expiſcari, eius coniecturam, nec probat nec reiicit Cangii editor, id vnum obſeruans, non minorem eſſe congationem vocis *Arraniare* cum *Arrainare*, quam cum *Arramare*; ac *Arreniare* forſan dici pro *Arrainare*, non pro *Arramare*.

† ARRANNARE, interpoſito ſacramento interrogare. Chron. Henr. Blancford. p. 78. V. *Arrainare*.

† ARRAPARE, arripere, apprehendere, Hiſp. *Arrapar*, Gall. ol. *Arraper*. Indic. a. 1370. in Bibl. reg.

ARRAPAX, harpago. Gloſſ. S. Andreae. Auenion. *Arrapax*, *arrapatis*, *id eſt*, *Sercapos*, *quia arripias illud quod cadit in puteum*.

ARRARE. (1) Spondere, arrham dare, Gall. *arrher*. Erchempertus in Ducib. Beneuent. cap. 22. Gregor. Turon. de Vitis Patr. cap. 20. *Arrare Bellum*, bellum denuntiare. Spelman. in Gloſſario ad V. *Adrhamire*: *Pro his rebus acquirendis arraimus bellum in Curia Vindocenſi*. (2) † Fatigare, exagitare, vexare, Gall. ol. *Harrier*. Ch. a. 1256. ex Chartul. Campan.

ARRAS. Teſtam. Radulfi de Neuill apud Th. Madox Formul. Anglic. pag. 432. *Item do et lego Iohannae vxori meae tertiam partem bonorum meorum - - cum vno lecto de Arras operato cum auro - - Item vnum lectum de Arras cum coſteris paled de colore rubeo, viridi et albo.* Lectus acu pictus *Lectus de Arras* dicitur, quod Attrebatum vrbs Belgii, Gall. *Arras*, olim celebris eſſet tapetibus, aliisque ſimilibus operibus acupictis. Quin et Attrebaticas veſtes ſub Imperatoribus Romanis jam fuiſſe commendatas obſeruat Salmaſius ad Vopiscum in Carino Auguſto. V. *Attrebaticae Veſtes*.

† ARRASARE, complanare, funditus euertere, Hiſp. *Arraſar*, Gall. *Raſer*. Ch. a. 1409. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 199. V. *Araſare*.

† ARRASTLE, ligonis ſpecies, vox vulgaris. Inuent. a. 1361. ex Tabul. Maſſil. *Item vnum crufolium, pnum copellum faſteum, vnum arraſtle*, etc.

ARRATIONARE, Gallis olim *Araiſonner*, aliquem alloqui, admonere, tractare cum aliquo. Epiſt. Lamberti Attrebat. Epiſc. apud Baluz. t. 5. Miſcell. p. 307.

ARRATIONATVS, in jus vocatus. Chartul. Matiſcon. fol. 110.

† ARRATORIVS, pro *aratorius*, arabilis. Stat. Cadubrii l. 3. c. 65.

ARRAVS, f. mendum pro *Aueriis*, i. e. animalibus agriculturae inſeruientibus. Archiuum Abbatiae Villae nouae: *Ego Conſtantia - - Duciſſa Britanniae - - dedi eidem Abbatiae*

omnia quae pertinent ad Comitatum inter Loine et Beloigne, exceptis hominagiis, quae retinui in manu mea ad feruitium meum cum equis et arraus faciendum.

ARRAYAMENTVM, ARRAYARE, V. *Arraiare*, *Arramentum*.

ARRAYRAGIVM, pro *Areragium*, Gall. *Arrerage*. Ch. Iohannae Reginae an. 1364. ex schedis D. le Fournier.

ARREATOR. Tabular. S. Iuliani Briuatensis an. 1282. *Consules*, *Procuratores*, *Arreatores*, *et Administratores*, etc. Vox eiusdem originis, qua *Arraiatus*; est enim *Arreator*, qui res curat, instruit. V. *Arraiare*.

ARRECTATVS, accusatus, in jus vocatus. Officium Coronatoris apud Spelmannum. V. *Rellum*.

† ARREDAMENTVM, vt *arrendamentum*, locatio, in Necrol. Mf. Eccles. Bituric.

† ARREDIVM, apparatus bellicus, quaeuis supellex, Ital. *Arredo*, Gall. *Arroy*. Chron. Mutin. ap. Murat. t. 11. Script. Ital. p. 109. V. *Arneſe*.

ARREGIVM, pro *Arreragium*, Gall. *Arrerage*. Instrum. tom. 3. Hist. Harcur.

ARREGNARE, V. *Areniare*.

ARREHENATVS, ARREHENES, V. *Arrahenes*.

† ARREIRAGIVM, vt *Areragium*, in Ch. a. 1372. t. 5. Ordinat. reg. Franc. p. 484.

ARRELA. Concil. anni 1012. inter Hispanica, tom. 3. p. 193. *Omnes macellarii de Legione per vnumquemque annum in tempore vindemiae dent Sayoni singulos vires bouos et singulas arrelas de suo*. An mensurae, an vasis species?

† ARRELLVS, forte diminut. ab *Area*, ager, vel locus, qui nec aratur, nec colitur. Ch. a. 1267. Mf. *Ab illo lacu recta linea vsque ad arrellum - - et ab isto arrello*, etc.

† ARRELOGIVM, ARROLOGIVM, pro horologium, in Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 151. V. *Aralogium*.

ARRENCARE, V. *Arrancare*.

ARRENCVRA, querimonia, Gall. *Rencune*. Chartar. Ecclesiae Auxitanae. V. *Arrancura*.

ARRENDA, census annuus, Gall. *Rente*. Instrum. anni 1480. apud Miraeum tom. 2. pag. 1346. col. 1. V. *Arenda*.

ARRENDAMENTVM, locatio, datio ad censum seu *Arrendam*, Gall. *Arrentement*. Hisp. *Arrendiamento*. *Facultas conducendi*, *quam jus arrendamenti appellamus*, tom. 4. Concil. Hispan. pag. 127. col. 2. Testam. Isabellis de Lebreto Armaniaci Comitissae an. 1294. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 1592. Capitulum generale MS. S. Victoris Massil. an. 1426. *Statuerunt quod arrendamenta omnium Prioratuum et redditus vum fiant ad extinctum candelae, et plus et vltra offerenti adindicentur - - Precia arrendamentorum tempore quo renderii illa exoluunt*, etc. Notanda sunt *Arrendamenta ad extinctum candelae facta*, quae etiamnum vigent pluribus in locis.

ARRENDARE, ARENDARE, vt *Arentare*, ad *arrendam* seu censum dare, in Statutis Ordinis Hospitalar. S. Ioan. Hieros. tit. 17. §. 1. Concil. Auenion. an. 1059. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 396.

ARRENDATARIVS, conductor, qui ad *arrendam* seu annuam pensionem agrum aliudue recipit. Tom. 4. Concil. Hisp. pag. 75. col. 2. in Priuilegiis Ordinis S. Ioannis Hierosol. pag. 100. V. *Arrendator*.

ARRENDATIO. (1) Dario ad *arrendam* seu censum annuum. Statuta Capituli Tullensis an. 1497. cap. 9. (2) Taxa Cancellariae Apostolicae tit. 19. *Et si clausula arrendationis non fit in litteris*, *tunc demantur*, etc. Vbi Ioannes Bank ridicule dixit, *Arrendationem* esse *virium alicuius subiectionem*. Nam praeterquam quod non omnino promtum est diuinare, quid hisce verbis velit, probabile est tamen *Arrendationem* esse, quod vulgo *pensionem* in beneficiis Ecclesiasticis appellant.

ARRENDATOR, vt *Arrendatarius*, conductor, qui recipit ad *Arrendam*, seu censum annuum. Hispan. *Arrendador*. Tabulario S. Crucis Burdigal. Ch. anni 1389. Ch. anni 1389. ex

ex Archiuo S. Victoris Maſſil. Altera Ludouici X Regis Franc. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 571. Ch. anni 1402. tom. 2. Rer. Mogunt. p. 886. edit. 1722. *Arrendatores Iurium Regalium*, in Foris Aragonenſib. ſeu conductores. V. Mich. del Molino in Repertorio, in h. v. *Arrendatores de la Siſa*, tom. 4. Concil. Hiſpan. pag. 188. Conductores ſunt impoſitionum, quas Hiſpani *Siſas* appellant. † ARRENDATOR ECCLESIAE, vicarius, ſeu presbyter cui eccleſia deſeruienda committitur, qui etiam *firmarius* dictus. Ch. an. 1396. in Bibl. reg. † ARRENDATOR INCANTVS, qui *auctiones* ad *arrendam* ſeu firmam tenet. Stat. comit. Venaiſſ.

ARRENDATORIVS, idem qui *Arrendator*. *Firmariis ſeu arrendatoriis*, in Ch. anni 1362. ex Archiuo S. Victoris Maſſil.

ARRENDITIA, reditus, ſeu cenſus annuus. Ch. Ludov. II. Imp. ap. Vghell. t. 6. Ital. S. p. 1309. *Cum - - maſſaritiis, aldionaritiis, arrenditiis, etc.* Id eſt, poſſeſſionibus, quae cenſui obnoxiae ſunt. Ita Galli *Arrentemens* appellant dationem ad cenſum.

† ARRENDVARE, vt *Arrendare*.

ARRENDVATOR, vt *Arrendator*. Statuta Eccleſiae Cadurcenſis inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 732.

† ARRENGA, oratio ad propoſitendum conſilium in conuentu. Stat. Cadubrii l. 1. c. 71. V. *Arenga*.

† ARRENGARE. (1) Loqui, diſputare, diſſerere. Eadem ſtat. l. 1. c. 28. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 794. (2) Ordinare, diſponere, Gall. *Arranger*. Ch. a. 1269. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. pag. 224.

† ARRENGVM, conuentus publicus. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 819. V. *Arenga*.

ARRENIATVS, coactus ſe ſiſtere iudicio, apud Somnerum in Gloſſario ad calcem Hiſt. Scriptor. Anglic. V. *Arrainare*.

ARRENTAMENTVM, datio ad cenſum annuum, Gallis olim *Arrentemens*, nunc, *Bail a rente*. Charta Ludouici Abb. S. Ioannis Angeriac. a. 1420. ex Chartulario eiusd. Monaſt. pag. 528. V. *Arrendamentum*.

ARRENTARE, ARENTARE, ad cenſum ponere, ad canonem annuum, vel ad emphyteuſim praedium locare, Gall. *Arrenter*. Monaſt. Anglic. t. 2. p. 273.

ARREPTVS, ARREPTICIVS, daemoniacus, Italis, *Arretizio*. Vgutio: *Arreptitius, qui arripit, vel arripitur, ſicut daemoniacus, et arreptitia dicitur daemoniaca*. Ebrardus de Betunia in Graeciſmo:

Sunt arreptitii vexati daemone multo
Eſt energumenus, quem daemon poſſidet vnus.

Gloſſ. Lat. MS. Regium *Ariolus, Arreptitius, quaſi diuinus*. Iſid. in Gloſſis, *Arreptitius, ariolus, furioſus*. Walafrid. Strabo de Vita S. Galli c. 18. V. S. Auguſtinum lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 4. Caſſian. Collat. 7. Vitam S. Mariani Abbatis Ratisbon. cap. 5. Baron. an. 713. n. 15. etc.

ARREPTI, iidem, qui *Arreptitii*. Conſilium Arauſican. I. can. 16. et Arelat. II. can. 41. *Arrepti a daemone homines*, apud Gregor. Turonenſ. lib. 1. Miracul. cap 69. ARREPTITIVS, *furioſus*, in Breuiloquo. Petrus Damiani lib. Epiſt. 9.

ARRERAGIVM, idem quod *Areragium*, reliqua, Rückſtand, Gall. *Arrerages*. Ch. Iohannae Reginae Siciliae an. 1364. ex ſchedis D. Le Fournier, Marten. tom. 6. Ampliſſ. Collect. col. 612. et 614. V. *Areragium*.

ARRERARIVM, eadem notione. Concil. Auenion. an. 1509. inter Anecd. Marten. to. 4. col. 387.

ARRESTA. (1) Mora, obex, impedimentum, a Gallico *Arreſt*, apud Rymer. to. 11. pag. 843. *Non inferentes eis - - malum, moleſtiam iniuriam, violentiam, arreſtam, damnum aliquod ſeu gravamen*. Et t. 12. pag. 286. *Absque quibuscumque impetitione, impedimento, arreſta ſeu alia occaſione quacumque*. V. *Areſtum*. (2) † Agger, pulvinus. Ch. a. 1354. in Bibl. reg.

† ARRESTABILE, amentum, lora ſcilicet, quo lancea media religatur, retina-

retinaculum, Gall. *Arreſt.* Ch. an. 1343. in Bibl. reg. V. *Arreſtum* 7.

ARRESTARA, V. *Areſtara.*

ARRESTARE. (1) Detinere, manus in aliquem vel in eius bona iniicere, Gall. *Arreſter.* Ch anni 1280 e Chartulario S. Vandregeſili to. 1. pag. 245. *Vt illi Religioſi - - poſſint ea* (bona) *capere et leuare et etiam arreſtare. Arreſtatus et captus*, in Ch. anni 1320. ex Archiuo Maſſil. *Arreſtauit omnes et captiuauit*, in Actis SS. Iunii to. 3. pag. 648. V. *Areſtare.* (2) Decernere, ſtatuere, Gall. *Arreſter.* Menoti Serm. Quadrageſim. fol. 169. *Primo, fili, an ſit neceſſe quod moriamini? Vtrum ſit tota arreſtata? O mater non oportet de hoc plus loqui: eſt arreſtum Curie ſic datum, quod moriar.* V. *Areſtum* 1. (3) † Summam inſcribere, Gall. *Ecrire vn arrêté.* Memor. D. Cam. Comput. Pariſ. (4) † Retinere, cohibere, Gall. *Arrêter.* Ordinat. Mſ. S. Petri Aureae-vallis. (5) † Inſiſtere alicui rei, ipſi inhaerere. Marten. t. 8. Ampliſſ. Collect. p. 349.

ARRESTATIO. (1) Captio, iniectio manuum in aliquem vel in eius bona. *Corporis captio et arreſtatio*, in Maceriis inſulae Barbarae tom. 1. pag. 277. *Arreſtatio et detentio redituum*, in Hiſt. Dalphin. tom. 1. pag. 35. V. Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 781. in Ch. anni 1308. (2) Impedimentum, retardatio, apud Lobinellum in Gloſſario Hiſt. Pariſ. to. 3. *Triginta libras annuatim percipiendas ſine dilatione et abſque arreſtatione.*

† ARRESTATOR. (1) Qui ex iure manum in aliquem vel in eius bona iniicit. Areſt. a. 1278. in Bibl. reg. (2) Pro *Arrendator*, conductor. Ch. a. 1346. in Bibl. reg.

ARRESTIVM CLAVSTRALE, incluſio in clauſtro, et forte in clauſtrali carcere. Statuta S. Victoris Maſſil. an. 1531.

ARRESTVM. (1) Manus iniectio in aliquem ſeu in illius bona, Gall. *Arreſt.* Leges Mechlinienſes tit. 6. art. 7. † ARRESTI VILLA, in qua mercatoribus foraneis licet in emptores mercium ſuarum, ſeu in illorum bona manum iniicere. Ch. a. 1351. t. 3. Ordinat. p. 248. † ARRESTVM FRANGERE, den Arreſt brechen, iniuſſus abire. Ch. a. 1359. in Bibl. reg. (2) ARRESTVM COMPVTI, rationum confectio, Gall. *Arreſté d'un Compte.* Litterae Humberti II. an. 1334. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 266. (3) ARRESTVM CVRIAE, V. *Areſtum* 1. (4) ARRESTVM TRIVM DIERVM, *videlicet quod omnes nauigantes ſtent per tres dies ante villam Valentiae*, vt habetur in *Declaratione pedagiorum quae leuantur ſupra Rhodanum* anno 1445. Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 89. In quo autem conſtiterit illud ius, amplius declaratur ibidem pag. 90. (5) † Idem videtur quod *Appunctamentum*, conſilium nempe quo partes *appunctantur*, vel vt de re controuerſa inter ſe conueniant, vel vt rem controuerſam magis elucident. Areſt. a. 1347. t. 8. Ordinat. reg. Franc. p. 542. (6) † Interdictum, Germ. Verbot. Ch. Mſ. a. 1442. (7) † Mora, dilatio. Ch. an. 1206. in Chartul. Camp. (7) † Amentum, quo haſta media religatur, retinaculum, vulgo *Arreſt.* Ch. a. 1383. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 54.

ARRETARE. (1) Accuſare, in ius vocare, i. q. *Retare* Forteſcut. de laudib. Legg. Angl. c. 36. V. *Rettum* et *Retare.* (2) Statuere, definire, Gall. *Arrêter.* Ch. a. 1491. Mſ.

ARREVM, remiſſio poenae, permutatio, imminutio. Vox Hibernica a Saxonico *Arian*, parcere, condonare, vnde *Arung*, condonatio, remiſſio. Dicitur de poenitentiis, quae multis variisque modis remitti, imminui, permutari vel condonari poterant a Sacerdotibus pro delictorum qualitate. De his habentur octo Canones Synodi Hiberniae apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 20.

ARREVVM, pro *Arrerum*, retro, Gall. *Arriere.* Hiſpanis *Arrero et Arredro.* Fori Oſcae Iacobi I. Regis Aragon. anno 1247. fol. 10.

ARREYRAGIVM, pro *Arerагium*, Gall. *Arrerage.* In Obitua-

rio

rio MS. S. Geraldi Lemouic. fol. 18. et 40.

ARRHAE, munera in ſponſalibus dari ſolita. Concil. anni 1594. inter Hiſpan. to. 4. pag. 703. col. 1. V. *Arra nuptialis.* † *Arrhae* in regno Caſtellae i. q. alibi *augmentum dotis* vocatur, vti docet Fontanella de Pact. nuptial. t. 2. clauſ. 7. n. 8.

ARRHARE, arrhis ſponſam donare. Verus formula matrimonii apud de Vert Tract. de Cerimoniis pag. 231. *Cum his petiis argenti te arrho in nomine SS. Trinitatis et duodecim Apoſtolorum in communicationem bonorum ſpiritualium et temporalium.*

ARRIA, pro *Area*, Gall. *Aire.* Ch. Willelmi de Aigneuille an. 1237. ex Tabul. Corbeienſi. Vbi *Arria ſtraminis* eſt ſtramen omne quod vna vice remanet in area frumento excuſſo.

ARRIANI, haeretici notiſſimi ab Arrio vel potius Ario, ſic dicti. Negabant tres SS. Trinitatis perſonas eiusdem eſſe naturae; dicebant Verbum eſſe creaturam, etc. Vide Epiphan. Haereſ. 68. et 69. Auguſtin. Haereſ. 49. Athan. Gregor. Nazianz. et alios. Alii fuere huius nominis Haeretici temporibus diui Bernardi, vt patet ex eiusdem S. Doctoris vita inter ipſius opera to. 2. col. 1193. edit. 1690. *Paucos quidem habebat ciuitas illa* (Toloſa) *qui haereticо ſanerent: de textoribus quos Arrianos ipſi nominant, nonnullos. Ex his vero qui ſaucbant haereſi illi plurimi erant et maximi ciuitatis illius.* Reiiciebant vetus Teſtamentum pluriumque errorum auctores habebantur, circa Baptiſmum, Euchariſtiam, Poenitentiam, Matrimonium, etc. de quibus fuſe Baronius ad an. 1176.

ARRIARE, V. *Arraiare.*

ARRIBA, ſupra; vox mere Hiſpanica. Vita SS. Voti et Felicis Eremit. t. 7. Maii p. 64.

† ARRIBAMENTVM, collocatio, ab Hiſp. *Arribar*, conſequi, obtinere, Teſtam. a. 1516. in Bibl. reg.

ARRIBANNVM, ſubmonitio ad exercitum, etc. V. *Herebannum.*

ARRIBATICVM, ripa facilis appulſui nauium, portus ſpecies. Item tributum pro ipſo nauium appulſu, a Vaſconico *Arriba*, Gall. *Arriuer.* Chartular. Anianenſe. V. *Adripare.*

† ARRIBATORIVM, ripa facilis appulſui nauium, i. q. *Arribaticum.* Ch. a. 1340. in Bibl. reg.

ARRIERAGIVM, réliqua, Gall. *Arrerages.* Chartular. Vedaſtinum. V. *Areragium.*

ARRIERIBAM, euocatio in militiam. V. *Herebannum.*

† ARRIETAGIVM, praeſtatio, quae, vt videtur, ex arietibus ſit. Ch. a. 1239. in Chartul. S. Ymerii. *Relaxani - - hominibus meis - - auxilium* (f. auxilium) *porcagii et arrietagii, quod mihi faciebant, in menſe Septembri.*

ARRIGABA, V. *Andigare.*

ARRIGARE. (1) Dicitur qui de rebus ſuis morbo laborans diſponit. Lex Longobard. lib. 2. tit. 14. *Arrigare ſecum legem.* Plura vide in voce *Andigare.* (2) † Lauare. Ch. a. 1341. in Bibl. reg.

ARRIMANARIA, i. q. *Arimania*, ſeu *Arimandia*, in Ch. Philippi Duc. Thuſciae a. 1195. in Bullario Caſinenſi t. 2. p. 226, V. *Arimandia* et *Herimanni.*

† ARRINGERIA, locus editior, vnde concionantur publice. Murat. t. 15. Script. Ital. p. 455. V. *Arengera.*

ARRINGVM, V. *Arengum.*

ARRIPAGIVM, ARRIPATICVM, tributum quod pro appulſu nauis in portum ſoluitur. Tabular. Foſſat. *Et habet ibidem Arripagium in flumine Meternae de qualibet naui.* ARRIVAGIVM, in hiſt. Lugd. Paradini l. 2. c. 104. V. *Adripare.*

ARRIPATORIVM, ripa ad quam appellitur, V. *Ripaticum.*

ARRIPERE, pertinere. Archiuum S. Victoris Pariſ. in Praecepto Hlotarii Imperat. in Francia an. 1. in Italia XII. Indict. XIII. *Nec non teloneum de nauibus ad ſtacia venientibus, quae ad eamdem Eccleſiam arripere videntur.*

† ARRIRAGIVM, vt *Areragium*, in Ch. a. 1298. Mſ.

ARRISSARE, V. *Ariſare.*

ARRIVA, maleficii ſpecies. Ch. Philippi Regis Francor. an. 1310. pro Libertatibus oppidi Baſtidae in Petragoricis, ex Regeſto 47. Tab. Regii n. 38. *Item ſi arrina, vel alia maleficia occulta enormia facta fuerint in Baſtida vel honore, ſeu partium dictae Baſtidae, fiet - - emenda ſuper iis ſecundum bona ſtatuta et bonos vſus approbatos in Comitatu Toloſae.* † Perperam pro *Arſina*. V. in hac voce.

ARRIVAGIVM. (1) V. *Arripagium*. (2) Ripa appulſui nauium facilis, portus ſpecies, Gall. *Arrivage*. Ch. Mſ. a. 1342. V. *Adripare*.

ARRIVARE, ad ripam trahere, in ripa nauem exonerare, ripam tangere, a Gallico *Rive*. Inde et apud nautas *Deriver* a ripa nauem ſubducere. Ch. Iohannae Reginae Caſtellae tom. 4 Hiſt. Harcur. pag. 1654. *Placuit facere portum in ſua terra pro arrivando ſeu recipiendo aut recolligendo omnimodas nices.* Legendum opinatur Cangii editor, *naues*, aut *merces* pro *nices*. Merces per abbreuiationem ſic ſcribitur *m'ces*, vnde quam facile legi potuerit *nices*, nemo eſt qui non videat. V. *Adripare*.

† ARRIVM, arrha, in Chartar. Mſ.

ARRO, vel *Arrao*, idem quod ſupra *Arao*, quod vide. Transactio inter Abbatem et Monachos Craſſenſes an. 1351. ex libro viridi fol. 53.

ARROBA, Hiſpanis, menſura frumentaria, et liquidorum, hodie *Arroba*, *Arrona*. *Olei Arrona* in Ch. Hiſpanica, apud Colmenarezium in Hiſtor. Segobienſi cap. 16. num. 7.

† ARRODONGNARE, circumcidere, Gall. *Rogner*. V. *Roignatura*.

ARRODOMA, aſis ſpecies, tom. 3. Concil. Hiſp. pag. 181. col. 1. Locum vide in *Liſo*.

† ARROGANENSES, pro *Arragonenſes*, apud Bened. abbat. Petroburg.

† ARROGANTIA, magnanimitas, vt interpretantur Editores Act. SS. to. 7. Sept. pag. 370.

† ARROGARE. (1) Arroganter aliquem alloqui, Gall. olim *Arroger* et *Arroguer*. Ch. an. 1389. Bibl. reg. (2) Adeſſe. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646.

ARROGIVM, riuulus, Hiſpanis *Arroyo*. Vetus Notitia Hiſpanica aerae 829. apud Anton. de Yepez tom. 4. Chronici Ord. S. Benedicti pag. 448. V. Hiſtoriam Segouienſem cap. 19. num. 7. §. 9.

ARROLIVS, AROLIVS, f. pannus vel tela in ſe conuoluta, Gall. *Rouleau*, ab Hiſpano *Arrolar*, voluere. Proceſſus an 1470. apud Rymer. tom. 11. pag. 675. *Cum ipſe veniret - - cum ſua caranalla - - onerata de lanis quatuor centas et quadraginta ſaccas valoris quatuor librarum cum dimidia pro quolibet tonello, et triginta ſex arrolios ſine pecias de naurfaca.*

† ARROLOGIVM, pro horologium, V. *Arrelogium*.

† ARRONCHARE, runcare, exherbare. Statut. Vercell. l. 3. pag. 82. V. *Runcare*.

ARROTA. Meminit Sandouallius in Epiſcopis Pampilonenſib. pag. 81. Chartae aerae 1113. qua Rex Nauarrae Ramirefius Monachus cuidam Eccleſiae concedit *illa ſua arrota quae vocatur de Fontenera*; cuius vocis notionem ignorare ſe profitetur idem Scriptor. Occurrit etiam in Charta an. 1395. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. qua Pontius Lobiere Praepoſitus Tolonenſis dat et *concedit ad faſcheriam ſine rentam jura, domos, terras, perceptiones, cenſus, ſeruitia, trezena, taſcas, et arrota, quae habet in caſtro de ſoleriis*. Italis *Arrota et Arrioto* idem eſt ac incrementum, accreſſio; vnde *Arrota* videtur ſignificare certam praeſtationem quae pro incremento v. g. domus perſoluebatur. *) Vel potius nouale, Germ. Neubruch, Neureuth, V. *Rumpere*, et *Arrumpere*.

ARROVA, Hiſpanis menſurae frumentariae ſpecies, amphora, Nebriſſenſi. Fori Oſcae an. 1147. fol. 5. V. *Arroba*.

ARRVDES, *edentes, circumſedentes*. Papias MS. Eccleſiae Bituric.

ARRVMARE, *rumorem afferre*. Papias MS. Eccleſiae Bituric.

ARRVM-

ARRVMPERE, i. q. *Rumpere*, arare, agrum proſcindere, in Ch. aerae 1010. ap. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. t. 1. V. *Rumpere*.

ARRVPTVM, pro *Abruptum*. Supplicatio ciuitatis Agenni an. 1317. ap. Rymer. t. 3. pag. 655. *Duos facinoroſos idem Bernardus, qui juſtitiam, debite vltimo ſupplicio fecit tradi, ex arrupto et ſine cauſa*; id eſt, abrupte, ſubito, et neglectis iudiciorum formulis.

ARRVRA. V. *Arura* 2.

ARRYATE, horti regii Maurorum. *Arriates* Hiſpanis hortorum ſunt ſepimenta cannis confecta. Dicuntur etiam *Encanados*. Vita B. Ferdinandi Principis Luſitani tom. 1. Iunii pag. 574 C.

ARS. (1) Machina, vnde Gallis *Artillerie*. Albertus Aq. lib. 2. Hiſt. Hieroſol. c. 35. *Quidam Longobardus genere magiſter inuentor magnarum artium et operum*. V. *Artificium, Artillator*. (2) ARS, ARTES, Grammatica. Diomedes lib. 2. *Artium genera ſunt plura, quarum Grammatice ſola liberalis eſt, ex qua Rhetorice et Poëtice conſiſtunt: idcirco liberalis dicta, quod a literis incipiat*. Q. Rherius Palaemo in Arte Graminatica: *Abunde dictum ſit de praepoſitionibus: nam caetera habemus in artibus pleniſſime dicta*. Cledonius: *Quodam tempore dum ars in Capitolio tractaretur*. Ita *Artem* nude non ſemel vocat Rhetoricam Quintilianus lib. 3. cap. 1. et alibi. FACVLTAS ARTIVM, in Academiis ea dicitur, in quibus, artibus liberalibus Grammaticae, Rhetoricae, ac Philoſophiae ſtudium impenditur; cuius elogium perſtringunt Statuta eiusdem Facultatis in Academia Viennenſi Auſtriae. (3) ARS SANCTA. Vide *Sortes Sanctorum*. (4) † Vox generica, qua inſtrumentum quoduis arte confectum denotatur. Stat. a. 1352. inter Prob. t. 1. Hiſt. Nem. p. 154. (5) † ARS MARIS, ſcientia naualis. Stat. Maſſil. l. 1. c. 35. (6) ARS PORTAE SANCTAE MARIAE, inter VII. maiores artes recenſetur, in Stat. ant. Florent. l. 5. c. 19. Quae fit, non explicatur. Vide etiam *Artes*.

ARSACIDAE, V. *Aſſaſini*.

† ARSALIVM, incendium, Ital. *Arſione*. Ch. a. 1336. t. 1. Cod. Ital. diplom. p. 403.

ARSANOQVITA, V. *Arſenoquita*.

ARSCHIL, ARSCILD, obſequium militare, V. *Heereſchild*.

ARSEDA, *ſtella valde ſplendens*, ſecundum Vgutionem.

ARSEGAYE, V. *Archegaye*.

ARSEIA, combuſtae ſiluae, in Conſuetud. Bitur. *Arſus* vel *Arſeix*; de quo conſule Gloſſar. Iuris Gallici de Lauriere. Charta Libert. S. Palladii ex codice MS. Coislin. *Solvent - - quinque ſolidos Pariſienſes pro omnibus animalibus - - in dictis conpeiis ſine arſeiis inuentis*. V. *Arſina* 1.

ARSELLVM, paruus fornix, ſeu lapis ſepulcralis inſtar fornicis parieti affixus. Necrologium S. Martialis Lemouic. Scribendum *Arcellus*, ab *Arcus*, Gall. *Arceau*.

† ARSELLVS, vt *Arcellus*, arcus, fornix. Ch. a. 1374. in Bibl. reg.

ARSENA, armamentarium, vulgo *Arſenal*, Italis *Arzenale*. Sanutus lib. 2. part 4. cap. 12. Alii vocem Turcicam putant, ſeu Arabicam, ex voce, vt aiunt, *Darcenaa*, quae idem ſonat, ablata prima litera; quod minus probabile videtur, cum ἀρσανάλης, armamentarium Conſtantinopolitanum diceretur longe antequam Turci Conſtantinopolim peruenirent, Theophilo Michaëlis filio imperante, vt ex Inſcriptione, quae a Grutero et aliis refertur, conſtat. Cangius vero ab *ars* deductam exiſtimat, quae ſequioribus Latinis, perinde ac *Ingenium*, machinam denotauit, vti ſupra ex Alberto Aquenſi obſeruatum eſt, ita vt locus fuerit, in quo *artes*, id eſt, machinae bellicae, quas etiamnum *Artilleries* dicunt Galli, reponebantur; nam quod *Artilleriam*, ab arcubus dictam ſcribit Voſſius, vix eſt vero ſimile. V. Iacob. Bourgoing lib. de Orig. et vſu vulgarium vocum pag. 12. Aegid. Menagium; et Octav. Ferrarium in Orig. Ital. D. Ludouicus le Pelletier ab Armorico *Ar-ſonail* deducit,

quod est Apotheca instrumentorum agriculturae. † Muratorio tom. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 525. *Arsena* non est armamentarium, sed nauale, locus scilicet, in quo fabricari aut seruari solent naues, Gallis *Bassin*; quo etiam sensu *Darsena* dicunt Itali.

† ARSENATVS, vt *Arsena*, ap. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 459.

ARSENOQVITA, ex Graec. ἀρσενοκοίτης, *masculorum concubitor*. Rathericus Veronensis: *Quam perdita consuratorum vniuersitas tota, si nemo in eis, qui non aut adulter, aut si arsenoquista*. Vetus Scheda de Ordinatione Episcopor. edita a V. Cl. Stephan. Baluzio post Capitul. *Inquirat illum de quatuor Capitulis, id est, de arsenoquita, quod est cubans cum masculo*, etc. De eiusmodi paediconum poenis vide Petrum Fabrum lib. 3. Semest. cap. 13. p. 295.

ARSE, VERSE, *Prouerbium*. Papias MS. Ecclesiae Bituric. *Arse Verse* scribebant veteres in aedium foribus ad auertendum incendium. Festus: *Arse, Verse, auerte ignem significat. Tuscorum quim lingua Arse, auerte, Verse, ignem constat appellari: vnde Afranius ait: Inscribas aliquis Arse verse in ostio*. In hoc versiculo ostenditur superstitio veterum, qui ad deprecandum incendium inscribebant in ostio nescio quid, quod ad eam rem faceret, vt est apud Plinium: *Etiam parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur*.

† ARSERIA, *vno vasb de vino*. Glossar. Lat. Ital. Mss.

† ARSEVEVM, *vestis mulebris rubei coloris*. Cathol. pro *Arsineum*. V. in hac voce.

† ARSIA, forte pro *Archia*, fornix pontis. Chartul. Floriac. pag. 199. *Ius - - capiendi et scindi faciendi in nostro nemore pro nostro chaufagio, et etiam merrandum pro nobis et domibus nostris de Loriaco, aliis stallis, molendinis, et arsiis, et pontibus dicti loci*.

ARSIBILIS, καυστός, *cremabilis*. Supplem. Antiquarii.

† ARSILE, bibliotheca in fornicis modum exstructa. Chron. Sublac. Ms. *Fecit Arsile ad recondendum libros, sculptum mira pulchritudine*.

ARSINA. ARCINA. (1) Ch. Hugonis de Belpin Militis an. 1218. *Et ostem, et canalcatas, et seguis, et cucucias, et exorquias, et homicidia, et insestationes, et arsinas*. Ita non semel in Chartis aliis, quas in verbo *Cugucia* descripsimus. Ch. an. 1312. in 48. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ex Tabul. Regio n. 134. *Si arsinae, vel alia maleficia facta fuerint in dicta villa*, etc. Vbi *Arsina* est *incendium, vel crimen incendii*, seu potius cognitio de crimine incendii, quod Galli *Arsin* vocabant, vt colligitur ex his, quae habent Hemeraeus in Augusta Viromand. pag. 944. et Vassorius in Nouiomensi Historia pag. 946. *Arsis* etiam dicebant; nam Ecclesia S. Petri, quae *des Arsis* dicitur Parisiis, *de Arsionibus* nuncupatur in Tabulario Monasterii S. Petri Fossatensis fol. 1. V. Harduin in Castellanis Islensibus pag. 142. 143. *Faire arsons*, incendia excitare, in Charta vernacula Ioannis Regis Angliae apud Willel. Thorn. pag. 2481. ARCINA, eadem notione, in Ch. R. Abbatis Caroffensis an. 1308. ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. in Tabulario Regio n. 11. *Item si arcinae, vel alia maleficia occulta facta fuerint in dicta bastida vel honore*, etc. (2) ARSINA, supellex quaeuis, Occitanis. Synodus Nemausensis an. 1284.

ARSINEVM, *vestis mulieris rubei coloris et ardentis*. Vgutio. Cato in Orig. *Mulieres oportae auro purpuraque, arsinea rete, diadema, coronas aureas, russeas fascias, calbeos, lineas peiles redimicula*. Festus: *Arsineum, ornamentum capitis muliebris*.

† ARSINICVM, *ci, vno colore e tofeco*. Glossar. Lat. Ital. Ms. V. *Arsineum*.

ARSINVM. (1) *Pondus* 35. (granorum) Saladino de Ponderibus. (2) ARSINVM, in Gloss. Lat. Graec. διάπρυμα, reddiur; quo nomine Graeci proprie vocant eum capitis ornatum, quo capillus in duas partes

tes aequaliter discriminatus duas sertas facit. Cangio idem videtur, quod *Arsura*, de qua voce mox. (3) ARSINVM, idem quod *Arsina*, seu ius cognoscendi de crimine incendii. Ch. Girardi Hamens. domini an. 1145. ex Tabul. Corbeiensi: *Habebunt totale domanium, omnem libertatem, inrisdictionem, districtum, banchum, latronem, sanguinem et iustitiam, excepta alta justitia, quae mihi in tribus solummodo ab eisdem Abbate et Conventu in perpetuum est concessa, videlicet in raptu, multro et arsinio, extra ambitum curtil suae.*

ARSIPPIO, *arctus*, Papias MS.

ARSIS, eleuatio, Gr. ἄρσις. Locum vide in *Rythmici versus.*

† ARSISIA, pro *Assisia*, ex frequenti mutatione *s* in *r*, et vicissim, pensio annualis. Ch. an. 1189. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 914. V. in *Assisa.*

ARSITIVM, forte aedificium in modum arcis munitum, in quo annona et supellex quaeuis tempore belli recondebantur. Locus haud ita absimilis *Arsenae*, quae armamentarium sonat, Gall. *Arsenal*, vt supra dictum est. Aut fortassis *Arsitium* ab *Ardere* vel *Arsura*, quae est auri conflatio, vt mox dicetur: qua ratione *Arsitium* posset esse locus, seu officina, vbi moneta conflatur. Ch. Theobaldi Comitis Blesensis a. 1218. pro Monasterio de Burgo Medio ex Tabulario eiusdem loci fol. 100. *Aedificabunt - - murum iuxta arsitium meum ante ecclesiam.*

ARSIVVS CONSVLVM, forte primus Consulum, seu Comitum, ab ἄρχων, *princeps.* Quam facile *c* mutetur in *s* nemo est qui nesciat. Chartar. Ecclesiae Auxitanae MS. cap. 58. *Quam terram olim possidebat hereditario iure consulum arsiuus. senex de Montesquin.*

† ARSVLTARE, ARSVLTVS, pro *Assultare* et *Assultus*, in Stat. Cadubrii l. 3. c. 26.

ARSVRA. (1) In Domesdei, dicitur auri vel argenti conflatio, purgationis ergo vel examinis. Moddum rei exhibet Niger liber Scaccarii Gerualio Tilleberiensi adscriptus cap. de *Officio Militis Argentarii.* Nam magno tunc vsui illic fuit ad examinandas pecunias Regi solutas, propterea quod in multis locis et diverse admodum cudebantur. *Arsura* etiam dicta ipsa metalli inter conflandum diminutio, Germ. Abbrand et *libram* aiunt *tot ardere denarios*, quot per ignem *purgatorium* amiserit. ARSVRAS etiam vocabant monetariorum et argentariorum scopaturas et reliquias rursum igni excoctas, Germ. die Kräz. Gotselinus Monachus lib. de Miracul. S. Augustini Cantuar. Episc. cap. 15. (2). ARSVRA, erpeta. Meierus lib. 3. Annal. Flandr. an. 1088. *Subsecutus est pestilens ille morbus, qui ignis sacer vocatur, quam tum arsuram vocabant quidam.* V. *Ardentes.* (3) Vestigium adustionis candentis ferri. Vita S. Swithuni to. 1. Iulii pag. 336. (4) Incendium. Historia Mediani Monast. pag. 274. in Excerptis Ioannis a Bayono de Abbatibus huius Monast. apud Rymer. tom. 7. pag. 646. *Consideratione destructionis et arsurarum.* Synodus Prouincialis Pergami an. 1311. apud Murat. to. 9. col. 560.

ARTA, *seruata, angustiae, angiportus.* Supplem. Antiquarii.

ARTABA, mensura annonaria Persarum, Aegyptiorum, aliorumque Orientalium; de cuius mole variae sententiae,

† ARTABATITAE, *genus monstri in Aethiopia.* Cath. ex Isid. Origin. l. 2. c. 11. *Artabattutae*, Papiae.

ARTABIS, i. q. *Artaba*, in voce *Campana 1.*

ARTABVLARIVS, *graticula*, in Glossis Arabico-Latinis.

ARTAERIA, pro *Petraria*, λιθοβόλος, mendose in Vita S. Ioannis Episc. Tragur. p. 5. V. *Petraria.*

*) ARTAGAMIS, eyn falk oder eyn Blasuse. Vocabul. Lat. German. a. 1477. impress.

† ARTAGINES, i. *Cercellae*, in Gloss. lacticis ex Cod. reg. 6881.

ARTAGIVM. Ch. Gosfredi Comitis Cantarum an. 1105. apud Vghelum

lum tom. 7. Ital. ſacr. pag. 1072. *Concedimus iterum, vt eadem matrix Eccleſia cannarum poſſideat omnium rerum ſuarum, et ſuorum hominum vendentium et ementium tam in cannis, quam deforis, et in caſtellis vbicumque: poſſideat etiam omnium ſuorum hominum artagium ſuarum* (ſ. ſuarum) *terrarum, carnatum* (ſ. et aliarum) *venientium ad laborandum cum ſua adfidatura.*

† ARTAHVT, feretrum, ſi tamen bene ſcriptum ſit, nam amanuenſis haeſiſſe videtur; forte *Arcahut*, ab arca. Teſtam. Ludov. Com. Valent. a. 1345. in Bibl. reg.

† ARTANVS, *lo temperatore*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

ARTARE. (1) Pro *Aptare* neutra ſignificatione, quadrare, conuenire. Ianus in Supplemento Antiquarii: *Apto, ἁρμόζω, congruo.* Pro ἁρμόζω legendum ἀρμόζω. (2) Obligare, cogere, aſtringere. *Dominus Rex artaret ſe ad faciendum ea, quae facere non tenetur*, apud Rymerum tom. 2. pag. 69 Paſſim occurrit: verum non ita diſſimilis eſt notio verbi arctare, vt locis referendis immoremur. (3) † Docere. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. *Artare, enſeigner.*

† ARTARIA, pro *Arteria*, guttur, gurgulio, in Act. SS. t. 2. Sept. p. 450.

† ARTARIACVM, *lo medicina dal polmone*, in Gloſſar. Lat. Mſ. V. *Arteriatus.*

ARTATIO, pro *Arctatio*, apud eumdem Rymerum tom. 3. pag. 761. col. 1.

ARTATOR. Sanutus lib. 2. part 4. cap. 8. *Quilibet dictae gentis, quorum artator es, ex praerogatiua ferreo baculo potiatur.*

ARTATVS, forte magiſter artium liberalium. Concil. an. 1591, inter Hiſpan. tom. 4. pag. 493.

ARTAVVS, cultellus acuendis calamis ſcriptoriis. Ioan. de Ianua in Catholico: *Artanus, culcellus ſcriptorum ab arto, artas*, etc. Gloſſarium Mſ. Lat. Gall. S. Germani a Pratis: *Artanus, artani, Couteaux ou Canivet.* Videtur tamen diſtingui a ſcalpello *Artanus* in libro Regulae Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 18. vbi de Scriptoribus Monachis; *Sed nec ſcriptoria, nec artanos, nec cultellos, nec ſcarpellia, nec membranas ſuſcipiat.* Vbi forſan *Artanos* idem quod forcipes. Translatio SS. Saniniani et Potentiani inter Acta SS. Benedict. ſaec. 6. part. 1. pag. 261.

† ARTECOS. Concil. Armenor. an. 1342. ap. Marten. t. 7. Ampl. Collect. p. 330. *Aliqui vero eorum* (Armenorum) *dicunt quod certa die - - daemones peccauerunt, caſu de coelo ceciderunt per illam partem coeli, quae apud eos vocatur Artecos, apud nos vero dicitur Galatia.*

ARTELABO. Papiae. *Artificium laboratae veſtis.* Forte quaſi *arte laboratus.* Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Hinc abacum picto bombycina flore decorat.
Artelaborata, et vel qualia penſat aragne.

Nicolaus de Braia in Ludouico VIII.

- - Fracturaque machina muros
Artelaboratos.

ARTELARIA, ARTELLARIA, machinae bellicae, Gall. *Artillerie.* Primum occurrit apud Rymerum to. 8. pag. 28. Alterum tom. 7. pag. 166. V. Gloſſar. Lobinelli ad calcem tomi 2. Hiſt. Britan. et infra *Artilleria.*

ARTEMO. (1) *Inſtrumentum arietis*, in Gloſſis Iid. vbi *artis* quidam legendum putant. Melius, teſte Graeuio, Gebhardus et Cerda ſcribunt: *Artemo, inſtrumentum ratis.* Fuit nimirum, vti auctor eſt Papias, *velum nauis breue, quod quia melius lenari poteſt in ſummo periculo extenditur malus et antennae.* Lege, *ad malum et antennam.* Rolandinus Patauinus lib. 12. cap. 8. apud Murat. tom. 351. *Sic ratis in pelago quandoque deperit inconſulta - - arbor rumpitur et antenna, ſpes eſt remorum inutilis, fructoque remigio quolibet, ſcit nauta veniſſe naufragium, et deſerit artemonem.* Plura ſi cupis, Graeuium conſule in laudatum locum Iſidori. (2) ARTEMO, *ancora ferro grauiſſima.* Gaſparis Barthii Gloſſ.

Gloss. ex Hist. Palaest. Fulcherii Carnot.

ARTEPTA, *genus vasis, vt pugilla.* Papias.

† ARTERIASIS, *rausedo*, in Vocabul. comp. V. mox

ARTERIATVS, *cuius fauces rheumatisant. Arteriatum, medicina, quae prodest meatui gutturis.* Vgutio. V. *Rheumatidiare.*

ARTERIBVS. Collect. Hispan. Concil. tom. 3. pag. 81. in Appendice Iuliani ad libellum S. Isidori de Viris Illustribus: *Cuius fugam rabido furore insequens pater, vnum tantum macerie impeditus est obice quo et furentis est delusa quaestio, et fugientis salvata devotio. Nempe parensis furor dum percitus in interiora praetenderet, latibulum, quo hic vir occultabatur, reliquit, sicque praeterita incuratum pertransit et in arteribus quae praeterierat inquisivit.* Quem textum sic restituit editor Cangii: *Cuius fugam rabido furore insequens pater, vnius tantum maceriae impeditus est obice, quo et furensis est delusa quaestio, et fugientis salvata devotio. Nempe parens furore dum percitus in interiora praetenderet, latibulum, quo hic vir occultabatur, reliquit, sicque praeteriens incuratum pertransit, et in anterioribus quem praeterierat inquisivit.*

ARTERIVS, pro *Arcerius*, sagittarius, Gall. *Archer.* Quinquies occurrit in duobus Epistolis Regis Angliae apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 1700.

ARTES. (1) Tabulatum. Chronicon Comodoliac. inter Fragmenta Hist. Stephanotii tom. 2. V. *Ars 1.* (2) Societates artificum. Memoriale Potestatum Regiens. ad an. 1272. apud Murat. tom. 8. col. 1235.

† ARTESANVS, Hisp. *Artesano*, Gall. *Artisan*, artifex. Bareleta serm. in Domin. 1. Quadrages.

ARTETICA GVTTA, arthritis. Vita S. Bertrandi tom. 1. Iunii pag. 789. *Arteticas gutas, podagras ac cholicas passiones totaliter ignorabat.* Nihil hac voce familiarius Medicis 12 saeculi. Prudentius dixit *Arthritis* et in quibusdam editionibus mendose legitur *Arthesis* vel *Artesis*: quod incuria correctorum Calepini vitium retentum est in eius dictionario. *Artetica* corrupte deriuatur a Graeco ἀρθριτική, supple νόσος, quamuis Graeci pro ἀρθιτικὴ νόσος vtantur voce ἀρθρῖτις, et per ἀρθριτικὸς et ἀρθιτικὴ eum vel eam intelligant, qui vel quae doloribus articulorum laborat. Antonius Nebrissensis Grammaticus inter Hispanos notus in suo Dictionario ait: *Arthretica non arthetica pro morbo articulari*: sed non animaduertit vir eruditus a Graecis nunquam dictum fuisse ἀρθρητικὸς aut ἀρθητικὴ; quos sequens scribere debuisset *Artritica*, vt ex dictis plus satis liquet.

ARTETICVS, qui *Artetica gusta* laborat. Vita S. Iohannis Episc. Valentinensis inter Anecd. Marten. to. 3. col. 1701. † ARTETICVS, *artibus instructus*, in Vocabul. comp. V. *Artieus.*

ARTETIRA, pro *Artetica.* Ep. Iohannis Archiep. Vienn. an. 1221. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 889.

† ARTHILLIA, machinae quamuis bellicae, earumque omnium apparatus. Ch. a. 1383. t. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 44. V. *Artillaria 2.*

† ARTHOCREA, *Royssole*, in Glossar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. pro *Artocreas.*

ARTHRETICA, V. *Arcetica.*

† ARTIBASATVS, ARTIBVSOLVS. Chron. Bergom. apud Murat. t. 16. Script. ital. p. 855. *Fecerunt fieri pro faciendo honorem cuique plusquam c. tortas ac talieros artibasatorum seu caponcellorum.* Ibid. p. 861. *Tonolus - - dederunt venenum in artibusolis sine caseuncellis cuidam rustico.* Forte panis dulciarius ex ouis et caseo compactus, Gallis *Talmouse.*

ARTICACTVS, ARTICOCTVS, carduus sativus, cinarae fructus, Gallis *Artichaut*, Germ. Artischocke, apud Hofmannum in Lexico. De huius vocis origine plura habet Menagius, quem potes consulere.

ARTICVLA. (1) *Ars.* Passio S. Mammarii: Anulinus dixit: *O maleficiorum articula, vt talia in conspectu meo facia-*

faciatis. Occurrit rursus semel ac iterum. Iohannes de Ianua: *Articula, ars parua.* (2) Pro *Articulus*, iunctura, compages ossium. Acta S. Arcadii Mart. to. 1. Ianuarii p. 722.

ARTICVLARE, (1) Articulatim, seu nominatim exprimere. Origo Monasterii Montis S. Mariae, apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 427. (2) Distincte voces efferre, Gall. *Articuler.* Apuleius lib. 2. Floridorum: *Eo facilius verba hominis articulantur potentiore plectro et palato.* Arnob. lib. 3. Adv. Gentes: *Labia habere cum dentibus, quorum inflictu et mobilitate lingua sonos articulet.* Hinc apud Isid. lib. 1. Orig. cap. 14. *Omnis vox, aut est articulata aut confusa, articulata est hominum, confusa animalium. Articulata quae scribi potest, confusa, quae scribi non potest. Articulata verba*, apud Solinum cap. 65. (3) † Distincte seu articulatim proponere, practicis Gallicis. *Articuler.* Procurat. a. 1340. ex Tabular. Flamar. (4) † Dedicare, consecrare, quod nomen inscribendo fit. Le Beuf t. 1. Collect. variar. Script. p. 414. Forte ibi legendum *Attitulentur* pro *Articulentur.*

† ARTICVLARIS ECCLESIA, quae alterius quasi membrum est, ab alia pendens. V. *Ecclesia.*

† ARTICVLARITER, articulatim. Inuent. Ms. a. 1366.

ARTICVLARIVS, Gloss. Graec. Lat. MS. *παρπόδεσμος, Lemniscus articularius, fasciola.* Editum habet *lemniscus, articularia fasciola.* Idem: *παρποδίσμοις περειλυμμένος, lemniscatus.* Perperam in MS. *Leminis castus.*

ARTICVLATOR, *μελλόκοπος*, in Gloss. Lat. Gr.

ARTICVLVM. (1) Dolus, techna, artificium. Vita S. Mammarii to. 2. Iunii pag. 270. (2) † *Ingenium, argumentum*, in vet. Glossar. Cod. reg. 7613. Ch. a. 1107. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonstr. p. 391.

ARTICVLVS. (1) Libellus supplex expostulationis ad judicem. Vox fori Ecclesiastici apud Anglos. W. Kennet. Antiquit. Ambrosden. pag. 344. ARTICVLI CORONAE, Conclusiones, definitiones Curiae seu Camerae Coronatoris. Litterae Henrici IV. an. 1409. apud Rymer. tom. 8. p. 573. V. *Coronator et Placita Coronae.* ARTICVLI CLERI, apud Anglos, certa sunt statuta de causis personisque Clericorum condita, anno Edwardi II. nono et Edwardi III. decimo quarto, juxta Th. Blountii in Nomolexico ad vocem *Articles of Clery.* (2) *Super articulos magnus prosterni*, leuiorum culparum satisfactio apud Monachos. Vsus antiqui Ordinis Cistercienſis cap. 68. *Humiliare se super genua, vel articulos*, cap. 7. et paulo ante cap. 75. V. institutiones Capituli eiusdem Ordinis an. 1256. cap. 7. et Hugonem Flauiniacensem pag. 160. (3) † Circulus, in quo scilicet inscriptio monetarum ponitur. Ch. a. 1368. in Bibl. reg. *In dictis monetis sit scriptum in articulo: Prima sedes Galliarum.*

† ARTICVS, *artibus instructus. Artice, ingeniose.* Carth. V. *Arteticus.*

ARTIDOCTOR, Doctor, seu *Magister in artibus*, in Testamento Geraudi Archidiac. Ambian. a. 1271.

ARTIFEX, *duplex, dolosus*, in Glossis Isidori. Gall. *Artificieux.* V. *Artificium 1.*

† ARTIFICIALE, machina bellica. Append. ad Monum. eccles. Aquileg. p. 46. V. *Artificium 4.*

ARTIFICIARIVS. (1) Artifex, Gallis *Artisan*, Anglis *Artificer*, in Chronico Henrici *de Knyghton.* (2) Armorum bellicarumque machinarum inuentor aut fabricator. *Soldarii, artificiarii et officiarii*, apud Rymerum tom. 8. pag. 489.

† ARTIFICIATVS, *i. q. artificialis.* Vocabul. compend.

ARTIFICINA, *in qua artes exarcentur*, in Gloss. Isid. et apud Vgutionem.

ARTIFICIOLVM, V. *Artificium 3.*

ARTIFICIVM. (1) Papiae, *Praestigium, fallaciae, magisterium.* Galli dicunt *Artifice* eadem notione. V. *Artifex.* (2) Supellex, quidquid arte confectum est. Capitula Caroli Magni lib. 6. cap. 305. (3)

Arti-

Ars. Regula S. Macarii c. 30. Concil. Carthag. IV. can. 51. *Clericus - - artificio victum quaeras* can. 52. *Clericus victum et vestimentum sibi artificiolo vel agricultura - - paret.* (4) Machina bellica. Hist. Cortusior. l. 7. c. 7. Quae quidem vox pro *aedificium* scripta videtur apud eosdem l. 1. c. 9. et l. 2. c. 19. V. *Ars* 1. (5) Corpus artificum, Zunft, Innung, apud Henr. Knyghtonum. (6) Opus artefactum. Hinc *artificium bisanteum*, in Actis SS. Bened. saec. 6. part. 2. p. 606. idem forte ac pauimentum sectile et tessellis structum, cuiusmodi pauimenta *Bisantii* erant frequentia. *Artificium de lignis*, apud Murat. t. 9. p. 812. opus e ligno constructum, Gerüst. (7) † Machina arte inuenta et confecta, Gall. *Machine*. Ch. an. 1376. in Bibl. reg. (8) † Quoduis instrumentum rei alicui perficiendae necessarium, Gallis olim etiam *Artifice*. Ch. an. 1391. in Bibl. reg.

† ARTIFICVS, *bonis artibus instructus*. Cathol. V. *Articus*.

ARTIGA, modus agri, vt videtur, ac fortassis montuosi, a Saxonico *artigan*, ascendere, scandere. Ch. a. 1059. inter Instrum. tom. 1. nouae Gall. Christ. pag. 137. col. 1. *Finis autem huius honoris ex altera parte de illa artiga de orbo vsque in illa gutta de vulpe.* † Academ. Hispan. in Diction. *Artica*, vel *Artiga*, est incultus ager ad culturam redactus, recens proscissus, i. q. *Exartus*. V. *Artigare* et *Artiquus*.

ARTIGALIA, earumdem forte originis et notionis, quarum *Artiga*. Fundatio Boni-fontis ann. 1136. inter Instrum. tom. 1. nouae Gall. Christ. pag. 179. col. 1. *Homines vero ruricolae vniuersi, qui infra hos eosdem terminos possessiunculas, atque artigalia possidebant, fuerunt.* Ibid. paulo post: *Infra istos vero terminos Raimundus Volen de Castello, et filii eius et fratres, cotrigiam vnam possidebat, Martinus de Mezons duo artigalia, Willelmus quoque de Mezons vnum artigale.*

ARTIGARE. (1) V. *Andigare*. (2) † Interlucare siluas, dumeta succidere, in culturam redigere. V. *Artiga*. Ch. Philippi VI. an. 1328. in Bibl. reg. *Quod - - habens vsum artigandi in praedictis nemoribus* etc. V. *Exartare*.

ARTIGARVM, V. *Andigare*.

† ARTIGIA, vt *Artiga*, in Ch. an. 1273.

ARTIGRAPHVS. Grammaticus seu Artis Grammaticae scriptor. Carol. M. l. 2. de cultu imag. c. 30. Senat. lib. de Orthographia, et apud alios.

† ARTILHERIA, vt *Artilharia* 2.

† ARTILIARIA. (1) Officina vbi ars exercetur, Gall. *Astelier*. Stat. Taurini, an. 1360. c. 326. (2) Idem ac *Artillaria* 2. apud Stephan. de Infestura.

ARTILLARIA. (1) Quaeuis supellex domestica. Testam. Iohannis de Talaru in Macerriis Intulae Barbarae tom. 2. pag. 672. *Item, sed et omnia vasa vinaria et artillerias, vbicumque fuerint in domibus et castris dictae sedis existentes semel das et legat.* Rymer. tom. 10. pag. 600. (2) ARTILLARIA, ARTILLERIA, ARTILLIARIA, machinae quaeuis bellicae, earumque omnium apparatus, plaustraque omni armorum genere onusta, quae castra sequebantur. Gall. *Artillerie*. Ch. an. circiter 1423. *Plurimas expensas fecerit* (Massilia ciuitas) *tam in fortificatione murorum quam - - in Artilheria et bombardis et similibus*, Instrum. an. 1430. to. 1. Hist. Dalph. p. 64. *Nullo in castro Anthonis dimisso - - magna quantitate victualium, artilleriae et tractus ibidem dimissa.* Apud Rymerum to. 5. p. 323. col. 2. *Et si ipse Dominus de Teubone poneret victualia et artilliariam suam propria in dicto castro*, etc. Paulo post ibidem recurrit. *Machinae bellicae seu artilleriae*, in Actis SS. April. tom. 1. p. 156. Vocis etymon arcessit Vossius lib. 3. de Vitiis sermonis cap. 1. a Latino *Arcuatta*, quod olim arcus maximo essent in vsu; verum probabilius deducit Menagius a Gallico *Artiller*; quod pro *Munire* vsurparunt Galli; *Artiller* autem ab *Arte* deriuarunt. V. Froissartem 2. vol. p. 28, 30. etc.

Mon-

Monſtreletum 1. vol. cap. 29. et Gloſſ. Meurſii in *ἀρτελαρία*.

ARTILLATOR, machinarum, quas Galli *Attillerius* dicunt, fabricator. Statutum Edwardi II. Regis Angl. de officio Seneſcalli Aquitaniae, et Coneſtabilis Burdegalenſis, in Regeſto Aquitan. fol. 80.

ARTILLERIA, V. *Artillaria.*

ARTILLERVS, V. *Felgaria.*

ARTILLIASIA, V. *Artillaria.*

† ARTILLIATOR, qui et *Artilleriae magiſter* nuncupatur, Hiſp. *Artillero*, Gall. *Artilleur;* in quibusdam Ch. in Bibl reg.

† ARTILLIATVRA, officina, vbi *artillariae* cuduntur, in Ch. Bibl. reg.

ARTILVS ITINERIS, iter facientibus paratae inſidiae. Vox eiusdem originis ac *Artillaria* et *Artillator.* Galli dixere *Artilleux* et *Artillos* de inſidioſis artificioſisque hominibus. Rymer to. II. p. 322. *Vaſta, impetitiones, ac omimodos artilos itineris, deſtructiones, et transgreſſiones de viridi et venatione.* V. *Artillaria* 2.

ARTINVM. Will. Armoticus in Philippo Aug an. 1219. *Racemi demum collecti adeo vili erant, quod nihil aliud eſſe videbatur, quam artinum torcular jam preſſum.* Legendum putat Cangius *tartinum*, a tarta. Vide in hac voce.

ARTIO, equeſtris ſellae arcus, ſeu pars anterior, Gall. *Arçon.* Vita S. Odonis Abb. in Actis SS. Benedictinorum ſaec. V. p. 168. V. *Arctio.*

† ARTIPHISIVM pro *Artificium*, t. 9. Ordinat. reg. Franc. p. 381.

ARTIPLICES *humidam et frigidam virtutem habent, in cibo ſumpti ventrem ſolvunt.* Papias MS. et Gloſſarium MS. Sangerman. n. 501.

† ARTIQVVS, ager in culturam redactus, i. q. *Exartus.* Ch. a. 1341. in Bibl. reg. *Yſſarta quam plurima ſine artiquos inde fecerant, et terras ad culturas redegerant.* V. *Artiga.*

† ARTIRE, *conſtringere*, in vet. Gloſſ. ex Cod. reg. 7641.

ARTISELLIVM. Fragmentum Petronii: *Decem partes dicis, librum ab oculo legit, threcium ſibi de diariis fecit, artiſellium de ſuo paravit, et duas orullas.* Forte *Antiſellium.*

† ARTISIS, *artuum morbus.* Cath. pro *Arthriſis.*

ARTISTA. (1) Liberalium artium peritus. Vita S. Yuonis presb. t. 4. Maii pag. 586. *Magiſter Artiſta*, idem qui magiſter in artibus, Gall. *Maitre ès arts.* Acta S. Stanislai Epiſc. Cracou. et Martyris l. 3. t. 2. Maii pag. 268. Apud Lobinellum to. 3. Hiſt. Paris. *Artiſta* eſt Auditor Philoſophiae. V. *Ars* 2. (2) † Idem qui ſupra *Artilliator.* Ch. a. 1409. in Bibl. reg.

ARTILE, V. in *Artitus.*

ARTITVS, *κάντροχος*, *baldaldus*, in Gloſſar. Latin. Graec. Feſtus habet: *Artitus bonis inſtructus artibus.* Hinc Papias in MS. Bituric. *Artitus, artibus edoctus*, et in MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Artitus, bonis artibus inſtructus, ab Ars, artis, hinc artite ingenioſe.*

ARTIVVS, *Graecorum enſis vel gladius.* Papias in MS. Bituric. Gloſſ. Sangerman. num 501. tamquam ex Virgilio: *Arcium, enſem Graecorum, gladium.* V. *Arcanus.*

ARTOCASEVS. Ioan. de Gallandia in Synonymis.

Panis, Artocopus, paſtillaque, liba, placenta,
Jungitur artocreo, ſimul Artocaſeus iſtis.

Vbi interpres: *Artocaſeus, dicitur panis decoctus cum caſeo et ouis.*

ARTOCOPA, et ARTOCOPVS, quaeuis placenta. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman MS. *Artocopus, pi, Eſchaudez ou autre pain fait par labeur.* Eſt ergo quiuis dulciarius panis et arte laboratus. Hinc et ille azymus panis qui in Eccleſia Romana ad hoſtias Domino conſecrandas conficitur, etiam *Artocopus* appellatur apud Vgutionem. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 1. *) *Artocopus, panis piſtus in oleo*, Creffel (Krapfen). Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ.

ARTOCOPVS, dulciarius Piſtor, qui conficit *artocopas.* Papias MS. Bituric. *Artocopus, panis operator, id eſt, piſtor*, nam *ἄρτος*, panis, *κόπος*, labor, Graece dicitur. Charta Reginaldi

ginaldi Episc. Carnot. an. 1198. pag. 1645. to. 2. Tabularii Fontanellensis.

ARTOCREAS, ARTOCREA. Papiae, *Panis carnem continens;* vulgo *tortella*, inquit Ioannes de Ianua. Gloss. MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Artocrea. Quilibet cibus artificiose compositus - - ex pane et pasta cum carne - - vulgo tortella.* Est praeterea portio, vt vocant, Monachica, *quae iure antiquo continere debebat quinque ova et caseum*, vt est in Chronico Trudonensi lib. 13. pag. 508. tomi 2. Spicil. Acher. Charta Eberhardi pro Monasterio sancti Petri de Silua nigra, inter Vindemias literarias Frederici *Schannat* pag. 164. *Ad tertiam vero positionem habere debebunt placentas, hoc est, fladones, qualiscunque occurrerit dies: si autem feria sexta non fuerit inordinata causa impediminis (quia in ipsa die abstinendum ab adipe) Artocreae aut fladones in vsus comedentium dentur honeste et abundanter.* Vbi *Artocreae et fladones* eiusdem videntur notionis. V. *Flantones*. Chartularium S. Vincentii Cenomanensis fol. 1. et seq. *Haec sunt Caritates Artocrearum in Natale Domini, in festo S. Vincentii et in Pascha quas debemus, Cantori i. Hugoni de Riuelon apud Ardentes i. etc.* Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses an. 1351. ex libro viridi fol. 35. *Tenetur dare dictus Abbas pro Artocreis siue pastillis faciendis pastam necessariam de frumento, etc.*

ARTOICHVM, *vel Pannonium, est oleum rubrum ex radicibus herbarum cum pane in fimo equino digestis expressum.* Rochus le Baillif in Diction. Spagyrico.

ARTONA. Vita S. Seueri Abbatis Agath. c. 11. de pane *paximatio*, in modum eulogiae transmisso, et cruce signato: *Huius plane crucis artonae comestio non puto vacare mysterio.* Vbi Editor *Artonam*, paniciam interpretatur, ab ἄρτος, panis.

ARTOTYRA, *id est, Formaiada dicta ab artos quod est panis, et tyrus, caseus.* Ita Glossar. saeculi XIII. S. Andreae Andaonensis.

ARTOTYRITAE. Haeretici in Galatia, sic dicti, quod panem et caseum offerant in sacrificiis, Philastr. et Papias.

ARTOX. Papiae, *malus, reus.* Forte *atrox, malus, reus. Artox* etiam legitur in cod. MS. Bituric.

ARTRACTATIO, pro *Altercatio*, contentio, lis. Controuersia Archiepiscopum Turonensem inter et Dolensem Episcopum, apud Marten. t. 1. Ampliss. Collect. col. 79.

† ARTRIPA, in Ch. a. 1114. Append. ad Marc. Hisp. p. 1242. pro *Artiga*, quod vide.

† ARTVARE, membratim lacerare, diuidere. Gloss. Lat. Gr. *Artuo, διαθρύω. Artuare, Desmembrer*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. Vtitur Iul. Firm. l. 6. c. 30.

ARTVATIM, *membratim*, in Gloss. Isid. *Artuatim concisus*, apud Iul. Firmicum lib. 8. cap. 8. *Artuatim obtritus*, apud Saxonem Grammat. lib. 8.

† ARTVIT, vox Gallica, ab ἄρτος, panis, conuiuium, prandium. Ch. a. 1346. in Biel. reg.

† ARTVM. Cod. Colbert. sign. 2573. vbi de Romana computat. quae digitorum flexibus fit: *Prima digitorum trium in laeua ab extremo inflexio in medio palmae, artum dicitur.*

ARTVRIA TERRA, V. *Araturia.*

ARTVRVM EXSPECTARE, Prouerbium apud Anglos, quorum credula adeo fuit olim fides, vt Arturum Regem denuo regnaturum persuasum haberent. Guillelmus Neubrigensis in Prooemio ad Historiam. V. Hermannum Monachum de Miraculis S. Mariae Laudun. lib. 2. cap. 16.

ARVA, femin. gen. (1) Ager, interdum regio, prouincia. Gloss. Gr. Lat. χώρα, *Aruum, regio.* Chronicon Noualiciense lib. 1. cap. 30. *Et praeterea in arua Francorum Monasterium quoddam ditissimum in honore S. Medardi Confessoris fundatum etc.* (2) † Ager seu locus incultus, aedificio aptus, i. q. *Area* 1. Ch. an.

1114. ex Tabul. Deruenſi: *Ibi etiam - - partem terrae, quae vulgo arua dicitur, cauſa aedificandae domus eisdem fratribus donaui.* Gallis ol. *Arue.*

ARVAS, Papiae, *demens.*

† ARVCARE, *Elimeir*, in Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352.

ARVERIVM. Charta Ioannis Comitis Augi anno 1149. ex Tabulario eiusdem Monaſterii: *Famuli vero Abbatis et Monachorum, qui ſunt de pane et cibo eorum in Curia S. Michaelis ſimili modo, ſola manu ſe purgabunt, et juſtitia erit Abbatis, nec unquam pro aruerio vel ſine teſtimonio alicui famulorum meorum reſpondebunt. In Fontibus autem et in Verleio, ſi quis aliquem percuſſerit, ſanguinem et juſtitiam omnem Abbati et Monachis concedo aruerium; et omnem occaſionem condono, libertatemque omnibus hominibus.* Occurrunt eadem verba in Charta alia 1179. Henrici Augenſium Comitis. *Ar-wir* Britannis eſt verum, aequum et iuſtum, vnde forte dictum fuit *Aruerium.*

ARVGO. (1) *Color quidam ſicut pedes accipitris.* Papias MS. Eccleſiae Bituric. Vide *Aurugo.* (2) † ARVGO, *Buhen*, Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692.

ARVICOLA, agricola, qui arua colit, in Ch. Sancii Comitis.

ARVINARE. Gloſſ. Lat. Gall. *Arumatus, Encraiſſié.* Leg. *Aruinatus, impinguatus*, vt apud Ioan. de Ianua ab *Aruina*, pinguedo. Graecismus:

Intus adeps, Aruina foris, pinguedo quaeuis.

† ARVINOSITAS, *planté de graiſſe*, in Vocabul. comp.

ARVINVLA, *parua aruina*, Iohanni de Ianua. Gloſſ. Iſid. *Aruinulis, Adipibus*; eſt autem *Aruina* Suetonio libro de Vitiis corporalibus, *Pingue durum inter cutem et viſcus.*

ARVIPENDIVM. ARVIPENNIVM, V. *Arapennis.*

ARVLA. (1) Craticula in Gloſſ. Iſid. Papiae, eſt *patella carbonum, craticula, vel vas aeneum quadrangulum, in quo ignis ardet, vel in quo prunae, vel carbones aſportantur.* Gloſſ. Aelfrici: *Arula, vel Batilla*: Fyrpanne, Scholiaſtes Ariſtoph. ad Archarn. ἐσχάρων, τὴν νῦν κυλλιμένην αὐλάν. Ita *Arulam* vertit Interpres Graecus Exodi cap. 27. et 38. et Hierem. cap. 38. Ordericus Vitalis l. 6. pag. 622. (2) Parua ara, Altaris menſa, apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. p. 651.

ARVLATOR, idem atque *Arilator ſeu Ariolator*, quae videſis in voce *Cociones.*

*) ARVLLA, ein Kern geſtel im Apfel oder grübs. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. impreſſ.

ARVM, apud Occitanos, territorium, forte pro *Arum.* Tabular. Eccleſiae Cadurcenſis: *Breue diuiſionale, in ipſo aro, de ipſa villa, quae dicitur Roca.* Infra: *Cedo vobis vineam meam, quae eſt in aro de Criſſinoles.*

ARVMARE, *rumarem afferre*, Papiae Perperam *Aruinare* Editum. Vide *Adrumare.*

† ARVMATVS, pro *aruinatus*, pinguis, ob nimiam pinguedinem deformis. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 1009. V. *Aruinare.*

ARVMPERE, pro *Abrumpere*, in Scriptoribus inferioris aeui et Diplomatibus paſſim occurrit. V. *Rumpere.*

ARVNCALIS, ager incultus. V. *Runcalis.*

ARVNCARE, *euertere, eradicare.* Papias MS. Eccleſiae Bituric.

† ARVNCETORIVM, ager incultus. Ch. Alex. III. PP. a. 1164. *Aſſignauit - - vnum aruncetorium - - ad paſturam beſtiarum.*

ARVNDINETVM, arundo. Acta SS. April. t. 2. p. 491. Alias *Arundinetum* eſt locus vbi creſcunt arundines.

ARVNDO. (1) Canalis, aqualicus. Marcwardus Abbas Fuldenſis: *Video etiam, quia fons aquaeductus antiquitate et vetuſtate defeciſſet, - - habiles canales aduptaui, et per plumbeas Arundines meatum fontis conſtantiſſime reparari feci.* (2) † *Scripturam ſignificat, quae eadem ſic ſcribitur; ſicut ſonus vocis, lingua.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613.

ARVOLDIA, V. *Arnaldia.*

ARVOVTVS, eriſima, anteris, Gall. *Arc-boutant.* Liber MS. anniuerſariorum

fariorum Monaſterii Solemniacenſis. Hic autem *Aruoutus* pro *Arboutus*, Lemouicibus *Aruout et Arbout*, Gallis *Arc-boutant*.

ARVRA. (1) Ager ſatus, ſegetes ipſae. Gloſſ. Lat. Gr. *Arua*, ἄρουρα, γῆ, χώρα Beda de Ortographia: ἄρουρα, *Aruum*. Heſychius: Ἄρουρα, ἡ γῆ ἀπὸ τῆς ἀρᾶσθαι. Ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ, ἡ σπορία Marcellus Empiricus cap. 8. *Lacertas peſſimas, quae in ſegetibus morantur, quas Graeci Aruras vocant, comburito.* Vide Gloſſar. med. Graecitat. (2) Aratio. Velius Longus de Ortographia: *Filix, quam ita credo dictam, quod ſit minus felix arurae.* Fleta l. 2. c. 73. §. 1. et alibi paſſim.

ARWERNVS, aper. Lex Salica tit. 36. n. 6. *Si quis aprum, quem alieni canes mouerunt et allaſſauerunt, occiderit vel furauerit, Malb. Arwernon DC. den. qui faciunt ſolidos XV. culpabilis judicetur.* *) Compoſita vox ex Francico *Wern*, verres, et *ur*, ferus, ſilueſtris.

ARVVS, pro *Aruum*, in Statutis Arelat. MS. art. 134.

ARVVS CAMPVS, quomodo *Arua ager*, apud Plautum Trucul aratus. Leg. Rothar. Reg. Longobard. tit. 108 *In octogild ipſum caballum componat, pro eo quod ipſos* (caballos) *de aruo campo, quod eſt fonſaccar, mouere praeſumpſerit.*

ARX, vel ARCE. (1) Pro *Archinum*. V. *Arce* 2. (2) Copiae, vires, exercitus. V. *Atemptorium*.

† ARZELLA, Italis *Arſella*, eſt conchae marinae ſpecies. Teſtam. an. 1197. ap. Zanettum in diſſert. de orig. et antiq. monetae Venet.

† ARZENARE, aggerem conſtruere. Murat. t. 11. Script. Ital. p. 66.

ARZER. (1) Agger, moles, Hiſpanis *Arzan*. Rolandinus Patauinus lib. 3. cap. 7. apud Murat. tom. 8. col. 204. (2) † Forte ignis, focus, lignatio, ab Ital. *Arzere*, comburere. Ch. a. 1200. ap. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 373. *Debet habere plenam iurisdictionem - - in fodro et arzere ac hoſte et collecta* etc.

† ARZO, arculus, Gall. *Arceau*. Conſtitut. Feder. reg. Sicil. c. 92.

† ARZONVS, equeſtris ſellae arcus, Hiſp. *Arzon*, Gall. *Arçon*. Guido de Vigev. de modo acquirendi T. S.

AS, (1) Ἄντας, eas. Supplem. Antiquarii. (2) *Fortitudo vel firmitas.* Papias MS. Eccleſiae Bituricenſis. Vbi *As* videtur pro *Ars*, quod iterum pro *Arx*, Gall. *Forteresse*.

† ASA. (1) An idem quod ſupra *arua* 2. ager incultus vel locus aedificio aptus, vel quod *Aſia* 2. infra? Ch. a. 1184. in Acceſſ. ad hiſt. Caſſin. part. 1. pag 266. *Conuenimus praeterea, quod nullos - - cogemus accipere contra voluntatem eorum aſas de terra noſtra - - et nihil amplius exigemus ab eis, qui accipiunt ipſas aſas, niſi tres operas, per tres dies, duas ad arandum et vnam ad metendum.* V. *Aſſa* 1. (2) Cinis, a Flandr. *As*, *Aſſe*. Teloneum S. Bertini *Omnis tonellus ſine vini, ſine ceruiſiae, ſine aſae, ſine cineris - - dabit u. den.*

ASACIVM, Indiculus pretiorum rebus venalibus ſtatutorum. Contract. Datiorum Bergom. lib. 7. cap. 16. *Idem quod Aſacium, ſeu Calmedrium fiat ſecundum formam Statutorum etc.* Vbi *Aſacium*, idem eſt quod *Calmedrium*, ſeu *Calmerium*, quod vide ſuo loco.

† ASAGIVM, deguſtatio, Gall. *Eſſai*, Ital. *Aſſaggio*. Inuentar. Mſ. thesauri ſedis apoſt. a. 1295. V. *Aſſa* 1. et *Aſſaia*.

ASALESAZ, *Maior Praepoſitus in lege*, Papias MS.

ASAMMVM, V. *Biſamum*.

ASAPHARVM *eſt impetigo et ſerpigo*, apud Rochum le Baillif in Dictionario Spagyrico. † Leg. *Aſaphatum*.

† ASAQVERIVS, aquarius forte pro *adaquarius*, in Inuentar. Mſ. a. 1320.

† ASAXONARE, formare. Stat. Vercell. l. 4. p. 72. *Teneatur panem bona fide coquere et aſaxonare.* V. *Aſſaxonare*.

† ASBERGVS, *giſtum*, i. q. *Alberga*, in Stat. Piſtor. a. 1107. apud Murat. tit. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 544.

ASBESTON, Arcadiae lapis, qui ſemel *accenſus nunquam extinguitur.* Gloſſ. Anicienſes MSS. Graecis ἄσβεστος, inextinctus.

ASBOTARE, ASBOVTARE, non ſemel occurrunt pro *Abutare*, terminari, Gall. *Aboutir*, in Chartulario S. Vandregeſili, praeſertim tom. 1. pag. 1019. 1020. etc.

ASBVTARE, eadem notione in Charta anni 1276. ex Archivo B. Mariae de Bono Nuncio Rotomagenſi.

† ASCALARE, ſcalis admotis inuadere, Ital. *Scalare*, Gall. *Eſcalader.* Murat. t. 20. Script. Ital. p. 876. V. *Eſchalare.*

ASCALONIAE, quae *caepae Aſcaloniae*, Plinio lib. 19. cap. 6. et Apicio lib. 4. cap. 2. Gallis inde *Eſchalottes*, Adalardus in Statutis Corbeienſis Monaſterii l. 2. c. 1. ASCALONICAE, in Capitulari de Villis cap. 70. SCALONGIA, eadem notione. Matth. Siluaticus: *Cepitia, id eſt, Scalongia, cepuția.* Germ. Eſchlauch, Schalotten.

ASCELLA, ASCILLA, ASSELLIA, AXELLA. (1) Axilla, Tullio, Gallis *Aiſſelle*, Germ. Achſel. Iſidorus l. 11. et ex eo Papias: *Aſcella locus ſub brachio; dicta quia ab eis Aſcellis brachia ſuſtentur, id eſt, mouentur.* Gloſſ. Aelfrici: *Aſcella vel ſubhircus.* Alexander Iatroſophiſt. lib. 1. Paſſion. vbi de Melancholicis: *Aliqui ſuſpicantur, ſe eſſe vas fictile: alii quoque gallum, vt et imitentur eum ad cantandum, et etiam aſcellas percutiunt.* Vtuntur paſſim Scriptores, Interpres Biblior. non ſemel. ASSELLIAE, apud Michaelem Scotum lib. de Phyſionomia c. 2. AXELLAE, Papiae, *Alae, piloſa membra ſub brachiis dicuntur, - - quas quidam Axellas dicunt.* ASCILLA, μασχάλη, *Ala*, AXILLA, in Supplemento Antiquarii. (2) Pro *Aſſella*, *Aſſerculus* Gallis *Aiſſelle.* Tabul. S. Remigii Remenſis: *Donans de ſpelta modios 324 - - de banno 27. den. de Aſcellis 710. de ſcindulis 350. foetam vno anno, etc* Occurrit ibi pluries. AXILIA, idem. Cenſus Eccl. Auguſtod. in Tabulario eiusd. Eccleſiae: *Sumta - - perticarum circulorum 157. Scindularum 995. Axilium 987.* Occurrit ibi ſemel ac iterum AXILA. Capitulare de Villis cap. 62. *Quid de Axilis et alio materiamine etc.* Occurrit etiam in veteri Charta in Vita Aldrici Epiſcopi Cenoman. num. 56. (3) Pro *Ala*, Gregorius Turonenſis lib. 2. Hiſt. cap. 16. *Inante abſidem rotundam habens, ab vtroque latere Aſcellas eleganti conſtructas opere, etc.* Fruſtra hoc loco *aſtellas* reponit Meurſius; *Aſcellae* enim apud Gregorium ſunt aedis ſacrae latera interiora, quae alii *alas* vocant. V. in hac voce. (4) Britannis *Askell*, Auis ala, Germ. Flügel. Vet. interpres Leuit. 1. 17. *Confrigerque aſcellas eius*, auis ſcilicet offerendae. V. locum Alexandri Iatroſophiſtae laudatum in *Aſcella* 1.

ASCELLARE, furca alaris, qua *aſcellae* ſeu humeri claudicantium ſuſpenduntur, ad firmandos greſſus, Germ. Krücke. Aimon. l. 2. Miraculor. S. Germani.

ASCELLATA VENA, quae et *baſilica*; nam vena quae in aſcellas vadit, ſe in quatuor venas diuidit, quarum tertia in manum per armum ſecedit, eaque vocatur *aſcellata* et *baſilica.* Ita Conſtantin. Afric. l. 2. Commun. loc. Med. c. 12.

ASCELLVLAE, diminutiuum *Aſcellae*, apud Papiam MS.

ASCEMARE. Contract. Datior. Bergom. l. 8. 14. *Item quod non poſſit aſcemari, extrahi, vel diminui vinum de aliqua vegete.* Ital. *Scemare*, eſt diminuere. V. *Semus.*

ASCENDENS, dicitur de ſigno Zodiaci cum ſupra horizontem euehitur. Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Tarviſina lib. 5. cap. 21. apud Murat. to. 8. col. 249.

ASCENDERE. (1) Dicitur de animalium admiſſione, Germ. beſteigen, beſpringen. Stephanus Tornacenſis Epiſt. 95. *Imminent tempus Aſcendendi, et balantes ouium voces rude matrimonium in proximo ſibi coaptare feſtinant.* (2) Creſcere, apud Ludewig. to. 6. Reliq MS. pag. 74.

(3) ASCEN-

(3) ASCENDERE EX ADVERSO, contradicere. S. Anſelmus lib. 3. Epiſt. 10. (4) † ASCENDERE AD PLENVM, ad ſuperiores ſedes chori aſcendere. Acta capit. eccl. Lugdun.

ASCENSA. (1) Aſcenſio, feſtum Aſcenſionis Dominicae. *Aſcenſa Domini*, in libro Sacramentorum S. Gregorii, in Regula Magiſtri c. 28. in vetori Kalendario apud Allatium de Dominicis et Hebdom. Graecor. pag. 1490. etc. (2) Vt *Accenſa*, de quo ſupra, locatio, conductio. Gall. *Accenſement*. Rymer. tom. 3. pag. 866. col. 1. (3) † Conuentio, pactum. Transact. a. 1392. to. 8. Ordinat. reg. Franc. p. 205.

ASCENSAMENTVM, eadem notione, apud eumdem Rymer. to. 3. p. 677. Ch. Guigonis Comitis Forenſis anno 1223. inter Inſtrum. tom. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 28.

ASCENSARE, locare, ad *Aſcenſam* dare. Ch. Guillelmi de Tociaco Epiſc. Autiſſiod. an. 1175. Ch. an. 1299. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MS. pag. 902. *Amodiauimus, aſcenſauimus et affirmauimus, et ad amodiationem, cenſam ſeu firmam et ad emphiteoſim perpetuam tradidimus - - cenſale ſeu cenſam cum pertinentiis, etc.* V. *Accenſare*.

† ASCENSATIO, datio ad cenſum annuum. Ch. a. 1235. Mſ. V. *Accenſire*.

ASCENSIO, V. *Feſtum Aſcenſionis*.

ASCENSIRE, vt *Aſcenſare*, vel potius, ad cenſum dare. Ch. Henrici Comitis Trecenſium, an. 1190. apud D. Bruſſel de Feudorum vſu to. 1. p. 191.

† ASCENSIVA, praeſtatio annua ex *aſcenſatione* perſoluenda. Ch. an. 1194. in Bibl. reg. V *Adcenſinare*.

† ASCENSIVVS, qui ad cenſum tenet. Ch. a. 1316. Mſ.

ASCENSOR, adſcenſor, qui aſcendit generatim, peculiarius eques. Hieronymus extremo lib. 1. contra Rufinum. *Aſcenſor montis Dominici*. Theodolphus lib. 2. Carm. 331. ad Chriſtum:

Tu pius adſcenſor, tuus et nos
ſimus aſellus,
Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei.

Agnel. lib. Pontif. apud Murat. t. 2. pag. 186. col. 1. E. *Et qui antea aſcenſores erant, poſtea pedeſtres effecti ſunt.*

ASCENSORES, anteceſſores, maiores, Gall. *Ayeux Aſcendans*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 81.

ASCENSORIVM, gradus quo aſcenditur. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Aſcenſorium*: Staegen, id eſt, gradus, ſcala, a *ſtigan*, ſcandere. Wippo de Vita Chunradi Regis, de eodem Chunrado, Petrus Bleſenſis ſerm. 24.

ASCENSORIVM, quod alias *Monteia*. V. in hac voce. Ch. Henrici Regis Francor. in Tabulario S. Maglorii Pariſ. *Vnum iterum molendinum, et vnum Aſcenſorium piſcium ſitum juxta Eccleſiam Karentonae villae.* ASCENSORIVM, quo quis in equum aſcendit, tollitur. Hiſt. Nouientenſis Monaſt. apud Marten. t. 3. Anecd. col. 1127.

† ASCENSVATIO, datio ad cenſum, V. *Adcenſuatio*.

ASCENSVS. Anaſtaſius Biblioth. in S. Hadriano PP. pag. 116. *Eccleſiam S. Stephani - - ſimiliter renouauit, vna cum coemeterio B. Cyriacae, ſeu aſcenſum eius. Aſcenſum* pro gradu, dixit lex 45. Cod. Th. de Operib. public. ſed hic forte *Aſcenſus* pro *Ambone* ſumitur.

ASCER. (1) Chalybs, Gall. *Acier*, apud Rymerum to. 3. p. 16. (2) *Sanguis, cruor*, in Gloſſario Anicienſi MS.

ASCERIOLVS, Sciurus, Gall. *Ecureuil*, Germ. Eichhorn. Geruaſii Tilberienſis Otia Imperialia apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 981.

ASCETAE, Monachi, qui virtutem, continentiam, ac vitam angelicam excolunt. Gloſſ. Lat. Graec. *Caelibes*, ἄγαμοι, ἀσκηταί. Aliud Gloſſar. MS. Reg. Cod. 900. ἀσκητὴς, ἐγκρατὴς, continens.

ASCETERIVM, ex Graec. ἀσκητήριον, Monaſterium, locus exercitio et diſciplinae

ſciplinae virtutum deſtinatus: ἀσκητῶν κατα-γωγή, Theodoreto lib. 6. et 10. Therapeut. Lexicon. Graec. MS. παρθενῶνες, τα μοναστήρια, τα ἀσκητήρια Vide Nouellum Iuſtin. 59. Baron. ad an. 301. n. 22. 31. Caſaubonum exercit 2. ad eumdem Baron. cap. 13. Nebridium a Mundelheim Antiquit. Monaſtic. Epiſt. 7. etc. Mire autem hanc vocem deprauarunt Scriptores inferioris aeui, vt ex ſequentibus patebit. Nam ARCHISTERIVM interdum ſcribitur. Apud Euagrium in Vita S. Antonii cap. 52. S. Audoënus Epiſcopus Rotomag. in Vita S. Eligii l. 1 cap. 10. V. Ioan. Mabillonium ad Vitam S. Theofredi pag. 47. Interdum hanc vocem pro principatu ſeu Epiſcopali dignitate vſurpant ſcriptores. *Archiſteria Epiſcopalia*, in Vita S. Deicoli cap. 1. Vita S. Seueri Epiſcopi Rauenn. n. 3. *Quod vxoratus ad Archiſterium Rauennae acceſſerit.* Theodericus in Hiſt. Inuent. S. Celſi cap. 1. *Quod Trenerica Metropolis merito totius Galliae Archiſterium ſit hactenus vocitata.* Porro vocabuli etymon ab Vgutione et aliis allatum iure exploditur: *Archiſterium, Monaſterium, ab archo et ſterion quaſi dicas ſtatio principalis, id eſt, ſpiritualis ſtatio; vel dicitur Archiſterium, eo quod regulis et diſciplinis arcetur.* ARCHITERIVM, pro *Aſceterium* dixit auctor Hiſt. Translat. Reliqu. S. Fauſtae tom. 2 Hiſt. Franc. et apud Labbeum tom. 2. Bibl. et Bollandum. ARCHITRIVM, Vita S. Euphraſiae cap. 6. in Vitis Patrum. ARCISTERIVM, habent Aimoini Continuator lib. 5. cap. 41. Simeon Dunelm. pag. 89. Edgarus Rex in Legibus Hydenſis Monaſterii cap. 9. et veteres aliquot Chartae Regum Angl. in Monaſtico Angl. ASSISTERIVM, Papiae, *Monaſterium.* Vgutio: *Aſſiſterium, Monaſterium Graece, vel dicitur ab aſſiſtendo. Aſſiſtria, Monialis ibi aſſiſtens.* ACISTARIVM, non ſemel in Charta Luſitanica aerae 1067. in Hiſt. Epiſcoporum Portenſium 1. parte pag. 185. 186. ACISTERIVM, in alia Charta Luſitanica apud Anton. Brandaonum lib. 10. Monarch. Luſitan. cap. 4. ASCYSTERIVM, dixit S. Eulogius. in Memor. Sanct. lib. 2. cap. 10. Idem *Acyſterium* habet.

ASCETRIAE, feminae continentes quae a Monachabus differebant, vt *Aſceterium* a Monaſterio: a Monachabus ſcilicet, quae in ſolitudinibus domicilia habebant. Iuliani dictarum de Conſiliariis: *Si emerſeris de Clericis, vel Monachis, vel Aſcetriis, etc.* Iulianus Anteceſſor cap. 460. *Si quis contra Clericam, vel Monachum, vel Diaconiſſam, vel Monaſtriam, vel Aſcetriam habeat aliquam actionem, etc.* Ita cap. 494. Gregorius Magn. Epiſt. ad Theodiſtam: *Ancillis, quas vos Graeca lingua Aſcetrias dicitis.* Menologium Baſilii in S. Phaſic. 21. April. ἔλεγε δὲ πρὸς δυναστέαν χριστιανὴν ἀσκήτριαν, etc. Pſallebant autem illae in elationibus funerum, vt docent leges 45. 48. de Epiſcopis et Clericis.

† ASCHARA, non tonſuratus, a Germ. ſchееren, quod de barbae tonſione ſpecialius vſurpatur. Lex Sal. tit. 28. §. 1. *Si quis puerum infra duodecim annorum non tonſuratum occiderit* (*Malb. Aſchara leudardi*) etc.

ASCHERATVS AD BELLVM, comparatus, inſtructus, accinctus, forte ab *Aſcar* quod armatura ex chalybe erat, vel ab *Aſcer* ſanguis, cruor. Memoriale Poteſtatum Regiens. ad an. 1218. apud Murat. tom. 8. col. 1087.

ASCHITES, Graece ἀσκίτης, ſupple ὕδρωψ, ſpecies hydropis in quo humor aquoſus abdominis membrana veluti ἀσκῷ (lege ἀσκῷ) ſeu vtre continetur. V. *Clocire.*

ASCIARE. *Aſciare dentibus* ap. Guibert. l. 2. de vita ſua c. 6. idem eſt quod *ſecare*; qua notione verbum illud vſurpat Vitruuius lib. 7. cap. 2.

† ASCIARIA. Acta SS. t. 6. Sept. p. 881. *Copioſas aſciariarum et inſignium feminarum caternas obuiam habuimus.*

huiusmodi. Vbi editores emendant *asse-triarum*, i. e. mulierum piarum.

ASCIATA LEX. Charta Autranni in Chartulario Aptenſi fol. 34. *Si in itinere quod agere diſpono ad Ieruſalem defunctus fuero, dabo per quadrum ipſum vaſculum plenum vino puro ad praedictum opus, et foetas tres, et capras duas, et bruſcos duos de alveario meo, etc. Quod dixi firmo, aſciatam legem iungo ſuperioribus.* Singularis eſt huiusmodi *Lex Aſciata*, quam nec Briſſonius inter veterum Leges, nec Cangius inter recentiores numerarunt. Hic forte quia Autrannus Chartam condebat teſtamentariam voluit alludere ad illa verba duodecim Tabularum: *Sumptuoſa funera ne facito: Rogum Aſcia ne polito.* Aut ad illam antiquam formulam: *Sub Aſcia dedicatum* in antiquis Gallorum ſepulcris ſaepe obſeruatam. Quid autem ſit, *ſub Aſcia dedicare*, non conſentiunt eruditi. Magis placet eorum ſententia, qui haec verba interpretantur, vel de modeſtioribus tumulis, quaſi qui vnius aſciae opera fuerint elaborati, vel potius de nunquam violandis ſepulcris *ſub Aſciae dedicatis*, id eſt, ne aſcia, qua conditum eſt ſepulcrum vnquam adhibeatur ad illius deſtructionem: ad quam poſteriorem interpretationem ſi alluſit Autrannus, *Lex Aſciata* eadem erit, quae inuiolabilis, ſempiterna. V. Diarium Triuolt. menſis Maii an. 1715. p. 771. *) *Lex aſciata* originem ſuam debet, vt monet Carpentarius imprudenti additamento ad laudatum Chartularium, vbi legitur: *Quod ſinxi figo, quod dixi firmo. Aſciatam L. iungo ſuperioribus.* Vbi notae numericae vox *legem* temere ſubrogata eſt. Eſt autem *Aſciata* idem ac valor quinquaginta aſſium Romanorum. De formula *ſub aſcia dedicare* vide quae diſputat le Beuf t. 2. Collect. var Script. p. 281 ſeq.

ASCIATVS. Ioan. de Gallandia in Synonymis:

Aſciatas, pugio, coniunge nouacula, culter.
Cultellusque, ſpata, ruſoria iungitur illis.

Vbi interpres ait, *Aſciatum* eſſe cultellum magnum, poſſeque dici cultellum, quo pergamenum diuiditur.

ASCIBOLA, V. *Aſciola.*

ASCICVLVS. (1) *Aſciola, dolabra*, in Gloſſis Iſid. Legendum *Aſciolus, Aſciola*, inquit Graeuius in hunc locum. (2) Pro *Axiculus*, vel *Aſſerculus* in Codice M. Irminonis Abb. San-German. fol. 65. col. 2.

ASCILI, V. *Aſcodrogili.*

ASCILLA, V. *Aſcella* 1.

† ASCILVS, forte pro *Aſellus*, machina bellica, vel pro *Aſtilus*, ſeu *Aſtila*, veru. V. *Aſta* 1. Inquiſit. a. 1363. in Bibl. reg. *Portauit - - vnam quadrigatam, tam de dicta fuſta, quam de baliſtis, ſurtaginis, aſcilis et dinerſis aliis bonis mobilibus.*

ASCINGIA, V. *Andecinga* et *Accengia.*

ASCINI, ex Graec. ἄσκηνοι, qui laribus et tecto carent, apud Ennodium lib. 9. Epiſt. 20.

† ASCINVS, poſſeſſio, l. locus ſepibus, muris, aut vallis concluſus, Gall. olim *Acin*, *Aſcin*; et *Aſſin*, a verbo *accingere*. Ch. a. 1350. in Bibl. reg. V. *Accincta.*

ASCIOLA, minor aſcia, parua ſecuris. Vita S. Wiboradae Virg. et Mart. tom. 1. Maii p. 290. Hinc corrigendus Actorum SS. Benedict. Saec. 5. pag. 55. locus, vbi *Aſtibolis* pro *Aſciolis* male ſcriptum legitur. V. *Aſciculus* 1.

ASCIOS, vox Graeca, *exumbres*, in Gloſſis Iſid.

ASCISCOLVM, *malleolus ſtructorius*, in Onomaſtico vet. apud Turneb. Aduerſar. lib. 28. c. 5. Forte melius legeretur *Aſciolus*, vt jam obſeruatum eſt in *Aſticulus* 1.

ASCISIAE, ſtatuta quae in *Aſſiſis* ſeu Comitiis publicis de rebus ad rem publicam ſpectantibus conficiuntur. Chron. Richardi de S. Germano apud Murat. tom. 7. col. 992. V. *Aſſiſa.*

ASCISINI, apud Rymer. to. 2. pag. 514. Iidem qui infra *Aſſaſſini.*

ASCITAE, Haeretici ab ἀσκὸς, vter, dicti. Hi bacchantes vtrem inflatum et opertum ſolebant circumferre, tanquam ipſi eſſent Euangelici vtres,

noui vino nouo repleti. S. Auguſtinus Haereſ. 62. V. mox *Aſcodrogitae.*

ASCITERIVM, V. *Aſceterium.*

† ASCLA, ASSOLA, ab Occitan. *Aſcle*, aſſerculus. Ch. an. 1252. Hinc

† ASCLARE, reſcindere, in Ch. an. 1412. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 204.

ASCO, Piſcis ſpecies. (*) Germ. Aeſche, alias thymalus.) Walafridus Strabo ad Grimaldum Capellanum de morte Wetini:

Interea dulcis fertur mihi normula piſcis
Aſconis calidi, ſequitur vas denique muſti, etc.

† ASCOBATVM, quaeuis ſordes, purgamenta. Conſuetud. Auxit. ad an. 1301. art. 89. *Quod nullus proiiciat ſanguinem vel aquam putridam ſeu aliud quodcunque putridum vel aſcobatum domus in carreria.* V. *Scoba.*

ASCODROGILI, ASCILI, apud Hofmannum, Haeretici iidem, qui *Aſcodrogitae.*

ASCODROGITAE, Haeretici in Galatia, qui vtrem inflatum ponunt, et cooperiunt in ſua eccleſia, et circumeunt eum inſanientes potibus, non intelligentes, quod ait Saluator, vtres nouos ſumendos inque eos vinum nouum mittendum, non in veteres. V. Philaſtrium, et alios, qui de haereſibus ſcripſere.

ASCODRVGI, iidem qui *Aſcodrogitae*, de quibus in Collect. Conſtitut. Eccl tit. 3. lib. 1. ad 18. *Quae de Samaritis promulgata ſunt ad Synagogas et ſucceſſiones eorum ſpectantia, rata ſunt etiam in Montaniſtis et Aſcodrugis.* De his etiam Theodoretus Haeret. Fabul. lib. 1. cap. 10. ſub nomine *Aſcodrutorum* et *Aſcodrupitorum. Dicebant*, inquit, *non debere diuina myſteria quae inuiſibilia ſunt ſigna per res viſibiles perfici - - propterea non baptizant eos qui accedunt, nec apud eos celebratur Baptiſmatis myſterium.* Vocantur a Balzamone ad Photii Nomenclaturam tom. 9. cap. 2. *Taſcodrougitae;* in Agilei tamen Codice legitur ἀσκοδρουγίτας.

ASCOGEFRVS, ἀσκογέφυρος, pons ex vtribus confectus, qui deſcribitur ab Anonymo de Rebus bellicis ſubiecto Notitiae Imperii. Veteres porro eiusmodi pontibus vſos auctor eſt Plinius lib. 6. cap. 29. V. Lucanum lib. 4. ubi de ponte a Bafilo confecto.

ASCOMANNI, Piratae, forte dicti ad inſtar Arabum *Aſcitarum*, quibus id nominis inditum, quod vtribus, ſeu nauiculis, et vtribus confectis, piraticam exercerent, voce hybrida ab ἀσκὸς, vtris, et *man*, homo: nam et *aſcum* pro nauicula vſurpat Lex Salica. Adam Bremenſis cap. 73. *Claſſis Piratarum, quos noſtri Aſcomannos vocant.* Cap. 212. *Ipſi enim Piratae, quos illi Witingos appellant, noſtri Aſcomannos, Regi Danico tributum ſoluunt.* Horum praeterea meminit cap. 111. Albertus Stadenſis an. 788. et Hiſtoria Archiep. Brem. in Bezelino. V. *Aſcus*, et Wachterum in Gloſſar. v. *Aſche.*

ASCOPA. Ioan. de Ianua: *Aſcopa, vas eſt aquaticum vtripenſile.* An non melius in Gloſſ. MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Aſcopa, vas aquaticum vtri perſimile?* Iudith. cap. 10. *Impoſuit itaque abrae ſuae Aſcopam vini*; alii Cod. habent *Aſcoperam.* Sueton. in Claudio c. 46. *Alterius collo et Aſcopa deligata.* Sic enim Caſaubonus in MS. Cod. legi teſtatur: cuius vocis vim cum non perciperet, *Aſcoperam* reſtituit. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Aſſcopa:* Flache ode cylle, id eſt, lagena, ſiue cadus, vter. Sic etiam legendum putat Cangius in Gloſſ. Lat. Gr. *Aſcopa*, ἀσκοπνδίον Perperam enim editum, *Aſcora*, ἀσκοπήθη. Sic Gloſſ. Gr. Lat. perinde emendandum: ἀσκοπνδίον, *Aſcura:* legendum enim *Aſcupa.*

ASCOPERA, idem quod *Aſcopa*, marſupium. Lex. Graec. MS. Reg. Cod. 2062. ἀσκόπηρα, τὸ μαρσίπιον, ἤτοι σακοφόριον. Chronicon Gemblacenſe: *Cum ſciret tantum ad vſus ſuos et ſuorum non niſi in Aſcopera modicae quantitatis vinum haberi.*

ASCORA,

ASCORA, V. *Ascopa.*

† ASCORRAMENTVM, i. q. *Inurrimentum*, mulcta, quam quis incurrit. Ch. Mſ. in Bibl. reg.

† ASCRIPTARII, i. q. *Aſcriptitii*, in diplom. Frider. I. Imp. a. 1191. apud Lam. in Delic. erud. p. 201.

ASCRIPTITII, dicti coloni, agricolae, villani, qui aliunde orti, in aliorum Dominorum villas et praedia pergunt, ibique eorumdem licentia, ſedes ſuas figunt, et ſub annui cenſus conditione in caeterorum ſubditorum tranſeunt ſtatum, et in album aſcribuntur; ita vt perinde et ii diſtrahi et transferri queant vna cum ipſis praediis, quae excolunt, vnde et pro ſeruis glebae habentur. Papias: *Aſcriptitii, qui capitis dant aliquot pretium. Aſcriptitii bonorum, hoc eſt, homines, ſeu ruſtici, ad bona pertinentes*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 21. §. 2. Bracton. lib. 1. cap. 11. §. 1. *Aſcriptitia conditio*, in Capitul. Car. Magn. lib. 6. cap. 118. Adde Conſtit. Siculas lib. 3. tit. 2. et 3. vbi *Adſcriptitii* cum *ſeruis glebae* junguntur.

ASCRIPTITIATVS, eadem notione. Locum vide in *Caſalaginm.*

† ASCVLA, *buccellarius*, in vet. Gloſſar. Cod. reg. 7641.

ASCVLTARE. (1) Pro. *Auſcultare*, paſſim occurrit. (2) † Conferre, comparare, exſcriptum ad rationem archetypi expendere, Gall. *collationner.* Stat. Comit. Venaiſſini. c. 20.

ASCVLTVS, pro *exſculptus.* Hiſt. Monaſt. S. Florentii Salmurienſis apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 1093.

ASCVPA, ASCVRA, V. *Aſcopa.*

† ASCVRTARE, contrahere, minuere, Germ. verkürzen. Guido de Vigev. de modo acquirendi T. S.

† ASCVRZARE, forte perficere. Chron. Placent. ap. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 458. *Eodem anno eccleſia S. Iohannis de domo fuit aſcurzata.*

ASCVS, nauicula, ſcapha, Anglo-Saxonibus *Aſc.* Vox forte orta ex Graeca ἀσκὸς, vtris; ὀχεδία δορατίνη ἐξ ἀσκῶν, auctori Peripli; cuiusmodi ſunt ſcaphulae, quibus in paludibus et ſtagnis piſcatores vtuntur, quas etiamnum *Naſcon* et *Aſcon* vocari auctor eſt Bignonius. Lex Salica tit. 23. §. 3. *Si quis nauem vel Aſcum de intro clauem fuerauerit, etc.* §. 4. *Si quis Aſcum de intro clauem repoſitam, et in ſuſpenſo pro ſtudio poſitum fuerauerit.* V. *Aſcogefrus* et *Aſcomannus.* *) Vide etiam Gloſſar. Wachteri v. *Aſche*, et Gloſſar. Suio-Goth. Clariſſ. Ihre v. *Ask.*

ASCYSTERIVM, Monaſterium. V. *Aſceterium.*

ASECARE, V. *Amadere.*

ASECRETIS, indeclinabile, ſeu *a ſecretis*, Secretarius. Carolus Magn. lib. 4. de Cultu Imag. cap. 9. *Mox vt Leontius Aſecreta conſpexit, magnum ſe ſui erroris emolumentum inueniſſe putabit.* Petrus Diacon. l. 4. Chron. Caſin. cap. 68. *Poſtquam Aſecretis efficitur, Logothetam illum - - Imperii ſtatuit.* Corippus l. 1.

Hinc ſecreta ſacrae tractans Demetrius aulae.

V. Añaſtaſium in S. Agathone PP. pag. 53. in Nicolao I. pag. 214. A Latinis Graeci vocabulum ἀσηκρήτις hauſerunt, vti pluribus obſeruauit Cangius ad Cinnamum pag. 492. 493. Eſt etiam *Aſecretis* interdum idem, qui *Conſiliarius.* Gloſſar. Saxonicum Aelfrici: *Aſecretis vel Principis Conſiliarius*; Geruna. Saxonibus *Gerune* eſt myſterium myſticis enim ac ſecretis Principum conſiliis interſunt Conſiliarii. Ioannes VIII. Epiſt. 87. ad Ludouicum Balbum: *Te quoque, fili cariſſime, auctoritate ſancti Spiritus Dei noſtri, ad vicem genitoris veſtri domini Caroli perpetui Imp. Auguſti Aſecretis conſtituo meum Conſiliarium, qui, vt dici ſolet, pars animae mene fuit.* Ch. Roberti Regis Francorum apud Duchesnium in Probat. Hiſt. Monmorenciacae pag. 16. *Ad Maieſtatis noſtrae manſuetudinem ſupplex acceſſit noſter Aſecretis Manaſſes Comes, poſtulans, etc.*

† ASEITAS, vox ſcholaſticorum, proprietas ſubſtantiae quatenus eſt per

se et opponitur *Abalteitati*. V. Diar. Treuoir. t. 2. Dec. an. 1737. pag. 2831.

ASELLA. (1) Axilla, Gall. *Aiſſelle*. Statuta Synodalia Eccleſiae Leodienſis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 838. (2) ASELLAE, alae minio; alioue colore in Codd. MSS. pictae, ad aliquas obſeruationes, additiones, etc. indicandas concludendasue. Chronic. S. Trudonis to. 7. pag. 442. *Scripſit igitur* (Rodulphus) *in poſteriori parte voluminis inter duas aſellas ita: Graduale, non tam regulare quam vſuale, poſtea neque vſuale neque regulare, vt oſtenderet, etc.*

ASELLARE, eſt opus naturae facere, vt dicitur: *Dum aſellaret emiſit inteſtina*. Vocab. Iuris vtr. Eſt pro *Adſellare*, ad ſellam ire.

ASELLATA et *Hamata*, Factionum in Belgio nomina, quae vltra 200 annos ſaeuiere; excitatae a Margareta ſorore Guillelmi Hollandiae Comitis, Ludouici Imperatoris vxore, quae cum fratri ſucceſſiſſet, atque in domum Bauaricam Comitatum Hannoniae, Zelandiae, Hollandiaeque intuliſſet anno Chriſti 1324. filium Wilhelmum a Comitatu Hollandiae amouendo, Ludouico ſubſtituto, turbarum cauſa exſtitit. *Aſellata* Wilhelmo fauit, propugnante Ludouicum *Hamata* an. 1350. ſed fruſtra. Mater enim Wilhelmo cedere coacta, et Hannoniam ſibi habere juſſa eſt. Lexicon Hofmanni. V. *Aſſelli*.

† ASELLI, luſoriae teſſerae, *texillorum* ſpecies. Stat. cent. Cumanae e Bibl. reg. *Statutum eſt quod taxilli etiam appellentur magregraſſi; aſelli, punctati et quaelibet alia inſtrumenta punctata, cum quibus qui luderent, intelligantur ludere ad taxillos.*

ASELLIONVS, pro *Aſellus*. Bernardus Theſaurarius de Acquiſitione Terrae Sanctae apud Murat, to. 7. col. 690.

ASELLVS. (1) Machina bellica. Henricus Rosla in Herlinsberga:

Non hic vnigena fabricatur machina: nomen.
Haec Librilla tenet, quaſi faxea pondera libram:
Obtinet illa ſuis: ſed hirundinis haec; ſtat Aſelli
Illa vocata nota, etc.

V. Gloſſar. mediae Graecit. in Οναγρος. (2) Species vaſis, quae binas habet aures ſeu anſas. Petron. Arbiter. Satyr. p. 77. *Caeterum in promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant aſellum duae lances.* (3) Corpus humanum ſuopte impetu pronum ad libidinem. Hieronymus in Vita S. Hilarionis: *Ego*, inquit, *aſelle, faciam vt non calcitres, nec te hordeo alam, ſed paleis; fame te conficiam et ſitis graui onerabo pondere; per aeſtus indagabo et frigora, vt cibum potius, quam laſciviam cogites.* V. *Aſtus*.

ASEMOLA, V. *Azemila*.

† ASEMPRE, quaeuis praeſtatio. Ch. a. 1257. in Bibl. reg. *Item quiſtam, tontam, tallium, collectam, exactionem vel aſempre* etc. V. *Ademprum*.

† ASEMPRIVVM. (1) Ius vtendi re aliqua, e. g. paſcuis et foreſtis, i. q. *Ademprum*. Ch. a. 1306. Mſ. in Bibl. reg. (2) Idem videtur quod *Planum*, ager cultus, vel domus *appenditiae*. Ch. Mſ. an. 1385. in Bibl. reg. *Item omnia illa hoſpitia - - cum plano ſeu aſempriuo dictorum hoſpitiorum, quae ſunt ſituata* etc.

ASEMVS, ex Graec. ἄσημος. *Tunicae Aſemae*, apud Lampridium, ſine clavo, σημεῖον, clauus veſtis. V. Caſaubonum et Salmaſium ad Hiſt. Auguſt. et infra in *Epiſemus*. In Synonymis Chymicis Ioannis a Garlandia, pro *Aſquum*, id eſt, *pondus*, legendum *Aſemum*. In Gloſſ. MSS. Regis Cod. 2062. ἄσημος ὁ ἄργυρος, *argentum infectum*.

ASENSIA, Gall. *Aiſance*, facultas vtendi rebus alienis tamquam ſuis. V. *Aiſantia*.

† ASENIA, vt *Azenia*, Hiſp. *Azena*, molettina, cuius molae aquarum vi verſantur. Bulla Lucii III. PP. an. 1184. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonſtr. p. 97.

† ASEN-

† ASENSARE, ad cenſum dare, i. q. *Adcenſare*, in Ch. an. 1350. Mſ. V. *Aſſenſare*.

ASEDIVM, obſidio. Memoriale Poteſtarum Regienſ. ad an. 1208. apud Murator. tom. 8. col. 1081. Melius legeretur *Aſſedium* ab *Aſſedio*, quod idem eſt apud Italos.

† ASERAIRA, forte pro *Aſinaria*, ſeruitium quod cum aſinis domino debetur. Ch. a. 1317. Mſ. in Bibl. reg. *Super omnibus - - cenſibus, vſaticis, agreriis et terrae meritis, aſerairiis, boayriis et ſeruitutibus ac redditibus.* V. *Aſinaiaria*.

† ASERRIO, animalium morbi genus, apud Hiſpanos. Acta SS. t. 3. Sept. p. 703. *Cum - - plurimi boues morbo, qui (Hiſpanice) Aſerrio dicitur, periiſſent.*

ASERTIVM, an deſertum? De conſtructione caſtri Saphet. apud Baluz. tom. 6. Miſcell. p. 358. *Et cum veniſſet ad Saphet inuenit ibi aſertium ſine aedificatione, vbi quondam fuerat caſtrum nobile ac famoſum.*

† ASETVM, forte nomen loci, niſi idem ſit ac *Aiſamentum*, pertinentiae ſcilicet, vbi libere percipi poſſunt *Aiſentiae*. Ch. an. 1149. in Append t. 9. Annal. Bened. p. 724. *Et quod habet apud Villers in Aſeto et villa ſubtus firmitatem.* V. mox *Aſia*.

ASIA. (1) Pro *Acia*, filum. Supplem. Antiquarii: *Aſia, ἧμμιχ, filum, acia.* (2) † Idem quod *Aiſiae*, pertinentiae, vbi libere percipi poſſunt *Aiſamenta*, in Ch. Mſ. in Bibl. reg.

ASIAMENTA. (1) Commoditates, neceſſaria variis vitae vſibus, ac praeſertim Ius vtendi rebus alienis, Gall. *Aiſances, Aiſemens*. Concordia Capituli Eduenſis cum Domino de Perreria an. 1257. Litterae de Cuſtodia Regni Scotiae apud Rymerum tom 2. pag. 726. Lamberti Hiſt. Comitum Ardenſium apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 8. pag. 547. V. *Aiſantia* et *Aiſamentum*. (2) † ASIAMENTA, quidquid rei alicui perficiendae commodum eſt. Stat. Vercell. l. 3. p. 77. (3) † ASIAMENTA, inſtrumenta, chartae, in Stat. ciuit. Aſtae c. 25.

† ASIANZIA, commoditas, vſus, Gall. *Aiſance*, in Ch. Mſ. Bibl. reg. V. *Aiſentia*.

ASIATIM. Concilium Baſilienſe ſeſſ. 21. *Laudes diuinas per ſingulas horas, non curſim ac feſtinanter, ſed aſiatim, ac tractim, ac cum pauſa dicenti, etc.* Sed legendum videtur *Aſciatim*, id eſt, *diniſim*. Ioan. de Ianua: *Aſciatim, aduerbium, id eſt, dolatim, ceſim, carptim, diniſim, et dicitur ab aſciare, vel aſcia*, V. *Aſſiatim*.

† ASIDA, auis, *ſtrutio* (ſtruthio, Germ. Strauß) *vel ſtella*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613. Aliud ex Cod. reg. 7646. *Aſida, ſtruccio. Aſida, animal eſt quod Graeci ſtructucamelon, Latini ſtrucionem dicunt.* Gr. στρθοκαμηλος, ſtruthiocamelus. V. *Aſſida*.

† ASIDERATVS, paralyſi percuſſus, Ital. *Aſſiderato*. Ch. a. 1167. apud Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 261. V. *Sideratus*.

† ASIFONIATVS, ablatus, ſublatus. Ep. 9. Hadriani I. PP. a. 776. t. 4. Collect. Hiſt. Fr. p. 553.

† ASIGA, piſcis e mugilum fluuialium genere, leuciſcus, Gall. *Vendoiſe*. Ch. Mſ. a. 1318. in Bibl. reg. V. *Aſſieiga*.

ASIGNAE, κρέα μεριζόμενα, *viſcerata, carnes in populum diſtributae*. Supplem. Antiquarii. Forte legendum *Aſſignatae*, ſupplendo *Carnes*; quia diſtributio fit iis, quibus *aſſignatur*.

ASIGNARIVS, V. in *Poignia*.

ASILE, aſſula ſeu lignea tabula tectis cooperiendis apta apud Marten. tom. 5. Anecd. in Onomaſtico.

ASINA CVRTA, onus aſinae mutilae, ſeu cui cauda deciſa eſt. Chartul. S. Germ. Prat. V. *Aſinata* et *Curtare*.

ASINADA, onus aſini, Gall. *Aſnée*. Tabularium Calamarienſe: *Domino Anicienſi vna vini aſinada*. V. *Aſinata*.

ASINARE, aſino vehi, apud Luitprandum in Legatione: *Aſinando, ambulando, equitando.*

ASI-

ASINARIA, ſeruitium domino exhibendum cum aſino. Ch. an. 1174. inter Inſtrum. t. 3. nouae Gall. Chriſt. col. 237. Ch. Ludouici Franc. Regis an. 1173. apud Stephanot. to. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 455.

† ASINARIVM, onus aſini, in Ch. Henrici reg. Angliae in Bibl. reg. V. *Aſinata.*

ASINARIVS. (1) Ὀνηλάτης, in Gloſſ. Graec. Lat. Bernardus Mon. in Conſuet. MSS. Cluniac. cap. 8. *Aſinarios, qui ligna de ſiluis deferunt.* Vox nota Catoni, Suetonio et Varroni. V. *Vigiles.* ASINARII, per conuitium olim dicti ſunt Chriſtiani, non minus ac Iudaei V. Baron. ad an. 42. n. 33. et ad an. 201. n. 21. 21. etc. (2) † *Aſinarius S. Petri.* vox iniuriosa. Inuent. an. 1271. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. 1. p. 328.

ASINATA, onus aſini. († Vel etiam equi aut jumenti, vt colligitur ex Litt. remiſſ. an. 1377. in Bibl. reg. *Vnam aſinatam ſeu chargiam vini, quam deſuper equum vel iumentum ducebat.*) Tabular. Eccleſ. Viennenſis: *Et in decimis, quas ibidem habeo ſingulis annis, duas aſinatas vini, et vnum ſextarium auenae.* Quamuis *Aſinata* pro onere quod ferre poſſit aſinus, ſumatur, non tamen ſemper eiusdem eſt ponderis. Lugduni duae ſunt *Aſinatarum* ſpecies: vulgaris vna et ciuium, quae conſtat ſex bichetis; altera mercatorum et granataria ſeptem eſt bichetorum: *bichetus* autem Lugdunenſis eſt 60 librarum. *Aſinata Dombenſis* octo bicheros, *Toſſiacenſis* antiqua octo, hodierna nouem bichetos ſeu decem et octo cupas continet. Sed bicheti quoque non vnum eſt pondus omnibus in locis. Qua de re vide Coletum p. 74. et ſeqq. vbi refert quasdam menſurarum differentias in Breſſia.

ASINDVLVM, lampas, pro *Cicendulum* vel *Cicendela*, quas pro lampade et candela vſurpantur interdum; quamuis cicendela proprie ſit vermis ſpecies noctu lucens. Vita S. Willibaldi Epiſc. tom. 2. Iulii pag. 507. F.

† ASINEVS, menſurae frumentariae ſpecies, i. q. *Aiſſinus.* Ch. a. 1242. in Chartular. Cluniac. V. *Aſinus.*

† ASINIAIRIA, ſeruitium, quod cum aſinis domino debetur. Ch. a. 1251. ex Tabul. capit. Carcoſſ. V. *Aſinaria.*

† ASINITAS, ſtupor aſininus. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Aſuerie, Aſinitas.*

† ASINTVRA, an pro *accinctura*, ambitus, Gall. *Enceinte?* Reg. Phil. Aug. ex Cod. reg. 4653. *Habet octauam pariem criagii de foreſta de teles et quadrans aſinturae, villam, et prata. Raſintura* in alio codice 4651. non magis dilucide. V. *Accincta* et *Aſcinus.*

ASINVLVS, pro *Aſellus*, in Vita S. Euermari Mart. t. 1. Maii p. 133.

ASINVS. (1) Aimoinus Floriac. lib. 3. de Miraculis S. Benedicti cap. 4. *Gaufredus propter vires, non propter pigritiam, aſinus cognominatus.* (2) Metaphorice, corpus humanum pronum ad libidinem. S. Paulin. Poëmate 21. p. 115. edit. 1685. V. *Aſellus* 3. (3) ASINORVM FESTVM, V. *Feſtum.* (4) ASINORVM ORDO, ita dictus Ordo S. Trinitatis, ſeu *Mathurinorum*, quod, cum iter agerent, aſinis tantum vehi iis liceret, non equis, vt habet Albericus, et ex eo Magnum Chronicon Belgicum a. 1199. Vet. Chron. tom. 2. Spicilegii: *Anno Domini 1198. Pontificatus Innocentii PP. III. an. 1. coepit et inſtitutus eſt Ordo S. Trinitatis, quem ſolebant appellare Ordinem Aſinorum, eo quod aſinos equitabant, non equos.* (5) † Onus aſini. Necrolog. Mf. abbat. Heder. V. *Aſina curta.* (6) † ASINVS, *panibus plenus, i. ſufficienter ornatus; vel forte ſicut ex bone et hirco vires ſiunt, ita de aſinis fiebant ſacci ad aliqua ferenda.* Gloſſae Bibl. Anon. ex Bibl. reg. (7) † Modus agri, a menſura frumentaria eiusdem nominis ſic dictus, i. q. *Aſinus.* V. in hac voce et ſupra *Aſſineus.* Ch. an. 1200. in Chartular. S. Ioann. in Valle. *Vendiderunt nobis terram vnius aſini.* Niſi ea ſit terra cui colendae aſinus ſatis eſt, eadem acceptione qua *Bouata terrae.*

ASISIDA, partitio, diſtributio, vt videtur, venationis. Ch. an. 1227. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Recogneſco quod eo non debeo aliquid habere in territorio de Salernis in Aſiſidis de quarteriis ceruorum vel aprum, vel aliarum venationum.* V. *Aſſiſa.*

ASISINVS, ſicarius, Gall. *Aſſaſin.* Littera Martini Papae Regi Angliae apud Rymerum tom. 2. pag. 236. V. *Aſſaſini.*

† ASISRIA, pro *Aſcetria*, V. in hac voce. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

† ASIVM. (1) Ager, vel terra inculta, aedi alicui adiacens, Aruernis etiam nunc *Aize*, Alemannis Aſch, Eſch, Deſch. Terrar. caſtell. d'Ibois ex Bibl. reg. V. *Aiacis* 2. et *Aziun.* (2) Vox generica, qua vſtrina vel officina quaeuis ad aquas exſtructa, ſignificatur. Stat. Montis-regal. V. *Aſina.*

† ASLEVA, Ch. a. circ. 640. in Supplem. ad Miraeum p. 2. *Similiter* (conceſſimus) *de ſuo ipſo caſtro ex alia ſylua dominica alias tres leunas, et in directum item tres Aſleuas.* Legendum forte *tres alias leunas.*

ASLVM, *ſpolium.* Papias MS. Eccleſiae Bituricenſis.

ASMA, pro *Aſthma*, Gall. *Aſthme.* Miracula S. Franciſci Solani to. 5. Iulii pag. 893.

ASMERCIAMENTVM, multa pecuniaria delinquenti impoſita. Ch. Balliui Rotomag. an. 1285. vbi haec referuntur ex alia Ch. Henrici II. pro Monachis Beccenſibus: *Volo et firmiter praecipio quod ſint quieti in perpetuum de omnibus placitis, et aſmerciamentis vndecumque ſint et de omni theloloneo per totam terram meam.* V. *Amerciare.*

† ASMORIA, pro *armoria*, armarium, Gall. *Armoire*, in Ch. Mſ. a. 1357. in Bibl. reg.

ASNAGIVM. (1) Idem quod *Aſinaria* ſeu ſeruitium exhibendum cum aſino. Tabular. S. Vandregeſili tom. 1. pag. 50. (2) † Praeſtatio, quae pro farina aſino vehenda, vel loco ſeruitii aſinini ſoluitur. Ch. Mſ. Bibl. reg. *Aſnagium villae valet XX. ſol.*

† ASNEE, *eſt lanugo vetuſtarum arborum: apud Auicennam ſcribitur Vſnee, ſed ipſum eſt in littera Alif. Aſnen etiam apud Auicennam ſcribitur Vſnen et eſt puluis abſterſiuus, quo Saraceni mundificant ſibi manus.* Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. ex Cod. reg. 6959. Gallis etiam *Vſnée*, muſcus quercinus.

ASNERIVS, aſinarius, mulio, Gall. *Aſnier.* Hiſt. Dalphin. tom. 2. p. 309.

ASO. Vett. Formulae Andegav. art. 20. *In Dei nomen ille, dilectiſſimo noſtro illo. Noueris iſtae pro Diuinitatis inſuitu et animae meae remedium, vel aeternae retributione tua, eatenus a die praeſente ingenuum eſſe praecipimus, tanquam ab ingenuis parentibus fuiſſes procreatus, et nullius tibi heredum ac proheredum meorum nec ſeruicium nec vllum obſequium vltra debere cognoſcas, ſed potius Aſo defenſione ſanctum illius in integra valeas reſidere ingenuitas.* Forte legendum *ſub* pro *Aſo.* Et quidem in alia ingenuitatis formula inter easdem Andegauenſes habetur: *Quicquam redebere cognuſcas, niſi ſub defenſione ſancti Baſileci, etc.* Nec ab ea diſcrepat quae lib. 2. Formul. Marculf. cap. 34. legitur: *Niſi ſub integra ingenuitate defenſione. etc.*

ASOLA. Matth. Siluatic. in Pandect. Medic. *Anſe, eſt modus ligationis, et nodationis, qui vulgo dicitur Aſola, quaſi nodus, qui immediate, cum quis vult, ſoluitur.* Vox Italica.

ASOLETVM, *Alliſum, Aſſolentes, Aſſilientes*, apud Papiam in MS. Bituric.

ASOLIA, forte pro *Aſotia*; Graecis enim eſt ἀσωτία, luxus, vita diſſoluta, et ἄσωτος, luxurioſus, perditus: quae maxime conueniunt *Ribaldis*, quos omnibus vitiis deditos fuiſſe conſtat. Concil. Rotomag. ann. 1231. can. 10. apud Marten. pag. 245. Collect. Vett. Script. in 4to. *Statuimus quod Clerici Ribaudi, qui dicuntur de familia Aſoliae - - tonderi praecipiantur, vel etiam radi, ita quod eis non remaneat tonſura clericalis.*

† ASONGIA, axungia, in Stat. Placent. l. 6. fol. 68. V. *Asungia.*

† ASORTIRE, Ital. *Assortire*, seligere, secernere. Modus exigendi gabellam Saonae a. 1526.

† ASOZARE, in societatem seu *societatem* h. e. ad medietatem fructuum dare. Stat. Vallis-Serianae c. 17. V. *Sozidum.*

† ASPA. (1) Vncinus, fibula, Anglis *Hasp*, Germ. Haspe. Statut. ciuit. Mutinae, p. 58. V. *Haspa*, (2) Impedimentum, laqueus, quo cuiusuis animalis pedes illigantur, ne euagari possit. Gl. a. 1273. in Accessi. ad Hist. Calsin. part. 1. p. 337. V. *Aspidicae.*

ASPAGIVM, ASPATGIVM, iuris dominici species. *Aspagium*, apud Columbum in Historia Episcoporum Valentin. pag. 199. ASTPAGIVM, in Ch. de affario *de Lodieres* in Aruernis an. 1468. qua nescio quis dimittit *ius inuestiendi, deuestiendi clamores, sanguinem, banna, emendas, astpagia, incisionem etc.* V. *Haspagium.* † *Aspagium* ius est, quo animalia vagantia, et errantia, quae cuius iuris sint, agnosci non potest, domino praedii in quo reperta sunt, addicuntur; idem proinde quod *Spauiae.* Ch. Ms. a. 1329. in Bibl. reg. *Item aspagium quorumcunque animalium se immiscentium gregibus — ad dominum regem et dictos religiosos communiter pertinebit.* V. *Aspargia.*

ASPALDARE, lorica locum munire, ab Italico *Spaldo*, quod loricam significat. Gall. *Epaulement*, Hispanis. *Espaldar*, est ferrum humerale, Gallis *Epauliere.* Est ergo *Aspaldare*, idem quod *Epauler*, loricis vallare. Ch. Papiensis an. 1179. *Ad praeparandum ipsos duos locos - - videlicet ad fossidandum et aspaldandum, et faciendum baltreschas.*

† ASPALDVM, ASPALDVS, lorica, ab Ital. *Spaldo*, Gall. *Epaulement*, propugnaculi species siue ex lapidibus, siue ex tabulis. Guido de Vigeuano de modo acquir T. S. Ch. an. 1199. apud Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 368. V. *Spaldum.*

ASPALTVM, eadem notione apud eundem Murat. t. 12. Script. Ital. p. 1156.

ASPAR. (1) *Aspar, Asparis, vbi lanceae tenentur.* Ita in Gloss. MS. Monasterii S. Andreae Auenion. (2) † *Aspar dicitur ex asseribus paries paratus. Vnde in Doctrinali: Asparis vsus habet, et hostaris.* Conradi Fabularius ex Cod. reg. 4169.

ASPARGIA, ASPERGIA, perperam pro *Aspargia.* Ch. Ceciliae Comitissae Conuenarum ann. 1301. apud Luschellum in Hist. Turenensi p. 103. 104. 104. *Cum iure percipiendi et exigendi pontonagia, pedagia, botagia, dralhas, quidagia, aspergia, leudas, etc.* Occurrit ibi pluries, et in Chartis sequentibus, vbi *Aspargiis* scribitur. V. *Aspagium.*

† ASPARGVS. Tract. Ms. de Piscibus Cod. reg. 6838. c. 58. *Piscis, qui dicitur Plinio sparus, aliis spargus, Aclieno additis litteris aspargus — Italis sparto nuncupatur, a similibus carlino et carlineto, mutatis sparallon, Hispanis spargoil.* V. *Asperagus.*

ASPATA, eunuchus, spado, apud Dion. Carthusiensem.

ASPATGIVM, V. *Aspagium.*

ASPECTAMEN, aspectus. Claud. Mamert. 2. 12. ex emendatione Barthii.

ASPECTIO, pro *Aspectus*, apud Guibertum Abbatem de Nouigento in Epist. de Buccella Iudae cap. 3.

† ASPECTVRARE, *voluptuose intendere.* Gloss. vet. Cod. reg. 7641.

ASPECVLATIO, *assensio.* Papias MS. Forte legendum *Astipulatio.* † *Aspiculatione, adsensione*, in vet. Gloss. Cod. reg. 7646.

† ASPEN. Glossae Caes. Heisterbac. in Reg. Prum. t. 1. Hist. Treuir. p. 668. *Faculae sunt ligna arida, quae vulgariter appellantur Aspen.*

† ASPERAGVS, idem ac *Asparagus.* Gloss. Prov. Lat. Cod reg. 7657. *Asperagus, spargium, Remiaconilh, Prouin.*

ASPERELLVS, accipiter, Gall. *Espervier*, Germ. Sperber. Acta SS. Benedict. saec. 5. pag. 275. in Vita S. Geraldi Abb.

ASPE-

ASPEREMVS, f. pro *Aſpiremus*. Fredericus Imperator ad Conradum filium apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 12.

ASPERGERE MONETAM. Hiſt. Affligen. to. 10. Spicil. Acher. p. 622. *Anno 1209. fuit aſperſa moneta de Boſſanayd quae duravit tres annos.* V. Chronicon Barcinon. tom. 3. Concil. Hiſp. pag. 544. vbi *aſperſa moneta* pluries repetitur.

ASPERGERIVM, aſpergillum, Sprengwedel. Cod. MS. Eccleſiae Nouiomenſis, in quo eiusdem vaſa et ornamenta recenſentur: *Item vnus ſitulus cum aſpergerio argentei pro aqua benedicta.*

† ASPERGES, aſpergillum. Ch. an. 1389. t. 3. Cod. Ital. diplom. pag. 366. V. *Aſpergerium*.

ASPERGIA, V. *Aſpargia*.

† ASPERGITORIVM, aſpergillum, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 912.

ASPERGO. (1) *Veſtis foeminarum, vel veſtium ſuperfluitas, quod et firma dicitur, vnde aſpergineus.* Vgutio. (2) Idem quod *Aſperſio*; quae eſt Amyluin aqua dilutum, quo tela ſubtilior *firma* redditur; Germ. Stärke. Gloſſar. MSS. Montis S. Eligii Attrebat. *Aſpergo, ginis, Aſperſio, ab Aſpergere*. V. *Aſperſio*.

ASPERGOTVM, loricula annularis, Gall. *Haubergeon*. V. *Auſpergotum*.

† ASPERGVS, *boulet*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692.

ASPERI, ASPRI, ASPRATVRA. Latini *Aſperos nummos* vocabant, recenter cuſos, necdum vſu tritos et leues. Sueton. in Nerone: *Aurum obryzum et nummum aſperum ingenti faſtidio exegit.* Perſius Sat. 3. *Quid aſper vtile nummus habet.* Sed aliam originem habent monetae, quas *Aſperorum* nomina donauere, praeſertim Graeci recentiores, qui *Aſpros*, vel *Aſpra*, appellant monetam minutiorem *albam*, ſeu argenteam, cum qua Monetarii maiorem, tam argenteam quam auream commutare ſolent: Graecis enim ἄσπρος, album ſignificat, vt liquet ex Chronico Alexandrino p. 724. 766. 781. 876. Theophane p. 144. Conſtantino Porphyrogenito de Adm. Imp. p. 117. et aliis a Gloſſographis paſſim laudatis. Gloſſae Graeco-Lat. ἀργύριον, λευκὸν, *aſprum*. Hinc in iisdem Gloſſis, *Aſpratura*, νόμισμα, id eſt, moneta minor: ἀσπρότης, *aſpritudo, candor*. ἄργυρον, *aſprum*. V. Leunclauium in Pandecte Turcico cap. 18, et Meurſium in Gloſſ. et ſupra verbo *Albus*. Vincentius Bellouac. lib. 31. cap. 75. *Cham ſuum habet tributum ad minus 15. drachmas, ſeu aſperos, qui bene valent 30. ſterlingos: nempe ſuper tributarios terrae Anagh.*

ASPERIOLVS, ſciurus, Germ. Eichhorn. Gall. *Ecureuil*. Miechouius in Hiſt. Polon. lib. 4. c. 4. ad an. 1298. Georg. Chriſtianus tom. 1. Rerum Mogunt. p. 737. col. 2. de Conrado III. V. *Aſprio* et *Aſpriolus*.

† ASPERITAS. (1) ASPERITAS CONSVETVDINVM, duritia, inhumanitas in exigendis tributis. Ch. Mſ. Ludov. Iun. an. 1165. (2) Infecunditas, ſterilitas. Ch. Mſ. a. 1266. in Bibl. reg. (3) Impetus. Ch. Mſ. a. 1329. Bibl. reg.

ASPERNABILIS, contemnendus. Capitolinus de Maximo: *Moribus aſpernabilis*. V. Salmaſium.

ASPERNAMENTVM, Collatio legis Moſaicae tit. 5. Moyſes dicit: *Qui manſerit cum maſculo manſione muliebri, aſpernamentum eſt, ambo moriantur.* In Leuit. cap. 20. pro *Aſpernamentum eſt*, habetur, *vterque operatus eſt nefas*.

ASPERSIO, Amylum dilutum. Gall. *Empois* Germ. Stärke. Spicil. Fontanellenſe MS. p. 396. V. *Aſpergo*.

ASPERSOL, aſpergillum, Gall. *Aſperſoir*. Inuentarium MS. Eccleſiae Anicienſis ann. 1444.

ASPERSORIVM, vas, in quo aqua eſt benedicta, quo plebs in Eccleſia aſpergitur, in Statutis antiq. Ord. Cartuſienſis 1. part. c. 8. §. 3. Saepius *Aſperſorium*, pro *Aſpergillo*, Hiſp. *Hiſſopillo* legitur, quam pro ipſo vaſe. Collect. Concil. Hiſpan. tom. 4. pag. 469.

ASPER-

ASPERSVS, genus piſcis varii ſtellatique. Gloſſae Lat. Gr. *Aſperſus, εἶδος ἰχθύος κατὰ στίκτον.* V. *Aſpargus.*

ASPICERE. (1) Pertinere, ſpectare. Vet. Notitia apud Guichenon. in Probat. Hiſt. Breſſenſis pag. 225. *Et quidquid ad dictum locum aſpiciebat, aut aſpicere videbatur, totum ad integrum - - denote obtulit.* Occurrit paſſim. Obſeruat tamen Littletonus Sect. 184. res ad *Maneria* proprie pertinere et *appendere*, vt aduocationem, communiam paſturae, etc. ſolos vero *villanos*, ſeu adſcriptitios glebae, ad eadem Maneria *Aſpicere* dici. (2) Concordare, arbitrari, ſeu cauſae arbitrium agere. Chartularium Monaſterii SS. Trinitatis Cadomenſis fol. 33. verſo: *Pro hoc pacto tenendo dedit Abbatiſſa Roberto 500. libras, ſicut fuit aſpectum inter eos, et inſuper, etc.* Huius translatae ſignificationis ratio a vetere Gallico, *Esquard*, quod aſpectum perinde ſonat, atque arbitratum iudicis, pariumue ſententiam. Quae videſis in voce *Esgardium.*

ASPICIENTIAE, quaecumque ad aliquam domum vel praedium pertinent. Ch. Ludouici Pii a. 822. inter Inſtrum. tom. 1. nouae Hiſt. Occitan. col. 59. *Fiſcum noſtrum - - cum Eccleſia et villaribus et piſcatoriis et omnibus aſpicientiis vel adiacentiis ſuis.* V. *Aſpicere 1.*

ASPICVLATIO, V. *Aſpeculatio.*

ASPICVVS, conſpicuus. Auſonius Epiſt. 24.

ASPIDICAE, *uncini, incaſtraturae, fimbriae, catenulae;* Papias. *Aſpidiſcas* ſcribit S. Auguſtinus lib. 2. Quaeſt. in Exodum quaeſt. 115.

† ASPINARE, ſpina vinum venale indicare, ab Ital. *ſpinare*, ſpinis coronare. Stat. ciuit. Aſtae.

ASPIRARE, *conſpirare*, Gaſp. Barthii Gloſſar. ex Bartholphi Hiſt. Palaeſt.

ASPIRIVM, affectus, ab *aſpirare*, vt a *ſuſpirare*, ſuſpirium. Epiſt. Ruperti Romanorum Regis an. 1401. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1655.

ASPITA, *ruina*, in Gloſſ. Iſid. et apud Papiam. Pithoeus in Excerptis emendat: *ſeceſpita, ruina.* Ad haec Graeuius: *Si Seceſpita* legimus, legendum forte *runcina* pro *ruina.* Hunc Scriptorem, ſi tanti eſt, conſule.

ASPITARE. Vita S. Ioannis Eleemoſynarii cap. 51. *Vno hinc et altero hinc aſpitantibus.* Ita in MSS. legi pro *Aſſiſtentibus* monet Rosweidus.

† ASPORTAGIVM, tributum quod domino pendirur pro mercibus euehendis. Ch. Mſ. a. 1350. Bibl. reg. *Cum iure percipiendi et exigendi pontanagia, et pedagia, botargia, druilas, quitdagia, aſportagia, leudas* etc. V. *Apportagium.*

ASPORTARE IVS CVRIAE, ad aliam curiam iure appellationis cauſam deferre, a iudice ad alium prouocare. Ch Mſ an. 1220. Bibl. reg.

† ASPORTATIO, dici videtur de pannis aliisque ſimilibus, quae ad eccleſiam, oblationis cauſa, apportantur. Bulla Innocent. III. an. 1199. inter Inſtrum. t. 11. Gall. Chriſt. p. 169, *Omnes oblationes, quae - - in - - eccleſia offeruntur - - et medietatem omnium aſportationum, quae ad eccleſiam ipſam proueniunt vel prouenire debent* etc. V. *Apportus.*

ASPOSTAGIVM, V. *Apportagium*

ASPRATILES PISCES, *piſces ſexoſi*, Papiae; *ὀξυακόδερμοι.* Occurrunt ii non ſemel apud Alexandrum Iatroſophiſtam in libris Paſſionum; qui conchas habent, ſic nominati ab aſperitate ſquammarum, vel a locis, in quibus degunt. Ita Matthaeus Siluaticus. His opponuntur *Leioſtrea*, apud Lampridium in Heliogabalo, oſtrea λεῖα et leuia. Plinius lib. 5. Medic. cap. 43. *Omnem aſpratilem, videlicet, vt ſunt lupi, cerui, piſces de flumine, qui petram habent, etc.*

ASPRATILIS TERMINVS. Incertus auctor de Linitib. *Terminus - - - aſpratilis, qui velut ſignum coagulatus lapis naturalis fuerit.* Occurrit pluries. *Aſpratilis Petra*, apud Innocent. de Caſis litterarum.

ASPRA-

ASPRATVRA, κόλυβος, in Gloss. Negotiatio argentariorum, siue ipsa permutatio. V. Salmasium de Vsuris pag. 454. 492. † *Ospratura* habet Lex 18. SS. Patrimoniorum. Vbi quidam intelligunt minutarum frugum, publice coëmendarum curam, ex Graeco ὀσπρια, quod varias fruges minutas et legumina significat. V. Pithoei Opusc. ap. Loisel. p. 357. V. etiam *Asperi*.

ASPREDO, pro *Asperitas*. Vsurpant auctor de Montibus Sina et Sion, Celsus lib. 5. cap. 27. et alii recentiores.

ASPRETVDO, τραχωμα τῆ ὀφθαλμοῦ, τὸ ἄγρυπνον, *palpebrarum scabrities*, in Supplemento Antiquarii.

ASPRI, V. *Asperi*.

ASPRIO, monetae species. Vet. Ch. plenariae securitatis, exarata Rauennae sub Iustiniano, apud Brissonium. lib. Formul. *Albiolo ligneo valente nummos aureos 40. facma valentes Asprione aureo vno, scamnile cum agnis valente siliquas aureas duas.* Infra: *Arca clane clausa ferro legata valente siliquas aureas duas: alia arcella minore rupta valente siliqua vna semis Asprionis, tina clusa valente siliqua vna Asprionis, cocumella, etc. - - sacrio valente siliqua vna Asprionis, - - - rupo valente Asprione, modio valente Asprione, etc.* V. *Asperi*.

ASPRIOLVS, sciurus, Gall. *Ecureuil*, Germ. Eichhorn. Priuilegium Vigilei Episcopi Patauiensis, apud Raimundum Duellium Miscellan. lib. 1. pag. 431. V. *Asperiolus*.

ASPRITVDO, V. *Asperi*.

ASPROBITVRA, Ἀσπρογτης, *candor*, in Supplemento Antiquarii.

ASPRVM. Vita Beati Berardi Episcopi Marsorum in Prologo, apud Vghellum to. 1. p. 966. *Puellam, in cuius gutture Asprum fixum fuerat, de morsis periculo signo crucis liberauit.* Supplementum Antiquarii: *Asprum, ὀβολὸν λευκὸν, Nummus albus*. V. *Asperi*.

ASQVITES, Graecis ἀσκίτης, ὑδρωψ, Hydrops; cuius abdomen ad instar ἀσκοῦ seu vtris aqua pleni inflatum est. Vita S. Bertrandi Conuenarum Episc. apud Marten. to. 6. Ampliss. Collect. col. 1040. V. *Clocire*.

† ASRENGI, *minium, quod ex cerussa fit, per decoctionem, et vocatur firenagi, vt apud Auicennam*. Glossar. med. Simon. Ianuens. Cod. reg. 6959.

ASSA. (1) Meminit Rochus Pirrus in Notitia Ecclesiae Cephalitanae sub an. 1304. Diplomatis Regis Siciliae; quo jura antiqua Cephaledensis Ecclesiae, quae *Assas super gabellis Cephaludii* appellat, reuocantur. Forte pro *assisas*, nisi ita legendum sit. Alias, *Assagium*, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 47. est examinatio auri vel argenti, vt *Assagiator*, examinator, ex Ital. Galli *Essai* et *Essaieur* dicunt. (2) Lignum latum et dolatum. Glossar. MS. Montis S. Eligii Arrebat. Papias MS. addit: *Ab ascia, qua sterbat, vel ab assulis*. Gall. *Ais, planche*, assis, tabula. Scribendum fuisset ab *assulis*. Plinio *assamenta* idem sonant. (3) † *Nutrix*, apud Nonnium. Inscript. vet. apud Murat. t. 3. Collect. Inscript. p. 1512. VOLVMNIAE NVTRICI ASSAE. V. *Asseres* 1.

† ASSACCOMANARE, depopulari, vastare, ab Ital. *Saccomanno*, depopulatio, Gall. *Saccagement*. Chron. Astense apud Murat. t. 11. Script. Ital. p. 271.

ASSACELLA, ἀφιδρωτήριον, *sudatorium*, in Supplem. Antiquarii. Vox composita ex *assus* et *cella*.

ASSACIDAE, V. *Assasini*.

ASSAGHARE, tentare, experiri, Ital. *Assaggiare*, Gall. *Essaier*. Occurrit in Archiuo Ecclesiae Briuatensis ad an. 1365.

ASSAGIVM. (1) Bulla Alexandri IV. PP. ann. 1255. apud Vghellum to. 1. p. 68. *Ecclesiam S. Mariae de Fuleno in quatuor vrcam, et vnum assagium, et dimidium salinis fundi Furani*, etc. V. *Assa* 1. † *Assagium generale*, saepius legitur in numismatibus Roman. Pontif. quod toties repeti, quoties noua cuditur moneta, docet Moulinetus, qui vocem hanc ab *asse* accersit, p. 154. Hist. Pontif. (2) † Examinatio, proba-

ASPERSVS, genus piſcis varii ſtellatique. Gloſſae Lat. Gr. *Aſperſus, ἔλλος ἐχῖνος ἢ κατὰ πλάτος.* V. *Aſpargus.*

ASPICERE. (1) Pertinere, ſpectare. Vet. Notitia apud Guichenon. in Probat. Hiſt. Breſſenſis pag. 225. *Et quidquid ad dictum locum aſpiciebat, aut aſpicere videbatur, totum ad integrum - - denote obtulit.* Occurrit paſſim. Obſeruat tamen Littletonus Sect. 184. res ad *Maneria* proprie pertinere et *appendere*, vt aduocationem, communiam paſturae, etc. ſolos vero *villanos*, ſeu adſcriptitios glebae, ad eadem Maneria *Aſpicere* dici. (2) Concordare, arbitrari, ſeu cauſae arbitrium agere. Chartularium Monaſterii SS. Trinitatis Cadomenſis fol. 33. verſo: *Pro hoc pacto tenendo dedit Abbatiſſa Roberto 500. libras, ſicut fuit aſpectum inter eos, et inſuper, etc.* Huius translatae ſignificationis ratio a vetere Gallico, *Esguard*, quod aſpectum perinde ſonat, atque arbitratum iudicis, pariumue ſententiam. Quae videſis in voce *Esgardium.*

ASPICIENTIAE, quaecumque ad aliquam domum vel praedium pertinent. Ch. Ludouici Pii a. 822. inter Inſtrum. tom. 1. nouae Hiſt. Occitan. col. 59. *Fiſcum noſtrum - - cum Eccleſia et villaribus et piſcatoriis et omnibus aſpicientiis vel adiacentiis ſuis.* V. *Aſpicere 1.*

ASPICVLATIO, V. *Aſpeculatio.*

ASPICVVS, conſpicuus. Auſonius Epiſt. 24.

ASPIDICAE, *uncini, incaſtraturae, fimbriae, catenulae;* Papias. *Aſpidiſcas* ſcribit S. Auguſtinus lib. 2. Quaeſt. in Exodum quaeſt. 115.

† ASPINARE, ſpina vinum venale indicare, ab Ital. *ſpinare*, ſpinis coronare. Stat. ciuit. Aſtae.

ASPIRARE, *conſpirare*, Gaſp. Barthii Gloſſar. ex Bartholphi Hiſt. Palaeſt.

ASPIRIVM, affectus, ab *aſpirare*, vt a *ſuſpirare*, ſuſpirium. Epiſt. Ruperti Romanorum Regis an. 1401. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1655.

ASPITA, *ruina*, in Gloſſ. Iſid. et apud Papiam. Pithoeus in Excerptis emendat: *ſeceſpita, ruina.* Ad haec Graeuius: *Si Seceſpita* legimus, legendum forte *runcina* pro *ruina.* Hunc Scriptorem, ſi tanti eſt, conſule.

ASPITARE. Vita S. Ioannis Eleemoſynarii cap. 51. *Vno hinc et altero hinc aſpitantibus.* Ita in MSS. legi pro *Aſſiſtentibus* monet Rosweidus.

† ASPORTAGIVM, tributum quod domino pendirur pro mercibus euehendis. Ch. Mſ. a. 1350. Bibl. reg. *Cum iure percipiendi et exigendi pontanagia, et pedagia, botargia, druilas, quitdagia, aſportagia, leudas* etc. V. *Apportagium.*

ASPORTARE IVS CVRIAE, ad aliam curiam iure appellationis cauſam deferre, a iudice ad alium prouocare. Ch Mſ an. 1220. Bibl. reg.

† ASPORTATIO, dici videtur de pannis aliisque ſimilibus, quae ad eccleſiam, oblationis cauſa, apportantur. Bulla Innocent. III. an. 1199. inter Inſtrum. t. II. Gall. Chriſt. p. 169, *Omnes oblationes, quae - - in - - eccleſia offeruntur - - et medietatem omnium aſportationum, quae ad eccleſiam ipſam prouenient vel prouenire debent* etc. V. *Apportus.*

ASPOSTAGIVM, V. *Apportagium*

ASPRATILES PISCES, *piſces ſaxoſi*, Papiae; *ὀστρακόδερμοι.* Occurrunt ii non ſemel apud Alexandrum Iatroſophiſtam in libris Paſſionum; qui conchas habent, ſic nominati ab aſperitate ſquammarum, vel a locis, in quibus degunt. Ita Matthaeus Siluaticus. His opponuntur *Leioſtrea*, apud Lampridium in Heliogabalo, oſtrea λεῖα et leuia. Plinius lib. 5. Medic. cap. 43. *Omnem aſpratilem, videlicet, vt ſunt lupi, cerui, piſces de flumine, qui petram habent, etc.*

ASPRATILIS TERMINVS. Incertus auctor de Liuitib. *Terminus - - - aſpratilis, qui velut ſignum coagulatus lapis naturalis fuerit.* Occurrit pluries. *Aſpratilis Petra*, apud Innocent. de Caſis litterarum.

ASPRA-

ASPRATVRA, κόλυβος, in Gloss. Negotiatio argentariorum, siue ipsa permutatio. V. Salmasium de Vsuris pag. 454. 492. † *Ospratura* habet Lex 18. SS. Patrimoniorum. Vbi quidam intelligunt minutarum frugum, publice coëmendarum curam, ex Graeco ὄσπρια, quod varias fruges minutas et legumina significat. V. Pithoei Opusc. ap. Loisel. p. 357. V. etiam *Asperi*.

ASPREDO, pro *Asperitas*. Vsurpant auctor de Montibus Sina et Sion, Celsus lib. 5. cap. 27. et alii recentiores.

ASPRETVDO, τραύχωμα τῶ ὀφθαλμοῦ, τὸ ἄγριον, *palpebrarum scabrities*, in Supplemento Antiquarii.

ASPRI, V. *Asperi*.

ASPRIO, monetae species. Vet. Ch. plenariae securitatis, exarata Rauennae sub Iustiniano, apud Brissonium lib. Formul. *Albiolo ligneo valente nummos aureos 40. facma valentes Asprione aureo vno, scamnile cum agnis valente siliquas aureas duas.* Infra: *Arca clane clausa ferro legata valente siliquas aureas duas: alia arcella minore rupta valente siliqua vna semis Asprionis, tina clusa valente siliqua vna Asprionis, cacumella, etc. - - facorip valente siliqua vna Asprionis, - - - rupo valente Asprione, modio valente Asprione, etc.* V. *Asperi*.

ASPRIOLVS, sciurus, Gall. *Ecureuil*, Germ. Eichhorn. Priuilegium Vigilei Episcopi Patauiensis, apud Raimundum Duellium Miscellan. lib. 1. pag. 431. V. *Asperiolus*.

ASPRITVDO, V. *Asperi*.

ASPRODITVRA, Ἀσπρωδία, *candor*, in Supplemento Antiquarii.

ASPRVM. Vita Beati Berardi Episcopi Marsorum in Prologo, apud Vghellum to. 1. p. 966. *Puellam, in cuius gutture Asprum fixum fuerat, de morsis periculo signo crucis liberauit.* Supplementum Antiquarii: *Asprum, ὀβολὸν λευκόν, Nummus albus*. V. *Asperi*.

ASQVITES, Graecis ἀσκίτης, ὑδρωψ, Hydrops; cuius abdomen ad instar ἀσκοῦ seu vtris aqua pleni inflatum est. Vita S. Bertrandi Conuenarum Episc. apud Marten. to. 6. Ampliss. Collect. col. 1040. V. *Clocire*.

† ASRENGI, *minium, quod ex ceruſa fit, per decoctionem, et vocatur ſirengi, vt apud Auicennam*. Glossar. med. Simon. Ianuens. Cod. reg. 6959.

ASSA. (1) Meminit Rochus Pirrus in Notitia Ecclesiae Cephalitanae sub an. 1304. Diplomatis Regis Siciliae; quo jura antiqua Cephaledensis Ecclesiae, quae *Assas super gabellis Cephaludii* appellat, reuocantur. Forte pro *assisas*, nisi ita legendum sit. Alias, *Assagium*, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 47. est examinatio auri vel argenti, vt *Assagiator*, examinator, ex Ital. Galli *Essai* et *Essaieur* dicunt. (2) Lignum latum et dolatum. Glossar. MS. Montis S. Eligii Atrebat. Papias MS. addit: *Ab ascia, qua ſiebat, vel ab aſtulis*. Gall. *Ais, planche*, assis, tabula. Scribendum fuisset ab *aſſulis*. Plinio *assamenta* idem sonant. (3) † *Nutrix*, apud Nonnium. Inscript. vet. apud Murat. t. 3. Collect. Inscript. p. 1512. VOLVMNIAE NVTRICI ASSAE. V. *Asseres* 1.

† ASSACCOMANARE, depopulari, vastare, ab Ital. *Saccomanno*, depopulatio, Gall. *Saccagement*. Chron. Astense apud Murat. t. 11. Script. Ital. p. 271.

ASSACELLA, ἀφιδρωτήριον, *sudatorium*, in Supplem. Antiquarii. Vox composita ex *assus* et *cella*.

ASSACIDAE, V. *Assasini*.

ASSAGHARE, tentare, experiri, Ital. *Assaggiare*, Gall. *Essaier*. Occurrit in Archiuo Ecclesiae Briuatensis ad an. 1365.

ASSAGIVM. (1) Bulla Alexandri IV. PP. ann. 1255. apud Vghellum to. 1. p. 68. *Ecclesiam S. Mariae de Fuleno in quatuor vrcam, et vnum aſſagium, et dimidium ſalinis fundi Furani*, etc. V. *Assa* 1. † *Assagium generale*, saepius legitur in numismatibus Roman. Pontif. quod toties repeti, quoties noua cuditur moneta, docet Moulinetus, qui vocem hanc ab *asse* accersit, p. 154. Hist. Pontif. (2) † Examinatio, proba-

bario, Gall. *Eſſai*, olim *Aſſay*, Ital. *Aſſaggio*. Ch. Caroli IV. Imp. an. 1363. to. 1. Cod. Ital. diplom. p. 2445. V. *Aſſa* 1.

ASSAIA, examen, probatio; Gall. *Eſſai*, Rymer. tom. 5. pag. 66. col. 6. Idem tom. 6. pag. 308. Philippus VI. Francorum Rex apud D. de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 754. Vocis etymon videſis in *Aſſa* 1. ASSAIA *panis et cereuiſiae*, ſimili notione, apud Rymer. tom. 4. p. 693.

† ASSAIARE, examinare, probare, vox monetariorum. Rymer t. 6. p. 611. V. *Aſſagium* et *Aſſaia*.

ASSAILIARE, adoriri, inuadere, Gall. *Aſſaillir*, apud Somnerum in Gloſſario ad calcem Scriptor Anglic.

ASSAILLIRE, eadem notione, in Actis SS. Maii tom. 2. pag. 697.

ASSAISIATOR, monetae inquiſitor et probator, Gall. *Eſſayeur*, Angl. *Aſſayer*. V. *Eſſayator*.

ASSAITH. V. *Aſſath*.

ASSAITVM, *bitumen*, Vgutioni. Ita MS. ſed legendum videtur *Aſpaltum*, vel *Aſfaltum*, ex Ital. *Aſpalto*, et *Aſfalto*, et ex Graeco ἄσφαλτος.

† ASSALDARE, Italis idem quod *Aſſaltare*, irruere, aggredi, Gallis olim *Aſſaudre*. Murat. t. 10. Script. Ital. p. 436.

† ASSALE, aſſer. Guido de Vigeuano de modo acquir. T. S. Stat. Vercell. l. 5. p. 122.

ASSALHIARE, Gall. *Aſſaillir*, adoriri, inuadere, oppugnare. Apud Rymer. tom. 8. p. 618.

ASSALIA, ex *Aſſa* ſeu aſſis, Gall. *Ais*. Rochus le Baillif in Diction. Spagyrico: *Aſſalia eſt vermis intra aſſeres creſcens; coſſus, teredo, termes, tirpes et xylophagi dicti*. V. *Aſſa*.

ASSALIARE, inſtar impugnantium circumdare, Gall. *Aſſaillir*. Regiam Maieſtatem l. 4. c. 9.

ASSALIRE, adoriri, irruere, inuadere, in Ch. an. 1205. in Hiſt. Aquiſextana per Pittonem pag. 11. V. *Adſalire*.

† ASSALLERE, vt *Aſſalire*, in Formulis Mſ. in Bibl. reg.

ASSALT, aggreſſus in Vſatic. Barcie non. Mſ. ab *Aſſalire*.

ASSALTARE, idem quod *Aſſalire*. Vtroque verbo vtuntur Itali. Inſtrum. ann. 1291. apud Marten. to. 1. Anecd. pag. 1241. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 284.

ASSALTATIO, aggreſſio, oppugnatio. Codex Legum Norman. Ludewig. tom. 7 Reliq. MSS. pag. 257. *Habet etiam curiam de omni placito ſpade, et de roberiis et multriciis, homicidiis, frengis fractis, iniquis aſſaltationibus*.

ASSALTVRA, eadem notione. Exempla vide in *Teſteia*.

ASSALTVS. (1) Idem, Italis *Aſſalto*. Chron. Siciliae ad ann. 1316. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 81. et col. 86. Eadem vox legitur in Chartulariis S. Victoris et S. Florentini. V. *Aſſalire* et *Adſalire*. † ASSALTVS CARVGAE, aggreſſio hominis cum *caruca* laborantis, in Conſuetud. Normann. part. 2. c. 1. † ASSALTVS etiam pro velitatione, procurſatione, Germ. Scharmützel, occurrit, ap. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 858. Nec non pro vſurpatione, iniuſta et violenta occupatione, in Ch. a. 1038. Mſ. (2) † ASSALTVS, auctio, Verſteigerung. Ch. an. 1325. in Bibl. reg. V. *Accreſcentia*.

† ASSANA, panni ſpecies, forte ab Ital. *Aſſannato*, perforatus. Teſtam. Philippi Epiſc. Sabin. an. 1372. e Bibl. reg. *Item mantellum de aſſana de memba* etc.

ASSANCIA. V. *Aeſancia*.

† ASSANTA, preces pro mortuis, forte ſic nuncuparae, quod ſtando funderentur, vnde et *aſtare* appellatae. Teſtam. Mſ. Nic. de Pratoconut. a. 1474. in Bibl. reg. *Lego dictae eccleſiae - - pro vno aſtare ſine aſſenta* etc.

ASSAONADVS, V. *Garbellare*.

† ASSAPPARE, inſtrumento ruſtico, quod *ſappa* dicitur, laborare, paſtinare. Acta Mſ. notarii Senenſ. ad 1283. *Dictam vineam putare, palare, ligare, aſſappare et ricalcare*.

† ASSAR-

ASSARDIA. Stat. Synod. eccl. Coriſopit. Mſ. *Cuius* (auaritiae) *rami ſunt latrocinia, fraus mercatorum, deceptio aduocatorum, vſura, aſſardia, ſimonia, tailliæ tyrannorum et ſimilia.*

ASSARIVM. aſſis vel nummus. Gloſſ. *Aſſarium, ἀσσάριον μονομάχιον, δοκάριον, νεμμίον.* Papias et Vgutio: *Aſſarium, nummus, aſſis vel figura denarii.* Vide Cuiac. lib. 7. Obſ. cap. 33. et Salmaſium ad Solinum pag. 954. et ad Capitolinum pag. 251. Eſt etiam Graecis recentioribus *ἀσσαρίον* inſtrumentum quoddam, ex duobus latericulis aeneis compactum, *κλειδίον* appellatum, (*δοκάριον*, in Gloſſis laudatis) quod inſtar haberet clauſtri ferrei, non quod clauiculae ſimile eſſet. Hero in Mechanicis, qui illud deſcribit, nominis originem a Romanis accerſit.

ASSARTA, ſilua ſucciſa, et in agrum cultum redacta. V. *Exartus.*

ASSARTARE, ſiluas interlucare, radices euellere, ei in culturam redigere, Gall. *Eſſarter.* Tabular. S. Martini Pontiſar. *Decimam de Aſſartis de Geroſai - - et de omni aſſarto quod aſſartabitur.* V. *Exartare.*

ASSARTVM, vt Aſſarta. V. *Exartus.*

ASSARTVS, ager recens ad culturam redactus. Bulla Gregor. IX. an. 1234. inter Inſtr. t. 11. Gall. Chriſt. V. *Aſſartare* et *Exartus.*

ASSARVM, *lo denario.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. V. *Aſſarium.*

ASSASINATVS, caedes ex improuiſo, ex inſidiis, Gall. *Aſſaſinat*, Ital. *Aſſaſinamento.* Chron. Parmenſe ad ann. 1287. apud Murat. tom. 9. col. 813.

ASSASINI, populi, qui habitabant in montibus Phoeniciae in terminis Damaſci, Antiochiae, et Halapiae, munitiſſimaque habebant caſtra. Varie autem id nominis effertur a ſcriptoribus: quippe ASSASINI, Iacobo de Vitriaco in Hiſt. Hieroſ. cap. 14. dicuntur, Nangio ann. 1236. Matth. Paris, et aliis non ſemel. ASSESSINI, ſeu *Eliſaei* eidem Iacobo de Vitriaco apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 281. ASSISINI, Will. Tyrio lib. 14. c. 19. lib. 20. c. 1. Matthaeo Paris pag. 67. 644. 678. ASSIDEI, Monacho S. Mariani Autiſiod. pag. 93. Et in Chron. Turon. ad ann. 1192. apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 1035. ASSASSI, et ACCINI, Rogero Houed. pag. 716. 751. ARSACIDAE, Rigordo pag. 35. Matthaeo Paris pag. 121. in Geſt. S. Ludouici ann. 1236. HANSESISII, Guill. Neubrig. lib. 4. c. 24. lib. 5. cap. 16. HAKESINS, Philippo Mouskes. HAVSSASIS, veteri ſcriptori vernaculo MS. et apud Radulfum Coggeshalenſem in Chron. MS. HASSATVTI, Matthaeo Paris pag. 678. HEISSESIN, Arnoldo Lubec. lib. 7. c. 10. CHASII, *χάσιοι*, Annae Comnenae lib. 6. Alexiad. p. 176. et Nicetae in Iſaac. lib. 1. n. 1. in Alex. lib. 3. n. 6. *χασίσιοι*, Phocae in Deſcription. Terrae Sanctae cap. 3.

Agunt de eorum moribus praedicti Scriptores, vt de eorum Principe, quem vulgo *Senem* vel *Vetulum de Montanis* appellant, quod in montibus Phoeniciae habitaret: de quo in verbo *Senex* agimus; praeterea Ioinuilla in Vita S. Ludov. V. quae ad hunc ſcriptorem obſeruat Cangius pag. 87. Conſule etiam, ſi vacat, Chronicon Franciſci Pipini lib. 3. cap. 38. et 39. apud Murat. tom. 9. col. 705 et ſeqq. vbi, quae ad *Aſſaſinos* ſpectant, ſuſius explicantur. *Aſſaſinorum* appellatio translata poſtea ad ſicarios, homicidas, graſſatores, ſed eos praeſertim, vt auctor eſt Skenaeus ad Leges Scoticas, qui ab alio pecuniam vel mercedem accipiunt, alterius interficiendi cauſa, et qui huiusmodi ſcelus, data mercede, fieri procurant, aut mandant. Nicolaus de Cuſa lib. 3. de Concord. Cathol. c. 34. *Si quis illos aſſiſinos acceptauerit, debet talis vt publicus hoſtis capi, etc.* Ch. Sigismundi Imp. ann. 1412. apud Guichenonum in Hiſt. Sabaud. *Puniend. maleficos, Aſſaſinos, robatores* etc. Vruntur Cortuſii lib. 1. Hiſt. Ioan. Villan. lib. 9. cap. 231. 290. lib. 12.

c. 8. et alii Scriptores paſſim. *) De voeis etymo vide quae diſputat Falconetus in Disquiſ. de Aſſaſſ. quae extat t. 17. Comment. Acad. Inſcript. p. 163.

† ASSASSINAMENTVM, ab Ital. *Aſſaſſinamento*, homicidium. Murat. t. 20. Script. Ital. p. 970.

† ASSASSINARE. (1) Ex inſidiis interficere, Ital. *Aſſaſſinare*, Gall. *Aſſaſſiner*. Statut. Patauic. l. 2. c. 28. (2) Pro *Aſſaxonare*, conficere, perficere. Stat. Taurin. a. 1360. c. 70.

† ASSASSINERIA, vt *Aſſaſſinamentum*, homicidium, apud Murat. t. 12. Script. Ital. p. 435.

† ASSASSINIVM, eadem notione, ab Ital. *Aſſaſſinio*. Sed et pro iuriſdictione et cognitione eiusdem criminis vſurpatur in Diplom. Lud. Pii a. 814. apud Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 32.

† ASSATA, *cherbonée, vel haté*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. V. *Aſſatura*.

ASSATH. Purgationis ſpecies apud Wallos ſeu Cambro-Britannos, qua 300 Sacramentalibus, id eſt, compurgatoribus, reus ſe liberabat. Hanc in poſterum fieri prohibuit Henricus V. V. Spelmannum.

† ASSATIO, vox chymica, torrefactio. Arnauld. in Rosario Mſ. l. 2. c. 3.

ASSATOR, *ὀπλαvεὺς, ὀπλαvάριος*, in Gloſſis vett. Qui torret, aſſat. V. *Capetum*.

ASSATVRA, caro aſſa, Braten. Vopiſcus in Aureliano cap. vlt. Occurrit apud Hemeraeum in Hiſt. Auguſtae Viromanduorum p. 115. V. *Panis Calidatus*. FEVDVM ASSATVRAE, V. *Feudum*.

ASSATVRES, craticulae ad aſſandas carnes. Statuta Edwardi Regis Angl. apud Rymerum tom. 2. pag. 362.

† ASSAVLTVS, oppugnatio, Gall. *Aſſaut*. Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 157. V. *Aſſaltus*.

† ASSAVTVS, aggreſſio in via regia Scacar. S. Michael apud Faleſ. an. 1207. V. *Aſſaltus*. 1.

ASSAXINVS, ſicarius, Gall. *Aſſaſſin*. Ital. *Aſſaſſino*. Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Taruiſina lib. 7. cap. 9. apud Murat. tom. 8. col. 278. V. *Aſſaſini*.

† ASSAXONARE, formare, debita forma donare, Gall. *Façonner*. Stat. Vercell. l. 4. p. 82. V. *Aſaxonare*.

† ASSAZARE, menſurare, ASSAZATOR, menſurator, ASSAZATVRA, quod pro menſura exigitur; quae voces ortum habent ab Ital. *Aſſaggiare*, probare, experiri. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 265. 709. t. 2. p. 873.

† ASSAZATOR, ab Ital. *Aſſagiatore*, examinator; ASSAZVM, examinatio, probatio, Gall. *Eſſai*, Ital. *Aſſaggio*. Stat. ciuit. Aſtae collat. 7. c. 12. V. *Aſſazare*.

ASSECARE, pro *Aſſecurare*. Statuta Nicolai Epiſc. Andegav. ann. 1266. apud Acherium to. 11. Spicil. pag. 211. *Nos aſſecantes, quod timor poenae ad obediendum vos induceat* etc. Alias *Aſſecare*, idem eſt quod *Adſecare*, deartuare, membratim concidere.

† ASSECIARE, aſſignare, conſtituere, a Gall. *Aſſeoir*, Ch. Mſ. a. 1310. in Bibl. reg.

ASSECLATVS, *clientela, contubernium*. Gaſp. Barthii Gloſſar. ex Guiberti Hiſt. Palaeſt.

ASSECRETA, *conſocius ſecreti vel a ſecretis, idem eſt*. Papias MS. Eccleſiae Bituricenſis. V. *Aſecretis*.

† ASSECTARE, ASSECTAMENTVM, pro *Aſſetiare*, aſſignare, et *Aſſetamentum*, aſſignatio, conſtitutio. Ch. a. 1308. ex Chartul. Sabaud. *Et quod dictas ſummas pecuniae aſſideat et aſſectet*.

ASSECVLA, pro *Aſſecla*. Gloſſae Iſidori: *Aſſecla, buccellarius homo*. S. Iſidorus de S. Torquato:

Mittunt aſſeculas teſqua quaerere, Vt feſſa dapibus membra reficerent.

V. *Suſceptus*.

ASSECVLARE, comitari, *aſſecula*, Comes, a *ſequor*. Guibertus lib. 2. de Vita ſua cap. 1.

ASSECVRAMENTVM, apud Leguleios ſecuritas, qua coram iudice vel domino feudali, qui inter ſe inimicitias ob crimen aliquod perpetratum exercent, ſibi inuicem *de nihil faciendo*

cindo cauent. V. Cangium h. v. et autores ibi citatos.

ASSECVRANTIA, eodem significatu, apud Rymer. t. 7. p. 403.

ASSECVRARE, ADSECVRARE. (1) Pignore, vel fideiussione interposita securum facere, Gallis *Asseurer*. Ch. Casimir. reg. Polon. ap. Ludewig. t. 5. Reliq. Mss. p. 597. *Ipsas treugas firmare, assecurare et approbare debent per suas litteras.* Ricard. Hagulstad. *Se se ad invicem sacramentorum obligatione assecurant.* Et passim alibi. (2) Cominari. Acta SS. April. t. 1. p. 54. *Vir - - qui eos assecurauerat* etc. Cangii Editor legendum putat *Asseculauerat.*

ASSECVRATIO, vt *Assecuramentum.* Concil. Treuir. a. 1238. inter Anecd. Marten. t. 4. p. 186. Charon. Triuetti ap. Acher. t. 8. Spicil. p. 640.

ASSECVRATVS. (1) Certo conuictus. Acta SS. t. 2. April. p. 289. *Proditionis ciuitatis assecurati.* (2) † Tranquillatus, pacificatus. Ch. Ms. a. 1376. et Tabul. S. Vict. Massil.

ASSEDARE. (1) Sedare, pacare. Ch. Eccles. Lugd. a. 1298. (2) Censum describere, Gall. *Asseoir la taille*, Germ. anſetzen. V. *Assidere* 1.

ASSEDERE, eadem notione, apud Rymer. t. 5. p. 694. *In auxilium solutionis summarum - - suas assessi.* V. *Assidere* 1.

ASSEDIARE, vox Italica, obsidere, oppugnare. Vita SS. Emerii et Candidae n. 6. et alibi. V. *Assidiare.*

† ASSEDITIO, taxatio, peraequatio, Gall. *Assiette.* Ch. a. 1258. t. 1. Probat. Hist. Brit. p. 969. V. *Assidere.*

ASSEDIVM, Italis *Assedio*, obsidio. Murat. t. 8. p. 1114.

ASSEDVM, ab *Assideo*, pro *Essedum.* Locum V. in *Sabuta.*

† ASSEFALLIA, pertinatia, obstinatio. Glossar. Prov. Lat. Cod. reg. 7657. *Testardaria, Prov. Assefallia.*

ASSEGIA, piscis species, Occitanis forte nota, in Ch. a. 1181. ap. Catell. in Hist. Comit. Tolosae p. 216. V. *Afiga.*

ASSEGVRAMENTVM, i. q. *Assecuramentum*, in Regesto Magnorum Dierum Campaniae fol. 27.

ASSEGVRARE, ab Hispanis *Asegurar* Gall. *Assurer*, aliquem rei alicuius possessorem securum praestare. Ios. Moret. Antiquit. Navarrae p. 651. V. *Assecurare* 1.

† ASSEIATOR, examinator, probator. Gall. *Essaieur.* Memor. D. Cam. Comput. Paris. V. *Assazator.*

† ASSELIA, axilla, Gall. *Aisselle*, vt *Asella.* Hogon. monum. sacra ant. t. 2. p. 435.

ASSELLA, axilla, Gall. *Aisselle*, Germ, Achſel. Acta SS. t. 4. Maii p. 569. V. *Astella* 1.

ASSELLARE, ventrem exonerare, Germ. zu Stuhle gehn, Marten. t. 2. Anecd. p. 1209. V. *Sella* et *Assellare.*

ASSELLATIO, exoneratio ventris, Germ. Stuhlgang. V. *Sella.*

† ASSELLI et HAMATI, factiones binae in Hollandia, V. *Asellata.* Prior ab *Asellus*, piscis genus nuncupatur; altera ab *Hamus*, quia iactabant se *Assellis* facturos, quod hamus pisce. Harum meminit Io. Arkelius c. 1350. in Batav. S. p. 186.

ASSELLIA, V. *Astella.*

† ASSEMBLARE, a Gall. *Assembler*, conuenire. Ch. Ms. a. 1200. in Chartul. S. Dion. p. 304.

ASSEMBLATA, conuentus, coetus, Gall. *Assemblée.* Baluz. t. 2. Hist. Aruern. p. 781.

ASSEMBLATIO, conuentus initus ad litem componendam. Ch. Matthaei Comitis Bellimontis an. 1207. apud Doubletum in Hist. Sandion. p. 896.

ASSEMBLEA, in Statutis Ord. Hospital. S. Ioannis Hieros. tit. 1. §. 4. tit. 8. §. 4. quid sit, sic exponitur tit. 19. de Verbor. significat. §. 12. *Assembleas Gallî Congregationes vocant, qua vsimur, quando Fratres nostri pro aliquibus rebus, ad Ordinem nostrum spectantibus, vna conueniunt.* Rymer. tom. 7. pag. 746. col. 2. *Congregationes, conuenticula, Assembleas*, etc.

† ASSEMBLEIA, eadem notione, Ch. Ms. a. 1351.

ASSEMPER, pro *Ad semper*, Rymer. tom. 8. pag. 275.

† ASSEMPERARE, in perpetuum assignare. ASSEMPERATIO, eius-

dem conditionis assignatio. Ch. an. 1394. t. 6. Anecd. Pezii part. 3. p. 106. V. *Assemper*.

ASSENAMENTVM, dominicae manus iniectio in res aut praedia. Practicis veteribus Gallicis *Assenement*, *saisie feodale*, *Main mise*. Est etiam *Assenathentum* idem ac assignatio, Practicis Gallicis *Assene*, *Assignation*. Ch. Hugonis de Husseia an. 1224. ex Tabulario Corbeiensi. V. *Assennatio*.

ASSENARE, in res aut praedia iure dominii manum mittere, *Assener* in Consuetud. Aruern. cap. 21. art. 6. et cap. 22. art. 2. Arrest. Parlam. Paris. anni 1331. pro Monasterio Bonae-Vallis, ex Archiuis ipsius Monast. V. *Assennare*.

† ASSENCIAE. Gloss. vet. Cod. reg. 7646. *Assentatio*, *id est consensio*, *vt si quis tibi de aliqua re dicat*, *et tu illi assentias*, *ipsae res assenciae nuncupantur*. Gall. ol. *Agence*. V. *Assentiae*.

† ASSENNARE, in res aut praedia manum mittere, occupare, Gallis *Assener*. Ch. a. 1246. *Ad bona nostra - - quae propter specialiter eidem obligamus*, *possit assennare et recursum habere*, *et auctoritate propria vadiare*. V. *Assenare*.

ASSENNATIO, assignatio, addictio, Gall. *Assignation*. Ch. an. 1228. *Ego autem assignationem et assennationem istam - - laudavi*.

ASSENSA, idem quod *Accensa*, datio ad censum, census. Testam. Roberti I. Comitis Claromontis an. 1262. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. pag. 262. Ibidem pag. 277. in Testam. Roberti II. Comitis Claromontis an. 1281. V. *Accensa*.

ASSENSAMENTVM, eadem notione. Consuetud. Lemouic. art. 61.

ASSENSARE, dare vel accipere ad censum, Gall. *Donner*, vel *Prendre a cens*. Consuetudines Lemouic. V. *Accensare*.

† ASSENSATARIVS, qui sub annuo censu tenet. Ch. a. 1457. V. *Adcensatarius*, et *Assensator*.

ASSENSATIO, vt *Assensamentum*, in Consuetud. laudatis.

ASSENSATOR, qui ad censum dat; ASSENSATORIVS, qui sub annuo censu accipit, in Ch. a. 1406. V. *Accensator* et *Assensatarius*.

† ASSENSIA, facultas vtendi rebus alienis tanquam suis, i. q. *Aisentia*. Ch. a. 1153. in Chartul. S. Vincent. Laudun.

† ASSENSIO (1) Adulatio, in vet. Gloss. Cod. reg. 7646. (2) Datio ad censum seu ad firmam. Stat. eccles. Lugd. Hist. Lebd. t. 2. p. 389. V. *Assensa*.

ASSENSOR, eadem notione, apud Labbeum to. 11. Concil. col. 741.

ASSENSVARE, idem quod *Assensare*. Ch. Henrici Epist. Eduensis a. 1153.

ASSENTANEVS, *consentiens*, in Gloss. Isidori: *Consentaneus*. Statuta Ordinis S. Gilberti. Occurrit etiam apud Albertum Argentin.

ASSENTARE. (1) Consentire, assentiri, concedere. Acta SS. tom. 1. April. p. 844. (2) Tenere ad censum. Ch. Agnetis Comitissae Pictav. an. circ. 1060. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 186.

ASSENTATOR, conductor, qui tenet ad censum, in Conc. Burdigal. an. 1255. apud Labbeum to. 11. Concil. col. 741. an. 1255. *Assentatores autem decimarum*, etc. Sed Cangius putat legendum, *Accensatores*. Si tamen mendum non sit in voce superiori, tam dici potest *Assentator* quam *Assentare*.

ASSENTES, pro *Absentes*, in Constitutionibus MS. Cluniac. non semel occurrit.

ASSENTIA. (1) Idem quod *Firma*, domus rustica, Gall. *Creste*, *Ferme*; † vel potius i. q. *Aisentia*, commoditas, vsus. V. *Assensa*. Diploma Adae Abbatis de Nouo Castello apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 915. (2) Forte pro *Essentia*, natura, indoles. Guibert. lib. 1. de Vita sua cap. 14. *Et cum inuenis illius statum assensumque requirens* etc. (3) ASSENTIAE, *ab assentio*, *tis*, *id est*, *assentationes*, *adulationes*. Papias. V. *Assenciae* et *Assensio* 1.

† ASSENTIMENTVM, assensus, consensus, Gallis ol. *Assens*. Ch. an. 1124. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 427. 535.

† ASSEQVVRARE ALIQVEM, rei alicuius possessorem securum facere.

Ch.

Ch. a. 1179. inter Probat. t. 2. Hist. Lothar. p. 382. V. *Assegurare* et *Assecurare*.

† ASSERATVM, tabulatum, quia ex *asseribus* fit. Ch. a. 1416. V. *Asseritium*.

† ASSERATVS, a Gall. *Acéré*, chalybe duratus, in Ch. a. 1435. Ms. V. *Assire*.

† ASSERCERE, pro accersire. Bened. abb. Petrob. de gest. Henr. II. t. 1. p. 346.

† ASSERERE, *promeare*, *perire*, *disponere*, *terminare*. Gloss. vet. Cod. reg. 7646.

ASSERES. (1) Papias MS. *Asseres apud veteres dicitae sunt faeminae non quae vbera dabant, sed sub quarum cura nutriebantur infantes*. V. Nonium in *Assas*, *Nutrices*. (2) Tegmen libri ex asseribus. Chron. MS. Regum Franciae ex Musaeo D. de Cangé: *In usu parvorum librorum Camere Compotorum, ad asseres, de corio viridi*, etc.

† ASSERIVS, ligneus, ex *asseribus* compactus. Acta SS. t. 4. Aug. p. 383. V. *Asserinus*.

† ASSERIA, pro *assisia*, seu assignatione reddituum ex designatis praediis annuatim percipiendorum, in Ch. Ms. a. 1305. V. *Assisa*.

† ASSERIATGIVM, districtus, iurisdictio, nisi legendum sit *Assisiagium*, eodem sensu accipiendum. Ch. Ms. a. 1351. Bibl. reg. V. *Assisiagium*.

ASSERICIVM, tabulatum. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 672. V. *Asseratum*.

ASSERINVS, factus ex asseribus. Vita Ven. Idae Virg. to. 2. Aprilis pag. 165.

† ASSERIVM, chalybs, a Gall. *Acier*. Ch. a. 1327. in Bibl. reg.

† ASSERNIZAMENTVM, metallum fixio vt videtur. ASSERNIZARE, limites defigere. Terrar. Bellilot. *Item de novo Assernizamento per vosdem nobiles - - facto, debere consistere duos denarios*. Ibidem pluries. V. *Assetamentum* 1.

† ASSERTAMENTVM, assertio, affirmatio. Testam. a. 1360. t. 3. Cod. Ital. Diplom. p. 1045. V. *Assertatio* 1.

ASSERTARE, affirmare. Opusculum Gurhedini Monachi ex Charrario S. Crucis Kemperleg.

ASSERTATIO. (1) Assertio, affirmatio. Ch. a. 1282. apud Acher. t. 2. Spicil. p. 661. (2) Defensio, tuitio, Gall. *Assurance, deffense*, ab asserere. Acta Concilii celebrati apud Lomberum dioecesis Albiensis, to. 10. Fragment. MS. Stephanotii pag. 37.

ASSERTATOR, praes, sponsor *Chartae huic multi testes et assertatores subscribunt*, in Annal. Benedict. to. 5. p. 33.

ASSERTIONALITER, certo, sine erroris metu. Vita S. Auiti to. 3. Iunii pag. 357.

† ASSERTIVE, affirmate. Ch. Ms. a. 1340. in Bibl. reg.

ASSERTOR, aduocatus, causidicus. Verus Iudicatum sub Carolo M. apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 742. et Steph. Baluzium: *Ibique in supradicto nunc iudicio veniens homo nomine Arlumus, qui est assertor, vel causidicus et mandatarius Danielo Archiepiscopo* etc. Habentur eadem verba ibidem pluries. Aliud Iudicatum an. 1021. apud Diagum lib. 1. Hist. Comit. Barcinon. c. 31. ASSERTOR PACIS, V. *Pax*.

ASSERVATORIVM, arca seu locus rebus asseruandis, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MS. pag. 345.

ASSERVISARE, seruituti addicere, († h. e. sub annuo seruitio seu praestatione concedere, Gallis olim *Aservir*.) Gall. *Asservir*, *Assujettir*. Ch. terrerii Chassagniae an. 1399 *Et de novo terra asservisata fuit ad servitium duodecim denariorum*. Ch. Thossiacensis ann. 1404. *Debet sex denarios Viennenses pro peda sibi asservisata*, id est ad seruitium data, cum obligatione cuiusdam clientelae.

† ASSERVICIARE, eadem notione, in Ch. a. 1284.

ASSESIA RETIS, positio, vel iactus retis in fluuio. Ch. fundationis Abbatiae Blancaelandae an. 1154. apud Columbum.

ASSESINI, V. *Assasini*.

† ASSESINVS, forte ad ſicarios pertinens. Murat. t. II. Script. Ital. p. 120. *Aliqui - clericalem habitum deponendo, ſecularem habitum ſuſcepe-runt - - portando inſuper habitum Aſſeſinum, ne noſti valerent per ipſos Theotonicos, eſſe clericos forma aliqua.*

ASSESSAMENTVM, V. *Accenſa.*

ASSESSARE, ad cenſum dare, *Denner a cens.* Tabular. S. Petri Voſienſis fol. 56. V. *Accenſare.*

ASSESSI, Gallis *Aſſis a la taille*, quibus rata pecuniae impoſitae exſoluendae taxata eſt, (Germ. die angeſetzt ſind) ap. Matth. Pariſ. V. *Aſſidere* 1.

ASSESSINI, V. *Aſſaſini.*

ASSESSIO. (1) Iudicum conſeſſus, Gall. *Aſſiſe.* Litterae Gilonis de Verſailles, et Rainaldi de Reſtiſiaco Balliui regii circa initium 13. ſaeculi in Tabular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1375. V. *Aſſiſia.* (2) Aſſignatio reditus ex fundo percipiendi. Ch. a. 1322. inter Inſtrum. tom. 4. noune Gall. Chriſt. col. 258. *Et omnes res et ſingulas ſuper quas dictae octies viginti libratae terrae ſunt, vt ſupra dicitur, aſſignatae, et aſſeſſae, mortificare et mortificatas in poſterum tenere, et dictas aſſeſſiones et aſſignationes ac traditionem, vt praedicitur, factas, dignetur ratificare ac etiam approbare.* V. *Aſſidere* 1. (3) Tributi impoſiti taxatio, peraequatio. Will. Thorn. V. *Aſſidere* 1.

ASSESSOR. (1) Qui tributa peraequat vel imponit, Gallis *Aſſeeur.* Vita S. Sulpitii c. 6. n. 27. Matth. Paris a. 1215. et 1232. V. *Aſſidere* 1. (2) ASSESSOR FERCVLORVM, qui fercula in menſa ponit, *Aſſeour*, in libro Gallico de Miniſtris Regis Angliae a Cowello laudato. Occurrit in Fleta lib. 2. c. 14. §. 2. c. 16. §. 1. (3) ASSESSORES, pro *Aſcenſores*, vel *Seſſores* equorum, in Chronico Colmarienſi ſemel ac iterum a. 1297. (4) † Idem qui *Adiutor*, V. *Adſeſſores.*

ASSESSORIA, aſſeſſoris, ſeu judicis munus, in Concilio Albienſi ſub Zoëno Legato Sed. Apoſt. cap. 14. Rolandin. Patauin. cap. 12. l. 5. apud Murat. to. 8. col. 243.

ASSESSORIVS, idem qui *Aſſeſſor*, Gall. *Aſſeſſeur.* Concilium Auenion. a. 1326. can. 16. apud Gaſſendum ad calcem Notitiae Eccleſiae Dinienſis. V. *Aſſidere* 1.

ASSESSVS, dicitur fundus, cuius reditus, cuidam aſſignantur, apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1090. *Giraudus Corbiuay juratus dixit, quod Villa-nona et Maſciacum et Stanac aſſeſſae fuerunt Radulpho Bochardo Militi pro xx libris.* Et apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. pag. 269. in Teſtamento Roberti I. Comitis Claromontis an. 1262. *Volo quod quinquaginta ſextaria bladi, quae legauit Alaſia quondam vxor mea, aſſeſſa et aſſignata remaneant.* V. *Aſſeſſio* 2. *Aſſeſſi*, et *Aſſidere* 1.

† ASSESTARE, vox Italica, exaequare, ad legitimam menſuram reuocare. Stat. ciuit. Aſtae.

† ASSESTRIX, comes. Vita S. Amalbergae ex Cod. reg. 5506. V. *Aſſiſtrix.*

† ASSETAMENTVM. (1) Metarum fixio. ſ. *aſſiſia.* Ch. a. 1315. t. 2. Cod. Ital. diplom. p. 1665. V. *Aſſerviamentum.* (2) Aſſignatio, oppigneratio. Teſtam. a. 1340. t. 3. God. Ital. dipl. p. 998. V. *Aſſectare*, et *Aſſetare* 1.

ASSETARE. (1) Collocare dotem in fundo, fundum oppignerare. Item nude pro *Aſſignare.* Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 58. (2) Gall. *Aſſeoir*, tributum ſingulis virtim imponere. Lib. Datior. Bergom. lib. 1. cap. 88. V. *Aſſetiare* et *Aſſidator.* (3) † Aſſidere, ſedere. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 582.

ASSETATIO, tributorum deſcriptio, Gall. *Aſſiette des tailles.* Hiſt. Dalphin. to. 2. pag. 471. Ibidem item occurrit eodem ſignificatu.

ASSETATVRA, eadem ſignificatione. Lib. Datior. Bergom. lib. 1. cap. 88. V. *Aſſiſa.*

† ASSETIARE, ASSETIRE, aſſignare, oppignerare, Gall. *Aſſeoir.* Teſtam. a. 1223. Mſ. V. *Aſſitare.*

† ASSETTAMENTVM, ASSETTARE, idem quod *Aſſetamentum* et *Aſſetare.*

ASSEVE-

ASSEVERATE, asseueranter. Aul. Gell. l. 7. c. 5.

† ASSEVRACIO, cautio, pignus, a Gall. *Assurance*. Vita Edwardi II. reg. Angl. p. 248.

† ASSEVRARE, idem quod *Asseurare* 1. Ch. a. 1295. inter Probat. t. 2. Hist. Burg. p. 88.

ASSEWIARE, ex Gall. *Asseicher*, siccare, desiccare. Ch. Edwardi III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Angl. p. 334.

ASSIA. (1) ASSIA TALLIAE, tributorum descriptio, Gall. *Assiette des Tailles*, apud Acherium to. 2. Spicil. pag. 168. (2) † Ascia. MAGISTER ASSIAE, in Constit. Mf. Caroli reg. Sicil. V. *Aissa* et *Assiata*.

† ASSIAGIVM, districtus, iurisdictio, quod ad *assisias* certi loci pertinet. Ch. Mf. a. 1323. Bibl. reg. V. *Assisiagium*.

† ASSIATA, a Gall. *Assiette*, ascia minor, i. q. *asciola*. Ch. Mf. a. 1409. in Bibl. reg. V. *Assia* 2.

† ASSIATIM, diuisim, distinctim. Ordinar. Mf. S. Petri Aureae-vallis. V. *Assatim*.

ASSIATVS, V. *Assis* 2.

ASSICCATIO, stagni solum exsiccatum. Codex censualis Salomontis: *Nullus assicciationes habet in dicto stagno*, id est, nihil habet in solo dicti stagni assiccati, quod possit excolere, vel vnde possit quidquam vtilitatis percipere.

† ASSICVRARE, vt *Assecurare*, ap. Murat. t. 16. Script. Ital p. 897.

† ASSIDA. Bestiarius Mf. c. 61. *Est animal quod dicitur Assida, quod Graeci structecamelon vocant, Latini struthion; habet quidem pennas, sed non volat, pedes autem cameli similes*. V. *Asida*.

† ASSIDARE, assignare, oppignerare, Gall. *Asseoir*. Inuent. Chart. a. 1482.

ASSIDARIVS, pro *Essedarius*, qui pugnat e curru. V. *Essedum* et Diaria Treuolciana mensis Maii a. 1715. pag. 739. et 740.

ASSIDATIO, assignatio, peraequatio. V. Argentreum in Hist. Britan. pag. 325. et *Assidere* 1.

† ASSIDATOR SCOTORVM, symbolorum peraequator, Gall. *Asseeur d'ecots*, vox vituperii. Ch. a. 1357. in Bibl. reg. *Reprobauit - - praefato - - quod ipse non erat, nisi quidam assidator scotorum*. V. *Assetare* 2. et *Assieta* 3.

ASSIDEARE, V. *Assidere* 1.

ASSIDEI. (1) V. *Assisini*. (2) † *Assidei dicebantur Iudaei, qui semper diuino cultui assistebant; dicti assidei, quasi assidui*. Glossar. vet. Cod. reg. 521.

ASSIDELA, *mensa, iuxta quam sedemus*. Vgutio. Vide *Cillaba*.

ASSIDENTIA, assignatio reditus ex certis praediis percipiendi. Ch. Philippi Regis Franc. an. 1320. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. p. 153. V. *Assidere* 1.

ASSIDERATVS, paralyticus. Vide *Sideratus*.

ASSIDERE. (1) Censum describere, taxare, imponere, peraequare: *talliam*, siue impositum vectigal vel tributum cum aequalitate singulis viritim taxare. Galli dicunt *Asseoir la taille*, Germani anſetzen. Matth. Paris an. 1232. *Prouisum est generaliter - - quod praedicta Quadragesima hoc modo assideatur et colligatur*. Will. Thorn. in Ch. *Taillagium assessum*. Et mox: *Et fuit quodlibet feodum militare assessum tunc ad 40. sol.* Occurrit passim apud eius aeui Scriptores. ASSIDERE, assignare annuos reditus ex praediis designatis percipiendos. Ch. Henrici Reg. Angl. in Bibl. Clun. p. 1399. *Manerium Rex Stephanus dedit, et assedit eis pro 100. marcis*. Alia an. 1212. apud Guichenon. in Hist. Bressensi: *Cum 40. libratis terrae - - quas assidere debet super reditibus etc.* Vide Loisellum in Bellouaco p. 295. ASSIDERE, eadem notione. *Assideauit libras trecentum in terra sua*, in Fragmentis Chronicorum apud Marten. to. 5. Amplissi. Collect. col. 1158. ASSEDARE, idem quod *Assidere*, peraequare, assignare. Iter Camerarii Scotici cap. 39. et §. 45. *Si de communibus profectibus Burgi legalis fuit assedatio et lenatio*. Adde Statuta Willelmi Regis Scotiae,

† ASSESINVS, forte ad ſicarios pertinens. Murat. t. II. Script. Ital. p. 120. *Aliqui - clericalem habitum deponendo, ſecularem habitum ſuſcepe-runt - - portando inſuper habitum Aſſeſinum, ne moſti valerent per ipſos Theotonicos, eſſe clericos forma aliqua.*

ASSESSAMENTVM, V. *Accenſa.*

ASSESSARE, ad cenſum dare, *Donner a cens.* Tabular. S. Petri Voſienſis fol. 56. V. *Accenſare.*

ASSESSI, Gallis *Aſſis a la tuille*, quibus rata pecuniae impoſitae exſoluendae taxata eſt, (Germ. die angeſetzt ſind) ap. Matth. Pariſ. V. *Aſſidere* 1.

ASSESSINI, V. *Aſſaſini.*

ASSESSIO. (1) Iudicum conſeſſus, Gall. *Aſſiſe.* Litterae Gilonis de Verſailles, et Rainaldi de Beſtiſiaco Belliui regii circa initium 13. ſaeculi in Tabular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1375. V. *Aſſiſa.* (2) Aſſignatio reditus ex fundo percipiendi. Ch. a. 1322. inter Inſtrum. tom. 4. noune Gall. Chriſt. col. 258. *Et omnes res et ſingulas ſuper quas dictae octies viginti libratae terrae ſunt, vt ſupra dicitur, aſſignatae, et aſſeſſae, mortificare et mortificatas in poſterum tenere, et dictas aſſeſſiones et aſſignationes ac traditionem, vt praedicitur, factas, dignetur ratificare ac etiam approbare.* V. *Aſſidere* 1. (3) Tributi impoſiti taxatio, peraequatio. Will. Thorn. V. *Aſſidere* 1.

ASSESSOR. (1) Qui tributa peraequat vel imponit, Gallis *Aſſeeur.* Vita S. Sulpitii c. 6. n. 27. Matth. Paris a. 1215. et 1232. V. *Aſſidere* 1. (2) ASSESSOR FERCVLORVM, qui fercula in menſa ponit, *Aſſeour*, in libro Gallico de Miniſtris Regis Angliae a Cowello laudato. Occurrit in Fleta lib. 2. c. 14. §. 2. c. 16. §. 1. (3) ASSESSORES, pro *Aſcenſores*, vel *Seſſores* equorum, in Chronico Colmarienſi ſemel ac iterum a. 1297. (4) † Idem qui *Adiutor*, V. *Adſeſſores.*

ASSESSORIA, aſſeſſoris, ſeu judicis munus, in Concilio Albienſi ſub Zoëno Legato Sed. Apoſt. cap. 14. Rolandin. Patauin. cap. 12. l. 5. apud Murat. to. 8. col. 243.

ASSESSORIVS, idem qui *Aſſeſſor*, Gall. *Aſſeſſeur.* Concilium Auenion. a. 1326. can. 16. apud Gaſſendum ad calcem Notitiae Eccleſiae Dinienſis. V. *Aſſidere* 1.

ASSESSVS, dicitur fundus, cuius reditus cuidam aſſignantur, apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1090. *Giraudus Corbinay juratus dixit, quod Villa-nona et Maſſiacum et Saunac aſſeſſae fuerunt Radulpho Bochardo Militi pro xx libris.* Et apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. pag. 268. in Teſtamento Roberti I. Comitis Claromontis an. 1262. *Volo quod quinquaginta ſextaria bladi, quae leguit Alaſia quondam vxor mea, aſſaſſa et aſſignata remaneant.* V. *Aſſeſſio* 2. *Aſſeſſi*, et *Aſſidere* 1.

† ASSESTARE, vox Italica, exaequare, ad legitimam menſuram reuocare. Stat. ciuit. Aſtae.

† ASSESTRIX, comes. Vita S. Amalbergae ex Cod. reg. 5506. V. *Aſſiſtrix.*

† ASSETAMENTVM. (1) Metarum fixio. ſ. *aſſiſia.* Ch. a. 1315. t. 2. Cod. Ital. diplom. p. 1665. V. *Aſſermamentum.* (2) Aſſignatio, oppigneratio. Teſtam. a. 1340. t. 3. Cod. Ital. dipl. p. 998. V. *Aſſectare*, et *Aſſetare* 1.

ASSETARE. (1) Collocare dotem in fundo, fundum oppignerare. Item nude pro *Aſſignare.* Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 58. (2) Gall. *Aſſeoir*, tributum ſingulis viritim imponere. Lib. Datior. Bergom. lib. 1. cap. 38. V. *Aſſetiare* et *Aſſidator.* (3) † Aſſidere, ſedere. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 582.

ASSETATIO, tributorum deſcriptio, Gall. *Aſſiette des tailles.* Hiſt. Dalphin. to. 2. pag. 471. Ibidem iterum occurrit eodem ſignificatu.

ASSETATVRA, eadem ſignificatione. Lib. Datior. Bergom. lib. 1. cap. 38. V. *Aſſiſa.*

† ASSETIARE, ASSETIRE, aſſignare, oppignerare, Gall. *Aſſeoir.* Teſtam. a. 1223. Mſ. V. *Aſſignare.*

† ASSETTAMENTVM, ASSETTARE, idem quod *Aſſetamentum* et *Aſſetare.*

ASSEVERATE, asseueranter. Aul. Gell. l. 7. c. 5.

† ASSEVRACIO, caucio, pignus, a Gall. *Assurance*. Vita Edwardi II. reg. Angl. p. 248.

† ASSEVRARE, idem quod *Assecurare* 1. Ch. a. 1295. inter Probat. t. 2. Hist. Burg. p. 88.

ASSEWIARE, ex Gall. *Asseicher*, siccare, desiccare. Ch. Edwardi III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Angl. p. 334.

ASSIA. (1) ASSIA TALLIAE, tributorum descriptio, Gall. *Assiette des Tailles*, apud Acherium to. 2. Spicil. pag. 168. (2) † Ascia. MAGISTRI ASSIAE, in Constit. Mf. Caroli reg. Sicil. V. *Aissa* et *Assata*.

† ASSIAGIVM, districtus, iurisdictio, quod ad *assisias* certi loci pertinet. Ch. Mf. a. 1323. Bibl. reg. V. *Assisiagium*.

† ASSIATA, a Gall. *Assiette*, ascia minor, i. q. *asciola*. Ch. Mf. a. 1409. in Bibl. reg. V. *Assia* 2.

† ASSIATIM, diuisim, distinctim. Ordinar. Mf. S. Petri Aureae-vallis. V. *Assatim*.

ASSIATVS, V. *Assis* 2.

ASSICCATIO, stagni solum exsiccatum. Codex censualis Salomontis: *Nullus assiccationes habet in dicto stagno*, id est, nihil habet in solo dicti stagni assiccati, quod possit excolere, vel vnde possit quidquam vtilitatis percipere.

† ASSICVRARE, vt *Assecurare*, ap. Murat. t. 16. Script. Ital p. 897.

† ASSIDA. Bestiarius Mf. c. 61. *Est animal quod dicitur Assida, quod Graeci strvctecamelon vocant, Latini strution; habet quidem pennas, sed non volat, pedes autem cameli similes*. V. *Asida*.

† ASSIDARE, assignare, oppignerare, Gall. *Asseoir*. Inuent. Chart. a. 1482.

ASSIDARIVS, pro *Essedarius*, qui pugnat e curru. V. *Essedum* et Diaria Treuolciana mensis Maii a. 1715. pag. 739. et 740.

ASSIDATIO, assignatio, peraequatio. V. Argentreum in Hist. Britan. pag. 325. et *Assidere* 1.

† ASSIDATOR SCOTORVM, symbolorum peraequator, Gall. *Asseeur d'ecots*, vox vituperii. Ch. a. 1357. in Bibl. reg. *Reprobatis - - praefato - - quod ipse non erat, nisi quidam assidator scotorum*. V. *Assetare* 2. et *Assieta* 3.

ASSIDEARE, V. *Assidere* 1.

ASSIDEI. (1) V. *Assasini*. (2) † *Assidei dicebantur Iudaei, qui semper diuino cultui assistebant; dicti assidei, quasi assidui*. Glossar. vet. Cod. reg. 521.

ASSIDELA, *mensa, juxta quam sedemus*. Vgutio. Vide *Cissaba*.

ASSIDENTIA, assignatio reditus ex certis praediis percipiendi. Ch. Philippi Regis Franc. an. 1320. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. p. 153. V. *Assidere* 1.

ASSIDERATVS, paralyticus. Vide *Sideratus*.

ASSIDERE. (1) Censum describere, taxare, imponere, peraequare: *tallium*, fine impositum vectigal vel tributum cum aequalitate singulis viritim taxare. Galli dicunt *Asseoir la taille*, Germani anſetzen. Matth. Paris an. 1232. *Prouisum est generaliter - - quod praedicta Quadragesima hoc modo assideatur et colligatur*. Will. Thorn. in Ch. *Tailliagium assessum*. Et mox: *Et fuit quodlibet feodum militare assessum tunc ad 40. sol.* Occurrit passim apud eius aeui Scriptores. ASSIDERE, assignare annuos reditus ex praediis designatis percipiendos. Ch. Henrici Reg. Angl. in Bibl. Clun. p. 1399. *Manerium Rex Stephanus dedit, et assedit eis pro 100. marcis*. Alia an. 1212. apud Guichenon. in Hist. Bressensi: *Cum 40. libratis terrae - - quas assidere debet super reditibus etc.* Vide Loisellum in Bellouaco p. 295. ASSIDERARE, eadem notione. *Assideauit libras trecentum in terra sua*, in Fragmentis Chronicorum apud Marten. to. 5. Amplissi Collect. col. 1158. ASSEDARE, idem quod *Assidere*, peraequare, assignare. Iter Camerarii Scotici cap. 39. et §. 45. *Si de communibus profectibus Burgi legalis fuit assedatio et lenatio*. Adde Statuta Willelmi Regis Scotiae,

Statuta Astidis II. cap. 23. 42. et Raſtallum in verbo *Aſſed.* (2) Obſidere, Gall. *Aſſieger.* Conſuetudines Furnenſes an. 1240. ex Archiv. Eccleſiae S. Audomari. V. *Aſſidiare.* (3) Definito numero quosdam eligere. Litterae Henric. VIII. Regis Angliae a. 1511. apud Rymer. t. 13. pag. 300. col. 2.

ASSIDES, pro *Aſſeres*, ab *Aſſis*, *idis.* In Actis SS. Aprilis tom. 4. p. 390. *Terra ſepulturae praedictae vallata fuit circumquaque, ita quod nullus inde poterat commode tranſire; niſi quod plures aſſides fuerunt ſuppoſitae, ne pergentes inde ad maius altare praeiudicarentur.* V. *Aſſis* 2.

ASSIDI, pro *Aſſeſſi*, i. e. quibus rata pecuniae impoſitae exſoluenda taxata eſt. Papias: *Aſſidi, capite cenſi.* V. *Aſſidere* 1.

ASSIDIARE, obſidere, Ital. *Aſſediare.* Regimina Paduae ad a. 1320. apud Murat. to. 8. col. 434.

ASSIDIOS, herba fugans daemones. Epiſt. Ioanni Presbytero ſeu Regi Abiſſinorum falſo adſcripta ad calcem MS. Corbeienſis: *Ibidem naſcitur herba quae vocatur Aſſidios, cuius radicem ſi quis ſuper ſe portauerit, ſpiritum effugat, et cogit eum dicere quis ſit et vnde veniat et nomen eius; quare immundi ſpiritus in terra illa neminem audeat inuadere.*

ASSIDRAE, V. *Exedra.*

† ASSIDVALIS, aſſiduus, quotidianus. Collect. Hiſt. Franc. t. 4. p. 629.

ASSIDVARE. (1) De eo, qui *aſſiduus* eſt in re aliqua, apud vet. Interpretem Eccleſ. cap. 30. v. 1. et Petrum Bleſenſem Epiſt. 31. Vita S. Emani n. 8. (2) † Pro *Aſſidare*, aſſignare. Ch. Mſ. an. 1299. in Bibl. reg.

† ASSIDVATIO, pro *Aſſidatio*, in Ch. Mſ. a. 1320. Bibl. reg.

ASSIDVATVM, aſſiduo vſurpatum, ſeu adhibitum. S. Aug. Serm. ad Neophytos, in quo exponit orationem Dominicam.

† ASSIDVI, vicarii eorum presbyterorum, qui in eccleſia S. Thomae Argentinenſis nunciupabantur *Summiſſarii.* V. infra in hac voce.

ASSIDVITAS. (1) *Reſidentia*, quae debetur a Canonicis ſeu aliis Beneficiatis, in ſuis Eccleſiis. Tabular. S. Aniani Aurelian. V. *Reſidentia.* (2) † Aſſiduus et quotidianus vſus. Necrol. eccleſ. Pariſ. Mſ. V. *Aſſidualis.*

ASSIDVS, V. *Aſſidi.*

† ASSIEIGA, piſcis e mugilum fluuialium genere, leuciſcus, Gall. *Vendoiſe.* Ch. Mſ. a. 1296. V. *Aſiga* et *Aſſegia.*

ASSIES, pro *Acies*, pedeſtres copiae. Apud Auctores inferioris aeui acies et exercitus erant pedeſtres vaſſallorum copiae, caualcatae vero equeſtres. Arreſt. Parlamenti Pariſ. an. 1331. pro Monaſt. Bonae-vallis, ex Archiuis ipſius Monaſt.

ASSLETA. (1) Aſſignatio, *aſſidatio*, collocatio dotis in fundo. Appunctuamenta de matrimonio an. 1475. apud Rymer. to. 12. pag. 20. Lobinellus to. 2. Hiſt. Britan. col. 1553. *Rex faciat ei tradere in aſſieta ſuper domanio coronae in Francia VI. mille libr. Turon. annui redditus.* Baluzius to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 642. e Regeſto Parlamenti a. 1491. *Praedicto quingentarum librarum Turonenſium annuo redditu ad aſſietam dictae patriae Niuerniae ſuper dictis caſtro, terra et dominio.* (2) † Prouentuum alicuius terrae aeſtimatio et aſſignatio, quae certis limitibus eam circumſcribendo fit. Ch. a. 1361. t. 3. Ordinat. reg. Fr. p. 550. (3) † Impoſitio, exactio, Gallis etiam *Aſſieſte.* Ch. Ioan. reg. Fr. a. 1356. V. *Aſſidator.*

† ASSIETARE, aſſignare, ſeu in poſſeſſionem mittere. Areſt. Mſ. an. 1355. V. *Aſſetare* 1.

† ASSIGENTIA, aſſignatio, i. q. *Aſſiſia*, Gall. *Aſſieſte.* Ch. a. 1318. in Bibl. reg.

ASSIGIA, palus, aſſer, tabula ſectilis lignea. Leges Rotharis apud Murat. tom. 1. part. 2. pag. 40. col. 1.

ASSIGIATVM, ſepes e palis vel aſſeribus. V. *Aſſigia.*

† ASSIGILLATIO, pro *Aſſignatione* occurrit in Ch. Ludov. Iun. Mſ. a. 1147.

† ASSI-

† ASSIGNALE, fundus ad dotem assignatus, oppigneratus. Ch. Mſ. a. 1411. Bibl. reg. *Prout assignale dotis teneri et possideri debet.*

ASSIGNAMENTVM. (1) Assignatio, addictio, oppigneratio; constitutio cuiusdam reditus vel census ex *fundo* percipiendi, Gall. veteribus, *Assenement*, *Assene*, nuperis, *Assignation*, Ch. a. 1241. in Tabulario S. Nicasii Remensis: *Prasum suum quod appellatur pratum Reton in assignamentum et contramadium dictae Ecclesiae posuerunt.* Ibidem in Ch. an. 1256. *Dicti venditores dederunt Ecclesiae supradictae in contramadium et assignamentum quandam petiam vineae.* (2) † Decretum, edictum. Stat. Pistor. a. 1107. ap. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aevi p. 539.

ASSIGNARE. (1) *Assignare aliquem ad aliquid*, in pignus dare, addicere, Gall. *Assigner, hypothéquer.* Ch. Officialis Remensis an. 1231. *Assignantes propter hoc dictos Religiosos ad omnia bona supradicta.* Ch. Philippi Regis Franc. apud Baluz. t. 2. Hist. Arvern. p. 99. ASSIGNARE *se ad aliquid*, id est, manum in aliquid inficere. Lobinellus tom. 3. Hist. Paris. in Glossario. *Poterunt assignare se ad dictam dominam ad dictam pociam terre pro redditu et poena praedictis.* (2) † Nude, pro manum apponere, occupare. Ch. Mſ. a. 1246. *Si forsitan dictus - - dictum terminum non assignaverit dicto domino regi dictas XL. libratas terrae, ex dictum est, dictus dom. rex assignabit ad totum heredagium etc.* (3) † *Imitari, similari, exprimere. Assignas, restituis aut approbas.* Glossar. vet. Cod. reg. 7646. (4) † Signare. Leg. Portug. t. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portug. p. 11.

ASSIGNATIO. (1) Chirographum. Item *Inscriptio* Epistolae. Acta SS. Aprilis tom. 3. pag. 620. ex Flodoardo. Acta SS. Benedict. saec. 1. part. 2. pag. 49. (2) ASSIGNATIONES, apud Fratres Praedicatores vocantur fratrum mutationes de Conuentu in Conuentum et Superiorum licentiae propter easdem scripto concessae, Gall. *Obediences.* Constitutiones Ordinis Praedicatorum pag. 48. et sequentibus. (3) † Indictio. Ordinat. a. 1358. t. 4. Ordinat. reg. Fr. p. 724.

† ASSIGNATOR, officium curiae Romanae, designator hospitiorum, metator, i. q. Gallis *Fourrier.* Ch. a. 1316. in Bibl. reg.

ASSIGNATVRAE. Acta Martyrii S. Vassii Santonensis n. 4. *In hoc namque tempore pauca est possessio mea, nisi enim habeo, unde tibi reddere possim suas assignaturas.* Occurrit ibi semel ac iterum. V. *Assignamentum*, quod forte idem significat.

ASSIGNATVS. (1) In laudatis modo Constit. Ord. Praedicat. dicitur Frater qui ab vno Conuentu in alium migrat Superiorum licentia vel praecepto. (2) Qui habet ius ad aliquid, Practicis Gallicis *Aiant cause.* Madox Formul. Anglicanum pag. 62. *Omnia praedicta cum suis pertinentiis habeat et teneat sibi et assignatis suis.* Renunciatio a. 1274. apud Rymer. to. 2. p. 35. *Ita quod nobis decedentibus nullus haeres aut alius assignatus noster quicquam in dicta senescalcia clamare possit in perpetuum.* Hinc (3) † ASSIGNATVS, qui procuratorio nomine res alterius gerit. Ch. Roberti de Line in Chartul. eccl. Glasguens.

ASSILIENTES, V. *Asoletum.*

ASSIM, ex *assim*, omnino, penitus. Sic Latine dicitur *haeres ex asse*, vniuersorum bonorum haeres. Testam. Giraldi Marisc. an. 888. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 53. *Et ne ex assim expertes huiusce crediti munii viderentur, sed pro possa tenuantes*, etc.

ASSIMETRA, *nomen generale omnium mansorum adiacentium villae, vel ciuitati, ab assideo, es metros, mensura.* Ita Breuiloq. Alia videtur notione vsurpasse Archithrenius l. 3. c. 8.

- - Nec eliminasse laboras
Pressus Euclidis numeros, cogitque quod esse
Linea non possit numeri diuisa secundum
Extrema et medium, quodque est Assimetra costae
In

In duo quadratum, partita diametros, aut eſt
Par impar numeris, etc.

ASSIMILABILIS, qui fieri poteſt conſimilis. Engelbertus de longaeuitate ante diluuium c. 3. apud Bernard. Pez. to. 1. Anecd. part. 1. col. 445.

ASSIMILATIO, figura, forma, Italis *Aſſimilatione*. Chron. Farfenſe apud Murat. to. 2. part. 2. col. 539.

ASSIMILATIVVS, qui reddit ſimilem. Collatio 1. Matthaei de Cracouia coram Papa apud Raimundum Duellium Miſcellan. lib. 1. p. 145.

ASSIMVLARE, Gall. *Aſſembler*, ſimul cogere, colligere. Claudianus l. 2. in Rufinum:

Fraenaque et immanes pharetras arcusque ſonoros
Aſſimulat.

Saxo Grammatic. lib. 2. *Aera faſtilis aſſimulans* etc. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 80. Hildebertus Cenoman. de Myſterio Miſſae. Perperam editum *aſſimilans*. V. Gronouium ad Statium cap. 5. et Nic. Catharinum lib. 2. Obſeruat. pag. 18. et ſupra in *Adſimulare*.

† ASSINAMENTVM, pro *Aiſiamentum*, commoditas, vſus. V. *Aiſantia*. Ch. a. 1251. in Annal. comit. S. Pauli p. 135.

ASSINSIVM, herba amara. Vetus Gloſſ. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana: *Hoc Aſſinſinum, gloigne*. Occurrit ſemel ac iterum apud Matthaeum Vindocinenſ. in Tobia. Vox corrupta vocis *Abſinthium*.

ASSINVS, menſurae frumentariae ſpecies, vulgo *Aiſſin*. Ch. Philippi Regis Franc. a. 1308. ex 2. Regeſto eiusdem Regis n. 9. in Tabulario Regio: 84. *Aſſinos auenae annui reditus* etc. Alia Garini Epiſcopi Sueſſionenſis an. 1313. Ch. a. 1233. apud Thomaſſer. Conſuetud. Bituric. p. 232. V. *Eſſinus*.

† ASSIRE, ferrum chalybe durare, Gall. *Acierer*. Ch. Mſ. a. 2435. V. *Aſſeratus*.

ASSIRIVM, nauigii ſpecies. Translatio corporis S. Pauli noui Martyris to. 2. Iulii p. 640. Ibid. p. 640.

ASSIRTVS. Anaſtaſ in S. Hilaro PP. pag. 28. *Et in medio lacum porphyreticum cum concha aſſirta in medio aquam fundentem*. Vbi alii Cod. habent *raita*. Forte *ſtriata*, vt et infra: *Lacus et conchas triantas*; ſeu, vt alii Cod. praeferunt, *caſtriatas*. Leg. *ſtriatas*. † Forte pro adſitus.

ASSIS. (1) Pecunia quaeuis. *Aſſis publicus*, pecunia publica, quae in Fiſcum infertur, apud Senatorem lib. 12. Epiſt. 15. Publica functio, illatio. *Aſſis tributarius*, apud eumdem lib. 12. Epiſt. 16. Pecunia, quae in vectigal penditur: ita in l. 12. Cod. Theod. de Indulg. tributor. (2) ASSIS, ASSIATVS. Lex Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 30. *Si quis aſſem de ſepe aſſiata, vnam aut plures tuleris componat ſol. 1. Si quis de ſepe ſtantaria facta vimen tuleris, comp. ſol. 1. Si autem perticas tranſuerſarias tuleris, ſoluat. ſol. 2.* Vbi *ſepes aſſiata*, videtur eſſe illa quae ex aſſeribus, ſeu tabulis ſectilibus conficitur, quas Galli etiamnum *Aiſſes* vocant: *ſtantaria* quae e palis aut perticis in rectum poſitis compacta eſt. Porro *Aſſis* Plauto et aliis, eſt tabula ſectilis. ASSIS, ASSIDIS, in genit. Eadem notione, vſurpat Iuncta in Vita B. Margaretae de Cortona c. 1. vt et Petrus de Creſcentio lib. 2. de Agricult. c. 87. lib. 5. pag. 279. et alibi non ſemel: vnde eidem *Aſſidiculae*, lib. 10. cap. 33. 36. (3) † Conglobatio, Gall. *Peloton*, vt videtur. Stat. Taurini a. 1360. c. 325. *Nulla perſona - - audeat - - filari facere per aliquam perſonam, ſeu ad filandum tramam ſeu ſtauenum in vna vel eadem bala ſeu in vno aſſe excedens vltra praedictum pondus* etc.

ASSISA, et ASSISIA. Littletoni ſect. 234. eſt *nomen aequiuocum*; varias enim et diuerſas ſignificationes apud Leguleios nuperos habet, quas ſingulas perſequi operae pretium videtur. Ac

(1) ASSISAE et ASSISIAE, dicuntur comitia publica, conuentus et conſeſſus proborum hominum, a Principe, vel Domino feudi electorum, qui pro tribunali ius dicunt, lites

lites dirimunt, de rebus ad rem publicam ſpectantibus ſtatuta confiſcunt; *Mallia publica*, *placita*, quomodo ὅρκοι βουλῆς dicuntur apud Heſychium. Apud Anglos vero *Aſſiſa*, definitur ſeſſio Iuſtitiariorum duorum itinerantium cum Iuſtitiariis Pacis, vt vocantur, in vrbe capitali vniuscuiusque Comitatus, bis in anno, vt audiant placita, lites componant, et pro tribunali jus dicant. Ita Watſius. Ch. Philippi Auguſti apud Rigordum an. 1190. *Ballinos noſtros poſuimus, qui in bailliuiis ſuis ſingulis menſibus ponent vnum diem, qui dicitur aſſiſia, in quo omnes illi qui clamorem facient, recipient jus ſuum per eos*, etc. GRANDIS ASSISA, ſeu *Grande Aſſiſe*, occurrit etiam in Conſuetud. Inculismenſi art. 4. 7. et Rupellenſi art. 1. in quibus *Magna Aſſiſia* dicitur conuentus juridicus, qui Comiti, Vicecomiti, Baroni et Caſtellano competit ratione maioris iuſtitiae, et quater indicitur quotannis, in quo appellationes minorum Aſſiſarum diiudicantur ab eorum Balliuis. *Minores* vero *Aſſiſae* eae ſunt, quae a Comitum Vicecomitum, Baronum et Caſtellonorum Praepoſitis, ſeu Iudicibus pedaneis, quinto decimo quouis die habentur. *Minores* iſtas *Aſſiſas* intelligit Chronicon Andrenſe p. 552. *Ex conſuetudine quoque patriae noſtrae ita Curia noſtra per ſingulas quindenas humanas leges et iudicia mundana conſtat exerceri.*

(2) ASSISAE praeterea appellatione donabatur quidquid in *Aſſiſis* definiebatur inter litigantes, quod pro ſupremo judicio erat. Regiam Maieſtatem lib. 1. c. 13. §. 3. *Sciendum eſt, quod lites deciſae legitimae per magnam aſſiſam Domini Regis, poſtmodum nulla occaſione reſuſcitantur.* Adde Quoniam Attach. cap. 82. §. 1. Atque id Iuri Normannico ſupra laudato conſentaneum eſt. Maxime vero id, quod ſtatuebatur ad publicum Regni, auf vaſſallorum omnium commodum, pro lege erat, vtpote in *Aſſiſis*, communi proborum et *Legalium* hominum conſenſu decretum. Regiam Maieſtatem l. 3. cap. 27. §. 2. *Ex beneficio conſtitutionis Regni, quae aſſiſa nominatur.* Houed. *Aſſiſae Henrici Regis factae apud Clarendonum.* Fridericus II. Imp. in Conſtit. Sic. lib. 1. tit. 41. *Quae igitur ad ipſorum cognitionem pertinent, praedeceſſorum noſtrorum aſſiſis comprehenſa apertius diffinimus,* ASSISIAE RERVM VENALIVM, pro Decreto Regio, ſeu eo quod in *Aſſiſiis*, vel Comitiis et Placitis generalibus a Bailliuis et Iuſtitiariis definitum eſt ſuper rerum venalium qualitate, quantitate, pondere, menſura et pretio, in Conſtitut. Neapolitanis lib. 1. tit. 57. §. 2. tit. 63. lib. 3. tit. 36. §. 3. Matthaeus Paris a. 1201. *Eodem anno Rex fecit generaliter acclamari, vt legalis aſſiſia panis inuiolabiliter ſub poena colliſtrigiali obſeruaretur - - ita quod piſtores poterunt ſic vendere, et in quolibet quartario lucrari tres denarios* etc. Monaſtic. Angl. tom. 2. Fleta l. 1. c. 17. *Aſſia Rerum Venalium* etiam aliquando ſumitur pro iure ſeu priuilegio ſtatuendi et determinandi res venales, earumdem pondera, menſuras, pretium, etc. nec non percipiendi emolumenta inde reditura: hoc autem ius ſeu priuilegium a Rege, cui volebat, tradebatur. Huius rei exemplum refert Kennet. in Antiquit. Ambrosden. pag. 393. vbi narrat, Richardum d'Amory obtinuiſſe ab Eduardo II. Anglorum Rege *Aſſiſam* panis et ceruiſiae intra vrbem et ſuburbia Oxfordi, ea conditione, vt daret Regi quotannis centum *Schillingos:* at poſtmodum propter conqueſtus Vniuerſitatis ac Ciuitatis hoc priuilegium a Rege conceſſum fuiſſe Maiori et Vicecancellario. V. Gloſſ. eiusd. Kennetti ad calcem earumd. Antiquitatum. ASSISA FORESTAE, leges in Curia ſeu in *Aſſiſiis* de ſiluis ac nemoribus latae, quas ſeruant ii magiſtratus, quibus ſiluarum cura commiſſa eſt. Inquiſitio facta apud Brehull de ſtatu ſiluae de Shottore, anni 1363. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden, pag. 498. Inquiſitio de ſilua de Bernwood. an. 1266. ibid. pag. 265.

(3) ASSI-

(3) ASSISIA, interdum sumitur pro ipso tributo, quod ex consensu optimatum et populorum in ASSISIS coactorum imponi decernitur. Ioan. Hocsemius in Henrico Episc. Leod. cap. 5. *Cum Leodienses Electo promissam soluere pecuniam non valerent, et Electo conniuente assisiam, seu malatoltum, super venalibus posuissent.* Aegid. de Roya an. 1299. *Et inhibuerunt vulgo, ne acclamarent assisiam deponi.* Hinc formata ac contracta vox SISSA, pro tributo, in Foris Aragonensibus: *Sisa*, Hispanis; *Sissarii*, Sissarum exactores. Vide Foros Aragon. lib. 4. tit. *Quod Sisae*, etc. et Michaelem del Molino in Repertorio in vocibus *Albaranum* et *Sisa*. ACCISIA, Germ. Accise, pro *Assisa*, et tributo, non semel in Chartis Imperatorum apud Ioannem Voppium in Historia Aquisgranensi lib. 3. n. 2. pag. 19. 20. *Telonium siue accisia de vino* etc. CISA etiam reperitur, in Libertat. Aquarum-mortuarum an. 1246. *Consules - - possint in villa collectas vel Cisas facere.*

(4) ASSISA, interdum pro mulcta, seu *emenda*. Vetus Consuetudo municipalis Britanniae tit. 18. *Des Assises, amandes et desdommages deus par cause de bestail.* Et art. 395. Adde art. 420.

(5) ASSISA, sumitur etiam pro breui quodam Regio, quo quis ob certa delicta, vel crimina, litesue alias, quarum probatio incerta est ex instrumentis, in ius vocatur. *Assisae* autem nomine donatur, quia *Assisa* praecipitur Vicecomiti, vt 12. iuratores submoneat, qui de rei veritate testimonium ferant: vt est in Regiam Maiest. lib. 1. cap. 12. 13. 14. et in Fleta lib. 4. cap. 1. §. 7. et apud Littletonem sect. 234. Appellationis rationem allatam firmat, recensetque aliquot eiusmodi assisas veluti *Nouae dissaisinae*, *de Morte antecessoris*, *Vltimae praesentationis*, *de Communi pastura*; et huiusmodi, quas duelli tollendi gratia ab Henrico II. Rege Angliae institutas fuerunt.

(6) ASSISA non tantum vsurpatur pro *breui*, quo quis ad probandum per assisam citatur, sed etiam pro ipsa *iurata*, seu pro ipsorum iuratorum testimoniis. Duplex autem hac notione fuit assisa, *Magna*, seu *Grandis*, et *Minor* seu *Ordinaria*. *Assisa Magna* fuit solennior illa *jurata*, quae in *breui de recto* (quod omnium solennius est et maximum, vtpote quo de mera proprietate agitur) e militibus omnino constat numero 12. gladio cinctis, non vulgari modo per Vicecomites electis, ad hoc juratos, et 12. deinde electis, vt quidam asserunt, adiunctos. Apud Cowellum *Grandis Assisa* definitur actio petitoria, sic dicta, quod cum possessoria, quam *Parvam Assisam* vocant, et ordinariam 12. hominum veredicto decidatur, in ista 24. Milites gladio cincti esse solent. Glanuilla lib. 2. cap. 7. Matth. Paris an. 1240. pag. 364. Vide Statutum 2. Westmonasterienſe cap. 41. et Fletam lib. 4. cap. 5. §. 6. *Assisa Minor*, seu *Ordinaria* est jurata in assisiis praedictis, quae non e Militibus, sed 12. liberis et legalibus hominibus patriae per Vicecomitem conscribitur. Et haec quidem jurata, non de proprietatibus cognoscit, sed de possessore. V. Fletam l. 4. c. 1. §. 7. cap. 5. §. 4. 5. 6. vbi forma cogendi eiusmodi assisas praescribitur, et de iis agitur, qui in ea consistere possunt. ASSISA dicitur *capi in modum Assisae, vel in modum juratae. In modum Assisae*, sic vt, si fundata intentione quaerentis, tenens se statim ponat in assisam sine aliqua exceptione, et respondeat intentioni querentis, etc. ASSISA *cadit in juratam*, cum non constat de re, de qua lis est, ita vt necesse sit, vt in modum juratae terminetur negotium quia hinc inde erit probatio, et non Assisa, etc. V. Bractonum lib. 4. Tract. 1. cap. 34. §. 3. 4. Fletam lib. 4. cap. 15. et 16. cap. 10. §. 12. lib. 5. cap. 6. §. 53. 54. cap. 22. §. 14. Littletonem sect. 234. etc. ASSISA CADERE, dicitur, cum *nullitas*, vt Practici loquuntur, legitima opponitur. In quibus vero casibus

casibus, pluribus recitat Fleta l. 4. cap. 15. lib. 5. cap. 6.

(6) ASSISA, est praeterea idem quod *Actio possessoria*, V. Cowellum.

(7) ASSISA, interdum sumitur pro tempore, quod conceditur alicui, infra quod licet in judicio agere, et alium in ius vocare, qui vim aliquam, aut aliquid iniuste fecit, quod certum aliquod tempus praescriptionis esse videtur, infra quod agere licet, et extra, vel post quod agere non licet in iudicio, vt obseruat Skaencus ad lib. 2. Regiam Maiestat. 74. §. 13.

(8) ASSISA AQVARVM. Charta Friderici II. Imper. pro Ecclesia Panormitana a. 1211. apud Rochum Pirrum pag. 145. *Perpetuo confirmamus omnes villanos et possessiones, vineas, iardina, et praedia vrbana, et rustica, aquas et assisas aquarum, etc.*

(9) ASSISA, ASSISIA, quorundam redituum ex designatis praediis annuatim percipiendorum assignatio. Hist. Comitatus Ebroicens. inter Instrum. p. 29. *Praedicta - - assidentur pro 1779 libris - - summa valoris annuum particularium summarum assisiae praedictae 1642l. libras, etc.* Ch. an. 1320. apud Baluz. Hist. Aruern. to. 2. pag. 581. *Iuxta consuetudinem locorum in quibus fiet assisa seu assignatio reddituum praedictorum.* Occurrit praeterea pag. 370. 423. et 281. quo in postremo loco scribitur *Assisia*. Hinc liquet quid sit: ASSISIAE LITTERA, apud D. *de Lauriere* to. 1. Ordinat. Reg. pag. 64. *Nec constet ex littera assisiae quod vel bona ipsorum nominatim dedimus in assiam vel, etc.* Vbi idem est ac Littera assignationis. V. *Assidere* 1.

(10) ASSISA MAXIMA, ASSISA MEDIA, dicitur de quarumdam mercium quantitate, qualitate, pondere, etc. Instrum. an. 1428. apud Rymer. tom. 10. pag. 392. *Duos lectos cum curtinis de maxima assisa prompte consutos 4. lectos de media assisa colorum rubei, albi et viridis.* Quod ibidem semel et iterum recurrit.

(11) ASSISIA, sessio ad mensam. Gesta Guillelmi Episc. Andegav. cap. 23. pag. 300. Spicilegii Acher. tom. 10. V. *Assidere*.

(12) ASSISA, ASSISIA, pensio annualis. Constit. Io. Archiep. Nicos. a. 1321.

† ASSISARE, decernere, statuere in *Assisa*. Statut. Roberti I. reg. Scot.

† ASSISATGIVM, conuentus, consessus ad lites dirimendas, i. q. *Assisa*. Ch. Mss. a. 1333. in Bibl. reg. V. *Assisiagium*.

ASSISIA. (1) Vt *Assisiagium*. (2) Cibus quotidianus vnicuique assignatus. Bulla Bonif. VIII. a. 1300. ap. Garamp. in diss. 9. ad Hist. B. Chiarae p. 286. (3) ASSISIA RETIS, ius ponendi rete ad capiendos pisces. Ch. a. 1154. inter Instrum. t. 11. Gall. Christ. p. 242. (4) Munus Assisii. Statuta Philippi Archiep. Nicos. a. 1450. (5) Temporis nota, vt videtur, adscripta actis Notariorum, in Foris Aragon. l. 4. tit. de Depositis: *Scribantur in dicto libro omnia depositа - - et hoc cum Assisia, siue Calendario, quo praedicta fient.* Nam hic *Calendarium* idem valet quod *data*. Alia notione V. in *Assisa*.

† ASSISIAGIVM, ASSISIATGIVM, districtus, iurisdictio *assisiae*, Gallis ol. *Assisiage*. Ch. a. 1370. t. 5. Ordinat. reg. Fr. p. 341. V. *Asseriatgium* et *Assiagium*. ASSIAGIVM, ASSIZIAGIVM, eadem notione in Ch. a. 1358. inter Probat. t. 4. Hist. Occit. p. 246.

† ASSISIARII, qui a principe vel a domino feudi delegati *assisias* tenent. Ch. Mss. a. 1209. in Bibl. reg. V. *Assisores*.

ASSISIATGIVM, V. *Assisiagium*.

† ASSISIATVS, districtus, iurisdictio *assisae*, et ipsa *assisa*, seu consessus ad lites dirimendas. Ch. Mss. a. 1335. in Bibl. reg.

† ASSISICIO, assignatio, addictio, *assisia*. Ch. a. 1299. in Chartul. eccl. Lingon. V. *Assisa*.

ASSISINI, V. *Assasini*.

ASSISIO, idem quod *Assisa*, assignatio, etc. apud Baluz. Hist. Aruern. tom. 2. pag. 116.

ASSI-

ASSISITVS. (1) Sedens, Gall. *Aſſis*, quaſi ab *Aſſidere*. Geſta Guillelmi Maioris Epiſc. Andegav. cap. 23. (2) Aſſignatus. Ch. a. 1238. Mſ. in Bibl. reg. V. *Aſſiſiatus*.

† ASSISIVM, lex ſeu conſuetudo municipalis. Ch. Mſ. a. 1205. in Bibl. reg.

ASSISIVS. In eccleſiis cathedralibus Beneficiati, minores tamen ordine Canonicis, in Eccleſiis Cypriis, qui videntur functi officio Canonicorum, quos *Vicarios* dicunt; vel quibus aſſignata eſt *Aſſiſia*, ſeu penſio annualis, quaſi *Penſionarii*. Eiusdem *Aſſiſiorum* mentio eſt paſſim in Conciliis Nicoſ. c. 9. 30. 31. et paſſim alibi.

ASSISOR, qui *Aſſiſas*, ſeu taxationes imponit, perequat. V. *Aſſidere* 1.

ASSISSINII, ASSISSINI, Sicarii, Gall. *Aſſaſſins*. Statuta Synodalia Eccleſiarum Cadurc. etc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 743. V. *Aſſeſſini*.

† ASSISSORES, iique qui *Aſſiſiarii*, in Ch. Mſ. a. 1212. ex Tabul. Curiae Dei.

† ASSISTARE, a Gall. *Aſſiſter*, adiuuare, auxiliari. Ch. a. 1291. t. 1. Cod. Ital. diplom. p. 611. V. *Aſſiſtator*.

ASSISTATOR, adiutor, qui fert opem, Gall. *Aide*, apud Rymer. tom. 14. pag. 596. *Auxiliatores*, *Aſſiſtatores*, *etc.*

ASSISTÊNTIA. (1) Auxilium, Gall. *Aſſiſtance*. Cancellaria Ferdinandi II. Imperatoris. Eadem vox et eodem ſenſu reperitur apud Ludewig. t. 5. Reliq. MS. pag. 315. Miraeum t. 1. Diplom. Belgic. pag. 209. (2) Praeſentia, Gall. *Aſſiſtance*. Statuta Eccleſ. Pictauenſis apud Marten. t. 4. Anecd. col. 1075. (3) † Officium et munus eorum, qui celebranti pontifici aſſiſtunt, et illi adiumento ſunt. Paridis de Groſſis Caeremon. capellar. papal. Mſ.

† ASSISTERE, *eſt in medio adeſſe*. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646.

ASSISTERIVM, V. *Aſceteriuм*.

ASSISTIVA, aſiſtere ſolita. Vita S. Raynerii Piſani tom. 3. Iunii p. 447. *Praedicta Iolitta dixit matri: Poſtquam intrare non poſſumus, ite et vos et ſtate cum mulieribus aſſiſtiuis, quae hic ſunt.* Aſſiſtiuae hic videntur dici quaſi manſionariae, quae vel juxta Eccleſiam morabantur, vel aſſiſtebant ad miniſteria ei neceſſaria. Ita Continuatores Bollandi in notis ſuis. Eaedem ſunt quae *Aſcetriae*, feminae, continentes quidem, ſed a monialibus diſtinctae. V. *Aſcetriae*.

ASSISTRIA, eadem notione, apud Spelmannum in voce *Monaſtria*. V. *Aſceteriuм*.

ASSISTRIX, comes, adiutrix. Henricus Rosla in Herlingsberga. Bullarium Carmelitarum pag. 108. col. 2. V. *Aſſeſtrix*.

ASSISVS, ſub cenſu annuo locatus et conceſſus. Inquiſitio poſſeſſionum a. 1185. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 141. *Apud Cowle de dono Matildis Reginae habentur quatuor hidae, quarum duae ſunt in dominio, et duae Aſſiſae ab hominibus.* Et infra: *Apud Meritune ex dono Simonis Comitis ſunt vij. hidae terrae, quarum duae ſunt in dominio, etc. v. Aſſiſae de hominibus.* Terra *Aſſiſa* oppoſita eſt terrae *dominicae*: illa a vaſallis, haec a domino tenetur. V. *Aſſidere* 1.

† ASSITA, quorumdam redituum ex deſignatis praediis annuatim percipiendorum aſſignatio, Gall. *Aſſiette*. Ch. Mſ. a. 1343. in Bibl. reg. V. *Aſſiſa*.

† ASSITARE, addicere, oppignerare. Ch. Mſ. an. 1315. Bibl. reg. V. *Aſſetiare*.

† ASSITIATVS, aſſignatus. Ch. Mſ. a. 1401. ex Tabular. Flamar.

ASSITVARE, idem ac *Aſſidere*, aſſignare, Gall. *Aſſeoir*, *Aſſigner*, apud Baluz. Hiſtor. Aruern. to. 2. p. 755. *Cum treſcentis libris, aſſignandis eidem Annetae de Beaufort in Caſtellania dicti caſtri de Grangias.*

ASSITVATIO. (1) Eadem notione, in Charta MS. anni 1339. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. pag. 1009. (2) Aeſtimatio, perequatio. Ch. a. 1405. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 186. V. *Aſſieta* 2.

† ASSI-

† ASSITVS, a Gall. *Assis*, situs, positus. Ch. a. 1376. t. 7. Ordinat. reg. Fr. p. 66.

ASSIVM, ab *Assare*, Germ. braten. Idem quod veru. V. *Spitum*.

ASSIZAGIVM, V. *Assisiagium*.

ASSIZIA. (1) Conventus, consessus, Gall. *Sesnce*. Edictum Philippi VI. Regis Franc. an. 1338. tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 125. V. *Assisa*. (2) † ASSIZIA, dici videtur cum aulaeorum serie locus aliquis vestitur; nisi intelligatur de cereis accendendis. Obiturar. eccles. Camerac. Mss. *Obitus provisi viri - - - cum pulsatione et assisia totali de XIII. lib. Turon.* Pluries occurrit.

ASSIZIACVS, pro *Assisiatus*, V. *Assisiatus*.

ASSIZIAGIVM, V. *Assisiagium*.

ASSNASARE, ASSVASARE. Leges Aluredi Regis Westsaxiae cap. 39. *Si quis habeat lanceam super humerum suum, et homo assnasetur, vel impungatur, solvas werram eius sine vita. Si autem oculos assnases, reddas werram eius, etc.* Sic emendat Somnerus, vbi Editio praefert *Assuasare*, sitque esse vocem effictam ex Saxonico *Onsnareth* et *Asnaere*, vbi legitur in Edit. Saxonica Lambardi cap. 32. vbi Legem hanc sic vertit: *Si quis hastam humero gestaris, in quam alius forte fortuna impegeris, aequum esse videtur, capitis aestimationem sine omni multa ei imperare.* Est igitur *Assnasare*, hastam sic deferre, vt occidatur impingens. Ita enim eadem Lex denuo recensita et Latine versa in Legibus Henrici I. cap. 54. *Si quis lanceam ferat, super humerum, et inde quis occidatur, etc.*

ASSOCIARE. (1) Comitari. Acta Alexandri III. PP. V. Acta SS. Aprilis to. 3. pag. 987. D. et Chron. Parmense ad an. 1287. apud Murat. tom. 9. col. 811. (2) ASSOCIARE, aliquem in partem dominii suorum praediorum admittere: quod solebant Monasteria et Ecclesiasticae personae facitare, vt a potentum et vicinorum invasionibus bona sua tutarentur, potentiorum protectione et tutela hac ratione suscepta. Ar-

sta Pentecost. an. 1287. in Regesto Parlamenti sign. B. fol. 76. *Priori B. Mariae ratione Associationis de Dimonte, deliberata fuit per judicium dimidia pars denariorum, quos D. Rex de Lambardo bastardo, qui burgensi de Dimonte, qui decessit Tyecis, etc.* Occurrit ibi non semel. V. Vignerium in Originibus Alsaticis pag. 81. (3) † Male habere. Ch. Mss. a. 1375. in Bibl. reg. *Guillerma serviens - - dixit - - Ha! Andrea socia, qualiter de illo arbisto Iohanne auriga seu carraterio fui associata!*

ASSOCIATIO, dominii societas, in Edicto Philippi IV. an. 1307. t. 1. Ordinat. Reg. pag. 339.

ASSOCIVS, *consocius*, *consors*, *contribulis*, *confrednstus*. Ita Vgutio. V. *Associare* 1.

ASSOLARE. (1) Ad solum deprimere. V. *Adsolare*. (2) † De solo seu fundo et possessione securum praestare, cauere ab euictione, fundum assignare, Gallis etiam *assoleir*. Ch. a. 1228. inter Probat. t. 2. Hist. Lothar. p. 440.

† ASSOLARIVM, i. q. *Solarium* 1. tabulatum. Ch. a. 1263. inter Instrum. t. 81. Gall. Christ. p. 265. V. *Adsolayrare*.

ASSOLAYRARE, V. *Adsolayrare*.

ASSOLDARE, milites conscribere, vel milites suis habere stipendiis, Gall. *Avoir à sa Solde*. Chron. Sicardi Episc. Cremon. apud Murat. to. 7. col. 625. *Post haec Rex Franciae assoldatis pro se quingentis militibus, et armis quae sibi obvenerant, Templo et Hospitali et Marchioni distributis, repatriavit.* V. *Solidata*.

ASSOLENTES, *assilientes*. Papias. V. *Assoletum*.

ASSOLIDARE, idem ac *Assoldare*. Hist. Dalphin. t. 2. p. 213.

† ASSONA, scindula, i. q. *Assula*, in Ch. Mss. a. 1338. in Bibl. reg.

† ASSONERE, *desoner*, in Glossar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. *Assonantes, concordantes*. Vocabul. compend.

† ASSONGIA, axungia. Modus exigendi gabellam *grasciae* apud Saonam a. 1526. V. *Assungia*.

† ASSOPIRE, differre, ſuſpendere, tardare, Gall. olim *Aſſouper*. Areſt. a. 1401. in Vol. 9. Areſt. Parlam. Pariſ.

† ASSORTARE, diſtribuere, partiri, Ital. *Aſſortire*. Stat. Vercell. l. 3. p. 82. ASSORTATOR, qui diſtributioni praeeſt, et ASSORTATIO, ipſa diſtributio, in Stat. Saluciar. collat. 3. c. 110.

† ASSOTARE, virgis caedere, flagellare. V. *Açot* et *Açotare*. Ch. an. 1236. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 380.

† ASSVETAE, Siculis, *in venatu ſemper agentes*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646.

ASSVLA. (1) Pro *Aſſula*, fragmentum; Ioanni de Ianua, *id quod cadit de ligno, cum dolatur*. Gloſſ. MS. Montis S. Eligii Atrebat. addit: *Dicitur ab aſſa, ſcilicet cum pro ligno dolato vel aſſere accipitur. Aſſula, quaſi parua Aſſa*. Henricus Monachus de Miraculis S. Germani Autiſſiodor. Epiſcop. c. 30. (2) † Dolabra, in Gloſſ. Lat. Gall. Mſ.

ASSVLTARE, adoriri, Gall. *Aſſaillir*. Gaſparis Barthii Gloſſar. ex Hiſt. Palaeſt. Raimundi Agilaei. Sed haec vox Latinis haud prorſus ignota. Tacitus, *Aſſultare tergis pugnantium*. Statius jungit cum accuſatiuo.

ASSVLTVS, impetus, aggreſſio. Concil. Islebon. c. 16. Petr. Diac. l. 4. Chr. Caſin c. 105. et alibi. V. *Aſſalire* et *Aſſaltire*.

† ASSVMENTVM, *ab aſſumendo dicitur; idem quod ab aliquo accipitur ad quid faciendum, vel reparandum*. Gloſſae bibl. anon. ex Bibl. reg.

ASSVMERE, *delere*, *interficere*, apud Barthium in Gloſſario ex Fulcherii Carnot. Hiſt. Palaeſt. Eadem notione Galli dicunt, *Aſſommer*.

ASSVMMARE, Gall. *Sommer*, in ſummam totalem redigere. Vitae Abbatum S. Albani.

† ASSVMMATIO, ſumma. Bulla Ioan. PP. XXII. apud Lam. in Delic. erud. part. 3. p. 284. V. *Summare*.

ASSVMPTI Senatores. Vita Coeleſtini V. Papae apud Murat. tom. 3. pag. 621. Senatores autem, inquit Muratorius, hic dicuntur, vt olim Conſules, duo ſcilicet totius Senatus Praeſides.

ASSVMPTIO. (1) Dies mortis Sancti alicuius, quo ſcilicet eius anima in coelum aſſumitur. *Aſſumptio S. Ioannis Apoſtoli et Euangeliſtae*, apud Ordericum Vitalem lib. 5. p. 593. et in Vita Godefridi Comitis Campebergenſis cap. 54. Proprie vero dicitur Tranſitus B. Mariae, vt ait Durandus lib. 7. Ration. cap. 1. num. 19. Frodoardus in Leone IV. PP. Adde Serm. S. Autberti Beneventani tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 266. V. *Dormitio*. † Eodem nomine deſignatur aſcenſio Domini in Conſuet. Caſtell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. (2) Idem videtur apud Anglicos Practicos, quod Conſtitutum in Iure Romano: Cowell. lib. 4. Inſtit. Iur. Anglic. tit. 6. §. 2.

ASSVMPTOR. Papias: *Guloſus à gula, devorator, aſſumptor, glato, vino*.

ASSVMTIO, coronatio, electio in Regem. Ch. Epiſcoporum et Baronum Regni Daciae, qua eligunt Regem, Fredericum Holſatiae Ducem apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MS. p. 317.

ASSVNATA, *expeditio militaris*. Ch. Alphonſi III. Regis Portugalliae an. 1289. apud Brandaonum to. 4. Monarch. Luſitan. pag. 179. Vox Hiſp. *Aſſonada*, ex *aſſonar*, conuocare.

† ASSVNGIA, Axungia. Gloſſar. Lat. Gall. an. 1352. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 507. V. *Aſungia*.

ASSVRRECTIO, honor, reuerentia, qualis exhibetur si cui ingredienti aſſurgunt omnes. Hinc Virgil. Eclog. 6. v. 66.

Vtque viro Phoebi chorus aſſurrexerit omnis.

Henricus Huntindonenſis de contemtu mundi c. 6. Spicil. Acher. t. 8. pag. 191.

† ASSVTVS, *cannale laſtino*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

ASTA. (1) Veru, Gall. *Broche*, olim *Haſte*. Apud Niuernenſes etiamnum et Lotharingos vox familiaris; vnde et *Haſtator*, Gall. *Huiſſier*, officialis nomen in domo Regia, eius ſcilicet qui veru transfigit carnes. Toloſatibus *Aſt* eſt veru. Hiſtor. Dal-

Dalphin. to. 2. p. 273. V. *Hastator* et *Asterius*. (2) ASTA *Feudalis*, subiectio feudalis, Gall. *Vassalité*. Histor. Dalphin. pag. 212. *Dedit in beneficium atque feudum praedicto Domino Hugoni de Turre Domino de Vinay, et de eisdem per innestituram feudalem, in signum astae feudalis, per traditionem vnius annuli aurei innestiuit tanquam vasallum suum fidelem* etc. (3) Modus agri. Vetus notitia, apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 108. *Adcensauerunt eidem domui vnam astam prati ad Roserias positi sub censu iij nummorum.* Vbi *Asta* scribi pro *hasta*, idemque esse videtur, quod *lancea*. Italis enim *asta* est, quod Latinis *hasta*. Vide *Lancea* et *Hasta* 5. (4) † Pro *hasta*, lancea. Ch. an. 971. t. 4. Cod. Ital. diplom. p. 1525.

† ASTABVLA, velum vt videtur, tensum, quo solis ardor arceatur Ch. Mss. a. 1416. in Bibl. reg. *Vnus ipsorum studentium ludentium ascendens astabulam in muro dictorum viridariorum commune tensam*, etc.

† ASTACHANTVM, locus vt videtur, palis et paxillis munitus, forte pro *Astachantum*. Stat. ciuit. Astae c. 7. *Si aliqua persona in praedictis molendinis seu astachantis damnum daret.*

† ASTACIA, i. forte quod *Asta* 3, modus agri; nisi legendum sit *arracia*, pro *haracium*. V. *Aratia*. Ch. Henr. IV. Imp. a. 1070. ex Chartular. Romaric. *Accipiuntur de porcasturis porci, bachones et verres, et medo et sal de astaciis et prouidentia.* V. *Astalaria.*

ASTADIA, idem quod *Asta*. Charta Libertatum Montis-Albani an. 1231. in Regesto Comitatus Tolosae Cremerae Comput. Paris. fol. 27. *Census et vsus tales sunt, de vnoquoque casali quod habeat 6. astadias in latitudine, et 12. in longitudine, habeat dominus 12. den. a capite*, etc. V. *Hasta*.

ASTADIVS, eadem notione. Charta Ildefonsi Comitis Tolosani an. 1231. ex Reg. 19. Tabularii Regii Ch. 97. *De vnoquoque casale qui habeat 6. astadios in latitudine, et 12. in longitudine, habeat dominus 12. den. accepite, et omni anno ad Mart. seruitium, 12. den. et recapte, quando euenerit.*

ASTAGIVM. Ch. Ludouici VI. Reg. Franc. an. 1108. ex Tabulario S. Samsonis Aurelian. *Quatenus consuetudinem quandam, quam astagium vulgo nuncupant - - ipsis Canonicis liberam et ab omni jure regio quietam donantes concederemus.* Vbi forte legendum *Estagium*, Gallis *Estage*. V. *Stagium*, et infra *Astaticum*. Retinendum *Astagium* persuadet Statutum Capituli Lingonensis an. 1257. inter Instrum. tom. 4. nouae Gall. Christ. col. 209. vbi legitur: *Si qui autem huic ordinationi vel statuto inobedientes vel rebelles extiterint, astagium non facient, et quotidianis distributionibus, monitione praemissa, priuabuntur. Astagium* forte ab *Astare* diuinis officiis dictum, idem est quod Praesentia, *Assistance*, cui certa merces vulgo assignatur in Cathedralibus et Collegialibus Ecclesiis.

ASTALAGIVM. (1) Idem quod *Estallagium* vel *Stallagium*, praestatio pro mercibus exponendis, Germ. Standgeld. Ch. Hugonis Ducis Burgund. de fundatione Capellae Ducum Diuionensis an. 1172. inter Instrum. tom. 4. nouae Gall. Christ. col. 187. (2) Ager vnius *astae*. Ch. Mss. an. 1261. in Bibl. reg. V. *Astalaria.*

† ASTALARIA, modus agri, i. q. *Asta* 3. Ch. inter Monum. eccles. Aquil. c. 39. V. *Hasta* et *Lancea*.

ASTALIA, silua vnde hastae seu hastilia caedebantur. Leges Luitprandi apud Murat. tom. 1. part. 2. pag. 60. col. 2. *Si quis astalia alterius expellauerit, componat ei cuius astalia fuerit, solidos VI.* Vbi Goldastus pro *Astalia* legit *Stalaria.*

ASTALIVS. Lex Longobard. lib. 1. tit. 1. §. 6. *Si quis contra inimicum pugnando collegam suum dimiserit, aut astalium fecerit, id est, si eum deceperit, et cum eo non laborauerit*, etc. Vbi Boherius: *Astalius, descendit ab astu, id est, dolo vel malitia.* Cuiacius: *Astalium facere, frustrari, decipere.* Murator. tom. 1. part. 2. p. 18. col. 2. pro *Astalium fecerit*, legit

legit etiam *Aſtalia feceris* ex Codice Murinenſi. V. infra, *Aſto animo*. Angli decipulum, *Aſtale* vocant.

ASTALLAMENTVM, prolatio, ad indictum terminum debiti ſoluendi inducias, Gall. *Repit*. Litterae Eduardi III. Regis Angliae an. 1339. apud Rymer. tom. 5. pag. 109. V. *Asterminare* 2.

† ASTALLARE, differre, tempus prorogare. ASTALLATIO, dilatio, mora, induciae. Stat. Ciſterc. incerti anni ex Cod. Mſ. V. *Aſtallamentum*. HASTALLARE, HASTALLATIO, eadem notione, in Stat. 1365. c. 10. ex Cod. Mſ. Harden.

† ASTALONVS, ornamentum capitis mulierum, i. vt videtur, ac Gallis *Bourrelet*. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 580.

ASTANEA. In ſuppellectile Caſinenſis Eccleſiae vendita pro redemtione captiuorum, recenſet Leo Oſt. in Chronic. Caſin. lib. 1. cap. 58. (al. 55.) *hoſtiales 3. pro Byzantiis 12. Aſtaneas 2. pro Byzantiis 8. puluinaria ſerica tria, etc.* Alii Codd. habent *caſtaneas*.

ASTANTIA, auxilium, Gall. *Aſſiſtence*. Vita Catharinae Senenſis, tom. 3. Aprilis p. 892.

† ASTARE, i. q. ſupra *Aſſanta*, quod vide.

ASTARIA, maritima, campus planus mari adiacens. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 25. Vox forte corrupta ab *Aeſtuaria*, vulgo apud Venetenſes Armoricanos *Eſtiers*, de quorum regione maritima Caeſar lib. 3. de Bello Gallico dicit, *pedeſtria eſſe itinera concisa aeſtuariis, etc.* id eſt, canalibus, qui noniſi tempore aeſtus maris aquis implentur. Armoricane *ſter*, flumen.

ASTARIVM, *vbi venduntur bona proſcriptorum*. Gloſſ. Iſid. Scribendum eſſet *Haſtarium*, quod haſta eſſet auctionis index. V. Graeuium in hunc locum.

ASTARVM, pro *Aſſarum*. Sunt autem *Aſſare* et *Aſſarum*, Prouincialibus Ius, proprietas, quaeuis etiam bona et facultates. Tabular. minus S. Victoris Maſſil. fol. 106. ad an. 1227. V. *Aſſare*.

ASTATI, Haeretici Sergii cuiusdam, qui ſub initium ſaeculi IX. impoſturas Manichaeorum inſtaurabat, ſectatores, a Michaële Curopalate ſeueriſſimis edictis coërciti, cum prius ſub Nicephoro immenſum creuiſſent. A Graeco ἄστατος, inſtabilis, dicti ſunt *Aſtati*. De his agunt Theophanes, Petrus Siculus, Baronius ad an. 812. etc.

ASTATICVM, idem quod *Stagium*, manſio, reſidentia. Ch. Rogerii Vicecomitis Biterrenſis an. 1194. apud Cateſſum lib. 4. Rerum Occitan.

ASTATVS, pro *Aſſatus*, *Aſſus*. Sermo apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1683.

† ASTEARIVS, inter officiales eccleſiae Autiſſ. recenſetur in Obituar. Mſ. eiusdem eccleſ. a. 1247. V. *Aſteria*.

ASTEDIVM, V. *Haſtedum*.

ASTELLA. (1) † Haſtile, ſeu baculus longior, cui vexillum adfigitur, German. Schaft. Ch. a. 1333. Mſ. Bibl. reg. V. *Aſtula*. (2) † Veru. Inuentar. a. 1218. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 67. V. *Aſta* 1.

† ASTELLARE. a Gall. *Atteler*, equos ad currum iungere. Ch. Mſ. a. 1361. in Bibl. reg.

ASTENANCIA, ad tempus indictum induciae, Gall. *Atenance*, *Suſpenſion d'armes*. Regeſtum Magnorum Dierum Trecenſ. fol. 106. verſo. V. *Attenantia*.

ASTERIA, officium *aſtearii*. Acta Capitul. Eccleſiae Lugdun. ann. 1343. *Conceſſerunt D. Hugoni de Georgio officium Aſteriae, cum omnibus iuribus et franchiſiis*.

† ASTERIAS, piſcis genus, remora. V. *Plota*.

ASTERISCVS. (1) Gall. *Aſterique*, nota inſtar ſtellulae, quà vtuntur librarii. Acta SS. Ordinis S. Bened. Saec. 3. part. 1. pag. 154. Etymon ἀστὴρ, *ſtella*. (2) ASTERISCVS, Graece ἀστερίσκος, ex auro vel ex alio metallo ſtellula, quae in Eccleſia Graeca ponitur ſuper patenam, ad ſacra dona tegenda cum puſilla cruce in vertice, vt velum, quo patena cooperitur, ſuſtenteur, ne Euchariſticum panem in patena poſitum tangat.

tangat. Denotari autem hac cæremonia volunt ſtellam felicis ominis quæ Magos ad Dominum noſtrum deduxit, ſuperſtitioſeque vbi ille erat; vnde Sacerdos hanc ſtellam patenæ imponens, ait: *Ecce veniens ſtella aſtitit ſuper vbi erat poſitus.* Dominic. Macer in Hierolex. et Hofmann. in Lexico.

ASTERIVM. Tabularium Maioris Monaſterii: *Totum mariſcum eorum de Angulis, ſicut Aſterio Chaiouis fluminis, atque Aſterio Sanctæ Mariæ clauditur.* V. *Aſtarium.*

† ASTERIVS, aſſarius, capreolus. Inuent. an. 1476. ex Tabul. Flauiac. *Item plus duos aſteries ſine aſta ferri.* V. *Haſtarius.*

ASTERS, f. idem quod *Aſta*, Veru, vel craticula, Roſt, ab *Aſſo*, braten. Memoriale bonorum mobilium prioratus S. Michaelis de Tallio dioceſis Barcinon. ann. 1297. † Carpentario idem videtur ac *Aſterius.*

ASTILE, ſeu haſtile, baculus longior, cui crux, quæ defertur in Proceſſionibus, infigitur. Leo Oſt. lib. 2. cap. vlt. Adamnanus lib. 1. de Locis SS. cap. 8. Occurrit non ſemel Exodi cap. 25. etc. V. *Aſta* 1.

ASTILLA. Anaſtaſius in Leone III. p. 127. *Super altare maius fecit tetrauela holoſerica albthina 4. cum aſtillis et roſis chryſoclabis.* Heſychius *aſtelas*, vitis ſpeciem eſſe ait: Φέρουσι, ἃ ἔνιοι ἀσπίλας, τὰς ἐν σχοίνοις πλεκομένους. Sed an *aſtelas* ad *aſtillas* Anaſtaſii referendæ ſint, alii iudicent. Hiſpani *aſtillas*, Occitani *eſtallos* vocant, quæ Græci σκόρδα, Latini *Aſſulas.*

ASTILVDERE, pro *Haſtiludere*, lanceis ludicris concurrere. Hiſtor. Dalphin. tom. 2. pag. 347. V. *Haſtiludium.*

ASTIPVLARE actiuum, idem videtur quod concedere, dare. De primordiis Calmoſiac. Monaſt. lib. 2. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1192.

† ASTIPVLARI, *aſtiſer*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692.

ASTIPVLATOR, in Ordine Romano dicitur is, cuius licentia et conſenſu virgo religionis habitum ſumit.

† ASTIS, ASTOIS, lumbus, in Chartis Mſ. a. 1305. et 1313. Bibl. reg. V. *Aſtus.*

ASTO ANIMO, ſæpe occurrit in Leg. Longobard. *voluntarie, doloſo et malo animo.* Lib. 1. tit. 9. §. 13. tit. 56. §. 7. tit. 19. §. 1. tit. 23. §. 4. tit. 24. §. 4. tit. 25. §. 44. lib. 2. tit. 21. §. 5. tit. 55. §. 12. Et in Charta Luſitanica apud Brandaonum in Monarchia Luſitan. tom. 3. pag. 277. Vgutio: *Aſto, Voluntarie.* Has voces vſurpatas a Plauto in Poenulo, Accium apud Nonium, et aliquot IC. in Lege 4. de Furtis, leg. 15. Qual. quis defend. ſe deb. leg. 3. de Homin. lib. leg. 1. de Dam. injur. paene obſoleras in vſum reuocarunt non modo Longobardi, ſed et Itali, apud quos *Aſtio*, eſt inuidia, odium, *Aſtioſo*, inuidus, *Adaſtiare*, *Adaſtiarſi*, inuidia corrodi. Vocis etymon a Latina *Aſtus*, (*) aut a Germanico infer. Haſt, feſtinatio, Angl *Haſte*, Gall. *Haſte*, *Hate*, Relg. *Haaſt.*) nec aliunde accerſendum, quidquid dicant viri docti, qui a *faſtidium*, vel *faſcinus*, deducunt: Nam et Plautus *Aſtum* adiectiue vſurpauit in Trucul. *vbi aſtis fallaciis confertum dixit.* V. *Asia. Iuramentum de Aſto, in Lombarda*, quod idem eſt, *quod iuramentum de calumnia in iudicio contentioſo fori ciuilis vel Eccleſiaſtici.* Nicol. Upton de Officio milit. lib. 2. cap. 4.

ASTOLIGIT, *quod in animo iniquo quæritur*, Vgutioni MS. in Cod. Nauarraeo: *Aſtor, voluntarie. Aſtogili, quod in animo iniquo quæritur.* Ex eodem fonte, ac *Aſto* animo.

ASTOLISAZO, mendoſe pro *Abautorizas*, quod vide in *Abautorizare.*

† ASTOLIVM, vt *Stolium*, claſſis. Ch. Mſ. a. 1366. V. *Stolus* 2.

† ASTONVS, veru, in Stat. Vercell. l. 3. p. 101. V. *Aſta* 4.

ASTOPATVS, ſeu potius *Eſtopatus*, ex Gallico *Eſtouppé*, *quaſi dicas ſtuppa obſtructus.* Regiam Maieſtatem lib. 2. cap. 72. §. 1. *In viis publicis aſtopatis - - in aquis diſtornatis a recto curſu.*

ASTOR, pro *Astur*, equus, si bene coniicio. Litterae Patentes Caroli Ierusalem et Siciliae Regis an. 1307. ex Archiuo S. Victoris Massil. *Petebant dicti parerii quartam partem mutonorum, astorium et cabastragiorum.* V. *Astur.* † Carpentario videtur, pro *astorium* legendum esse *agnorum.*

† ASTORERIVS, qui *astares* nutrit, curat. Stat. Vercell. l. 5. pag. 127. V. *Astur.*

ASTPAGIVM, V. *Aspagium.*

ASTRABA, tabella, vbi pedes requiescunt, in Glossis Isidori et apud Papiam. In Gloss. Lat. Graec. *Astraba*, σανὶς, ὑποπόδιον. Sic enim recte emendant viri docti, pro *astrama*. Ἀστράβη ab ἀ et στρέφεσθαι, quia non vertitur, sed stabile est: Suidae vero ἀστράβη, est τὸ ἐπὶ τῶν ἱματιοπωλῶν ξύλον, ὃ πρατῆσιν οἱ καθεζόμενοι, Phauorino et Glossis MSS. τὸ ταγμοσύλλιον. Ex quibus conficitur, *Astrabas* fuisse stapedes secundum Isidorum; secundum Suidam sellae arcum, quem *Arçon* Galli dicunt, vel sellam ipsam, vt est in Anonymi loco allato a Suida, aut instratum sellae, iuxta Phauorinum. Denique in Glossar. Anglo-Sax. Aelfrici: *Astraba Forbret* exponitur. Somnero vero *Forbret*, *confractus*, id est, forte curuatus, quomodo est sellae arcus. V. *Arctio* et Iohannem Tzetzem Chil. 9. v. 850. Nicetam in Manuel. lib. 2. n 7. etc.

† ASTRACVM, *vel* ASTROCVM. *est pauimentum domus: Alexander vero pro paramento, alias pro pauimento; melior littera ipsius libris* (sic) *accipit capitulo de diffinteria: detur, inquit, stropina piscis assata in astraco.* Germ. Aestrich.

ASTRAGVS. Alexander Iatrosophista MS. lib. 2. Pass. cap. 66. *Aut de creta astrago calefacto superfedeas, aut de cimolea terra calente et extincta in vino, aut astrago balneorum, similiter cum vino perfuso.* Vbi Gloss. MSS. *Astrago, i. pauimentali, de creta enim fit pauimentum.* V. *Astracum.*

† ASTRAHERE, pro abstrahere, in Ch. a. 1217. inter Probat. t. 1. Hist. Nem. p. 55.

ASTRALABVM, pro *Astrolabium*, instrumentum Mathematicum. Concil. Treuir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 257.

† ASTRALE, *ad astrum spectans.* Cath.

ASTRAMA. V. *Astraba.*

ASTRANTIA, caulis species, de qua vide Lexicon Hofmanni.

ASTRARIVS, V. *Astrum.*

† ASTRASCINARE, ab Ital. *Strascinare*, trahere, rapture, apud Murat. t. 16. Script. Ital. p. 916. V. *Straschinare.*

† ASTREA, i. q. mox *astrum*, domus. Bulla Innocent. III. PP. an. 1199. inter Instrum. t. 11. Gall. Christ. p. 170.

† ASTRECA, idem videtur ac *Astracum*. Ch. Landenulfi Longob. princ. in accessu ad Hist. Cassin. part. 1. p. 87. *Et super arcora ipsos ponere deveant strabes* (f. pro trabes) *et plantas sternere et astrecas facere.*

† ASTREPERE, *Estroteir*, in Glossar. Lat. Gall. a. 1352. Cod. reg. 4120.

ASTRICTIO, coactio, adactio, Germ. Zwang, apud Rymerum t. 12. pag. 524. col. 2.

ASTRIFICVS CORTVS, idem ac *Seuidocium* in Glossis antiquis MSS. V. *Sinodocium.*

ASTRINGA. Charta fundationis Monasterii Saluensis dioecesis Nemausensis ann. 1209. apud Catellum in Comitibus Tolosan. lib. 1. c. 17. *Seu etiam timentes congeronis antiqui timorem atque terrorem, et vt erunt nos Dominus ab eius machinamentis multimodis et connectas cum suis astringis in cubilibus regni caelestis, etc.* i. e. vinculis astringentibus. † Rectius edirum *Astrigeris* inter Instrum. t. 6. Gall. Christ. p. 173. et t. 2. Hist. Occit. p. 182.

ASTRIPOTENS, epithetum Deo tributum apud Murat. tom. 2. 455. col. 2. in Historia Luitprandi Presbyteri. Acta SS. Iulii tom. 4. pag. 559. f. in Miraculis B. Simonis de Lipnica.

ASTROCVM, V. *Astracum.*

ASTRO-

ASTROLABIVM, Dioptra, inſtrumentum Mathematicum planum, 360. gradibus diſtinctum, cuius ope, poli altitudo, et aſtrorum motus capiuntur ſeu colliguntur. Aſtrolabii vſus varios et fabricam deſcripſere Stoeflerus, Henrion, Clauius, Bion, etc. Componitur ex ἄστρον, aſtrum, et λαμβάνω, capio. Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Taruiſina lib. 4. caput 12. apud Murat. tom. 8. col. 228.

† ASTROPHVS, *lunatigo.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Aſtroſus.*

† ASTROSIA, *la tenuita del corpo,* in eod. Gloſſario.

ASTROSVS, *malo ſidere natus, Aſtroſus, lunaticus.* Iſidor. in Gloſſ. et in Orig. lib. 10. et ex eo Vgutio.

ASTRVCO, V. *Aſtur.*

ASTRVCTOR, *equus, ambulator.* Papias MS. Eccleſiae Bituric. V. in *Aſtur* et *Ambulator.*

† ASTRVERE, inuenire, fingere. Columnar. ſ. Comoedia ſine nomine: *Non aſtruxi.* Vbi Gloſſae: *i. e. non adinueni.*

ASTRVM. Bractonus lib. 4. Tract. 3. c. 11. *Vnde videndum, ſi nepos ex auunculus ſub eadem poteſtate anteceſſoris ſimul fuerint aſtrarii tempore mortis, eo quod ambo reperiuntur in atrio, ſiue in aſtro etc.* Adde lib. 2. cap. 36. §. 6. Fleta lib. 4. c. 2. §. 8. de Natiuis: *Qui a magno tempore extra aſtrum ſuum villanum ad loca remotiora ſe transtulerunt.* Vox deducta a Saxonico *Eord*, focus, foculare, fornacula: vnde poſtea toti domui nomen inditum. Hinc *Eord-Cnight*, famulus domeſticus; *Eord-Faert*, pater-familias. Ex *Eord* vero Anglo Normanni *Aſtre* formarunt, idque appellationis domibus applicarunt, quas Galli *Feus*, ſeu focos, etiamnum vocant. Sed et Gallis vox *Aſtre* non incognita; nam et focos et caminos *Atres*, ſeu *Aſtres*, appellant. Praeterea ex praeallatis ex Bractono obſeruare eſt, *Aſtrum* et *atrium* promiſcue dictum: nam hoc loco *atrium* non eſt Gallorum *Court*, ſed domus ipſa: proinde *Aſtrarii* iidem ſunt, qui *aſtro addicti* ſeu *Manſionarii*, de quibus ſuo loco, qui Anglo-Saxonib. *Heordfaert* dicebantur. Gloſſ. Saxon. circa tempora Edwardi III. exaratum: *Heordfaert, Aſtro addictus.* Sed et admodum videtur vero ſimile, Occitanos ſuum *Eſtare* et *Stare*, pro quauis domo inde deduxiſſe, cum Galli, ſeu Gallo-Normanni domos *Eſtres*, et *Atres* vocarent. Conſuetud. Cantii: *Le Aſtre demurra al puné*, id eſt, *Aſtrum ſeu domus remanebit ſecundogenito.* V. *Stare.* *) *Aſtrum*, Germ. eſt Aeſtrich, vel Aeſterreich, a voce Germanorum inferiorum Aſter, Aſterē, lapides quadrata figura teſſelati. V. *Aſtrea*, et *Aſtracum.*

ASTRVM SINISTRVM, infortunium. Acta S. Franciſci de Paula to. 1. Aprilis pag. 166.

† ASTVI, *potaui, dicitur enim eſui et aſtui, i. e. manducandi et bibendi. Placidus.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646.

ASTVLA. (1) Segmentum, Seruius Danielis, et ex eo Iſidorus, lib. 17. Orig. c. 6. Alii cenſent vocem formatam ex *Aſtula*, tabula ſectilis. Marcellus Empiricus c. 29. *Lapiſtercus, duumodo non in terra inuentum, ſed ſupra fuſtem, aut ſupra aſtulas, aut ſupra iuncum, colliges.* Beda lib. 3. Hiſt. Angl. c. 2. *Multi de ipſo ligno ſanctae Crucis aſtulas excidere ſolent.* Adde lib. 3. cap. 13. Paulinum Epiſt. 11. 12. et Natali 10. etc. ASTELLA, apud Adamnanum lib. 2. de Locis SS. c. 1. HASTVLA, in Vita S. Erkenwaldi Epiſcopi London. *Verum etiam haſtulae ab eo* (feretro) *abſciſſae, et ad aegrotos allatae, citam eis ſalutem parabant.* (2) † ASTVLA REGINA, *vel regia; quidam aſſodillum ſic nominauerunt; ſed alia videtur apud Plinium.* Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. ex Cod. reg. 6959. V. Salmaſ. in Solin. p. 356.

ASTVM, pro *Caſtrum* in exemplo ſequenti mendoſe ſcriptum credit Cangii editor; niſi forſan Papiae, Ioannis de Ianua, aliorumque Gloſſographorum exemplo vſus Chartae ſcriptor ex ἄστυ, vrbs, *Aſtum* fecerit.

ASTOR, pro *Astur*, equus, si bene coniicio. Litterae Patentes Caroli Ierusalem et Siciliae Regis an. 1307. ex Archiuo S. Victoris Massil. *Petebant dicti parerii quartam partem mutonorum, astorium et cabastragiorum.* V. *Astur.* † Carpentario videtur, pro *astorium* legendum esse *agnorum.*

† ASTORERIVS, qui *astares* nutrit, curat. Stat. Vercell. l. 5. pag. 127. V. *Astur.*

ASTPAGIVM, V. *Aspagium.*

ASTRABA, tabella, vbi pedes requiescunt, in Glossis Isidori et apud Papiam. In Gloss. Lat. Graec. *Astraba, σανὶς, ὑποπόδιον.* Sic enim recte emendant viri docti, pro *astrama.* Ἀστράβη ab ἀ et στρέφεσθαι, quia non vertitur, sed stabile est: Suidae vero ἀστράβη, est τὸ ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ξύλον, ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι, Phauorino et Glossis MSS. τὸ ἁμαξοστάλλον. Ex quibus conficitur, *Astrabas* fuisse stapedes secundum Isidorum; secundum Suidam sellae arcum, quem *Arçon* Galli dicunt, vel sellam ipsam, vt est in Anonymi loco allato a Suida, aut instratum sellae, juxta Phauorinum. Denique in Glossar. Anglo-Sax. Aelfrici: *Astraba Forbret* exponitur. Somnero vero *Forbret, confractus*, id est, forte curuatus, quomodo est sellae arcus. V. *Arctio* et Iohannem Tzetzem Chil. 9. v. 850. Nicetam in Manuel. lib. 2. n 7. etc.

† ASTRACVM, *vel* ASTRVCVM. *est pauimentum domus: Alexander vero pro paramento, alias pro pauimento; melior littera ipsius turis* (sic) *accipit capitulo de dismeria: detur, inquit, stropina piscis assata in astraco.* Germ. Aestrich.

ASTRAGVS. Alexander Iatrosophista MS. lib. 2. Pass. cap. 66. *Aut de creta astrago calefacto superfedeat, aut de cimolea terra calente et extincta in vino, aut astrago balneorum, similiter cum vino perfuso.* Vbi Gloss. MSS. *Astrago, i. pauimentali, de creta enim fit pauimentum.* V. *Astracum.*

† ASTRAHERE, pro abstrahere, in Ch. a. 1217. inter Probat. t. 1. Hist. Nem. p. 55.

ASTRALABVM, pro *Astrolabium*, instrumentum Mathematicum. Concil. Treuir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 257.

† ASTRALE, *ad astrum spectans.* Cath.

ASTRAMA. V. *Astraba.*

ASTRANTIA, caulis species, de qua vide Lexicon Hofmanni.

ASTRARIVS, V. *Astrum.*

† ASTRASCINARE, ab Ital. *Strascinare*, trahere, raptare, apud Murat. t. 16. Script. Ital. p. 916. V. *Strastinare.*

† ASTREA, i. q. mox *astrum*, domus. Bulla Innocent. III. PP. an. 1199. inter Instrum. t. 11. Gall. Christ. p. 170.

† ASTRECA, idem videtur ac *Astracum.* Ch. Landeaulfi Longob. princ. in accessu ad Hist. Cassin. part. 1. p. 87. *Et super arcora ipsos ponere deveant frabes* (f. pro trabes) *et plantas sternere et astrecas facere.*

† ASTREPERE, *Estroteir*, in Glossar. Lat. Gall. a. 1352. Cod. reg. 4120.

ASTRICTIO, coactio, adactio, Germ. Zwang, apud Rymerum t. 12. pag. 524. col. 2.

ASTRIFICVS CORTVS, idem ac *Senidocium* in Glossis antiquis MSS. V. *Sinodocium.*

ASTRINGA. Charta fundationis Monasterii Saluensis dioecesis Nemausensis ann. 1209. apud Catellum in Comitibus Tolosan. lib. 1. c. 17. *Seu etiam timentes congeroris antiqui timorem atque terrorem, et vt eruat nos Dominus ab eius machinamentis multimodis et connectas cum suis astringis in cubilibus regni caelestis, etc.* i. e. vinculis astringentibus. † Rectius editum *Astrigeris* inter Instrum. t. 6. Gall. Christ. p. 173. et t. 2. Hist. Occit. p. 182.

ASTRIPOTENS, epithetum Deo tributum apud Murat. tom. 2. 455. col. 2. in Historia Luitprandi Presbyteri. Acta SS. Iulii tom. 4. pag. 559. f. in Miraculis B. Simonis de Lipnica.

ASTROCVM, V. *Astracum.*

ASTROLABIVM, Dioptra, instrumentum Mathematicum planum, 360. gradibus distinctum, cuius ope, poli altitudo, et astrorum motus capiuntur seu colliguntur. Astrolabii vsus varios et fabricam describunt Stoeflerus, Henrion, Clauius, Bion, etc. Componitur ex ἄστρον, astrum, et λαμβάνω, capio. Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Taruisina lib. 4. caput 12. apud Murat. tom. 8. col. 228.

† ASTROPHVS, *lunatigo*. Gloss. Lat. Ital. Ms. V. *Astrosus*.

† ASTROSIA, *la tenuita del corpo*, in eod. Glossario.

ASTROSVS, *malo sidere natus, Astrosus, lunaticus*. Isidor. in Gloss. et in Orig. lib. 10. et ex eo Vgutio.

ASTRVCO, V. *Astruo*.

ASTRVCTOR, *equus, ambulator*. Papias MS. Ecclesiae Bituric. V. in *Astur* et *Ambulator*.

† ASTRVERE, inuenire, fingere. Columnar. f. Comoedia sine nomine: *Non astruxi*. Vbi Glossae: *i. e. non adinueni*.

ASTRVM. Bractonus lib. 4. Tract. 3. c. 11. *Vnde videndum, si nepos ex auunculus sub eadem potestate antecessoris simul fuerint astrarii tempore mortis, eo quod ambo reperiuntur in atrio, sine in astro etc.* Adde lib. 2. cap. 36. §. 6. Fleta lib. 4. c. 2. §. 8. de Natiuis: *Qui a magno tempore extra astrum suum villanum ad loca remotiora se transtulerunt*. Vox deducta a Saxonico *Eord*, focus, foculare, fornacula; vnde postea toti domui nomen inditum. Hinc *Eord-Cnight*, famulus domesticus; *Eord-Faert*, pater-familias. Ex *Eord* vero Anglo Normanni *Astre* formarunt, idque appellationis domibus applicarunt, quas Galli *Feus*, seu focos, etiamnum vocant. Sed et Gallis vox *Astre* non incognita; nam et focos et caminos *Atres*, seu *Astres*, appellant. Praeterea ex praeallatis ex Bractono obseruare est, *Astrum* et *atrium* promiscue dictum: nam hoc loco *atrium* non est Gallorum *Cours*, sed domus ipsa: proinde *Astrarii* iidem sunt, qui *astro addicti* seu *Mansionarii*, de quibus suo loco, qui Anglo-Saxonib. *Heordfaert* dicebantur. Gloss. Saxon. circa tempora Edwardi III. exaratum: *Heordfaert, Astro addictus*. Sed et admodum videtur vero simile, Occitanos suum *Estare* et *Stare*, pro quauis domo inde deduxisse, cum Galli, seu Gallo-Normanni domos *Estres*, et *Astres* vocarent. Consuetud. Cantii: *Le Astre demurra al puné*, id est, *Astrum seu domus remanebit secundogenito*. V. *Store*. *) *Astrum*, Germ. est Aestrich, vel Aesterreich, a voce Germanorum inferiorum Aster, Asters, lapides quadrata figura tessellati. V. *Astrea*, et *Astracum*.

ASTRVM SINISTRVM, infortunium. Acta S. Francisci de Paula to. 1. Aprilis pag. 166.

† ASTVI, *potaui, dicitur enim esui et astui, i. e. manducandi et bibendi. Placidus*. Glossar. vet. Cod. reg. 7646.

ASTVLA. (1) Segmentum, Seruius Danielis, et ex eo Isidorus, lib. 17. Orig. c. 6. Alii censent vocem formatam ex *Astula*, tabula sectilis. Marcellus Empiricus c. 29. *Lupisterci, duumodo non in terra inuentum, sed supra fustem, aut supra astulas, aut supra juncum, colliges*. Beda lib. 3. Hist. Angl. c. 2. *Multi de ipso ligno sanctae Crucis astulas excidere solent*. Adde lib. 3. cap. 13. Paulinum Epist. 11. 12. et Natali 10. etc. ASTELLA, apud Adamnanum lib. 2. de Locis SS. c. 1. HASTVLA, in Vita S. Erkenwaldi Episcopi London. *Verum etiam hastulae ab eo* (feretro) *abscissae, et ad aegrotos allatae, citam eis salutem parabant*. (2) † ASTVLA REGINA, *vel regia; quidam asphodillum sic nominauerunt; sed alia videtur apud Plinium*. Glossar. med. Simon. Ianuens. ex Cod. reg. 6959. V. Salmas. in Solin. p. 356.

ASTVM, pro *Castrum* in exemplo sequenti mendose scriptum credit Cangii editor; nisi forsan Papiae, Ioannis de Ianua, aliorumque Glossographorum exemplo vsus Chartae scriptor ex ἄστυ, vrbs, *Astum* fecerit.

rit. Charta fundationis Collegii Ardacenſis ab Henrico Romanor. Imp. apud Raimund. Duellium Miſcellan. lib. 1. p. 106. *Ad altare S. Mariae ſemper Virginis ſanctique Corbiniani Confeſſoris in Monaſterio Friſingatale praedium quale del Reich, id eſt, aſtum in Ardacker in Comitatu Marchionis Adalberti trans fluvium Enſam habuerunt, jure gentium noſtrae poteſtati tradidimus.*

† ASTVNICVS, *coſtumato*. Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

ASTVR, ASTVRCO, ASTVRGVS, etc. Accipiter maior, qui *Aſtur* Iulio Firmico dicitur, *Aſtor*, Italis, *Autour*, Gallis, *Aſton* Occitanis. Charta Bertrandi Epiſcopi Agathenſis an. 1249. in 30. Regeſto Archiui Regii, ch. 101. ASTVRCO, Papiae, *Accipiter maior* Ebrardus Beruuienſis in Graeciſmo cap. 9. Ioan. de Ianua: *Aſturco dextrarius, ab aſtur, pro gente; quia apud illam gentem huiusmodi equi abundant. Eſt etiam idem quod accipiter.* Idem Papias: *Aſturco, equis ambulator.* ASTVRCO, apud Radulphum Hengham in ſumma magna cap. 1. pag. 6. AVSTVRCIVS SORVS, apud Bractonum lib. 5. tract. 1. cap. 2. §. 1. ASTVRCVS, in Chronico Cambriae. AVSTVRCVS in Fleta lib. 2. cap. 41. §. 7. AVSTVR, apud Fridericum II. lib. 2. de Venat. cap. 2. AVSTORIVS in 1. Regeſto Conſtabulariae Burdegal. fol. 131. *Aſtor*, in Foris Benebarnenſib. tit. 1. art. 27. *Auſtor et Eſparbers* in Conſuetud. Solenſi tit. 13. art. 9. 10. Vſatici Barcinonenſes MSS. cap. 106. OSTORIVS. Charta Communiae Rotomag. ann. 1207.

† ASTVRGIVS, i. q. *Aſturco*, accipiter maior. Regiſt. Phil. Aug. ex Bibl. reg.

ASTVS. f. Aſſatura, ſeu fruſtum carnis ad aſſandum. († Vel potius lumbus porcinus, i. q. ſupra *Aſtis*.) Charta anni 1182. in maiori Chartulario S. Victoris Maſſil. fol. 36. *Quisquis habuerit porcum debet dare duos aſtos et duo crura de porco, quem nutrierit, et milites unum aſtum . . de vitiis debent habere dimidium porcem Monachi et dimidium milites.*

ASTVS ANIMVS. V. *Aſto animo*.

† ASTVTVS, aſtutia. Ch. a. 1121. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 10.

ASVLHARE PICH, ſic quippe legendum, non *vice* vt in exemplo ſequenti. Notum Veteres dolia, lagenas pice adſtrinxiſſe. Hinc Horatius Ode 8. lib. 3.

Hic dies, anno redeunte, feſtus
Corticem adſtrictum pice dimouebit
Amphorae fumum bibere inſtitutae
Conſule Tullo.

Et Ouidius Faſtor. lib. 2.

Quòdque pice adſtrinxit, etc.

Hinc etiam *Picata vina* apud Martialem Epigr. 107. lib. 13.

Haec de vitifera veniſſe picata Vienna.
Ne dubites: miſit Romulus ipſe mihi.

Aſulhare ergo *pice*, eſt dolia picare, Germ. pichen, Charta Guillelmi Abb. Floriac. an. 1296. ex Tabulario eiusdem Coenobii: *Item dare promiſimus annis ſingulis in vindemiis vinum, quod capi poterit in 32. doliis - - et illis impletis illa vice non tenebimur aſulhare. etc.* † Nihil aliud hic eſt *aſulhare*, quam complere, explere; ita vt ſenſus ſit: vbi ſemel impleta fuerint illa 32 dolia, tunc non tenebimur ea iterum explere. Legendum pro *illa vice, alia vice*.

ASVNGIA. pro *Axungia*, German. Theer. Hiſpan. *Axundia*. Iacobi Auriae Annal. Genuenſes lib. 10. ad annum 1283. apud Murat. tom. 6. col. 581.

† ASVOLI, *eſt ſtramentum; et in antiquis ſynonimis inuenio quod eſt ſuligo*. Gloſſar. medic. Simon. Ianuenſ. Cod. reg. 6959.

† ASVR, coeruleus, Gall. *Azur*. Lit. Caroli VI. an. 1386. in Bibl. reg.

ASVRATVS, caeruleus, Gall. *Azuré*. Recenſio MS. ornamentorum Eccleſiae Nouiomenſis ann. 1419.

ASVREVS, eadem notione, ibidem.

† ASVTATVS, aggreſſio, Gall. *Aſſaut*. Ch. Mſ. a. 1214. V. *Aſſultus*.

ASYLE, pro *Aſylum*, Gall. *Aſyle*, in Actis SS. Februarii to. 3. p. 558.

AT,

AT, pro AD, in Praecepto Radulphi ann. 1034. apud Muratorium to. 2. pag. 868. col 2. *Quae ad rem publicam pertineat.*

AT, actio, lis, apud Aruernos. V. *Fortia magna* in *Fortia* 2.

AT, AT. Interiectiones dolentium et in certamine superatorum. Radulfus Cadomensis de Gestis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 167.

Ad crucis aspectum perdit gens Perfica visum,
Fit tremebunda, gemens, qua veneras acris et horrens.
Non est amantum, non est qui exerceat arcum.
Euax ah ah he vertuntur in At At et heu, heu.

V. ibidem col. 170.

ATACHEIA, ATACHIA, f. Portorium, Gall. *Peage.* Lobinellus Hist. Britan. in Glossario ex Archivo Savigneii: *Ego Andreas dominus Vitreii dedi Abbatiae Savigneii Atacheiam calcejae molendini de Campo Florido et multam omnium hominum.* Chartularium Monasterii SS. Trinitatis Cadomensis fol. 23. verso. † Nihil hic ad portorium pertinet; potest autem de mole seu palorum serie intelligi. Gallis *Atache* est paxillum, seu pedamentum, cui vitis innititur.

ATACHIA, ATTACHIA, clauus, Häftlein. Comput. Ms. a. 1245. *De sex atachiis moncicitis ad pallium.* V. *Attachare.*

† ATACHIARE, ad manum regis seu domini ponere, quasi alligare. Gall. *Attacher.* Ch. Ms. Henr. II. reg. Angl. a. 1155. V. *Attachiare.*

ATACOVSTA, malus auscultator, explorator; qui audita refert; vt noceat. Historia Fontanellensis tom. 1. pag. 445. Etymon. ἀτάω, noceo, et ἀκουστής, auscultator, auditor. † Legendum *Otacusta*, a Graec. ὀτακουστής, quod in Gloss. Gr. Lat. exponitur *auricularius, explorator*, ab ὠτα, auris, et ακουω, audio. Laur. Amalth. *Otacustae, coryceae, seu delatores principis alicuius.* V. *Otacusta.*

ATALAIA, specula, vox Hispanica. Fori Leirenae.

ATALLIA, V. *Tallia.*

† ATALVCARE, ATALVSSARE, a Gall. *Taluter*, in decluitatem construere. Stat. a. 1382. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 232.

ATAMBOR, tympanum, V. *Tambur.*

† ATANS. aedicula, appensum muro tectum, i. q. *Attegia.* Ch. Ms. ann. 1283. V. *Apantitium.*

ATANVLVM, *genus vasis*, Isidoro in Glossis. Festus habet: *Atanunium est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis Romani utebantur Sacerdotes Potitii.* V. Scaligerum in hunc locum. Supplem. Antiquarii: *Atanunins, ἄγιον ἱερῖον ὀστρέον, Vas pontificiale.*

ATARACANAE, armamentarium, Gall. *Arsenal*, ab Hispanico *Atarazana*, eiusdem notionis. Chronicon S. Ferdinandi Regis Castellae tom. 7. Maii pag. 350.

ATARECA. Vetus Charta donationis Hispanica apud Sandoualium: *Mea diuisa et meos atondos, id est, mea sella Morzerzel cum suo freno et mea espata, et mea cinta, et meas espulas, et mea atareca cum sua hasta, et alias meas espstas labratas, et meas atareças et meos canallos, et meos mulos, et meos vestitos, et alias meas espolas, et alio freno argenteo, quantum potueritis inuenire.* † Amentum, vt videtur, ab Hispan. *Atar* ligare.

† AVTVMARE, *Gallice aforer vin*, in Glossar. Lat. Gall. a. 1352. Cpd. reg. 4120. forte pro *autumare*, aestimare.

† ATAVVS, proauus, in Ch. Lud. VI. a. 1112. apud Felib. inter Probat. Hist S. Dion. p. 92.

ATELABVS, vel potius *Attelabus* a Gr. ἀτταλαβος, species locustae. V. Thesaur. ling. Gr. Henr. Steph. in append. S. Hieron. in illud Esaiae cap. 33. *Sicut colligitur bruchus, etc. Ex locusta bruchus nascitur, et quousque habeat alas, sic vocatur. Cum autem alae crescere coeperint, atelabus dicitur; cum autem plene volare coeperit, est locusta* etc. V. Ioan. Sarisber. lib. 6. cap. 1.

† ATEMPLARE, pro Italico *Assemplare*, vel *Assemprare*, ad typum affingere. in Ch. a. 1208. ap Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 879.

ATEMPTORIVM, forte suſceptio, molitio militaris. Informationes Ciuitatis Maſſiliae de paſſagio transmarino e MS. Sangerman. *Incipiet ordinare cavalcatas ſuas ſic quod nullus vivens ſcire valeat - - quo - - dirigere voluerit ſuo atemptoria ſine arcem, excepto ſecreto conſilio ſuo; quin imo alibi diſſimulet ſe iturum;* i. e. daß niemand wiſſe, wohin ſeine Unternehmungen und Macht gerichtet wären. Haud abſimili ratione verbo *Attentare* vſus eſt Tullius, cum dixit in Verrem: *Inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare.* Et alibi pro Sextio: *Capuam ab illa impia et ſcelerata manu attentari ſuſpicabatur.*

† ATENERE, durare, perſeuerare, Gall. *tenir*, Germ. anhalten. Bened. abb. Petroburg. de vita Henr. II. t. 1. p. 132.

ATENGIA, pro *Acengia*, modus agri. Litterae Officialis Pariſ. an. 1262. ex Tabulario S. Germani a Pratis: *Item vnam atengiam vineae ad Groas in cenſu S. Germani, et dimidium arpentum prati.* V. *Andectinga.*

ATENIA, pro *Antilena*, apud Thwroczium in Carolo Rege Hungar. cap. 99.

ATERGVS, retro κατόπιν, ἀπὸ νώτε, in Gloſſis Lat. Graec.

ATERMINARE. (1) Soluendae pecuniae certum tempus debitori praefinire, Gall. *Atermoyer.* Edict. Ludouici VIII. Regis Franc. an. 1223. (2) † Terminis ſ. limitibus circumſcribere. in Ch. Mſ. a. 1473. V. *Asterminare* 1. Hinc

† ATERMINATOR, agrimenſor, qui *terminos* ſeu limites ex iure ſtatuit. Stat. Montis-reg. p. 34. Ch. Mſ. a. 1351. V. *Terminator* 2.

† ATERRARE, terra implere. Gall. *Aterrir.* Ch. Ludov. regent. Reg. Fr. a. 1380.

† ATERRISSAMENTVM, V. *Asterriſſamentum.*

ATH, ATHA, ATHE. Voces Anglo-Saxonicae: *Iuramentum*, Anglis *Oath.* Germ. Eid. Praeſertim vero ita appellatur *purgatio per ſacramentum.* Leges Ethelredi Regis cap. 1. *Si eſt accuſationibus infamatus, ad triplex ordalium vadat. Si dominus eius dicat, quod neutrum ei fregit vel ath, vel ordel*, etc. Ch. Edmundi Regis apud Malmesbur. de Geſtis Angl. lib. 2. *Concedo Eccleſiae S. Mariae Glaſtonae - - libertatem, jura, conſuetudines, et omnes forefacturas omnium terrarum ſuarum, i. Burhgerita, et Hundred, ſetona, athas, et ordelas.* etc.

† ATHA, *lo lito*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. V. *Aſtaria.*

ATHABIA, forte ornamenta, monilia, et per extenſionem quaeuis bona mobilia: dictum *athabia*, pro *Ataria*, quod Hiſpanis eſt ornamentum. Ch. Luſitana apud Brandaonum in Monarch. Luſitan. to. 3. pag. 294. v. *Sed diffugerunt illuc cum ſuas athabias, iſti non dabant portaticum D. Pelagio etc.*

ATHACHIARE, V. *Atachiare.*

ATHAGIL, Graecis Θαυματία, ſeu imaginatio. Conſtantinus African. de Vita et ſpiritu pag. 312. *Et cum his operator athagil, quam Graeci Θαυματίαν vocant*, etc. Vox forte Arabica.

ATHARGRATI. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 4. *Si quis in eo venam percuſſeris, vt ſine igne ſanguinem ſtagnare non poſſit, quod Athargrati dicunt*, etc. Germanis Ader, eſt vena; Anglis *to grate*, rodere, vel terere. *Atargier*, vel *Atarger*, Franco-Belgis eſt ſiſtere, remorari. Ita forte *Athargrati*, erit ſanguinem fluentem ſiſtere, das Blut ſtillen. V. *Targa.* *) Potius ruptura venae, ab *Athar.* Ader. et *grate*, kratzen, Gall. grater.

† ATHAT, clamor vim aliquam patientis, pro interiectione *at, at.* Ch. Mſ. in Bibl. reg. a. 1357. *Cum idem Iohannes, qui ſic erat aggravatus, clamaſſet, quantum poterat, Athat, Gallice Haro*, etc. Vnde perſpicuum eſt vocem *Haro*, pro quouis clamore, qui in tumultibus excitari ſolet, fuiſſe vſurpatam.

ATHAV-

ATHAVDREGIL, V. *Taudregil.*

ATHE, V. *Ath.*

ATHENASI, qui aliis *Athanati*, ap. Tudobodum l. 2. Quemadmodum olim apud Perſas erat Legio militaris, quam τῶν ἀθανάτων appellabant, vt docemur ex Procopio lib. 1. de Bello Perſico, Theophane in Theodoſio Iun. A. 18. Freculpho to. 2. lib. 5. cap. 10. et aliis Scriptoribus, quos laudat Briſſonius de Regno Perſarum: ita habebant Byzantini Imperatores, Perſicorum Principum ſimiae, ſuos Immortales, quos a Nicephoro Logotheta, qui ſub Michaële Duca rerum potitus eſt, tunc demum inſtitutos refert Bryennius lib. 4. n. 4. Quibus id nominis videtur inditum, quod pacis aeque ac belli tempore militarent, eſſetque eorum cohors *ſchola vacationis ſemper ignara*: quod de peculiari quadam Caroli M. Imp. caterua militari dixit Monachus Sangallenſis lib. 2. cap. 26. Vnde Anna Commena lib. 2. Alexiad. de Athanatis agens, ait fuiſſe, στράτευμα τῆς Ρωμαικῆς δυνάμεως ἰδιαίτατον, quia videlicet pacis perinde ac belli tempore Imperatoribus merebant. Conſule praeterea Gloſſaria Rigaltii et Meurſii.

ATHERA. Caſſianus Collat. 15. cap. 10. *Pulmentum* quod illi (Aegyptii Monachi) *Atheram nominant*. Heſychio ἀθήρα ſeu ἀθάρα, eſt edulium quoddam, quod Aegyptii ex tritico et lacte conficiunt. Plinio l. 22. c. 24. medicamentum fuiſſe dicitur, et Dioſcoridi lib. 2. cap. 114 pulticula, nempe liquidior et ſorbilis ex tritico zeaque molitis, inque tenuiſſimum pollinem redactis confecta, infantibus conueniens. S. Hieronym. in Geneſin. *Porro θήραν, venationem magis poteſt ſonare, quam fruges; tametſi moris ſit Aegyptiorum, θήραν, etiam Far vocare, quod nunc corrupte Atheram nuncupant.* Apophtegmata Patrum in Antonio n. 19.

† ATHERIA, vox mendoſe ſcripta aut lecta, f. pro *Aſtheria*, lumbus. Ch. an. 1130. inter Inſtrum. t. 11. Gall. Chriſt. p. 128. *De ſiluā - - in portis*, (f. porcis) *in denariis, in atheriis, in annona; in carne, et de omnibus aliis ſiluis meis.* V. *Aſtis.*

ATHESIS, ἀθεσία, inconſtantia, infidelitas, niſi forte malueris *Atheſi* in ſequenti loco idem eſſe quod pertaeſi. Angeli Rumpleri Hiſt. Monaſterii Formbacenſis lib. 1. apud Bern. Pez. to. 1. Anecd. part. 3. col. 433. D. *Murenas, accipenſeres et alios deliciatores atheſi dimittimus.* † D. Falconet *Atheſis* idem eſſe videtur ac aſpernatio, contemptus, a Gr. ἀθετεῖν, aſpernari.

† ATHILATOR, ATILIATOR, i. q. *Attiliator* et *Antillator*, inter Probat. t. 4. Hiſt. Occit. p. 201.

ATHISCAE lib. 3. Esdrae cap. 2. *Libatoria argentea duo millia quadraginta, athiscae argenteae 30. phialae aureae 30.* Vbi Mamotrectus, *Athiſcas, vaſa potoria* et *pateras* interpretatur. Graeca Editio θυίσκους habet. † Confer locum hunc eiusdem Eſdrae l. 1. c. 1. v. 9. vbi *Scyphi* loco *athiſcae* legi videtur.

ATHLANA. Fragm. Petronii: *Athlanam in ingenuum naſci, tam facile eſt, quam accedere iſthoc.* Legendum forte *Sthlanum* id eſt ſeruum: nam σθλάβος dixiſſe Graecos nuperos, pro σκλάβος, alibi obſeruatum. Neque enim Petronio Fragmentum iſtud temere adſcribendum, longeque inferioris eſſe aetatis, iure cenſent viri docti.

ATHMO-SPHAERICI EFFECTVS, terrae motus. Ita Chriſtophor. Muller. in Introduct. in Hiſt. Canoniae Sand-Hippolyt. apud Raimund. Duellium Miſcellan. lib. 1. pag. 335. Vox conficta ab ἄτμος, flatus, vapor, et σφαιρικὸς, globoſus.

ATHOMVS, pro *Atomus*. Graeca vox genuino ſenſu haud ignota. Ad temporis menſuram et diuiſionem atomos adhibitos fuiſſe refert Papias: *Athomi, inquit, 376. faciunt vnum oſtentum. Oſtentum vnum et dimidium facit vnum momentum: momenta duo et duae partes vnius faciunt partem vnam. Vna pars et i. facit minutum vnum. Duo minuta faciunt punctum vnum. Quinque vero puncta*

punctí faciunt horam vnam. Hora igitur habet athomos 2256o. oſtenta 60. momenta 40. partes 15. puncto 5. etc. - - Rabanus in Computo cap. 12. *Oſtentum eſt 60. pars vnius horæ, atomos in ſe continens 376.*

ATHOMVS TERRAE, portio terrae. Lobinellus in Gloſſario ad calcem Hiſt. Britann. *Raginaldus de Bleſia dedit IV. Athomos terrae, quos Richerius, qui dominus erat, quitauit*, etc.

† ATHOICI, *haeretici qui dicunt omnia peccata aequalia, animamque perire.* Gloſſ vet. Cod. reg. 7613.

† ATHOMORA, vox Arabica, vaſis cuprini ſpecies, apud Andr. Floriac. Mſ. l. 1. Mirac. S. Bened. V. *Altumor.*

ATIA, ATTA, AATIA, odium: ex Anglo-Saxonico forte *hatung*, odium, inuidia: vnde Anglis *Hate*, malitia, Germanis, Haß, odium et Italis, *Aſtio*, inuidia: vel a Graeco ἄτη, nocumentum. Vnde prouerbium, cuius meminit Auſonius in Ludo ſeptem ſapientum: ἐγγὺς πάρεστι δ' ἄτη Bracton. lib. 3. tit. 2. cap. 5. §. 3. *Vtrum appellati ſint odio vel atya, vel per verum appellum.* Cap. 8. §. 7. *Inquiras - - vnde rectatus ſit vel appellatus de morte illa, odio et atya, vel eo quod inde culpabilis ſit: et ſi odio et atya, quo odio, vel qua atya*, etc. Vide Statutum 1. Weſtmonaſterienſe cap. 11. ACIA pro ATIA, in Fleta lib. 1. cap. 25. §. 5. cap. 26. §. 3.

ATILIATOR, V. *Aſtilator.*

ATILLVS, *aſtutus, expeditus*, Vgutioni. Forte *Artitus.*

ATINA. Ch. Conſtantiae Boemundi Antiocheni Principis viduae a. 1117. apud Vghell tom. Ital. Sacr. pag. 668. *De omnibus rebus, quae vendantur ab illis - - videlicet de auro et argento, et cuiuslibet equitationis, et atinis*, (ſ. Satinis, Gall. *Satin,*) *et pannis ſericis et lineis, pellibus griſeis berariis, et armiuis, et cuiuscunque modi* etc.

ATINCTVS, compertus flagitii. Praedicis Gallicis *Atteint*, et *conuaincu.* V. *Attaintus.*

† ATINGERE, ATTINGERE in praeter. *atinxi*, pro attigi. (1) Aſſequi, Gall. *Asteindre.* V. *Astendere* 4. Ch. Mſ. a. 1356 in Bibl. reg. (2) Conuincere Ch. a. 1313. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 14. 19.

ATIRIMENTVM, armatura. Hiſtoria Dalphin. tom. 2. pag. 146.

† ATLANTES, columnae. Fridegod. in vita S. Wilfridi Saec. 3. Bened. part. 1. p. 180.

† ATLANTHA, *vna verzene che ſo felociſſimo*, Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

ATOLA. inſtrumenti muſici ſpecies. Beda in Muſica practica, tom. 1. pag. 353. *Artificiale inſtrumentum eſt organum viola, et citharа, atola, pſalterium*, etc. Forte legendum *Citola.* V. in hac voce.

ATOMALIA CORPORA, id eſt, atomi, indiuidua corpuſcula, quae quidam Philoſophi finxerunt eſſe prima rerum principia. Gocl. Lex. Philoſ.

ATOMVS. (1) Minima pars horae. V. *Athomus.* (2) † *Lo nigro de petre*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

ATONDVS. Concilium Legion. an. 1012. can. 11. to. 3. Collect. Concil. Hiſpan. pag. 191. *Vadat liber vbi voluerit cum caballo et atondo ſuo.* Forte pro *ſerno ſuo.*

ATONIA, *naenia*, in Vett. Gloſſis. Graecis ἀτονία eſt nervi remiſſi languor, infirmitas. V. *Attonia.*

† ATOPINARE, ad inſtar murium cauare, ab Ital. *Topo*, mus. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 491.

† ATORGARE, ab Hiſpan. *Atorgar*, conſentire, concedere. Conſtit. Mſ. reginae Argon. an. 1422. V. *Otorgare.*

ATORNA, mundus muliebris, Gallice *Atours.* Contractus matrimonii inter Agnonem de Turre et Beatricem filiam Guill. domini de Chalanconio anni 1372. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 717. *Dominus de Chalanconio - - conſtituit - - pro dote ac nomine ſeu cauſa dotis ipſius Beatricis - - tria millia et quingentos francos auri - - et amplius arneſia, raubas ſiue atorna competentia.*

ATORNAMENTVM, V. *Atornamentum.*

ATOR-

ATORNARE, instruere, adornare, Gallis olim *Atourner*. Bernardus Monach. in Consuetud. Cluniac. MS. cap. 53. V. *Attornare*.

† ATOVRNARE, rem in alterius dominium transferre, in Probat. Hist. Brit. t. 1. p. 111. V. *Attornare*.

† ATOVRNDARE, permutando in alterius potestatem transferre, vertauschen. Ch. Mf. an. 1341. V. *Atournare*.

ATRABATICAE VESTES, *Atrabatica saga, birri Atrabatici*, ab Atrebatibus in Gallia dicuntur, vt censet Salmasius ad Pollionem, licet Suidas, vetus Lexicon Regium Cod. 2062. et Codinus in Originib. C. P. ab *atro* colore eiusmodi vestes dictas velint, itaque appellari *τὸ ξηραμπελινὸν χρῶμα*, quem tamen colorem inter coccinum et muriceum fuisse scribit vetus Scholiastes Iuuenalis. Eaedem videntur, quas Itali *Arazzo* vocant. Academici Cruscani: *Arazzo, panno tissuto a figure, per vsu di parreé addobare, detto cosi dal fatto nello città d'Arazzo.*

ATRABILARIVS, melancholicus, temperamento frigidus et siccus, abundans atra bile, Gall. *Atrabilaire*. Gocl. Lex. Philos. pag. 290.

ATRACTVS, V. *Attractus*.

ATRAMENTALE, in Gloss. Lat. Gr. *μελανοδόχιον*. *Atramentarium, καλαμάριον*.

† ATRAMENTARIVM, *vas in quo reponitur atramentum, cornu scriptoris*, in Gloss. bibl. Mf. anonymi ex Bibl. reg. Ch. a. 890. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 367. *Birgamina cum astramentario de terra lenasi*. Cuius moris quo ad maiorem donationum confirmationem vtebantur, meminit etiam Ch. a. 1029. ibid. p. 345. alia a. 1091. ibid. pag. 420. et alia a. 1079. apud Lam. t. 3. Delic. erud. p. 162.

ATRAMENTARIVS. Diploma Gregorii Papae V. apud Marten. to. 2. Ampliss. Collect. c. 53. *Scriptum per manum Iohannis Notarii regionarii astramentarii S. Romanae Ecclesiae anno Dominicae Incarnationis 996. Indictione 9. mense Ianio die secunda.* Error videtur Amanuensis, pro quo legendum, vt in aliis eiusdem aeui Rom. Pontificium Bullis: *Per manum N. Notarii Regionarii ac Scriniarii, etc.*

† ATRAMENTVM, punctum, nota, quae vulgo periodi sensum claudit. Collect. Grammat. Mf. t. 3. noui Tract. Diplom. p. 6.

† ATRAMVS, *denigrato*, in Gloss. Lat. Ital. Mf. V. *Atratus*.

ATRATVS, *lugubris*. Papias MS. Isid. lib. 10. Orig. *Atratus et albatus, ille a veste nigra, iste ab alba.*

† ATREMENTARIVM, i. q. *Atramentarium*, in Ch. a 1029. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui.

ATRIA BENEDICTA, fem. gen. An coemeterium? Ita videtur sumi in Ch. Manassis Cameracensis Episcopi apud Miraeum to. 1. Diplom. Belgic. pag. 165. *Idem Comes Robertus de alodio suo totam terram quae circa Ecclesiam in atria benedicta est et diuisa libere et legitime eidem Ecclesiae tradimus, quatuorque jugera terrae arabilis.* V. mox *Atrium*.

ATRIAMENTVM, incinctus, terrae continentia. Formulae veteres Bignonii n. 43. *Habet ipsa casa in atriamento membra in gyro tanta, de lateribus vel frontibus casae vel terrae illorum, et illorum.* Ita *Atrium* videtur etiam sumi in Decretione Chlotarii Regis §. 13.

ATRILE, ab Hispano *Atril*, pluteus, Conc. an. 1590. tom. 4. Collect. Concil. Hispan. pag. 466.

ATRITVDO, nigredo, *μελανία*, in Gloss. Graec. Lat. Hac voce vtitur Albanus Legatus apud Ludewig. t. 2. Reliq. MS. pag. 417.

ATRIVM. (1) Latinis Scriptoribus est area ante aedem portibus et columnis cincta, vnde et *Peristylium* et *Implusium*, dicebatur. Ἄιθριον Graeci etiam vocarunt, quod sub dio esset. Vtramque atrii formam expressit Gloss. Lat. Gr. *Atrium, Μεσαύλιον, Περιστῶον* Nam et *αὐλὴν atrii*, aream Graeci vocant, porticus vero atrium cingentes. *Περιστῶον* et *τετραστῶον, quadriporticum*

cum, interdum et *triporticum*, pro ratione numeri porticuum. Will. Brito in Vocab. MS. *Atrium, magna aedes ampla et ſpatioſa domus, et dictum atrium, quod addantur ei tres porticus.* Praeſertim vero ita appellabant ea impluuia porticibus cincta, quae aedibus ſacris obſeruabantur, in quorum meditullio erat fons perennis aquae. Anaſtaſius in S. Symmacho: *Ante fores Baſilicae gradus fecit in atrio et cantharum.* Idem in S. Dono: *Hic atrium B. Petri Apoſtoli, quod eſt ante Eccleſiam in quadriporticum magnis marmoribus ſtrauit.* Leo Oſt. l. 3. c. 26. *Atrium ante Eccleſiam, quod nos Romana conſuetudine Paradiſum dicimus.* ATRIO PRIVARI, ſeu Eccleſiae communione, et ingreſſu, in Chron. Trudonis, Spicil. Acher. to. 7. p. 476. ATRIVM, coemeterium; quia in Eccleſiarum *Atriis* fidelium ſepulturae erant, vt ſupra indicatum. Ebrardus in Graeciſmo cap. 11.

Atria dic aulas, eadem et cimiteria dicas,
Et loca ſacrorum, etc.

ATRIVM ET ALTARE. Ch. Guarini Epiſcopi Ambianenſis ex Tabulario Abbat. S. Fuſciani: *Ibertus Clericus, qui dimidium altaris et atrii in villa, quae Sanctis dicitur, tam Eccleſiaſtico quam haereditario jure tenebat*, etc. Infra: *Totum videlicet altare et atrium cum appenditiis praeſenti priuilegio confirmamus.* Bulla Innocentii PP. an. 1142. in Hiſt. S. Martini de Campis pag. 171. *Altare et Eccleſiam, atrium de Campiniaco.* Occurrit ibi pluries. V. Concilium Islebonenſe cap. 12. 13. ATRIVM SAVCIOLVM, praetorium, forum judiciale, ſeu potius locus publicus, in quo rei et damnati morte mulctantur. Acta Paſſionis B. Cypriani Mart. Editio an. 1560. habet *Sautio*. Concilium Matiſconenſe II. cap. 19. Gloſſ. Gr. Lat. *τετρωμένος*, *ſaucius*, *truculentus*. † Latiori ſenſu ſumitur in Ch. Henrici Imp. a. 1012. *De aurea advocationis et corneia ſint illi liberi, qui manent ſuper atria, et dotalia, et indominicata, et ſervientes et miniſtri eccleſiae - - Foragia atriorum et indominicatorum, et omnium locorum, in quibus bannum et juſtitiam habent, ſint eccleſiae.* Vbi tria poſſeſſionum genera diſtinguuntur; adeo vt *atria* proprie appellari videantur, eae poſſeſſiones, quae propter ſepulturam in eccleſiarum *atriis* ſeu coemeteriis concedebantur.

(2) ATRIVM, menſurae agrariae ſpecies. Pelagius Epiſcopus Ouetenſis in Addit. ad Hiſtoriam Sebaſtiani Epiſcopi Salmanticenſis, aera 827. *Aedificauit inſuper Eccleſiam Rex Adefonſus a circio, quae eſt atrium vnum diſtans a ſuo Palatio, in memoriam ſancti Iuliani Martyris.*

(3) ATRIVM, culina. Papias MS. *Atrium proprie culina dicitur, quod ſit nigra.* Et paulo inferius: *Atrum nigrum, inde atrium proprie culina.* Hinc Gallicum *Atre*, focus, caminus, *foyer*.

† ATRVM, pro *atrium* 1. in Ch. an. 1183. ap. Vghell. t. 1. Ital. S. edit. 1717. p. 1121.

† ATTA, pater, a Gr. *ἄττα*. Acta SS. t. 4. Iul. p. 390, *) Plebi German. etiam *Atte*, *Aette*, Hungaris *Attia*, Cantabris *Aita*, et Friſonibus *Haita*. Conf. Ihre Gloſſar. Suio-Goth. v. *Aetta*, et infra v. *Attam*.

† ATTABERNALIS, *ſocius in taberna*. Laur. in Amalth.

† ATTABI, panni ſpecies. Inuentar. Mſ. theſ. ſedis apoſtol. ſub Bonif. VIII. a. 1295. *Vnam planetam de attabi rubeo.* Acad. Cruſc. *Tabi* panni ſpecies.

ATTACATVRA, vox Italica, agger ex palis terraque compactus, ab *Attaccare*, coniungere, vincire, compingere. Ch. an. 1160. apud Vghellum to. 7. Ital. Sacr. pag. 575. V. *Atacheia*.

† ATTACHARE, alligare, aptare, iungere. Ital. *Attaccare*, Gall. *Attacher*. Lit. a. 1409. t. 9. Ordinat. reg. Franc. p. 438. et paſſim alibi.

ATTACHIA, V. *Atachia*.

ATTACHIARE. (1) ATTACHIARE, ATTACHIATOR, ATTACHIAMENTVM, voces forenſes, apud Anglos et Scotos Leguleios frequentes.

tes. Eſt enim *Attachiare* prehendere, reum vincire, ligare et *Attachiator*, lictor. Vnde in Legib. Baronum Scoticorum, ſeu Quoniam Attachiamenta cap. 1. §. 2. *Attachiamentum* dicitur eſſe *quoddam vinculum legitimum, per quod pars defendens invita aſtringitur ad ſtandum juri, et reſpondendum parti de ſe quaerenti juridice.* Variis autem modis, vt ibidem ſubnectitur, fit *Attachiamentum: Aliquando enim fit per bona partis defendentis, vtpote in placitis de debitis, et conventione, et quando implacitatur de rebus mobilibus* etc. Horum vocabulorum manſit etiammum in Gallia veſtigium; *Attaches* enim appellant facultatem, quam dat Iudex loci cuiuis apparitori, aliorum Iudicum ſententias exequenti, intra ſuae jurisdictionis limites. Adde Raſtallum. Sed et *Attaquer* dicunt Galli, quempiam aggredi, adoriri, inuadere, in aliquem manus immittere, quod faciunt *Attachiatores.* Iam vero vnde hae voces etymon ducant, V. *in Taſca* 2.

ATTACHIAMENTA DE SPINIS ET BOSCO, Ius conceſſum ſiluarum magiſtris vtendi ſpinis, minuto tigno et arboribus vento fractis aut proſtratis in diſtrictu ſuo. Kennet. Antiq. Ambrosden. p. 209. *) Anglosaxonibus *aet* ſignificat *ad*, *taecan*, vero capere. Hinc Anglorum *to take*, et Suecorum *taga*, capere. (2) † Proſcribere, Gall. *Afficher.* Ch. a. 1455. inter Probat. Libert. eccleſ. Gall. c. 9. n. 6.

† ATTACHIATIO, vt *Attachiamentum*, prehenſio. Conc. Lambeth. a. 1261.

ATTACHIATOR, V. *Attachiare* 1.

ATTAEDIARE, taedio afficere, apud Ioan. Maiorem de Geſtis Scotorum lib. 2. cap. 1. et Ericum Vpſalenſem lib. 3. Hiſt. Suecorum an. 1299. Marten tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1506. Etiamnum Galli dicunt eodem ſenſu: *Attedier quelqu'un.* Albert. Argentin. an. 1345. *Nutrix autem eius - - de mora reuerſionis Andreae attaediata, egreſſa cameram*, etc.

ATTAGENA, ATTAGINA, crepuſculum. Papias MS. Bituric. *Attagena, gallina, ruſtica, genus auis, crepuſculum.*

ATTAINCTA, ATTINCTA, conuictio in actione criminali, aut manifeſtus cuiuslibet criminis reatus; Anglis, *Attaints. Serment fait en Attaint et en bataille*, apud Littleton ſect. 294. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 187. *Habebat etiam idem Nigellus de conceſſione dicti Comitis attinctas de 24. in Curia ſua Iuratas, et multa alia, quae modo in Curia non permittitur de Haulton.* V. Bractonum lib. 4. Tract. 5. cap. 4. Fletam lib. 2. cap. 2. §. 9. lib. 5. c. 22. §. 8. 16. Britonem cap. 97. 98. And. Horn. c. 4. ſect. 19. c. 5. ſect. 1. 77. et Sect 4. pag. 324. et Raſtallum. V. *Attaintus.* ATTINCTIO, eadem notione, apud Rymer. to. 8. pag. 166. ATTINCTVRA, eadem ſignificatione, apud eumdem Rymerum to. 14. pag. 703.

ATTAINTVS, ATTAINCTVS, vox fori Anglici et Scotici, criminis conuictus: Galli dicunt, *Atteint et convaincu.* Leges Baronum Scotic. cap. 83. Statuta Alexandri IV. Scotiae Regis c. 25. §. 3. ATTINCTVS, ATINCTVS, eadem notione, in Legibus et Conſuetud. Furnenſibus ex Archiuo Audomarenſi.

ATTAM, inquit Feſtus, *pro reuerentia ſeni cuilibet dicimus: quaſi eum aui nomine appellemus. Atta* etiam ſumitur pro eo, qui primis duntaxat plantis ambulat ab ἅπτω, *ſalio:* quod is qui ſic incedit, quaſi ſalire videatur. Sed vocabulum eſt hoc intellectu notum Horatio. V. Voſſium in Etymologico, et ſupra *Atta* et *Aba* 2.

ATTAMEN. (1) Inquinamentum, labes. Vita S Vincentii Madelgarii tom. 3. Iulii pag. 676. (2) † *Sataca ſeu cribrum*, ap. Laur. in Amalth. ex Cath. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Attamen, faas.* V. *Attaminare.* (3) † Pro *aptamen*, reſtauratio, reparatio. Form. Mſ. Senenſe, in Bibl. reg. V. *Atare.*

ATTAMINARE, ADTAMINARE, pro *contaminare.* Gloſſ. Iſid. *Attaminat*,

minat, *inquinat*. Occurrit apud S. Ambroſium non ſemel, Caſſian. Collat. 21. c. 26, S. Auguſtin. lib. 12. de Ciuit. Dei, Capitolin. Victor. in Pio, in l. 5. Cod. Theod. de Contrah. empt. in fragmento Tertulliani de Execrandis Gentium diis, etc. At apud eumdem S. Auguſtin. Epiſt. 59. pro *attingere*, videtur vſurpari: qua ferme notione in Gloſſis Iſidori *Adtaminare* eſt *vſurpare*; vbi Pithoeus habet *Adlancinare*, pro *Adtaminare*. Apud Ioannem de Ianua: *Attaminari*, *Aduerſari*. Vgutioni, *Attaminare*, *eſt purgare farinam cum ſetaſis*. Germ. ſieben. Gloſſ. Lat. Gr. *Attaminatus*, *κεκρωθεὶς*, *μεμαθεὶς*. *) Gemma Gemmar. Noppen, *attaminare*; ein Nopper, *attaminator*; eine Nopperin, *attaminatrix*. Noppen eſt texturam a nodis filorum purgare.

† ATTANALIARE, candenti forcipe lacerare, Ital. *Tanagliare*, Gall. *Tenailler*, Germ. zwicken. Stat. ant. Florent. l. 3. c. 61. Cod. reg. ATTENALIARE, eadem notione, ap. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 915. V. *Attenaiare*

ATTANVBA, *genus vaſis*, Papiae Iſidorus habet: *Attanabo*. V. *Atanulum*, quod idem eſt.

ATTARE, pro *Aptare*. Computus anni 1348. t. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 583. col. 1.

ATTASSARE, aceruare, congerere, *Entaſſer*. V. *Taſſare*.

ATTEDIATVS, taedio affectus, apud Lobinellum in Gloſſario ad calcem Hiſtoriae Britan. V. *Attaediare*.

ATTEFECTVM, ATTEFITVM, arbor nouella jam inſita aut breui inſerenda, Gallis *Ante*; ruſticis Dumbenſibus *Attefits*. Conſuetud. Marchiae Dumbarum an. 1325. art. 24. ex Archiuo Treuoltico. † Dumbenſibus *Attefit* dicitur quaeuis arbor ad propagationem ſelecta, populus, ſalix, aliudue plantarium.

ATTEGIA, aedicula, ab *adtegendo*, quod eſt *παραπλήκτειν*, inquit Salmaſius, *ἡ σκυνὴ*, *παλύβη*. Papias: *Attegiae*, *Maurorum caſulae dicuntur*, *quia ad tempus teguntur*. *Attegiae Maurorum*, apud Iuuenal. Sat. 14. *Dirue Maurorum attegias*. Vetus Inſcriptio: *Deo Mercurio attegiam tegulitiam compoſitam Seuerinus Satullinus* C. F. *ex voto poſuit* LL. M. Ioan. Diac. lib. 4. Vitae S. Gregor. PP. cap. 96. *Vt attegias et feneſtras et vicini dormitorii tabulas aggreſſus diriperet*. Bulla Leonis IX. PP. apud Vghellum in Epiſc. Portuenſ. *Pergente veſtro itinere per ſolariam*, *et vsque ad attegiam piſcatoriam*. Ethelwerdus lib. 4. Hiſt. Angl. cap. 3. *Pellunt ingenuos paſſim*, *ategias figunt in oppido*, etc. Ἀτεγίας, eadem notione apud Leor. in Tact. cap. 5. §. 2. ATTEGVA, eadem notione, in Chron. Farfenſi apud Murat. to. 2. part. 2. col. 559. ATTIGIA, in Bulla Benedicti IX. PP. an. 1033. apud Vghellum t. 1. pag. 119. Adde pag. 136.

ATTELABVS, V. *Atelabus*.

ATTELATVS EQVVS, et *Diſtelatus*, in Ch. Henrici Abbatis Fiſcanenſis; id eſt, ad carrum aptatus, et ex carro ſublatus; Gallis, *Chenal attelé et deſtelé*. V. *Namium*.

† ATTELLA, *aduena*, *Prov. Cintadan*. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

† ATTEMENCIA, *la diuinacione del ayere*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

ATTEMERARE, pro *Temerare*. Frodoardus de Pontific. Romanis in Caliſto:

--*Summi capitis clariſſima membra*
Attemerare auſos.

† ATTEMPTAMENTVM, tentamentum, Germ. Unternehmung. Ch. a. 1280. t. 1. Hiſt. Brit. p. 1050. V. *Attemptatus*.

† ATTEMPTARE, pro attentare, in Hiſt. Lugd. p. 1. et alibi paſſim.

ATTEMPTATIO, nefaria molitio, ſcelus, Gall. *Attentat*, apud Rymer. to. 1. pag. 364.

† ATTEMPTATVS, vt *Attemptamentum*. Comput. Mſ. an. 1357. V. *Attemptatio*.

ATTEMPTVS, comprehenſus, captus, Gall. *Arreté*; quaſi pro *Attentus*, retentus, Concil. Remenſe an. 1148. apud Marten. t. 4. Anecd. col. 141.

† ATTE-

† ATTENAIARE, candenti forcipe lacerare, i. q. *Attanaliare*. Murat. Script. Ital. t. 16. p. 984. V. *Tenaiare*.

ATTENALIARE, V. *Attanaliare*.

† ATTENANTIA, ad tempus indictum induciae, Gall. olim *Attenance*. Ch. a. 1318. in Bibl. reg. V. *Abſtinentia*.

† ATTENDAMENTVM, ATTENDATOR, perperam pro *Arrendamentum* et *Arrendator* in Stat. Ludov. X. a. 1315. in Bibl. reg. V. *Attenſator*.

ATTENDARE SE, locum occupare, Italis *Attendare*. Bartholom. Scriba Annal. Genuenſ. lib. 6. ad an. 1237. apud Murat. t. 6. col. 475. V. *Tenda*.

† ATTENDENTER, attente, ſolliciте, in Ch. Mſ. a. 1319. Bibl. reg.

ATTENDENTIA, attentio, ſollicitudo, cura, apud Rymer. to. 11. pag. 847. Ita paſſim in ſeqq. paginis.

ATTENDERE. (1) Cuſtodire, obſeruare. Greg. Turon. lib. 1. Miraculorum cap. 45. Contractus matrimonii an. 1299. apud Acher. to. 8. Spicil. pag. 158. V. *Attenere*. (2) Exſpectare, Gall. *Attendre*. Miracula S. Maioli Abb. Cluniac. tom. 2. Maii pag. 692. Miracula S. Benedicti n. 25. to. 3. Martii p. 345. (3) Tendere ad, pergere. Ch. Witig. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MS. pag. 287. (4) † A Gallico *Atteindre*, aſſequi. Comput. a. 1479. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 338.

† ATTENDITIO, obſeruantia, exſecutio. Ch. a. 1346. V. *Attendere* 1. et *Attenſor*.

ATTENERE, pro *tenere*, obſeruare, cuſtodire. Liber niger Scaccari p. 13. *Et de iſtis conuentionibus attenendis dedit Comes Robertus Regi Henrico iſtos obſides*. Forte legendum *Attendendis*. V. *Attendere* 1.

ATTENSATICVM, idem quod *Tenſamentum*, ſeu Penſiratio, quae a vaſallis aut ſubditis domino pro protectione exſoluebatur. Ius Vicentin. lib. 1. pag. 121.

† ATTENSATOR, perperam pro *Accenſator*, firmarius. Ch. a. 1270. inter Ordinat. reg. Franc. t. 5. p. 412. V. *Accenſa*.

ATTENSOR, obſeruator, cuſtos, ab *Attendere* 1. cuſtodire, obſeruare. Ch. an. 1298. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 544. Ibidem pag. 207. in Ch. Karoli Regis Franc.

† ATTENTA, vadimonium deſertum, practicis Gallicis ol. *Attendue*. Areſt. a. 1403. in Vol. 9. Areſt. Parlam. Pariſ.

† ATTENTABILIS, attendendus, ſpectabilis, Germ. achtbar. Ch. 1354. Mſ. in Bibl. reg.

† ATTENTATVM, a Gall. *Attentat*, ſcelus, facinus. Areſt. a. 1351. in Vol. 2. Areſt. Parlam. Pariſ.

† ATTERRARE, terram vel arenam alienum in locum deportare, a Gall. *Atterrer*. Ch. Mſ. a. 1234. in Chartul. S. Dion. V. *Aterrare*.

ATTERITTVS, pro *Attritus*. Ch. Euſtachii de Greinuilla ex Tabulario Fontanell. t. 2. p. 1363 *Niſi per poenitentiae fructum atteritus corrigatur*.

ATTERMINARE Intra terminos et fines alicuius regionis ponere. Epiſtola Traiectenſis Eccleſiae edita a Tengnagelio: *Qui quartam partem Epiſcopatus noſtri Verwanenſi Epiſcopo Regni Franciae, auctoritate domini Papae, atterminare conatus eſt*, id eſt, *adſcribere*. V. *Aterminare* 2. (2) Ad certum terminum debiti ſolutionem prorogare; ATTERMINATIO, huiusmodi prorogatio, apud Rymer. tom. 5. pag. 109. *Atterminationes, ſeu aſtallamenta, et reſpectus debitorum noſtrorum renocamus omnino - - volentes, quod - - debita noſtra ſic atterminata, vel reſpectuoſa - - leuensur et nobis celeriter transmittantur*. V. *Aterminare* 1. et *Afterminare*.

ATTERMINATOR, qui limites ex jure ſtatuit. V. *Atterminare* 1. et *Aterminator*.

ATTERRAMENTVM, Gall. *Atteriſſement*, in Edicto Henrici II. a. 1554. art. 6. Alluuio, Germ. Anſchütt. In Tabul. Abb. S. Dionyſii an. 1294. Matthaeus de Montmorency, et Ioanna eius vxor, *a moleſtatione deſiſtunt, quam faciebant Abbati et Conuentui S. Dionyſii ſuper atterramentis quarundam inſularum Sequanae*. V. *Atterare*, et *Atterriſſamentum*.

ATTERRARE. (1) Ad terram adhaerere, trahere, appellere, Gallicis nautis, *Atterrir*. Computus anni 1321. Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 160. (2) † A Gall. *Adterrer*, ad

terram deiicere, proſternere. Areſt. a. 1310. in Reg. *Olim.* V. *Perterrare.*

† ATTERRATVRA, agger terraceus, puluinus. Statut. Mutin. rubr. 45.

ATTERRATVS. Ch. an. 1223. in Probat. Hiſt. Cabilon. pag. 62. *Atterratus autem ſiue abergatium dictae villae eſt Monachorum, et Dominus de Palnel non habet atterratum ſiue abergatium in dicta villa, nec dictus Dominus habet in praedicta villa, corueas etc.* Haud ſcit Cangii Editor, an idem ſint *Atterratus* et *Abergatium.* Hoc ius *giſti* et *procuratſonis* poſſet eſſe; illud vero idem quod *Terragium*, Gall. *Champart.* † Carpentarius vocem *atterratus* intelligit de ipſa terrae fundo ſeu ſolo: *abergatium* vero, de iure dandi ad *albergam*, i. e. ad cenſum. V. *Alberga* et *Terrenum.*

† ATTERRISSAMENTVM, a Gall. *Atterriſſement*, alluuio, limi, terrae, arenarumue alienum in locum deportatio. Areſt. Parlam. Pariſ. Mſ. a. 1277. V. *Attarramentum.*

† ATTERTIVM mendoſe pro *Allectium* in Necrolog. S. Vict. Pariſ. t. 7. Gall. Chriſt. p. 90.

† ATTESAAL, tiens ſeu tertia pars ſolidi. Conſtit. Erici reg. Dan. a. 1269. apud Ludewig. t. 12. Reliq. Mſ. p. 204. V. *Gorſum* et *Saal.*

ATTESTATIO. (1) Teſtimonium, teſtificatio, Gall. *Atteſtation.* Th. Madox Formulare Anglican. pag. 11. Macrob. in Somn. Scip. 2. 9. (2) Idem quod *Teſtatio*, ſiue ius quod Epiſcopi habebant, diſponendi in pios vſus de certa parte relictorum teſtamentis. Priuilegium Ordonii II. Regis pro Monaſt. S. Martini Compoſtellani to. 3. Concil. Hiſp. p. 171. V. *Teſtatio.*

† ATTESTATIVVS, atteſtans. Inuent. Chart. reg. a. 1482.

ATTIBERNALIS, *vicinus*, in Gloſſis Iſidori. Melius ſcriberetur, *Atrubernalis*, vt dicitur *Contubernalis*, non *Contibernalis.* V. *Attabernalis.*

ATTICINARI, *ad ignem titionis adsiciuare*, Ioanni de Ianua. *Attiſer le feu.*

ATTIGVS, *burdonus.* Papias MS.

† ATTIDERE, premere, conſtringere, Ch. a. 1338. Mſ. in Bibl. reg.

ATTIFICIVM. Libertates Caſtellinoui in Biturigib. an. 1258. apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. cap. 83. *Et quod exiſtentes in dicta libertate non poſſint emere vel acquirere a dictis hominibus noſtris de tallia et mortalia, attificia, vel immobilia, quae ad ipſos homines, jure haereditario deuenerunt, vel deuenient in futurum: verumtamen liceat eis emere, vel acquirere a praedictis hominibus attificia ſiue immobilia acquiſita.* Vbi *Attificiorum* voce videntur intelligi res mobiles, proindeque *Artificia* legendum.

ATTIGIA, V. *Attegia.*

ATTIGVVS, adiacens, proximus. Anaſtaſ. in S. Innocentio: *Poſſeſſionem Fundanenſem cum adiacentibus attiguis.* Ita in Sixto III. Vtitur etiam Apuleius.

† ATTILLERIA, vt *Artilleria*, in Ch. Mſ. a. 1365. Bibl. reg. V. *Artillaria.*

ATTILEVM, ATTILIVM, vt mox *Attillamentum*, apud Rymer. to 3. pag. 120. Et to. 5. pag. 384. *Nauem illam cum attileo eiusdem*, etc. Ch. anno tertio regni Edwardi Regis Angliae apud Madox Formul. Angl. pag. 384.

ATTILLAMENTVM, inſtructio, inſtructus, apparatus; Italis, *Attillatura.* Gall. *Agrés*, *Equipage*, *Attirail*, *Harnois*, *Attelage.* Fleta l. 1. cap. 25. §. 9. *Baſellus cum onere omni, et attillamento.* Lib. 2. c. 83. de carrectario: *Eius eſt ſcire phalera, attillamenta - - carrectis appendentia.*

ATTILLIA, vtenſilia, inſtrumenta ruſtica, Gall. *Outils.* Ch. Edw. I. Regis Angl. apud Guiliel. Prynneum in Libertat. Angl. to. 3. pag. 312. V. *Attileum.*

ATTILLIATOR, idem qui *Artillator*, *Artilleriarum* fabricator aut praefectus. Littera Edwardi III. Angliae Regis pro officio *Attilliatoris*, apud Rymer. tom. 4. pag. 510.

† ATTILLVS, *aſſuto*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

ATTIN, Neptunus apud Sueones, quem Othinum ſeu Othinum ipſum fuiſſe exiſtimant aliqui, Odinus autem, vt aiunt, Troia in Sueoniam aduenians, ibi ſedem fixit, condidit-que

dirque ciuitatem, quam de suo nomine Sigi Sigrunam appellauit: hunc vt Deum post mortem sui coluere. Carolus Lundius in Zamolxi.

ATTINCTA, ATTINCTIO, ATTINCTVRA, ATTINCTVS, V. *Attaincta*, *Attaintus*.

ATTINENTER, *appartenanment, consinanment*, in Catholico Lat. Gall.

ATTINENTES, consanguinei, affines, propinqui, Angehörigen, apud Murat. to. 2. p. 214. col. 4. Vide Acta SS. Martii tom. 1. pag. 569.

ATTINENTIA. (1) Consanguinitas, cognatio, affinitas, a veteri Gallico, *Attenir*, apud Rymer. tom. 3 p. 793. col. 2. Et to. 4. pag. 149. Rursum pag. 157. V. Acta SS. Martii t. 1. pag. 557. (2) ATTINENTIAE, appendices. Ericus Vpsalensis. l. 4. Hist. Sueciae pag. 134. *Terras et attinentias regni, etc.* Vtitur etiam alibi. Vita B. Herlucae n. 42. t. 6. Maii pag. 143. Ludewig. to. 1. Reliq. MS. pag. 56.

ATTINERE, prope esse, Gallis *Atteneir*. Caesarius Heisterb. lib. 6. c. 5. *In Paroecia S. Pauli, quae attinet Ecclesiae S. Andreae*, etc. id est, quae proxima est; quomodo *Attenir* vsurpant Galli. *Pertinet ad propinquos, vt iste mihi attinet tali gradu.* Balbus in Catholico. Germ. angehören. V. *Attinentes et Attinentia*.

† ATTINGERE, *aduenire*, in vet. Glossar. Cod. reg. 7646. V. alia notione in *Atingere* 1.

† ATTINVARE, adscribere. Ch. a. 1117. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonstr. p. 539. Sed legendum videtur *Attitularentur*, pro *attinuarentur*.

† ATTIQVETA, forte a Gallico *Etiquette*, nominis statusque alicuius inscriptio. Stat. Auenion. l. 2. art. 17. *Nullus testis postliac examinetur, nisi prius data, vt vulgo dicitur attiqueta subscripta per partem, seu eius procuratorem*, etc. *Attiques* pro schedula, syngrapha, Gallice, in Ch. a. 1473.

† ATTITIDARE, pro *attitulare*, adscribere, in Ch. a. 1185. apud Ludew. t. 11. Reliq. MS. p. 562.

ATTITVLARE. (1) Adscribere. Ch. Conradi Episcopi Patauiensis ann. 1156. *Ecclesia Richerspergensis - - - licet jure fundi ad Archiepiscopum Salzburgensem respiciat, tamen ex Ecclesiastico regimine attitulata est Ecclesiae nostrae, vtpote sita in dioecesi Patauiensi*: id est, *pertinet ad Ecclesiam nostram*. Albertus Aquensis lib. 7. cap. 6. *Censum equites cum 200. peditibus Ramae attitulauit, qui assidue ciues Assur impugnarent*: id est, imposuit, in Besatzung gelegt. (2) Dedicare, consecrare. Rupertus in Praefat. ad libros de Diuinis officiis: *Multa eorumdem operum tuo nomine attitulaui, nonnulla nomine Domini Colonienſis Archiepiscopi*: id est, tibi dedicaui, consecraui. Tabularium Reinhartsborn. ad a. 1109. inter Vindem. Litter. Schannatti pag. 111. (3) Referre titulos vel Summaria rei tractandae. Acta SS. Aprilis to. 2. pag. 680. *Hoc ad praesens sufficere puto, si genera infirmitatum et modos curationum summatim attitulare potero.* (4) Inscribere matriculae seu catalogo Clericorum cuiusdam Ecclesiae, apud Ludewig to. 2. Reliq. MS. pag. 399. (5) Titulum libro apponere, dare, betiteln. Rufinus de Origine: *Ex his praecipue libris, quos περὶ ἀρχῶν attitulauit.* V. etiam *Adtitulare*.

ATTITVLATI dicuntur *Presbyteri Ecclesiarum*, in Ch. an. 1220. in Tabular. Drocensi fol. 44. V. *Titulus*.

ATTITVLATIO, *in Collegio Sanctorum*, adscriptio in Sanctorum numerum. De Translatione B. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. t. 3. Anecd. col. 1861.

ATTOEDIARI, taedio affici. Nicolai Episcopi Botrontin. Relatio de itinere Italico Henrici VII. Imper. apud Murat. to. 9. col. 908. V. *Attaediare*.

ATTOGATIO. Glossae veteres: *Attogatio, paradisis*: παραδείσους emendat Casaubonus; id est, toga, quae tunicis superinduitur.

ATTOLIENTIA CORPORIS, elatio corporis e tumulo, quod vltimum erat canonizationis argumentum,

inde annuatim nobis praedictis Priori et Conuentui, et ſucceſſoribus noſtris, ſeu noſtris attornatis ſex denarios ſterlingorum, etc. V. Marten. tom. 4. Anecdot. col. 805. et D. de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 254. V. *Attornare*, *Attornamentum*, *Attornatio*, *Attornatus*. Vocabuli etymon a Gallico, *Tourner*, accerſunt plerique, id eſt, vertere, commutare, rem vnam in vicem alterius dare. Alii *Atturnatos* dictos cenſent, quaſi *ad Turnum*, id eſt, ad vicem alterius conſtitutos; Cangius vero potius cenſet a *Turnis Vicecomitum*, id eſt, placitis et aſſiſis vocem efficiam, qui *ad turnum* ſeu ad placitum citabantur rei, et in ius vocabantur.

ATVBVS, *μολλόγος*, *μόγγος*, *blaeſus*, in Supplemento Antiquarii.

ATYA, V. *Atia*.

ATZEMBLARIVS, V. *Azemblarius*.

AVA, auia, Gall. *Aieulle*. Necrolog. S. Mariae Nouellae. tom. 2. Iunii pag. 402.

AVAGANT. Vſatici Barcinonenſes MS. cap. 101. *Mariti vxores ſuas reptare poſſunt de adulterio, etiam per ſuſpicionem; et illae debent ſe expiare inde per illorum avagant per ſacramentum, et per batayam, ſi ibi fuerint manifeſta indicia, vel competentia ſigna.* Vbi forte per *Avagant*, aduocati, ſiue campiones intelliguntur, per quos duellum iniri ſtatuitur.

AVAL, ducere *Aual*, idem quod *Aualare*. Computus gener. reditum Regis Franc. a. 1202. apud D. Bruſſel Tract. de Vſui Feud. tom. 2. pag. 193. *De quatuor ferratis faciendis et pro vino ducendo aual, xviij l.*

† AVALAGIVM, praeſtatio ex anguillis et piſcibus, qui in gurgitem vel naſſam deſcendunt, vel ipſa eorumdem captio, Gall. *Avalage* et *Avalifon*. Ch. a. 1302. Mſ. in Bibl. reg. Alia a. 1313. ibid. V. *Adualeia* et *Avalare*.

AVALANTIA, cliuus, decliuitas. Ch. Mſ. a. 1347. Bibl. reg.

AVALARE. (1) In mari, aut fluuio, deorſum nauigare, vel e montibus aut collibus deſcendere. *Aual* enim Gallis eſt locus inferior, depreſſus. Ch. Philippi Aug. Reg. Francor. an. 1207. apud Ducheſn. in Normannicis pag. 1063. *Nullus mercator cum mercatura ſua poterit tranſire Rotomagum per Sequanam aſcendendo, vel aualare per aquam Sequanae.* Areſta an. 1293. in Regeſt. Parlam. B. fol. 100. *Quod quicumque mercatores undecumque ſint, cum mercibus ſuis aſcendendo et aualando poſſint tranſire pontem Rotomagi.* (2) Demittere, deponere, Gall. *Avaler, deſcendre aual*. Hinc Gall. *Avalage*, doliorum vini in cellam demiſſio. Chartul. S. Cornelii Compend. *Quaedam corda ad vinum aualandum.*

AVALLATIO, idem quod mox *Avalloriae*. Index MS. Beneficiorum Eccl. et Dioec. Conſtantionſ. fol. 41. V. e Muſaeo D. de Cange.

AVALORIAE, fauces piſcariae circa Ligerim dictae *Avaloirs*, alibi *Gords*, *Montoirs*, *Peſcheries*. E cratibus paliſque in clathrorum modum diſpoſitis in alueis fluminum conſtruuntur, ad ſalmones et maxime anguillas, cancrosque capiendos, quos aquarum lapſu raptos ſorbent et deglutiunt. *Aual*, Gallis eſt deorſum. V. *Avalagium* et *Aualare*. Ch. Rainaldi de Niuernis pro Fonte-Moriniaco inter Inſtrum. to. 2. Galliae Chriſt. pag. 69. *Conceſſi totum cenſum de isla Berta in iure perpetuo poſſidendum et piſcationes in Ligerim juxta eam islam habere et avalorias ad piſces capiendos facere*, etc.

AVALTERRAE. Matth. Paris an. 1294. pag. 516. *Hic quoque Comes Hugo nauem mirabilem parauerat in Regno Scotiae - - in qua transfretari cum Bolonienſibus et Flandrenſibus, et cum illis qui vulgariter de avalterris dicuntur, poſſet audacter.* Additamenta ad eumdem Paris p. 146. *Orta eſt contentio lamentabilis inter Flandrenſes, qui dicuntur de Avalterre, et Francos illis partibus conterminos.* Vbi indubie *Avalterrae*, ſunt eae prouinciae, quas continet Germania inferior, *le Pays-Bas*, die Niederlande, etiamnunc dicta; *Aual* enim idem valet quod inferior, quaſi

quasi *ad vallem*, vel *in valle*. Vt porro Germaniae inferioris Metropolis fuit olim *Colonia Agrippina*, vt est in Libello prouinciarum ciuitatumque Galliae, et ab Ammiano Marcellino lib. 19. *secundae Germaniae*, id est, inferioris, *vrbs magni nominis* appellatur; ita posterioribus saeculis, quae ei adiacent prouinciae, *pagus inferior* dictae sunt, *Terre d'Aual*, vel *Aualterre*, quod idem sonat, populique ipsi *Aualenses*, seu *Avalois* muncupati.

AVALVACIO, aestimatio, a Gall. *Evaluation*. Chronicon MS. Regum Franciae e Musaeo D. de Cangé.

† AVANANTATIO, quidquid ratione haereditatis alicui aduenit, seu eiusdem portionis assignatio, facta prius bonorum aestimatione. V. *Aduenantare* et *Avanantizare*. Ch. an. 1282. t. 1. Probat. Hist. Brit. p. 1064.

† AVANANTIZARE, i. q. *Aduenantare*. Ch. a. 1270. t. 1. Probat. Hist. Brit. p. 1022.

AVANGARDA, prima acies exercitus, Gall. *Avantgarde*. Fragm. processus, etc. contra Ludov. Principem Auraicae an. 1430. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 50.

† AVANNA, pro *Auuanna*. Ch. an. 1254. inter Probat. t. 3. Hist. Occit. p. 508. V. *Anteuanna*.

AVANSAMENTVM HAEREDITATIS, repraesentatio haereditatis, quidquid per anticipationem liberis a parentibus datur antequam sit successionis locus, Gall. *Avancement d'hoirie*. Regest. Parlam. an. 1450. apud Baluz tom. 2. Hist. Aruern. pag. 390. *Etiamsi a matre filio talis donatio facta extiterit, maxime cum dicta donatio fuerit cessio a matre filio suo ad finem vt erga ipsum de aliquibus quaestionibus ac demandis quitta remaneat, aut etiam vt dictus filius suus aliquam pecuniae summam sibi vel alteri pro ea solueret, fiebat, acquestus et non anticipatio seu auansamentum haereditatis dici et reputari deberet.*

AVANTAGIVM. (1) Facilitas, opportunitas, ex Gallico, *Avantage*. Fridericus II. Imp. lib. 2. de arte venandi cap. 5. V. *Auentagium*. (2) Ius praecipuum, quidquid a parentibus alicui e liberis vel e coniugibus sibi inuicem datur praerogatiuo jure, Gall. *Avantage*. In Foris Aragon. lib. 5. haberur titulus: *De Avantagiis, quas vxore praemortua vel ipsa superstite, vir aut eius successores habere debent.* Testament. Guidonis Cardin. an. 1372. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. pag. 180. *Ille qui superuiuet omnia praemissa habeat in quantum de iure vel consuetudine dare et auantagium facere possum.* (3) Quicquid emolumenti conceditur operariis praeter constituram mercedem, Gall. *Avantage, utilité, profit*. Consilia Communiae Massil. MS. *Sint contenti laboratores, nec nil petant vltra 5. solidos taxatos per curiam, nec nil petant pro lingonibus nec pro vino companagio, nec de alio auantagio.* (4) Vox generica qua quodlibet ius significatur. Ch. an. 1218. in Chartul. eccles. Lingon. *Quod nullum auantagium haberem in dicta familia.* (5) † Ius praecipuum seu praerogatiuae, quo quis inter participes primus beneficium accipit. Ch. a. 1257. in eod. Chartul. (6) † Quod praeter pretium, corollarii nomine, in emtionibus, pactionibusue aliis conceditur, Gallis ol. *auantage*. Ch. a. 1276. in Lib. 2. nigro S. Vulfr. Abbauill. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 898. V. *Auentagium* 3. (7) † Quod sponte et ex vsu tantum exsoluitur, Gallis quoque *auantage*. Ch. Mf. a. 1355. Bibl. reg. (8) † Proiectura, prominentia, Gall. ol. *auantage*. Lib. niger 1. S. Vulfr. Abbauill. V. *Aduantagium* 2.

† AVANTATOR, circulator, ostentator scilicet arcanorum et mirabilium. Murat. Antiq. Ital. med. aeui t. 2. part. 2. p. 845. V. *Auentator*.

AVANTBARIVM, species munitionis exterioris, qua sepitur murus vrbis, a Gall. *Avant*, ante, et *Barrium*, domus muris inclusa in Prouincia. *Valatum, sine fossatum cum barbacana sine auantbariis ciuitatis*, in Instrum. Massil. an. 1494. † Idem esse videtur ac *Antemallatum*, quod vide.

AVANTSOLIERS, vox ex Gallico *Avant*, ante; et *Solier*, solarium, est ergo quasi menianum excelsum et soli expositum. Index redituum Monasterii Corbeiensis e Cod. MS. eiusdem loci: *In rectis vicis, qui de porta ad portam transiunt, si fiat fenestra, vel bertheſca vel avantſoliers de nouo, partem ſuam habet; in aliis vicis qui orbi dicuntur, nichil habet, ſed totum eſt Abbati.* V. *Anteſolarium.*

AVANTVRARE, audere, Gall. *s'Aanturer, oſer.* Edict. Philippi Regis Franc. de Duello an. 1314. in Cod. MS. Consuetud. Tolos. fol. 32.

† AVARAMENTVM, consensus. Vsatici Barcinon. Mſ. c. 68.

AVARCA, calceamenti genus. V. *Abarca.*

AVARE, vacare. Papias MS. Ecclesiae Bituric. *Avans, vacans.*

AVARIA. (1) † Iactus mercium qui nauis leuandae causa fit, simulque jacturae computatio, Ital. *Avaria*, Gall. *Avarie*, Germ. Haferey; a Gr. ἀβαρὲς, exoneratio, vt vult Brencmann. in Hist. Pandect. Stat. Genuens. l. 1. c. 11. l. 2. c. 4. Sed et pro quouis damno extraordinarioue sumptu interdum vsurpatur, vt in Stat. Massil. l. 1. c. 47. (2) † Tributa seu contributiones quae *auariis* seu damnis reparandis extraordinariisue sumptibus prouidendis exiguntur. Murat. t. 6. p. 589. t. 17. Script. Ital. p. 125. *) Vox AVARIA seu HAVARIA, Germ. Haferey, non a Graeco deducenda est, vt vult Brencmannus, sed a Germanico Hafen, Gall. *Havre*, portus. Est enim Haferey 1. Vectigal, quod naues, quae portum ingrediuntur, soluunt, Hafengeld. 2. Pecunia, quae experto nautae datur, qui naui viam tutam in portum monstrat, quae vulgo dicitur *Auaria communis.* 3. Iactus armamentorum nauis, seu mercium quarumdam in mare, leuandae laborantis nauis gratia, quae dicitur *Auaria groſſa* 4. Id quod ab his, quorum merces et bona in portum salua delata sunt, in eos confertur, quorum merces et bona iactu ob tempestatem perierunt in mari; quae etiam IVS AVARIAE appellatur. Conf. I. G. Schottelium de singular. quibusdam in German. Iurib. p. 397.

† AVARITIA, tributa seu contributiones, quae sub titulo *Auariae* exiguntur. Pact. a. 1398. t. 1. Cod. Ital. diplom. p. 1122.

† AVASTARIVM. Ch. Frider. III. Imp. a. 1466. t. 1. Cod. Ital. diplom. p. 1382. *Cum omnibus redditibus et introitibus - - viais, rugeriis, anaſtariis, poleriis, molendinis, piſcariis* etc. Ita quoque legendum videtur pro *Araſtarium*, in Ch. eiusd. Imp. an. 1451. ibid. t. 3. p. 1815. Forte pro *Abaſſarium*, ab Ital. *Abaſſare*, locus inferior, depressus. Sed haec diuinando.

† AVBANA, Ius dominorum in *Aubanos* seu aduenas. Ch. a. 1266. ex Tabul. Auxt. V. *Aubena* 2.

AVBANI, extranei, alienigenae. Priuileg. Philippi Franc. Regis pro Monast. S. Quintini in Insula, in Tabulario eiusdem loci pag. 60. V. *Albani.*

† AVBANNVS, pro *Annannus*, vmbraculum ligneum proiectum, quod fenestrae, vel officinae appenditur, Germ. Wetterdach. Consuet. Perpin. Mſ. c. 42. V. *Annanna.*

† AVBELLVS, forte alnus. Ch. an. 1234. ex Tabular. abb. de Laude. *Praedicta ſcluſa ab aubello de Baſſegheu, vsque ad molendinum de Chaiſnois.* V. *Albellus.*

AVBENA. (1) Extraneus, aduena, Gall. *Aubain.* Edict. Philippi IV. Franc. Regis apud D. de Lauriere to. 1. Ordinat. Reg. pag. 338. et 339. Ibidem non semel occurrit. V. *Albani.* (2) † Quidquid ex caduco alicui obuenit, maxime ex alienigenis et extraneis, Gall. *Aubaine.* Ch. Mſ. Phil. Pulcri a. 1312. in Bibl. reg.

AVBENAGIVM, idem quod *Albanagium*, Ius in bona decedentium peregrinorum. V. *Albenagium.*

† AVBENIA, locus alnis vel populis consitus, Gall. *Aunaie.* Ch. Ioan. duc. Bituric. Mſ. in Bibl. reg. V. *Albania* et *Alberia.*

† AVBER-

† AVBERGARIVS, *Halsbergarum* ſeu loricarum faber. Stat. Maſſil. l. 2. c. 37. V. *Halsberga.*

AVBERGOTVM, minor lorica, V. *Halsberga.*

AVBERJIA, locus vbi creſcunt herbae, † ſeu potius idem ac *Aubenia.* V. *Herbarium.*

† AVBIGEI, Albigenſes, Gall. *Aubigeois*, in Scacar. Paſchae apud Faleſ. a. 1210. ex Bibl. reg.

† AVBOR, a Gall. *Aubour*, alburnum. Ch. Normann. e Cod. reg. 4653. V. *Arcus* 2.

† AVBRA, menſurae ſpecies. Ch. Henr. reg. Angl. a. 1063. ex Tabul. S. Iuliani Turon. *Reddentes ei XV. aubras ſalis, et de duabus aſinis, de telonio vnum denarium.*

AVBRÈMA, morbus capitis. Translatio S. Athanaſii Epiſcopi tom. 4. Iulii pag. 87: *Alius quidam iuuenis Leo nomine, graui infirmitate capitis afflictebatur, quae aubrema dicitur; nam ſolutus ab omni vigore ſalutis, vt amens incedebat.* † Vox procul dubio corrupta, a Graeco *βρεγμα*, Latinis etiam medicis *Bregma*, ſinciput.

AVCA. (1) *Anſer*, Occitanis *Auc*, *Auco*, *Auqueto*, Italis, *Occa*, Gallis *Oye*, olim *Aoue*. Gloſſ. Sax. Aelfrici: *Auca*: Gos. Gloſſ. Arabico-Lat. *Auca*, *anſer*. Ita etiam Vgutio. Gloſſ. Graeco-Lat. *χὴν*, *auca*, *anſer*. Ex *χὴν* vero formatum *Auca*, vel *Oca*, quidam putant. Capitulare de Villis cap. 62. *Quid de pullis et ouis, vel anſeribus, id eſt, aucis*, etc. Adde cap. 18. Lex Alaman. tit. 99. §. 20. *Accipiter, qui aucam mordet.* Marculf. lib. 1. for. 11. *Aucas tantas, faſianos tantos*, etc. Willelm. Malmesb. lib. 5. Hiſt. pag. 159. *Cauſam fuerunt morbi augmentati, quod ea die alium cum auca praeſumpſeris.* Infra: *Similes pennis aucarum.* AVCCA. Prouentus Monaſterii Centulenſis inter Acta S. Benedict. ſaec. 4. part. 1. pag. 104. AVGA, non ſemel in Tabulario S. Remigii Remenſis, V. in *Augtiones.* OGA, in Vita S. Winwaloei Abbat. n. 6. *Anſer*, in alia Vita eiusdem Sancti dicitur n. 13. OCCA. Ioan. de Ianua: *Anſer eſt quaedam auis, quae dicitur Occa.* OCHA. Notitia S. Albini Andegauenſ. ap. Gallandum lib. de Franco alodio pag. 296. (2) AVCA, interdum pro qualibet aui ſumitur, Gloſſ. Lat. Graec. *Auca* ὄρνεον. AVCAM, pro aue femina vſurpat Speculum Saxon. lib. 3. art. 51. §. 1. *Auca ova ponens et gallina tribus nummis perſoluuntur.* Burchard. lib. 19. *Pullos aucarum, pauonum, pullos gallinarum.* Occurrit praeterea apud Bedam in Vita S. Cuthberti Epiſcopi n. 54. apud Felicem Gyruenſem in Vita S. Guthlaci n. 25. Edit. Bolland. Leonem Oſtienſem lib. 1. cap. 30. Ignotum Caſinenſem c. 12. Silueſtrum Giraldum in Topograph. Hiberniae diſt. 1. cap. 11. 18. in Tradit. Fuld. lib. 2. trad. 236. in Legibus Burgorum Scoticor. cap. 50. in Regula S. Gilberti de Sempringham pag. 768. in Vitis Abbat. S. Albani pag. 84. in Chronico Andrenſi pag. 628. (3) † Terrae portio arabilis, foſſis vel ſaepibus vndique clauſa, i. q. *Olca* 1. Ch. Guidon. epiſc. Catal. Mſ. *Dedit Monaſterienſi eccleſiae (medietatem totius tenementi de Buleimunt) praeter aucam vnam iuxta Nigrum locum.* V. *Aucenſia* 1.

AVCARIVM, lacus, ſic dictus, quod *aucae* lacu delectentur. Supplem. ad Vitam S. Bonifacii Mart. tom. 1. Iunii p. 376. et 477. V. *Auca.*

AVCARIVS. (1) In Legibus Hungaricis, periurus, Hungaris *Ludas.* (2) AVCARIVS, in Gloſſario Aelfrici, accipiter, falco, nempe is, qui *aucas* venatur, Gänſehabicht. (3) Galli *Aucarios*, ſeu *Oyers*, vocabant, quos hodie *Cuiſiniers*, vel *Traiteurs*, vt conſtat ex ſtatutis MSS. Artificum Pariſienſium tom. 1. fol. 190. (4) † *Aucarum* ſeu anſerum cuſtos. Ch. a. 1288. in Tabul. archiep. Auxit. *Maucarius* in alio eiusdem Chartae exſcripto.

† AVCATA, anſer femina iunior. Comput. a. 1399. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 152. V. *Auca* 1.

AVCELLA. Gloſſ. Lat. MS. Regium ſign. 1013. et Iſidori: *Anoella, Orti-*

gonetra, matrix Coturnicum. Apuleius lib. 9. Metamorph. *O bona auicella, et ſatis fœcunda, quae multo jam tempore quotidianis nos paſtibus ſuginaſti.* Apicius lib. 5. cap. 3 *Eſixia mimuta facies quadrata, et coques ſimul turdos, vel aucellas, vel de pullo conciſo*, etc. Infra: *Piſum coques et cerebella, vel aucellos vel turdos a pectore exoſſatos*, etc. Adde lib. 4. cap. 5. lib. 8. cap. 7. Perperam Humelbergius *Anicellas* reponit.

AVCELLATIO, aucupium. Gall. *Oiſellerie.* Concilium Pariſienſe an. 1312. part. 4. cap. 4 V. *Auca* 1.

AVCELLATORES, iidem, qui *Accipitrarii*, in Capitulari de Villis c. 42.

AVCELLVS. (1) Perinde quaelibet auis dicitur in Gloſſ. Lat. Graec. *Aucellus*, σρυθίον. Nam recte obſeruant viri docti, σρυθία appellare Graecos ſcriptores πάντα τὰ μικρὰ τῶν ὀρνίθων, quasuis auiculas: quomodo Itali quamlibet auem *Vccello* vocant, et *Vccellare*, pro aucupari vſurpant, quaſi hoc eſſet *Aucas* capere. Neque aliunde petendum vocis Gallicae *Oyſeau* etymon conſtat. Lex Salica tit. 7. §. 7. *Si quis aucellum de trappa furauerit.* Ita quidam Codic. MSS. vti monet Lindenbrogius, vbi Editi praeferunt: *Si quis turturem*, etc. Hinc (2) AVCELLVS, dictus quiuis ex auium volatu, vel inſpectione ariolus. Anonymus de Geſtis Manfredi et Conradi Regum apud Murat. tom. 8. col. 597.

AVCENGA, V. *Accengia* et *Aucinga.*

† AVCENTIA. (1) Modus agri. Lib. pitent. S. Germ. Prat. VII. *Anniuerſarium Petri Picardi de XL. ſol. ſitis ſuper vna aucentia prati, iuxta molendinum de Villanona.* V. *Auca* 3. (2) Ch. a. 1281. ex Tab. Carnot. *Renunciantes - - doli mali - - et conſtitutioni de duobus reis et aucentiae praeſenti* etc.

† AVCERE, acuere, quomodo etiam forte legendum eſt. V. *Acumentum* et *Aguſare.* Ch. an. 1288. Mſ.

AVCERIA, V. *Anceria* (2).

† AVCES, VM, *Gallice, velle*, in Gloſſ. Lat. Gall. a. 1348.

† AVCHESVS, ſitus, poſitus. Ch. a. 1276. ex Tabul. archiep. Auxit. *Vna conchata terrae, auchesa apud baſtidam.*

† AVCIARE, eleuare, extollere. Ch. a. 1328. ex Tabul. Maſſil. *Quod turris - - dupletur - - et aucietur de tribus cannis.*

AVCINCA, modus agri. Ch. Chrodegandi Metenſis Epiſcopi apud Meurſ. Hiſt. Epiſc. Metenſium pag. 168. V. *Andecinga.*

AVCIPASTA, *auca domi paſta. Paſte* enim generatim vocabant aues domeſticas, ſeu quae domi paſcebantur. Gloſſae Iſidori: *Altilis, paſta, ab alendo.* Vetus Scholiaſtes Iuuenalis ad Sat. 5. *Altilis et Flaui: Paſta vel aprana. Volatilia nutrita*, apud Caelium Aurelianum Siccenſem lib. 4. Tardarum paſſionum cap. 3. *Auſer altilis*, in Fragmento Petroniano de Coena Trimalcionis. Capitulare de villis c. 28. *Vt aucas paſtas et pullos paſtos ad opus noſtrum - - ſufficienter habeant.* Ch. Caroli Calui an. 862. pro Monaſterio S. Dionyſii apud Doubletum: *Vna cum cenſu, qui in valatilibus de molendinis, et cambis debet exire, cum pulpaſtis et aupaſtis* (aucipaſtis) *ſicut a longo tempore mos fuit.* Chron. Fontanell. cap. 16. *Ad natiuitatem Domini aucipaſtas 4. pullipaſtas 12. pullos 9.* etc. Occurrit ibi pluries. V. *Pullipaſta.*

† AVCIPES, pro aucupes in Ch. a. 1321. Mſ.

† AVCIPITIVM, pro aucupium, in Statut. Georg. archiep. Eborac. an. 1466. V. *Aucupitium.*

AVCIRE, occidere, vnde vetus Gall. *Occire.* Ch. Alboyni Anglor. Regis pro reparatione Eccleſiae S. Petri in Comitatu Ruthenenſi, a. 1028. inter Inſtrum. tom. 1. Gall. Chriſt. pag. 49. col. 2. *De iſta hora in antea, nos in illa Eccleſia, qui ſupra ſcriptum eſt, de Sancto Petro Apoſtolo, nec in cimiterio, nec in illas manſiones, quae per manu Alboyno, nec per Monachos de illo loco factas erunt, vel acaptadas fuerins, nec in thercado homines nec feminas non au-*

cirent,

cirent, nec membra illorum volor tollere; nec pro redemptione non distringerent sine grado Alboyne, aut Monachos de isto loco nostro sciente. Coniicit Dion. Sammarthanus in Gloss. ad calcem huius voluminis edito, pro auctionarentur, *Aucirent* dictum fuisse: verum ex sequentibus patet, Ius sibi gladii fundatorem reseruare, prohibereque ne quiuis homo vel femina pro quouis delicto in mercato occidatur, mutileturue, etc. Confirmatur ex eiusdem operis Glossario ad calcem tom. 2. in quo haec leguntur: *Aveirent pro occiderent. In pago Fuxensi vulgo dicitur aucire pro occidere.* Vbi scriptum, sed perperam, *aveire.*

AVCLATOR, *vexator, accensus, minister publicus*, in Supplemento Antiquarii. † Legendum *Anclator* vel *Anculator*, a veteri verbo *anculare*, ministrare. V. *Anculus.*

† AVCMENTARE, pro augmentare, in Inquisit. a. 1268. Ms.

† AVCO, anser. Ch. a. 1362. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 245. V. *Auca* 1.

AVCONES, *incantatores vel vicini*, in Glossis Isidori, vbi legendum *diuini*. *Aucones* enim intelligit, qui per *aucarum* seu auium volatum *diuinant*, et ariolantur. † *Aucones* minus recte in Lex. Martinii.

AVCTARE, *constringere*, in Glossis Isid. vbi videtur leg. *enctare*, ab *angere*. Melius in Excerptis *Arctare.*

† AVCTENTICARE, confirmare, *authenticum* declarare, autoritate roborare. Ch. Henr. I. Lothar. duc. a. 1205. in Suppl. ad Miraeum p. 76. V. *Anshenticus.*

AVCTENTVM. Vita S. Adelberti Episcopi Pragensis cap. 34. apud Canis. tom. 5. Antiq. lect. vbi de visione quadam lecti, sericis ornamentis amicti: *Sursum vero in capite* (lecti) *erat aureis litteris scriptum: Munus hoc auctentum filia sponsatur. Cuius visionis ordinem cum aliquibus narrando exponeret: Vide, inquiunt illi, quia Christo secundante, Martyr eris futurus.* Surius habet hoc loco: *Munus hoc donat tibi filia Regis.*

*) AVCTINARE, weinen, schreyen. In Vocabul. Lat. Germ. a. 1477.

AVCTIONARII. (1) Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Auctio, publica venditio, Auctionarius, qui emit.* Gloss. Isid. *Auctionarius, qui pluris emit.* Vguio et Ioannes de Ianua: *Auctionarius mercator, qui res suas auget, et proprie dicitur ille, qui hic vel illic res parvas et veteres, et tritas, et ruptas emit, vt postea cattus vendas.* Gloss. Lat. MS. Thuanum: *Auctionarius, Regratiers.* Gloss. Graec. Lat. πωλητὴς, *venditor, auctor.* Britannicus ad Sat. 7. Iuuenalis obseruat, *auctionem* dici *ipsam venditionem, quae publice fit, ab augendo*, quod rerum pretia augeantur ab emptoribus, seu venditoribus. *Auctionarii publici* Gregor. Magn. lib. 1. Epist. 42. *Priusquam labores suos vacuandare valeant, compelluntur tributa persoluere, quae dum de suo vnde dare non habent, ab auctionariis publicis mutuo accipiunt, et grauia commoda pro eodem beneficio accipiunt.* Ch. Ludouici Pii Imperat. in Tabulario Monast S. Mauri Fossat. pag. 8. inscribitur, *omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Telonariis, Auctionariis, vel omnibus rem publicam administrantibus.* (2) AVCTIONARII, diuersa notione, apud Guillelm. Gemmetic. cap. 7. fol. 236. *Immissis ergo auctionariis eum* (locum Gemmeticensem) *a vanis et sensibus purgauit.* † Agentes, procuratores interpretatur Bouquetus in Glossar. ad calcem t. 8. Collect. Hist. Franc. Carpentarius mauult operarios, Tagelöhner.

AVCTIONATOR. mercator. In Gloss. MS. Regio: *Qui auctionem facit.* S. Hilarius Arelat. in Orat. de S. Honorato. S. Ambrosius lib. de Nabuthe Israëlita pag. 571.

AVCTIR, pro *Auctor*, sponsor. Ch. Chlodovei III. Regis Franc. anno 692. apud Felibian. in Hist. S. Dionysii p. XIII. V. *Antire.*

AVCTOR, apud Latinos Scriptores et IC. dicitur dominus rei, vel venditor, qui rem vendit, dominiumque illius habere se profitetur, probatque.

que. Vnde apud Ciceronem *malus auctor* audiebat, qui *auctoritatem*, quam in re habere ſe contendebat, probare non poterat. Et *auctoritatem defugere* dicebatur is, qui nolebat ſe auctorem profiteri, vt contra, qui auctorem ſe promiſerat, auctoritati obnoxius erat. Denique *auctorem ſuum laudare* dicebatur emtor, qui nominabat dominum ſuum, a quo emiſſet, ſi res empta in eo eſſet, vt euincereturr. Haec praemittenda fuerunt, vt eamdem vim ac notionem habuiſſe in vocabuli poſterioribus ac infimis ſaeculis tandem conſtaret. Marculfus lib. 1. form. 36. *Si aliquis per quodlibet ingenium eum inquietare voluerit, licentiam haberet in vice auctorum ſuorum ipſe vel aduocatus ſuus eorum cauſas adſumere.* Ch. Auſtindi Burdegalenſis Archiepiſcopi apud Marcam in Hiſt Beneharn. lib. 4. cap. 7. *Poſt haec Bernardus Comes, vt ſolet fieri in talibus, et vt mos regionis illius, illius fundi empti auctorem a me expetere coepit, quem praeſto habens ſibi obtuli, qui nihil habens quod diceret, tacuit.* Gh. Gaufredi Comitis Ruſcinonenſis ann. 1167. *Si aliquis homo ſiue ſit miles, ſiue ruſticus - - praedictam aquam tibi vellet auferre - - nos promiſimus per ſtipulationem, quod erimus auctores tui atque fideles adiutores*, etc. Ita accipitur in Edicto Theodorici Regis c. 12. in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 1. in Lege Ripuar. tit. 57. §. 2. 6. 7. tit. 65. §. 2. in Capit. Caroli Mag. lib. 3. cap. 43. in Ch. Theodorici Regis apud Doubletum in Hiſt Sandionyſiana p. 687. in Leg. Rotharis Regis Longob. tit. 93 §. 2. etc. Dubitat Cangii editor, an ſcribendum *Auctor*, an potius *Autor*, vel *Author*. Ratio eius eſt, quod *Auctor* ab *Augere*, melius emptori conueniat, quam venditori. *Autor* vero vel *Author* ab antiqua voce Gallicana, qua *Dominus* ſignificaretur, poſſet deriuari. Vox *Dominus* venditori belle congruit, et Britones-Anglici, quorum linquae antiquitas omnibus nota eſt, pro domino, hero vel magiſtro dicunt *Athaw*, alii Aremorici *Autrou*.

AVTORES dicti praeterea qui vel generis vel opum, et honorum parentes aliis fuere. V. Sirmond. ad Sidon. in Paneg. Maioriani V. 354. SECVNDVS AVCTOR, fideiuſſor, ſponſor, *βεβαιωτὴς*, in Gloſſ. Graec. Lat. Alibi: *πρωτότυπος*, *Secundus Auctor*, quia nimirum ipſe qui vendit, primus auctor eſt, fideiuſſor vero *ſecundus auctor*, qui ſuo periculo affirmat, illum bonum eſſe auctorem: nam *Auctor* proprie eſt venditor. V. leg. 4. D. de Euiction. et Caſaubonum ad Theophraſti Characteres p. 253. et ad Hiſt. Aug. p. 286. AVCTOR DOMINICVS, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 17. *Auctor Eccleſiarum*, in form. 16. *Auctor villae* apud Murat. tom. 1. part. 2. p. 133. col. 2. C. in Legibus Ludouici Imperat. Sed iis locis legendum *actor*. AVCTORES, magiſtri, profeſſores in lege vn. C. de Studiis liber. vrbis Romae. † AVCTOR, Chriſtus nude vocatur in Ch. a. 1038. apud Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 177. Pro iudex, Magiſtratus publicus occurrit in Placit. a. 927. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 19.

AVCTORABILIS. (1) Fide dignus. Miracula S. Godehardi Epiſc. to. 1. Maii pag. 526. Ead. vox pluries repetitur ibidem. Monachi Patauini Chron. lib. 3. ad ann. 1260. apud Murat. tom. 8. col. 713. † (2) † Approbatus, authenticus, auctoritate legitima munitus. Capitul. Caroli Calui a. 869. c. 13.

AVCTORABILITER. (1) Vt *auctoraliter*, perite. Vita S. Wiboradae Virg. et Mart. tom. 1. Maii pag. 296. (2) † Cum auctoritate. Epiſt. Aduentii a. 867. t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 594. V. *Auctoritative*.

AVCTORALIS, auctoritate praeditus. Translatio S. Auguſtini tom 6. Maii pag. 413. AVCTORALIS EXCOMMVNICATIO, in Chron. Farfenſi apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 628. *Tandem vix quaſi compunctus, et hominum clamoribus coactus, hanc fecit conſtitutionem cum anathemate auctoralique excommunicatione pro noui in monte hoc Monaſterii conſtructione.*

AVCTORÁLITER, perite. Hartmannus in Vita S. Wiboradae. Vbi Hepidannus *Auctorabiliter* habet, vt mox relatum eſt.

AVCTORAMENTVM. (1) Αὐθεντικόν, in Gloſſis, conſenſus Domini, vel vxoris, aut liberorum in venditionibus. Tabular. Vindocin. Ch. 283. quae eſt Burchardi III. Comitis Vindocin. an. 1075. V. *Auctorizare*. (2) Auctoritas. Ernaldus in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 7. (3) Ὀψώνιον, in Gloſſis Lat. Graec. Quod *obſonium* ſcilicet percipit, qui ſe ſuamque alicui vendit operam, vt erant gladiatores, quorum merces *auctoramenti* vocabulo ſolebat deſignari. V. Lipſium Saturnal. 5. et Diar. Treuoſt. menſis Maii ann. 1715. pag. 750. Hanc, forte, gladiatorum aliorumue ſeruorum mercedem indicare voluit Gloſſator Iſidorianus, cum dixit, licet inepte prorſus: *Auctoramentum, ipſa res vocatur venditionis.*

AVCTORARE. (1) Se in ſeruum accepto pretio dare, vel ſe ad ludum gladiatorium pretio addicere. Gloſſ. Lat. Gr. *Auctoratus*, ἀνδάιρετος ἐις ὄνειδον ἑαυτὸν βαλὼν, καὶ μονόμαχος. Poſteriori ſignificatione vſurpatur haec vox in Leg. 2. Cod. Th. de Gladiat. (2) Ratum habere, authenticum declarare. Praecept. Chlodovei I. Regis Franc. an. 496. inter Inſtrum. tom. 3. nouae Gall. Chriſt. col. 126. (3) † Dicitur de eo, qui rei alicuius ſuaſor et auctor eſt. Marten. t. 7. Ampl. Collect. p. 429.

AVCTORATIO, *venditio. Nam ſub auctoratione ſunt gladiatores qui ſe vendunt.* Sic Gloſſar. Iſid. ad quod Graeuius: „Auctoratio videtur proprie dici venditio hominum, vt auctio rerum.„ Hinc Horatio lib. II. Sat. 7. *Auctoratus Gladiator*, vbi veterem interpretem.

AVCTORATVS, *Clericus*, id eſt, publicus Notarius. Hierat. Iuris Pontif. pag. 131. *Reſignatio facta ab infirmo in manibus auctorati ſeu qualificati.*

† AVCTORIA, additamentum. Dici videtur de inſtrumentis, quae iam prolatis, lites inchoata, addunturin Stat. a. 1419. t. II. Ordinat. Reg. Franc. p. 43.

† AVCTORIARE, tueri, auctoritate ſua defendere. Ch. a. 1054. apud Murat. to. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 646.

AVCTORICIVM, auctoritas, vel poſſeſſio libera et auctoritate donata. Ch. Theodorici Regis Franc. apud Doublet. pag. 687.

† AVCTORISABILIS, authenticus, ratus, firmus. Ch. Car. Craſſi an. 886. t. 9. Collect Hiſtor. Franc. p. 356. V. *Auctorabilis* 2.

AVCTORISARE. (1) Confirmare. Teſtam. Rogerii Vicecom. Biterr. a. 1150. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 411. V. *Auctorizare* 2. (2) Probare, conuincere. Chron. Wormat. apud Ludewig. to. 2. Reliq. MSS. pag. 84.

† AVCTORISATVM. Charta *auctoritatibus* ſeu ſubſcriptionibus munita. Tabul. maior. monaſt. in Hiſt. Sabol. p. 134. *Ipſe Simon miſit huiusmodi auctoriſatum ſuper altare* S. *Martini.*

AVCTORITABILIS. (1) LARGITIO AVCTORABILIS, quae de ſuo fit. Ch. a. 1054. (2) Solemnis, ratus, firmus. Ch. anni 1107. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 266.

AVCTORITARE, confirmare, roborare, Gall. *Autoriſer.* Praeceptum Ludouici Imperat. de ſubiectione Coenobii S. Mauri tom. 2. Capitul. col. 1437. V. *Auctorizare* 2.

AVCTORITAS, diploma Regis, Imperatoris, ſummi Pontificis. Gloſſ. Lat. Graec. *Auctoritas*, αὐθεντία, ἀξιωσία, βεβαίωσις, πρόσταγμα Hinc frequens illa in Chartis Regiis formula: *Et vt haec auctoritas perpetuum obtineat vigorem, manu propria firmauimus*, etc. apud Marculf. lib. 1. form. 3. 4. Beſlium in Comit. Pict. pag. 165. 172. in Regib Aquitan. pag. 18. et alios paſſim. Gregor. Turon. lib. 9. Hiſt. cap. 41. Porro *Auctoritates* Principum reſcripta in Codice Theodoſiano appellari etiam conſtat, l. vn. de Centurion. leg. 31. de Petitio-

titionib. leg. 3. de Re militari; ſed et titulo eiusdem. Cod. *de diuerſis reſcriptis*, additum a Gothis: *Item de Auctoritatibus*, vti praefert Editio Tiliana, quidam cenſent. Interdum etiam pro Edicto Iudicis hanc vocem vſurpatam, euincit lex vn. Cod. Si certum petatur de Chirogr. Conſtitutio Chlotarii II. in Concilio Pariſienſi V. a. 615. §. 24. *Auctoritas vel edictum* appellatur. AVCTORITAS, in veteribus aliquot Inſcriptionibus apud Gruter. 355. 1. 387. 3. reperitur, vbi Scaliger *Senatus conſultum nondum receptum* interpretatur. AVCTORITAS, titulus honorarius ſummis Pontificibus tributus, ab Hincmaro Remenſi apud Flodoardum lib. 3. cap. 12. † AVCTORITAS EFFIGIATA, ſignum, ſubſcriptio, monogramma. Ch. ex Tabul. maior. monaſt. t. 1. Probat. Hiſt. Brit. p. 426. *Et vt hoc ſcriptum vigorem perpetuitatis obtineret, Conanus comes, excepto hoc quod auctoritate ſua effigiata in hoc ſcripto crucis caractere confirmauit.*

AVCTORITATIVE, vt *poteſtatiue*, cum auctoritate, in Concilio Meldenſi an. 845. cap. 58. Gloſſae Ms. in Prudent. ex Bibl. S. Germani Pariſ. Cod. 561.

† AVCTORITATIVVS, auctoritate ac poteſtate praeditus. Synod. Vermer. c. 2. t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 612.

AVCTORIVM, Ioan. de Ianua: *Illud quod additur rei menſuratae, cum venditur: eſt etiam cibus, qui menſae vacuatae ſuperadditur.* Ita etiam Breuiloq. ſed legendum *Auctarium*. Plautus *Auctarium adiicere* dixit.

AVCTORIZABILIS, receptus. Chron. Mauriniac. lib. 3. Statuta Eccleſiae Eduenſis ann. 1468. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 514. V. etiam Labbaeum tom. 1. Biblioth. pag. 508.

AVCTORIZABILIOR, maiori auctoritate fultus. Noua Gallia Chriſtiana to. 2. inter Inſtrum. col. 21. E.

AVCTORIZABILITER, cum auctoritate, apud Murat. tom. 8. p. 674.

AVCTORIZALITER, eadem notione, Translatio B. Audoeni apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1673.

AVCTORIZAMENTVM, idem quod *Auctoramentum*. Tabular. S. Albini Andegauenſis.

AVCTORIZARE. (1) In veteri vocabulario vtriusque Iuris, *eſt cingulo militem aut ordinibus Clericum decorare et ordinare.* (2) Ioanni de Ianua, eſt *affirmare*, ſeu potius confirmare. Sigebertus Gemblac. in Vita S. Sigeberti Regis Auſtraſ. cap. 3. *Hoc totum edicto regali et procerum atteſtatione auctorizauit.* (3) AVCTORIZARE, dicebantur domini, aut venditoris liberi, vel vxores, qui vel quae venditiones et diſtractiones ab iis factas approbabant, iisque conſenſum ſuum praeſtabant. Interdum vero, quo rata eſſet et firmior venditio, emptores, vltra conſtitutum venditori pretium, liberis aut vxori venditoris certam etiam ſummam perſoluebant, veluti indemnitatis gratia. Tabular. Vindocin. Thuani charta 175. Idem Tabularium an. 1078. Ch. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 550.

AVCTVACIO, ἀθροισμὸς, *auctus, congregatio*, in Supplemento Antiquarii.

AVCVPABILIS, Ioanni de Ianua, *res apta ad aucupandum.*

† AVCVPACIO, aucupandi Ius, vel quidquid ad aucupium pertinet. Ch. an. 1211. apud Cencium inter Cenſ. Eccleſ. Rom. *Cum piſcariis, aucupacionibus, montanis, maritimis* etc.

† AVCVPALIS, ad aucupium idoneus, aptus. Ch. a. 1217. ap. Spon. t. 2. Hiſt. Genev. pag. 411. V. *Aucupabilis.*

AVCVPITIVM, pro *Aucupium*, apud Lindwoodum lib. 3. Conſtit. Anglic. p. 200. edit. 1679.

† AVDACIA, conſilium, molirio, expeditio militaris. Lit. Ioann. duc. Bitur. Mſ. an. 1359. in Bibl. reg. *Et vltra hoc - - ſuas audacias in facto armorum, per ipſum ſaepius approbatas, ad effectum deduci cupiendo* etc.

AVDACITER, AVDACTER. Gloſſae MSS. ad Canones Concilior. *Audacter,*

ter, audaciter. Velius Longus: *Audacter Latinum eſt; ſed audaciter melius* etc. Contra Quintilianus lib. 1. cap. 10. *Inhaerent tamen quidam moleſtiſſima diligentiae peruerſitate, vt audaciter potius dicant, quam audacter, lices omnes Oratores aliud ſequantur.* Auguſtinus in Grammatica: *Quae in* i *definunt, in ter ſyllabam mittunt aduerbia, vt agili, nobili, aud. ci; difficili; agiliter, nobiliter, audaciter, difficiliter.* Occurrit in Codice Epiſtolar. B. Bonifacii Archiepiſc. Mogunt. Epiſt. 97. Vtuntur etiam aliqui e Latinis.

AVDANICVM. V. *Audanicum.*

† AVDAX. TVNICA AVDAX, a Gall. *Botte hardie*, V. *Tunica* 1.

AVDECH, *qui foederatum aut nuptiale factum ſuſcepit.* Papias MS. Bitur.

AVDENTIA. Hiſtor. Scholaſt. Petri Comeſtoris cap. 52. *Acriſia quam Latine audentiam dicere poſſumus.* Vbi perperam ſcriptum *Acriſia* pro *Aoraſia*, caecitas, et *Audentiam* pro *Auidentiam.*

AVDENTICVM, pro *Authenticum.* Teſtam. in cortice ſcriptum a. circiter 690. apud Felibian. in Hiſt. S. Dionyſii pag. XL.

AVDIBILIS. (1) Qui facile audiri poteſt. Madox Formul. Anglic. pag. 329. (2) AVDIBILIS LIBER, quem docentur diſcipuli in Academiis ſeu Vniuerſitatibus. Lobinellus Hiſt. Pariſ. tom. 3. in Gloſſario.

AVDICA, praeſtationis genus. Ch. an. 1094. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Confirmo in luius conclaui ſancti propter remedium animae meae taliter vt non in iſtas haereditates merino, neque ſaione, neque pro roſſe, neque pro omecedio, neque pro - - audica, neque foſſara*, etc. V. *Audientia* 7.

† AVDIDVS, *dolue come organi*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

AVDIENTES. (1) Dicti Scriptoribus Latinis Eccleſiaſticis, qui Graecis κατηχούμενοι, vel quod antequam ad Baptiſmum admitterentur, fidei Chriſtianae, erudirentur myſteriis: vel, quod priusquam ſacra fieret Liturgia, *Scripturas audirent*, vt eſt in Canone 21. Concilii Niceni Arabici ἀκροώμενοι, in Concilio Nicaeno can. 11. ὡρισμένος τῆς ἀκροάσεως χρόνος, cap. 12. Theodulfus Aurelianenſis de Baptiſmo c. 2. *Catecuminus, audiens, ſiue inſtructus interpretatur.* S. Cyprianus Epiſt. 13. *Audientibus, etiam ſi qui fuerint periculo praeuenti, et in exitu conſtituti, vigilantia veſtra non deſit.* Epiſt. 14. *Optatum inter Lectores Doctorem audientium conſtituimus.* (2) AVDIENTES, pari ratione dicti ſunt Poenitentes publici ſecundae claſſis, quod audita, quae ante ſacram Liturgiam fieri ſolebat, oratione, ſimul cum Catechumenis eiicerentur, vtpote qui indigni cenſerentur ſacrorum Myſteriorum praeſentia et participatione. Greg. Thaumaturgus in Epiſt. Canonica cap. 11. *Auditio eſt intra portam in porticu, vbi oportet, eum qui peccauit, ſtare vſque ad Catechumenos, et illinc egredi. Audiens enim, inquit, Scripturas et doctrinam eiiciatur, et precatione indignus cenſeatur.* V. *Poenitentes.* (3) AVDIENTES, auditores, diſcipuli, qui litteras, philoſophiam aliasque artes diſcunt. Spicil. Acher. tom. 6. pag. 144.

AVDIENTIA. (1) Iudicium. S. Hilarius in Fragm. pag. 6. *Quia quanto nos impenſiore cura audientiam quaereremus, tanto illi pertinaciore ſtudio audientiae contrairent.* Sulpitius Seuerus lib. 2. Hiſt. *Epiſcopis audientiam reſeruare.* Lex Wiſigoth. lib. 2. §. 2. Lex Burgund. tit. 19. §. 1. AVDIENTIA REGIA. In Collect. Conc. Hiſpan. tom. 4. pag. 428. *Praecipimus vt noſtri Vicarii et Iudices eccleſiaſtici ſedulam curam gerant regiam audientiam monendi intra id tempus quadraginta dierum.* Vbi per *Audientiam regiam*, aut Rex ipſe intelligendus videtur, aut eius conſilium, a quo res, de quibus litigatur, iudicari ſolent. AVDIENTIAM ALICVIVS APPELLARE, ad iudicium prouocare, apud Petr. Cellenſ. lib. 1. Epiſt. 16. in Legib. Wiſig. lib. 2. tit. 1. §. 23. V. IC. AVDIENTIAM TENERE. Capitulare de Villis cap. 56.

(2) Con-

(2) Controuerſia, lis. Ch. anno 1021. ap. Diagum lib. 2. de Comit. Barcinonenſ. c. 31. Alia an. 1024. ex Tabulario Vrgellenſi apud Baluz. in Append. ad Capitul. num. 145.

(3) Auditus. Prudentius lib. Periſteph.

Surdis fruendam reddere Audientiam.

Breuiarium Sarisberienſe anni 1556. Vbi *in audientia* idem eſt quod clara voce, quae poſſit audiri.

(4) Conuentus, conſeſſus. Henricus Huntindonenſis in Epiſtola de contemptu mundi an. 1153. Spicil. Acher. tom. 8. pag. 179. † IN AVDIENTIA, publice, in Ch. a. 1184. t. 4. Ordinat. reg. Franc. p. 56. *Qui vero in honeſtum de communia dixerit in audiencia, et conuinci poterit teſtibus, iudicio ſcabinorum emendabit.*

(5) AVDIENTIA, *licet aliter capiatur, proprie tamen magis dicitur eſſe facultas et poteſtas loquendi coram ſuperiore alicui conceſſa.* Ita ver. Vocabularium Iuris vtriusque. Hac ratione Galli dicunt, *Avoir une audience du Roi*, ad regem admitti.

(6) Obedientia. Electio Hugonis in Abbatem S. Rigaldi apud Marbill. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 629. col. 2.

(7) Tributum, vel tributi ſpecies. Ch. Petri Epiſcopi Salernitani, apud Vghellum to. 1. Italiae Sacrae pag. 501. *Et ſi nos aut noſtris ſucceſſoribus quamcumque conditionem, aut audientiam, aut quemcumque cenſum vel ſeruitium imponere voluerimus*, etc. Alia anni 1208. in Tabulario Foſſatenſi fol. 23. *Telonium, foragium, toragium, audientias, haias, ſaccum, vannum*, etc. Alia Petri Epiſcopi Pariſienſis an. 1212. ibid. fol. 30. *Super paſtu et audientiis*, etc. Alia an. 1238. ex eod. Tabul. fol. 111. *Quittamus eisdem hoſpitibus - - duos denarios de audientiis, quos in feſto S. Mauri nobis dedebant*, etc. Rurſum: *Audientiae de Varennis ibidem recipiendae in feſto B. Andreae Apoſtoli ſc. fol. 6. den. et recipiuntur iſtae audientiae ratione denorum ibi exiſtentium, videlicet pro qualibet domo 4. den. Pariſ.* etc. Id porro nominis praeſertim apud Aurelianenſes obtinuit. Ch. Ludov. VII. Reg. Franc. an. 1178. pro Aurelianenſibus, in Regeſto Philippi Aug. f. 72. et apud Franc. le Maire in Hiſt. Aurelianenſi pag. 323. *Nullus homo ſocietatem habens cum homine de audientiis totum reddat conſuetudinem, ſed eam tantum partem, quae ipſum contigerit. Vbi audientia* redditur a praedicto Scriptore *Ouance*, qui addit id vocabuli bannitiones et proclamationes denotare, quae fiebant pro *iure conſuetudinum* ſeu penſitationum, in *Hallis* publicis, vbi miniſtri audientiales, quos *Sergeans Audienciers* appellabant, quoslibet banno publico inuitabant ad ſolutionem eiusmodi praeſtationum. Ex praedictis vocabuli vis non omnino percipitur: nec ſcit Cangius, an *Audientiae* voce olim intellectae ſint praeſtationes illae, quae ab iis, qui ad placita conuenire tenebantur, fiebant, quas *Eulogiarum* nomenclatura donat Polypticus Floriacenſis: *Si ibi ſunt Canaticarii, debent Kalend. Octob. den. 4. et vnam diem in banno, et ad 3. audientias venire cum ſuis Eulogiis.* AVDIENTIAM aliquando ſaltem vſurpatam fuiſſe pro *Tallia ad placitum* inuicte probat Charta Thomae Abbatis S. Germani a Pratis a. 1250. ex eiusdem Monaſt. Tabulario: *Notum facimus, quod cum Eccleſia noſtra fuiſſet in poſſeſſione - - leuandi et capiendi Talliam nomine audientiarum annis ſingulis ad placitum ab Ermardi, Auelina*, etc. Iam vero Miniſtri iſti Audientiales, *Abſcultatores* videntur appellari in Charta Philippi Auguſti ann. 1287. pro Aurelianenſibus, in eius Regeſto Herouualliano fol. 103. *Idem tenendum eſſe praecipimus, vt Praepoſitus noſter per aliquem de ſeruientibus ſuis de domo et menſa ſua, qui Bedelli et Abſcultatores appellantur, circa burgenſem aliquem nihil omnino distrationare poſſit.*

(8) † Locus, vbi de rebus ſuis tractaturi congregantur. Ch. a. 1365. t. 4. Ordinat. Reg. Franc. p. 554. *Anno quolibet fiet una miſſa ſolemnis in*

in eccleſia Celeſtinorum Pariſius - - et quolibet menſe percipiunt in audientia vnam burſam.

(9) † Domus vel cubiculum in monaſteriis, vbi excipiuntur aduenientes, **Sprachzimmer, Gaſthauß.** Stat. S. Victor. Pariſ. Mſ. part. 2. V. *Auditorium* 3.

AVDIENTIALIS. AVDIENTIALIS CHARTA, qua quis ad Principis iudicium vocatur, citatur, ap. Marculf. l. 1. form. 28. AVDIENTIALE OPVS, in Concilio Meldenſi can. 77. V. *Audientia* 2.

AVDIENTIARIVS, ſcriba, notarius forenſis, Gall. *Audiencier*. Inter apparitores forenſes primas tenet *Audientiarius*, ſicque appellatur, quod in *audientia* cauſas ordine ſuo appellare, atque audientiam populo facere ex officio teneatur. Acta SS. Iulii tom. 3. pag. 56. Et apud Rymer. tom. 13. pag. 448.

AVDIRE. (1) Intelligere, capere. Epiſtola I. Epiſcopi Acconenſis ad Honorium III. PP. apud Achetium tom. 8. Spicil. pag. 381. (2) Iudicare. Appendix Codicis Theodoſ. a Sirmondo edita Conſtit. 18. *Epiſcopale iudicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri a Sacerdotibus adquieuerint. Cum enim poſſent priuati inter conſentientes, etiam iudice neſciente, audire, his licere id patimur, quos neceſſario veneramur.* Ita IC. paſſim. Vide Senator. l. 1. form. 37. (3) Velle. Capitula Ludouici Pii an. 824. cap. 9. apud Holſtenium, de teſtibus: *Quod ſi diſſenſerint, et quaedam pars teſtium vni praebuerit teſtimonium, et alia alteri: tunc interrogatur ſi audieris per pugnam illorum teſtimonium approbare.* Phraſis Gallica: *S'il entendoit prouver ſon témoignage par le duel.* Ieremias cap. 12. rogatus a Principibus Iudaeorum, vt pro iis oraret ad Dominum Deum ſuum, reſpondet v. 4. *Audiui*, id eſt, volo, aſſentior, conſentio. Hinc procedit Gallicum *Oui*, quo ſignificant ſe dictis aſſentiri, etc.

AVDITIO, coetus, conſeſſus. Vita Iacobi Gelu Archiep. Turon. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1947.

AVDITOR. (1) Iudex: *audire* enim iudex, Praefectus vrbi, Praeſes dicitur, qui cognoſcit, iudicat, in l. 6 D. de Dote leg. l. 12. D. de Inſtrum. *Auditor vice ſacra*, l. 3. C. Vbi Senat. AVDITOR ROMANI IMPERII, ap. Peſt. Diac. l. 4. Chron. Caſin. c. 68. AVDITOR IN CVRIA PAPAE *vocatur, qui vice iudicis alicuius cauſam vel cauſas audit*, Breuiloq. AVDITOR CAMERAE PAPAE, *qui audit negotia ſuper theſauro Papae, et ſuper his quae ad Cameram Papae pertinent*, in eodem. Breuil. AVDITOR CONTRADICTORIARVM *in Curia Papae, qui audit impetrantes reſcripta ad lites vel aliter ad Ius cõmunne pertinentes gratias.* Ita idem Breuil. AVDITOR ROTAE, Iudex in curia Romana. Eſt autem *Rota* tribunal ex XII. inſignioribus Praelatis compoſitum. V. *Rota*. † AVDITOR CASTELLETI, Iudex inferior, Gallis *Juge-Auditeur*. Lit. Ludov. X. Mſ. AVDITOR CONTRADICTORVM, idem qui *Auditor Contradictoriarum*, in Chartul. Campan. (2) AVDITORES, Inquiſitores, qui de rebus controuerſis a iudicibus delegabantur ad earum veritatem detegendam, adhibitis *auditisque* teſtibus, (vnde *Auditores* dicti) et de iis ad ipſos iudices, quorum iudiciis intererant, referebant. Auditores vero primi recenſentur inter officiales Praepoſiturae Pariſ. in Edicto Caroli Pulcri an. 1325. tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 3. Verus Placitum apud Vghellum in Comenſibus Epiſcopis pag. 278. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. c. 61. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſin. cap. 66. Similem ob cauſam *Auditores* etiam dicuntur ii, qui in Fiſci Curia vel in Monaſteriis rationibus cognoſcendis excipiendisque praeficiuntur. Computus anni 1277. apud Kennettum Antiquit. Ambroſden. pag. 287. Hiſt. Dalphin. tom. 1. pag. 79. (3) † Qui de delictis inquirit, et vt ea reprimantur vel puniantur, promouet. Gall. *Promoteur*. Areſt. a. 1309. Mſ. vbi mentio fit *Auditoris generalis epiſcopatus Claromontenſis*. (4) AVDITORES deni-

denique appellati, qui poſtmodum *Notarii*, *Auditeurs*, in Conſuetud. municipal. Ambianenſi antiqua art. 65. Pontiuenſi art. 69. S. Pauli art. 42. Claromontenſi art. 198. vbis Inſulenſis art. 64. 95. Vbi venditionum aut alienationum contractus fieri debere coram *Auditoribus*, vel judicibus ſtatuitur. At in Claromontenſi, loco citato, *Notarii* videntur appellari, qui ſcilicet contrahentium voluntates audiunt, easque ſcriptis mandant. V. Rouerium in Hiſt. Reomaenſis Monaſterii pag. 599. (4) AVDITOR, qui inſtrumenti confectioni, aut chartae lectioni teſtis adeſt. Ch. Almodis Comitiſſae Marchiae, in Tabulario Hoſpital. Montismorillionis in Pictonibus. Alia apud Hier. Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 791. Alia apud Doubletum pag. 492. (5) AVDITORES, iidem, qui *Audientes*, ſeu Catechumeni. Iſidorus lib. 7. Orig. cap. 4. Nicolaus PP. Epiſt. ad Riuoladrum Epiſc. in Append. 18. (6) AVDITOR, apud Manichaeos, ſecundus fuit gradus eiusmodi haereticorum: cum primus *Electorum eſſet. Atque ii*, inquit S. Auguſtinus Epiſt. 74. *carnibus veſcuntur, et agros colunt, et ſi voluerint, vxores habent: quorum nihil faciunt, qui vocantur Electi.* Vide eumdem lib. 2. de Morib. Manichaeor. cap. 18. lib. de Haereſib. cap. 46. lib. contra Fortunat. l. 20. contra Fauſtum Manich. lib. de Vtilit. credendi cap. 1. etc.

AVDITORIALIS SCHOLASTICVS, Patronus, Aduocatus, qui in *Auditoriis*, ſeu judiciis publicis pro clientibus perorat; qui *Scholaſticus Forenſis* in Concilio Sardicenſi, *Scholaſticus Iuriſperitus*, Auguſtino Tract. 7. in Ioan. Marius Mercator in Commonitorio: *Hinc Pelagio adhaeſit Caeleſtius, nobilis natu quidem, et illius temporis auditorialis ſcholaſticus.*

AVDITORIVM. (1) AVDITORIVM SACRVM habere, qui judices dicerentur, docet Scholiaſtes Iuliani Anteceſſ. in Conſtit. 17. cap 63. *Auditorium ſacrum dicebatur, vbi formalibus verbis cauſae allegabantur; et veſtem induebat, qualem in Palatio et velusti Campaces, et ſic ingrediebantur omnes ad eos.* (2) AVDITORIVM, κατηχουμενιον, locus in Eccleſia, in quo conſiſtebant *Audientes*, ſeu Catechumeni; vel locus, vbi fideles verba Concionatorum excipiebant, quomodo vox haec vſurpari videtur in Concilio Carthagin. IV. can. 24. Ch. Radulfi Delicati ex familia Comitum Vilcaſſini, in Tabul. S. Martini de Campis. (3) Domus, vel cubiculum in Monaſteriis, vbi excipiebantur aduenientes hoſpites, et ſalutaturi: *Salutatorium*, Germ. Sprachzimmer. Gloſſ. Saxonicum Aelfrici: *Auditorium*, *Spraec-hus*, domus colloquii. Concilium Cabilonenſe II. cap. 61. Additio 2. Capitul. Caroli Mag. cap. 16. et Concilium Pariſienſe VI. cap. 46. (4) AVDITORIVM praeterea appellabant Cluniacenſes et Ciſtercienſes Monachi, et alii, locum, in quo conueniebant Monachi, quod in eo eſſent Monachicae ſcholae, ibique Praeceptores docerent, diſcipuli audirent Magiſtros docentes. Gloſſ. Lat. Gr. ἀκροατήριον, *Auditorium*. Statuta S. Dunſtani. Liber Vſuum Ciſtercienſium cap. 72. (5) Auditus, auditio, actio audiendi. Chron. S. Trudonis apud Acher. to. 7. Spicil. p. 438. (6) Admiſſio ad Principem, Gall. *Audience*. Angeli Pechinolii Ortani Epiſc. Litterae ad Innocentium VIII. PP. apud Fontaninni in Appendice Antiquit. Hortae p. 474.

† AVDITVM, edictum, promulgatio. Ordinat. Caroli Dalph. Mſ. a. 1356. in Bibl. reg. *Volumus quod per locumtenentem noſtrum fiat auditum generale, quod omnes et ſinguli ſubditi noſtri - - veniant recogniturі homagia, feuda* etc.

AVDITVS. (1) Vt *Auditorium* 6. apud Rymer. to. 9. pag. 790. *Ambaſſiatoribus - - non concedebatur auditus.* (2) † Auris. Lex Ripuar. tit. 68. art. 5. *Quod ſi quis abſque effuſione ſanguinis alium brachio, pede, oculo, auditu, naccatu, vel quocunquelibet membro mancauerit* etc.

AVDY-

AVDYNAEVS, Menſis Macedonici nomen. Vetus Chron. tom. 3. Iunii pag. 306. *Hoc eodem anno magnam labem accepit Conſtantinopolis ex terrae motu menſe Audynaeo.* In quae Bollandi Continuatores: „I. Baptiſta „Ricciolus noſter in ſua Chronolo„gia reformata lib. 1. cap. 20. de„monſtrat *Audynaeum* Macedonicum „inchoare a die 24. Decembris „ etc. † Potius *Andynaeus*, a Gr. ἀνδύνειος, emergens aut *emerſorius*; quod menſi Ianuario apte conuenit.

† AVEDALTVM, forte idem ac *Auellaneta*. Ch. a. 1313. in Bibl. reg. *Praedictus honor - - protenditur - - de collo de Falgariis, ſicut aqua vergit, vsque ad undes, et de undibus vsque ad riuum frigidum, et de riuo frigido vsque ad auedalt, et de auedalto vsque ad orzarios.* Infra: *Auedant.*

AVEIRE, V. *Aucire.*

AVELLANARIVS, nux auellana, arbor, Gallice *Auelinier*, in Capitulari de Villis cap. 70.

† AVELLANETA, AVELLENATA, Hiſp. *Auellaneda*, locus *auellanis* arboribus conſitus. Ch. an. 1518. ex Chartul. Viuiani notar. Maſſil.

† AVELLANETVM, eadem notione. Ch. a. 874. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 833.

† AVELLATORIVM, *Auelot*, in Vocabul. compend.

† AVELLVM, *la cortina de le ſale.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† AVE-MARIA, reditus quidam; cuius appellationis ratio exponitur in Srat. Mſ. eccl. Tull. a. 1497. *Eſt et alius reditus in Trouceyo, dictus Aue-Maria - - ſuccedit loco ſalarii dicendi Aue Maria in principio cuiusuis horae canonicae.*

† AVEMBRATVS, adiectus, adiunctus. Ch. a. 810. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 671. *Aedificia, quae ad eam* (eccleſiam) *ex vtraque parte auembrata ſunt.* V. *Amembrare.*

AVENA DE FIMO, DE MOLTA, id eſt, auena quae colligitur ex agris fimo impinguatis, et auena, ſeu quaeuis praeſtatio, quae exigitur ab iis, qui ad molendinum molendi cauſa accedunt. V. *Auenagium.* (2) Eſt enim *Molta*, Gallice *Mouture.* Polyptychus Monaſterii Fiſcannenſis MS. AVENA DE GAVLE, praeſtatio agraria, ſeu cenſus annuus ex agris auena ſoluendus. Enumeratio feudi venditi a Girardo de Ham Milite domino de Douchy a. 1293. ex Tabul. Corbeienſi: *Martinus li Grand et eius filiae et les Moniotes debent tres quarterios Auenae de Gaule, et Iohannes li Grand vnum quarterium de Gaule*, vbi *Gaule* idem eſt ac *Gaulum*, quod vide.

AVENABLATVS, V. *Aduenablatus.*

† AVENACHIVM, pro *Auenagium* 1. in Necrolog. Mſ. Siluanect.

AVENAGIVM. (1) In veteri Ch. apud Argentreum in Hiſt. Britan. pag. 307. et in Pacto inito inter Gaufredum Dom. Vauuenti, et Abbatem Malleacenſem an. 1232. vectigal, ſeu penſitatio ex auenis, dominis penſitari ſolita: Gallis *Auenage.* (2) † Quaeuis praeſtatio. *Auenagium langrum et arietum*, in Bulla Innoc. III. a. 1198. t. 1. Probat. Hiſt. Brit. p. 733. Sic et *auena de fimo, de molta*, vectigal eſt, quod pro fimo, molta exſoluebatur, ſiue auena ſiue pecunia. V. *Auena.* (3) AVENAGIVM, aliquando ſcribi pro *Aubenagium*, Gall. *Droits d'aubaine*, teſtatur Spelmannus in Gloſſario.

AVENANCIA, V. *Aduenancia.*

AVENANTARE, V. *Aduenantare.*

AVENANTATA, AVENANTIA } V. *Auentata.*

† AVENANTVM, portio vnius ſummae in partes aequales diſtributae. Ch. Henr. reg. Angl. Mſ. in Biblioth. reg.

AVENARIAE, arua, in quibus ſolae excreſcunt auenae: *Auenaries*, in Conſuetud. de Soeſmes art. 2. In Breſſia et Dumbis arua ſtagnorum aquis ſuperfuſa dicuntur *Auenariae*: ſed in iis non auena ſolum, verum etiam frumentum vel ſiligo interdum ſeritur et creſcit.

AVENANTIZA FEODI, Gall. *Auenant de fief*, de quo ſupra dictum

est in *Aduenamentum*. Chartular. S. Vandregesili to. 2. pag. 1703.

AVENCARE, V. *Auentare*.

AVENDERE AD FIRMAM, ad censum sen firmam dare. Litterae Iohannis Episcopi Lincoln. in Formul. Anglic. Th. Madox pag. 334. V. *Auentata*.

AVENEANTITIVM, V. *Aduenamentum*.

AVENEBLATVS, V. *Aduenablatus*.

AVENIATVS, ager vineis consitus. Instrum. anni 19. Conradi Regis: *Vt ipsi laboratores cum bono studio terram plantare valeant, vt cum bene aueniati fuerint, ipsi laboratores ad proprium alodem medietatem recipiant*. Vbi obseruare est agros inoultos ea lege a domino rusticis concessos fuisse, vt eorum media esset, si illos vitibus consererent.

AVENIGA, f. pro *Auena*. Litterae Innocentii II. PP. an. 1140. Hist. Mediani Monast. pag. 286. *Apud Manierias decimas de auenigis et croadis, quod fuit de beneficio ipsius Mediani Monasterii*.

AVENIMENTVM, Gall. *Aduenant, Auenimenti* multiplex significatio pro locorum et consuetudinum varietate in Turonensi, Iuliodun. Andegav. Cenoman. et Britanniae Minoris est legitima bonorum portio, quae filiae contingit in parentum successione. Plura vide in Glossario Iuris Gallici D. de Lauriere et alibi. Charta Stephani Comitis an. 1319. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. pag. 310. *Quae etiam ipsi competunt - - ratione partis, partagii, frayreschiae, auenimenti et futurae successionis*.

AVENIRE, pro *Aduenire*, in Donatione anni 837. to. 1. nouae Hist. Occitan. col. 70.

† AVENIVS. RES AVENIAE, Praeticis Gallicis *Biens Aueniers*, caducum, seu quidquid ex confiscationibus et *escaetis* domino feudi aut praedii quasi fortuito obuenit. Ch. a. 1323. Mf. in Bibl. reg. *Voluerunt - - quod - - fortunae et quaecunque etiam res aueniae euenerint, sint communes* etc. V. *Auentura* 3.

AVENNATVM, idem quod *Auenantia*, rata portio, etc. Tabular. Fontanellense tom. 1. pag. 1206. V. *Aduenancia*.

† AVENNVS, pro *Annonus*, in Ch. Mf. a. 1243. V. *Auanna*.

† AVENSARE, a Gallico *Auancer*, protendere, appropinquare. Chartul. monast. S. Barthol. de Beneuento in Lemouic.

AVENTAGIVM. (1) Ius praecipuum, praerogatiua, Gall. *Auantage*. Testam. Roberti Militis domini de Bera an. 1289. ex Chartulario minoris S. Benigni Diuion. V. *Auantagium*. (2) † Annuae pensionis assignatio cum praerogatiua. Stat. datiaria Riper. c. 5. *Quilibet incantator, emptor seu conductor teneatur et debeas soluere quaelibet auentagia oblata et habita in ipsis datiis cuilibet personae habere debenti ipse auentagia infra duos menses*. (3) † Quod alicui, vt jus suum cedat, exsoluitur. Ch. Mf. a. 1328. in Bibl. reg. V. *Auantagium* 6. (4) † Quod praeter contentum mercedem operarius conceditur. Ch. Mf. a. 1358. in Bibl. reg. V. *Auantagium* 3. (5) † Lucrum, quaestus, Gall. *Auantage*. Ch. Mf. a. 1354. in Bibl. reg.

AVENTAILLES, apud Rymer. to. 8. pag. 384. *Tredecim loricas, quinque auentailles, quadraginta arcus*, etc. Skinnerus in Etymologico vocum obsoletarum ad vocem *Auentail* suspicatur a Gallico jam obsoleto *Auantail*, trahere originem. Est autem ipsi *Auantail* Praetentura ferrea, προπυγίδιον, ab aduerbio *Auant*, ante, quasi diceretur anterior armaturae pars,

AVENTARE, Vgutioni et Iohanni de Ianua *Auenas eradicare*, Papiae, *truncare, et eradicare*. Eidem Papiae in MS. Bituric. *Auencare*. Leg. forte *Auenare*.

AVENTATA, AVENANTIA, et AVENANTATA TERRA, terra caduca, quae domino feudi per *Auenturam* obuenit. Archiuum Castri Nannet. Anno 1273. *Computauit magister monetae - - de Iohanne Ioion Milite pro terra - - auentata domino Comiti. Terra domini Gaudini est auentata domino Comiti ad valorem*

CXX

CXX. librarum. Perſoluit Petrus Feſſart pro quadam terra auentata domino Comiti in feodo ſuo. Ibidem: *Pro Gaufrido de Tuoramboc pro terra ſua, quae fuerat auenantata.* V. *Aduenantare.*

† AVENTICIVS, aduena, *albanus*, in Ch. a. 1290. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 78. V. *Aduenticius.*

AVENTVRA. (1) Euentus, Gall. *Auenture*, Germ. Abenteuer. Wilbrandus ab Oldeborg in Itiner. Terrae Sanctae. (2) AVENTVRA, AVENTVRAE, haſtiludia, torneamenta, equeſtres decurſiones. Ch. Henrici Regis Angliae apud Guilielm. Prynneum in Libertatibus Eccleſ. Angl. to. 3. pag. 466. *Conceſſimus eis de gratia noſtra ſpeciali, quod torneamenta aliqua, auenturae, juſtae ſeu eiusmodi haſtiludia non fiant de cetero in villa praedicta, ſeu per 5. milliaria circumquaque.* Adde pag. 1100. Mandatum ſuper Iuratis ad arma, in Additam. ad Matth. Paris pag. 149. *Quod nulli conueniant ad turniandum, vel burdeandum, nec ad alias quaſcunque auenturas.* Beſoldus de Linguarum immutat. Gallicum *Auenturae*, fors, fortuna, a Germanico *abenthëur* deducit: ſed a Latino *euentus*, *euentura*, videtur potius vocis etymon arceſſendum. (3) Caducum, ſeu quidquid ex confiſcationibus et Eſcaëtis domino feudi aut praedii quaſi fortuito obuenit. Charta Iacobi Reg. Aragon. a. 1254. V. *Auentata Terra.* (4) AVENTVRAE, Gallis, *Eſpaues*, Normannis *Choſes gayues*. De iis dicitur quae in terra domini feodalis caſu reperiuntur nec ab aliquo repetuntur. Ch. an. 1283. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 299. *Item nos Comes auenturas percipiemus, quae reperientur in terra dicti Monaſterii, theſauros auri et argenti, lapidum pretioſorum, et annulorum, et venationes caprarum, vrſorum, capreolorum et aliae auenturae et venationes quae reperientur in dicta terra dicti Monaſterii erunt Monaſterii ſupradicti.*

† AVENTVRERIVS. Ch. Mſ. an. 1362. in Bibl. reg. *Super quodam hoſpitio Iohannis Amoraſi auenturerii* etc. Legendum procul dubio *Armeurerii*. V. *Armeurarius*; nequaquam enim eo, quo ſupra *Aduenturerius*, ſenſu accipi poteſt.

AVENTVS. (1) Pro *Aduentus*, tempus ante Natale Domini in Ch. Geraldi Abb. S. Ioannis Angeriac. an. 1385. ex Chartulario eiusd. Monaſt. vbi bis legitur. V. *Aduentus* 2. (2) † Alia notione, V. *Auentus.*

*) AVEOLVS, *moltra* (Mulde), in Gloſſar. Monſeenſi ap. Pez. Pro alueolus.

AVER, V. *Auerium.*

AVERA. (1) I. q. *Auerium*, q. v. (1) Idem quod *Aueragium*, in Domesdei et apud Spelmannum. (3) † Idem quod auia. Acta SS. t. 5. Sept. p. 354.

AVERAGIVM, Raſtallo et Spelmanno, eſt *Carropera*, ſeu vecturae onus, quod tenens domino exſoluit cum *auerüs*, ſeu equis, bobus, plauſtris, curribus. Hinc crebro *quietum eſſe de aueragiis*, in veteribus Chartis. Addit Spelmannus, *Aueragium* interdum eſſe detrimentum, quod in vectura mercibus accidit. His addunturr vecturae ſumptus et neceſſariae aliae impenſae. Meminit idem Statuti inediti de *aueragiis* mercium e nauibus proiectarum. Germanis Haferey. V. *Auaria*, et *Auerium.*

AVERAMENTVM, apud IC. Anglos eſt, cum quis ad reſcindendum Breue, quod alius impetrauit, litem intendit; vel exceptionem contra actionem ſibi intentatam proponit: tunc enim quod in excipiendo protulit, probare, prout judex decreuerit, offert, diciturque haec oblata conditio *Appel en Auerement.* V. Raſtallum.

AVERARE. (1) Probare verum eſſe; Gall. *Auerer*, *Verifier*. Italis *Auverare*, confirmare, et pro vero affirmare. Vſatici Barcinonenſes MS. c. 49. Charta Iacobi Reg. Aragon. an. 1228. V. *Inueriture.* † Dicitur praeterea de iis, quae ad pondus regium probantur. Ch. Mſ. an. 1326. in Bibl. reg. *Paſtas ſeu panes - - poſſint cum recto pondere regio, Caturci conſueto, auerare et ponderare.* (2) Res cum *auerüs* vehe-

re. Cuſtomar. de Hechampri. Lew. p. 18. V. *Auerium.* (3) Alia notione. V. *Aduerare.*

AVERATIO, exploratio, aeſtimatio, a Gall. *Auerer.* Epiſt. Iacobi Aragoniae Regis ad Corolum Franc. Regem. to. 8. Spicil. Acher. pag. 279. V. *Adueratio.*

AVERCA, V. *Ancra.*

AVERCORNE, frumentum quoddam cenſuale, tenentium ſiue vaſallorum opera, jumentis ſcilicet ac plauſtris, ad granarium vel horreum Domini deferendum, in Ch. an. 1263. quae extat apud Willelmum Thorn. in Chron. pag. 1912. Vox formata, ex *Auer*, jumentum, et *Corne*, granum, frumentum, annona, apud Anglos. V. Kennet. in Gloſſar. ad calcem Antiquit. Ambrosden.

AVERE, V. *Auerium.*

AVERGARIA, modus agri, apud Campanos Galliae. Polyptychus monaſterii S. Remigii Remenſ. *In Luperciaco eſt manſus dominicatus, cum aedificiis et viridario, ſunt ibi auergariae 3. vbi poſſunt ſeminari de ſigilo modii 20.* † Idem forte quod *Percheria* alibi dicitur. V. *Auergeria.*

AVERIA, AVERIS, V. *Auerium.*

† AVERITATOR, circulator, oſtentator ſcilicet arcanorum et mirabilium, Gall. *Charlatan*, Germ. Marktſchreyer. Ab Ital. *Auueritare*, aſſeueranter dicere. Stat. Vercell. l. 3. p. 84. Ita etiam legendum pro *Auertator* apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 845.

AVERIVM, AVERVM, AVERE, et AVERIA. (1) Dicuntur facultates, et omnia, quae ſunt in bonis, res praeſertim mobiles, veluti pecuniae, ex Gall. *Auoir*, habere, poſſidere. (*) Suec. *Hafwor*, facultates.) Hinc cognomen illud *Sine Auero*, Gall. *Sans auoir*, aliquando tributum. Fragm. Hiſt. Andegav. tom. 10. Spicil. Acher. p. 367. *Quorum* (euntium in Terram S.) *duces fuerunt Heremita quidam Petrus Achirienſis et Galterius ſine auero.* Teſtam. Philippi Aug. Regis Franc. an. 1190. apud Rigordum: *Omnes homines noſtri adiuuent eum de corporibus ſuis et aueris.* Et infra: *In receptionibus aueri noſtri Adam Clericus noſter praeſens erit, et eas ſcribet, et ſinguli habeant ſingulas claues de ſingulis arcubis, in quibus reponetur auerum noſtrum in Templo, et Templum vnam. De iſto aucro tantum nobis mittatur, quantum literis noſtris mandabimus.* Vbi certum eſt *Auerum* pro pecunia ſumi. Alibi quasuis merces intelligendas eſſe manifeſtum eſt. Hinc AVERIVM PONDERIS, merces omnes quae venduntur ad pondus ſeu libram. Extenta jurium Comitis Sabaudiae an. 1309. Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 97. col. 2. Rymer. to. 4. pag. 363. † AVER DE PES, eadem notione, in Litt. Bereng. archiep. Auxit. a. 1413. *Pro quolibet mercatore - - mercaturas, vocatas, Aver de pes* etc. AVER, vt *Auerium.* Teſtam. Rogerii Vicecom. Biterr. an. 1150. apud Marten. t. 1. Anecd. col. 411. Vide to. 1. nouae Gall. Chriſt. in Probationibus col. 128. | AVERE, in Chartis Hiſpanicis. Vet. Ch. Hiſpanica aerae 819. apud Ambroſium Moralem lib. 13. cap. 18. et Sandouallium in Sylone Rege: *In iſtum ſanctum locum venimus cum aueres noſtros*, etc. Pactum inter Alphonſum Regem Caſtellae et Sanctium Regem Nauarrae, apud Houedenum. AVERIAE, ex Hiſpanico *Auerias*, quod idem ſonat ac *Auera*, bona, pecuniae, etc. Curia Generalis Catalaniae, habita Cerueriae ſub Petro III. Rege Aragon. an. 1359. MS. *Statuimus quod Officiales noſtri, qui ſunt aſſueti de cauſis criminalibus recipere auerias, nequeant easdem accipere* etc. † Mulctas pecuniarias hic intelligit Carpentarius; atque adeo potius ab *Auaria*, quam ab *Aueria* arceſſendam eſſe vocis originem. AVERIS, eadem notione. Hiſt. Dalphin. to. 2. pag. 574. (2) AVERIA, AVERII, in ſpecie dicuntur equi, boues, jumenta, oues, caeteraque animalia, quae agriculturae inſeruiunt, aut in agricolae bonis et facultatibus, ſeu, vt vocant, *Inſtauramento*, computantur. Regiam Maieſtatem lib. 4.

lib. 4. c. 77. *Hoc placitum dilationem non recipit, propter averia, id eſt, animalia muta, ac diu detinenda inclusa. Animalia* ſimpliciter dicuntur, ſupra c. 22. *Ad capiendum aliquam ſummam magnam averiorum, ſeu animalium in namium.* Adde Leges Baronum. Scotic. c. 23. AVERA, AVERE, eadem notione, in Bullario Fontanell. fol. 115. verſo. Praeſertim vero voces iſtae vſurpatae leguntur pro *jumentis*, aut equis, qui aratro junguntur. Domesdei in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 305. *Paſtura* 100. *ovibus, vnus averius, vnus porcus*, 7. *oves*, etc. Ibid. pag. 306. *Quinquaginta acrae prati, et vna piſcaria* 9. *averii* 2. *runcini* 27. *porci* 100. *oves*. Idem Monaſticum tom. 1. pag. 112. *Cum inſtauramento* 8. *boum, vnius averii, et* 122. *ouium*. V. Fleam lib. 1. cap. 20. §. 118. 119. Somnerus perperam ab *Ouvrer*, laborare, agrum colere, vocem hanc deducit. AVERE GROSSVM ET MINVTVM, in duobus Chartis ex Archiuo S. Victoris Maſſil. AVERA LACHALIS, vacca vel capra, ex qua *lac* ſugitur vel exprimitur, in Charta anni 1330. ex eodem Archiuo. † AVERE LANVTVM, verueces, oues, in Ch. 1343. t. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 732. † AVERE PORCINVM, grex porcorum, in Ch. an. 1463. (3) AVERE AVERIA, vectigal, portorium, vel etiam aedes in quibus fiſcales ii reditus excipiuntur. Chron. Parmenſe apud Murat. to. 9. col. 870. *Inſuper ruſtici qui venerant cum dicto Rolandino Scorza, et ab aliis partibus, et ribaldi et aliae viles perſonae, aſcenderunt palatia Communis vetus et novum, et domos Poteſtatis et Capitanei et gabellae Iudicis exactoris averis Communis.* S. Ferdinandi Gloria poſthuma to. 7. Maii pag. 376. *Dixit quod cum anno proxime praeterito* M. DCXXVI. *aduenissent galeones Indicae, ipſe cum aliis pluribus ac nominatim cum Capitaneo Ioanne Nunez de Ieroti - die* XXVIII. *Nouembris conſcenderint lembum averiae ad excipiendos praedictos galeones.*

AVERIVS, V. *Averium.*

AVERPENY, tributum, quod praeſtatur pro immunitate *carroperae*, ſeu vecturae. Raſtallus in Expoſitione antiq. vocabulorum: *Auerpeny, hoc eſt, quietum eſſe de diuerſis denariis, pro aueragio Domini Regis*, id eſt, a vecturis regiis, quae a tenentibus Regi praeſtantur. Chartular. Beccenſe, vbi *Vocabula Anglicana quae continentur in cartis noſtris* exponuntur: *Auerpeny, Eſtre quitte d'Auerage.* Monaſticum Angl. tom. 1. pag. 302. *Habent et Auerpeny, ſcilicet pro ſingulis* 30. *acris* 2. *denarios.* Occurrit paſſim in Chartis Anglicis cum aliis eiusdem terminationis vocabulis, tom. 2. pag. 134. 286. 558. 625. 653. etc.

AVERSALICANA MEDIA, antiquae ſcripturae genus. V. *Scriptura.*

AVERSIATA. Examen poenitentis ex Cod. MS. X. ſeculi ad vſum alicuius Eccleſiae circa Alpes: *Presbyter fornicaſti? accepiſti vxorem? ab ordine deponatur, aut XV. annos poeniteat, aut concubinam VII. ann. poeniteat; aut auerſiatam et non fuis virum III. ann. aut cum virgine, vnum.* Quid ſit *Auerſiata* definire promptum non eſt; forte idem ac meretrix.

† AVERSIO. *Res in auerſione empta*, in Leg. 62. §. vlt. ff. de Contr. empt. Hoc eſt in vniuerſum empta, re omni neque perſpecta bene, neque explorata, quaſi *auerſo* vultu. V. Lex. Briſſonii.

AVERTA, in lege 12. Cod. de Curſu publ. l. 47. 48. Cod. Th. eod. tit. eſt pera, ſeu mantica: ita enim hanc vocem interpretatur vetus interpres Horatii in lib. 1. Sat. 6. *Auerta eſt pera ſeu mantica ad veſtes viatorias, aliaque neceſſaria condenda.* Hinc

AVERTARIVS EQVVS, in l. 22. Cod. Theod. eod. tit. qui ſcilicet auertae ferendae adſumitur, equus ſagmarius.

AVERTATOR, V. *Averitator.*

AVESIVM. Geſta Treuir. Archiep. apud Marten. tom. 4. Ampliſſ. Collect. col. 421. *Et poſt haec Elbershuſen quaſi inexpugnabile vallauit, et patibulo erecto obſeſſis taliter tantum metum incuſſit, quod auesio deportato,*

caſtrum tradiderunt. Vbi Baluzius to. I. Miſcell. pag. 160. legit: *Aneſio*; verum vtrobique mendum eſſe videtur, et legendum *Auerio*, hoc eſt, bonis mobilibus. V. *Auerium.*

AVESNA, ſolum in quo auenae tantum creſcunt. Ch. a. 1222. in Chartul. Corbeienſi. V. *Auenariae.*

AVESTILATVM. Litterae Ludouici Regis Franc. apud Rymer. tom. 3. pag. 522. *Quidquid poſt et contra remiſſiones huiusmodi factum fuerit per vos, et veſtrum quemlibet praetextu aneſtilati, aut alio quomodo, ad ſtatum debitum reuocantes*, etc. Forte, *Areſti lati.*

† AVETIA, recognitio feudalis, a Gall. *Aveu.* Ch. Mſ. a. 1225. ex Bibl. reg. V. *Aduenium.*

AVEZARE, V. *Aduerare.*

AVEZATIO, V. *Aduerſio.*

AVFANAE, vel AVFANIAE MATRONAE, Claudio Meneſtrier Hiſt. Lugdun. pag. 130. Matronae ſunt aulicae, a Germanico Hof, aula ſic dictae: atque, inquit, ex hoc antiquo vocabulo Hungarico vel Pannonico Tiberius Pompeianus efformauit vocem *Aufanae* in Inſcriptione voti pro Seuero. Verum ann. 1628. altera Nouiomagi reperta eſt Inſcriptio, in qua vocantur *Aufaniae*, MATRONIS AVFANIABVS T. ALBINIVS IANVARIVS S. L. M. id eſt, *ſoluit libens merito.* † V. Keyſler. in Antiquit. Septembr. et P. Coloniam in Hiſt. Litter. Lugd. p. 245.

AVFERIBILITAS. Gerſonius tractatum ſcripſit, *De Auferibilitate Papae.*

† AVFFARIVM, vt *Affarium*, praedium ruſticum. Ch. Mſ. a. 1350. in Bibl. reg. V. *Affare.*

AVFVGARE, idem quod *Fugare.* V. in hac voce.

AVFVGVS, profugus. Vita Caroli Boni tom. I. Martii pag. 189.

AVGA, anſer, V. *Auca.*

AVGEA VENTOSA, ſpiramentum, Bentil, dicitur de canalibus fontium, quibus paruum additur foramen, quo intercluſi venti elabantur, a Gallico *Auge*, alueus, canalis. *Augeae ventoſae, ſuſpirales fiſtulae, pipae et aliae machinae, per quas tota aqua ventens et diſcedens a capitibus et fontibus praedictis, recipitur et currit - - dictas augeas ventoſas, ſuſpirales fiſtulas, pipas et alias machinas. - - perſcrutari, mundari et reparari*, apud Rymer. tom. II. pag. 29.

† AVGERE. Libert. villae S. Marcell. a. 1343. t. 9. Ordinat. reg. Franc. p. 387. *Conceſſit eisdem quod piſcare poſſint in omnibus piſcaturis et aiſamentis - - - vbique in omnibus ripperiis; exceptis augeribus ſuis et foſſatis* etc. Vbi viuarium piſcium ſignificari videtur.

AVGEREA, cloaca, vox forte eiusdem originis ac *Augea.* Conſuetud. Lemouic. art. 39. *Quia nemo - - debet habere augeream ſeu cloacam.* V. *Aygueria.*

AVGIA, campus paſcuus amni adiacens, vel amne circumfuſus, ex Germ. Aue, (*) et quatenus inſulam denotat, ab Anglo-Saxon. *Ig*, Friſon. *Oge*, et German. Eye, inſula.) Erchinfridus in Vita S. Colomanni: *Eſt autem prope Danubium quaedam ſpecioſa et delectabilis augia, in qua nouiter conſtructa fuit Baſilica.* Pancharta titulorum Abbatiae S. Stephani de Vallibus apud Xantones Charta 2. *Videlicet in decimis, terris, vineis, hominibus, et burgo de vallibus, et furno cum ſaltibus et augiis totius parrochiae, etc.* Hinc Etymon *Algiae*, ſeu *Augiae*, Gall. *Le pays d'Auge*, quae Normanniae pars eſt, paſcua et paluſtris; quamuis a Marliano et Maſſono ab Aulercis deducatur. V. Valeſium Notitiae Gall. pag. 12. ad vocem *Algia.*

AVGIFICARE, augere, producere. Georg. Simler. *Augificare ſyllabam.* Vox antiquata. Dixit Ennius in Andromacha: *Quid ſit ſeditio taberne, an numeros augificat ſuos.*

AVGIMENTVM, pro *augmentum.* Ch. Childeberti III. an. 694. apud Felibianum in Hiſt. S. Dionyſii p. XV.

† AVGINA, *ab augeo, augmentum. Vnde auginaſticus, ſpecies ſinochi, quae ſemper augeri videtur. Auginaſtica aetas, i. adoleſcentia.* Gloſſar. med.

med. Simon. Ianuenſ. ex Cod. reg. 6959.

† AVGIVA, a Gall. *Ogive* vel *Augiſe*, vox architectonica, arcus decuſſatus. Comput. Mſ. fabricae S. Petri Inſul. a. 1507.

AVGMENTARE, augere. Gloſſae veteres MS. ad Canones Conciliorum ex Bibl. Reg. ad can. 13. Concilii Nicaeni: *Connaluerit, augmentaueris, fortiam acceperit, ſanauerit.* Conuentus apud Andelaum a. 587. *Cum ciuitatibus, agris, - - tam quod praeſenti videntur tempore poſſidere, quam quod adhuc Chriſto Praeſule juſte potuerint augmentare, etc.* Iulius Firmicus hoc vſus eſt vocabulo. † AVGMENTARE SE, poſſeſſiones ſuas augere, amplificare, ſich vergröſſern. Ch. Ildefonſi comit. et march. Prov. a. 1201.

AVGMENTARIVS, in Gloſſario Graec. Lat. *αὐξητικὸς.*

AVGMENTATIO, AVGMENTVM, additamentum, Gall. *Augmentation, Accroiſſement, Addition.* Paſſim legitur apud Scriptores mediae et infimae Latinitatis. Vide, ſi vis, Prudentium in Vincentio 550. Raimund. Duellium Miſcell. lib. 1. pag. 154. Acta SS. Martii tom. 1. pag. 487. Symmachum epiſt. 112. et 123. et alios.

AVGMENTATVM, eadem notione. Donatio Guillelmi de Baux, facta Bertrando Rambaud an. 1215.

AVGMENTATVS CENSVS, V. *Cenſus.*

AVGMENTVM DOTIS, Gall. *Augment de Dot*, incrementum dotis quod mortuo marito vxori ſuperſtiti redditur ſupra dotem propter nuptias. Conſuetudines Toloſanae a Philippo Pulcro confirmatae a. 1289. part. 3. De Dotibus tit. 3. art. 2. *Item eſt vſus ſeu conſuetudo Toloſae, quod vxores mortuis maritis debent habere neceſſaria ſua, victus et veſtitus de bonis praedictorum maritorum, pro augmento ſeu pro donatione propter nuptias, quod vel quam dicti mariti conceſſerunt praedictis vxoribus in matrimoniis eorumdem, donec de praedicto augmento ſeu donatione fuerit ejsdem ſatisfactum, quemadmodum debent habere pro dotibus donec eis ſint ſolutae.* Litterae Eduardi I. Regis Angliae an. 1281. apud Rymer. to. 2. p. 173.

AVGMENTVOSVS, ſagax, induſtrius, qui ſumma ſedulitate rem ſuam auget. Ch. Rudolphi Imper. a. 1276. to. 2. Hiſt. Dalph. p. 13. V. *Argumentoſus* 1.

AVGMENTVS, nutritus; forte legendum *Augmentatus.* Vita B. Oldegarii Epiſc. tom. 1. Martii p. 495. E. *Mater Eccleſia ſuis paſtum et augmentum uberibus alumnum gratiſſimum - - gloriatur.*

AVGRIALIS. Charta Haruichi, apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 56. *Praeſente vero donatione nequaquam augrialium vilitati geſtis municipalibus alegarie curaui et omnino decreui.* Coniicit Cangii editor *Augrialium* eſſe pro *a Curialium, vilitati* pro *villitate*, id eſt, totius *villae* communia.

AVGTIONES, minores aucae, anaticulae. Polyptychus S. Remigii Remenſis. V. *Auca.*

† AVGVLTA. Cod. reg. 4188. ad calcem Ord. Rom. auctore Cencio: *Quando fiebant ludos, in medio* (circi) *erant duae Augultae: minor habebat LXXXVII. pedes; ſed maior CXXII.* An obeliſcus? Euectos quippe obeliſcos fuiſſe in medio circorum, teſtes ſunt quotquot hac de re ſcripſerunt. V. *Aguilla* 1.

AVGVMENTARE, pro *augmentare*, augere. Ch. a. 1159. inter Inſtrum. to. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 176.

AVGVMENTVM, *profectus.* Gloſſ. Iſidori. † Pro augmentum in Stat. crimin. Saonae.

AVGVRATORIVM, auguraculum, locus vbi captabantur auguria. Anonymus de Mirabilibus Romae apud D. Montefalc. Diar. Ital. pag. 294. *Vbi eſt S. Caeſarius fuit auguratorium Caeſaris.*

AVGVRIARE, f. pro *Angariare*, cogere. Bernardus Theſaurarius de Acquiſitione Terrae Sanctae cap. 9. apud Murat. to. 7. col. 670. *Epiſcopi, Clerici, Monachi, ſenes et juuenes, - - omnes vno animo, nullum*

vllo augurante, vndique concurrunt - - et signo sanctae Crucis supra dextrum humerum tunc primo signati et armati.

AVGVRIOSVS, augur. Parminius Abbas in Excerptis de sacris Scripturis.

AVGVSTA, apud Tacitum aliosque dicitur de Imperatoris vxore; at minus proprie de regina in Vita S. Tetrici Episc. Autissiodor. inter Acta SS. Ordinis S. Benedicti Saeculi 3. part. 1. p. 102.

† AVGVSTAGIVM, merces, pretium. Chartular. S. Ioann. Angeriac. *Indulsit augustagium suum fossoris* (l fossoriis) *vno denario.* V. *Augustare.*

AVGVSTALIS. (1) Qui et *Praefectus Augustalis*, cui Aegypti ad similitudinem Proconsulis, lege sub Augusto lata, imperium datum est. Nec enim fasces consulares ingredi Alexandriam licuit: cuius rei Cicero contra Gabinium meminit. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Aegyptiis literis scriptum tunc demum Aegyptum libertam fore, cum in eam venissent Romani fasces et praetexta Romanorum. Huic Alexandria sedes fuit, vt colligitur ex subscriptione l. 1. C. Theod. de Alexandrinae plebis Primat. et l. 1. Dig. de Offic. Praef. August. Atque inde non semel *Augustalis Praefectus* τῆς Αλεξανδρέων ὑπαρχος, vel Ἀυγουσάλιος dicitur, vt Socrati lib. 4. c. 16. lib. 5. c. 16. lib. 7. c. 13. Sozomeno l. 7. c. 15. Palladio in Hist. Laus. c. 117. Io. Moscho cap. 71. 207. Liberato Diac. cap. 23. etc. AVGVSTALEM THVSCIAE habet Passio S. Sauini, quem alibi *Praefidem* vocat. (2) Nummus aureus Imperatorum Occidentis, dictus quasi *moneta Augusti*, a Friderico II. primum cusus. Chronicon Richardi de S. Germano an. 1231. *Nummi aurei, qui Augustales vocantur, de mandato Imperatoris in vtraque Sicilia, Brundusii et Messanae cudentur.* Huius mentio in Constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 21. 22. 28. 32. 41. 89. §. 4. tit. 96. §. 6. tit. 100. lib. 2. tit. 3. 13. 15. 16. lib. 3. tit. 35. et apud Odoricum Rainaldum an. 1285. n. 35. Idem et AVGVSTARIVS, dictus *Agostaro*, Ioanni Villaneo l. 6. cap. 22. Centum *Augustarii* quinque libras auri conficiebant. Diarium Computi Thesauri, incipiens a. 1. Ianuar. 1297. *6. Febr. cepimus super Regem pro denariis Regi traditis pro negotiis secretis suis 865. Floren. aur. de Florentia, et 140. Regales aureos grossos et 180. Duplices auri, et 3 grossos Augustarios auri.* Occurrit ibi iterum. Alii videntur ab *Augustariis* nummi illi, de quibus Ioachimus Vadianus lib. 1. de Monast. Germ. p. 41. *Ergo et Franci Augustorum nomine non in nummis solum, sed etiam in sigillis suis ostentarunt: ac nummi quidem per Alemanniam excusi altera parte tantum monetam praeferebant, altera vacui, id quod hodie in illis fit, quos vulgo denarios, Helvetii alicubi Augustos, littera inuersa cognominant etc.* *) *Augusti* vel *Augustarii* dicti in Helvetia, quia imaginem Episcoporum Augustanorum prae se ferebant; iidem ac *Augusti*, quod vide.

AVGVSTALITER, vt imperatorem decet. Charta Caroli Calui apud Puricellum in Monumentis Basilicae Ambrosianae pag. 223. *Eidem Pontifici et intimo fideli nostro augustaliter donamus, etc.*

† AVGVSTARE, metere, quod mense *Augusto* fit, Gallis *Aouster* et *Ouster*, German. inferioribus Auſten. Ch. Mss. an. 1357. 1380. in Bibl. reg.

AVGVSTARIVS, V. *Augustalis* 2.

AVGVSTAS, *amplitudo*, in Gloss. Arabico Lat.

AVGVSTATICVM. (1) Donatiuum Augusti, largitio publica ab Imperatore populo aut militibus facta. Marcellinus comes: *Augustaico suo dudum Anastasius militibus praefixo donatiuum quoque hoc fratre Consule tribuit.* (2) Seruitium quod messis tempore seu mense *Augusto* exigebatur. Cod. MS. Irmionis Abb. San-German. fol. 37. verso, col. 1. *Gisleadrudis - - habet de terra arabili hun. 1. solvit pultes 11. cum ouis; facit diem 1. in vnaquaque hebdomada,* et

et in auguſtatico dies II. Ibidem pag. 45. verſo col. 1. *Solvunt inter totos ad hoſtem den. XVI. de capatico ſol. II. de Auguſtatico den. II. de ſpelta ſeſt. XX.*

AVGVSTEA, *Charta, quae ab Auguſto mittitur, vel genus chartae, ſic dictum in honorem illius.* Io. de Ianua.

AVGVSTEVM, *Genus marmoris album tempore Auguſti primo inuentum.* Vgutio.

† AVGVSTINALITER, ex S. Auguſtino, auctoritate S. Auguſtini nixus. Epiſt. 26. inter Gaufred. epiſt. apud Marten. t. 1. Anecd. p. 518.

AVGVSTINENSES, vulgo S. *Auguſtini Eremitae.* Meiſterlini Hiſt. Rerum Noribergenſium apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MS. pag. 69. *Auguſtinenſes qui Heremitani dicuntur, a D. Auguſtino inſtituti in heremo, poſt in ciuitatem tranſlati ab Alexandro IV.* Adde Compendium Iurium et Conſuetud. Vniuerſ. Pariſ. per Rob. Goulet. fol. 12. verſo.

AVGVSTINICVM EDICTVM, Regula S. Auguſtini. Vita S. Petri de Chauanon. tom. 2. Spicilegii Acher. pag. 698.

AVGVSTVS. (1) Meſſis, meſſis tempus, Gallis *Aouſt*, Germanis inferioribus Auſt, Obſt. Charta Communiae Increnſi an. 1158. ex Tabulario Increnſis pag. 71. *Conceſſum eſt etiam vt omnes homines de Communia ſuum habeant Martium apud villam a Purificatione S. Mariae Candel. vsque ad Medium Aprilem et a feſtiuitate S. Ioannis Baptiſtae ſuum ſimilem habeat Auguſtum vsque ad feſtiuitatem omnium Sanctorum. Etſi in Communia redire voluerint, ipſi et ſua ſalua erunt.* Id eſt, facultatem habeant vrbe excedendi autumni tempore, ad metendas et colligendas meſſes ſuas. Galli dicunt *Faire l'Aouſt.* V. *Auguſtaticum* 2. (2) Quidquid frumenti, etc. ruſtici lucrantur in colligendis meſſibus eorum, quibus ſeruiunt, aut a quibus conducuntur. Vox nota agricolis Gallicis. Tabularium Fontanellenſe tom. 1. pag. 20. p. 884. *Vendidi eorum jus et omne illud quod habebam, . . . et reclamare poterunt in Abbatia eorumdem, ratione cuiusdam ſeruitii quod habebam in infirmeria eorumdem, videlicet in blado, tourtis, Auguſto, pane, carnibus, vino, oblationibus, etc. an. 1282.* Charta anni 1481. ex Tabulario B. Mariae de Bono Nuntio Rotomag. *In auguſto et ſpolio.* Eadem repetuntur in alia Charta eiusd. Archiui a. 1492. (3) Monetae ſpecies tam apud Gallos quam apud Germanos, praeſertim Heluetos, V. *Auguſtalis* 2. (4) † Praeſtatio ex meſſibus. Ch. Iuonis epiſc. Carnot. Mſ. a. 1114. (5) † Pro auctus. Liber cenſuum eccleſiae Rom. (6) † AVGVSTVS, VS, *vna diuinacione*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† AVHA, mendoſe legitur tom. 1. Cod. Ital. diplom. pag. 1120. pro *arrha*, cui reſpondet Ital. vox *Caparra.*

† AVIAMENTVM, itio, aditus, Ital. *Auuiamento*, Hiſp. *Auiamiento.* Stat. Monris-regal. p. 25. Ch. a. 1363. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 287.

AVIARIVM, *ορνιθοτροφεῖον*, in Gloſſ. Lat. Graec. et in Regula S. Iſidori cap. 19. Locus aptus nutriendis auibus villaticis, vti apud Varronem lib. 3. de Re ruſt. cap. 3. Columellam lib. 5. cap. 8. Palladium lib. 1. de Re ruſt. cap. 23. et alios. Graeci *ὀρνιθῶνα* appellant. Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſ.

AVIATICVS, ab *auo* oriundus, ex filio nepos. Lex Longobard. l. 3. tit. 5. §. 4. et l. 3. Feudor. tit. 1. §. 3. AVIATICVS, eadem notione in Ch. Adeleidis Imperatricis (ſiquidem genuina eſt) in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 48. AVIATICA HAEREDITAS, praedium auitum, alodis. Lex Ripuar. tit. 56. §. 3. *Donationes auiaticae*, apud Papiam. lib. Reſp. tit. 24. *Auiaticae res*, in Decreto Childeb. regis c. 1. *Auita terra*, auita, in Lege Sal. tit. 72. Edit. Heroldi.

AVICA TERRA, V. *Auiaticus.*

AVICECA, ſ. mendum pro *Auicella* vel *Aucella*, qua voce Coturnicem intelligendam arbitratur Cangii editor in Charta Petri Abb. S. Crucis

de

de Talmundo pro *Aquariatu* a. 1366. *Item debet et debebit dictus Aquarius facere et miniſtrare dictis Religioſis feſtis de quartis duplicibus - - tres species in quolibet ferculo - - de minutis volatilibus, videlicet pullis, colonis de jardo, auicecis, perdricibus, etc.*

AVICINARE, accedere. Praefatio Aelfrici Regis ad verſionem Oroſii: *Poſt Burgenlandiam auicinauimus ad terram dictam, etc.*

AVICLVDIVM, cauea, Vogelhauer. Menoti Serm. Quadrageſim. fol. 193. recto col. 2.

† AVICLAVDIVM, eadem notione in Vocabul. compend.

† AVICVLARE, aucupari. Ch. Mſ. Philippi V. a. 1320. in Bibl. reg.

AVICVLARIVS, officium in Coquina Regia, in Ordinat. Hoſpitii S. Ludov. Regis an. 1261. in alia a. 1285. *Oiſelier* dicitur: qui Latinis forte *Auiarius*, ὀρνιθοκόμος, Procopio l. 1. Vandal. cap. 2.

AVICVS, V. *Auiaticus.*

† AVIDATVS, inſitiuus. Stat. ciuitat. Mutin. rubr 374. *Arbores fructiferas vel non fructiferas, auidatas vel non auidatas.*

AVIDENTIA, caecitas. Angelomus in Geneſim cap. 19. apud Bern. Pez to. 1. Anecdot. part. 1. col. 115. *Graeci habent, aoraſia, quod magis dici poteſt auidentia.* V. *Audentia.*

AVIDERE. (1) Auidum eſſe, ἀπλησιάσαι, in Gloſſ. Graec. Lat. (2) † Singulatim et penitius videre, expendere. Ch. a. 1401. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 158.

AVIES, pro abies, in Reparat. fact. in Seneſcal. Carcaſſ. a. 1435.

AVIGERVLVS, *qui aues gerit ad vendendum*, apud Laur. in Amalth.

† AVIGERVS, *augurator*, Papiae, et in Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646.

AVIGO, pro Auenio, Gall. *Auignon*, vrbs notiſſima, apud Marten. t. 3. Anecd. col. 430. V. *Auionium.*

AVILLA, *quaſi auilla, agna recenter nata*, apud Laur. in Amalth. ex Feſto.

† AVILLARE, vilem reddere, deprimere, Ital. *Auilare*, Gall. *Auilir*, in Ch. Mſ. Bibl. reg. V. *Inuilare.*

AVILLARIVM. Ch. Ludouici Franc. Regis de Praepoſitura Compend. in Tabul. Compendienſis Monaſterii an. 1179. *Retinuimus etiam auenas de mareſcalcia venetae, et auenas de nemore, et culcitras et lignarium et charetum venetae, et auillarium et furnos vitrearionum.* V. *Auiarium*, idem fortaſſis. † Carpentario idem videtur ac *Abollagium*, Ius domini feudi in apum examina; a Gall. *Auilles*, quod pro *Abeilles* dixerunt.

AVINCVLA, V. *Annicula.*

AVINENTIA, conuentio, conniuentia. Fori Aragon. lib. 8. tit. de Donation.

AVINVM, *quaſi extra vinum, id eſt, aqua mixtum.* Ioan. de Ianua.

AVIONES, aui, progenitores. Chronicon Noualiceníe cap. 18.

AVIONIVM, Auenio, Gall. *Auignon.* Vrbs Metropolis Comitatus Auenionenſis, apud Lobinell. Hiſt. Britan. to. 2. ex Chron. Britan. ad a. 1226. V. *Auigo.*

AVIORVM MATER, Rex apum, ſeu mater apis. Baluz. Capitular. t. 2. pag. 663. in oratione ad reuocandum examen apum diſperſum ex Cod. MS. S. Galli: *Adiuro te Mater auiorum, per Deum regum caelorum et per illum Redemptorem Filium Dei te adiuro, vt non te altum leuare* etc. Vbi *Auiorum* videtur pro *Auium* vel *Apium.*

AVIRVNATVS, remus, quo nauis impellitur, quem *Auiron* dicunt Galli. Charta Simonis Comit. Northampton. in Monaſtico Angl. t. 1. pag. 850. Forte *Auirunatus* potius eſt remi impulſio, qua nauis ad ſpatium octo pedum propellitur, quam remus ipſe.

AVIS. (1) Inſtrumentum ſeu vas aptum portando mortario, ſtructoribus Gallicis etiamnum *Oiſeau.* Chron. Virdunenſe Hugonis Abbatis Flauiniac. parte 2. cap. 7. (2) AVES FRANCAE, Gallis *Oiſeaux francs*, quorum ſcilicet eſt vſus in venatione. Areſta O. SS. an 1292. in Regeſto Parlamenti B. fol. 95. † AVIS GENTILIS, eadem notione, in Ch. Mſ. an. 1341. in Bibl. reg. AVES NOBILES dicuntur in

alia

alia apud V. C. Dion. Saluagnium Boiſium lib. de Placito Dominico pag. 62. AVIS S. MARTINI, cornix, ſic dicta, quod circa feſtum S. Martini hiemalis videri demum incipiat. Petrus Bleſenſis Epiſt. 65. V. *Venta.* Alias Normannis *Auis S. Martini* appellatur vulgo Alcyon, auis in mari notiſſima, quam alii *Drappier* et *Martinet peſcheur* vocant. V. Roberrum Conſtantin. in Supplem. Linguae Lat. verbo *Alcion.* † AVIS MVTATA, quae *mutam* paſſa eſt, ſeu pennas mutauit. Stat. crimin. Cuman. V. *Muta.* † AVIS VENALIS, pro venatica, in Ch. an. 1464. inter Probat. Hiſtor. Autiſſ. p. 172.

AVISAMENTVM, conſilium, deliberatio, a Gallico *Avis*, in Epiſt. an. 1418. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1695. V. *Aduiſamentum.*

AVISARE. (1) Conſulere, deliberare, apud Miraeum to. 1. Diplom. Belgic. pag. 894. col. 2. V. *Aduiſare.* (2) Monere, Gall. *Avertir, Donner avis.* Inſtrumentum anni 1426. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. Vtuntur Bonifacius Ferrerius apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1509. 1510. et Menotus Serm. Quadrageſ. fol. 153. vo.

AVISATIO, i. q. *Aduiſamentum*, apud Rymer. t. 9. p. 215.

AVISOR, qui dat conſilium, i. q. *Aduiſor.*

AVISATVS, a Gall. *Aviſé*, prudens, conſideratus, in proſa pro feſto Concept. B. Mariae Mſ.

AVISIAMENTVM, V. *Adviſamentum.*

AVISPATIVM, i. *qui vidit auem contra eum volantem et diuinat propter eam.* Ita Index ad calcem veteris collect. canonum MS. ex Bibliotheca Illuſtr. D. D. de Chauuelin.

† AVISSA, *virga eſt ſarmentoſa, folia habens rotunda in qua virga ſemen profert in modum capitis aſpidis et lata.* Gloſſar. medic. Simon. Ianuenſ. ex Cod. reg. 6959.

† AVISTARDA, otis, Hiſp. *Auutarda*, Gall. *Outarde*, Germ. Trapp. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Auiſtarda apud nos vocatur, eo quod grauí volatu detenta, nequaquam vt catterae volucres attollitur velocitate pinnarum* (pennarum;) *ipſa dicitur et gradipes.* V. *Buitarda.*

AVISTVPOR, terriculum auium in hortis, Priapus. Vitruuius lib. 7. *Non enim ſtatuas ponemus, quales in hortis ridiculas illius auiſtuporis Dei.*

† AVISVM, conſilium, ſententia, Gall. *Avis.* Ch. Mſ. an. 1331. in Bibl. reg.

† AVITAILLARE, a Gall. *Avitailler*, Hiſpan. *Avituallar*, vrbem, caſtrum, rebus cibariis, aliisue munire. Ch. Mſ. ann. 1363. in Bibl. reg.

† AVITAS, auita origo. Stat. Mant. l. 2. c. 26.

AVITINVS, auitus. Hinc *Biens Avitins* in Conſuetudine Aquenſi tit. 1. art. 11. Proceſſus de B. Petro de Luxemburgo, to. 1. Iulii pag. 608. V. *Avius.*

AVITIVM, volatile pecus. Leges Municipales ciuium Mechlinienſium tit. 11. art. 17.

AVIVARE, roborare, firmare, vires augere, Italis *Auvivare*, Gall. *Aviver.* Chron. Parmenſe ad an. 1285. apud Murat. to. 9. col. 808.

AVIVS, vel AVIVS. (1) Pro Auus. Charta an. circiter 780. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Vt condam pro malo ingenio et fortia quando Prouincia renellauit* (rebellauit) *contra bis auio veſtro Pipino.* Occurrit bis apud Madox in Formulari Anglic. pag. 55. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliſſ. col. 41. in Charta Amalphitana apud Vghellium tom. 7. Ital. ſacrae pag. 394. et in Pacto Gregorii Ducis Neapolit. an. 911. apud Camillum Peregrinum. (2) Mendoſe, vt videtur, pro *Apis.* Vide ſupra *Auiorum Mater.*

AVIZARE, pro *Aviſare*, admonere, Gall. *Donner avis.* Schramb. Chronicon Mellicenſe pag. 425. V. *Adviſare.*

AVLA. (1) Curia Baronis, in veteri Rotulo apud Spelmannum: *Aula ibidem tenta tali die, etc.* (2) Eccleſia, Baſilica, Templum, interdum ſola Eccleſiae nauis. Hiſtoria Epiſcop. Autiſ-

Autiſſiod. de qua Diarium Treuoltianum menſis Nouembr. ann. 1714. pag. 1976. Vita S. Medardi Epiſc. Nouiom. Spicil. Acher. to. 8. pag. 405. et 409. Annal. Bened. tom. 3. pag. 15. AVLA ECCLESIAE, nauis Eccleſiae. Geruaſius Doroberneníis in Deſcript. Cantuar. Eccleſiae: *Ab hac verſus Occidentem (nauis vel aula eſt Eccleſiae, ſubnixa vtrinque pilariis octo.* Vritur non ſemel. Eadmerus lib. 6. Hiſt. p. 141. *In medio aulae maioris Eccleſiae decenter ſepultus eſt.* (3) Area. Charta Caroli Calui apud Dubletum pag. 791. *Duos manſos, et 2. alterius manſi partes, nec non aulas duas, atque molendinum 1, cum piſcatorio 1. iuxta pontem.* (4) Pro *Hala*, forum tectum, Gall. *Hale*. Chartular. S. Vandreg. tom. 1. p. 1046. *Sitam in dicta parochia intra terram ſupra quam aula bladi de Calido Becco ſedet.* (5) Pro nido auium et receptaculis animalium, apud Seruium ad lib. IX. Aeneidos. (6) Familia, ſeu famuli omnes. Chartular. S. Vandregeſilii tom. 1. p. 1004. (7) Multitudo, frequentia. Acta Translationis SS. Sauiani et Pontiani Mart. apud Mabill. Annal. Bened. tom. 2. pag. 751. col. 2. *Ad horum tumbas populoris aula, preces et vota expoſitum frequenter confluit.* (8) AVLA, ſeu *Aulica*, Gall. *Aulique*, theſis pulpica, quae propugnatur ab aliquo e junioribus Theologis cum Laurea Doctoris donandus eſt aliquis. Sic dicitur Pariſiis ab *Aula* Archiepiſcopi, in qua habetur diſputatio cui praeſidet nouus Doctor. Statuta Vniuerſit. Pariſ. tom. 6. pag. 381. Spicil. Acher. *Item nota quod quando vnus Magiſter in Theologia habet aulam ſuam, illa die non legitur in Sententiis, nec in Biblia.* (9) AVLA, pro *Aulaeum*. Gall. *Tapiſſerie*. Th. Maſox. Formul. Anglicanum pag. 427. *Vnam aulam viridem cum armis meis, et vnam aulam bleu cum torellis cum lecto eiusdem ſettae.* (10) † Domus praecipua. Areſt. Parlam. Pariſ. an. 1323. *Remanentibus in domo ſeu aula caſtri de Buſſaco.*

AVLAEVM, palatium. Vita S. Guthlaci Anachoretae, auctore Felice coaeuo, tom. 2. Aprilis pag. 39.

AVLAICVS, pro *Aulicus*. Tabularium Briuatenſe ch. 437. Sed legendum *aut Laicus*.

AVLANERIVM, coryletum, locus corylis conſitus, ab Aruerno *Aulanie*, nux auellana, coryli fructus. Chartularium Camalarienſis Monaſterii dioec. Anicien. V. *Auellaneta*.

† AVLARIS, aulicus. Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. *Aularis, de corte regale.*

AVLARIVS, *aulicus, palatinus*, in Gloſſis Iſidori. Hinc emendanda Pithoei Excerpta, vbi perperam *Aulejus*. Αὐλάριος, vero apud Heſychium, ἀλυπρὸς, οἰκοφύλαξ, idem qui *Oſtiarius*, vel *Atrienſis*.

AVLATES, optimates, aulici. Vita S. Willibaldi Epiſc. tom. 2. Iulii pag. 511.

AVLATICVM, aulaeum, Gallis *Tapiſſerie*. Teſtamentum Arnaldi Archiepiſc. Narbonenſis an. 1149. apud Catellum.

† AVLCVS, examen apum. Stat. Vallis. Ser. rubr. 129. ex Cod. reg. 4619. *De quolibet aulco, ſeu examine, ſeu bugazolo apium* etc.

AVLEIVS, V. *Aularius*.

AVLEOLVM, ſacellum, ab *Aula*, Eccleſia, de qua ſuo loco. Miracula S. Vrbani Mart. tom. 6. Maii pag. 18.

AVLETA, parua aula. Sentent. arbitr. a. 1497.

AVLEVM, *diadema regis, ſiue corona*. Papias in MS. Bituric.

AVLIONES, αὐλητραὶ, *tibicines*, apud Ianum Laurenberg. in Supplemento Antiquarii. † Laur. in Amalth. *Aulliones, aulones, aulici, tibicines. Suppl. auletes.*

† AVLOGIAE, pro *Eulogiae*, munera quaeuis, praeſertim quae Sanctis ex voto offeruntur. Ch. Mſ. a. 1330.

† AVLVTA, *Sodomitae*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† AVLVS, piſcis minuti ſpecies. Stat. datiaria Riper. c. 12. *De quolibet penſe*

penſe piſtium minutorum, ſaluo quod de aulis nihil ſoluatur, etc.

† AVMACIVM, *ſecretum publicum*, in Gloſſar. Mſ. ad Grammat. Calcid.

AVMAGIVM, apud Rymer. tom. 9. pag. 30. *Pro quolibet aumagio panni vel alterius rei mercatoriae quinque arditz Guiaynes.* Sed legendum eſt *Summagium*, vti colligere potes ex ſimili loco apud Rymer. t. 8. p. 580. Vtrobique vero *Summagium* idem eſt, quod Onus *Sagmarii*, Germ. Saumthier. V. *Summagium*.

AVMARIVM, armarium, Gallis, *Armaire*. Gloſſ. Aelfrici: *Armarium*, vel *Armarium*, aelces cynnes caepe hus. Fulgentius Placiades: *Armarium dicitur locus ſecretus publicus, ſicut in theatris aut circo: vnde et Petronius Arbiter ait: In armarium memet ipſum conjeci.* V. Scaligerum ad Feſtum.

AVMENTARE, pro *augmentare*, occurrit in veteri Codice Victorino, et in Hiſtoria Mediani Monaſterii pag. 322. in Charta Henrici Comitis Vadani montis an. 1252.

AVMENTVM CVLTVS DIVINI, in epiſtola Ioannis Epiſc. Maſſilienſis ad Petrum de Columna an. 1564. e Tabulario Eccleſiae Maſſilienſis.

AVMYCELLA, pro *almucella*, vt videtur, parua almucia. Computus ann. 1255. *Pro - - equis palefridis, carro, Bong. Annucell. libris, tapetis, mappis*, etc.

AVMVCIA, V. *Almucium*.

AVNA. (1) Vlna, Gall. *Aune*. Menſura telarum, pannorum, etc. Libertates Moirenci to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 17. col. 1. V. *Alna*. (2) Perperam, vt videtur, pro *Anſa*, ſeu *Hanſa*, ſocietas. Charta Henrici II. Regis Angl. an. circiter 1155. apud D. Bruſſel. tom. 2. Tract. de vſu feud. pag. VI. *Omnes mercatores, niſi publice anna prohibiti, habeant ſalvum exire et ſecurum de Anglia, et venire in Angliam et morari.* V. *Hanſa*. † Carpentarius *Anna* legit ex Cod. reg. 4651, ſenſu non minus obſcuro.

AVNCIATVS, antiquus, ex Anglico *Auncien*; Galli *Ancien* dicunt. Brompton. l. 2. cap. 24. §. 6.

AVNICVLA, *auctio minor ſupra fundum*, in Gloſſis Iſidori. Forte *Auctiuncula*.

† AVNIERVM, forte pro Alnetum, V. *Alnidus*. Ch. an. 1189. Mſ. *Dedi etiam - - oſchaw aunierii de pratea.*

AVOARE, fateri, agnoſcere, clientelam profiteri, Gall. *Avoüer, rendre aveu*. Hominium inter Inſtrum. nouae Galliae Chriſt. tom. 2. col. 297. V. *Aduocare*.

AVOCATVS, pro *Aduocatus*, Gall. *Avöue*. Ch. ann. 1288. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 120.

AVOCVLATIO, coecitas, quaſi *Aboculatio*, Gall. *Aveuglement*. Miracula S. Zitae Virg. Lucenſis tom. 3. Aprilis pag. 520. V. etiam *Abocellus*.

AVOCVLATVS, coecus, oculis captus, Gall. *Avengle*. Ibid.

AVOCVLVS, idem quod *Abocellus*, de qua voce ſupra. Coecus, in Miraculis B. Gregorii X. PP. ſemel ac iterum editis a Petro Maria Campo in Hiſt. Eccleſ. Placentinae.

AVODIARE, fateri, agnoſcere, Gall. *Avouer*. Charta Caſſaniae anni 1399. V. *Aduocare*.

AVOERIA. (1) Tutela, protectio pupilli rerumque ipſius adminiſtratio, Gallis olim *Avoerie* et *Voerie*, nunc vero *Tutele*. Oritur a voce *Aduocatia*, quae ab *Advocato, Avoüe*. Charta Philippi Franc. Regis apud Perardum de rebus Burgund. pag. 347. V. *Aduocatia*. (2) Cuſtodia, tuitio, in Regeſtis Parlament. (3) † Defenſio, quae armis fit. Ch. a. 1256. inter probat. t. 1. Iur. publ. Franc. p. 437.

† AVOGADRVS, aduocatus, ab Ital. *Auvogado*, apud Murat. t. 14. Script. Ital. p. 821.

AVOHARE, fateri, confiteri, Gall. *Avouer*, apud Rymer. tom. 1. pag. 875. V. *Aduocare*.

† AVOIARE, actionem intendere, mouere, repetere. Ch. an. 1281. t. 1. Probat. Hiſt. Brit. pag. 1059. V. *Avouare* 2.

† AVO-

† AVOLATIO, in coelum ſtatim poſt mortem aſcenſio. Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 114.

AVOLORII BONA, in Foris Aragonenſibus *dicuntur illa, quae ſint acquiſita ex ſucceſſione parentis vel conſanguineorum. Et ideo ſi pater acquiſiuit aliqua bona titulo lucrativo vel oneroſo, alias quam ex ſucceſſione parentum vel conſanguineorum, non dicerentur Bona Avolorii, et ſic non poſſent extrahi per conſanguineum vigore beneficii de la Saca, etc.* Ita Michaël del Molino in Repertorio, vbi plura de hac materia. Sic *Bona Avolorii* ſunt ea, quae Longobardi *Aviatica* appellabant, ex Hiſpanico *Abuelo*, auus. V. Foros Aragon. lib. 3. tit. Familiae herciſcundae, et tit. de Communi diuidundo.

AVOLTA, concameratio, tholus. Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani: *Eadem quoque Capella in altum ſurgens ſuper eam crepidinem, quae vulgariter avolta dicitur, dormitorii diminutionem ſupplet et defectum.* Quo loco auctor male vtitur voce *crepidinis*, pro concamerationc.

AVOLVS, atauus, Gall. *Ayeul*. Hiſpan. *Abuelo*. Ch. Sancii Abbatis de Ortulo ex Archiuo Pinnatenſi apud Ioſ. Moretum Antiquit. Nauarrae p. 406.

AVORTARE, abortare, abortum edere, Gall. *Avorter*. Lex Wiſigoth. l. 6. tit. 3. §. 2.

AVORSVS, aborſus, abortus, in iisdem Legibus lib. 6. tit. 3. §. 1. 4. 7. in Legibus Baiwar. tit. 7. §. 18. 19. et apud Halitgarium in Poenitentiali c. 7. apud Menardum.

AVORTVS, pro *Abortus*, apud Egbert. Eborac. in Poenitent. p. 18.

AVOTIRE, deuouere. Proceſſus de Vita et Miraculis S. Yvonis, tom. 4. Maii pag. 574.

† AVOTRONI, pelles animalium abortiuorum, forte pro *Aortoni*, Gallis etiam *Avortons*. Stat. Montis-reg. p. 316. Stat. ciuit. Aſtae.

† AVOTVS, pro *Hauotus*, menſura frumentaria apud Belgas. Ch. Mſ. an. 1245, V. *Hauotus*.

AVOVARE. (1) Agnoſcere, clientelam profiteri, Gall. *Avouer, vendre aveu*. Litterae Caroli Franc. Regis an. 1326. in Tabulario Calenſi pag. 196. V. *Aduocare*. (2) † Actionem intendere, mouere, repetere, Germ. Anſpruch machen. Tabul. Caſtri de Blein in Brit. *Quod nullam ſeſinam - - praetendere, ſiue opponere, vel allegare ſine et auouare valeamus*. V. *Aduentum* et *Avoiare*.

† AVOYACIO, vaſſallorum clientelaris profeſſio, Gall. *Aveu*. Ch. Mſ. a. 1304. V. *Advoatio*.

AVOYARE, eadem notione et origine. Ch. Roberti Comitis Aruerniae an. 1284. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Arvern. pag. 134.

AVOYERIVS, aduocatus, Gall. *Avoué*. Hiſtor. Dalphin. tom. 2. pag. 45.

AVPASTA, V. *Aucipaſta*.

† AVPELANDA, pro *Hopelanda*, pallii ſeu tunicae ſpecies, Gallis *Houpelande*. Ch. Mſ. a. 1576.

† AVPTONNVS, pro autumnus. Ch. a. 1552. Mſ.

AVQVA, anſer, Gall. *Oye*. Tabularium Monaſterii SS. Trinitatis Cadomenſis fol. 21. V. *Auca*.

AVQVETONNVS, AVQVETONVS, a Gall. *Anqueton*, ſagum militare, quod alias *Gambeſonem* vocabant. V. *Aketon*. Comput. Mſ. a. 1239.

AVRA. (1) Tempeſtas, ventus vehementior. Gloſſ. Lat. Graec. *Aura, αὔρα, αὐοή*. Nonius Marcellus. *Aura, ventorum vis*. Gloſſae Iſonis Magiſtri: *Tempeſtas, Aura*. Vita S. Venantii fratris S. Honorati Arelat. *Contra tantas aquarum et aurarum varietates etc.* AVRA LEVATITIA, tempeſtas excitata in aëre a *Tempeſtariis* vi incantationis. Agobardus Lugd. Arch. Lib. contra tempeſtarios: *Dicunt enim mox, vt audierint tonitrua, et vident fulgura, aura leuatitia eſt. Interrogati vero quid ſit aura leuatitia, - - confirmant incantationibus hominum, qui dicuntur Tempeſtarii eſſe leuatam, et ideo dici leuatitiam auram.* † AVRA LEVATA, in Pontif. Mſ. eccl. Elnenſis. PROCELLAM AD AVRAM CONVERTERE, prouerbium, rem mitigare, ad lenitatem ſe conuertere. Liuo Rex Armeniae in Geſtis Innocen-

nocentii III. pag. 127. *Quia ad audientiam veſtram appellabamus, procellam ad auram conſilio domini P. Cardinalis conuertere ſtuduerunt.* (2) Vetus Cuſtumarium apud Somnerum in libro de Gauelkind pag. 74. *Et iſti Cotarii nuſquam capient auram, niſi apud Ickam, vel Eremblyg.* (3) Forte pro *Auera*, iumentum. Madox Formulare Anglican. p. 158. *Ego Henricus de Lega - - duodecim denarios praefato Willelmo de Haddele atturniani - - in eſcambium paſturae quatuor aueriorum et vnius aurae, quae habere ſolebat in mea dominica paſtura de Lega.* V. *Auerium.*

AVRACVLVM, pro *auricalcum.* Ludew. to. 4. Reliq. Mſ. pag. 459. V. *Auriacum.*

AVRARIA ARS, in Vita B. Tiemonis apud Tengnagelium. *Proc. Aurariarum*, in veteri Inſcript. *Collegium Aurarianum*, in alia 12. 6. AVRARIA FVNCTIO, PENSIO, PRAESTATIO, in Codice Theod. et Iuſtin. tributum quod in auro praeſtatur. Συνήθεια ἐν χρυσῷ, lib. 56. Baſilic. tit. 9. V. Senatorem lib. 2. Epiſt. 26. 30. Eius ſuſceptor χρυσωνοδέκτης dicitur in Gloſſ. Lat. *Suſceptor aurarius.*

AVRARII, in Gloſſis MSS. *Laudatores*, vel *fautores, vel adulatores*: qui *auram* captant, id eſt, fauorem, vox Latinis hac notione ſat frequens. V. Salmaſium ad Vopiſcum pag. 409. Papias ad vocem *Aurora: Aurarii quia fauoribus ſplendidos faciunt et claros - - Aura dicitur ſplendor - - inde etiam aurarii, id eſt, fautores qui quaſi fauore induranı homines.*

AVRARIVS. V. *Auraria* et *Aurarii.*

† AVRATA, piſcis genus, Germ. Orſe, Goldfohre, Seebraſſen. Tract. Mſ. de Piſcibus c. 57. Cod. reg. 6838. *Aurata vel Orata, ab auro colore dicitur. Hanc Prouinciales et Hiſpani Dorade vocant, ſeruata ab omnibus eadem fere nominis ratione. - - Galli fabrum piſcem Auratam appellant, ne quis nominis affinitate decipiatur, et noſtram auratam* Brame de mer *nuncupant.*

AVRATOR, χρυσωτής, in Gloſſ. Graec. Lat.

AVREA. (1) Modus muſicus. V. *Frigdora.* (2) Frenum. *Aureas dicebant frenos, quibus equorum aures radiguntur.* Ita Feſtus. Et in Gloſſario MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Aurea, frenum, quod circa aures ponatur - - vnde verſus:*

Aurea frenat equos, eſt aurea mobile nomen.

AVREAE BVLLAE, V. *Bullae Aureae.*

AVREA-FLAMMA, V. *Auriflamma.*

AVREALE, Vgutioni *Oreler, quod ad aurem ponitur, et aureale quidam vermis orelere, quia libenter intrat aurem.* (Germ. Ohrwurm.) Ebrardus Betun. cap. 11.

Dicitur aureale, quoniam ſupponitur auri:
Cerui cal, cernici: puluinar, quia pluma eſt.

AVREAMENTVM, vel ARREAMENTVM, f. à Gallico *Arramie*, quod olim pro *Bello indicto* ſumſere: hic autem videtur idem eſſe, quod animi horror vel Rebellio. Humbertus Card. lib. 2. adv. Simoniacos cap. 12. apud Marten. to. 5. Anecdot. col. 704. vbi de cauendis Haereticis: *Quae lingua quantum incanto praeualeat B. Iob manifeſtat dicens: Occidit eum lingua viperae, cuius natura tam abominabilis eſt hominibus, vt cum nullo ab eis experimento ſciatur, vix ſine aureamento animi audiatur, cum ſoepe refertur.* V. *Adramire.*

AVREARIVS, auriga. Ch. Ottonis M. Imp. an. 950. pro Eccleſia Ratisbonenſi: *Cum - - manſionariis barſchalkis, aurearüs, bruearüs, cidelariis, molendinis, viis,* etc. V. *Aurea 2. et Aureas.* † Ch. Ottonis a. 940. inter Probat. Hiſt. S. Emmeran. Ratisb. p. 106.

† AVREAS, TIS, *chi guida lo caro*, Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

AVREATVS, aureus, ex auro contextus. Guidonis Diſciplina Farfenſis cap. 11.

AVREAK, *equus ſolitarius*. Papias cum Iſidori Gloſſario: ad quod Graeuius ait, legendum cum Scaligero *Eques ſolitarius*. Feſtus: *Aureax, anriga*.

† AVREILLARIVS, puluinar, Gall. *Oreiller*. Ch. a. 1218. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 67. V. *Aurellerius*.

† AVRELHA, anſa, Gall. *Oreille*. Inſtrum. a. 1438. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 259.

† AVRELIERIVM, puluinar, Gall. *Oreiller*. Ch. Mſ. a. 1449. V. *Aureillarius*.

AVRELLERIVS, eadem notione. Index MS. an. 1329. in Archiuo S. Victoris Maſſil. V. *Aureillarius*.

AVREOLA, Ioanni de Ianua, *eſt praemium quoddam merito redditum*. Vide eumd. in Verbo *Virgo* Matthaeus Weſtmon. anno 1284. *Alfonſus Regis primogenitus veniens ad Weſtmonaſterium, quandam aureolam, quae fuerat quondam Principis Walliae Leolini, cum aliis iocalibus afferebat, quibus beati Regis Edwardi feretrum ornabatur*. Alanus in Anticlaudiano lib. 4. cap. 8.

Vel quos aureolae munus non excipit, omnes
Laurea communi fretos mercede coronat.

† AVRERIA, ora, limbus, Saalleiſte. Stat. pro arte parat. pannor. Carcaſſ. a. 1466. *Quod quilibet pannus habebit aurerias ſive liſtones de blauo colore vel burello nolino*. V. *Oreria*.

† AVRESCERE, illuceſcere; dicitur de aurora, qua coelum inauratur. Acta SS. t. 5. Iun. pag. 554. Vtitur Varro.

AVREVS. (1) Nude, nummus aureus, Germ. Gülden, Goldgülden. Vita S. Sulpicii Pii Epiſc. Bituric. inter Acta SS. Benedict. ſaec. 2 pag. 181. *Ecce inter marmorum fragmenta reperiunt aureum probum, in quo Caeſaris antiquiſſimi, monebat expreſſa figura*. AVREVS ALPHONSINVS, V. *Alphonſinus*. *) AVREVS RHENANVS, Rheiniſcher Goldgülden, Vid. Schilteri Gloſſar. pag. 411. *) AVREI LVBECENSES, qui alias Floreni Lubecenſes, V. J. C. H. Dreyers Sammlung vermiſchter Abhandl. Parte 2. pag. 987. AVREA MASSA, V. *Aurum*. (2) † Princeps, praecipuus. *Corbeia aurea*, quia alterius abbatiae eiusdem nominis mater et origo, apud Eckhart. in Comment. de Reb. Franc. Orient. t. 2. p. 847.

AVRIACVM, pro *Aurichalcum*, ſpecies metalli factitii ſat noti. Statuta Augerii II. Epiſc. Conſeran. in MS. Sangerman.

AVRIBRITVM, obryzum. Bulla Paſchalis Papae I. ad Petronacium Rauennae Archiep. in ed. Rubei apud Murat. tom. 2. pag. 220. *Componat auribriti libras quinque*: ſed legendum cum Muratorio *Auri obriti*, id eſt, obrizi, ſeu optimi.

AVRICABEO, V. *Andecabeo*.

† AVRICAE, *Gall. Tranſchereſſe, ex aurum et ſeco*. Gloſſar. Lat. Gall. an. 1348. Cod. reg. 4120. V. *Auricida*.

† AVRICALE, puluinar, Gall. *Oreiller*. Vocab. compend. *Aurical, auricale, Oreiller*. V. *Aureillarius* et *Auriculare* 2.

AVRICELLA. V. *Celendra*.

† AVRICIDA, AVRICIDIVM, *trenchement d' oreilles*, in Vocabul. compend.

AVRICINDVS, *artifex, qui ſcindit aurum*. Vgutio

AVRICLABEO, V. *Andecabeo*.

AVRICLAVVS, V. *Chryſoclauus*.

AVRICOCTOR, V. *Aurum*.

† AVRICOMVS, *aureum comam habens*, apud Laur. in Amalth. et in Mabill. Muſ. Ital. pag. 72. V. *Aureola*.

AVRICVLAM DEBERE, in Charta Archembaldi domini Borbonenſis an. 1217. apud Thomaſſerium Conſuetud. Bituric. pag. 229. *Quicumque intrat de die in horto vel in vinea alterius, cauſa malefaciendi, ſi probare poſſit, debet tres ſolidos vel auriculam*. Ea enim poena, aurium ſcilicet abſciſſione, mulctabantur fures omnes. V. *Auris*.

AVRICVLARE. (1) Auribus aliquid inſuſurrare. Thomas Walſinghamus pag. 262. (2) Aurem abſcindere, Gallis

Gallis olim *Oreiller*. Ch. an. 1343. Mſ. in Bibl. reg.

AVRICVLARE, Gall. *Oreiller*, pulvinar, puluinus. Fragmentum Hiſtoricum editum a Ioanne Mabillonio tom. 1. Analectorum pag. 53. Vbi pro *Aurioclaribus* legendum *Auricularibus*, tametſi ſic praefert Codex MS. Recenſio MS. vaſorum et ornamentorum Eccleſiae Nouiom. *Item vnum auriculare ad ponendum ſubtus Miſſale*, AVRICVLARIVM eadem notione, apud Innocent. III. lib. 13. Epiſt. 61.

AVRICVLARIS. (1) Blandinus Monach. in Miraculis S. Agathae cap. 1. de quadam ſurda curata a S. Agatha: *Nocte itaque oratione vacans, paululum dormire coepit, affuit interuentrix muliebri habitu admodum ornata - - infelicibus auribus auriculares mittens, protinus diſparuit.* Digitos forte *auriculares*, vix enim credendum intellexiſſe Blandinum id, quod *Oreillette* vocat Pibracius:

Mieux nous voudroit des Oreillettes prendre, etc.

Quibus nempe aures occluduntur. Forte etiam per *Auriculares* intellexit auriſcalpia, quibus aurium ſordes quae auditum impediunt, eruuntur. Gloſſar. Lat. Graec. *Auricularium*, ὠτογλυφὶς. Ita corrigit Cangius, pro *Auriſclarium*. Meurſius *auriſcalpium* emendat; ſed priori emendationi fauent veſtigia literarum. Vox formata ex *Auricula*, ὠτάριον, in eodem Gloſſ. (2) Auſcultator. Chronicon Noualiceuſe lib. 5. c. 3. (3) Secretorum conſcius, conſiliarius. (*) Francis veteribus *Orrunu.*) Vgutio: *Auricularis, amicus, id eſt, ſecretus conſiliator.* Willelmus Tyrius lib. 19. cap. 18. V. Arnoldum Lubecenſem lib. 3. cap. 8. et Chron. Noualiceuſe apud Murat. tom. 2. part. 2. col 764. (4) AVRICVLARIS CONFESSIO, peccatorum declaratio ſecreta ſubmiſſa voce ad aurem Sacerdotis. Ludew. Reliq. MSS. to. 6. pag. 188. et apud Scholaſticos paſſim.

AVRICVLARIVM, V. *Auriculare* et *Auricularis*.

AVRICVLARIVS. (1) ὠτακουστὴς, in Gloſſ. S. Benedicti. Gloſſ. Lat. MS. Regium et Iſidor. *Auricularius, auſcultator.* (2) Saepius vero pro fido Conſiliario. Brito: *Auricularius, id eſt, Secretarius, ab auricula, quia ſecreta ſolent dici in aure. Auricularius, ſecretus, conſiliator.* Lib. 2. Regum cap. 23. *Fecitque eum ſibi Dauid auricularium a ſecreto*, id eſt, ſecretarium, conſiliarium. Lambertus Schafnaburg. an. 1076. (3) AVRICVLARIVS, interdum pro Secretario, ſeu amanuenſi vſurpatur. Vita S. Audoëni Epiſcopi Rotomagenſis cap. 5. *Sanctus Audoënus cognomento Dado auricularii locum et munus in aula Regis obtinuit, itemque ad obſignanda ſcripta vel edicta Regia, quae ab ipſo conſcribebantur, ſigillum vel annulum Regis cuſtodiebat.* Ita Angilbertum Abbatem Centulenſem Caroli M. Secretarium, ab Alcuino ioculari nomine Homerum dictum, idem Alcuinus Epiſt. 83. et Carm. 116. et 177. appellat, quem Epiſt. 84. *Manualem*, id eſt, amanuenſem vocat. (4) † AVRICVLARIVS REGIS, qui regi eſt a confeſſionibus. Necrolog. Mſ. B. M. de Ioſaphat, vbi *Oricularius* pro *Auricularius*.

† AVRICVLATOR, vt *Auricularius* 1. fidus conſiliarius, in Chronic. Ioann. Whethamſtedii pagin. 356.

† AVRICVLATVM, pro *aurichalcum*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. V. *Auriacum*.

† AVRIFABRIA, ars aurifabri, aurificium, Gall. *Orfevrerie*. Ch. Phil. V. Mſ. an. 1317. in Bibl. reg. V. *Aurificina*.

AVRIFEX, in Pacto Legis Salicae tit. 11. §. 6. ſi Wendelinum audiamus, non eſt *Aurifaber*, ſed *Carpentarius*, quod in ea ſcribatur, *Aurificem ſive Carpentarium*, ita vt voces ſynonymae ſint. Sed conſtat, crebro vocem *ſive*, pro coniunctiua, *et*, vſurpari. Neque enim quis dicet eodem tit. Editionis Pithoei §. 5. fabrum eumdem eſſe cum vinitore, vel carpentarium eumdem ac venatorem,

AVREAK, *equus ſolisarius.* Papias cum Iſidori Gloſſario: ad quod Graevius ait, legendum cum Scaligero *Eques ſolitarius.* Feſtus: *Aureax, anriga.*

† AVREILLARIVS, puluinar, Gall. *Oreiller.* Ch. a. 1218. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 67. V. *Aurellerius.*

† AVRELHA, anſa, Gall. *Oreille.* Inſtrum. a. 1438. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 259.

† AVRELIERIVM, puluinar, Gall. *Oreiller.* Ch. Mſ. a. 1449. V. *Aureillarius.*

AVRELLERIVS, eadem notione. Index MS. an. 1329. in Archiuo S. Victoris Maſſil. V. *Aurcillarius.*

AVREOLA, Ioanni de Ianua, *eſt praemium quoddam merito redditum.* Vide eumd. in Verbo *Virgo* Matthaeus Weſtmon. anno 1284. *Alfonſus Regis primogenitus veniens ad Weſtmonaſterium, quandam aureolam, quae fuerat quondam Principis Walliae Leolini, cum aliis iocalibus afferebat, quibus beati Regis Edwardi feretrum ornabatur.* Alanus in Anticlaudiano lib. 4. cap. 8.

Vel quos aureolae munus non excipit, omnes
Laurea communi fretos mercede coronat.

† AVRERIA, ora, limbus, Saalleiſte. Stat. pro arte parat. pannor. Carcaſſ. a. 1466. *Quod quilibet pannus - - habebit aurerias ſive liſtones de blano colore vel burello nolino.* V. *Oreria.*

† AVRESCERE, illuceſcere; dicitur de aurora, qua coelum inauratur. Acta SS. t. 5. Iun. pag. 554. Vtitur Varro.

AVREVS. (1) Nude, nummus aureus, Germ. Gülden, Goldgülden. Vita S. Sulpicii Pii Epiſc. Bituric. inter Acta SS. Benedict. ſaec. 2 pag. 181. *Ecce inter marmorum fragmenta reperiunt aureum probum, in quo Caeſaris antiquiſſimi manebat expreſſa figura.* AVREVS ALPHONSINVS, V. *Alphonſinus.* *) AVREVS RHENANVS, Rheiniſcher Goldgülden, Vid. Schilteri Gloſſar. pag. 411. *) AVREI LVBECENSES, qui alias Floreni Lubecenſes, V. J. C. H. Dreyers Sammlung vermiſchter Abhandl. Parte 2. pag. 987. AVREA MASSA, V. *Aurum.* (2) † Princeps, praecipuus. *Corbeia aurea,* quia alterius abbatiae eiusdem nominis mater et origo, apud Eckhart. in Comment. de Reb. Franc. Orient. t. 2. p. 847.

AVRIACVM, pro *Aurichalcum*, ſpecies metalli factitii ſat noti. Statuta Augerii II. Epiſc. Conferan. in MS. Sangerman.

AVRIBRITVM, obryzum. Bulla Paſchalis Papae I. ad Petronacium Rauennae Archiep. in ed. Rubei apud Murat. tom. 2. pag. 220. *Componat auribriti libras quinque*: ſed legendum cum Muratorio *Auri obriti*, id eſt, obrizi, ſeu optimi.

AVRICABEO, V. *Andecabeo.*

† AVRICAE, *Gall. Tranſchereſſe, ex aurum et ſeco.* Gloſſar. Lat. Gall. an. 1348. Cod. reg. 4120. V. *Auricida.*

† AVRICALE, puluinar, Gall. *Oreiller.* Vocab. compend. *Aurical, auricale, Oreiller.* V. *Aureillarius* et *Auriculare* 2.

AVRICELLA. V. *Celeudra.*

† AVRICIDA, AVRICIDIVM, *trenchement d' oreilles*, in Vocabul. compend.

AVRICINDVS, *artifex, qui ſcindit aurum.* Vgutio

AVRICLABEO, V. *Andecabeo.*

AVRICLAVVS, V. *Chryſoclavus.*

AVRICOCTOR, V. *Aurum.*

† AVRICOMVS, *aurcam comam habens*, apud Laur. in Amalth. et in Mabill. Muſ. Ital. pag. 72. V. *Aurcola.*

AVRICVLAM DEBERE, in Charta Archembaldi domini Borbonenſis an. 1217. apud Thomaſſerium Conſuetud. Bituric. pag. 229. *Quicumque intrat de die in horto vel in vinea alterius, cauſa malefaciendi, ſi probare poſſit, debet tres ſolidos vel auriculam.* Ea enim poena, aurium ſcilicet abſciſſione, mulctabantur fures omnes. V. *Auris.*

AVRICVLARE. (1) Auribus aliquid inſuſurrare. Thomas Walſinghamus pag. 262. (2) Aurem abſcindere, Gallis

Gallis olim *Oreiller*. Ch. an. 1343. Mſ. in Bibl. reg.

AVRICVLARE, Gall. *Oreiller*, puluinar, puluinus. Fragmentum Hiſtoricum editum a Ioanne Mabillonio tom. 1. Analectorum pag. 53. Vbi pro *Aurioclaribus* legendum *Auricularibus*, tametſi ſic praefert Codex MS. Recenſio MS. vaſorum et ornamentorum Eccleſiae Nouiom. *Item vnum auriculare ad ponendum ſubtus Miſſale*, AVRICVLARIVM eadem notione, apud Innocent. III. lib. 13. Epiſt. 61.

AVRICVLARIS. (1) Blandinus Monach. in Miraculis S. Agathae cap. 1. de quadam ſurda curata a S. Agatha: *Nocte itaque oratione vacans, paululum dormire coepit, affuit interuentrix muliebri habitu admodum ornata - - infelicibus auribus auriculares mittens, protinus diſparuit.* Digitos forte *auriculares*, vix enim credendum intellexiſſe Blandinum id, quod *Oreillette* vocat Pibracius:

Mieux nous voudroit des Oreillettes prendre, etc.

Quibus nempe aures occluduntur. Forte etiam per *Auriculares* intellexit auriſcalpia, quibus aurium ſordes quae auditum impediunt, eruuntur. Gloſſar. Lat. Graec. *Auricularium*, ὠτογλυφὶς. Ita corrigit Cangius, pro *Auriſclarium*. Meurſius *auriſcalpium* emendat; ſed priori emendationi fauent veſtigia literarum. Vox formata ex *Auricula*, ὠτάριον, in eodem Gloſſ. (2) Auſcultator. Chronicon Noualiceſe lib. 5. c. 3. (3) Secretorum conſcius, conſiliarius. (*) Francis veteribus *Orrunu*.) Vgutio: *Auricularis, amicus, id eſt, ſecretus conſiliator*. Willelmus Tyrius lib. 19. cap. 18. V. Arnoldum Lubecenſem lib. 3. cap. 8. et Chron. Noualiceſe apud Murat. tom. 2. part. 2. col 764. (4) AVRICVLARIS CONFESSIO, peccatorum declaratio ſecreta ſubmiſſa voce ad aurem Sacerdotis. Ludew. Reliq. MSS. to. 6. pag. 188. et apud Scholaſticos paſſim.

AVRICVLARIVM, V. *Auriculare* et *Auricularis*.

AVRICVLARIVS. (1) ὠτακουστὴς, in Gloſſ. S. Benedicti. Gloſſ. Lat. MS. Regium et Iſidor. *Auricularius, auſcultator*. (2) Saepius vero pro fido Conſiliario. Brito: *Auricularius, id eſt, Secretarius, ab auricula, quia ſecreta ſolent dici in aure. Auricularius, ſecretus, conſiliator*. Lib. 2. Regum cap. 23. *Fecitque eum ſibi Dauid auricularium a ſecreto*, id eſt, ſecretarium, conſiliarium. Lambertus Schafnaburg. an. 1076. (3) AVRICVLARIVS, interdum pro Secretario, ſeu amanuenſi vſurpatur. Vita S. Audoëni Epiſcopi Rotomagenſis cap. 5. *Sanctus Audoënus cognomento Dado auricularii locum et munus in aula Regis obtinuit, itemque ad obſignanda ſcripta vel edicta Regia, quae ab ipſo conſcribebantur, ſigillum vel annulum Regis cuſtodiebat*. Ita Angilbertum Abbatem Centulenſem Caroli M. Secretarium, ab Alcuino ioculari nomine Homerum dictum, idem Alcuinus Epiſt. 83. et Carm. 116. et 177. appellat, quem Epiſt. 84. *Manualem*, id eſt, amanuenſem vocat. (4) † AVRICVLARIVS REGIS, qui regi eſt a confeſſionibus. Necrolog. Mſ. B. M. de Ioſaphat, vbi *Oricularius* pro *Auricularius*.

† AVRICVLATOR, vt *Auricularius* 1. fidus conſiliarius, in Chronic. Ioann. Whethamſtedii pagin. 356.

† AVRICVLATVM, pro *aurichalcum*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. V. *Auriacum*.

† AVRIFABRIA, ars aurifabri, aurificium, Gall. *Orfevrerie*. Ch. Phil. V. Mſ. an. 1317. in Bibl. reg. V. *Aurificina*.

AVRIFEX, in Pacto Legis Salicae tit. 11. §. 6. ſi Wendelinum audiamus, non eſt *Aurifaber*, ſed *Carpentarius*, quod in ea ſcribatur, *Aurificem ſive Carpentarium*, ita vt voces ſynonymae ſint. Sed conſtat, crebro vocem *ſive*, pro coniunctiua, *et*, vſurpari. Neque enim quis dicet eodem tit. Editionis Pithoei §. 5. fabrum eumdem eſſe cum vinitore, vel carpentarium eumdem ac venatorem,

AVREAX, *equus ſolitarius.* Papias cum Iſidori Gloſſario: ad quod Graevius ait, legendum cum Scaligero *Eques ſolitarius.* Feſtus: *Aureax, auriga.*

† AVREILLARIVS, puluinar, Gall. *Oreiller.* Ch. a. 1218. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 67. V. *Aurellerius.*

† AVRELHA, anſa, Gall. *Oreille.* Inſtrum. a. 1438. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 259.

† AVRELIERIVM, puluinar, Gall. *Oreiller.* Ch. Mſ. a. 1449. V. *Aureillarius.*

AVRELLERIVS, eadem notione. Index MS. an. 1329. in Archiuo S. Victoris Maſſil. V. *Aurcillarius.*

AVREOLA, Ioanni de Ianua, *eſt praemium quoddam merito redditum.* Vide eumd. in Verbo *Virgo* Matthaeus Weſtmon. anno 1284. *Alfonſus Regis primogenitus veniens ad Weſtmonaſterium, quandam aureolam, quae fuerat quondam Principis Walliae Leolini, cum aliis iocalibus afferebat, quibus beati Regis Edwardi feretrum ornabatur.* Alanus in Anticlaudiano lib. 4. cap. 8.

Vel quos aureolae munus non excipit, omnes
Laurea communi fretos mercede coronat.

† AVRERIA, ora, limbus, Gaalleiſte. Stat. pro arte parat. pannor. Carcaſſ. a. 1466. *Quod quilibet pannus - - habebit aurerias ſive liſtones de blano colore vel burello nolino.* V. *Oreria.*

† AVRESCERE, illuceſcere; dicitur de aurora, qua coelum inauratur. Acta SS. t. 5. Iun. pag. 554. Vtitur Varro.

AVREVS. (1) Nude, nummus aureus, Germ. Gülden, Goldgülden. Vita S. Sulpicii Pii Epiſc. Bituric. inter Acta SS. Benedict. ſaec. 2 pag. 181. *Ecce inter marmorum fragmenta reperiunt aureum probum, in quo Caeſaris antiquiſſimi manebat expreſſa figura.* AVREVS ALPHONSINVS, V. *Alphonſinus.* *) AVREVS RHENANVS, Rheiniſcher Goldgülden, Vid. Schilteri Gloſſar. pag. 411. *)

AVREI LVBECENSES, qui aliàs Floreni Lubecenſes, V. J. C. H. Dreyers Sammlung vermiſchter Abhandl. Parte 2. pag. 987. AVREA MASSA, V. *Aurum.* (2) † Princeps, praecipuus. *Corbeia aurea,* quia alterius abbatiae eiusdem nominis mater et origo, apud Eckhart. in Comment. de Reb. Franc. Orient. t. 2. p. 847.

AVRIACVM, pro *Aurichalcum*, ſpecies metalli factitii ſat noti. Statuta Augerii II. Epiſc. Conferan. in MS. Sangerman.

AVRIBRITVM, obryzum. Bulla Paſchalis Papae I. ad Petronacium Rauennae Archiep. in ed. Rubei apud Murat. tom. 2. pag. 220. *Componas auribriti libras quinque*: ſed legendum cum Muratorio *Auri obriti*, id eſt, obrizi, ſeu optimi.

AVRICABEO, V. *Andecabeo.*

† AVRICAE, *Gall. Tranſchereſſe, ex aurum et ſeco.* Gloſſar. Lat. Gall. an. 1348. Cod. reg. 4120. V. *Auricida.*

† AVRICALE, puluinar, Gall. *Oreiller.* Vocab. compend. *Aurical, auricale, Oreiller.* V. *Aureillarius* et *Auriculare 2.*

AVRICELLA. V. *Celendra.*

† AVRICIDA, AVRICIDIVM, *trenchement d' oreilles*, in Vocabul. compend.

AVRICINDVS, *artifex, qui ſcindit aurum.* Vgutio

AVRICLABEO, V. *Andecabeo.*

AVRICLAVVS, V. *Chryſoclauus.*

AVRICOCTOR, V. *Aurum.*

† AVRICOMVS, *aurcam comam habens*, apud Laur. in Amalth. et in Mabill. Muſ. Ital. pag. 72. V. *Aureola.*

AVRICVLAM DEBERE, in Charta Archembaldi domini Borbonenſis an. 1217. apud Thomaſſerium Conſuetud. Bituric. pag. 229. *Quicunque intrat de die in horto vel in vineo alterius, cauſa malefaciendi, ſi probare poſſit, debet tres ſolidos vel auriculam.* Ea enim poena, aurium ſcilicet abſciſſione, mulctabantur fures omnes. V. *Auris.*

AVRICVLARE. (1) Auribus aliquid inſuſurrare. Thomas Walſinghamus pag. 262. (2) Aurem abſcindere, Gallis

Gallis olim *Oreiller*. Ch. an. 1343. Mſ. in Bibl. reg.

AVRICVLARE, Gall. *Oreiller*, puluinar, puluinus. Fragmentum Hiſtoricum editum a Ioanne Mabillonio tom. 1. Analectorum pag. 53. Vbi pro *Aurioclaribus* legendum *Auricularibus*, tametſi ſic praefert Codex MS. Recenſio MS. vaſorum et ornamentorum Eccleſiae Nouiom. *Item vnum auriculare ad ponendum ſubtus Miſſale*, AVRICVLARIVM eadem notione, apud Innocent. III. lib. 13. Epiſt. 61.

AVRICVLARIS. (1) Blandinus Monach. in Miraculis S. Agathae cap. 1. de quadam ſurda curata a S. Agatha: *Nocte itaque oratione vacans, paululum dormire coepit, affuit interuentrix muliebri habitu admodum ornata - - infelicibus auribus auriculares mittens, protinus diſparuit.* Digitos forte *auriculares*, vix enim credendum intellexiſſe Blandinum id, quod *Oreillette* vocat Pibracius: *Mieux nous voudroit des Oreillettes prendre*, etc.

Quibus nempe aures occluduntur. Forte etiam per *Auriculares* intellexit auriſcalpia, quibus aurium ſordes quae auditum impediunt, eruuntur. Gloſſar. Lat. Graec. *Auricularium*, ὠτογλυφὶς. Ita corrigit Cangius, pro *Auriſclarium*. Meurſius *auriſcalpium* emendat; ſed priori emendationi fauent veſtigia literarum. Vox formata ex *Auricula*, ὠτάριον, in eodem Gloſſ. (2) Auſcultator. Chronicon Noualiceſe lib. 5. c. 3. (3) Secretorum conſcius, conſiliarius. (*) Francis veteribus *Orrunn.*) Vgutio: *Auricularis, amicus, id eſt, ſecretus conſiliator.* Willelmus Tyrius lib. 19. cap. 18. V. Arnoldum Lubecenſem lib. 3. cap. 8. et Chron. Noualiceſe apud Murat. tom. 2. part. 2. col 764. (4) AVRICVLARIS CONFESSIO, peccatorum declaratio ſecreta ſubmiſſa voce ad aurem Sacerdotis. Ludew. Reliq. MSS. to. 6. pag. 188. et apud Scholaſticos paſſim.

AVRICVLARIVM, V. *Auriculare* et *Auricularis*.

AVRICVLARIVS. (1) ὠτακουστὴς, in Gloſſ. S. Benedicti. Gloſſ. Lat. MS. Regium et Iſidor. *Auricularius, auſcultator.* (2) Saepius vero pro fido Conſiliario. Brito: *Auricularius, id eſt, Secretarius, ab auricula, quia ſecreta ſolent dici in aure. Auricularius, ſecretus, conſiliator.* Lib. 2. Regum cap. 23. *Fecitque eum ſibi Dauid auricularium a ſecreto*, id eſt, ſecretarium, conſiliarium. Lambertus Schafnaburg. an. 1076. (3) AVRICVLARIVS, interdum pro Secretario, ſeu amanuenſi vſurpatur. Vita S. Audoëni Epiſcopi Rotomagenſis cap. 5. *Sanctus Audoënus cognomento Dado auricularii locum et munus in aula Regis obtinuit, itemque ad obſignanda ſcripta vel edicta Regia, quae ab ipſo conſcribebantur, ſigillum vel annulum Regis cuſtodiebat.* Ita Angilbertum Abbatem Centulenſem Caroli M. Secretarium, ab Alcuino ioculari nomine Homerum dictum, idem Alcuinus Epiſt. 83. et Carm. 116. et 177. appellat, quem Epiſt. 84. *Manualem*, id eſt, amanuenſem vocat. (4) † AVRICVLARIVS REGIS, qui regi eſt a confeſſionibus. Necrolog. Mſ. B. M. de Ioſaphat, vbi *Oricularius* pro *Auricularius*.

† AVRICVLATOR, vt *Auricularius* 1. fidus conſiliarius, in Chronic. Ioann. Whethamſtedii pagin. 356.

† AVRICVLATVM, pro *aurichalcum*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. V. *Auriacum*.

† AVRIFABRIA, ars aurifabri, aurificium, Gall. *Orfevrerie*. Ch. Phil. V. Mſ. an. 1317. in Bibl. reg. V. *Aurificina*.

AVRIFEX, in Pacto Legis Salicae tit. 11. §. 6. ſi Wendelinum audimus, non eſt *Aurifaber*, ſed *Carpentarius*, quod in ea ſcribatur, *Aurificem ſive Carpentarium*, ita vt voces ſynonymae ſint. Sed conſtat, crebro vocem *ſive*, pro coniunctiua, *et*, vſurpari. Neque enim quis dicet eodem tit. Editionis Pithoei §. 5. fabrum eumdem eſſe cum vinitore, vel carpentarium eumdem ac venatorem,

quod illa praeferat haec verba: *Aut fabrum siue vinitorem, aut carpentarium siue venatorem.*

AVRIFICEPS, auis genus, alias *Spis*, Germanis Eisvogel. Vet. Vocabul. an. 1482. Isenpart, *aurifiçeps.*

RIFICINA, fabrica *aurificum. Aurificium*, *ipsum opus et exercitium, quod fit in auro.* Vgutioni. Glossar. Lat. Graec. *Aurificina.* χρυσοχοεῖον. Ebrardus in Graecismo:

Aurificina, locus in quo faber excoquit aurum.

RIFICIVM, ex auro confectum, *Aurifrigium*, Gall. *Orfroy.* Testam. Cardinalis Talairandi Episc. Albanensis an. 1360. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1472. *Vestimenta alba quae fecimus fieri de pannis pretiosis vltramarinis cum aurificiis de Anglia.* V. *Aurifrigium.*

RIFILVM, filum aureum. Visitatio Thesaurariae S. Pauli Londinensis an. 1295.

RIFLAMMA, *Oliflamma*, *Oloflamma*, *Aurea flamma.* Vexillum fuit proprium Monasterii Sancti Dionysii in Francia, quod Monachi in belis, quae pro bonorum, aut priuiegiorum tuitione susciperecogebanur, suo deferendum aduocato porrigebant, qui illud ex Abbatis manibus, certis precibus ad id ab eo ecitatis, ex Sancti monumento, cui ppensum erat, acceptum, in praeiis, tanquam Ecclesiae et Monasterii ignifer praeferebat: hic enim primus fuit auriflammae vsus.

Vocis etymon censent plerique a materia et colore sumi debere. Cum nim Labari, seu gonfanonis formam praeferret, cuiusmodi aedes sacrae habere etiamnum solent, atque iis ti in publicis processibus, eius materiam fuisse aiunt ex rubeo serico gnei et coruscantis coloris, atque b igne auri et fulgore sandaracae, ui flammeus color tribuitur a Plinio lib. 35. cap. 6. *Auriflammae* nonen inditum. Sane de huius sacri exilli colore et materia consentiunt criptores. Willelmus Brito lib. 2. Philipp. et alii. Ex quibus licet non modo quae fuerit *Auriflammae* materia, quisue materiae color, sed et cuius formae et figurae extiterit, abunde satis percipiatur, non tamen plane videtur euinci, ab ipso colore nomen *Auriflammae* manasse, cum etsi flammeum rubeus quocumque modo repraesentet, nihil auri in huiusmodi vexilli descriptione occurrat, praeterquam in ipsa lancea, cui haerebat, quam Preslius auratam fuisse scribit. Neque enim aurea fuit praetextum fimbria, vt Chifletius finxit, sed viridi, quod expressum notat Chronicon Flandriae. Mauult Cangius igitur *Auriflammam* appellatam a voce Scriptoribus medii saeculi passim recepta, nempe a *Flammulum*, vel *Flammula*, quae quoduis vexillum significat, vti in hoc verbo dictum est: cui adiuncta fuerit vox *Aurea*, quod hasta, cui erat infixa, auro obducta fuerit: quod praeter Preslium testatur Inventarium vetus Thesauri Sandionysiani apud Dobletum. Sed et scriptor Historiae Caroli VI. ex Thuana Biblioth. enarrans vt Domino d'Aumont Auriflammae gestandae praefectura a Rege demandata sit, haec adiungit: *Sic vexillum ferre dignum duxit, donec ingruente belli necessitate hastae aureae applicasset.* AVRIFLAMMA interdum dictum praecipuum aciei vexillum. Albertinus Mussatus de Gest. Henrici VII. cap. 2. de eodem Caesare: *Nec minus extemplo aquilas, aureamque flammam explicans, in Florentiae fines processit.* † Interdum quoque quoduis vexillum, vt in Martyrolog. Ms. eccl. Laudun.

AVRIFRASIVM, pro *Aurifrisium*, V. in *Aurifrigia.*

AVRIFRASVS, V. *Aurifrigia.*

AVRIFRAZIVS, V. ibidem.

AVRIFRES, eadem notione. *Dalmatica cum safre siue aurifres ante et retro*, in Inuentario ornamentorum sacristiae S. Victoris Massil. ex Archiuo eiusdem Monasterii.

† AVRIFRESIA, idem, in Chartis Ms. 1345. et 1382.

† AVRIFRESVS, idem in Ch. an. 1352.

AVRIFRICEATVS, *aurifrigia* ornatus, apud Stephanot. t. 10. Fragm. Mſ. p. 418.

AVRIFRIGIA, AVRIFRISIA, AVRIFRISVM, limbus acu pictus, auro plerumque argentoue diſtinctus, qui ad veſtes ſacras aſſuitur atque a Gallis olim *Orfroy*, *Orfrais* appellari ſolebat. Deinde etiam pro omni genere operis acu picti, Gall. *Broderie* accipiebatur. Chronicon Lauriſhamenſe pag. 95. *Cappae tres cum aurifrigiis, palla altaris cum aurifrigio*, etc. Chronic. Moguntinum Conradi Epiſcopi: *Caſula violacea latis et magnis aurifrigiis.* Matth. Paris an. 1246. *In capis choralibus et infulis aurifriſia concupiſcibilibus*, Ch. a. 1213. apud Vghellum to. 7. pag. 289. *Cappam vnam de examito rubeo cum liſta de aurifriſo.* Occurrit paſſim. AVRIFRASIVM dixit Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 603. qua voce Gallicam *Orfrais* expreſſit: *Adelina quoque vxor Orgerii de Bellomonte albam aurifraſio comite ornatam Vticenſibus contulit.* AVRIFRYGIVM, eadem notione, V. *Cyprenſe opus.* AVRIPHRIGIVM, idem. Recenſio ornamentorum Eccleſiae Mogunt. Rer. Mog. t. 1. p. 96. † AVRIFRASVS, in Ch. Mſ. a. 1335. in Bibl. reg. † AVRIFRAZIVS, in Ch. Mſ. a. 1376. † AVRIFRIXIVM, in Inuent. Mſ. an. 1295.

AVRIERIGIATVS, *aurifrigia* ornatus, in Rer. Mogunt. t. 1. pag. 94. et paſſim alibi.

AVRIFRISIA, AVRIFRISIVM, AVRIFRIXIVM, AVRIFRYGIVM, V. *Aurifrigia.*

AVRIFRISIATVS, *aurifrigia* ornatus, in Statut. Augerii II. Epiſc. Conſeran. Mſ.

† AVRIFRIZATVS, idem, in Necrol. eccl. Pariſ. Mſ.

AVRIGARE, curru vel plauſtro vehere. Tabularium S. Medardi Sueſſion. In ſummario Chartae Ingerani Abbatis eiusdem Monaſterii ann. 1167. *Fratres Vrficampi tenentur aurigare terragia ad grangiam noſtram.* In chartae vero contextu legitur *Carrigabunt.*

AVRICAWERCH, V. *Andigare.*

† AVRIGENES, *vno morbo*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. V. *Aurigo.*

AVRIGINOSINVS, *arcuatus*, Papiae in Cod. MS. Bituric. id eſt, icthericus, qui aurugine laborat. V. *Auruginoſus.*

† AVRIGO, *dicebatur ab antiquis ictheritia, a colore aureo.* Gloſſar. medic. Simon. Ianuenſ. Mſ. *Aurigo et aurugo*, ἴκτερος, ἰκτερος, in Gloſſar. Lat. Gr.

AVRIGRAPHIA, V. mox

AVRIGRAPHVS, *Aurigrafus*, Vgutioni et Ioanni de Ianua, *qui auream ſcripturam facit. Aurigraphia, aurea ſcriptura*, χρυσογράφος, Scylitzae pag. 450. et Ioëli in Chron. pag. 177. *Aurigraphia, aurea ſcriptura, vnde aurigraphus qui auream ſcripturam facit.* Gloſſ. MSS. Montis S. Eligii Atrebat.

AVRILEGIVM, *locus, vbi reponitur aurum, ſcilices theſaurus: vbi legitur, id eſt, colligitur aurum.* Vgutio et Ioan. de Ianua.

AVRILEGVLVS, qui aurum e fodinis eruit, in l. 5. C. de Metallis et Metallar. et l. 9. Cod. Theod. eod. tit. Gloſſ. Gr. Lat. χρυσορύκτης, *Aurilegulus.* Gloſſ. Lat. Gr. *Aurilegulus*, χρυσελέκτης. Paulinus Poëm. 30. AVRILEGI AMBRONES, in Epiſt. I. S. Bonifacii Archiep. Mogunt. V. Iacob. Gothofred. ad Cod. Th. d. tit. de Metallis et Metallariis.

† AVRILOGIVM, pro Horologium, in Inuent. S. Capellae Pariſ. Mſ.

AVRIOCLARE, V. *Auriculare.*

AVRIOLENSIS, pro *Aurelianenſis*, Gall. *d'Orleans.* Sic apud Rymerum non ſemel *Dux Auriolenſis* ſcribitur pro *Dux Aurelianenſis.*

† AVRIOLVS, piſcis genus, Germ. *Makreel.* Strat. pro piſcat. e Tabul. Maſſil. *Par Aviolorum - - pro duobus denariis.* Tract. Mſ. de Piſcibus: *Scombrus dicitur a noſtris* Veirat, *quod vitri inſtar ſplendeat, vel* pes Avriol, *id eſt piſcis Aprilis, quod eo potiſſimum menſe capiatur, a Gallis* maquereau, *a Maſſilienſibus* Avriol.

† AVRIPELLVM, a Gall. *Auripeau*, aurichalcum, lamina aurichalcea. Ch. Mſ. a. 1440.

AVRIPERCVSSOR, aurifaber, in Tabulario S. Genouefae Pariſ. ann. 1285.

AVRIPETIA, fragmentum ex auro, vox compoſita ex *pecia*, Gall. *Piece*. Anaſtaſius Biblioth. in Benedicto III. pag. 206.

AVRIPETRVM, aurum petrae inductum, Muſiui operis ſpecies, cuius habes ſpecimen in tumulo Reginae Fredegundis in Hiſtoria S. Germani a Pratis delineato, atque etiam in ſacellis pluribus Monaſterii S. Dionyſii. Vita S. Irenaei Epiſc. Lugdun. tom. 5. Iunii pag. 347. *Hic Chriſti athleta, flos omnium Chriſti athletarum in crypta, quae in colle ſuperpoſito ciuitati, pulcro et antiquo muſiui et auripetri opere exſtructa eſt, a B. Zacharia Presbytero noctu honorifice eſt tumulatus*, forte leg. *Auripetii*. V. *Auripetia*.

AVRIPHRIGIATVS, i. q. *aurifrigiatus*, paſſim.

AVRIPHRIGIVM, V. *Aurifrigium*.

AVRIPICTVS, auro pictus. Monaſticum Anglic. tom. 3. pag. 333.

† AVRIPIMENTVM, pro Auripigmentum in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7679.

AVRIS. *Aurium Abſciſſio, et Inciſio*, fuit olim inter poenas a Legibus receptas: nam templorum et rerum ſacrarum ſpoliatoribus aures findebantur, Legibus Saxonum. Additio ad easdem Leges tit. 12. *Qui fanum effregerit*, etc. *finduntur aures eius, et caſtratur*, etc. Ea etiam poena mulctabantur ſerui fugitiui. Gregorius Turon. lib. 5. Hiſt. cap. 48. de Leudaſte ſeruo facto: *Cumque his aut tertio reductus a fugae lapſu teneri non poſſet, auris inciſione mulctatur*. V. eumdem lib. 9. cap. 38. et Aimoinum lib. 3. c. 43. Sed et fures omnes. Stabilimenta S. Ludouici lib. 1. cap. 29. et alibi. Statutam eamdem poenam non modo in furtis, ſed etiam aliis delictis, obſeruare eſt ex Statutis Henrici V. Regis Angl. *tempore guerrae*, quod extat apud Nic. Vptonum lib. 4. de Militari officio pag. 140. AVRIVM APERTIO. Lib. 3. Sacrament. Eccleſ. Roman. c. 16. *Poſt haec commenda p. plebs pro jejuniis 4. et 10. menſis temporibus ſuis, ſine pro ſcrutiniis, vel aurium apertione, ſine orandum pro infirmis, vel ad nuntiandum Natalitia Sanctorum*. In Miſſali Gallicano veteri pag. 449. *Expoſitio Euangeliorum in apertione aurium ad Electos*, id eſt *ad baptizandos*. V. *Epheta*. TESTES PER AVREM ATTRACTI. Lex Bajwarior. tit. 15. cap. 2. *Ille teſtis per aurem debet eſſe tractus, quia ſic habet Lex veſtra*. Tit. 16. cap. 2. *Si quis teſtem habuerit per aurem tractum*. Cap. 6. *Adprehendat manum proximi ſui et dicat: Sic me Deus adiuuet, et illum, cuius manum teneo, quod ego ad teſtem illum inter vos per aurem tractus fui de iſta cauſa ad veritatem dicendam*. Ch. exarata an. 35. Caroli M. in Metropoli Salisburgenſ. tom. 3. pag. 322. AVRES TORQVERE *et alapas dare teſtibus*. Lex Ripuariorum tit. 60. §. 1. *Ad locum traditionis cum eodem numero pueris accedat, - - et ſic eis praeſentibus pretium tradat, et poſſeſſionem accipiat, et vnicuique de parvulis alapas donet, et torqueat auriculas, vt ei poſtea teſtimonium praebeat. Teſtes Tracti*, in Legib. Alaman. tit. 94. Ch. Widonis de Montefalcone ann. 1112. in Tabul. Eccl. Auguſtod. *Huius dimiſſionis teſtes, - - Poncius Canonicus de Rebello, qui infans tunc ibi colafum accepit, ne quandoque traderet oblivioni*. † AVREM DARE, aurem commodare, Germ. Gehör geben. Ch. Mſ. a. 1447. † AVRES MVNICIALES dici videntur teſtimonia, quae rei muniendae ſeu firmandae inſeruiunt, in Placito a. 927. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 19. *Priſcarum legum et iure conſtituuntur, aut omnis homo in cauſis generalibus per aures municiales remedia conſecuntur*. Vbi de reſtauratione chartae amiſſae agitur; quae inquiſitione teſtiumque auditione fieri ſolebat.

AVRISAMITVM, pannus holoſericus, *ſamitum* ex auro, Gall. *Drap d'or*.

d'or. Vetus Ch. apud Rochum Pirrum in Episcop. Agrigent. V. *Exametum.*

AVRISCALPIVS. Auctor praefationis in Marcellini et Faustini libellum precum: *Quem in tantum matronae diligebant, ut matronarum auriscalpius diceretur.*

AVRISCIDVS, *qui scindit aurum.* Io. de Ianua.

AVRISCLARIVM, V. *Auricularis 1.*

AVRISIA, ex Graec. ἀοφασία, coecitas, tenebrae. Alanus de Insulis contra Valdenses cap. 48. *Sunt multae species fallaciae visus, una est, quando non videmus, quod oculis praesentatur, quae dicitur aurisia, id est auidentia, qua percussi fuerunt, qui Elisaeum quaerebant.* Iacobus de Vitriaco lib. 3. pag. 1140. V. *Aorasia.*

† AVRIVELLERIVS, aurifaber, a Prouinc. *Aurevellier*, in Stat. Auenion. Mſ.

† AVRIVOLVS. *Auriuolum signum*, i. q. *Auriflamma*, apud Will. Brit. l. 2. Philipp.

AVRIZVM, pro *Obryzum.* Chronicon Noualic. lib. 5. *Pocula erant auro aurizo plena balsami.*

AVROBRVSTVS, auro pictus, Gall. *Brodé d'or*, in Ch. Benedicti VIII. a. 1023. in Bullario Casinensi to. 1. p. 7. et apud Murat. to. 2. part. 2. p 370. V. *Brusdus.*

AVROCHALCVS, pro *Aurichalcus.* Anastasius in S. Silueſtro PP.

AVROCLAVVS, pro *Auroclauatus*, apud veterem interpretem Iuuenalis Sat. 6. Ch. donationis Ecclesiae Cornutianae edita a Ioanne Suarefio: *Pallium haloſericum auroclauum.* Ibidem: *Vela tramoſerica auroclaua, vela blattea auroclaua paragaudata.* Rursum: *Vela linea auroclaua clauatura quadra.* Occurrit ibi pluries.

AVROCLVSVS, clausus auro. V. *Incluſor.*

AVROFRISVM, AVROFRIXIVM, V. *Aurifrigia.*

AVROGRAPHIA, *immenſum pondus auri habentia.* Papias, perperam pro *Auro gravia.*

AVROLENTVS, auro plenus, Isoni Magistro ad Prudent. lib. Peristeph. Hym. 6. v. 49. *Ita roſulentum, a roſa, ſicut rorulenta, a rore*, dixit id Prudentius ibidem Hym. 9. Occurrit etiam in vita S. Germani Epi Pariſ. tom. 6. Maii pag. 780.

AVROR, aureus fulgor. Henricus R la in Herlingsberga:

Erumpunt portus acies aur decorae.

AVRORA, certa officii Muz-Arat pars, ad auroram dicenda, vt *ſperae* ad veſperam. Ordo off Gothici to. 3. Collect. Concil. I ſpan. pag. 293. *Officium illud Mi Arabicum ſuperat Romanum vna p cum ſpecie quae dicitur aurora.*

AVRORARE, *illuminare, ab aur dicitur.* Gloſſ. Iſid. Ioan. de Ian Et Gloſſ. MSS. S. Andreae A nion.

† AVRORESCERE, illuceſcere, di tur de prima aurora. Adelhelm. virg. c. 30. V. *Aureſcere.*

† AVROSA, pro aurora, in Prob t. 2. Hiſt. Nem. p. 248.

AVROSE, *cum inauratione*, in Or maſtico ad calcem tom. 6. Act. Maii.

AVROSVM, *gilbum.* Papias. Forte C *vum*, Germ. Goldgelb.

AVROSVS, opimus, πολύχρυσος, Gloſſ. Graec. Lat. *Inauratus*, in Or maſtico ad calcem to. 6. Actor S. S. Maii Lamprid. in Heliogab cap. 3. *Scobe auri porticum ſtrauit argenti, vt ſit hodie de auroſa hare* id eſt *aurea.* Epiſtola MS. Hugo Sueſſionenſis ad Heluidem sorore *Lumen auroſum, dies auriſſima, ſtum celebre.*

AVROTEXTILIS, pannus auro t tus. Anaſtaſius in S. Vitiliano: C *tulit ſuper altare illius pallium au textile.* Apud eumdem pag. 36. *Aurotextus.*

† AVRVGA, malum aureum, G *Orange.* Leudae maj. Carcaſſ.

AVRVGINARE, Tertulliano lib. anima cap. 17. *Qui redundantia ſe auruginant*, id eſt, ictero labora V. *Aurugo 1.*

AVRVGINOSVS, *arcuatus.* Gloſſ Iſid. ad quod Graeuius: Celſo l 3. 24. *Arquatus*, id eſt, *ἰκτερικ* Gloſſae: *Aurugo ἰκτερικός. Aura*

† AVRIPELLVM, a Gall. *Auripeau*, aurichalcum, lamina aurichalcea. Ch. Mſ. a. 1440.

AVRIPERCVSSOR, aurifaber, in Tabulario S. Genouefae Pariſ. ann. 1285.

AVRIPETIA, fragmentum ex auro, vox compoſita ex *pecia*, Gall. *Piece*. Anaſtaſius Biblioth. in Benedicto III. pag. 206.

AVRIPETRVM, aurum petrae inductum, Muſiui operis ſpecies, cuius habes ſpecimen in tumulo Reginae Fredegundis in Hiſtoria S. Germani a Pratis delineato, atque etiam in ſacellis pluribus Monaſterii S. Dionyſii. Vita S. Irenaei Epiſc. Lugdun. tom. 5. Iunii pag. 347. *Hic Chriſti athleta, flos omnium Chriſti athletarum in crypta, quae in colle ſuperpoſito ciuitati, pulcro et antiquo muſiui et auripetri opere exſtructa eſt, a B. Zacharia Presbytero noctu honorifice eſt tumulatus*, forte leg. *Auripetii*. V. *Auripetia*.

AVRIPHRIGIATVS, i. q. *aurifrigiatus*, paſſim.

AVRIPHRIGIVM, V. *Aurifrigium*.

AVRIPICTVS, auro pictus. Monaſticum Anglic. tom. 3. pag. 333.

† AVRIPIMENTVM, pro Auripigmentum in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7679.

AVRIS. *Aurium Abſciſſio, et Inciſio*, fuit olim inter poenas a Legibus receptas: nam templorum et rerum ſacrarum ſpoliatoribus aures findebantur, Legibus Saxonum. Additio ad easdem Leges tit. 12. *Qui fanum effregerit*, etc. *finduntur aures eius, et caſtratur*, etc. Ea etiam poena mulctabantur ſerui fugitiui. Gregorius Turon. lib. 5. Hiſt. cap. 48. de Leudaſte ſeruo facto: *Cumque his aut tertio reductus a fugae lapſu teneri non poſſet, auris inciſione mulctatur*. V. eumdem lib. 9. cap. 38. et Aimoinum lib. 3. c. 43. Sed et fures omnes. Stabilimenta S. Ludouici lib. 1. cap. 29. et alibi. Statutam eamdem poenam non modo in furtis, ſed etiam aliis delictis, obſeruare eſt ex Statutis Henrici V. Regis Angl. *tempore guerrae*, quod extat apud Nic. Vptonum lib. 4. de Militari officio pag. 140. AVRIVM APERTIO. Lib. 3. Sacrament. Eccleſ. Roman. c. 16. *Poſt haec commenda p. plebs pro jejuniis 4. 7. et 10. menſis temporibus ſuis, ſiue pro ſcrutiniis, vel aurium apertione, ſiue orandum pro infirmis, vel ad nuntiandum Natalitia Sanctorum*. In Miſſali Gallicano veteri pag. 449. *Expoſitio Euangeliorum in apertione aurium ad Electos*, id eſt *ad baptizandos*. V. *Epheta*. TESTES PER AVREM ATTRACTI. Lex Bajwarior. tit. 15. cap. 2. *Ille teſtis per aurem debet eſſe tractus, quia ſic habet Lex veſtra*. Tit. 16. cap. 2. *Si quis teſtem habuerit per aurem tractum*. Cap. 6. *Adprehendat manum proximi ſui et dicat: Sic me Deus adiuuet, et illum, cuius manum teneo, quod ego ad teſtem illum inter vos per aurem tractus fui de iſta cauſa ad veritatem dicendam*. Ch. exarata an. 35. Caroli M. in Metropoli Salisburgenſ. tom. 3. pag. 322. AVRES TORQVERE *et alapas dare teſtibus*. Lex Ripuariorum tit. 60. §. 1. *Ad locum traditionis cum eodem numero pueris accedat, - - et ſic eis praeſentibus pretium tradat, et poſſeſſionem accipiat, et vnicuique de parvulis alapas donet, et torqueat auriculas, vt ei poſtea teſtimonium praebeat. Teſtes Tracti*, in Legib. Alaman. tit. 94. Ch. Widonis de Montefalcone ann. 1112. in Tabul. Eccl. Auguſtod. *Huius dimiſſionis teſtes, - - Poncius Canonicus de Rebello, qui infans tunc ibi colafum accepit, ne quandoque traderet oblitioni*. † AVREM DARE, aurem commodare, Germ. Gehör geben. Ch. Mſ. a. 1447. † AVRES MVNICIALES dici videntur teſtimonia, quae rei muniendae ſeu firmandae inſeruiunt, in Placito a. 927. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 19. *Priſcarum legum et iure conſtituuntur, aut omnis homo in cauſis generalibus per aures municiales remedia conſecuntur*. Vbi de reſtauratione chartae amiſſae agitur; quae inquiſitione teſtiumque auditione fieri ſolebat.

AVRISAMITVM, pannus holoſericus, *ſamitum* ex auro, Gall. *Drap d'or*.

d'or. Vetus Ch. apud Rochum Pirrum in Episcop. Agrigent. V. *Exametum.*

AVRISCALPIVS. Auctor praefationis in Marcellini et Faustini libellum precum: *Quem in tantum matronae diligebant, ut matronarum auriscalpius diceretur.*

AVRISCIDVS, *qui scindit aurum.* Io. de Ianua.

AVRISCLARIVM, V. *Auricularis 1.*

AVRISIA, ex Graec. ἀορασία, coecitas, tenebrae. Alanus de Insulis contra Valdenses cap. 48. *Sunt multae species fallaciae visus, una est, quando non videmus, quod oculis praesentatur, quae dicitur aurisia, id est auidentia, qua percussi fuerunt, qui Elizaeum quaerebant.* Iacobus de Vitriaco lib. 3. pag. 1140. V. *Aorasia.*

† AVRIVELLERIVS, aurifaber, a Prouinc. *Aurevellier*, in Stat. Auenion. Mſ.

† AVRIVOLVS. *Auriuolum signum*, i. q. *Auriflamma*, apud Will. Brit. l. 2. Philipp.

AVRIZVM, pro *Obryzum.* Chronicon Noualic. lib. 5. *Pocula erant auro aurizo plena balsami.*

AVROBRVSTVS, auro pictus, Gall. *Brodé d'or*, in Ch. Benedicti VIII. a. 1023. in Bullario Casinensi to. 1. p. 7. et apud Murat. to. 2. part. 2. p. 370. V. *Brusdus.*

AVROCHALCVS, pro *Aurichalcus.* Anastasius in S. Silueſtro PP.

AVROCLAVVS, pro *Auroclauatus*, apud veterem interpretem Iuuenalis Sat. 6. Ch. donationis Ecclesiae Cornutianae edita a Ioanne Suaresio: *Pallium haloſericum auroclauum.* Ibidem: *Vela tramoſerica auroclaua, vela blattea auroclaua paraganda.* Rursum: *Vela linea auroclaua clauatura quadra.* Occurrit ibi pluries.

AVROCLVSVS, clausus auro. V. *Incluſor.*

AVROFRISVM, AVROFRIXIVM, V. *Aurifrigia.*

AVROGRAPHIA, *immenſum pondus auri habentia.* Papias, perperam pro *Auro gravia.*

AVROLENTVS, auro plenus, Isoni Magistro ad Prudent. lib. Peristeph. Hym. 6. v. 49. *ita roſulentum, auroſa, ficus rorulenta, a rore*, dixit idem Prudentius ibidem Hym. 9. Occurrit etiam in vita S. Germani Episc. Paris. tom. 6. Maii pag. 780.

AVROR, aureus fulgor. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Erumpunt portus acies aurore decorae.

AVRORA, certa officii Muz-Arabici pars, ad auroram dicenda, vt *Veſperae* ad veſperam. Ordo officii Gothici to. 3. Collect. Concil. Hiſpan. pag. 293. *Officium illud Muz-Arabicum ſuperat Romanum vna precum ſpecie quae dicitur aurora.*

AVRORARE, *illuminare, ab aurora dicitur.* Gloss. Isid. Ioan. de Ianua. Et Gloss. MSS. S. Andreae Auenion.

† AVRORESCERE, illucescere, dicitur de prima aurora. Adelhelm. de virg. c. 30. V. *Aureſcere.*

† AVROSA, pro aurora, in Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 248.

AVROSE, *cum mauratione*, in Onomastico ad calcem tom. 6. Act. SS. Maii.

AVROSVM, *gilbum.* Papias. Forte *Gilvum*, Germ. Goldgelb.

AVROSVS, opimus, πολύχρυσος, in Gloss. Graec. Lat. *Inauratus*, in Onomastico ad calcem to. 6. Actorum S. S. Maii Lamprid. in Heliogabalo cap. 3. *Scobe auri porticum ſtrauit et argenti, vt ſit hodie de auroſa harena*, id est *aurea.* Epistola MS. Hugonis Suessionensis ad Heluidem sororem: *Lumen auroſum, dies auriſſima, feſtum celebre.*

AVROTEXTILIS, pannus auro textus. Anastasius in S. Vitiliano: *Obtulit ſuper altare illius pallium auroteXtile.* Apud eumdem pag. 36. 37. *Aurotextus.*

† AVRVGA, malum aureum, Gall. *Orange.* Leudae maj. Carcass.

AVRVGINARE, Tertulliano lib. de anima cap. 17. *Qui redundantia fellis auruginant*, id est, ictero laborant. V. *Aurugo 1.*

AVRVGINOSVS, *arcuatus.* Glossar. Isid. ad quod Graecius: Celso lib. 3. 24. *Arquatus*, id est, ἰκτερικός. Glossae: *Aurugo ἰκτερος. Aurugi-*

nosus, *ἐκτεμνός*. V. *Arquatus*. V. *Auriginosimus*.

AVRVGO. (1) Pro *Aurigo*. *Aurugo*, *morbus regius*, apud Papiam MS. Paschasius in Vita S. Adelhardi inter Acta SS. Benedict. saec. 4. part. 1. p. 336. (2) Robigo, segetum morbus, quo spicae fiunt marcidae, et in foetidum puluerem grana conuertuntur, Germ. Brand, Mutterkorn. Composita haec vox videtur ex *aura* et *aerugo*: nam aurae seu aeris vitio contrahunt segetes aeruginem. Festa quotannis agebant veteres, quae *Robigalia* vel *Rubigalia* vocabant ad auertendam robiginem vel rubiginem. Robigum etiam colebant agricolae, non vt prodesset, sed ne segetibus noceret rubigine. V. Ovidium Fast. IV. Non segetes tantum corrumpit aurugo, sed etiam arbores. Amos. 4. 9. Rubiginem *caeleste frugum vinearumque malum*, vocat Plinius 18. 17. Varro de Re rustica n. 1. *Robigo*, *propitio Robigo; frumenta atque arbores non corrumpit.*

AVRVM. AVRVM AD RESRONSVM, quod destinatum est ad perferenda in prouincias per veredos *Responsa*, seu mandata Principum, vel quod Responsalibus dabatur. Scrinio auri istius praeerat *Primicerius scrinii auri ad Responsum*, seu, vt quidam Codices praeferunt, *aureae*, nempe *massae*; eratque sub dispositione Comitis sacrarum largitionum, vt et *Primicerius scrinii aureae massae*. V. Notitiam Imperii. AVRVM ARABICVM. Otto Frising. lib. 1. de Gestis Friderici c. 22. *Accipe nunc*, *Roma*, *pro auro Arabico Theutonicum ferrum*. Henric. Knyghton. pag. 2321. *Hic ensis fuit de nobilissimo auro Arabico*, etc. Thwroczius in Hist. Hungar. part. 2. cap. 3. *Ei equum album magnum cum sella deaurata auro Arabiae - - miserunt*. AVRVM CATACLISTVM. Graec. *Καταχλειστὸν*, quo nomine quidam intelligunt *Splendens*; Salmas. vero quidquid conclusum ac conditum tuto loco seruatur, sic appellari tradit ad Tertullianum de Pallio. Hofmannus in Lexico. AVRVM COCCINVM. Ch. Ottonis Imp. an. 873. pro fundatione Monasterii Gandersheimensis apud Henricum Meibomium ad Witikindum pag. 103. *Nec non omnibus rebus cuiuslibet professionis*, *excepto auro Coccino*, etc. nisi diuelli verba debeant. AVRVM COCTVM, quod alias *obrynum*, in leg. 1. Cod. Th. de Ponderator. *aurum coquere*, in leg. vn. eod. Cod. de Auri publici prosecutoribus. S. Audoenus in Vita S. Eligii: *Cum - - vellet domesticus simul ac monetarius aurum ipsum fornacis coctione purgare*, *vt iuxta ritum purissimum ac rutilum aulae Regis praesentaretur metallum* etc. Fortunatus lib. 5. Poem. 5.

O quoties coctum sonat micat aura per Aurum!

Capitula Caroli Calui tit. 36. cap. 24. Gloss. Lat. Graec. *Auricoctor*, *χρυσοψήτης*. Statuta MSS. pro Aurificibus Patisiens. an. 1355. AVRVM AD PVRVM EXCOCTVM. Praeceptum Ludouici Pii Imperatoris ann. 816. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 64. *Si quis autem in tantam prorumpere audaciam ausus fuerit - - non solum in offensam nostram lapsurus*, *verum etiam sexcentorum solidorum auri ad purum excocti se nouerit poena multandum*. AVRVM COMPARATITVM, quod pro veste militari et canonica comparanda a tributariis praestabatur, in l. 3. Cod. Th. de re milit. AVRVM CORONARIVM, quod Imperatoribus Romanis vitro conferebatur in auro vel in coronis aureis, signisque diuersis, ob partas victorias, aut laetitiam aliquam, a Senatoribus et aliis Magistratibus, interdum necessitate aliqua postulante indicebatur. A Satrapis etiam pro deuotione, quam debebant Imperio Romano, solenniter offerebatur. V. Monumentum Ancyranum Augusti, et titul. Cod. Th. *de Auro Coronario*, et ibi Iacobum Gothofredum, Patauium ad Synesium pag. 7. et Valesium ad Ammiani lib. 25. pag. 301. † De tributo, quod

quod in regum coronatione exigebatur a ſubditis, intelligitur in Ch. a. 1334. inter Probat. tom. 2. Hiſt. Nem. p. 91. AVRVM CVBLISMONARIVM. Teſtam. Adelaidis an. 978. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 97. *Raimundo remaneat catinum vnum argenteum, et candelabra duo de argento, vnum cum rotis et ſuccinctam, vnum cum auro cubliſmonario.* AVRVM ELVTVM, probe purgatum, apud Iul. Capitol. in Pertinace cap. 8. † AVRVM FILATVM. Germ. Goldfaden, idem quod infra *tractilitium*. Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſt. a. 1295. AVRVM GLEBALE, quod pro poſſeſſionibus penditur. L. 2. Cod. de Praetor. et hon. praet. lib. 12. AVRI INVESTIGATIO. Hiſt. Nouientenſis Monaſterii apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1132. vbi recenſentur villae, praedia cum iuribus ad ipſum Monaſterium pertinentibus: *In Vtſwilre, quae eſt in pago Priſiacenſi curtis dominica cum omni mundiburge ſua, Eccleſia videlicet cum decimis ſuis, ſalica terra, manſus ſeruiles et cenſuales, mancipia vtriusque ſexus, molendina cum piſcationibus ac foreſtis, ins naulae cum inueſtigatione auri, bannus totaliter cum omni libera vtilitate.* Vbi per *Auri Inueſtigationem* Cangii editor, haud ſcit an intelligendae ſint Aurifodinae, in quibus inueſtigabatur et effodiebatur aurum, quod ad Monachos Nouientenſes tanquam ſuperiores dominos pertinuerit. V. *Argentaria* 1. AVREA MASSA, vel AVRI MASSA, vel AVRI ILLATIO, quod ſcilicet a tributariis penſitabatur, vel a ſuſceptoribus vectigalium publicorum in maſſam conflatam ad ſacras largitiones transmittebatur, vt eſt in leg. 13. Cod. Th. de Suſcept. nam hac lege ſanxit Valentinianus Aug. vt tributariis facultas eſſet, vel ſolidos ſoluere, vel materiam auri, quam exſoluere tenerentur ſuſceptoribus, in maſſam redigere; vtque iidem ſuſceptores ſolidos ipſos, ſi recepiſſent, in maſſam pariter redactos ad ſacras largitiones transmitterent, ſub quarum Comite militabat *Primicerius aureae maſſae*, vt eſt in Notitia Imperii. AVRVM MERVM, V. *Merus*. AVRVM ARGENTO MISTVM vocatur in Edicto Piſtenſi Caroli Calui cap. 33. cui opponitur *Aurum merum*, V. in *Merus*. AVRVM OBLATITIVM, quod vltro, et non ex neceſſitate, vel ordinaria collatione Senatores Principi offerebant, velutiPrincipatus initio, vel quinquennalibus aut decennalibus, vel poſt victoriam a Principe adeptam; ſpeciem tamen neceſſitatis quamdam habuit, vbi de eo offerendo decretum Senatus interueniſſet. V. Iacobum Gothofredum ad lib. 5. Cod. Th. de Senatoribus. AVRVM PAGENSE, tributum, quod ex pagis cogebatur. V. *Inferenda*. AVRVM POENOSVM, auri luſtralis collatio, a qua pauperes non immunes erant, vnde *Poenoſum* dictum, vt habet vetus Auctor quaeſtionum veteris ac noui Teſtamenti, quaeſt. 75. *Didrachma, Capitulum, vel tributi exactio intelligitur, non praediorum: quod nunc poenoſum aurum appellatur, quia et pauperes exiguntur.* χρυσάργυρον poſteriores Graeci appellarunt, a qua ne *νευροβρώφος*, ſeu *ſutor* quidem immunis erat, vt eſt apud Libanium Orat. contra Florentium pag. 427. De Chryſargyro, vide Meurſii Gloſſarium. AVRVM POTABILE eſt *auri oleum vel in liquorem redactum*. Rochus le Baillif in Diction. Spagyrico. Germ. Trinkgold *De auro Potabili* Tractatum edidit Faber, Medicus Regis Angliae. AVRVM PRIMVM, obryzum, purum, apud Matth. Weſtmon. an. 1251. V. Diſſertat. 20. ad Ioinvillam pag. 258. † AVRVM REGIS, eodem ſenſu, ac *Argentum regis*, V. in hac voce. Ch. a. 1232. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 813. † AVRVM TRACCITIVM, TRACTITIVM, aurum textile. Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſt. a. 1295.

AVRVNCVLVS, *δοθίην, furunculus*, in Supplemento Antiquarii. Legendum *δοθιήν*, quod eſt tumor ex craſſis humoribus in carnoſis plerumque parti-

partibus consistens, vt exponitur apud Scapulam.

AVRVS, aratri auris, Gall. *Oreille de charrue*. Chartular. Monasterii SS. Trinit. Cadom. fol. 47. v. *Godninus pro 1. virgata* (reddit.) 16. *denar. et ferramenta 4. caruchis et clauos duobus auris annuatim.*

AVSARE, *nominare*, Vgutioni.

AVSBERGOTVM, loricae species, Gall. *Hautbergeon*. V. *Halsberga*.

† AVSCIONARIVS, pro *Auctionarius* in Glossar. Lat. Gall. a. 1352

AVSCOLINVM. Annales Bened. to. 1. pag. 690. col. 2. ex diplomate Henrici IV. Imperat. an. 1070. in quo Romaricus Habedense Monasterium perhibetur - - *Rommae libertati et regali defensioni* subiecisse, eo pacto vt Praetuli sanctae *Romanae sedis in quarto anno auscolinum cum albo equo repraesentaretur.* † Legendum *Austolinum*, vt habet Chartul. eccl. Romaric. ch. 14. V. *Astur*.

AVSCVLTARE. (1) Animaduertere, examinare. S. Bonifacius Episc. et Primas Bizacenae, Spicil. Acher. t. 6. pag. 12. (2) AVSCVLTARE, et ASCVLTARE dicuntur Monachi, qui priusquam in Ecclesia quod sibi iniunctum est, legant, recitent, vel canant, coram eo, cui id curae incumbit, Lectiones suas recitant, et ab ipso non modo seriem Lectionis accipiunt, sed etiam, quo illa vocis tono recitanda sit, docentur. Lib. Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 34.

AVSCVLTATVS, *auditio*, in Onomast. ad calcem to. 2. Actorum SS. Aprilis.

AVSE, AVSEN, Societas mercatorum de quibus in voce *Hansa*.

AVSEA, Alsatiae seu Austriae obsoletum nomen. *Terricus de Auseis* appellatur a Guill. Gemmet. l. 7. Hist. Norm. c. 16. Theodoricus Alsatiae, comes Flandriae, qui *Tierry d'Aussay* dicitur in Chron. Flandr. c. 3. 6. 7. V. *Austria* 1.

† AVSELLVS, auis. Stat. Cadubrii l. 3, c. 82. V. *Aucellus*.

† AVSERIA, pro *Oseria*, viminetum, Gall. *Oseraie*. Acta SS. t. 3. Sept. p. 70. V. *Oseraria*.

AVSES, viri insignes, Semidei, V. *Ansis*.

† AVSIDICVM, *lo consilio*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. forte pro *Auridicum*. V. *Auricularius* 1.

AVSILIVM, pro *Auxilium*, in Formulari Anglicano Thomae Madox pag. 91.

AVSPERGOTVM, ASPERGOTVM, lorica annularis, Gall. *Hautbergeon*. Statuta Forojul. MSS. an. 1235. in Archiuo S. Vict. Massil. V. *Halsberga*.

AVSPICABILITER, auspicato, feliciter, apud Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunsuic. pag. 223,

AVSPICARI, *coniectare, sibi spondere*. Gasparis Barthii Glossar. ex Baldrici Hist. Palaest.

† AVSPORTARE, pro asportare. Ch. a. 1187. in Chartul. S. Ioan. Laudun.

AVSSA TERRA, forte pro *Absa Terra*. Ch. Deodati Abbatis S. Tiberii, XVII. Kal. Iulii regnante Philippo Rege, to. 1. Antiquit. Occitan. D. Stephanotii MSS. pag. 389. *Dono tibi guardiam de molinis et decimam et mediam remoltam, et duas pugnaderias in septimana de ipsis molinis qui modo ibi sunt, et in antea erunt, et de terris aussis de Sejuraco haheas tu Petrus praescriptus dare et aufferre per menestraliam, et per ipsam menestraliam habeas tu Petrus vnum modium auenae.*

AVSSORINGHE. Consuetudines Arkenses an. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Quod si armis molutis fuerit* (laesus) *tres libras, et arma duo, et 10 solidos laeso, et impensas in medium: Wapeldrinc, tres libras domino*, et 20. *solidos laeso: Aussoringhe, tres libras domino, et 10. solidos iniuriam passo.* *) De voce Wapeldraut conf. Viri Clariss. J. C. H. Drepers Samml. vermischter Abhandl. Part. I. p. 207. seqq.

AVSSVS, AVSVS, † vellus, a vulgari Occitanico *Ause*. Tabularium Abbatiae Conchensis in Ruthensis ch. 362. *Et habet censum vnum sestarium de sigile, et 18. denarios, et multonem cum ausso, et agnum, et receptum cum 4. militibus*, etc. Ch. 384. *Et in mense Madio vnum multonem cum anso, et vnum agnum* etc. Ch.

Ch. 451. *Habet censum vnum festarium de figile*, et 18. *denarios et cum anso multonem, et agnum*, etc.

† AVSTERARE, humectare. Gloss. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Amoistir*, *Austerare*. Pro *Austrare*, quod vide.

† AVSTERITAS. (1) Furor. Hist. Inuent. reliq. S. Baudelii a. 878. inter Probat. t. 1. Hist. Nem. p. 3. (2) Inhumanitas, Germ. Härte. Ch. Ms. a. 1377. Hinc

† AVSTERVS, immanis, inhumanus. Ch. a. 1384. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 72.

† AVSTOLINVS, accipiter. V. *Auscolinum*.

AVSTORIVS, accipiter maior, Gall. *Autour*, V. *Astur*.

AVSTOZIVS, pro *Austorius*. Noua Gall. Christ. to. 2. col. 1257.

AVSTRA, *rota instrumentum ab hauriendo aquas*. Papias MS. Idem quod *Haustrum*.

AVSTRANS, *νοτίζων*, *ὑγραίνων*, *humectans*, apud Ianum in Supplemento Antiquarii.

AVSTRARE, *humefacere*, *ab Austro*. Papias.

ASTRASIA, V. in *Austria* 1.

AVSTREGAE, arbitri, Germ. Austrâge. Exotico hoc nomine vocantur apud Ludewig. to. 1. Reliq. MS. pag. 212. in Titulo Diplom. Alberti Magdeburg. Archiep. et aliorum arbitrorum: *Laudum in finibus regundis inter Marchionem Misnensem et Abbatem Pegauiensem, praesertim in teloniis, viis, pontibus, etc. Arbitri*, (Austregae) *huius causae perpetui Magdeburgensis, Merseburgensis, Naumburgensis Episcopi. an.* 1218. Et pag. 237. Arbitros vtriusque partis *Austregas* appellat.

† AVSTRELEVDI, i. q. *Osterlandi*, australes. Annal. Franc. Loisell. ad a. 775.

AVSTRIA. (1) Dicta ea pars Galliae, quae cis Rhenum sita est, quod ad Orientem sit respectu *Neustriae*, quae est ad Occidentem. Prioribus enim Imperii Gallici saeculis, tota Gallia in *Austriam*, *Neustriam*, *Burgundiam*, *Aquitaniam*, *et Franciam* diuidebatur. Ch. Caroli Simplicis Regis Franc. pro Monasterio S. Martini Turon. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 137. *Et frui rebus*, *quae habentur in Austria*, *Neustria*, *Burgundia*, *Aquitania*, *et Francia*, etc. *Austria* igitur ea pars dicta, quae ad Orientem erat, vnde *Orientalis Francia* non semel appellatur, in qua et Metensis ciuitas statuitur, in Literis Ludouici III. Regis Lotharingiae in Tabulario Gorziensi p. 95. 100. *Osterlandi* dicuntur in Annalibus Francor. Metensib. an. 688. *Pipinus Orientalium Francorum*, *quos illi propria lingua Osterlandos vocant*, *suscepit principatum*. Aimoinus l. 1. Hist. Franc. cap. 4. *Has omnes prouincias dum Franci occupauissent*, *illam regionem*, *quae Septentrionem versus tenditur*, *et inter Mosam et Rhenum est*, *Austriam*: *illam autem*, *quae a Mosa ad Ligerim vsque pertingit*, *Neustriam vocauerunt*. Gesta Dagoberti Regis cap. 31. Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. aera 769. AVSTRASIA, eadem notione. Vita Sigeberti Regis filii Dagoberti. Passim apud Scriptores medii aeui. Hinc *Austrasii*, *Austrasiani*, et *Austrasii Franci*, dicti iisdem Franci, qui ex Austriae regno erant. V. Nouueau Traité de Diplom. t. 3. p. 661. (2) Pars Orientalis regni Italici seu Longobardici, praesertim Ducatus Fori-Iulii, inquit Muratorius to. 1. part. 2. pag. 72. col. 1. B. ex Legibus Luitprandi: *Si in Neustria et in Austria fuerit*, *amittat ipsa pignora*. Vbi per *Neustriam* intelligit idem Murator. partem Occidentalem ipsius regni Longobardici.

AVSTRINATVS, *macer*, *i. vento austro corruptus*. Papias.

AVSTRVM, *Purpura*, *ornamentum*, *sellae regales*. Papias MS. Scribendum fuisset *Ostrum*.

AVSTVOSVS, pro *Aestuosus*, vt videtur. Sallas Malaspinae de rebus Siculis apud Baluzium to. 6. Miscell. pag. 295. *Ecce venalis gens Gebellinica non sine impressione fastuosa et austuosa compulsa ad lora dextrarii Corradini festinat.*

AVSTVR,

AVSTVR, AVSTVRCIVS, etc. V. in *Aſtur*.

† AVSTVRGO, i. q. *Aſturcus*, accipiter maior, in Ch. Mſ. an. 1341. V. *Aſtur*.

† AVSTVS, *nobile*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Autentus* 2.

AVSTVTIA, pro *Aſtutia*, apud Rymerum to. 2. pag. 700.

AVSVS. (1) Pro *eſus*, cibus. Sermo Abbonis Monachi apud Acher. t. 9. Spicil. pag. 79. (2) Audax, temerarius. Chron. Andrenſe tom. 9. Spicil. Acher. pag. 649. (3) Alia notione V. *Auſſus*.

† AVTALOPS, animal quoddam, de quo ita Beſtiarius Mſ. c. 5. *Eſt animal, quod dicitur autalops, acerrimum nimis - - Habet autem longa cornua ferrae figuram habentia. Appihalos* dicitur in Beſt. Gallico metrice ſcripto.

AVTAPOCA, acceptilatio. V. *Apodixa*. † Vbi manifeſte legendum eſt *Antapoca*.

† AVTARCIVM, judicium, vt *Audientia* 1. in Placito Childeb. III. a. 711. t. 8. Collect. Hiſt. Franc. p. 676. V. *Autoricium*.

† AVTARE, luto aſpergere. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Autare, ellutare, collutare*, Prouinc. *Enfangar*.

AVTEMPTICVM, pro *Authenticum* quandoque occurrit in Tabular. Fontanell. ac praeſertim to. 2. p. 1645.

† AVTENCIA, *orum*, *vno libro*, Gloſſar. Ital. Lat. Mſ. V. *Authenticus*.

AVTENTICA, in Miſſali Ambroſiano feriae 2, 3, et 4, poſt dominicam Palmarum dicuntur *feria 2 in Autentica, feria 3 in Ausentica, feria 4, in Autentica*.

AVTENTICARE, vt *Authenticare*, confirmare. Bartholomaeus Scriba Annal. Genuenſ. lib. 6. ad an 1227. apud Murat. tom. 6. col 453.

AVTENTVS. (1) *Princeps vel auctor; inde autenticus*. Ita Papias MS. Eccleſiae Bituricenſis. V. *Authenticus*. (2) Munere publico donatus, pro *authenticus*. Codex Legum Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MS. pag. 303. (3) AVTENTVS TONI, modus toni Muſici decantandi lentius vel altius. Epiſt. an. 851. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 123. 1. *De laude muſicae diſciplinae - - - VIII. De ſonis octo - - - X. De Autentu proti. XI. De plagis proti XII. De Autentu deuteri. XIII. De plagis deuteri.* † AVTHENTICI TONI, t. 6. Anecd. Pezii part. 1. p. 200. Hinc AVTENTI SONI apud Marten. Tract. de antiq. Eccleſiae diſcipl. pag. 683. ex Pontif. Pictav. annorum circiter 800. *Sed neque melos muſicum terminata antiphona in ultima ſyllaba protelatur juxta rationem autenticorum ſonorum, etc.* (4) † Pro obtentus. Ch. a. 1210. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 48. *Sub autentu quod venerint emere* etc. Germ. Vorwand.

AVTERCLOTHIS, *pannus altaris*. Vox ex obſoleto apud Anglis *Auter*, altare et *Cloth*, pannus. Th. Madox Formul. Anglican. p. 427.

AVTERICIVM, an pro *Auditorium*? Deſignari hic videtur locus, vbi Abbas excipiebat, quos audire debebat. Veteres formulae Andegav. apud Mabill. tom 4 Analect. pag. 262. LXVI. *Incipit notitia quem hominem in cauſa ſua repellauit. Notitia qualiter veniens illi Andecauis ciuitate ante venerabile vir illo Abbati vel reliquis quam plures bonis hominibus, qui cum ipſo aderant, cuius nomina vel ſcriptiones atque ſignaculum ſubter tenentur inſerta, interpellauit aliquos homines his nominibus, illus et illus, dum dicerit quaſi vinia ſua in loco nuncupante illo, malo ordine pernaſiſſet: quia ipſe illi et illi taliter in reſponſo* (dederunt) *quod auctori habebant legitimo nomen illo miniore, quia ipſa vinia ad eos dediſſet. Sic ab ipſis viris illi fuit denuntiatum, vt die illo Andecauis ciuitate ipſo illo in autericio praeſentare deberit: ſe hoc non faciebat, cum legis beneficio ipſo illo de ipſa vinia reueſtire deberet*. V. *Antarcium*.

AVTERITAS, *antiquitas*, in Gloſſ. Iſid. legendum *Arteritas*.

AVTERIVM, forte locus editus, Gall. *Hauteur*, vel quod ad formam ferreae ſoleae eſſet, ſic dictus, qua notione *auterium* occurrit in Gloſſar. Lat.

Lat. Gall. Mſ. a. 1352. *Auterium, Fer a cheual* Hiſtoria de Exordio Monaſterii S. Iohannis de Tarouca, tom. 3. Monarch. Luſitan. Brandaonis p. 285. *Et inde vbi intrat ipſum fontanum in Baroſa, et inde per illum auterium, de armata et inde per illum montem de Pineo, etc.*

AVTHENTICA, V. *Authenticus.*

AVTHENTICARE, confirmare, quam vocem etiam vſurpant Itali; Hiſpanis *Autenticar.* Heſychius: *ἀυθεντῆν, ἐξουσιάζειν, ἐναυθεντῆν*, apud Annam Comnen. l. 5. Alex. p. 132. de quarum vocum notionibus, conſule Gloſſaria Meurſii et Fabroti, et Allatium lib. 1. de Vtriusque Eccleſ. conſenſu c. 21. n. 4. Ekkehardus Minimus de Vita Beati Notkeri Balbuli c. 16. *Omnia canonizauit, - - et diſciplinas quas docuerunt, totum authenticauit.* Petrus de Vineis l. 3. Epiſt. 14.

AVTHENTICATVS, canonizatus. Stephanus Epiſcopus Tornacenſis Epiſt. 231. de Canonizatione S. Geraldi Fundat. Siluae maioris.

AVTHENTICVM. (1) Liber eccleſiaſticus, qui antiphonas et reſponſoria eo ordine quo canenda erant, continebat. Guidonis Diſcipl. Farfenſis c. 27. *Item Alleluia, audiuit Herodes*, etc. *caetera ſicuti capitulata ſunt in authentico.* Ibid. c. 40. *Dicans vnam antiphonam per ordinem, ſicut inſertae ſunt in authentico.* Et cap. 41. *Reſponſoria decantent eo ordine, ſicut in feſtiuitate eius ex authentico decantatae ſunt.* (2) Inſtrumentum originale. Heſych. *κύριον, ἴδιον, αὐθεντικὸν γραμμάτιον.* Gregor. M. l. 1. ep. 42. *Vel authentica, vel exemplaria. Authentica chartula*, apud eumd. l. 2. Indict. 11. Ep. 3. l. 8. Ep. 55. et alibi.

AVTHENTICVS. (1) Gloſſ. MS. Reg. Cod. 1179. *Authenticum, auctoritate receptum.* Io. de Ianua. *Authenticus, auctoritate plenus, vel fide dignus, cui primo credebatur ex ſui dignitate. Item authenticus dicitur etiam nobilis.* Hinc, AVTHENTICAE PERSONAE, proceres, magnates, apud Sugerium lib. de Adminiſtr. ſua c. 32. (2) AVTHENTICA, idem ac *authenticum* (2), inſtrumentum originale. Carolus Magnus in Epiſt. ad Magnum Archiepiſc. Senonenſem: *Et hanc authenticam, vt praemiſimus, diligenter - - tranſcribi percenſeas.* † V. Nouueau Traite Diplom. t. 1. p. 412. vbi auctores obſeruant, paſſim occurrere hanc vocem in inſtrumentis XII. circiter ſeculi, ac praecipue in bullis Romanorum Pontificum, vbi praeſertim de Charta, ab epiſcopo in gratiam eccleſiae cuiusdam dioeceſis ſuae conceſſa ſermo eſt. (3) AVTHENTICAE, Nouellae Conſtitutiones Iuſtiniani appellari coeptae, ex quo reiecta Iuliani Anteceſſoris verſione ſeu editione, earumdem barbara Bulgari tempore facta translatio, quod vberior videretur, ab Accurſio recepta eſt, qui *Authenticam* appellauit, quoniam ex ipſo Graeco originali ad literam traducta eſſet. Ita Alciatus l. 2. Parerg. cap. 46. etc. Antonius Auguſtinus in Praefat. ad Iulianum. Huc forte ſpectat illud quod in Vocabulario juris vtriusque peruetuſto: *Autenticum eſt liber Iuris Ciuilis excerptus quaſi quaedam ſummula ex aliis legalibus libris continens nouem collationes vt nouem partes principales, etc.* (4) † AVTHENTICA HEBDOMADA, *ſancta*, quae et maior dicitur, apud Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 864. (4) † Alia notione V. in *Autentus* 3.

AVTHONOMATICE, ſuo iure, ſuo arbitrio, libere; eſt enim aduerbium Graecum *αὐτονόμως*, ſuo iure. Littera Generalis Carmelitarum apud Rymer. tom. 2. pag. 221. *Illuſtriſſime Domine Rex ſolus - - regnans authonomatice et imperans quiete.*

AVTHORGADOR, fideiuſſor, ſponſor qui *auctorizat.* Charta Bernardi Iatgerii a. 1225. ex Tabulario Moyſſiacenſi: *De iſto dono debemus eſſe garridor et authorgador*, etc. V. *Autorgare.*

† AVTHORABILIS, authenticus, auctoritate legitima munitus. Ch. an. 856.

856. t. 8. Collect. Hist. Franc. p. 420. V. *Auctorabilis* 2.

AVTHORICARE, pro *Authorizare*, confirmare, apud Moretum Antiquit. Nauarrae pag. 406. e Tabulario Pinnatensi.

† AVTHORISABILIS, i. q. *authorabilis*, in Concil. Tolet. a. 1324. can. 4. V. *Auctorizabilis*.

† AVTHORISARE, i. q. *Auctorisare* 1. in Ch. a. 1150. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 530.

AVTICAX, equini morbi species, *cum ex dicta aegritudine capitis humores descendunt ad oculos, facientes eos lacrymare, vel in eis planum vel turbulentiam ac rubor em vel caliginem, propter quae non valet equus, vt decet, respicere, vel videre.* Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 26.

AVTIRE SE, spondere, auctorem se profiteri. Ch. Chlodouei III. a. 692. apud Felibianum in Hist. S. Dionysii p. XIII. *Interrogatum ei fuit, se ipsa villa Nocito memorato Chainone Abbati vel ad partes basilicae sui sancti Dionysii firmassit, aut se autire exinde adesse volibat.*

AVTLINGVA SAXONICA, pagus Neustriae: vbi conscenderunt Saxones *Otlingi*. V. *Otlingua*.

AVTOCEPHALIA. Graeci αὐτοκεφάλας, Episcopos appellarunt, qui a Patriarchis non dependebant ratione iurisdictionis; sed eodem ac illi αὐτοκεφαλίας jure gaudebant, nulli alii subiecti. In Ecclesia Occidentali idem priuilegium sibi arrogasse Archiepiscopos Rauennates, auctor est Anastasius in Dono PP. *Huius temporibus Ecclesia Rauennatum, quae se ab Ecclesia Romana segregauerat, causa autocephaliae, denuo se pristinae sedi Apostolicae subiugauit.* Idem in Leone II. *Sed et typum autocephaliae quem sibi elicuerant* (Archiepiscopi Rauennates) *ad amputanda scandala sedi Apostolicae restituerunt.* Vid. Hieronymum Rubeum lib. 4. Hist. Rauennat. p. 209.

AVTOCHEANI, haeretici, qui Christum esse Deum per se, haud a Patre procedentem asserebant. Macer in Hierolexico.

AVTOLTAS. Caroli M. Praeceptum pro Monasterio Caunensi t. 1. nouae Hist. Occitan. col. 28. *Et si aliquae causae aduersus eos surrexerint, vel homines eorum autoltae fuerint, quas in promptu absque graui illorum dispendio definire non potueritis, vsque in nostram praesentiam referuentur, quatenus ante nos secundum legis ordinem accipiant finitiuam sententiam.* † Legendum *aut ortae fuerint*; vt in Ch. 35. nostri Alphaberi Tironiani p. 65. aliisque huic similibus, et sensus apertus erit.

AVTOMATA. Vita S. Hilarii Arelatensis Episcopi: *Iam quem admodum salinas expetens, automata propriis manibus, et sudore confecerit.* Vbi *Automata* videntur esse instrumenta mechanica, sponte se mouentia, quibus aqua ex salinis eruitur. *Aquarum expressiones, αὐτομάτας*, dixit Vitruuius lib. 9. c. 9.

AVTOPHORI, Gr. αὐτόφωροι L. 3. de furt. institut. de obl. quae ex delicto nasc. § Furtorum 3. non solum sunt fures manifesti, sed etiam omnes, qui in quocumque alio crimine deprehenduntur, vti scribit Hofmannus in Lexico post Phauorinum et Budaeum.

AVTOPRACTI, dicebantur ii, quibus id priuilegii indultum erat, vt ad tributa soluenda a compulsoribus, vt caeteri, non admonerentur, aut compellerentur: sed vltro, et *spontanea voluntatis studio*, vt loquitur lex 34. Cod. Th. de Annona et trib. ea inferrent Eiusmodi erant dignitate praecellentes viri, et vitae honestate eminentes possessores. Vide l. 4. eodem Cod. de Conlat. translat. postul.

AVTOPYRVS PANIS, ex quo nihil neque pollinis neque furfuris excretum est. V. *Panis Autopyrus*.

† AVTOR, accipiter maior, Gall. *Autour*. Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 174. V. *Astur*.

AVTORAMENTVM, pro *Auctoramentum*, consensus. V. *Auctoramentum*.

AVTO

AVTORARE. Gloſſ. MS. S. Andreae Auenion. *Autoro, autorare, autoritatem dare.* V. *Auctorare.*

† AVTORGAMENTVM, conſenſus, approbatio. Ch. a. 1188. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. p. 162. V. *Auctoramentum* 1.

AVTORGARE, eadem notione. Donatio Abbatiae Iuncheriae ab Ildefonſo Arragonum Rege pro Humberto Abbate Gemundi, a. 1177. inter Inſtrum. tom. 1. nouae Gall. Chriſt. pag. 172. col. 2. V. *Auctorizare.*

AVTORICARE, eodem ſignificatu. Placitum anni 862. inter Inſtrum. t. 1. nouae Hiſt. Occitan. col. 114.

AVCTORICIVM, auctoritas, tuitio († vel potius iudicium, vt ſupra *Autarcium*) Charta Childeberti III. Regis Franc. an. 694. apud Felibianum Hiſt. S. Dionyſii pag. XV. *Et ſe neceſſitas ipſius Hainonis Abbatis aut heredis ſuos fuerit, ipſo Bottharius Clirecus aut heredis ſuo in autoricio eus eſtodiant defenſare.*

AVTORIGARE, vt *Autorgare*, confirmare, in epiſt. Alfonſi Imperat. Hiſpan.

AVTORISABIBILIS, V. *Authoriſabilis.*

† AVTORISTA, *che vſa e ſa autori.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† AVTORIVM, conſtitutio, ſtatutum, definitio. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. *Autorium, Abocage.* V. *Abbocatio.*

AVTORIZARE, V. *Auctorizare.*

AVTRIX, quae eſt auctor. Geruaſius Tilberienſis in Imperialibus otiis apud Leibnitium tom. 1. Scriptor. Brunſuic. pag. 895. † Vel potius incantatrix, maga.

AVTTORIZABILIS, auctoritate praeditus, vel qui poteſt legitime confirmari. Ch. Conradi Archiep. Mogunt. to. 2. Rer. Mogunt. p. 482.

AVTVM, *ſecretum, aut ſemotum*, Papias.

AVTVMA, AE, *exiſtimatio*, Vgutioni.

AVTVMNALIA, fructus terrae, qui autumni tempore matureſcunt, meſſes. Radulfus de Hengham, in Magna c. 5. † AVTVMNALIS EXACTIO, quae ex fructibus terrae autumni tempore perſoluitur. Ch. a. 1368. t. 2. Hiſt. Trenir. I. N. ab Hontheim p. 248.

AVTVMNARE. (1) Rapere, decerpere, vti faciunt ii, qui autumni tempeſtate fructus ex arboribus euellunt. *Autumnos fructus decerpere*, in lib. 2. Cod. Th. de Feriis. Vita S. Deicoli Abb. Lutrenſis c. 9. *Vt res, quas ſidilium largitas - - loco conceſſit, - - ſtudio rapaci penitus ſibi autumnarent.* Hinc Papias: *Autumnare, colligere dicitur.* (2) Matureſcere, in Gloſſis MS. S. Germani Pariſ. Cod. 524.

AVTVMNVS. Baiwarii annos ſuos per *Autumnos* numerabant, vt Anglo-Saxones per *Hiemes*, in Legib. Canuti Regis c. 19. et Dani, apud Wormium in Faſtis Danicis cap. 7. Lex Baiwar. tit. 7. cap. 19. §. 4. *Per ſingulos annos, id eſt autumnos ſingulos.* Pro *Autumnalis*, occurrit apud Ouidium, Manilium, Gellium, Tertullian. Auſonium, etc. V. Iac. Gothofred. ad l. 2. C. Th. de Feriis.

AVTVMPNIA, quicquid vanno excutitur triticum ventilando. Ch. R. Abbatis S. Saluii de Monſter. in Tabulario Compendienſi ann. 1228. *Matthaeus praepoſitus de Atin recognouit Arnulphum fratrem ſuum in perpetuam eleemoſynam contuliſſe Eccleſiae Compendienſi farraginem, paleam, autumpniam et omnia alia jura quaecumque in grangia dictae Eccleſiae apud Atign poterat reclamare.* † In Ch. a. 1206. ex eodem Chartul. legitur *Hautonem*, et in alia *Hautumnium.* V. *Hauto.*

† AVTVMSERIS, forte ſpicarum manipulus. Ch. Caroli C. in Chartular. S. Dion. fol. 65. *De Simpliciaco - - ſoluendae ſunt illis autumſeres centum, aut pro eis de argento libra vna.* V. *Autumnare.*

AVTVRETAS, auctoritas, charta, diploma. Praeceptum Clotharii III. Regis Franciae an. circiter 657. apud Felibianum in Hiſt. S. Dionyſii p. VII.

AVVA, pro *Augia*, Augienſe Monaſterium, quod aliquot leucis diſtat a ciuitate Conſtantienſi. Apud Baluzium tom. 2. Capitularium exſtat *Epiſto-*

Epiſtola cum duodecim Capitulis quorumdam Fratrum ad Auuam directis.

† AVVALLATVM, alterum *vallatum* ſeu foſſatum, quo primum cingitur. V. *Vallatum*. Ch. a. 1223. Mſ.

AVVANNA, AVVANNVS, vmbraculum ligneum proiectum, quod feneſtrae vel officinae appenditur, Gallis *Auuant*; forte quod *vanni alti* inſtar ſuſpendatur, aut quod ventum arceat, quaſi *Oſteuent*; vel quod in plateam progrediatur, ex Gallico *Auancer*, quaſi *Auance*. Ch. Communiae Hamenſis: *Si quis aedificauerit, nouum ponet aedificium, vbi vetus fuit, in anteriore autem parte domus, ſupra duos auuannos; vnum ſcilicet ſuper alium, ſingulosque duorum pedum facere poterit, etc.* Ch. an. 1205. apud Ducheſnium in Probat. Hiſt. Monmorenciacae p. 75. etc. 100. *Saluis auuannis domorum, ita quod non noceant hominibus ad peſtem, neque equitantibus.* Libertates conceſſae Barcinocenſibus a Petro Rege Aragonum an. 1283. *Si de lucernis, cloacis, de parietibus et auuannis - - fuerit quaeſtio*, etc. Sic in MS.

AVVARDVM. vel AWARDVM, al. *Awarda*, inquit Spelmannus in Gloſſario, proprie eſt judicium eius, qui nec a lege nec a judice datur ad dirimendam litem, ſed ab ipſis litigantibus eligitur. Dictum, quod ad obſeruandum ſeu cuſtodiendum, partibus imponitur; ab Anglo-Normannico *A gard* Gall. *a garder*, id eſt, ad cuſtodiendum, obſeruandum, tenendum, *g*, vt crebro ſolet in *w* tranſeunte. Hoc ſenſu notiſſimum. Proſequitur idem ſcriptor: *Awardum*, occurrit alias pro reſponſo vel ſententia juratorum. Ordinatio Mariſci Romeneienſis pag. 69. *Quilibet praedictorum 24 juratorum jurabit quod cum ſociis ſuis juratis, vere judicia etc. awarda faciat, non parcendo alicui diuiti vel pauperi, tam in diſtructionibus* (l. diſtructionibus) *faciendis, quam in wallis, etc.* Et poſt pag. 72. V. *Eſgardum*.

† AVVENTVS, i. q. *Auuanna*, Gall. *Auuent*. Ch. a. 1160. in Chartular. Arremar.

AVVNCVLA, amita, vel matertera. *Auuncula Ludouici de Rupe*, in Necrologio Abbatiae S. Petri de Caſis ad 23. Maii.

AVVNCVLVS pro *Patruo* promiſcue vſurpatum legitur apud Scriptores mediae aetatis. V. Decretionem Childeberti Regis c. 1. et Capitularia Caroli C. p. 161. 296. Editionis Sirmondi. AVVNCVLVS, vti poſt Pithoeum obſeruat Beslius in Hiſt. Comit. Pictav. cap. 10. interdum etiam dicitur, *le couſin qui a le germain ſur l'autre*, quod in Britannia Armorica maxime vſurpatur. Vnde eiusmodi cognatos Galli dicunt *Oncles à la mode de Bretagne*.

AVVRSA. Lex Baiwar. tit. 13. cap. 4. *Dicit ad reum, qui animal compellebat ad mortem: Recipe animal, quod laeſiſti, quod nos anurſum vocamus.* In Edit. Heroldi habetur *Auorſum*, in Cod. Regio *Anurſum*, in Metenſi *Aberſum*. Spelmannus, Saxon. *a-virſe* (Franc. *Wirſe*) id eſt peius, deterius, Angl. hodie *Wrſe*.

AVVS. (1) Piſcationis ſpecies, illa forſan quae fit cum *Aue*, ſeu coruo aquatico; niſi forſan ea ſit, quae fit cum rete, quod Accipitrem vocant. Ch. Occitan. an. 1311. ex Regeſto 47. Tabularii Regii num. 130. *Quicumque de caetero piſcabitur in aquis ſtagnorum Lunelli et Melgorii cum artibus piſcandi, videlicet batula, vel ſichorra, vel anus, vel ſeze, vel retibus ſubtilibus, vel reuaill, etc.* (2) Mendum pro *Anus*. Chronicon Ipetii cap. 7. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 488.

AVXANGIA, pro *Auungia*. Mandatum Philippi Pulcri an. 1304. to. 1. Ordinat. Reg. pag. 423.

AVXARIA, *ſecreta nemoris dicta ſunt: eo quod ibi frequentant aues, ſecundum Iſidorum*. Vocabul. Iur. vtriusque peruetuſtum ex Biblioth. Cl. D. Baronis de Craſſier. Legendum *Auiaria*. V. *Auiarium*.

† AVXELLVM, forte aucupium. Stat. Cadubrii c. 3. c. 83. *Si quis furatus fuerit alterius leurerium, brachum, maſtinum, vel alium quemuis canem alterius, ab auxello, cana, vel a guarda pecudum* etc. V. *Auſellus*.

† AVXE

† AVXILA, *la-olla, o pignata, e la meſura piu grande del debito.* Gloſſ. Ital. Lat. Mſ. *Auxilla, parua olla, ollula*, apud Laur. in Amalth. V. *Auxilla* 1.

† AVXILIABILITAS, *aidableté. Auxiliariter, auxiliantes, opitulantur, aidablement.* Vocabul. compend.

† AVXILIAMEN, *aide. Auxiliabiliter, aidablement*, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684.

AVXILIAMENTVM, auxilium, apud Rymer. t. 15. p. 205.

† AVXILIATIVVS, auxiliarius. Elmham. in vita Henr. V. c. 17.

† AVXILILA, *la picola pignata.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Auxilla.*

AVXILIVM. (1) AVXILIA Romani appellarunt copias militares, quae a ſociis vel foederatis mittebantur; differebantque ea a Legionibus, quae ex Romanis conſtabant. Ita Vegetius lib. 1. cap. 2. Victor Schotti in Maximiano. (2) Vox forenſis. Sic autem appellatur quaedam tributi et vectigalis ſpecies, quam tenens ſeu vaſallus Domino capitali, pro ingruente aliqua neceſſitate, praeſtat, et ob ſumptuum neceſſariorum onera, Germ. Steuer. Suidas αὐξίλια, οἱ Ρωμαῖοι τὰ τοιαῦτα τέλη προσαγορεύουσι. Matth. Paris an. 1232. *Quibus* (Magnatibus) *Rex propoſuit, quod magnis eſſet debitis implicatus, - - vnde neceſſitate compulſus, ab omnibus generaliter auxilium poſtulauit.* Rogerus Houeden. p. 778. *Auxiorium* dicitur in Conſt. Siculis lib. 3. tit. 18. et 19. Duplicis vero generis eſt *Auxilium*, legitimum ſcilicet et liberum ſeu gratioſum. *Legitimum* vocant, quod a Lege, vel a Conſuetudine inductum eſt, cuiusmodi ſunt tria illa auxilia, quae in omnibus paene Conſuetudinibus municipalibus domino feudi aſſeruntur, cum videlicet primogenitum filium militem facit, cum filiam primogenitam primum nuptui collocat, ac tertio, ſi ipſe e captiuitate redimendus ſit. Ea igitur Auxilia, quod a Legibus firmata ſint, *legitimae talliae* dicuntur in Charta Guillelmi de Pleſſeio, in Tabulario Abbatiae de Rota: *Et propter legitimas tallias, videlicet de Militia primogeniti filii, etc.* Eadem etiam *Auxilia communia* dicuntur, in Areſtis Candeloſae an. 1257. in t. Reg. Parlam. pag. 90. Eiusmodi autem Auxilia nihil detrahunt feudi dignitati, cum ad perſonas pertineant, quae libere tenent et non ad tenementum, quod libere tenetur, vt ait Bracton. lib. 2. cap. 16. §. 8. et ex eo Fleta lib. 3. cap. 14. §. 9. Dicitur praeterea *Auxilium capitale* Gall. *Ayde-Chevel*, in veteri Conſuetud. Normanniae MS. 1. part. Sect. 3. cap. 25. quod Domino capitali praeſtatur. Adde nouam Conſuetud. art. 166. 168. In Delphinatu *Taille Seigneuriale* vocatur, vt auctor eſt Dion. Saluaingus Tractat. de Iurib. dom. cap. 49. *Aide de Nobleſſe*, in Conſuetudine Britanniae art. 91. quod iis auxiliis etiam nobiles perinde ac reliqui tenentes obnoxii ſint. Quandoque, et crebro *Rationabilia Auxilia* appellantur, non quod ipſa ratio dictet ea praeſtanda domino a vaſallo, ſed quia moderatius ſint a vaſallis exigenda, et ſecundum eorum facultates, ne nimio onere praegrauentur. Quo ſenſu accipitur *Rationale Auxilium*, in Charta libertatum Angliae a Rege Ioanne conceſſarum apud Matth. Paris an. 1215. In eo autem differebat *Tallia* ab *Auxilio*, quod *Tallia* ad libitum domini pro qualibet neceſſitate exigeretur a ſubditis, qui iſti penſitationi obnoxii erant, nempe a ſeruilis conditionis hominibus: *Auxilium* vero exigi non poterat, niſi in his caſibus, qui a lege aut Conſuetudine inducti erant. Alterius generis fuere *Auxilia*, quae *Libera* et *Gratioſa* appellabant, quod dominis pro ingruente aliqua neceſſitate impraetuſa a vaſallis et ſubditis penſitarentur gratuito et ex mero eorum arbitrio, cum nulla lex exiſteret, aut ſtatutum municipale, quo ad id exſoluendum cogerentur. Matth. Paris an. 1241. *Ciues Londinenſes contra conſuetudinem et libertatem ciuitatis, quaſi ſerui vltimae conditionis ſub homine aut titulo Li-*

beri Adiutorii seu Tallagii, quod multum eos angebat, Regi, licet inuiti et renitentes, numerare sunt coacti. Gratiosa vero et *Aydes Gratienses* vocabant Galli, qui ex mera vasallorum gratia domino exsoluebantur, quomodo *Gratiosa munuscula* dixit Marculfus lib. 2. for. 1. AVXILIA VICECOMITVM, quae Vicecomitibus seu Balliuius praestabantur, in Anglia praesertim. Fleta l. 3. c. 14. §. 9. *Sunt etiam aliae praestationes, vt auxilia in Comitatu Vicecomitum* etc. Ch. Henrici II. Regis Angl. tom. 2. Monast. Anglicani p. 184. AVXILIVM ARRIETAGII, V. *Arrietagium*. AVXILIA BVRGI. Chronologia Augustinens. Cantuar. an. 1104. *Carta ne seruientes, qui nec emunt, nec vendunt, nec mercatum ducunt, tallienter ad auxilia burgi Cantuar.* AVXILIVM EPISCOPI. Ita appellabant *pecunias et procurationes*, quas Episcopi *a personis Ecclesiarum* subinde exigebant, quas et *Consuetudines Episcopales*, *quandoque Synodales, quandoque denarios Paschales* vocabant, vt est apud Alexandrum III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. part. 2. c. 9. AVXILIVM PALLII, quod scilicet Archiepiscopo a Presbyteris dioecesis penitabatur pro eundo Romam ad *Pallium* Archiepiscopale sumendum. Descripsit Schefferus ad Chronicon Vpsalense Chartam cum hoc lemmate: *Taxus subsidii Pallii, secundum quod fiebat contributio Cleri anno Dom. 1343. anno Natale Domini Domino Hemmingo, prius Praeposito Arosiensi, facto Archiepiscopo Vpsaliensi, etc.* AVXILIVM EQVI, cum subditus equum praestare debet, in obsequium domini vel pro equo certam pecuniam. Hist. Harcur. to. 4. p. 1352 ex Regestis Camerae Computorum Paris. † AVXILIVM EXERCITVS, ea praestatio, quam tenentes et vasalli domino soluebant in belli sumtus, quae saepe fiebat pro ipsa exercitus exemptione. AVXILIVM FEODALE. Tabularium Fontanel. tom. 2. pag. 1457. *Concessi tres peciae terrae tenendas et habendas - - jure hereditagio - - salvo tamen jure Capitalium dominorum et tribus auxiliis feodalibus in Normannia constitutis.* † AVXILIVM FIDELE, quod a vasallo, qui fidem suam domino obstrinxit, penditur. Ch. Mf. a. 1329. AVXILIVM MILITIS, subsidium a subditis solui solitum, cum dominus aut filius eius primogenitus miles creatur. † AVXILIVM PORCAGII, quod ex porcis fit, V. *Arrietagium*. † AVXILIVM PRATI, seruitium quod tenentes domino suo debent in falcandis pratis, vel eiusdem seruitii redemtio pecuniaria. Chartular. Normann. Mf. V. *Pratagium*. † AVXILIVM TERTII ANNI, vel *Tertionarium*, i. q. *Foagium*, quia tertio anno percipiebatur. Reg. Phil. Aug. de feudis Normann. AVXILIVM VNIVS DIEI, diurna operarum praebitio. Litterae officialis Cenoman. pro Monasterio S. Vincentii ann. 1209. ex Archiuis eiusd. loci: *Praeterea ipse Galterius habebit de quolibet mansionario villae annuatim per manum Prioris auxilium vnius Diei ad byezia molendinorum ad bladum reparanda* etc. (3) Adiumentum in lite. AVXILIVM PETERE, petere fortioris adiumentum in lite, scilicet cum vasallus inferior causa laborat, et jus aegre tuetur suum, tum superiorem dominum orat, vt sibi patrocinetur. Placitum anni 1330. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 414. AVXILIVM IVRIS, *est suffragium et beneficium iuris, prout dicitur: contra hoc perdita sunt juris auxilia.* Vocabular. vtriusque Iuris. AVXILIVM CVRIAE, curiae jussio, qua quis ad ipsam citatur. Placitum an. 1352. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. p. 477.

† AVXILIVS, auxiliator. B. de Amoribus in Speculo Sacerdot. Mf. c. 6

AVXILLA. (1) AVXILLA, AVXILLVLA, *olla vel vrna, vel mensura*, Vgutioni. Ioan. de Ianua: *Auxilla, ab augeo, olla, vel mensura parum maior quam Iusta, vnde Auxillula, parua olla, vel parua talis mensura.*

A.

At Feſto eſt *Oliua parnula*. V. *Iuſta* 2. (2) AVXILLA, auicula. Ianus Laurenberg. in Supplemento Antiquarii: *μικρόπτερα, οὐς (ὡς) βοΐδιον, Auiculae.* Lege *μικρόπτερα* et ſupple *πτηνά*, aut quid ſimile. V. *Auca* et *Axillae.*

AVXIMIVM, *Romanum, Latinum.* Gloſſ. Iſid. Lege: *Auſonium.*

† AVZANNA, *Ad auzannam*, ad Dominicam Palmarum, quae *Oſanna* nuncupatur; in Chartular. S. Ioan. Angeriac.

AVZEDA. Charta ſcripta ſub Philippo I. Francorum Rege in Tabulario Conchenſi in Ruthenis n. 25. *Similiter dimitto medietatem de auzedas, et medietatem de placitis et juſtitiis*, etc.

A. X. Browerus l. 2. Antiquit. Fuld. cap. 10. in veteribus Fuldenſis Monaſterii Martyrologiis, ſeu potius Necrologiis, A et X. litteras *Auctillam Chriſti* denotare ait.

AXA, idem forte quod *Aſſer*, lignum dolatum, Gall. *Ais*. Ch. Philippi I. Regis Franc. pro Monaſterio S. Audoëni Rotomag. tom. 13. Spicileg. Acheriani pag. 289. *Ad vltimum vero decimationem ſiluarum, axarum, molendinorum, denariorum, equorum*, etc.

† AXADORIVM, i. q. *Axidoria*, axis oſtii, ſeu cardo, quo fores vertuntur. Notitia a. 846. inter Probat. vlt. Hiſt. Trenorch. p. 84. Vbi aliae inueſtiturarum chartae habent *Anaticla* vel *Haſpa.*

AXAMIT, pannus holoſericus. V. *Exametum.*

AXAMPLARE, amplificare, augere. Memoriale Poteſtatum Regien. ad a. 1245. apud Murat. t. 8. col. 1114. V. *Adamplare.*

AXATIO CARECTAE, junctio axis cum rotis et carro. Computus anni 1425. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 574. *Et in ſolutis. pro fryſtyng. V. rotarum hoc anno* VII. *den. et in vno axe empto cum axatione vnius Carectae* VIII. *den.*

AXATVS, ceruorum clamor, vel vox, apud Felicem Gyrwenſem Monachum in Vita S. Guthlaci n. 22.

AXEDO, *ἐμβολὸν, τὸ εἰς τὸν ἄξονα ἐμβαλλόμενον ξύλον, lignum quod axi immittitur*, in Supplemento Antiquarii.

AXEGIA, tabula ſectilis lignea. Leges Rhoratis apud Murat. t. 1. part. 2. pag. 40. col. 1. *Si quis axegia de ſepe, id eſt, axegiata, vna aut duas tulerit, componas ſolidum vnum.* V. *Aſſis* 2.

AXEGIATVM, ſepis *Axegiis* ſeu aſſerculis intertexta. V. *Axegia.*

† AXEL. Leges Danicae apud Ludewig. t. 12. Reliq. p. 175. *Item quicunque in villis forenſibus, quae dicuntur Axel.*

AXELLA, V. *Aſcella* 1.

AXENIA, *inhoſpitalitas*, a Graeco *ξένος*, hoſpes et *ἀ* priuat. Richardi Bartholini Hodoeporicon Matthaei Garenſis Epiſcopi pag. 619.

AXIDORIA, forte axis oſtii, ab *Axis* Lat. et Saxon. *Dora*, oſtium. Ch. anni circiter 1600. in libro incatenato Matiſcon. fol. 38. verſo: *Andreoldus Presbyter tradidit Hildebaldo Epiſcopo Matiſconenſi et Canonicis tres quartas partes Eccleſiae B. Mariae de Cantriaco, et tradidit eis per hoſtium et axidoria.* V. *Axadorium.*

AXILA, AXILIA, V. *Aſcella* 2.

AXILIS, aſſer. Locum vide in Circulus verſus finem.

AXILLAE, *aues minores*, apud Papiam.

AXIMA. Ch. an. 1287. in Miraculis S. Ambroſii Senenſis: *Vouit, quod ad eius ſepulturam portaret vnam aximam, et omni anno iret ad eius altare*, etc. Vbi *Axima* poni videtur pro figura cerea, inquit Continuator Bollandi to. 3. SS. Martii pag. 202. Vnde Italis inter verba ornatus muliebris *Azzimare*, ceruſſare, polire; neque enim nunc littera X. vtuntur.

AXIOMA, *dignitas.* Papias. V. *Axiomatici.*

AXIOMATICI, magiſtratus, magnates, proceres. Gloſſar. Graeco-Lat. Ἀξιωματικὸς, *honorarius, qui honorem gerit.* Aliud Gloſſar. *Dignioſus.* Ἀξιωματικός. Breuiloquus: *Axioma, dignitas, inde Axiomaticus, dignitatem*

(2) † Id omne quod vſui et commodo eſt, vſtrina. Ch. Mſ. a. 1390. V. *Aiſamenta.*

AYSIAMENTVM, AYSIENTIA, AYSIMENTVM, vt *Ayſamentum.* V. *Aiſamentum* et *Aiſantia.*

AYSIENTIA, V. *Aiſantia.*

AYSINA, ſupellex quaeuis, Gall. *Meubles;* praeſertim vero apud Maſſilienſis *Ayſines* ſunt vtenſilia quaelibet ad cellam vinariam pertinentia, vt dolia, cupae, caeteraque vaſa vinaria. Vox forte ducta a Gallico *Aiſes*, facultates, commoditates. Statuta Forojul MSS. an. 1235. ex Rotulo Archiui S. Victoris Maſſil. *Non intelligimus vaſa vinaria, neque archas, neque ayſina.* Ch. anni 1312. ex eodem Archiuo: *Extra Monaſterium vero Prioratibus; ſiue eorum grangiis, ſeu ayſinis.* Hic ipſa cella vinaria videtur intelligenda. Statuta Eccleſiae Cadurc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 729. *Quia quidam Clerici Eccleſias ſic exponunt ſupellectilibus et ayſinis - - ne huiusmodi ſupellectilia et ayſinae in Eccleſiis admittantur.* Ibid. col. 1043. *Res mobiles aut ayſinas*, etc. V. *Aiſantia, Aiſamentum*, et *Aiſina.*

AYSIS, V. *Ayſa.*

AYSITVS, V. *Aiſatus* et *Aiſitus.*

AYSIVM, V. *Aiſantia* et *Aiſina.*

† AYSSADA, ligo, Germ. Karſt. Ch. Mſ. a. 1409. V. *Ayſada.*

AYSSARTARE, pro *Eſſartare*, Gall. *Eſſarter*, ſiluas, vepreta, etc. euellere et in agrum cultum redigere. Chartular. Accinct. pag. 40. *Theodoricus Biſunt. Archiep. conceſſit Fratribus de Accio quicquid ipſi applanauerant, vel ayſſartauerant in terra de Aaledon; inſuper et tria jugera ad applanandum, ita tamen quod in reliquo fundi terrae illius, nec homines ſui nec aliqui per ſe deinceps ayſſertarent.*

AYTOGIVM, pro *Epitogium*, pallii genus, Gall. *Surtout.* Statuta Ciſterc. an. 1432. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1582.

† AYVERIVM, aquarium, emiſſarium, Gall. *Evier.* Stat. Anellae an. 1496. c. 144.

AYZIVM, V. *Aiſina.*

AZA, Ital. *Aza*, ſecuris, Germ. Axt. Ius Vincent. lib. 3. de armis vetitis, et Statuta Veronenſia lib. 3. *Vel rangeno, vel aza, vel plumbato* etc. V. *Azza.*

† AZACATORIVM, aquarium, Germ. Tränke. Ch. Mſ. a. 1276. V. *Adaquatorium*, et mox

AZACHATORIVM, idem. Chartularium Eccleſiae Autiſſiod. fol. 91. *Vinea ſita ad azachatorium S. Gervaſii.*

AZADIVM, AZIDIVM. Charta Caroli Craſſi anni 880. apud Vghellum tom. 2. pag. 187. *Arenam carnariam, azidium, publica paſcua, vias, ingreſſus*, etc. *Azadium* ſcribitur in pag. 203.

AZAGA. Charta Luſitanica apud Anton. Brandaonum tom. 3. Monarch. Luſitanicae pag. 282. *Et de preda de foſſato non detis nobis plus quam quintam partem, et azaga, et vobis remaneant duo*, etc.

AZAGAMENTVM, aedificii genus in modum veſtibuli, Hiſp. *Azaguan.* Chroniçon Parmenſe ad an. 1304. apud Murat. to. 9. col. 851.

AZALE, V. *Azzale.*

† AZAPIDES, militia excurſoria in imperio Byſantino, quam Huſſatonibus parem facit Laonic. Chalcond. l. 8.

AZARCVM. V. in *Azarum.*

AZARDVM, ſors, ex Gallico *Azard*, vel. *Hazard.* Synodicum Raphaëlis Archiepiſcopi Nicoſienſis pro Graecis, editum cum Conſtitut. Nicoſienſibus, cap. 15. *Item denuntiamus excommunicatos - - omnes illos, qui publice in domibus ſuis manu tenent et ſuſtiment ludum azardi.* Ita *ludus azardi*, in Conſtitut. Ioannis Archiep. Nicoſienſis an. 1320. c. 16. In Conſtitutione an. 1251. ibid. habetur *ludum hazardi.* Charta an. 1288. apud Cherubinum Ghirardaccum in Hiſt. Bononienſi lib. 9. pag. 279. *Saepe contingit, quod illi qui ludunt ad azarum in ſcalis et in platea communis Bononiae et etiam, qui teſtum incidunt, iracundiae calore ſuccenſi, contra Deum et matrem eius ignominioſa verba proferunt*, etc. Infra, *Iuſores azardi et beſtazariae* etc. De vocis etymo vide coniecturas Anton. Mor-

Mornacii ad leg. vlr. Cod. de Religioſ. et ſumtib. funer. Cobarruuiae in *Azar*, Octav. Ferrarium in Originib. Ital. in verbo *Zara*, et Menagium in Etymol. Gall. vbi a *Teſſara* dictum *Azardum* docet.

AZARDVS, teſſara, Germ. Würfel. Hiſt. jurgii Bonifacium VIII. Papam inter et Philippum Pulcrum Regem Franc. pag. 540. *Item, dixit quod eodem anno et loco, vidit dictum Bonifacium ludentem ad azardos cum domina ſola praedicta: et vidit quod dicti azardi erant punctati de auro.*

AZARIA. Fori Alconenſes: *de azarias et guardias quintam partem pro nobis date ſine vlla offretione.*

† AZARRVM, vel *azardum*, ſors. Stat. Vallis-ſerianae, rubr. 17.

AZARVM, chalybs, Gallis *Acier*. Diodorus Euchyon. lib. 1. Polychemiae cap. 2. Statuta Mediolanenſia part. 2. cap. 67. Hiſpanis *Azarcum*, eſt plumbum combuſtum. Alia notione V. in *Azardum*.

AZCONA, genus teli. Fori Oſcae an. 1247. vbi de haſtiludio: *Ita tamen, quod non ponat in bofordo ferrum azconae, dardi, vel lanceae*, etc.

† AZEBIT, prunum aridum, ab Hiſp. *Azebibe*. Laudae maior. Carcaſſ. Mſ. *Item pro cargua de azebits ſeu racemis.*

AZEMBLARIVS, ATZEMBLARIVS, mulio, Hiſpanis *Azemilero*. Curia Generalis Catalaniae in villa Perpiniani an. 1351. MS. *Sancimus, quod ſi quis azemblarius, et ſui coadiutores, et portarii noſtri, in capiendo animalia nobis et Curiae noſtrae neceſſaria denuntiati fuerint deliquiſſe*, etc. Alia Curia Generalis Catalaniae in villa Montiſſoni an. 1363. *Portarii, vel azemularii, aut ſuperazemularii, ſeu eorum loca tenentes, qui non ſeruauerint conſtitutionem editam per nos in villa Ceruariae*, etc. Lemma capitis ſic concipitur, de *azemblariorum ſalariis*. V. Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. cap. 136. 139.

AZEMELA, AZEMILA, Hiſpanis, mulus ſagmarius. Ch. Sancti Ramirezii Regis Aragon. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi cap. 27. *Adhuc ſtabilio, vt nullus ſit auſus pro vlla querela pignorare azemilas S. Ioannis, neque iumentum Monachi, in quo ipſe reſidet quotidie, neque manum leuare ſuper eum, vel ferire.* Teſtamentum Sancii II. Regis Portugall. tom. 4. Monarchiae Luſitan. pag. 278. *Aliam medietatem de meis aſemolis*, etc. Petrus Salanoua Iuſtitia Aragonum in Obſeruantiis: *In ſolutionibus, calonſis, et azemilis*, etc. V. *Azemula*.

AZEMPIVM, ius domini certas praeſtationes a ſubditis exigendi. Charta venditionis Ricardi de Noua-Villa pro Commendatore de Bolbona an. 1231. *Vendidit et donauit azempium de talbo et pailbo ſuper omni iure ſuo, quae habebat et decimario ſancti Bauſilii d'Anhas.* V. *Ademprum*.

† AZEMPRARE, vocare, inuitare, monere. Statut. ſabater. Carcaſſ. a. 1402. t. 8. Ordinat. reg. Fr. p. 562. V. *Ademprum*.

† AZEMVLA, vt *Azemela*, in Ch. Iacobi reg. Arag. a. 1232. Mſ.

AZEMVLARIVS, V. *Azemblarius*.

† AZENARIA, AZENAYRIA, praeſtatio, quae propter *Azenias* ſeu moletrinas domino a ſubditis penditur. Ch. Mſ. a. 1320. *Concedo-- totum ius, quod habeo--in ſeruitutibus quibuscunque, in boariis, in azenariis, in iuſtitiis.* Rectius infra vbi eadem repetuntur: *cum azenayriis*. V. *Azenia*.

AZENIA, HAZENIA. Diploma Regis Veremundi II. Regis Hiſpaniae apud Hieron. Blancam: *Do et concedo curtem in ciuitate noua - - et azeniam integram in vado, quem dicunt domini Garziae, - - et ibi in Teliares quartam portionem in alia azenia.* Aliud Ranimiri Regis, apud Anton. de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 3. *Et dediſtis nobis pro ipſa villa tres azenias in Zamora ad Oliuares iuxta palatium noſtrum.* Adde Anton. Brandaonum tom. 3. Monarch. Luſitan. p. 276. 282. tom. 4. pag. 271. v. 272. Colmenareſium in Hiſt. Segobienſi cap. 14. §. 4. cap. 16. §. 4. *Azena* Hiſpanis eſt moletrina, cuius molae vi aquarum verſantur, Germ. Waſſermühle.

AZERVM, chalybs, Gall. *Acier*. Priuilegium Ferdinandi Gonzales Principis Caſtellae pro Monaſterio S. Aemiliani tom. 3. Collect. Concil. Hiſpan. pag. 178.

AZERVS, ſpecies arboris, cuius vſum vide in *Inciſorium*.

† AZIA, pondus quoddam. Locum V. in *Zaponum*.

AZIDIVM, V. *Azadium*.

† AZILARE, aſylum habere. *Beſtia azilans*, quae derelictae opponitur, in Stat. Saluciar. collat. 7. c. 196.

AZILAE, vel AZILIS. *Vsque ad ſummam viginti azilium*, in Annalibus Toloſ. tom. 1. inter Inſtrum. pag. 94. videtur mendoſe dictum pro *vsque ad ſummam viginti millium*, vti legitur paulo poſt in phraſi huic non multum abſimili.

AZILES BALESTERII, V. in *Baliſta*.

† AZIMA, placentae ſpecies ex maſſa farinacea ſine fermento. Ch. an. 1249. inter Monum. eccl. Aquileg. p. 746.

AZIMI, AZIMITAE. V. *Azymitae*.

AZIMIATVRA, pro *Aczimatura*, tonſura pannorum. Extractum computi Ioannis de Ponciaco tom. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 276. *Item pro azimiatura robarum familiae Domini emptarum apud Barolum taren. XII.* V. *Aczima*.

AZINA, pro *Aſinata*, onus aſini. Litterae Philippi Franc. Regis an. 1277. in Bullario Fontanell. fol. 38.

AZINGA, modus agri. V. *Andecinga*.

† AZIVM, ager vel terra inculta aedi alicui adiacens, Aruernis etiam nunc *Aize*. Terrear. Mſ. villae de Bauſſeul. V. *Aiacis* et *Aſium*.

AZOCH, vel AZOTH, Rocho le Baillif in Diction. Spagyrico, *eſt vniuerſalis medicina paucis cognita, vnica medela, lapis phyſicus: alii putant Mercurium corporis metallici*.

† AZOLVM, coeruleum, Hiſp. *Azul*, Ital. *Azzuolo*. Bulla Honorii III. PP. tom. 1. Hiſt. Caſſin. p. 441.

† AZONVS, *qui ſine zona*. Cathol.

† AZOTICA LINGVA, in Bulla Innoc. IV. PP. pro *Arethica*. V. in hac voce.

AZVA, genus potionis Hiſpanis et Indis cognitum. Collect. Conc. Hiſpan. tom. 4. pag. 426.

† AZVNTA, res quaedam tincturae inſeruiens, forte coeruleum. Leudae maior. Carcaſſ. Mſ. *Item pro cargua de Azuntis*.

AZVRA, color caeruleus, Gall. *Azur*. *Arma de azura cum vna benda de auro*, apud Rymerum tom. 7. pagin. 621.

AZVRVM, AZVRVM, eadem notione, in noua Gall. Chriſt. tom. 3. inter Inſtrum. col. 180.

AZVRINVS, coloris caerulei, Gall. *d'Azur*, in Vita B. Columbae Reatinae, tom. 5. Maii pag. 376. V. *Lazur*.

AZYMITAE. (1) A Graecis Catholici Romani per ludibrium appellati, quod in ſacro ſancto ſacrificio azymis panibus vterentur, non fermentatis. Ἀζυμίτους ἱερεῖς, Latini Sacerdotes, Ioanni Epiſcopo Citri in Reſponſis ad Cabaſilam. Leo IX. PP. ad Michaelem Patr. Conſtantinop. *Latinos vere Catholicos - - atque maximi Petri familiares diſcipulos - - ceſſate ſubſannando azymitas vocare*. Ita Chronic. Nangii an. 1055. Chronicon. Reicherſperg. an. 957. V. S. Anſelmum Cantuarienſem Epiſc. de tribus Waleranni quaeſtionibus cap. 2. et Anſelmum Epiſcopum Hauelbergenſem lib. 3. Dialogor. cap. 14. pag. 228. (2) Praeterea ita appellati populi quidam, qui Sultanis ac Saracenis parebant, cum Franci Syriam inuaſerunt, quanquam nomen gentis, ac ſectae, incertum. Nam Publicanis vulgo adiunguntur, quos eósdem fuiſſe cum Manichaeis conſtat. Robertus Monachus lib. 6. Hiſt. Hieroſ. *Perſae et Medi, Arabes et Turci, Azymitae et Saraceni, Curti et Publicani, et diuerſarum nationum alii multi*. Simeon Dunelmenſis Hiſt. Angl. *Turcos, Arabas, Saracenos, Publicanos, Azimitas, Perſas, Agulanos, et alias multas gentes in ore gladii fugantes*. Sic Baldricus lib. 2. ipag. 109. Guibertus lib. 5. c. 8. et alii Scriptores Rerum Hieroſo-

roſolymitanarum. Ita etiam ſua aetate *Azimorum*, ſeu *Azimitarum* dominum Soldanum inſcribit Sanutus pag. 8. *Soldano Araborum, Azimorum et Turcorum.*

AZYMVS, ſanctus, absque malitiâ, apud Eccleſiaſticos ſcriptores ex illo D. Pauli in Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 5. *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi*, etc. Ad quae alludens Paſchaſius Radbertus Abbas Corbeïenſis in lib. de Corpore et Sanguine Domini cap. 20. *Si tamen ſumus azymi, id eſt, absque fermento malitiae et nequitiae.*

† AZZA, vox Italica, ſecuris, armorum genus, Germ. Axt. Stat. Mant. l. 1. c. 112.

† AZZAIVM, chalybs, Ital. *Acciaio.* Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. V. *Acciarium* et *Azarum.*

† AZZALE, idem, in Stat. Placent. l. 6. fol. 80.

† AZZARIVM, eadem notione, in Ch. an. 1230. apud Garamp. in Diſſert. 7. ad Hiſt. B. Chiarae pagin. 230.

† AZZETA, Ital. *Accetta*, bipennis. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bellic.

† AZZONVS, ſecuris maior, ab Ital. *Azza*, in Statut. Mant. l. 1. c. 112.

AZZVRINI. Sic a veſte caerulea, ſeu violacea dicuntur Canonici Congregationis S. Georgii in Alga, Gall. *les Azurins.* V. Acta SS. Aprilis to. 3. pag. 618.

B.

B. (1) Litera eſt numeralis, quae 300. deſignat, vt eſt in Notis numerorum ex antiquo Cod. et apud Vgutionem; vnde verſus:

Scit B. trecentum ſibi cognatum retinere.

Alii ſic legunt:

Et B. trecentum per ſe retinere videtur.

Eidem litterae ſi recta linea ſuperaddatur, tria millia ſignificat. (2) *In ſuperſcriptione cantilenae, ſecundum literas, quibus adiungitur, vt bene, id eſt, multum extollatur, vel grauetur, ſiue teneatur, belgicat.* Ita Notkerus in Opuſc. *Quid ſingulae literae in ſuperſcriptione ſignificent cantilenae.* (3) Pro V. crebro occurrit in veteribus tabulis et inſcriptionibus. Verus Epitaph. in Eccleſiae S. Matronae atrio: *Hic requieſcit in ſomno pacis Renobatus, qui vixit annos 23. depoſitus Kalend. Iulias quater* P. C. *Baſilisci* V. C. Verſus, qui leguntur in Eccleſia S. Marcelli Capuae:

Et dat Chriſto baluas Abbas Alpherius albas,
Vt coeli regnum valeat penetrare ſupernum.

Ita in veteri Inſc. *abe*, pro *ane.* In alia apud Scalig. de Emendat. temp. pag. 514. *die Beneris*, pro *Veneris*, • *abius* pro *auus*, *abiaticus* pro *aniaticus.* Inſcriptio tumuli apud Vghellum tom. 3. p. 674. *Chriſte, ſube votis Gregorio* etc. Sic pariter paſſim vetereſ Scriptores Hiſpanici. Interdum etiam legitur pro P. vt in Teſtamento anni circiter 690. apud Felibian. in Hiſt. Monaſterii S. Dionyſii pag. X. *Tantum ſuperſcribta villa Ghinnacario poſſedeas.* (4) B ROTVNDVM et B QVADRATVM S. Bernardo in Epiſtola ſeu prologo ſuper Antiphonarium Ordinis Ciſtercienſis pag. 696. tom. 1. Edit. 1690. eadem ſunt, quae nobis in cantu vel muſica B. *molle*, B. *mol*, et B. *quadratum*, B. *quarré: Vnde in qualibet muneria, vbi molliorem expedit fieri ſonum, loco* B. *quadrati* B. *rotundum quandoque ponitur.*

BAAS, a Gallico *Bas*, tibialia. Statuta Arberti Abb. Caſae Dei pro reformatione Parthenonis S. Andreae de Cumbis vulgo la Vaudieu an. 1272. inter Fragmenta Hiſt. MSS. Stephanotii tom. 4. pag. 640. *Et pro veſtibus dentur ſingulis annis vnas ſtamineas, ſcilicet duodecim vlnas ſtaminae pro eis, et ſingulis duobus annis botas et ſoletos, et baas bis in anno ſi fuerit neceſſe.*

† BAASA, *pinguedo*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646. V. *Baſſus*.

BABAECVLA, BABECVLA, ſtultus, V. *Baburrus*.

BABATVM, *ferrum, quod annectit faber equo cum gumpho*. Breuiloq. *) *Babatum*, Hupffyſen, in vet. Vocabul. Lat. Germ. a. 1477.

BABEIA, V. *Felgaria*.

† BABELLVS, pro *Barbellus*, barbus minor, kleine Barbe. Stat. Mſ. pro piſcator. a. 1289.

BABEWYNVS, ſimiae ſpecies, Gallis *Babouin*, Italis *Babbuino*, Germanis Bavian. Viſitatio theſaurariae S. Pauli Londinenſis an. 1295. *Imago quaedam pulcra beatae Virginis - - cum pede quadrato ſtante ſuper quatuor parnos babewynos*. Hinc pueruli nebulones vulgo *Babouins* appellant Galli. BABOVINVS, idem in ſermonibus Menoti fol. 28. verſo col. 2. *Et ſunt ſicut iſti babouini, qui ponuntur in turribus et pilloriis*. † BABOYNVS, apud Murat. t. 12. Script. Ital. p. 1011. BABVYNVS, apud eumdem p. 1017. et t. 15. p. 348. V. *Babugnia*.

BABICTA, V. *Biblicta*.

BABIGER, *ſtultus, babigera, ſtulta*. Gloſſ. Iſid. V. *Baburrus*.

BABILLIO, V. *Babugus*.

BABILONICVM. *Flamineum, Babilonicum*, in Gloſſ. Iſid. V. *Flamineum*.

BABIT, *γαυρῖται: Gloriatur*. Supplem. Antiquarii.

BABOSVS, *idem eſt quod ſtultus vel obes*. Vocabul. vtriusque Iuris. V. *Baburrus*.

† BABOTA, vermis ſpecies. Mirac. Mſ. Vrbani PP. V. *Habebas febrem epidemialem cum boſſa, et vermes vivos et mortuos, ſive babotas, proiiciebas per os ſuum*. V. *Bacus*.

BABOVINVS, BABOYNVS, V. *Babewynus*.

† BABVGNIA, vt *Babewynus*. Inuent. Mſ. theſauri ſedis Apoſt. an. 1295. *Vnum calicem de auro - - cum VI, rotulis de eſmaltis azurinis in nomo, ad imaginem babugniarum*.

BABVGVS, *ſtultus, ineptus, Babillio*. Vgutioni: vbi *babillio*, idem videtur qui garrulus, Gallis *Babillard*; ſed legendum *Baburrus*.

BABVLEVS, pro *Bubulcus*, qui ducit boues et aratrum. Saiſimentum Comitatus Toloſae ann. 1271. tom. 1. Annal. Toloſ. inter Inſtrument. pag. 16.

BABVLVS, V. *Baburrus*.

BABVRCVS, V. *Baburrus*.

BABVRNVS. Guillelmus de Baldenſel in Hodoeporico: *Vidi plures baburnos, coctos, mammones, pfiffacos mirabiliter inſtructos, geſtibus ſuis homines mirabiliter ad deductionem provocantes*. Sed videtur legendum *Babuinos*. V. *Babewynus*.

BABVRRA, *ſtultitia, vel ineptia*, Vgutioni. Vetus Gloſſ. *Baburra, ἄφρων, ἀνόητος, μάταιος*. ex Graec. *βαβύρρας, ὁ παράμωρος*, apud Heſychium, vti emendat Salmaſius, pro *βαβύραγγας*, et in Gloſſ. pro *Barburra*.

BABVRRVS, *ſtultus, ineptus*, in Gloſſ. Iſid. et lib. 10. Orig. Gualdo in Vita S. Anſcharii Hamb. Archiep. cap. 95.

Ac quidam de plebe, truces, hominesque baburri.

Vita MS. Caroli Magni iuſſu Friderici Imp. exarata lib. 2. cap. 22. *Vnde baburrus et inſanus ab omnibus reputabantur*. BABVLVS, eſt apud Apul. 4. Metam. *Tunc ere mea ſubtile conſilium ego et iſte babulus palam comminiſcimur*, hoc eſt, iſte fatuus. Graecis *Βαβαξ* eſt vanus. Inde BABECVLA in fragmento Traguriano. Sic enim legendum: *Sic nos babaculae diſpoliamur*, nos fatuos ſic ſpoliant mulieres. In editis eſt: *ſic nos barcalabae ſpoliamur*. Minus recte emendant *verveculis*. Idem ſuperius, *quemuis ex iſtis babaeculis in rutae folium coniiciet*, ex iſtis ineptis et nullius pretii ſeruis. Haec Graeuius in Notis ad Gloſſas Iſid. *) *Baburcus, ſtultus, bubigus*, in Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. Germanis babbeln, eſt garrire more infantum, nugari, inepta verba proferre, Belgis *babelen*, Gallis *babiller*, Anglis *babble*, Graecis *βαβάζειν*. Inde ein Babbeler, Belgis *Babeler*, Gallis *Babillard*, et cadenti Latio *babeculus*,

becubus, *babiger*, *baburrus* etc. blatero, ſtultus.

BABVRTVS, pro *Baburrus*, in Vocabulario Iuris vtriusque.

† BABVTZICARIVS, incubus, nocturna corporis oppreſſio et ſuffocatio, apud Coel. Rhodig. l. 27. c. 14. V. Gloſſ. med. et inf. Graecit. in *βαβουτζ?ιος*.

BABVYNVS, V. *Babewynus*.

BABYLONICVM, acu pictum etiam alibi quam Babylone. Vide *Baldicum*.

BACA. (1) Vacca: vox Hiſpanica. Charta Sanctii Ramirez Regis Aragon. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 3. cap. 27. *Vineae vero habeant dignitatem vt meae propriae, vbicumque fuerint, ſi ibi inueniantur oues, vel bacae, ſeu porci, occidantur, me teſte*, V. *Baco*. (2) BACAE, BACCAE, annuli catenarum. (*) Gallis *Bague* et Germanis veteribus Bage, annulus quiuis, procul dubio a Germ. biegen, flectere.) Fortunatus in Vita S. Germani Epiſc. Pariſ. Maii pag. 782. *Eo diſcedente mox catenarum bacae franguntur, vinctae ianuae reſerantur*. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. S. Martini cap. 2. *Omnes baccae catenarum confractae ceciderunt*. V. *Baga et Boja*. (3) BACCAE, vniones. Prudentius contra Marcionitas:

Colla vel ignitis ſincera incingere ſertis
Auribus aut grauidis viridis ſuſpendere bacas.

Iſo Magiſter: *Bacas, gemmas rotundas, qui vniones vocantur*, etc. *) Germanicum Bagge Schottelio etiam gemma eſt.

BACALARII, BACALARIA, BACALIA, etc. V. *Baccalarii*.

BACALE, pro *Bacile*, peluis. Antiquit. Benedict. Occitan. part. 1. pag. 325. a Stephanotio collectae: *VI. marchas argenti, vnum pulcherrimum calicem, duo bacalia, vnum pannum lanae hiſtoriatum*. Hic agitur de anniuerſariis in Monaſterio Gellonenſi faciendis: Inde legitur in veteri Onomaſtico San-German. n. 501. *Baccale, gellone, vbi infuſio fit*, puta aquae vel alterius liquoris, quod pelui maxime conuenit. V. *Bacca* 2. Alia notione V. *Baccalarium*.

BACALLARIVS, V. *Baccalarius*.

† BACALLATOR, bubulcus, vaccarum cuſtos. Conſuet. Mſ. Perpin. c. 20. *De vilibus perſonis vel bacallatoribus*. V. *Baca*.

BACALVSIA. Fragmentum Petronii: *Poſtquam itaque omnes bacalufias conſumpſi* etc. M. Nodot. p. m. 200. legit *Batologias*, vt dicitur in Fabri Theſauro, vbi de inſolita et inexplicabili voce *Bacalufia*.

† BACANA, eiusdem vt videtur, originis ac *bacallator*, ager vel praedium vaccarum gregi alendo idoneum, i. q. *Vaccaria*. Teſtam. an. 1251. ex Tabul. Auxit. *Donatio -- de domo, quae dicitur vicaria in Baguertas, et molendinis, et bacanis, et caſalibus de S. Martino*.

BACANNA, V. *Bacca* 2.

BACAPVLVS, BACCAPVLVS. Gloſſ. Iſidori: *Baccapuli, in quo mortui deferuntur*. Infra: *Baccalo, in quo mortui deferuntur*. Gaufridus Groſſus in Vita S. Bernardi Abbat. de Tironio pag. 62. *Exinde paſtor extinctus indumentis ſacris -- accurate exornatus, atque bacapulo decentiſſime palliato ſuperpoſitus, ſacerdotalibus humeris in Eccleſiam translatus eſt. Capulum* Feſto, id eſt, quo mortui efferuntur, Vnde patet perperam Vulcanium vocem *Bacapulus*, diuidere, legendumque ſcripſiſſe, *Bacca, Capulus*. BACCAVLVS, ſcripſere Papias et Ioannes de Ianua. quibus perinde eſt *feretrum, in quo mortui efferuntur*.

BACAR, V. in *Bacca* 2.

BACARIO, V. *Bacca* 2.

BACAVDA, V. *Bagauda*.

BACBEREND, BACKBERYNDE, latro manifeſtus, latrocinium deferens a tergo: *Back*, Anglis tergum, *berend, ferens, ſeu bajulans*; vel ius quod Baroni competit de hoc crimine in Curia ſua cognoſcendi ac iudicandi. V. Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 32. num. 2. cap. 35. §. 1. Fleta lib. 1. cap. 38. §. 1. c. 47. §. 2. et Raſtallum.

BACCA. (1) Nauis ſpecies. Hiſt. Beccenſis Monaſterii MS. pag. 592. n. 5. ex

ex Archiuo eiusdem loci: *Almaricus Vicecomes de Meſcio palagium - - baccarum - - remiſit Beccenſibus.* V. *Baccus.* (2) BACCA, BACCHARIVM, BACCHONICA, BACCHOAICHA, BACHIA, BACHOICA; voces vnius eiusdemque originis et notionis, quae vas vel vrceum ſignificant; Germ. Becher, Becken. BACCA. Gloſſ. Iſid. *Bacca, vas aquarium.* BACCALE, in Ceremoniali Romano lib. 1. ſect. 2. V. *Bacale.* BACAR, ἀγγεῖα εἶδος, in Gloſſ. Lat. Graec. Hinc BACARIO, in iisdem Gloſſis προχοδιάκονος, qui eiusmodi vas meretriculis lauantibus miniſtrabat, qui Feſto *Aquariolus* dicitur. BACCHARIVM, Ioanni de Ianua, *Vas vinarium, et dicitur a Bacchus, et idem dicitur haec Bacanna.* BACCHONICA. Hiſt. Epiſc. Autiſſiod. c. 20. *dedit - - bacchonicam auratam penſantem libr. XII.* Mox: *Aliam bachonicam anaſteam penſantem libr. X.* Occurrit ibi pluries, vbi inter vaſa et cimelia eccleſiaſtica recenſetur. Atque inde emendanda videtur vox BACCHOAICHA, in Teſtamento Leodebodi Abbatis Floriac. apud Helgaudum in Roberto Rege. Quidam perperam legunt BACCHRAICA. BACHIA, Papias: *Bachia, primo a Bacho, quod eſt vinum, dicta, modum in vſum aquae tranſiit.* BATHOICA, eidem Papiae, *patena argenti ad ſacrificandum* Forte *patera*, vt reipſa legitur apud Graeuium in Notis ad Gloſſarium Iſidori in voce *Batiotica.* Sed ibidem *Bathioca* habetur, non *Batheica*, idque ex Papia. Ita Iſidor. in Gloſſ. *Batiotica, patera.* Sed his locis *Bacchonica*, perinde legendum cenſet Cangius; Sed non ita Graeuius loco mox citato, vbi cenſet potius legendum eſſe *Batiola vel Batioca*; quod alterutra vox legatur apud Plautum in Stich. v. 4. *Batiolae* eodem ſenſu legitur apud Arnobium lib. 2. aduerſus Gentes, teſte eodem Graeuio: quem, ſi tanti eſt, conſule. BACCHINVS. Liber Miraculor. S. Auſtrebertae Virg. cap. 6. n. 43. *In ſignum donationis duos ex aere vrceos, quos vulgo bachinos vocamus, eius Eccleſiae miniſtris transmiſit.* BACCHINON. Gregorius Turon. l. 9. Hiſt. cap. 28. *Cum duabus pateris ligneis, quas vulgo bacchinon vocant.* BACINVS, Italis, *Bacino*, Gallis, *Bacin*. Germanis Becken, ab eodem fonte, licet non vrceum aut pateram, ſed peluim, polubrum, et malluuium ſaepe denotet. Palladius de Architectura: *Aurum vel cuprum cum cote teritur, et tritum ſcifo, id eſt, bacino, excipitur.* Vbi Codex MS. *Scifo, id eſt, bacinno.* Concilium Romanum an. 1099. c. 18. Pictauenſe an. 1109. cap. 13. et Londinenſe an. 1138. c. 3. etc. BACCINVM, *Baccino*, Senenſibus, vel *Bacino*, quaſi *vactinum*, ſeu *vaſculum*, vti vult Acharifius. Chron. Laurishamenſe: *Calicem deauratum, baccina 2. argentea, thuribulum argenteum.* Acta SS. Maii to. 4. pag. 623. *Recipientes quoddam caput in baccino*, etc. BACCINIVM. Gloſſae MSS. *Baccinium, vas aquarium vel baccea.* Simeon. Dunelm. de Geſt. Angl. et Ricardus Hagulſtad. an. 1126. *Non tapetae, non manutergia, non baccinia, et nil omnino per violentiam exigatur.* Adde Monaſt. Anglic. to. 3. pag. 191. et Ioan. Abrincenſem Epiſc. lib. de Officiis Eccleſ. pag. 293. Edit. 1679. BACILE, BAZILVS, pariter ab eadem origine deducitur pro pelui vel polubro, Ital. *Bacile*, *Bacino*. Ceremonial. Epiſcopor. c. 11. *Duas argenteas lanceas ſeu fontes - - quae bacilia vocant.* Leo Oſtienſ. l. 3. c. 57. *Bazili de argento parium vnum.* Cap. 73. *Calices onychini 2. bacilia argentea 4.* Chron. Foſſaenouae an. 1196, *Vnum par bacilium, duae tualiae.* Bernardi Mon. Ordo Cluniac. cap. 5. V. *Abanicare.* BACILLE, in Epiſt. Odonis Cardin. apud Marten. tom. 6. Ampliſſ. Collect. col. 245. BACCILE, apud Lanfrancum, in Decretis pro Ordine S. Bened. c. 1. ſect. 2. BACIVM, apud Brandaon. in Monarch. Luſitan. tom. 5. pag. 304. BACIMAE SALINARIAE, ſeu *Bacini*, in quibus ſal conficitur. Germ. Salzpfanne. Charta Friderici II. Imp. 1235. in Regeſto Comi-

cum

rum Toloſae fol. 124. *Videlicet, ciuitates, caſtra, villas, cum plena jurisdictione, omnibus feudis, et ſolitis pedagiis, vſaticis, et ſaumariis, in idiomate ipſo quomodo bacinae ſalinae dicuntur*, etc. (3) Annulus catenae, V. *Buca* 1. (4) † Pro vacca, in Reg. cenſuum, eccl. Reat. Mſ. V. *Baca*.

*) Ad etymon vocis quod attinet, *bacca*, ſaltem in tribus prioribus ſignificatibus, deducenda eſt a veteri verbo biegen, vnde populis ſeptentrionalibus et occidentalibus Bak omne denotabat, quod ſuperficie praeditum erat inflexa, tam conuexa quam concaua. Inde voce Bak tam pro tergo, dolio, pharo, colli, bulla, quam pro pelui, naui, poculo etc. vſi ſunt veteres. V. Gloſſaria German. v. Bug, Bühel, Becher, Buckel, Becken, Bach, Baſe etc.

BACCAL, V. *Bacapulus*.

BACCALARIA, praedii ruſtici ſpecies, eidem forte quae *Vaſſaleria*, ſeu feudum *Vaſalli* inferioris, vt Cangius ipſe explicat in *Vaſſeleria*. Tabular. Celſinianenſe: *Dono etiam baccalariam, quae eſt in ipſa villa cum campis et vineis et pratis, et omnibus, quae ad ipſum alodum pertinent*. Tabularium Bellilocenſe in Lemouicibus Charta 13. quae eſt anni 882. Occurrit paſſim nude in hoc Tabulario Ch. 102. 132. 143. 162. etc. et in Tabulario Conchenſis Abbatiae in Ruthenis Ch. 409. 500. BACCALARIA DOMINICARIA, INDOMINICATA, praedium ruſticum, quod ad dominum ipſum ſpectabat, et ab ipſo excolebatur. Idem tabular. Bellilocenſe Charta 58. *In eodem loco baccalaria indominicaria*. Teſtam. S. Geraldi Auriliacenſis Comitis apud Ducheſn. in Notis ad eiusd. Sancti Vitam: *Eo medietatem do ipſa curte, et ipſum caſtellum cum baccalaria dominicaria, et duos manſos*, etc. Donatio Godefridi Comitis Cadurcenſis circa tempora Caroli Calui: *Hoc eſt curtem meam indominicatam, quae vocatur Igeracus, cum Eccleſia in honore S. Martini conſtructa, et baccalariis indominicatis*. Ita Dominicus. At Tabularium Bellilocenſe Ch. 3. habet tantum, et *bachalariis et manſis ſernilibus*. Idem Tabular. Ch. 34. *Hoc eſt capella noſtra indominicata, quae eſt fundata in honorem S. Petri, cum ipſa baccalaria indominicata, cum ipſo prato, et cum ipſo brolio indominicato* etc. BACCALARIAE pluribus conſtabant manſis, manſus autem erat 12. jugerum, vt auctor eſt Papias. Idem Tabular Belliloc. Ch. 34. *Et alium manſum vbi Alinardus viſus eſt manere, ipſa Capella, cum ipſa baccalaria et cum ipſis manſis*. Charta 47. *Eccleſiam noſtram in honore S. Juliani Martyris, cum ipſa baccalaria et manſis ad ipſam pertinentibus*. Interdum decem manſos continuit *Baccalaria*. Bernardus Guido de Ordine Grandimontenſi: *Turpio* (Epiſcopus Lemouicenſis) *dedit eis baccalariam, quae decem manſos tunc continebat*. Turpionis ipſius verba recitat Dominicus: *Do illis villam quae vocatur baccalaria, quae decem in ſe Manſos continere videbatur*.

BACCALARIARE, BACCHALARIARE, bachalarii gradum impertiri, in Bulla Ioann. XXII. a. 1332 apud Guil. de la Croix in Hiſt. Epiſc. Cadurc. n. 231. In Statut. Acad. Viennenſ. in Auſtr. in Facult. Art. 9. 10.

BACCALARIATVS, BACCHALARIATVS. (1) Dignitas Baccalarii in Compendio iurium et conſuetud. Vniuerſit. Pariſ. fol. 8. (2) Gradus inferior in Choro Canonicorum. Archiv. Eccleſ. Macloc. *De caetero nullus recipiatur ad capellaniam, bachalariatum, etc. niſi ſciat cantare*. V. *Baccalarius* 4.

BACCALARIVM, baccalariorum opus. Tabularium Bellilocenſe Charta 95. cui titulus eſt, *Breue de exemtis: In illis ruſticis, vbi quaerere ſolent opera, habens vnam diem cum bouibus, de illis hominibus qui boues habuerint, quandiu baccalaria fecerint, et non: ſi bacalia, aut judicium firmauerint cum aliquo, ſi propter hoc redemptionem dederint, non habeat partem Vicarius, nec index: ſi ſacramentum firmauerint cum lege, et redemptionem dederint, tertiam partem illis reddant*.

BACCALARIVS. (1) Qui *Baccalariam tenet*, *possidet*. Vsatici Barcinonenses cap. 46. *Sacramenta rustici qui teneat mansum, et laboret cum pare boum, sunt credenda vsque ad 7. solidos platae. De aliis namque rusticis, qui dicuntur bacallarii, credantur sacramenta vsque ad 4. Mancusos, auri valentiae, deinde quidquid iurent, per examen caldariae demonstrent.* Ex quibus primum eruitur *Baccalarium* dici *rusticum* qui *mansum* excolit: deinde *mansum* recte a quibusdam definiri *fundum qui duobus bobus ad arandum* sufficit; denique *Baccallarios* rusticis ipsis accenseri, licet rusticis mansorum cultoribus longe honoratiores. *Rusticis* porro annumerari videntur *Baccalarii*, quod perinde ac rustici mansarii, si non operibus seruilibus, certe aliis oneribus, verbi gratia censui, essent obnoxii: Tabular. Belliloc. Chart. 3. *Hoc est curtem meam indominicatam, quae vocatur Igeracus, cum Ecclesia S. Martini constructa, et baccalariis et mansis seruilibus.* Et Charta 57. *Dimitto - - medietatem de baccalaria de Monte Galfredo, in tali ratione, vt quamdiu vixero teneam, et per singulos annos 4. sestarios de tritico persoluam ad Missum SS. Primi et Feliciani.* BACCALARII ECCLESIAE, qui ecclesiae *baccalarias* tenebant atque excolebant in Ch. an. 1211.

(2) Recentioribus Scriptoribus, *Baccalarii* dicuntur, qui militarem ordinem consecuti, non erant satis diuites, vel quibus idoneus haud erat vasallorum numerus, vt vexillum in proeliis educere possent: vel si eiusce essent ordinis, qui *Bannerestorum* dicitur, nondum tamen prae aetate illud eduxerant et vt Galli dicunt, *qui n'avoient pas encore levé Banniere.* Atque in vulgo *Bacheliers* Gallis appellantur, quos vt adolescentes ideo Scriptores Gallici repraesentant. Albertus Aquensis lib. 3. cap. 26. *Castrum adolescentum, quod dicitur de Bakelers.* Glaber Rodulphus lib. 5. Hist. cap. 1. de se adhuc adolescente, dum in Monasterio educarerur: *Incipiente diei aurora, currens exiit a domo latrinarum, taliter inclamando, vbi mens baccalaureus est.* Neque fere aliter Scriptores Gallici *Baccalarios* describunt. Le Roman de Garin. MS.

Trestuit meschin, et Jane Bacheler.

Et alibi:

Janes hom estes, et encor Bacheler,

Le Roman de la Malemariſtre MS.

Et li joënes Bachelers li dit tout ensi qu'il avoit fait. Le Roman de Fouques de Candie MS.

Bacheler fut, et de joëne jouent.

Ita passim caeteri Scriptores vernaculi, Froissartes 1. vol. cap. 29. 2. vol. cap. 43. 92. 4. vol. cap. 51. Chronicon Flandr. cap. 30. 33. Alanus Charterius pag. 263. etc. baccalarios istos militares adolescentes indigitant ac repraesentant. Atque inde etiamnum in Picardia adolescentes ac adolescentulas siue iuuenculas *Bachelliers* et *Bacheletes* appellari obseruauit Fauchetus. BACCALARIVS. Historia Prioratus de Wigmore in Anglia, in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 224. *Cingulum militiae accepit, vna cum Edmundo de Arundel, et aliis trecentis baccalariis.* BACCHALARIVS. Charta an. 1229. ex paruo Chartul. S. Victoris Massil. *Petebat dominus Abbas sibi restitui XX. solidos regalium coronatorum quos bacchalarii communis de Conxia Potestatis Massiliae extorsit a Priore S. Zachariae.* BACHALARIVS. Thomas Walsingham pag. 94. *Post decessum Comitis quendam bachelarium, nomine Dominum Radulphum de Monthermer, accepit in maritum.* BACHELARIVS. Matth. Paris. *In hastiludio multi milites regni, qui se volunt bachelarios appellari, sunt contriti.* Infra: *Militem strenuum, qui bachelariis annumerabatur.* BACVLARIS, idem qui *Baccalarius*. Ratherius Veronensis Episcop. in Qualitate coniectur. pag. 201. *Forsitan in patria sua fuerat baculatis, ideo illi tam honor omnis est vilis.* Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 785. *Heline*

cum

candidam inferunt tunicam indui, pro qua Candidus bacalaris solitus est ab illis nuncupari.

(3) BACCALARII, seu BACCALAVREI in Academiis, apud Nicolaum de Clemengis lib. de Studio Theolog. et aliis, qui *Bachellarii*, Nic. Trivetto in Chr. an. 1272. *Bachalarii* Walsinghamo pag. 51 et *Baculurii*, pag. 309 qui in eo gradu sunt, vt ad Doctoratum aspirare possint, quemadmodum *Baccalarii* militares adolescentes, qui ad *Baneretorum* gradum perinde aspirant. Nam inde *Baccalaureos* Academicos dictos fere constat. Sacra autem Theologiae Parisiensis Facultas, vt observat alicubi Filesacus, in quatuor velut ordines distributa est, *Magistrorum*, *Licentiatiorum*, *Baccalariorum Formatorum*, *et Baccalariorum Cursorum*. Magistri iidem sunt, qui doctoris lauream consecuti sunt: de *Licentiatis* dicetur suo loco. *Baccalaurei Formati* dicuntur illi, qui expleto Theologiae cursu possunt ad superiores gradus provehi, atque inde alio nomine vocantur *Dispositi*. *Baccalarii* denique *Cursores*, sunt Theologiae Candidati primi generis, qui ad *Cursum* Theologicum explicandum admittuntur, Bibliorum nempe, postea libri Sententiarum Petri Lombardi: vnde nata illa distinctio apud maiores, Baccalariorum, vt alii *Biblici*, alii *Sententiarii* nuncupentur. Vetus Statutum Academiae Parisiensis: *Quilibet Cursor* (Baccalarius) *in Theologia inter primum Cursum et Sententias tenebitur respondere in Theologia, ad minus semel de Disputatione Tentativa sub Magistro.* Alio loco: *Nisi talis volens admisti, tempus suum probaverit per schedulas Sententiariorum, ac etiam Bibliorum*, etc. Vid. Hist. Academiae Paris. tom. 4. pag. 391. et Lambecium lib. 2. Comment. de Bibl. Caesar. pag. 128. 129. 131. 134. *Baccalariatus* vero, vel *Doctoratus*, in Academiis Anglicis gradus non obtinent, vt observat Io. Fortescutus de Laudib. Legum Angliae c. 50. BACCELLARIVS, eadem notione. Vita S. Thomae Aquinatis tom. 1. Martii pag. 663. *Vt Parisiensi Studio de sufficienti bacellario prouideret.*

(4) In ecclesia iunior canonicus professus, nondum presbyterio donatus. Vincent. Barall. t. 2. p. 151. *Cum consilio et consensu omnium Canonicorum suorum et Baccalariorum, et aliorum quam plurium vtriusque sexus.* † BAQVELARIVS, eadem notione in Necrol. eccl. B. Mariae de Medunta Ms.

(5) Eadem ratione adolescentes non coniugati, et iuuenculae nondum nuptae, *Baccalarii* et *Baccalariae* vocabantur, quod de Picardia tantum supra obseruauit Cangius; inter quos quolibet anno eligebatur vnus, quem *Baccalariorum regem* appellabant. Libert. Autiss. Ms. a 1223. *Homo qui non habuerit vxorem est bachelarius* etc.

Iam vero vnde *Baccalariorum*, cum Militarium, tum Academicorum orta vox, non vna est doctorum sententia. Cuiacius ad lib. 2. de Feud. tit. 17. a *Buccellariis* veterum, de quibus mox agemus, appellatos putat. *Baccalarios* Academicos a *Bacca laurea* dictos contendit Alciatus ad l. 57. de verbor. significat. Rhenanus a *Bacillis*, quibus donantur, dum Baccalariatus gradum consequuntur. Nec abludit Watsius, qui perinde *Baccalarios* militares a *baculo* vocatos opinatur, quod, vt ait, iuuenes Milites, postquam in equestribus decursionibus hastas fregissent, linea tantum armati, non gladiis; sed fustibus baculisque sese mutuo non surdis ictibus in torneamentis robustissime batuerent. Verum nobiles viros vel adolescentes baculis in arena decertasse nemo, opinor, nisi harum rerum prorsus ignarus, fatebitur: vnde mirum, virum eruditum huic sententiae subscripsisse lib. 2. de Comitib Prouincial. cap. 8. Neque forte eorum, qui a *Baculis*, quibus inuestiebantur feudatarii, probabilior fuerit opinio, aut Gregorii Tolosani in Syntag. et Antonii Gosselini in Hist. veterum Gallor. cap. 62. qui *a vassis* deducunt, vt *Baccellarii* dicti sint, quasi *Vassallarii*, id est, minores Vassi. Loiseus lib.

de

de Ordinib. cap. 6. n. 49. et 50. *Baccellarios* a vocibus Gallicis, *bas eſchelon* appellatos ſcripſit, quod militaris eiusmodi ordo infimus eſſet. Tametſi etymon huiusmodi neminem probaturum videatur: ſatendum tamen hactenus fere receptam fuiſſe Claudii Falceti, viri in Antiquitatibus Gallicis verſatiſſimi, ſententiam, *Baccellarios* nempe, ſeu *les Bacheliers*, appellatos quaſi *bas Chevaliers*, quod Militibus Banneretis dignitate inferioris eſſent, iisque praerogatiuam vltro cederent, adeo vt in conſeſſibus publicis, vel etiam in conuiuiorum accubitis poſt eos ſederent. Nam Baccalariis cum Banneretis ſedere ius erat, quod non licebat Scutiferis, quantumlibet natalium ſplendore conſpicuis, quod eximie docet Continuator Nangii Gallicus MS. ad an. 1378. Falceti de *Baccelariorum* nomenclatura opinionem amplexus eſt prae ceteris Andreas Fauinus: omnes vero pluribus expendit Seldenus in Tract. de Titulis honorariis 2. part. cap. 3. §. 24. Sed neſcio, an non potius *Baccellarii* originem ſuam debeant priſcis illis *Baccellariis*, de quibus egimus, qui ſcilicet *Baccellarias*, praedia ſic nuncupata, tenebant et excolebant, adeo vt cum liberae et ingenuae eſſent conditionis, Baronibus tamen longe inferioris eſſent; tametſi quae fuerit eorum omnino conditio, ex praeallatis locis vix planum et perſpicuum ſit. *De Baccellariis* Militaribus, quos *Bacelieri d'arme*, ad Academicorum diſcrimen vocat Ioannes Villaneus lib. 6. cap. 91. lib. 7. cap. 85. 102. alia quaedam attigit Cangius in Diſſert. ad Ioinvillam, in qua de *Banneretis* egit. De *Baccalariis* vero *Academicis* et eorum nomenclatura diſputat pariter Caeſar Egaſſius Bulaeus tom. 2. de Academia Pariſienſi pag. 679. Menagius in Dictionari etymol. linguae Gall. vbi poſt Dominum de Caſaneuve et alios contendit, vocem *Baccalarii* a baculo fuiſſe deriuatam.

BACCALE. (1) Pro *Bancale*, tapes quo *Banças* ſeu ſcamnum tegitur. Hiſtoria Mediani Monaſterii p. 242. *V. dorſalia de lana - - Baccalia IV. grandiuſcula et minuſcula tapetia XI.* (2) Pro *Bacile*, peluis, V. *Bacale* et *Becca* 2.

BACCALO, V. *Bacapulus*.

† BACCALVS, in quo mortui feruntur. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613. V. *Bacapulus*.

BACCANATVS, fuſor. Vetus Gloſſ. MS. San-Germ. n. 501.

BACCAPVLVS, *in quo mortui efferuntur*. Idem Gloſſ. San-German. n. 501. V. *Bacapulus*.

† BACCARIS, *quae faſcinum tollit, quae galgago dicitur*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613. *Baccar, herba eſt, quae faſcinum depellit*, apud Seruium. V. Lex. Mart. in h. v.

† BACCARIVM, *vas aquarum*. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7641. V. *Becca* 2.

BACCARIVS, vaccarius. Charta Longobardica an. 774. apud Vghellum in Archiep. Beneuent. *Item et in eodem Gaſtaldato conceſſimus baccarios: hi ſunt Grauſo cum vxore et filiis*, etc. V. *Baca*.

BACCATVS, V. *Bacchatus*.

BACCAVLVM, *feretrum in quo mortui efferuntur, et dicitur à Bacca*. Sic Gloſſar. MS. Montis S. Eligii Arrebat. Miracula S. Withuni t. 1. Iulii p. 331. *Baccaulo imponerent atque ad ſancti praeſulis corpuſculum deferrent*. V. *Bacapulus*.

BACCEA, vas aquarium. V. *Bacciuum* in *Bacca* 2.

BACCELARIA, BACCELARIVS, BACCELERIA, V. *Baccalaria*.

BACCELLARIVS, V. *Baccalarius* 3.

BACCELLERIA, ordo ipſe *Baccelariorum*, V. *Baccalarius* 2.

BACCEVS, idem forte quod *Becca* (2). Hiſt. Mediani Monaſterii pag. 243. *Albae quinquaginta, ſuccentae de ſerico duae, tertiaque de auro, baccei quatuor, cingula ſerica duodecim.* † Niſi legendum *balsheus*.

BACCHA, Belgis *Bâke*, Specula, pharus, ſignum, vel vas littorale, pro nocturno nauium acceſſu. Gualterus in Vita S. Caroli Com. Flandr. n. 20. V. *Beccenagium*.

BACCHALARIA, V. *Baccalaria*.

BAC

BACCHALARIARI, Baccalaurei ordine donari in Academiis, apud Robertum Goulet in Compendio jurium et conſuetud. Vniuerſitatis Pariſ. fol. 4. V. *Baccalariare.*

BACCHALARIATVS, V. *Baccalariatus.*

BACCHALARIVS, V. *Baccalarius.*

BACCHANIA, *furor*, Papiae. V. *Bachania.*

BACCHARIVM, V. *Bacca* 2.

BACCHATVS. (1) GEMMIS BACCHATVS, vnionibus ornatus. Nicolaus Specialis de Rebus Siculis l. 6. cap. 14. apud Muratori to. 10. col. 1045. *) BACCATVM, *margaritatum*, in Gloſſ. Iſid. BACCATVM *caſteinit* (geſteinet) in Gl. Rabani. V. *Baca* 2. (2) † Amens, vltra modum accenſus. Ch. Mſ. a. 1351. *Eius amoris flamma bacchatus.*

BACCHINON, BACCHINVS, V. *Bacca* 2.

BACCHO, V. *Baco.*

BACCHOAICHA, BACCHONICA, V. *Bacca* 2.

† BACCILATER, *vinum*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646.

BACCILE, V. *Bacca* 2.

† BACCILOTVS, peluis. Inuent. Mſ. theſ. Sedis apoſt. a. 1295. V. *Bacca* 2.

BACCINAE PELLES, apud Chrodegangum in Regula Canonicorum Metenſium cap. 29. vbi Editio Acheriana habet *vacinas.* Vide *Baca* et *Bacca* 2.

BACCINIVM, V. *Bacca* 2.

BACCINVM, V. ibidem.

† BACCINVS. (1) Vrceus, vel peluis. Ch. an. 972. in Append. de Marc. Hiſp. p. 901. V. *Bacca* 2. (2) BACCINVS, BACILIS, menſurae aridorum ſeu granorum ſpecies. Ch. a. 1270. inter not. in diſſert. 6. Garamp. ad Hiſt. B. Chiarae p. 199. *Baccinos currentes ad baccinum epiſcopatus, qui dicitur Strozaprete.* Alia a. 1276. ibid. *Ad tres quartengos grani ad antiquum, et ad vnum bacilem et dimidium.* Vide *Concha* 3.

BACCO, V. *Baco.*

BACCONES. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Ruſtici, baccones, agricolae, coloni.* Papias: *Baccunnus, ruſticus, ſtultus.* Sic etiam in Vet. Gloſſ. Sangerman.

BACCVE, *clamore.* Papias.

BACCVNNVS, V. *Baccones.*

BACCVS, BACVS, Gall. *Bac*, nauigii latioris ſpecies in fluuiis, quorum etiam vſus eſt ad transuehendos equos et currus. Charta Roberti Comitis Mellenti in Tabul. Fiſcanenſi fol. 10. *Confirmaui - - liberum tranſitum nauibus ſuis et baccis, quidquid ferant de ſuo proprio.* V. *Bacca.*

BACELLVS. (1) Baculus, bacillus. Gloſſ. Lat. Graec. *βακλίον, bacillum*; *βακτηρίδιον, bacillum.* Vide S. Hieron. in Regula S. Pachomii cap. 81. et Gregorium Turon. lib. 2. de Mirac. cap. 22. (2) Scaphula, diminut. a *Baccus.* Hiſt. Mſ. Beccenſ. Monaſt. p. 520. (3) † Diminut. a *baſtum* vt videtur, clitella, ſagma, vel jumentum ſagmarium. Reg. S. Iuſti ex Cam. Comput. Pariſ. *Item quilibet bacellus ad clanos, qui frequentat foreſtam, debet 11. Sol. per annum.*

BACENVS, V. *Bacio.*

BACERVS, *barefactus.* Gloſſ. Iſid. Excerpta ſcribunt, *Arefactus.* Caſpar. Barthius ſcribendum cenſet, deleto *Baceruus: Baro, fatuus.*

BACETA, menſura olei, apud Italos. Statuta Veronenſia lib. 3 cap. 83. *Vbi dicit vnum minale, intelligatur, quod idem juris ſit in vna baceta olei.* V. *Baccus.*

BACRA, nauigii pars. Informationes ciuitatis Maſſil. de Paſſagio transmarino ex Cod. MS. Sangerman. *Item aperient pro bacha* XXVI. *palmos.* Cymbam eſſe, quam Galli *Bachot* vocant, credendum eſſet, niſi de menſuris lignorum, quae ad nauem pertinent hic ageretur. *) Germanis inferioribus et Belgis Back eſt prorae pars interior, forte ab Angl. *Beac* et Gall. *Bec*, roſtra. V. etiam *Bacca.*

BACHALARIARE, V. *Baccalariare.*

BACHALARIVS, V. *Baccalarius.*

BACHANALITER, *furioſe* in Vocab. comp.

BACHANIA, *furor*, Ioanni de Ianua: *Debachatio*, inſania. Baldricus l. 2.

Chron. Camerac. cap. 5. Vbi Papias rectius *Bacchania* habet.

BACHARDVS. (1) De Bachardorum ſecta, circa an. 1204. Hermannus de Lerbeke in Chron. Comit. Schawenburg. p. 26. *Huius Brunonis tempore, quidam fuit de ſecta bachardorum, Deo et hominibus deteſtabilis, Bachardus nomine, ſpeciem gerens magnae ſanctitatis, ſed plenus malitia homo* etc. V. *Beghardus*. (2) Petrus de Dusburg in Chronico Pruſſiae cap. 277. *Hic quodam tempore dum in infirmitate grani laboraret, vidit vnum Iudaeum et alium Chriſtianum in habitu Bachardorum, vnum à dextris ſuis, alium a ſiniſtris, ſtantes et diſputantes de articulis fidei etc.* Qua voce Baccalaureos, ſeu Militares, ſeu Academicos intelligi putat editor.

BACHARVS. Gloſſ. Anglo-Sax. Aelfrici: *Bacharus, mereſwyn*, id eſt, maximus porcus. Somnerus vocem Saxonicam, balaenam, porcum marinum, *a whale* vertit.

† BACHASSIVM, aquarium, aquae receptaculum. Ch. Mſ. an. 1502. V. *Bacia*.

BACHATVS, V. *Bacchatus*.

BACHELLARIVS, V. *Baccalarius* 2.

BACHIA, V. *Bacca* 2.

† BACHILE. (1) *Peluis*, in vet. Gloſſar. Argent. (2) *Arabice, Faba*. Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. Cod. reg. 6959.

BACHINAGIVM, V. *Bacinagium*.

BACHINAL, *torcular, preſſorium, et dicitur à Bachus*. Ioan. de Ianua.

BACHINATOR, († vigil, ſpeculator, ſic dictus quod pelui, quam *bachinum* vocabant, percuſſa, ſignum dat.) Statutum Edwardi Regis Angl. pro officio Seneſcalli Vaſconiae, in Regeſto Conſtabulariae Burdegal. fol. 80. *Item ordinatum eſt, quod ſit vnus bachinator ad ſuperuidenda omnia caſtra et fortalitia Regis in toto Ducatu, et ad ea emendare facienda, quando neceſſe fuerit.* Vocis notionem prodit Chronicon MS Bertrandi Gueſclini:

Yauoit vne Gaite toute jour ajournée.
Qui ſonnoit vn bacin, quant la pierre eſt leuée.

BACHINON, BACHINVM, V. *Bacco* 3.

BACHINVS, V. ibid.

BACHIO, *nis, quoddam genus ſupellectilis*, Vgutioni.

† BACHIRECHVS, forte innuptus, niſi ſit nomen religionis vel loci. Acta Mſ. notarii Senenſ. an. 1283. *Item* (relinquo) *censum ſolidos dominabus Bachirechis.* V *Baccalarius* 5.

† BACHIVM, nauigii latioris ſpecies, transuehendis equis et curribus apti, Gall. *Bac*. Ch. Niuelon. Epiſc. Sueſſ. Mſ. a. 1184.

† BACHOLATA, quantum vaſe, Gallis *Bachole* vel *Bachoe* dicto, contineri poteſt, ſporta pice illita. Ch. Mſ. a. 1305. *Vnam bacholatam racemorum non preſſorum.*

† BACHVS, cupa, labrum, Gall. *Bacquet*. Ch. Mſ. a. 1303. V. *Bacuum* et *Bacca*.

BACIA, *Baſſia*, latrina, Gallis, *Baſſe-Chambre*, camera inferior. Hiſpanis *baxa*, eſt imus, infimus. Libertates conceſſae Barcinonenſibus a Petro Rege Aragonum an. 1283. MS. In lemmate capitis ſcribitur *Baſſia*. V. *Baxia*.

BACIBALLVM. Fragmentum Petronii de Coena Trimalcionis: *Nouerratis Meliſſam Tarentinam, pul herrimum bacibalum*. Galli dicerent, *vn beau bijou*. V. *Baubella*.

BACIFOLLVM. Tabulae. S. Flori in Aruernis: *Medietatem molendinorum, bacifollorum, graneriarum, pratorum, alueorum*, etc. Occurrit ibi pluries. Forte molendinum ventarium, ſic dictum quod extructum ſit in modum *Batifollorum*, ſeu turrium lignearum. † Rectius intelligi videtur de molendino, quo tunduntur panni, Germ. Walkmühle, idem proinde quod *Batatorium*. V. in hac voce et in *Batifollum*.

BACIGNA, peluis, Gall. *Baſſin*. Memorabilia Humberti Pilati an. 1343. ex Aduerſariis Cl. D. Lancelot.

BACIGNETVS. (1) † Diminut. a *Bacinus*, peluis, V. in *Bacca* 2. Acta capit. eccl. Lugdun. Mſ. (2) Idem quod infra *Bacinetum* Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 326

BACILE, peluis, in Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 277. in veteri Diſcipl. Monaſt.

Monaſt. p. 102. 115. 249. 394. et ſuperius in *Bacca* 2.

† BACILETTA, vt *Bacignetus* 1. apud Murat. t. 16. Script. Ital. p. 811.

BACILIS, BACILIVM, V. *Bacca* 2.

BACILLA, BACILLE, idem, in Actis SS. Aprilis tom. 1. pag. 774. V. *Bacca* 2.

BACILLETVM, eadem notione qua mox *Bacinetum*, in Hiſt. Dalphin. to. 2. p. 275.

BACILLVM, vel BACILLVS, lampas in modum *bacini*, apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. in Gloſſario: *Tres cerei nocte et die in bacillis argenteis continue ardentes.*

BACINA, V. *Bacca* 2.

BACINAGIVM, BACHINAGIVM, tributum ſalinarum, ex *baciniis* ſalinariis, vel quantum ſalis *bacinus* continere poteſt. (Germani dicerent Pfannengeld, ſeu Pfannenzins.) Tabular. Epiſcopat. Ambian. a. 1265.

BACINETVM, BACINETVS, BASINETVM, caſſis, galea in modum *bacini* de qua voce ſupra egimus in *Bacca*, confecta, leuior *helmo*; Gallis, *Bacinet*, Germ. Bickelhaube. Statuta ſecunda Roberti I. Scotiae Regis cap. 27. *Habeat pro corpore ſuo in defenſione regni vnum ſufficientem auctorem, vnum baſinetum, et chirotheca de guerra.*

† BACINETVS, idem. Inuentar. Mſ. caſtri Carcaſſ. a. 1294.

† BACINNVS, peluis. Comput. Mſ. a. 1237. V. *Bacca* 2.

† BACINVM, campana, qua monachi cientur ad refectorium, quaeque appenditur in clauſtro. Acta capitul. eccl. Caſtel. a. 1288. in Garamp. Diſſert. 6. ad Hiſt. b. Chiarae pag. 198. V. *Cymbalum* et *Bacca* 2.

BACINVS, V. *Bacca* 2.

BACIVM, V. *Bacca* 2.

† BACIO, BACENVS, idem quod *Bacius*, vrſatus nummus Bernenſis, primum in Heluetia, deinde etiam in Germania cuſus, Germ. ein Baczen; quinta decima pars floreni. *) Etymon vocis quidam deducunt a Germ. voce Bäz, vrſus, quia haec moneta vrſi figura erat inſignita, alii ab obſol. batten, cudere, alii denique ab Ital. *Pezzo*, Gall. *Piece*, ein Stück. Cambris *Bath*, teſte Wachtero, quaecumque eſt moneta.

BACIVS, monetae genus. Res Moguntiacae a Georgio Chriſtano edit. 1722. p. 19. col. 2. de deſtructionibus Moguntiae. V. *Bacio*.

BACKBERYNDE, V. *Bacberend*.

BACLE, *ὑποδήματα γυναικῶν ἐμφανιστά*, i. e. *Calcei quibus mulieres vtebantur in ſcena.* Vetus Gloſſ. Lat. Graec. V. *Bache*.

BACO, BACCO, BACHO, etc. ex Gallico et Anglico *Bacon*, qua voce promiſcue donantur porcus ſaginatus, vſtulatus et ſalitus, et petaſo aut perna. Will. Brito in Vocabul. MS. *Petaſo dicitur perna porcina*, *Bacon*, *Gallice*. Capitulare 2. a. 813. c. 10. *Farinam*, *vinum*, *baccones*, etc. Vetus MS Corbeienſe, cui titul. de *Menſa Abbatis: Habet idem famulus de porco vslato, qui dicitur bacons, tres iuncturas verſus teſtam, ſimiliter tres verſus caudam. De porco qui dicitur Eſcaudeis, habet totum mamillarium a gutture per ventrem vsque ad caudam.* Chrodegangus in Regula Canonicor. Metenſium cap. vlt. *De lardo baccones accipiat ſexaginta* etc. Vetus Charta apud Malbrancum I. 2. de Morinis c. 46. *Vt quicumque Aduocatus fuerit ad regalem expeditionem iturus, vnum baconem, et vnam penſam caſeorum - - accipias.* Vbi Malbrancus *Baconem* nummum eſſe argenteum perperam putauit, vt eodem l. c. 16. *Pain de Munition* vertit. V. etiam *Baffa*. *) Plerique vocem hanc deducunt a Germ. Bach, porcus ſilueſtris, aut ab obſol. Bach, tergum. Sed potius ad familiam vocis backen, torrere, frigere, pertinere videtur. Thuringis Gänſebake eſt anſer fumo torrefactus, et in Ch. Gall. a. 1350. apud Carpentarium *Morue baconnée*, aſellus ſalitus et exſiccatus.

BACONA, eadem notione, in Chartulario Camalarienſi dioec. Anicien. *Ad verenas eſt vnus maſus qui reddit pro meyſſos quartum et recetum, et in Kal. dimidium baconae.*

BACONVS, idem, in Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 98. col. 1. et infra in voce *Baſſa*.

BACTEA, inter pocula recenſetur a Papia in voce *Vaſa*. Legendum forte *bachia*, quae vox alibi apud eumdem occurrit. Locum vide in *Bacca* 2.

† BACTENDERIVM, molendinum vbi panni tunduntur, Germ. Walkmühle, idem quod *Batatorium*. Ch. Mſ. a. 1394.

BACTERIS, *baculus*. Papias MS.

BACTERIVS, *βακτηρια*, *βάκτηριον*, *βάκτρον*, *baculus*, ſcipio. S. Audoënus in Vita S. Eligii 2. pag. 23. Cap. 61. Vita SS. Iulii et Iuliani apud Mombritium c. 3.

† BACTISTERIVM, flagellatio, verberatio. Stat. a. 1337. ap. Garamp. in Ind. ad Hiſt. B. Ghiarae p. 500. V. *Battimentum*.

BACTITOR AVRI, malleator, bractearius, Gall. *Batteur d'or*, in Actis SS. Aprilis to. 3. p. 514.

BACTRACITE, *lapis ſciſſibilis*. Papias MS. † Legendum *Batrachites*, *βατραχιτης*, lapis, ranae (*βατραχου*, ſimilis colore, vt ait Plin. l. 37. c. 10.

BACTROPERATAE, VACTROPERITI: ita Philoſophi appellati quod baculum et peram ferrent, ex Graec. *βάκτρον*, *baculus* et *πήρα*, *pera*, *ſaccus*. S. Hieronymus in cap. 19. Matthaei: *Ex hoc praecepto arguit Philoſophos, qui vulgo appellantur bactroperatae, quod contemptores ſaeculi et omnia pro nihilo ducentes, cellarium ſuum vehebant*. Vbi leg. *bactroperetae*. Sed per *perum* videtur intelleciſſe Hieronymus vtres vinarios, quos ſecum ferebant peregrini; cuius locum reſpexit indubie Papias, dum dixit, *Bactroperitas eſſe qui portant vinum in vtribus*: ſic enim habet MS. Codex, vbi editus *vinum vtris*. Canones S. Patricii Hibern. cap. 17. *Monachi ſunt, qui ſolitarii ſine terrenis opibus habitant ſub poteſtate Epiſcopi vel Abbatis: non ſunt autem Monachi, ſed Vactroperiti, hoc eſt, contemptores ſolliciti ad vitam perfectam in aetate perfecta*. Scribit Brocardus in Edit. Veneta 2519. part. 2. cap. 2. Armenios ſuo tempore Monachos appellaſſe *Vatropetas*: voce, vt videtur, contracta ex *Bactroperatae*.

BACTVLVM, *κόπανον*. Vetus Gloſſar. Lat. Graec. *id eſt, Piſtillum ſeu mortarium, id in quo aliquid contunditur*. Supplem. vero Antiquarii: *Bactulum, κυπελλόν, baculus*.

BACVCEI, homines certo quodam daemonum genere correpti, vel potius daemones ipſi, dicuntur Caſſiano Collat. 7. cap. 32.

BACVLA, ſcaphula, in Encom. Emmae reg. Anglor. l. 2. p. 168. V. *Baccus*.

BACVLARE, baculo caedere. Speculum Saxon. l. 1. art. 68. §. 1. *Qui alium baculauerit, ita quod loca ſumeſcant laeſa*, etc. Lib. 3. art. 37. *Qui alium ſine vulnere percuſſerit, aut baculauerit*, etc. Matth. Paris an. 1251. *Et quia noluit eorum commentis obſecundare, baculatus eſt graviſſime*. Vtitur praeterea an. 1188. etc. 1253. pag. 108. et 573.

BACVLARIS, V. *Baccalarius* 2.

BACVLARIVS. (1) Apparitor *ſeruiens*, bedellus, qui *baculum* manu geſtat inſignum ſuae functionis, Gall. *Sergent*. Conſtitutiones Petri Epiſcopi Ruthenenſis Legati Apoſtolici in Regno Cypri an. 1312. cap. 42. *Item quod bacularii noſtri, et etiam Eccleſiae, omnes illos, qui contra dictas Conſtitutiones facerent, vel aliquam praedictarum, ex tunc aperte poteſtatem habeant citandi eos perſonaliter coram nobis* etc. V. *Virgarius*. (2) Saepe pro *Baccalarius* Academicus legitur apud Rymer. to. 12. Sic pag. 708. V. *Baccalarius*. (3) † Qui epiſcopo vel abbati eſt a *baculo* ſeu pedo, Stabträger. Acta SS. t. 2. Aug. p. 688.

BACVLOSVS ECCLESIASTICVS, in Praefatione legum Hoëli Boni Regis Walliae, dicitur Epiſcopus aut Abbas, qui baculo paſtorali inſignitur.

BACVLOTENTIM, bacculo innitendo. Gonzo Abbas in Miracul. S. Gengulphi num. 4. *E ſtratu ſeſe corripuit*,

corripuit, baculotentim asinum ascensurus adiit, super quem se leuari petiit.

BACVLVS. (1) BACVLVS PASTORALIS, pedum, *cambuta*, Episcoporum et Abbatum. Carolus Calv. ad Nicolaum PP. de causa Ebonis: *Omnesque Suffraganei, qui eo absente ordinandi fuerant, annulos et baculos, et suae confirmationis scripta, more Gallicarum Ecclesiarum ab eo* (Archiepiscopo) *acceperunt.* Gervasius Dorobernensis an. 1183. BACVLVS EPISCOPALIS, apud Lambert. Schaffnab. an. 1071. Petr. Damian. lib 2. Epist. 2. Vita S. Burchardi Episcopi Wirtziburgensis c. 1. *Baculos Pastorales* habere Abbates, iisque inuestiri solitos, palam est. Ordericus Vital. lib. 8. *Per baculum pastoralem, vt eo tempore moris erat, Coenobii curam - - commisit. Baculi et annuli controuersia, inter Regnum et Sacerdotium,* seu de inuestituris Ecclesiarum, apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25. BACVLVS CHORALIS, quem defert Abbas in Choro, seu cambuta, in Vitis Abbatum S. Albani pag. 92. et tom. 2. Concilior. Angliae, de modo constituendi Abbatis exempti, sub an. 1235. cap. vlt. BACVLVS NOTITIAE, V. in *Budlasia.* BACVLI POENITENTIVM, quibus, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 77. eorum *peregrinatio* innuitur; *quia se a regno Dei alienant:* vnde cum Ecclesiae reconciliabantur, eos deponebant. Ordo Romanus. BACVLI CANTORVM, quos ii in Ecclesia deferebant. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 24. Adde c. 74. Hinc forte manauit, vt *Cantores et Praecentores* in Ecclesiis, dum sacrum peragitur officium, baculos argenteos teneant. BACVLVS PEREGRINATIONIS, V. *Bactroperetae* et *Burdo.* BACVLVS IESV, summae apud Hibernos venerationis, per quem vulgari opinione sanctus Patricius venenosos ab insula vermes eiecit. V. Siluestrum Giraldum in Topog. Hibern. dist. 3. c. 34. et l. 2. de Hibern. expugn. cap. 18. † BACVLVS PRAEPOSITVRAE, praepositi officium et eiusdem officii emolumentum. Ch. Ms. a. 1350. in Bibl Reg. † BACVLVS CONFRATRIAE, vexillum in quo Patronus piae alicuius Societatis depictus est, vel fustis quo illius imago defertur. Ch. Ms. a. 1353. in Bibl. reg. V. *Baderius.* † BACVLVS PASTORIS, virga, seu jus exscindendi virgas, quae pastori vel bubulco necessariae sunt. Ch. a. 1205. Ms. *Concessit - - baculum pastoris de omni arbore, excepta quercu.* BACVLI REGII *in signum saluae gardiae appositi,* in Aresto Parlam. Paris. 2. Ian. an. 1321. et in Praecepto Philippi V. Franc. Regis to. 1. Ordinat. Regum Franc. pag. 670. et seq. V *Brandones.*

(2) Non tam sceptrum, quam *virga*, Regum, regiminis insigne; quomodo Graeci *βακτηρίαν*, quandoque vsurpant, quam *τῆς ἀρχῆς* fuisse symbolum, extrema Graecia, tradit Pachymeres lib 4. cap. 29. et *δικανικὴν* appellatione, in Magistratibus, non semel donat Codinus de Offic. aulae Constantinopolitanae. Apud Francos vero *Baculus* imperii nota fuit praecipua, adeo vt eius traditione regia dignitas designaretur. Ita enim Guntrannus Childebertum nepotem sibi succesorem declarauit, vt auctor est Gregorius Turonens. l. 7. c. 73. et ex eo Aimonius l. 3. c. 69. *Rex Guntrannus data in manu Regis Childeberti hasta, ait: Hoc est indicium, quod tibi omne regnum meum tradidi.* Ita hastam et sceptrum confundit Claudianus lib. 2. in Rufinum:

Deferat Illyricos fines, Eoa remittat
Agmina, fraternas ex aequo diuidat Hastas.
Nec sceptri tantum fueris, sed militis haeres.

Annales Francor. Bertiniani a. 849. *Hludouicus et Carolus germana caritate conuenientes, tanto amoris vinculo deuincti paruerunt, vt alter alteri baculos publice tribuendo, Regum vxores et liberos superstiti commendarent.* Hac quippe *Baculi* mutua traditione foedus inuicem sanciebant ac firmabant, quomodo Ditmarus

I. 7. p. 99. *Concambium mutuis baculis firmatum* ait. Baculi quippe traditio ſymbolum fuit inueſtiturae, quod a priſco illo Regum Francicorum ritu fortaſſe profluxit: nam per illam mutuam a Hludouico et Carolo baculi factam traditionem, vterque Regna ſua ſibi inuicem commendabant. *Baculus* autem iſte Regius *aureus* fuit, vt eſt apud Theganum de Geſtis Ludouici Pii cap. 19. et in iisdem Annalibus Bertinianis a. 876. Neque forte aliud fuit *ſceptrum Regale*, quod in lib. 1. de fundatione monaſterii S. Clementis in Piſcaria dicitur datum ab eodem Imperatore eidem monaſterio *quod geſtabat in dextra, vt illud abbas portaret in ſolennibus feſtis, in loco baculi paſtoralis.* Eiusmodi enim *baculi* regii forma fuit, vt baculi paſtoralis formam quodammodo referret, atque adeo haſtae, cum longior eſſet. Monachus Sangallenſis l. 1. de Geſt. Caroli M. c. 19 de quodam Epiſcopo: *In tantum progreſſus eſt proteruiam, vt virgam auream incomparabilis Caroli, quam ad ſtatum fieri juſſit, feriatis diebus vice baculi ferendam pro Epiſcopali ferula impronidus ambiret.* Quo loco Carolus *ſceptrum* virgam eamdem vocat. Ex quibus patet, promiſcue virgam et ſceptrum appellari, quod *baculus* longior fuit, et ſtaturae Principis par; quomodo non ab Antoninis duntaxat Caeſaribus, et Ottone III. Imp. geſtatos baculos, obſeruat Marquardus Freherus; ſed et a Regibus Galliae tertiae ſtirpis praelatos, teſtantur praeter Scriptores, eorum nummi aurei, in quibus et *ſceptrum et virgam* geſtant. Aliud tamen fuit ſceptrum a baculo; quippe in Ordine ad coronandum Regem edito a Menardo, non modo ſceptrum Regi porrigitur, ſed et virga, quae quidem *baculus* appellatur in Cod. MS. Senonenſis Eccleſiae, in quo idem Ordo deſcribitur, non iisdem licet omnino verbis. *Ad baculum dandum: Accipe baculum, ſacri regiminis ſignum, vt imbecilles conſolides, titubantes confirmes, pranos corrigas, rectos dirigas in viam ſalutis aeternae.* Sceptrum vero *virgam* appellat: *Accipe ſceptrum Regiae poteſtatis inſigne, virgam ſcilicet rectam regni, virgam virtutis, qua te ipſum bene regas etc.*

(3) BACVLVS PLVMMATVS, an ſcopula plumea, Gall. *Balay de plumes?* Chartularium S. Cornelii Compendienſis: *Haec ſunt nomina menſilia de Ruminiaco - - Et 19. culcitrae bonae et 14. puluinaria tam bona quam parua, duo baculi plummati.* † Annon potius puluinaris ſpecies, quod Galli *Rondin* dicunt, a forma rotunda et longiore?

(4) † Aſpergillum. Teſtam. an. 1370. Mſ. Ch. a. 1425. Mſ. in Biblioth. reg.

BACVNNVS, V. *Baccones.*

BACVS. (1) Vermis, Italis *Baco*, vel *Bago*. Occurrit in Actis SS. t. 3. Martii p. 602. (2) Menſurae frumentariae ſpecies. Tabular. Montiſmorilionis in Pictonibus fol. 64. *Baci frumenti, quos vulgo boiſtellos vocamus.* (3) † Nauigii ſpecies. Ch. Mſ. Phil. Aug. a. 1216. in Bibl. reg. V. *Baccus.*

† BACVT, vel BATVT, forte molendinum, vbi tunduntur panni, i. q. *Batatorium.* Ch. Phil. Pulcri an. 1309. in Bibl. reg. *Cum orto, platea, et curtili et cum bacut dictis hoſpitio et aedificiis contiguis.* V. *Batenderium.*

BACVVM, cadus minor, Gall. *Baquet.* Capitulum Gener. S. Victoris Maſſil. an. 1531. *Eleemoſinarius teneatur prouidere de mappis, ſalnetis et veſibus ſeu bacuis ad lauandum pedes pauperum.*

BACYNIS, peluis, Gall. *Baſſin*, Germ. Becken. Formulare Anglicanum pag. 427. in Teſtamento Iohannis de Neuill. an. 1386.

BADA. (1) (*) Tributum, collecta publica, praeſtatio publica, annuus cenſus ex frumento et aliis, *procuria;* a German. Bete, Beede, eadem notione, quia hae praeſtationes olim blande et per rogationes et ſuaſiones exigebantur.) Charta Amelii Epiſcopi Toloſani anno IIII. in Tabul. Abbat. Conchenſis in Ruthenis num. I. *Omnis cenſus, et omnis fiducine et omnis reditus, et bodee macelle.*

macellorum et ſalis, et omnes donationes ſint Monachis, etc. V. *Vada* (2) († Vigiliae, excubiae; item et ipſe vigil, ſpeculator. V. *Wactae.*) Statuta Arelat. MS. art. 146. *Commune habeat in dicto caſtro tres guachas, et vnum fornerium, et vnum fornelerium, et vnum porterium, et vnum badam, et ſeptem alios ſeruientes ciues Arelatis et non extraneos.* † Ch. a. 1203. in Bibl. reg. *Non tenebamini ad gachas, vel ad badas, vel ad taillias* etc. Alia a. 1362. *Cuſtos ſine bada ſtatus in pignaculo eccleſiae etc.* Adde Probat. Hiſt. Nem. t. 2. p. 159. et 163. *) Quid ſi a Germ. infer. **Bade**, ſuper. **Bothe**, nuncius?

BADACGIVM, V. *Badatgium.*

BADALATIVS, ex Ital. *Badalucco*, velitatio, certamen, qua voce vtitur Ioannes Villaneus hac notione l. 7. cap. 6. 12. 68. lib. 18. 55. Hiſtoria Obſidionis Iadrenſis lib. 1. cap. 24. *Scaramutias ſeu badalatios* (melius *Badalucios*) *conficiebant.* Hinc BADALVCCARE, eidem Villaneo l. 8. cap. 76. lib. 9. cap. 51. 322. pro *velitare*, ſchermuzieren.

† BADALLVM, lignum in os infertum, Hiſp. *Badal*, Gall. *Baillon*, Germ. **Knebel**. Ch. Mſ. a. 1379. V. *Badals.*

† BADALOL, eadem notione, in Ch. Mſ. a. 1313.

† BADALS, oſcitatio, Gall. *Baillement.* Mirac. Mſ. Vrbani PP. V. *Et tractus ſiue Badal fecit.* V. mox

† BADALVCCVS, BADILVCVS, ab Ital. *Badalucco*, leuis pugna, Germ. **Schermützel**. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 719. BADALVCHVS, ibid. t. 19. p. 765. V. *Badalarius.*

† BADALVCHVM, inſtrumentum quo coturnices capiuntur. Stat. ant. Florent. l. 3. c. 177. *Nullus capeat qualeas ad qualgetorem, vel ad ſcudicciuolum, vel ad badaluchum.*

*) BADANTERIVM, balneum publicum, Germ. **Badſtube**; teſte Schiltero in Gloſſar.

BADARE, *oſcitare*, in Gloſſ. Iſid. ad vocem *Hippitare*, quam vide. † Ab Ital. *Badigliare.*

† BADARELLVS, enſis ſpecies, Gallis *Badelaire.* Ch. Mſ. a. 1382. V. *Badelare.*

† BADARENSIS, pro *Bandarenſis*, apud Murat. t. 21. Script. Ital. p. 79.

† BADARNA, caldaria in qua ſal conficitur, in Ch. a. 1269. inter Probat. vlt. Hiſt. Trenorch. p. 215. Pro *Baderna*, vt legitur in alia a. 1264. ibid. p. 216. V. *Badlerna.*

† BADATGIVM, tributum, quod ratione boum pendebatur, ſeu pro pari boum aratorum, vel pro aratro, i. q. *Bouagium.* Ch. Mſ. Henr. Epiſc. Claromont. an. 1392. in Bibl. reg. *Petebamus nobis ſolui, quoddam tributum, appellatum Badatge, videlicet per quemlibet habitantium praedictorum tenentium boues arabiles - - vnum quartonem bladi - - In dicta villa jus commune, - - ſaluis tamen - - noſtris omnibus aliis juribus, tam pedatgii, mudatgii, badatgii et aliorum redituum.* Vbi littera *t* additur ex dictione Aruernica *Badacgium* edidit Secouſſe t. 8. Ordinat. reg. Franc. p. 199. et 206. *) V. etiam *Bada* 1.

† BADELARE, BADELARIS, enſis breuis ſpecies, Gall. olim *Badelaire*, *Baudelaire*, et *Bazelaire*, nunc *Cutelas.* Ch. Mſ. a. 1354. *Quendam gladium ſeu badelare.* Alia a. 1355. *Cultellos ſuos badelares - - euaginauerunt.* V. *Badarellus*, *Baſalardus* et *Bazalardus.*

BADELLARIA, officium apparitoris, Gall. *Bedeau.* Hoc officium vt et alia non magis illuſtria in emphyteuſim interdum data fuiſſe, ſatis probat Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 98. col. 2.

† BADELLVS, pro *bedellus*, apparitor, ſeruiens, ſaepe occurrit.

† BADERIA, diſtrictus et officium *Baderii*, ſeu apparitoris, vel fructuum cuſtodis. Ch. a. 1192. in Chartul. Cluniac.

† BADERIVS. (1) Apparitor, i. q. *Bedellus*; item fructuum et meſſium cuſtos. Ordinat. reg. Franc. t. 8. p. 110. Ch. Mſ. a. 1308. in Bibl. reg. (2) BADERIVS FESTIVALIS, vexillum in quo patronus, piae alicuius ſocietatis depictus eſt, i. q. *Baculus Confraſtriae.* Ch. Mſ. a. 1323.

BADERNA, V. *Badarna* et *Bagerna*.

† BADIERNA, caldaria, in qua ſal conficitur, Germ. Pfanne. Ch. Mſ. a. 1177. V. *Badarna* et *Bagerna*.

BADILE, *ligo*, vox Italica. In Statutis Mediolan. 1. part. c. 251. part. 2. c. 291. V. *Zapa* 2.

† BADILLVS, vt *Badile*, in Stat. Crimin. Cumanae c. 138.

BADILVCVS, V. *Badaluccus*.

BADINEVS, lanceae genus, vt videtur; vbi enim arma, de quibus hic, enumerantur, lanceae, loco *Badinei* occurrit mentio. Ch. an. 1377. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Stephanus Abbas dedit Monaſterio pro arneſio, pro defenſione et tuitione, videlicet baliſtas, viratones, pauefia, badineos*, etc.

BADITIS, Gallis veteribus, herba, quae Graecis νυμφαία, Latinis *Claua Herculis*. Marcell. Empir. c. 33.

BADIVOLA, V. *Bajulona*.

BADIVS, V. *Vagus*.

BADLIA, conſenſus, laudamentum. Ch. pro Monaſt. Gellonenſi apud Stephanot. part. 2. Antiquit. Benedict. Occitan. pag. 334.

BADVS. († Amphorae ſpecies, vel peluis, vt videtur, ſi mendum non eſt. V. *Batus* 1.) Murator. to. 2. Scriptor. Ital. pag. 369. col. 1. in Chronicis Caſinenſibus ab Anaſtaſio Seniore: *Scutellam argenteam, et ſcattones tres, garales duos, badum aureum vnum, equos tres* etc.

BAELMONDEN, V. *Ballomer*.

BAEN, vel BAHEN, *eſt lamina auri ab aure ad aurem, qua familiares Regum vtebantur. Ornamentum colli ex auro et gemmis, quod alio nomine torques poteſt dici.* Ita Gloſſae Mid. Ioannes de Ianua, et Mamotrectus: *Bahen: ornamentum eſt colli, ex annulis aureis confectum: Bahen enim Graece, corona Latine ſecundum Rabanum.* Lib. Macchab. c. 13. v. 37. *Coronam auream et bainem, quam miſiſtis, ſuſcepimus.* Aliae Edit. habent *Bahen*. Graeca vero βαΐνην.

BAEOL, vaſis ſpecies, vox Cambrica, in Legibus Hoëli Boni Regis Walliae cap. 15. Apud Armoticos *Beol* vel *Baeol* cum *ae* diphthongo eſt vas, quod Latini labrum vel labellum, Germani Balge dicunt. Dauies Cambro-Britannus ſcribit *Paeol, Amula*, quod idem omnino eſt ac *Baeol*. V. *Bainla*.

BAERNA, V. *Bagerna*.

BAFER, *groſſus, agreſtis*, in Breuiloquo. Papias addit, *Ferinus*.

BAFFA, BAFO, idem quod *Baco*. Papias: *Perna, vulgo Baffa dicitur*. Alio loco: *Petaſo, Baſo*. Rurſum: *Petaſunculus, perna lardi, id eſt, dimidium baſonis*. Ioan de Ianua: *Perna, baconus, vel baffa porci*. Idem: *Petaſo, perna porci, baconus, ſine baffa*. Occurrit in Statut. Veronenſ. lib. 1. cap. 35. † Partem cuiusuis rei ſignificare videtur, vnde Gallis *Baſſe*, faſciculus. V. *Baſſo*.

† BAFFICVS, vel BAFFITVS, ſpurius illegitimus, Germ. Baſtard. Teſtam Io. Chati a. 1482. in Bibl. reg. *Do - - Helioto baffico ſiue baſtardo* etc. Ch. a. 1495. inter Probat. t. 4. Hiſt. Nem. p. 61. *Exponentes infantes baffitos*.

† BAFFO, vt *Baffa*. Ch. a. 1249. inter Monum. eccl. Aquileg. c. 74. *Quando interficiuntur porci pernarum, et onus baffonum* etc.

BAFFOR, pro *Boſporus*, vel *Boſphorus*. Nicol. Triuettus in Chron. an. 1190. *Tranſito Baffore, ſeu brachio S. Georgii, tranſiit in Armeniam*.

† BAFICIVM, menſura frumentaria, i. q. *Raſcius*; niſi ita legendum ſit. Ch. Mſ. a. 1277. *Duo milia - - baſicia tritici*.

BAFIVM, V. *Baphium*.

BAFO, V. *Baffa* et *Baffo*.

BAFVMARIA, templum Mahumero dicatum, quod aliis *Machumaria* dicitur. Raimundus de Agiles: *In Eccleſiis autem magnis Bafumarias faciebant*. Alibi: *Habebat et monticulum - - vbi duae erant Bafumariae, et quaedam ſepulcrorum caſalia*. Charta an. 1109. apud Vghellum in Archiep. Genuenſib. *Tertiam partem Tripolis ab vno mari vſque ad aliud, pront Regis Bafumaria determinat*. Sed leg. *Bafumaria*. Qui porro aliis *Mahumet* eidem Raimundo *Bahumet* appellatur. V. *Mahum*.

BAGA. (1) Arca, Gallis *Coffre*; vnde vox *Bague*, et *Bagage*. Ch. Decani Eccleſiae Leichefeldenſis in Monaſtico Anglic. tom. 3. pag. 237. *Ducentas marças pecuniae in quadam baga de Walhey, in quadam ciſta nominata ciſta gratiae - - duximus reponendas.* Infra: *Mutuum huiusmodi de bonis eccleſiae communibus bagae praedictae realiter reſtituat.* Gallis vero olim *Bague* pro *Bagage* in vſu fuiſſe teſtis eſt Chronicon dictum *Scandaleuſe* Edit. 1620. pag. 251. *) Schiltero in Gloſſ. p. 72. vox *baga* in locis modo laudatis non eſt ciſta, ſed *pagus*, diſtrictus. „Longe „aliud quid, verba eius ſunt, fuit „ciſta gratiae, aliud *Baga* quaedam „*de Walhey*, in qua illa ciſta fuit. „*Walhey* autem ſine dubio nomen „eſt dynaſtiae alicuius, diuiſae in „*bagas* ſiue pagos.„ (2) Saccus, ab Anglico *Bag*. Skinner. in Etymol. Angl. ad vocem *Baggage* oriri putat a *Bag*, ſaccus: *Quia*, inquit, *pleraque exercitus neceſſaria ſaccis condita circumferuntur.* Certe de ſaccis, non de thecis intelligendum, quod refert Rymer. to. 5. pag. 217. cum dicatur *Bagas ex canuace*, id eſt, ex tela cannabina factas fuiſſe, quod *arcae* ſeu *thecae* nullo modo competit. (3) Idem quod *Boia*. V. in hac voce. (4) † Gemmeus aureusue ornatus, annulus, Gall. *Bague*, Germ. veter. Baga, Bagge. Teſtam. Caroli comit. Prov. a. 1481. V. *Baca*.

BAGAGIVM, BAGGAGIVM, impedimenta, ſarcinae, Gall. *Bagage*. Hiſt. Dalphin. tom. 1. p. 63. Rymer. to. 10. pag. 206. col. 2. *Cum armaturis, bogeis, baggagiis*, etc.

† BAGARDVS, i. q. *Beghardus*, in Batauia S. p. 180. p. 1.

BAGARIO, *vrceoli genus*, in Gloſſ. Iſid. forte *Baccarium*. V. *Bacca* 2.

† BAGAROTINVS, friuolus, futilis, vanus. Inſtr. an. 1379. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 39. *Occaſiones inualidae et inhanes et exaſiones bagarotinae.*

BAGASEA, proſtibulum, ſcortum, Italis *Bagaſcia*, Hiſpanis *Bagaſſa*. Charta pro Communia Balneoli an. 1208. ex ſchedis D. Lancelot: *Si quae vilis perſona vt ſunt publicae meretrices vel bagaſeae*, etc.

BAGATINVS, BAGATTINVS, monetae ſpecies apud Italos. Regimina Paduae ad an. 1274. apud Murator. to. 8. col. 424. *Hoc anno de menſe Februarii fuit inuentum in clauſura Domus Dei per fratrem Rolandum tantum aurum in meaglis quod valuit circa XVII. millia librarum Bagatinorum.* Gloſſarium vero Italicum ad hanc vocem: *Bagattino, moneta imaginaria, che vale il quarto d'un quattrino, e ſi chiama anco un denaio, e picciolo.*

BAGATTARE, nugari, tricari, apud Murator. tom. 2. pag. 214. col. 2. *Cognomine vocatus el Bagatella, propter eius cauillationes vmbratiles et pueriles, vel quod illam artem nouerit bagattandi.*

BAGATTINVS, V. *Bagatinus*.

BAGAVDAE, BACAVDAE. (1) Factioſorum et rebellium hominum cohors, qui ſolitudines et caſtra inhabitabant, loci ſitu munita, atque inde in obuios latrociniis et caedibus graſſabantur. Horum nomen primum in Gallia auditum Diocletiano et Maximiano imperantibus, vt auctor eſt Paulus Oroſius lib. 7. cap. 15. et Eutropius lib. 9. ex quibus Hieronymus in Chronico Euſeb. *Diocletianus conſortem regni Herculium Maximianum aſſumit, qui ruſticorum multitudine oppreſſa, quae factioni ſuae bacaudarum nomen indiderat, pacem Gallis reddit.* Victor Scotti: *Per Galliam excita manu agreſtium ac latronum, quos bagaudas incolae vocant*, etc. Horum etiam, vt latronum ſaepe meminit Saluianus, qui ſub Honorio et Theodoſio vixit. Ex quibus perſpicuum fit, *Bagaudarum* defectioni et rebellioni occaſionem dediſſe judicum et praefectorum auaritiam et rapinam, ſteriſſeque et duraſſe in Galliis perniciosam hanc factionem longe poſt Diocletiani aeuum; vnde poſtea, ſi non ipſa *Bagaudarum* factio, ſaltem nomen in Hiſpaniam tranſiit. Meminit enim non ſemel Idacius in Chronico *Bacaudarum Tarraconenſium*, et *Aracelitano-*

litanorum, ſub Rechila et Theodorico Gothorum in Hiſpania Regibus. *Bagaudarum* etiam meminit Eumenius in Paneg de Schol. inſtaur. vt et Vita S. Mauricii Mart. ex qua Chriſtianos fuiſſe docemur. A Bagaudis deinde (2) BAGAVDA, dicta rebellio ipſa, ſeu ipſa rebellium turba. Proſper Aquit. in Chron. *Omnia pene Galliarum ſcruitia in bagaudam conſpiranere.* Et mox: *Eudoxius arte medicus - - in bagauda id temporis mota delatus, ad Chunnos confugit.*

BAGAVDAS a *βαγεύειν*, quod eſt vagari apud Suidam, neſcio an vere, deducit Innoc. Cironus in Paratit. Iur. Canon. vt Boxhornius ab Hebraeo *Boguedim*, rebelles. At cum Gallicam vocem eſſe indicet Aurelius Victor, Altaſerra ſic dictos cenſet *Bagaudas*, quaſi ſiluicolas, a voce *gan*, quae Gallis ſiluam ſonat. Quid ſi a *Bagas*, vel *bagad*, vti ſcribitur a Boxhornio, quae vox Armoricis et Wallis, proinde veteribus Gallis, turmam ſonat, et hominum collectionem? Ita vt ii forte fuerint quos *deſertores* vocabant ſub Commodo, quorum dux fuit Maternus; nam et ii *innumeri diu Gallias vexarunt*, vt ſcribit Spartianus, de quibus quidem prae ceteris agit Herodianus. Catholicum Armoricum: *Bagat*, Gall. *aſſemblée*, *multitude de gens*. Lat. *haec turba. Idem haec turma, compaingnie de trente. Bagat chatal*, Gall. *tropel de groſſos beſtes, ou de brebis*, Lat. *Grex. armentum, onhen.* Caeterum *Baogaudas*, ſeu *Baogaudas* habet prima Saluiani Editio an. 1530. *Baugaredos* vocat liber de Caſtro Ambaſiae num. 8. *Baccharidas*, Idacius in Chronico in Diocletiano. Non deſunt, qui Pariſienſes vulgo *Badauts* per ludibrium appellant, tanquam a primis *Bagaudis* ortum duxerint.

BAGEA, vel BAGIA, ſignum, inſigne quoddam. Rymer. t. 14. pag. 764. *Et eisdem ſeptuaginta hominibus dare poſſit ſeptuaginta liberatas pannae laniae, vel ſigna ſeu bagias cuicumque, qui de ipſo recipere voluerit eaſdem libertates, ſigna et bagias ad ipſum ſeruiendum.* Idem to. 15. pag. 499. *Statutorum de libertatibus ſignis et bageis.* V *Bagagium* vbi legitur: *Cum armaturis, bogeis*; hic *Bogea* idem videtur quod *Bagea*.

BAGERNA, BAERNA, BADERNA, caldaria, in qua ſal conficitur, ex Gallico BAIGNOIRE, vt videtur. Ch. Reginaldi Comitis Burgund. an. 1037. apud Ducheſn. in Hiſt. Vergiac. pag. 77. et Labbaeum tom. 1. Biblioth. pag. 170. BAERNA, eadem notione habetur in Bulla Eugenii III. PP. an. 1147. in Biblioth. Cluniac. pag. 1410. vt BADERNA, non ſemel in Charta Ioannis Burgundiae Comitis 1260. apud Petrum Chifflet. in Tornutio p. 476. V. *Baderna*.

BAGGAGIVM, V. *Bagagium*.

BAGIA, V. *Bagea*.

BAGINELLA. Gloſſ. MS. ad Alexandrum Iatroſoph. *Siliqua Graeca, Baginella.*

BAGIVS, V. *Bagus*.

BAGLIA, idem quod *Balia*, Gallis *Bailage*. Ch. an. 1040. ex magno Chartul. S. Victoris Maſſil. fol 19.

† BAGNACAVALLVM, an equile, ſeu locus, vbi equi adaquantur vel lauantur? Annal. Caeſenat. ap. Murat. to. 14. Script. Ital. pag. 1112. *Caſu igne accenſo combuſtum eſt totum bagnacauallum.*

† BAGNADELLVS, inter res aromaticas recenſetur, in Lit. a. 1355. t. 4. Ordinat. reg. Franc. p. 425. *Quasdam quantitates dendi, bagnadelli, piperis* etc.

† BAGNARESSVS, lauationi inſeruiens. *Tina bagnareſſa*, cupa, labrum ad lauandum, in Ch. Mſ. an. 1449.

† BAGNATVS, madefactus, ab Ital. *bagnato*. Stat. Montis-reg. p. 316.

† BAGNIRE, pro *bannire*, vt BAGNITIO, et BAGNVM, pro *bannitio* et *bannum*. Ch. Caroli II. reg. Sicil. a. 1273.

BAGNOLENSES, Haeretici, Valdenſium et Catharorum ſectatores, *in Tuſcia, ſiue in Marchia, vel in Prouincia*, vt auctor eſt Reinerus lib. contra Valdenſes cap. 6. a *Bagnolo*,

lo, oppido Occitaniae dicti, vulgo *Bagnols.*

BAGNVM. (1) Pro *Balneum*, ſeu lotio pedum, quae fieri plerumque ſolet monachis in monaſterio vel Capitulo poſtquam facta eſt pauperibus in Eccleſia. Transactio Abbatem inter et Monachos Craſſenſes an. 1351. ex libro viridi fol. 53. (2) Idem quod *Bannum*, diſtrictus, jurisdictio, juſtitia; ambitus intra quem poteſtas porrigitur mulctam et proſcriptionem bonorum indicendi, vel bannum promulgandi. Ch. Mathildis Comitiſſae Niuern. an. 1244.

BAGORDA, ludi publici, Gall. *Feſtes, réjouiſſances.* Chronicon. Parmenſe ad an. 1282. apud Murator. to. 9. col. 801. *Pax et concordia facta fuit inter Mediolanenſes et Cremonenſes et Brixienſes. - - Et duranit bene unum menſem curia de bagordis et aliis ſolatiis.* V. *Bohordicum*, et mox

BAGORDARE, vox Italica, haſtis ludicris ex equis pugnare. Memoriale Poteſtatum Regienſium ad a. 1216. apud Murator. tom. 8. col. 1083. *Et vineae gelauerunt et Paudum, ita quod milites equitabantur ſuper glaciem dicti Paudi et bagordabant.* Chron. Veron. ad an. 1242. ibid. col. 632. *Et eo anno dominus Henricus de Egna tunc exiſtens Poteſtas Veronae fecit magnam curiam militum et dominarum cuiuscumque conditionis in palatio communis Veronae, et in foro ſeu mercato Veronae milites bagordauerunt, et tunc dominae ballauerunt in ponticellis factis extra palatium communis Veronae.* † Vocis originem poſt Villaneum, Folgor. de S. Genignano et Franc. Sachet a *Bigordo*, haſta, accerſit Vbaldinus, vnde *Bigordare*, melius quam *Bagordare*, ipſo auctore, diceretur. Sed et Prouincialibus *Biordar* eſt diſcurrere cum equis, et *Biorts*, curſus equorum.

† BAGORI, forte calones, et ignaui, homines remiſſi animi. Murat. t. 16. Script Ital. p. 983. *Et ipſi tanquam inſumpti et bagori dederunt arma* etc.

† BAGVA, peſſuli caudati annulus, vnde vocis origo. Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 259. *Soluit - - Petro Stoci fabro - - pro baguis neceſſariis, dictis verrollis.*

† BAGVARII, Bauari, in Actis SS. t. 55. Aug. p. 258.

BAGVERRA, V. *Bonera.*

† BAGVGA, permutatio, vt videtur, i. q. *Barata.* Ch. a. 1208. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui pag. 873. *Vt non vendant nec dent nobis ſalem cum forte nec eius ſimili, neque cum bagugа, nec eius ſimili pro communi, neque pro diuiſo* etc.

BAGVLA. Gloſſ. Anglo-Sax. Aelfrici: *Bagula*, brydel i. *frenum.* Infra: *Bagula, ſalinare*, brydel. Vbi Somnerus, *forte pagulum*, i. *fraenum.* Hinc emendandae Gloſſae Iſidori: *Pagula, frena.* Legendum enim *bagula.* Auctor τῶν Πατρῶν ΚΠ. in Spectaculo I. de Elephante, quem domi continere non poterat dominus: *Αυτὸς δὲ διὰ τὰς βαγύλας ἐλεφόρεσε προτῆσαι ἐν ἱπποδρόμῳ.* Ioannis de Ianua etymon huius vocis eſt, *a baiulo, as, quia eo equus baiulatur*; quod etymon etiam habetur in Gloſſ. MS. Montis S. Eligii Atrebat.

BAGVS, *Bagius*, color equi, qui Latinis, *Badius*, *ſpadix*, *phoeniceus*, dicitur, interdum *rutilus*, vt Agellio lib. 2. cap. 26. *Puniceus*, eidem l. 3. c. 9. Gloſſ. Lat. Graec. *Badius, χαλδονιαῖος. Badius* vero a *Βαΐς* et *Βαΐδιον, ῥάβδος Φοίνικος*, Heſychio: quae verba idem ſonant quod *σωδὸξ* et *σωδὸιξ*, ramulus palmulae. Gloſſ. Graec. Lat. *Palma, χὰρ πμ βαΐς, πμ Φοίνιξ.* Sic *Badius* erit quaſi *βαΐδιος.* Vgutio: *Badius, eſt equus, quem antiqui dicebant vadium, a vado, quia fortius vadit inter caetera animalia. Ipſe eſt et ſpadix, quem foenicatum Graeci vocant*, etc. V. Palladium in Martio tit. 13. Papias MS. *Spadices equi, bagi, rufati.* Edit. habet *vagi.* Charta Ferdinandi, Regis Maioric. filii an. 1306. *Pro pretio vnius roncini de pilo bagio, quem a vobis nunc emimus.* BAIVS, Gallis *Bay*, Hiſpanis *Vayo*,

Vayo, eadem notione Ch. Bermundi II. Regis aerae 1070. apud Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6. *Ad confirmandam chartam iſtam commutationis caballum baium, valentem ſolidos - - accipi.* Madox Formul. Angl. pag. 423. in Teſtamento Bartholomaei de Lega. *Vxori ſuae palefridum ferrantum qui eſt apud S. Yvonem, et ſumerium baium.* BAIARDVS, eadem notione, in Vita B. Aegidii Minoritae n. 51.

† BAHA, pneuma, *iubilus*. V. *Alleluia* 1.

† BAHAGNIA, pro Bohemia in Ch. a. 1330. ex Inuent. Chart. reg. an. 1492. *Behaignons*, Bohemi apud Math. de Couciaco in Caroli VII. p. 712.

BAHEN, V. *Baën*.

BAHVDVM, arcae ſpecies, Gallis *Bahud*, Hiſpanis *Bahul et Baul*, a Germanico behüten, Seruare; quae vox, inquit Menagius in Diction. Etymolog. Gall. ſaepius de eo qui ſeruat, vt behalten de re quae continet, includit, intelligitur. Occurrit in Fleta lib. 3. cap. 21.

BAIA. (1) *Rumor*, in Vet. Gloſſ. San-German. num. 501. (2) Sinus, Gall. *Baie*, Germ. Bay, Anglis *Bay*. Ch. ann. 1210. apud Madox Formulare Anglic. pag. 27. † Hiſp. *Bahia* eadem notione. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646. *Baias, i. portum vetcres a baiolandis mercibus vocabant. Baiae calidae, i. aquae calenses. Baium portum.* (3) Palma. S. Hieronym. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 9. de Sacerdotibus Aegyptiis: *Cubile iis de foliis palmarum, quas baias vocant, contextum erat*, etc. Vox recepta apud Graecos recentiores. Heſychius: *Βαΐα· ῥάβδος φοίνικος, καὶ βάϊον.* V. Salmaſium ad Solinum pag. 410. Allatium de Hebdomadib. Graec. pag. 1441. Innocent. Cironium lib. 3. Obſeruat. Iuris Canon. cap. 3. Meurſium. et Codini Interpretes.

BAJANVLA, BAJARAMOS, V. *Bajulona*.

BAJARDVS, V. *Bagus*.

BAIARE, lingere, vel linguere. Codex MS. Bibliothecae S. Emmerammi Ratisbonenſis: *Petrus, qui Abaelardus, a plerisque Bajolardus dicitur - - cui ſimul afflicto et indignanti per jocum Magiſter Firricul ait: quid canis plenus niſi lardum baiare conſueuit? Baiare autem linguere eſt. Exinde Bajolardus appellari cepit. Quod nomen, tanquam ex defectu quodam, cum abdicaret, ſub litteraturae nom diſſimili Habelardum ſe nominare fecit, quaſi qui haberet artium apud ſe ſummam et adipem.*

BAIATA, f. pro *Bouata*, quantum binis bobus poteſt arari. Amanuenſis imprudens pro *ou* facile legere potuit *ai*. Charta Margaretae Comitiſſae Suyntoniae pag. 1378. *Et de duabus virgatis terrae in eadem villa, ſcilicet illam virgatam terrae, quam Radulphus Albrock quondam tenuit, et eandem Radulphum cum ſequela ſua, et vnam baiatam terrae.* V. *Bovata*.

† BAIBVS, *canallus*, in Gloſſis antiq. Argentin. V. *Bagus*.

BAICHA, nauicula, ſcapha, Gall. *Bachot*, apud Rymer. tom. 3. pag. 685.

BAJECISVS, balliuus, Gall. *Bailli*. Concil. Dertuſ. an. 1429. tom. 3. Collect. Conc. Hiſpan. pag. 657.

† BAILA, Italis nutrix, famula, ancilla, Gallis ol. *Balle* et *Baille*. Stat. crimin. Saonae c. 21. p. 36. *Per ſclauum vel ſclauam, famulum vel famulam, bailam, pediſequam de domo* etc.

† BAILETVS, famulus, miniſter, f. pro *valletus*. Ch. a. 1364. inter Probat. t 4. Hiſt. Occit. p. 287. *Cum vno ſcutifero et vno baileto*. V. *Balletus*.

† BAILHARGIA, hordei ſpecies, Gallis *Baillarge* et *Baillart*. Ch. Mſ. an. 1407. in Bibl. reg. V. *Bailliarga*.

BAILIA. (1) Tutela. Ch. a. 1227. apud Cheſnium in Probat. Hiſt. Caſtill. p. 44. *Pro bailia et tutela puerorum*. V. *Baiulus*. (2) † Iuſtitiae, rerumue quarumuis adminiſtratio. Teſtam. a. 1114. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 390. Aliud a. 1121. ibid. 416. (3) † *Ballivi* iurisdictio, diſtrictus, eiusdem officii emo-

emolumentum. Ch. a. 1097. ex Tabul. Gellon. *Quod in tota terra ſua - - neque bailiam, neque vicariam, ſine gardiam habebat.* (4) † Conceſſio, pactio, conuentum. Ch. a. 1132. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 467. *Concedo tibi - - omnia placita, et omnes conuenientias et bailias, quas* etc. V. *Bailia.* (5) † BAILIA, BAYLIA, auctoritas, poteſtas, Ital. *Balia.* Murat. t. 11 Script. Ital. p. 277. t. 12. p. 1106. V. *Ballia.* (6) † Tributi genus, quod propter protectionem et tutelam exigitur. Ch. a. 1090. in Append ad Marc. Hiſp. p. 1186. *Et omnes bailias et omnes malos vſuticos - - dimitto.* V. *Balia.*

† BAILIVIA CARRORVM, ſeruitium quod a ſubditis cum carris domino praeſtatur. Aſſiſia comit. Fuxi Mſ. *Item pro bailiuia catorum* (Leg. carrorum) *in quolibet laboratore, ſextarium frumenti.*

† BAILIVIATVS, *Baillivi* diſtrictus, iurisdictio. Epiſt. Lud. XI, reg. Franc. a. 1477. inter Probat. vlt. Hiſt. Trenorch. p. 278. *In bailiuiatu noſtro Matiſconenſi.*

BAILLAGIVM. (1) Tutela. Conſuetud. Lemouic. art. 53. *Liberi - - - quamdiu erunt in baillagio eorumdem.* (2) † BAILLAGIVM, BAILLIAGIVM, *Baillini* diſtrictus, Gall. *Baillage.* Libert. Saluetert. a. 1369. t. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 696. Ibid. p. 710. V. *Bailulus.* (3) † Datio ad cenſum, locatio. Chartular. Floriac. fol. 183.

† BAILLEIVM, propugnaculi ſpecies, ſeu locus palis munitus et circumſeptus, Gall. *Bail, Baile* et *Baille.* Ch. a. 1272. Mſ. *Quod ego turrim meam - - cum bailleio et totam terram meam - - tenere debeo* etc. V. *Ballum* 1.

BAILLETA, traditio ad cenſum, locatio, Gall. *Bail.* Ludouici Abb. S. Iohannis Angeriac. an. 1426. ex Chartular. eiusd. Monaſt. pag. 528.

BAILLIA. (1) Tutrix, adminiſtra bonorum pupilli. Ch. a. 1260. Mſ. *Conſentiente domina Maria matre dictorum impuberum tutrice et baillia eorum.* (2) Adminiſtratio rerum et bonorum pupilli, i. q. *Balia, Ballium,* et *Bailia.* Teſtam. Guil. Montispeſſul. an. 1146. (3) † Armentorum cuſtodia, et ipſum armentum, grex. Inquiſit. a. 1268. Mſ. *Et ibi paſcaiaueruns omnes baillias ouium etc.* V. *Baiulus.*

BAILLIAGIVM, V. *Baillagium.*

BAILLIARGA, et BAILLIARGIA, ſpecies bladi ſeu annonae apud Pictones. Litterae pro Prioratu de Cheneché in Hiſt. MS. S. Cypriani Pictav. pag 436. *Cuni tradidiſſes ad firmam perpetuam 14. ſextar. bladorum, ſiliginis et bailliargae per medium.* Et pag. 434. *Ceſſit duo ſextaria ſiliginis et quinque ſextaria bailliargiae.* V. *Ballargus.*

† BAILLIO, BAILO, i. q. *Ballinus.* Ch. Ludov. X. a. 1315. *Per gentes, bailliones, alios officiarios et miniſtros.* Ch. a. 1156. V. *Baiulus* et *Baylo.*

BAILLIVATVS, BAILLIVIATVS, i. q. *Baillagium*, bailliui ſeu iudicis officium, diſtrictus. Ch. an. 1459. tom. 5. Hiſt. Pariſ. pag. 705. inter Inſtrum.

BAILLIVIA, BALIVIA, BALLIA, BALLIVA, Balliui cuiuscunque officium et diſtrictus, Germ. Balley. Edict. S. Ludov. an. 1228. Ch. an. 1298 Mſ. Aliae an. 1208. 1225. V. *Balia.*

† BAILLIVIAGIVM, eadem notione. Ch. Mſ. Phil. VI. an. 1340.

† BAILLIVIVS, vt *Baiulus 4.* in Ch. an. 1394. in Hiſt. Lugdun. p. 72.

BAILLIVM. (1) Tutela, Ch. an. 1374 ap. Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 369. (2) Vt *Bailliuia.* Rymer. t. 2. p. 176.

BAILLIVVS. (1) Idem qui *Baiulus 4.* (2) † Officium monaſticum, cui praecipua rerum monaſterii adminiſtratio pertinebat. Collect. Hiſt. Franc. t. 10. p. 381. Gallia Chriſt. t. 11. Inſtr. p. 57.

† BAILLONVS, BAILONVS, i. q. *Baillio.* Inquiſit. Mſ. a. 1268.

BAILLVM. (1) Tutela. Baluz. Hiſt. Arnern. t. 2. p. 455. V. *Baillium.* (2) † BAILLVM, BALLVM, a Gall. *Bail*, traditio ad firmam, locatio. Inuent.

Inuent. Chart. reg. an. 1482. V. *Bailleta.*

† BAILLVS, vt *Bailus* 4. iudex. Ordinat. reg. Franc. t. 6. p. 343.

BAILO, BAILONVS, V. *Bailo*, et *Baillonus.*

BAILVS, V. *Baiulus* 2.

BAINARE, diluere, quasi balneo immergere, Gall. *Baigner.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 47.

BAINBERGA, BEMBERGA, tibiale ferrum militis, ocreae, cothurni. Gloss. Theotiscum: *Ocreae, arma crurum, Beinbergae.* Germanis veter. Beinberge, tibialia, ocreae, quibus teguntur crura, κνημίδια σιδηρᾶ, Leoni in Tacticis cap. 5. §. 4. Lex Ripuar. cap. 36. §. 11. *Bainbergas bonas pro VI. sol. tribuat.* Testamentum S. Everardi Ducis Forojul. in Cod. Donat. piar. et apud Florentium Haraeum in Castellan. Insul. *Bruniam vnam, helmum 1. et manicam 1. ad ipsam opus, bemberga 2. mortariolum argenteum vnum.* Alibi: *Bruniam vnam cum halsberga, et manicam vnam, bemivergas duas*: vbi leg. *bembergas* Eccard. habet *Brimbergas.* Sed censet leg. *Beinbergas.*

BAINEM, V. *Buen.*

† BAINNADOIRA, cupa, labrum ad lauandum, Gall. *Baignoire*, Inuent. an. 1218. inter Probat. t. 1. Hist. Nem. 67. V. *Bagnaresius.*

BAINTA, obstetrix. De processu B. Petri de Luxemburgo Iulii to. 1. p. 566. *Vxor Geraldi de Montego - - bainta siue obstetrix*, etc. † Lege *Baiula.*

BAJOCCHVS, († perperam pro *Baiocchus*, ab Ital. *Baiocco*, moneta minutior ex cupro, decima scilicet pars *Iulii.*) Bullarium Casin. to. 2. pag. 614. *Congregatio ipsa aes alienum centum sexaginta duorum millium nongentorum nouem scutorum. et viginti trium Bajocchorum monetae in sorte principali diuersorum etc.*

BAJOLARE, pro *bajulare.* Capitula Monachorum San-Gall. in vet. Discipl. Monast. pag. 35.

BAIOLIA, V. *Baiula* 4.

BAJOLVS, V. *Bajulus.*

BAIRMAN, qui bonis cedit, apud Scotos. Statuta Willelmi Regis Scotiae cap. 17. quod inscribitur, *de cessione bonorum - - Bairman qui debet fieri, iurabit in curia, quod nihil habet vltra 5. solidos et 4. denarios*, etc.

BAISA. Chartar. Ecclesiae Auxitanae cap. 86. de Anesantio Didrag. *Dedi ancladam quamdam quae astingis a cruce vsque ad baisam: dedi etiam quemdam captum qui est juxta furnum et juxta baisam.* f. vallem, vel locum submissum a Gall. *Bas*; ni mauis legere, *Balsam*, quae Hispanis est palus, Gall. *Marais.* V. *Baissa* 2.

BAISIARE, pro *Basiare*, in Viatorio vtriusque iuris auctore Iohanne Barberio part. 1. Rubrica de Adulteris.

BAISSA. (1) Michael Scotus de Physionomia cap. 20. *Animalium quaedam habent in capite cornua, quaedam nares, quaedam baissas*; id est, vt videtur labia, sic forsitan dicta a *Basium*, quod labiorum sit vsus ad *baisandum.* (2) † BAISSA, BAISSIA, locus humilis, depressus, paludosus, dumetis et vepribus plenus, Prouincial. *Baisso*, Lemouic. *Besse.* Ch. Mf. a. 1339. V. *Baisa* et *Bessatum.*

BAISSAMENTVM, diminutio; vox Gallica, *Baissement.* Charta ann. 1307. in Regesto 2. Philippi Pulcri Regis Franc. ex Chartophylacio Regio ch. 4. *Et sine excusatione partis, sine diminutione seu baissamento* etc.

† BAISSIARE, demittere, deponere, a Gall. *Bas* infra, seu Germ. vet. baissen, demittere. Ch. Mf. a. 1341. *Brachiis* (braccis) *seu femoralibus baissatis seu depositis.* V. *Bayssare.*

BAISSVALIVM, V. *Bausualium.*

† BAIVARIVS, BAYVELLVS, arbor ad propagationem relicta, Gall. *Baivian*, nunc *Bailliveau*, vel *Baliveau.* Ch. Mf. a 1244. *Quod in vnoquoque arpento nemoris - - debet dimitti XX. Bayvelli.* Alia a. 1325. in Bibl. reg.

BAJVLA. (1) Nutrix, in Charta Italica an. 1287, et in Statut. Mediolanensibus 2. part. c. 498. Italis *Balia, Gerula*, in vet. Lexico; *Gerula*, apud Plautum in Milite glorioso. V. *Baila.* (2) Vas aquarium, Germ.

Germ. Balge. Rymer. tom. 9. pag. 279. *Et vnam aquae bajulam pro aqua benedicta de argento.* V. *Baeol.* (3) Turrix. Ch. Mſ. a. 1391. V *Baillia.* (4) Tutela. Concil. Terracon. an. 1329. apud Marten. t. 4. Anecd. p. 285. V. *Bailia.* (5) † Officium ſeu dignitas in ordinibus militaribus religioſis. Formular. Mſ. *Ipſas bainlas, praeceptorias - - damus.* V. *Banilus.*

BAIVLACVS, forte pro *Baiulatus*, ap. Rymer. t. 2. p. 278. *Decere, credimus Maieſtatem veſtram, quae a ſummo rege regni terreni tenes bainlacum.*

BAJVLARE. (1) Regere, gubernare. Vita S. Ruſticulae Abbatiſſae Arelat. cap. 32. *Bainlare officium*, eſt *gerere, exercere*, apud Marculfum lib. 1. form. 1. (2) † Exagitare. vexare, moleſtare, Gall. *Balloter.* Ch. a. 1358. inter Probat. tom. 4. Hiſt. Occit. p. 246. *Inhibemus quod nullus extra forum et aſſizagium ſuum extrahatur et etiam baiuletur.* Alia a. 1366. Mſ. *Quod ſingulares dictae villae ſic baiularentur et vexarentur.*

BAJVLARIS, *juuenis, fortis*, Vgutioni. Forte *Bacularis.* Vide in *Baccalarius* 2.

BAIVLATIO. (1) Gubernatio. Annales Franc. Bertin. a. 861. *Carolus dimiſſo filio ſuo Ludouico ſub Adalardi - - baiulatione contra Normannos proficiſcitur.* Adde Aimon. l. 5. cap. 39. (2) *Ballivi* officium, diſtrictus, iurisdictio, i. q. *Baillivatus*, in Conſtitut. Sic. l. 1. tit. 56. 59. §. 1. 2. in Sicilia S. Rochi Pirri p. 174. † Praeſertim diſtrictus *baiuliae* apud Templarios aliosue milites, religioſos. Ch. Mſ. a. circ. 1200. (3) Grauamen. Ch. a. 1195. apud Vghell. t. 7. p. 1072. *Vt nemo ex hominibus ipſius eccleſiae - - conſtringatur ullo tempore ad faciendam baiulationem, vel aliquam ſeruitutem.* Adde p. 1081. (4) Tributum, vectigal, quidquid ob merces extra regnum vel prouinciam exportatas exigitur. Epiſt. Panormitanor. ad Martin. PP. IV. apud Marten. t. 3. Anecd. p. 37. *Quoniam diuitibus inuitis faciebat dari officia ſecretiae, mediocribus vero baiulationis dohanas, certasque tabellas modicas.* (5) Tutela, i. q. *Baiulia, Balia* etc. Leges Balduini a. 1200. apud Marten. t. 1. Anecd. p. 770. V. *Bainlus* et *Ballinus.*

† BAIVLATORIVM, quidquid *baiulandum*, ſeu portandum proponitur. Acta SS. t. 7. Sept. pag. 76. *Mittentes manus ad ſanctum baiulatorium* etc. Paulo ante *feretrum* dicitur.

BAIVLATVS. (1) Tutela, i. q. *Baliatus, Balium* etc. Murat. t. 8. p. 508. (2) † *Baiuli* ſeu iudicis diſtrictus et officium. Ch. a. 1396. inter Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. p. 386. (3) † Locatio, conductio, datio ad firmam. Gall. *Bail.* Prouinciale eccleſ. Cantuar. l. 3. tit. 9.

BAIVLIA. (1) Tutela. Vet. Ch. apud Diago in Comit. Barcinon. l. 2. c. 70. V. *Baiula* (2) *Baiuli* ſeu *Ballini* cuiusuis officium et diſtrictus, Germ. Balley. Ch. an. 1271. t. 1. Annal. Toloſ. p. 37. inter Inſtrum. Statuta eccleſ. Barchin. an. 1341. apud Marten. t. 4. Anecd. p. 622. et paſſim alibi. (3) Protectio. Ch. a. 1099. apud Martinez. in Hiſt. Pinnat. l. 2. c. 38. (4) † Conceſſio, pactio, conuentum, i. q. *Bailia* 3. Ch. an. 1070. in Append. ad Marc. Hiſp. pag. 1153. Pactum. a. 1151. inter Probat. tom 2. Hiſt. Occit. pag. 535.

BAIVLINVS, V. *Baiulus* 4.

BAIVLIVS, V. *Banulus* 4.

BAJVLONA, BAJANVLA, etc. lectica. *Bajulatoria ſella*, Caelio Aureliano Siccenſi l. 1. Acutor. 11. *Bajulatoria ſeſſio*, cap. 15. Vgutio: *Bajulona, lectus, qui in itinere baiulatur.* Ex quo forte emendandus Iſidorus in Gloſſis: *Banadula*, (lib. 25. Orig cap. 11. *Bajanula*, al. *baniola*) *lectus qui in itinere fertur.* et Papias: *Baianula, lectus, qui in itinere bajulatur; vnde dicitur Bajaramos beleneas.* Sic MS. Gloſſ. Saxonic. Aeltrici: *Bajanula* Ler-bed, i. lectus. Denique Ioan. de Ianua, *Bajunula* habet. Hic quippe locis vocis etymon ſuadet reſtituendum *Bajulonu*, vt et apud Ordericum Vitalem l. 13. pag. 907. *Comes autem qui ſpu-*

ſpumanti equo vectus cum pluribus miniſ Normanniam intraverat, pallidus et gemens, atque badiuola jacens ſua venectus viſitat. Hoc enim loco legendum *bajulona*, vel *bajunula*, cenſet Cangius.

BAJVLVM, V. *Bagula.*

BAJVLVS. (1) *Portator*, Vgutioni. Planciades *Veſpillones* ait dictos *Bajulos*, qui ſcilicet mortuos efferunt. Quo ſenſu vſurpat Petrus Chryſologus Serm. 121. et apud Ammianum l. 14. *Bajulorum praecentorem*, tibicinem, qui veſpillonibus praecinebat, interpretantur viri docti. Occurrunt praeterea non ſemel *Bajuli* inter Eccleſiae Romanae miniſtros, qui proceſſionibus publicis intererant, et cruces et candelabra *bajulabant*.. Petrus Diac. l. 4. Chr. Caſin. c. 37. ait, *Bajulos cereoſtatarios ſtauroferos*, etc. obuiam Roma proceſiſſe Henrico Imperatori. Dudo lib. 1. de Moribus Norman. *Bajulant Scholiaſtici candelabra et cruces.*

(2) Paedagogus, qui puerorum curam gerit. Gloſſae antiq. MSS. *Paedagogum, eruditorem, nutritorem.* Sophoclis Scholiaſtes in Ajace Lorario: Παιδαγωγὸς ἢ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαϊλος. Vitalis Epiſcop. Oſcenſis apud Blancam de Reb. Aragon. *Alii Baiuli, i. ſeruuli, vel nutritores, - - quia conſueuerunt nutrire filios, familios, et familias dominorum.* Praeſertim vero *Baiuli* dicti, qui filiorum Principis educationi praeficiebantur, quorum ſumma proinde in Palatio dignitas et auctoritas erat. Lupus Ferrar. Epiſt. 64. *Non admittantur a nobis monitores quos baiulos vulgus appellat, ne gloriam veſtram inter ſe ipſi partiantur.* Atque hoc ſenſu paſſim vocem eamdem vſurpat Hincmarus in Ep. de Ordine Palat. c. 2. 6. et Opuſc. 11. c. 6. Fredegar. c. 86. Auctor Vitae Lud. Pii an. 781. Geſta Dagob. c. 2. Aimoin. l. 4. c. 15. 39. Hatiulfus l. 1. c. 3. Flodoardus l. 3. Hiſt. Rem. cap. 24. Paulus Diac. l. 23. Hiſt. Miſc. Sigebertus in Vita S. Sigeberti Regis Auſtraſ. num. 11. Chronicon. Moiſſiac. an. 641. etc. *Gregorius Imperialis Paedagogus*, apud Ioannem VIII. PP. Epiſt. 46. Fuit etiam in Conſtantinopolitano Palatio dignitas inter alias Palatinas non minima, *μέγας βαϊλος, Magnus Bajulus*, penes quem erat filiorum Imperatoris cura et educatio, vt paſſim ex Codino et aliis Scriptoribus Byzantinis docemur. *Gregorius Baiulus Imperialis*, apud Erkempertum in Hiſt. Langob. Chronicon. Vulturnenſe lib. 3. Huius mentio eſt apud Ioannem VIII PP. Epiſt. 168. 169. 178. V. Meurſ. in Gloſſ. Fabrorum ad Cedren. et Cangium in Gloſſ. ad Willhard. BAILVS, eadem notione, apud Murator. to. 3. Anecd. pag. 213. BALIVS, eodem forte ſignificatu, in Epitaphio quod refert D. de Montfaucon Diarii Italici pag. 360. *Anno Domini* MCCLXXXIX. *Hic jacet Dominus Guillelmus Balius olim Domini Amerighi de Nerbona.* BAJVLI Abbatum, officiales domeſtici. Aimoinus de Vita S. Abbonis Floriac. c. 17. *Hoc ex monachis itineris comites aſſumens, praenominatum Remigium, meque, qui haec ſcribo, Aimoinum, cum Guillelmo ſuae venerantiae, juxta Abbatum morem, tum bajolo.* BALIVI MONASTERIORVM, apud Ingulfum pag. 856. 906. Vitae Abbat. S. Albani: *Extunc poteris electus* (Abbas) *ſibi de ſociis, qui ſecum commorentur, quos bajulos dicimus, providere.* Ibidem p. 72. Matth. Paris an. 1257. *Ioannes Abbatis bajulus et procurator.* In vſibus Culturae Cenoman. *Ad coenam habebant prior et praepoſitus, et cellerarius et bajulus, et duo priores de foris, magnam mitam. Bajulus* ſeu *Baliuus* in Monaſteriis ſaepe dictus eſt is, qui expenſas curabat, et victualibus comparandis erat praepoſitus, vt patet ex computis S. Petri Carnotenſis, et ex Charta Abbatis S. Barnardi de Romanis Hiſt. Dalphin. pag. 142. vbi *Bajulus* appellatur, et Procurator et Cuſtos domus et terrarum Abbatis. BAJVLI, deinde etiam monitores, in Annal. Benedict. tom. 3. pag. 2. A. ex Epiſt. Lupi Abb. Ferrar. *Non admittendos proinde monitores,*

tores, quos vulgus bajulos vocat. Vbi monitores intelligendi ſunt ii, qui renuntiarent Abbatibus quidquid ab aliis monachis fieret; ad quod ideo proclives eſſe poterant bajuli, quia cum Abbatibus continuo commorabantur. BAJVLI HORARVM ECCLESIAE, in Tabulario Briuatenſi ſub ann. 1239. 1247. 1256. 1260. etc. Vitae Abbatum S. Albani p. 60. *Legebantur autem 12. eadem nocte de beata Virgine lectiones, quas corde tenus ſine candela bajuli transcurrere conſueuerunt.* BAJVLI ECCLESIAE, in Charta ann. 1214. tom. I. Hiſt. Dalphin. pag. 127. *Bajuli eccleſiae et anniuerſariorum procuratores poſſunt auctoritate propria pignorare debitores anniuerſariorum.* BAJVLI OBITVVM NOVORVM, in Briuat. Tabul. ſub ann. 1244. 1253. officiales in monaſteriis, quibus incumbebat recipere et diſtribuere legata et pecunias diſtinctas ſeruitio horarum et obituum, ſeu *ad opus horarum*, vt eſt in Chartis.

(3) Tutor, Gall. *Bail*, *Bailliſtre*, *Balliſeur*, in Conſuetudinibus municipalibus paſſim; vnde Balduinus Flandriae Comes, qui Philippi I. Regis Franc. tutor fuerat, in veteribus inſtrumentis vocitatur *Philippi Francorum Regis eiuſque regni procurator et bajulus.* Vſatici Barcinonenſes MSS. cap. 10. *Tutores vel bajuli reſpondeant, ſi voluerint pro pupillis.* BALIVS, eadem notione, in Conſtit. Sicul. lib. 2. tit. 7. et lib. 3. tit. 23. 27.

(4) BAJVLVS, vel BAILLIVVS, Italis *Balio*, magiſtratus, qui vice legati ordinarii Venetorum fungebatur Conſtantinopoli, dum Imperatores Graeci ea in vrbe imperarent: ſeu potius *mercatorum praetor*, vt Platinae placet in Gregorio XI. πατζᾶλος, et μπατζᾶλος, Pachymeri lib. 2. c. 32. Gregorae lib. 4. Phranzae lib. 3. c. 1. et Codino de Offic. cap. 14. n. 13. quomodo haec vox ſcribitur apud Ducam c. 17. vbi de *Ballino* Ordinis Hieroſolymitanorum militum. At id non ſemper obtinuit: nam primitus *Poteſtates* dicti ii Bajuli, vt colligitur ex Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 27. *Ballinum* Catelanis, qui Conſtantinopoli morabantur, praefuiſſe etiam ait idem Phranzes loco citato. BAJVLI ARTIFICVM, procuratores, qui res artificum communes adminiſtrant, Gall. *Syndics.* Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Toloſanae. BAJVLI CONFRATRIAE, eadem notione. Baluz. Hiſt. Aruern. to. 2. pag. 783. ex Charta ann. 1308. BAJVLI CVRIAE MONTISPESSVLANI, in Statutis Sartorum Montispeſſulanorum ann. 1323. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 472. BAJVLI DOMINORVM, in Conſtitut. Neapol. lib. 3. tit. 10. quibus aliquid agendum a Dominis ſuis demandatum eſt. Ita etiam appellant Galli pedaneos, et fiſcales iudices praediorum et feudorum. BAJVLI GABELLATI, qui gabellas ſeu tributa publica exigunt vel recipiunt. Conſtit. Neapolit. lib. 1. tit. 57. BAJVLIVI CONVENTVALES, in Ordine Hoſpitaliorum S. Ioannis Hieroſol. praecipui ordinis Conſiliarii appellantur Magnus Commendatarius, Mareſcallus, Hoſpitalarius, Admiratus, Draperius, et Turcopolerius, *qui Bajuliui Conventuales dicuntur, quia ſuarum linguarum praefides exiſtunt.* Statuta iſtius Ordinis tit. 10. §. 1. BAJVLIVI CAPITVLARES, in eodem ordine, ibid. n. 2. qui Capitulis adſcripti ſunt, conſilioque interſunt: hi ſunt Bajuli octo linguarum,

Prouinciae, qui Magnus Commendatarius;

Aluerniae, qui Mareſcallus;

Franciae, qui Hoſpitalarius;

Italiae, qui Admiratus;

Aragoniae, qui Draperius, nunc Magnus Conſeruator;

Angliae, qui Turcopolerius;

Alemanniae, qui Magnus Bajuliuus;

Caſtellae, qui Cancellarius Ordinis appellantur. De iis eodem tit. §. 42.

Bajulinorum appellatione praeterea veniunt Priores et Caſtellanus Empoſtae, tit. 19. §. 5. Magni Bailliui Hoſpitalis S. Ioan. Hieroſ. me-

minit Ducas cap. 17. pag. 40. *Ballinus*, Regni vel Imperii gubernator, qui vulgo *Regens*, olim *Bail*. Henricus Flandrensis in Epistola ad Innocentium III. PP. in Gestis eiusdem pag. 126. *Principes, Barones, et Milites exercitus me imperii Ballinum elegerunt*. Ipse vero *Imperii moderatorem* se inscribit in eadem Epistola. Vide infra *Balius*. BAJVLINOS eosdem appellat Bernhardus de Breydenbach in suo Itinerario Hierosol. pag. 271. BAJVLVS TABELLIONVM, qui praeest tabellionibus. Concil. Arelat. anni 1509. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 396. E.

(5) BAJVLI, strictiori sensu in vrbibus iisdem, qui mox *Ballini*, Praetoris officio et nomenclatura illustres. Chronicum Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 89. Instrum. ann. 1120. tom. 1. nov. Gall. Christ. pag. 67. BALLIVI, Gallis, *Baillés*, dicti, quibus iustitiae in prouinciis et maioribus ciuitatibus administrandae cura a Principe demandata erat, qua notione passim hae voces occurrunt in Constitutionibus Regum Gallorum. *Ballinos* autem a voce *Bajulos* dictos omnino constat; non vero a *Baal*, idolo, vt sibi somnia finxere Saniulianus in Hist. Burgundionum p. 176. Golutus in Hist. Comit. Burgund. lib. 2. cap. 42. et Ioannes Guijonius in Dissert. de Magistratibus Augustodunensis fori c. 2. Atque ii Comitum vicem subiere, qui prima et secunda Regum Gallorum stante stirpe id muneris obibant, quod postmodum *Ballini*. At cum Comites inclinata, et frequentibus Normannorum irruptionibus attrita ac bene profligata eorumdem Principum auctoritate, Comitatus suos sibi proprietario iure asseruissent, iidem iuris dicendi facultatem tradidere Vicariis, quos *Baiulos* ac *ballinos*, vocabulo aeui istius, vocarunt, quo ita appellabantur, quibus rei alicuius cura demandata erat: vt qui *Iustitiae suae Custodes* essent ac veluti rectores et praesides; quod etiam fecere Reges Galliae in iis oppidis ac ciuitatibus, quae sui ac proprii iuris erant. Altius, quam par erat, *Ballinorum* originem vltima hac notione Cangium repetiisse existimat D. Brussel, haud iniuria certe, cum de iis ante XII. seculum nulla occurrat mentio. Henricus II. Rex Angliae et Normanniae Dux, primus eorum meminit in Charta an. 1155. ita tamen, vt ex ea omnino incertum sit, an Vicecomitibus vel Praepositis superiores exstiterint. Hanc praeeminentiam non prius ann. 1190. cum scilicet a Philippo Augusto primum instituti, obtinuisse in iis, quae ad Regem pertinebant, prouinciis, certum videtur. Vide laudatum D. Brussel de Vsu feud. tom. 1. lib. 2. cap. 35. *Baillivi* isti maiores non modo in assisiis suis ius dicebant; sed etiam Regum, vti vocant, domania, seu res, quae fisci sunt, exigebant ac cogebant: verbi gratia mulctas et emendas pecuniarias, confiscationes, forisfacturas, escaetas, laudimia, manus mortuas, et alia id genus, de quibus rationem accepti et expensi coram Magistris Computorum Parisiensium quotannis putabant, vt est in Statuto dato Viuarii an. 1319. pro eadem Camera Computorum. BALLIVVS FRANCHESIAE, seu *libertatis*, ap. Anglos est, qui in loco immuni, seu portione Comitatus, potestate Vicecomitis exequitur. Et sunt huiusmodi *Ballini* eorum similes, qui apud Gallos Baronum et Castellanorum appellantur *Ballini*. Horum mentio est in Statuto 2. Westmonaster. cap. 42. BALLIVI BVRGORVM, sunt in burgis suis Praetoris instar: at sub illo nomine ante seculum Normannicum non reperiuntur; sed deinceps nunc Aldermannorum locum, nunc *Greui* et *Portgrevi* obtinuerunt. In hoc autem differunt ab Aldermannis et Greuis, quod hi plerumque singulis burgis vel ciuitatibus singuli praeficerentur; *Ballini* autem, bini, vt olim Londoniis, interdum quatuor, vt Norwici aliquando. Primos etiam Londoniarum *Ballinos* alii Vicecomites appellarunt, qui apud Anglos splendidior est Magistratus. Vide Leges

Bur-

Burgorum Scotic. cap. 76. §. 1. cap. 104. §. 1. BALLIVVS MANERII, idem eſt, qui alias *Ballivus*, ſeu Praepoſitus villae, quaſi Vicedominus: nam domini loco omnia adminiſtrabat infra manerium, ſeu villam: tantaque olim eius erat celebritas, vt abſente domino, breuia aliquot Regis, illi tanquam domino mandarentur. BALLIVVS DOMESTICVS, ſeu rei familiaris, idem eſt qui Latinis *Villicus*. Sunt praeterea quinque portuum, foreſtarum, caſtellorum, aliorumque locorum *Ballini* et rei alienae adminiſtrandae perplures, quos longum eſſet ſingillatim enumerare. Prae omnibus autem, munere, multitudine notiſſimi ſunt infimi illi *Ballini*, qui Vicecomitibus et *Ballivis franchefiarum* ſunt a mandatis. Horum autem eſt, deſideratos in Curias accerſere, partem ream citare, ſiſtere, apprehendere, in cuſtodiam deportare, mulctas et debita exigere, rem inuficatam tranſigere, et huiusmodi. Quae vt faciant, alii vndique diſcurrunt, et appellantur ideo *Ballini errantes*, ſeu *itinerantes*, quales olim apud Romanos *Viatores*. Hoc illud hominum genus eſt, quod dum plebem per ſecula vexat et depeculatur, honeſtum Balliuorum nomen turpi infamia perfundit: cum tamen ipſi non *Ballini*, at *Subballini* potius ſint appellandi. Hactenus Spelmannus.

(6) † BAIVLVS PALVS, pedamentum vitis. Willelm. Malmesbur. Hiſt. Angl. l. 4.

BAJVM, *porrum*, in veteri Gloſſ. San-German. num. 501. † Lege *Porrum*. V. *Baia* 2.

BAJVNOLA, BAJVNVLA, V. *Bajulona*.

BAJVS, V. *Bagus*.

BAIZA ARGENTEA, ſ. pannus argenteus, ab Anglico *Baize*, pannus villoſus. Locum vide in *Spara*. † Vaſis ſpecies eſſe videtur. V. *Bacca* 2.

BAKELER, V. *Baccalarii* 2.

BAKERE, Anglo-Saxon. *Baecere*, piſtor, Germ. Bäcker. Charta 14. ſeculi apud Madox Formulare Anglic. p. 200.

BAL. (1) Veteribus Francis, faſſus, V. *Ballemer*. (2) † Menſura vinaria. Iura Vicecom. Biter. a. 1252. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occitan. p. 494. *Vnam menſuram vini, quae dicitur bal.*

BALA, fagma, faſcis, ſarcina, in modum pilae, quam Galli et Itali *ballam* vocant, compacta, German. ein Ballen. Fleta l. 1. cap. 22. *Ne quis occultare praeſumat aliquam pecuniam in pannis, in ſtrdellis, balis et alibi in loco ſuſpecto.* Rymer. tom. 7. pag. 233. *Vnam balam de arquinetta* Ibidem pag. 356.

BALAA, Gall. *Balay*, ſcopae, in Chartis Eccleſiae Anicienſis ſaec. XIV. *Soluuntur in tracta - - porterio minori pro balais 20. ſol.* V. *Balaium*.

† BALADIVM, purgamenta frumenti vel horreorum, quae ſcopis colliguntur, Gall. *Balayeures*. Vet. Ch. apud Beſlium p. 422. V. *Balagium* et *Balexes*.

† BALAFARDVS, vt ſupra *Badelare*, enſis breuis ſpecies. Ch. Mſ. a. 1402. *Gladio balafardo euaginato.* Sed legendum videtur *Balaſardus*, q. v.

† BALAGARE, BALAGVARE, ſcopis mundare, Gall. *Balayer*. Comput. a. 1362. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 255. Ibid. p. 258.

BALAGIVA, tributi ſpecies ex bladis. Breue commemorationis doni, apud Catellum in Iſlo Epiſcopo Toloſano p. 855. *Et in hoc feuo dedit illis totam ſiglicem, et totum milium, et balagium, et decimum de ſextaratis, boerium, et tertdecimum, et retrocole*, etc. Charta an. 1240. *Et pro iſta hdnocatia pars de Alneto ſolues partē de Meleduno 60. in ſuo balagio annuatim.* Charta an. 1312. ex Archiv. Maſſil. *Salua et retenta dictis dominis et colonis tretzeno, corſura et balagio Bladorum.* V. *Palagium*. † Rectius purgamenta frumenti, quae ſcopis colliguntur, Gall. *Balayeures*; ſeu frumentum, quod in infima acerui parte remanet, atque a decima eximitur. V. *Baladium* et *Balleium*.

BALAGIVS, V. *Balaſius*.

BALAGVARE, V. *Balagare*.

BALAIVM, ſcopa, Gallis *Balay*. Tabular. Foſſarenſe. V. *Baleys* et *Balaa*.

BALAMITES, pro *Balanites*, Gemmae ſpecies. Rymer. to. 5. p. 50. *Vnum ſcrinium auri - - garnitum de ſaphiris - - balamitibus et aliis petrariis.*

† BALANCA, BALANCEA, libra, bilanx, Gall. *Balance*. Ch. a. 1250. Mſ. in Bibl. reg. Alia a. 1213. ibid. V. *Balanx*.

BALANCIA. (1) Eadem notione. V. *Balanx* et *Balantia*. (2) † Praeſtatio, vt videtur, quae pro mercibus ponderandis ſolvitur, Waagegeld; vel locus vbi ſcopae crescunt. Reg. S. Iuſti ex Cam. Comput. Pariſ. fol. 194. *Ova valentia V. ſolidos pro quibusdam balanciis et ceuſu.* V. *Balentia*.

† BALANCVS, nauis Indica, apud Carol. de Aquino in Lex. milit. ex Maff. Hiſt. Ind. l. 9.

BALANDRANA, pallii ſpecies, Gall. *Balandras* vel *Balandran*. Statuta Ord. S. Benedicti in prouincia Narbon. an. 1226. *Illas quidem veſtes, quae vulgo balandrana, et ſupertoti vocantur; et ſellas rubeas, et fraena, penitus amputamus.* Rectius *balandrana* praefert Concilium Albienſe a. 1254. cap. 63. *Prohibemus quoque diſtrictius, vt nulli Regulares cum balandranis ſeu garnaſiis, vel aliis veſtibus Laicorum, equitent, vel incedant. Balardinis et Gramaſiis* legit D. de Lauriere in Notis ad Edictum S. Ludouici ann. 1228. to. 1. Ordinat. Reg. Franc. p. 52.

† BALANERIA, i. q. *Balingaria*, nauis bellicae vel piraticae ſpecies, nauis curſoria, Gallis *Balenier*, *Ballenier*, et *Balnier*. Murat. t. 17. Script. Ital. p. 1288.

BALANERIVS, nauigii leuioris genus. Litterae Caroli Regis an. 1481. ex Archiuis communis Maſſil. *Ipſorum naues, balanerios, galatias, barchias, caruellas, et quaecumque alia vaſa maritima cum ſuis corredis, apparatibus, armamentis et rebus illarum.* V. *Balaneria*.

BALANI, *grandes viri*, Papiae. Leg. *Glandes*.

† BALANSA, libra, bilanx, Gall. *Balance*, in Stat. ann. 1272. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 98. V. *Balanca*, et *Balanx*.

BALANTIA, idem ac *Balanx*, quod vide, apud Rymer. t. 6. p. 308. *Ad omnes illos, quos de falſatione ſeu diminutione monetarum, balantierum, ſeu ponderum, etc.* V. *Balanca*.

BALANVM, *nux muſcata*, in Gloſſar. S. Andreae Auenion. MS. *Balanus* vulgo eſt dactylus, palmula, nux caſtanea. † Gloſſae Lud. de Puſchis ad calcem Doctrinal. *Balanum quoddam unguentum.*

† BALANVS, quercus. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. *Balanus, queſne, un arbre.*

BALANX, pro *Bilanx*, ex Gall. et Anglico *Balance*. Vgutio; *Bajulo, vacillo, hinc et illinc inclinare: vnde hae balances, quia huc et illuc non declinant.* Verius ſi a duabus lancibus etymon duxiſſet, ficut ex *Bilancis*: *i* mutatum fuit in *a*, vt a voce Cingulum, Galli dicunt *Sangle*, etc. Will. Thorn. *de balancibus et menſuris. Balancia*, in Charta ann. 1266. apud Loiſellum in Bellouaco pag. 297.

† BALANZETA, BALLANCETA, nummaria trutina. Ordinat. Dalph. an. 1357. in Reg. Cam. Comput. Pariſ.

BALARDINA, V. *Balandrana*.

BALARE, BALLARE, VALBARE, ſaltare, choreas ducere, Ital. *Ballare*, Gall. *Baler*. Vgutio et Gloſſar. MS. Montis S. Eligii Attrebat. *Ballare, huc et illuc inclinare, vacillare.* Notae Tyronis: *Ballat, ballator, ballatrix.* Voces a Graeco deductae: Gloſſ. Graec. Lat. βαλίζω, *pergo, gradior*, βαλίζει, *ambulat*, βάλισμα, *hic greſſus*, βαλλίζω, *ballo*. Lexicon Graec. MS. Reg. Cod. 2062. βαλλίζειν, τὰ κύμβαλα κτυπεῖν, καὶ πρὸς τὸν ἦχον κτύπον ἐρχεσθαι. Vide Athenaeum lib. 8. pag. 362. et Salmaſium ad Hiſtor. Auguſt. pag. 350.

BALARGVS, annonae ſpecies. Tabular. Abſienſe: *Vnam minam balargi, et i. gallinam et lagenam vini et i. panem.* V. *Bailhargia*.

† BALASARDVS, i. q. *Badelare*, Gall. ol. *Bazelaire*. Ch. Mſ. an. 1408. V. *Balafardus*.

† BALA-

BALASCIOLVS, diminut. a *Balaſcius*. Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſtol. an. 1295. *X. Balaſcioli ſine rubinelli.*

† BALASCIVS, carbunculus, Gall. *Balais*. Ch. an. 1351. in Bibl. reg. V. *Balaſcus.*

BALASCVS, carbunculus, cuius rubor et fulgor dilutiores ſunt: Italis, *Balaſcio*, Gall. *Balais*, vel *Rubis Balais*, Germ. Ballaß, Rubin Ballaß. Veteres, *candidos Carbunculos* appellant eiusmodi lapides. Charta ann. 1308. *Infra ſcripta jocalia, videlicet vnam coronam, et vnum ſertum de auro munitum de perlis, ſmiraldis, balaſcis, diamantibus, et robinis; et ſex firmalia de auro, munita perlis et lapidibus pretioſis.* A *Balaſcia* Indiae regione, quam *Balarem* Aithonus lib. 1. cap. 6. alii *Balaſum* vocant, dicti eiusmodi lapides pretioſi. Paulus Venetus lib. 1. cap. 34. *Balaſcia eſt prouincia magna; producit haec lapides pretioſos atque magni valoris, qui a nomine regionis Balaſci vocantur.* Alberto Magno, *lapis Balagius eſt gemma coloris rubei, lucida valde et ſubſtantiae transparentis, et dicitur eſſe femina carbunculi.*

BALASIVS, eadem notione. Inſtrum. an. 1347. tom. 2. Hiſt. Dalphin. p. 568. *Ac certos lapides, balaſios, rubinos, ſaphiros*, etc.

† BALASSIVS, BALASSVS, idem, apud Murat. to. 16. Script. Ital. p. 807.

† BALASTARDVS, vt *Balaſardus*, in Ch. Mſ. a. 1416. in Bibl. reg.

BALASTE, V. *Baſta.*

BALASTRVM, *balneum*, in Gloſſis Iſidori. Verſus de Mediolano apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 688. V. *Baſtrum.*

† BALATICVM, hordei ſpecies, i. q. *Balargus*. Ch. Mſ. a. 1209. *De omni fructu, qui inde exierit, de blado, et balatico, et grapis, et paleo* etc. V. *Bailliargia.* *) Rectius forte i. q. *Baladium.*

BALATIO, ſaltatio. Gloſſae Iſid. *Choreis, balationibus.* Capit. Caroli M. l. 6. c. 193. et paſſim alibi. BALLATIO, to. 2. Concil. Hiſp. p. 320. V. *Balleo.*

BALATOFERVM. Teſtamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 1. Hiſt. Rem. cap 18. *Aliis pauperibus tribus, vbi fratres cotidie pedes lauare debent, quibus etiam balatoferum, quod dicitur Xenodochium, ad hoc miniſterium ſtatui, ſolidus vnus dabitur.* Miraeus tom. 1. Operum Diplomatic. pag. 3. col. 1. legit ex eodem Teſtamento, *Balatoforum.*

BALATOLA, calculus, Gall. *Balote*. Rymer. tom. 6. pag. 674. Alibi *Ballatola.*

BALATOR, ſalcator. Append. ad Chron. Leod. a. 1374. apud Labbeum t. 1. Bibl. p. 408. BALLATOR, in notis Tyronis. V. *Balare.*

BALATORIVM. (1) Pro *Balcatorium*, molendinum, V. in *Valcatorium.* (2) † Ab Ital: vt videtur *Ballatorio*, menianum, Gall. *Balcon*. Ch. an. 1199. ap. Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1284. *Actum Piſis in balatorio dicti Archiepiſcopatus.* V. *Ballatorium.*

BALAVSTIVM. Petrus Damiani lib. 6. Epiſt. 17. *Palpitent oculi, os per crebra balauſtia gannire non ceſſet, caput etiam nutet*, etc. Legendum forte *balbuſtia*, Gallis *Begaiemens.* Alias Dioſcoridi lib. 1. cap. 155. βαλαύστιον, vt Latinis, *Balauſtium*, eſt flos mali punici. Italis *Balauſtra*, vel *Balauſta.* † Oſcitationem ſignificat, V. *Badals.* Nihil ergo mutandum.

BALAYA, a Gallico *Balais*, carbunculus. Ex Chartis Eccleſiae Anicienſ. Saec. XIV. *Item calix in cuius pomella ſunt quatuor Euangeliſtae cum quatuor lapidibus admodum balayarum.* V. *Balaſcus.*

BALAYEARIVS, Gall. *Balayeur*, ſcoparius. Ex Chartis Eccl. Anicienſ.

BALBA. Charta Ital. an. 1345. *Poſſunt ſuas ripas camporum deſſus Tanegrum munire, ſi voluerint, de balbis et plantis, prout voluerint.* V. *Balbus.*

† BALBACANA, pro *Barbacana*, vt videtur. Stat. Vercell. l. 6. p. 146. *Debent communi Vercellarum annuatim ſolidos XX. Pap. pro vna ruta balbacanae, quae eſt poſt domos eorum.*

BALBINVS. Hiſtoria Comitatus Ebroicenſis inter Probat. pag. 9. *Ita tamen*

men quod vicarius eiusdem Eccleſiae de d'Alboe percipiet ſingulis annis vnum modium bladi - - in granchia de d'Alboe per manum balbini monachorum. f. legendum *ballini*, quo nomine nonnunquam appellatus eſt adminiſtrator rerum monaſterii.

BALBOTTA, nauis ſpecies. Iacobi Auriae Annal. Genuen. lib. 10. ad an. 1290. apud Murat. tom. 6. col. 599. *Die autem ſequenti admiragius Ianuae paratis platis, et cum eis balbottis, miſit eas ad turrim de verſus ponentem, quae erat optime per Piſanos fornita omnibus neceſſariis ad praelium.* V. *Barbota.*

BALBVCA, V. *Balducta.*

† BALBVS, agger, quo aliquid defenditur et munitur. Stat. ciuit. Aſtae. *Quod praedicti emptores in dicto ripatu - - poſſint facere balbos et cluſas - - et quod aliquis non poſſit fieri facere congeriam ſeu balbos.*

BALBVTIRE. (1) Latrare. Vita S. Pardi Radoyno auctore to. 6. Maii p. 371. *Vt ora balbutientium omnium obſtruerentur.* (2) † Coenum agitare, in luto verſari, Gall. *Barboter.* Gloſſar. Lat. Gall. an. 1352. *Balbutire, bourbeteir.*

† BALBVZARE, balbutire, Ital. *Balbuzzare*, Germ. ſtammeln. Marten. t. 7. Collect. Ampl. p. 46.

BALCANIFER, ita dictus vexillifer, apud templarios milites, pro *Baldakinifer.* Matth. Pariſ. an. 1237. de clade Templarior. V. *Baldakinus.*

† BALCARIVS, qui rei alicui colligendae praeeſt. Gloſſ. Caeſ. Heiſterbac. t. 1. Hiſt. Treuir. p. 677. *De miſſatico, quod pronenit per quatuor ebdomadas, reddunt balcarii rationem.*

† BALCATORIVM, BALCHETERIVM, vt *Baltenderium*, Walkmühle. Ch. an. 1214. t. 1. Hiſt. Caſſin. p. 397. Alia an. 1303. ap. Vghell. t. 1. Ital. S. edit. a 1717. p. 383. V. *Batatorium* et *Valcatorium.*

† BALCHA, arundo, iuncus, calamus. Stat. Auellae an. 1496. *In domo coperta paleis, balcha ſeu roſello.*

BALCHETERIVM, V. *Balcatorium.*

BALCHIO, idem quod *Balco.* Acta SS. Iulii tom. 3. pag. 271. *Erant enim poſiti ad balchiones, et ſtatim cum videbant gloriosum corpus cum proceſſione, ſanabantur.*

BALCHIONATVS, V. mox in *Balco.*

† BALCIVS, forte feneſtrae apertura. Acta Mſ. inquiſit. Carcaſſ. an. 1308. fol. 16. *Dixerunt - - quod quadam nocte inuenerunt dictum beguinum in ponte de Alaso, et ſtatim - - praedictum beguinum proiecerunt per vnum magnum balcium in quandam foueam.* V. *Balcus.*

BALCO. (1) Italis *Balcone*, Gallis *Balcon*, exedra prominens. Inſcriptio quae legitur in coemeterio S. Proculi Veronae: *Fecit balcones nouos ſuper balcones veteres elenari.* Guidonis Diſciplina Farfenſis lib. 2. cap. 1. *Ad orientem feneſtrae quatuor; contra ſeptentrionem tres; contra occidentem duodecim balcones, etc.* Quidam, inquit Acharaſius, vocem propriam Venetorum, alii Genuenſium eſſe aiunt. Hinc *Balconato*, aedem *balconibus* inſtructam dicunt Itali. *Domus balchionata et cupata*, in Charta an. 1356. apud Chirardaccum lib. 1. Hiſt. Bonon. pag. 25. (2) Pro *Baco*, porcus ſaginatus, petaſio. Rymer. to. 7. pag. 187. vbi de munitione Caſtri, Breſtenſis. V. *Buco.*

BALCONVM, moenianum. Acta SS. Iunii tom. 1. pag. 793. *Dum ego ſtarem in domo mea ad balconum domus meae poſt prandium.*

† BALCVS, Ital. *Balco*, vel *Palco*, menianum, Gall. *Balcon.* Stat. ciuit. Piſtor. an. 1107. apud Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 543. V. *Balco* 1.

BALDACHINVS, V. *Baldakinus.*

BALDACITER, alacriter, expedite, Italis *Baldamente.* Sire Raul de Geſtis Friderici I. Imperat. apud Murator. tom. 6. col. 1175. *Et ipſi baldaciter ſteterunt ibi per XV. dies et oppugnauerunt Sallam.* Ibid. col. 1184. A veteri German. bald, audax, fortis.

BALDAKINVS, BALDERINVS, pannus omnium ditiſſimus, cuius vtpote ſtamen ex filo auri, ſubtemen ex ſerico tegitur, plumario opere intertextus,

textus, ſic dictus quod *Baldacco*, ſeu Babylone in Perſide, in Occidentales prouintias deferretur. Vincentius Bellov. lib. 32. cap. 30. *Tertia die fuerunt omnes in blaueis purpuris, et quarta in optimis baldakinis.* Cap. 31. *De baldakino erat tectum ſuperius, ſed alii erant panni exterius.* Matth. Weſtmonaſter. a. 1260. *Tumbae* (S. Albani) *obtulit optimum baldekinum.* Matth. Paris an. 1247. *Dominus Rex veſte deaurata facta de pretioſiſſimo baldekino - - ſedens.* Et an. 1254. *Pallas pretioſas, quas baldekinos vocant.* Ericus Vpſalenſis lib. 4. Hiſt. Sueciae pag. 118. *Lenabant corpora Ducum, et ponentes in feretro, ſuperiacto baldechino, portabant ea de caſtro.* Adde Chronicon Rollandini lib. 1. cap. 13. Vitam Balduini Lutzemb. Archiep. Treuir. lib. 2. cap. 2. 10. et Monaſticum Anglic. to. 3. pag. 177. et ſeq. 325. et alibi ſaepe. Perperam *Baldastrinus*, pro *Baldekinus* bis legitur apud Suffridum Petri in Ioanne Hornio, Epiſc. Leod. cap. 45. Male etiam haec vox ſcripta reperitur in Charta an. 1197. apud Vghellum tom. 7. pag. 1275. 4. *Sindones de ſeta, quarum vna eſt de - - alia de catablattio, alia de baldeluno, reliqua vero eſt rotata.* Legendum enim *Baldekino*. Et apud Franciſcum Canonicum Pragenſem in Hiſtor. ſui temporis: *Ornatus Capellae regiae non niſi de pretioſiſſimis belkinis purpura et byſſo contextus erat;* vbi legendum *Baldekinis*. (2) Sumitur etiam crebro pro vmbraculo, ſeu *vmbella*. Ceremoniale Romanum lib. 1. ſect. 2. *Portant vmbraculum haſtilibus octo ſuſtentatum, quod hodie baldachinum appellant.* Acta SS. Iulii to. 3. pag. 455. vbi de Translatione Crucifixi miraculoſi: *Excepta etiam fuit ſub baldachino Eccleſiae metropolitanae.* Adde Ceremoniale Epiſcoporum l. 1. cap. 2. Ita autem dictae vmbellae, quia vt plurimum factae erant ex *baldekino*: qua notione *baldachino* vſurpant Itali. Matthaeus Villaneus lib. 7. cap. 100. *Sopra la ſua perſona baldacchini di ſeta, e d'oro adorno interno riccamente.*

Plerique opinantur *Baldakinum* idem eſſe quod veterum *Babylonicum*: cum Babylonem *Baldach* hodie appellari conſtet. Gloſſar. Lat. Graec. *Babulonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. Gloſſ. Graeco-Lat. ψιλὸν, *tenue Babylonicum*. Aliud Gloſſar. cap. de Diuitiis: *Babylonicum*, ἀπωλὴς. At Plinius lib. 8. cap. 48. *Polymita* a *Babylonicis* diſtinguit, eaque Alexandrinis adſcribit. *Babylonicorum* vero meminit Plutarchus in Catone maiore. Obſeruat denique Scaliger in Notis ad Catullum, Babylonica appellaſſe veteres quaecunque acu picta erat, licet in Babylonia facta non eſſent. *) Wachterus vocem *Baldakinus* mere Germanicam eſſe credit, a Cambrico *pali*, ſericum, et German. Dach, tectum. Germanis inferioribus Boldeck olim idem erat ac *Baldakinus* 2, i. q. vmbraculum pretioſum; vnde autores Gloſſatii Bremenſ. t. 1. p. 111: vocem ex veteri Boll, caput, et Decke, tegumentum, compoſitam eſſe volunt. Sed ſi panni pretioſi primus eſt vocis ſignificatus, omnino aſſentiendum erit Cangio, a nomine vrbis *Baldach* eam deducenti. Ad German. Boldek quod attinet, procul dubio ex corrupta voce *Baldicum* effictum eſt, q. v.

BALDANTIA, alacritas, feſtinatio. Ital. *Baldanza*. Bartholom. Scribae Annal. Genuenſ. lib. 6. ad an. 1243. apud Murator. to. 6. col. 503. *Quae Piſani galeas LXXX. cum magna baldantia munierunt.* *) Conf. Gloſſar. Germanica v. Bald, et Bold. et infra *Baltha*.

BALDANVM VEXILLVM. Epiſtola Liuonis Regis Armeniae, in Geſtis Innocentii III. Pt. pag. 127. *Sine diffidacia facta contra nos dentes acuerunt - - exercitum noſtrum intra et extra muros Antiochiae ſagittauerunt, vexillum baldanum contra nos parauerunt, et quod grauius eſt, ſanguinem Chriſtianum fuderunt.* MS. Regium *balſamum*; Fuxenſe, *baldzanum*, praeferre monuit Stephan. Baluzius: vnde *baldakinum*, legendum forte.

BALDEA, choreae, Gall. *Bals*. Gauterius de Bellis Antioch. vbi tamen

legendum *Balinea* monet Gasp. Barthius in Glossario apud Ludewig. to. 3. Reliq. MS. p. 374. V. *Balare.*

BALDECHINVS, BALDEKINVS, BALDELVNVS, BALDEQVINVS, etc. V. *Baldakinus.*

BALDERIVS, V. *Banderius* 2.

† BALDICVARIVS, forte acupictor, a panno *Baldakinus* seu *Baldicum* dicto. Stat. ant. Florent. l. 4. c. 5. in Bibl. reg. *Quoscunque mercatores et artifices, campsatores, lanainolos, baldicuarios, speciarios* etc.

BALDICVM, videtur vsurpari aut scribi pro *baldachino*, in Annal. Colmar. 1. part. a. 1276. *Fuit et feretrum coopertum nobili Baldico quod ecclesiae reliquerunt.* Et in 2. part. eod. a. *Feretrum coopertum fuit baldichino, quod ecclesiae reliquerunt.* *) Pari modo Germani inferiores olim dixere Boldek, pro Balkachin, vmbraculum. V. *Baldakinus.*

*) BALDIMONIA, *herba caris*, Dlsenich, in Vocabul. vet. Lat. Germ. a. 1482. Planta alias apium sylvestris, thysselenium.

BALDINELLA, sindonis subtilioris species, a loco vnde aduehitur nomen habens. Vita S. Raynerii t. 3. Iunii pag. 431. *Qui solitus erat indui mollibus a carne vestimentis, bysso et baldinella.* Ogerii Panis Annal. Genuens. lib. 4. ad an. 1204. apud Murator. to. 6. col. 389. V. *Baldakinus.*

BALDIOSVS, *effabilis*, in Gloss. Isidori. Melius in Excerptis Pithoei *Blandiosus, affabilis.*

BALDOARDVS, V. *Banderius* 2.

† BALDOCHINVS, idem ac *Baldakinus* 1. in Libro censuum Eccles. Rom.

BALDRELLVS, baltheus, Gall. *Baudrier.* Ch. Huberti Militis de Salmuro, regnante Roberto Rege in Tabulario Burgulienſi: *Fuit etiam loricus in pretio valde bonus, et vnus caballus. Filii vero eius duos baldrellos habuerunt.* Catholicon Armoricum: *Baudra - - Balthens.* Arestum Paris. 9. Maii 1321. *Item vnam Baudream de corio operatam de serico pretii 40. sol.* Porro *Baudrarios*, Gallice *Baudroiers*, vocabant, qui scuria quaeuis parabant. Ex corio vero fiebant balthei. V. *Baldringus.*

BALDRESCHAE, V. *Bresachiae*

BALDRINGVS, idem quod *Baldrellus*, baltheus. Adalberto Episc. Laudun. in Carmine ad Robertum Regem:

Ilia baldringo cingit strictissima pecto.

Germanis Ring, baltheum sonat, vt in voce *Rinco* obseruauimus. Bald vero audacem virum. Ita *Baldring* fuerit cingulum viri militaris et *in armis strenui.*

BALDVCTA, Vgutioni, et Ioanni de Ianua, dicitur *lac pressum, a fero scilicet mutata, et dicitur balducta, quasi valde ducta, quia valde ducta est et pressa.* Vossius ex Nannio *Balbuca* habet. BALTHVTA, eadem notione, in Canon. Hibern. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 7. *Tenuclae vero vel balthusae luctis. sextario Romano.* Cumeanus Abbas de Mensura Poenitent. cap. 3. *Butuo lactis sextario pro sitis gratia.* *) BALVCA, Buttermilch, in Vocabul. Lat. Germ. a. 1477.

BALEA, arcus balearis, balliſta. Ioan. de Ianua: *Balea, a βαλλειν, funda, vel instrumentum quod vulgo vocatur balestrum.* Hist. MS. Excidii Acconis: *Portantes ibidem lapides cuiuslibet quantitatis, baleas, et quarellos, lanceas et falcastra*, etc. Ibidem: *Et ipsis sic dispersis cum bipedilibus, et communibus baleis, quarellorum multitudinem emittentes. Baleae vertigales*, apud eumdem Scriptorem: *Nam quarelli pro baleis vertigalibus sic fere et aliis jam fluxerant, nec habebant quid amplius balearent. Balistae vertiginales* eidem etiam paulo ante dicuntur: *A qualibet balista vertiginali trinos simul quarellos sensim in primam aciem emiserunt.*

BALEARE, e baleis, seu balistis, vel arcubalistis *quadrellos* seu sagittas emittere. Gloss. Lat. Graec. *Baleari, σφενδονᾶσθαι.* Occurrit non semel in eadem Historia Excidii Acconis MS.

BALEARICA TORMENTA, in Gestis Tancredi apud Marsenium t. 3. Anecdot.

Anecdot. col. 176. *Contra vrbani* (obſeſſi) *quaſi par pari reddunt, reuerberant balearica tormenta ſimilibus miſſilia jacula eminus; cominus vomeres marmora demittunt.* V. *Balearis.*

BALEARIS, BALEARIS ARCVS, vulgo *Arbaleſtre*, Germ. Armbruſt, apud Albertum Aq. lib. 9. cap. 20. Claudianus in Paneg. in 4. Conſul. Honorii. BALEARIS FVNDA. Geſta Tancredi apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 172. *Hi fundis al bearibus turres quatiunt.* Ibidem col. 187. *Quarum* (turrium) *remotiuſculam Tancredus, propiuſculam Comes Normannus fundae balearis turbine diſſoluebant. Funditorum Balearium* meminit Caeſar de Bello Gall. lib. 2. n. 8. Verum ii non a machina bellica, de qua nunc agitur, ſed ab Inſulis Balearibus nomen traxere; quae tamen ipſae Inſulae a Graeco Βάλλειν dictae videntur, quod earum incolae fundae jaculatione haberentur peritiſſimi. BALEARE INSTRVMENTVM, BALEARICA MACHINA. Guibertus l. 6. Geſt. Dei cap. 18. *Et contra vrbani baleare celeriter aedificant inſtrumentum, quo jactis ingentibus ſaxis nitebantur debilitare caſtellum.* Otto Friſingenſis Epiſcopus de Geſtis Friderici I. Imp. l. 2. cap. 20. apud Murator. tom. 6. col. 718. *At oppidani nondum tot malis victos ſe fingentes, infra quatuor dies, quibus pro Chriſtiani cultus deuotione Principem hoſtibus pacem dediſſe diximus, baleare tormentum inſtruunt, ignorante Principe* etc. Guntherus lib. 3. Ligurini:

Extruitur mirae balearica machina molis,
Quae valido longum transuerberet aera jactu.

V. *Bulea.*

BALEARIVS, qui alias *Arcubaliſtarius*, Lucas Tudenſis aera 1058.

BALEATOR, *fundator*, (pro *Funditor*) *vel Baliſtor*, Ioanni de Ianua.

BALEIS, carbunculus pretioſior, Gall. *Balais*, Germ. Ballas, apud Rymer. to. 5. p. 60. *Vnum ſaphirum orientalem pent. cum uno parvo baleis - - vnum gent. cum vno baleis in medio.* Haec carbunculi ſpecies remiſſioris coloris eſt, quam carbunculus proprie dictus. V. *Balaſcus* et *Bales.*, BALEISIVS, idem Rymer. to. 9. pag. 908. col. 1.

BALEIVM, ſcopae, Gall. *Balay.* Locum vide in *Corneia.*

BALEIVMENTVM, in Geſtis Dagoberti Regis, (V. *Bile.*) Schiltero non eſt vox bybrida, ſed pure Teutonica. *Baleiamunde, vel Bale-gemunte. Gemunte et Gemundling, Iamundling* vocabantur homines liberi, qui ſe dederant in mundium et protectionem Eccleſiarum vel potentiorum, *Clientes* Romanis, *Mundiales* Francis et *Commendati. Balegemunte* itaque eſt conuicium mali et ingrati clientis, rebellis; neque legendum eſt vt infra *Bile jumentum.* † Carpentarius credit, vocem compoſitum eſſe ex veteri Gallico *Bal*, falſus, et *jumentum*, adeo vt animal perfidum ſignificet. V. *Ballomer.*

† BALEIVS, i. ac *Baleis* et *Balaſcus*, in Ch. Mſ. a. 1376.

BALENA, BALLENA. (1) Apud Anglos, ſolius Regis eſt, perinde ac *ſturgio*, vt habent Bracton. lib. 3. de Corona cap. 2. §. 4. et Fleta l. 1. cap. 46. Leges Scaniae Andreae Suenonis lib. 8. cap. 1. Gorſelinus in Vita S. Auguſtini Epiſc. Cantuar. c. 2. de Britannico mari. In Chron. Mutin. apud Murator. to. 15. col. 574. *Decima Balenarum*, in Monaſt. Angl. to. 1. p. 30. to. 3. p. 4. V. quae de *Balenis* obſeruauit Cleyracus ad Leges maris Oleronenſes art. 44. (2) † Forte pro *Bala*, ſagma, faſcis, onus. Conſuetud. S. Dion. Exoldun. Mſ. *De quolibet equo portante cum dicto baat balenam, copum continens labrum ad minus et ad plus labrum et dimidium: et ſi dicta balena deferatur in quadriga, pro quolibet equo trahente quadrigam, vnum copum.*

BALENATIO, piſcatio balenarum. Ch. Alfonſi Comitis Bononienſis an. 1288. apud Brandaon. in Monarch. Luſitan. to. 4. p. 279.

BALENERIA vel BALENERIVS, nauigii ſpecies, f. ſic dicta a piſca-

tione balenarum. Rymer. tom. 8. pag. 308. *Cum omnibus bonis eorum, nauigiis, bargiis, baleneriis, et aliis nauigiis quibuscumque, et quocumque nomine cenſeantur.* V. *Balaneria.* † Vocis etymon longe probabilius affert Cangius in v. *Balingaria.*

† BALENS, ouis, a *balare*, quod eſt ouium vox. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. *Balens, brebis.*

† BALENTA. Ch. a. 1296. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 91. *Villam Diuionenſem et totam balentam dictae villae - - volumus eſſe a modo de reſſorto et balliuia Senonenſi.* Leg. *Banleucam*, q. v.

† BALENTIA, forte locus vbi ſcopae creſcunt. Sent. arbitr. Mſ. an. 1266. *Quod tota tertia pars, quam habebat - - et in toto territorio dicti loci, et de allodio cum balentia et booleyo*, etc. V. *Balancia.*

BALERIA, perperam pro *Balena*, vt omnino videtur, apud Rymer. t. 12. pag. 382. *Baleria et alios piſces cuiuscumque generis recentes emere*, etc.

BALES, pretioſior carbunculus. Rymer. tom. 5. pag. 60. V. *Baleis.*

BALESIVS. (1) Vt *Bales.* Rymer. tom. 1 pag. 370. Ibidem pag. 878. (2) Forte pro *Baloſus*, vel *Balotus*, a Gallico *Balot*, faſcis, ſarcina. († Vel pro *Valeſius*, Germ. Felleiſen, V. *Valiſia.*) Rymer. t. 4. p. 6. *Et abſque apertione literarum, manticarum, baleſiorum, aut kerneſiorum ſuorum quorumcumque, benevole permittatis*, etc.

† BALESTARIVS, BALESTERIVS, i. ac *Baliſtarius*, paſſim occurrunt in Scriptoribus Italicis apud Muratorium aliosue Scriptorum medii aeui Collectores.

BALESTRA, idem ac *Baliſta*, Germ. Baleſter. Murat. t. 6. p. 1045. V. *Baliſta* et *Baleſtrum.*

BALESTRARE, BALESTRATOR, V. *Baleſtrum.*

BALESTRVM. Ioan. de Ian. et Breuil. *Balea, funda vel inſtrumentum quod vulgo vocant baleſtrum. Baleſtrare cum baleſtro aliquid proiicere vel percutere.* Gloſſ. Mſ. Monris S. Eligii Atrebat. *Baleſtrum, a βαλλειν vnde Baleſtro, as, i. e. cum baleſtro aliquid proiicere.* Vgutio: *Baleſtrum, baliſta, baleſtrator, funditor.* Itali *baleſtra* et *baleſtro* dicunt, vt et *baleſtrare*, baliſta quadrellos emittere. Germ. Baleſter.

BALETVM, apud Pictauenſes vulgo *Balet*, ſpecies porticus tectae ad nundinas aliasue res quaslibet ab aëris intemperie defendendas, officina, apotheca: Charta Geraldi Abbatis S. Ioannis Angeriac. an. 1385. ex Chartulario eiusdem Monaſt. p. 442. *Inſta dictum monaſterium in domo, in qua dictus dominus Abbas inhabitat, in quodam tuſtorio ſeu baleto, ſedente eod. domino Abb. ſuper quemdam bancum fuſtium pro tribunali more maiorum.* Geſta Maioris Epiſc. Andegav. to. 10. Spicil. Acher. pag. 366. *Acta fuerunt haec in Abbatia S. Albini Andegauenſ. ſub anno* (1314) *- - in baleto, ſive ante quamdam cameram, vt dicitur, Cameram nouam.* Statuta Eccl. Nannet. a. 1289. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 987. Proceſſus de Vita S. Yuonis tom. 4. Maii pag. 548. Continuator Bollandi *Baletum* vertit per vocem *Cratis*; minus accurate, vt ex dictis liquet. *Balletum* in Inquiſitione MS. pro Canonizatione eiusdem B. Yuonis.

BALEVCA. Vide *Bannum Leugae.*

BALEXES, in Concil. Hiſp. an. 1591. tom. 4. p. 541. *Purgationes areorum*, id eſt, horreorum purgamenta, qualia ſunt, quae vanno excutiuntur.

BALEYS, Scopa, Gallis *Balay*, Germ. Beſen. Matth. Paris a. 1252. *Ferens in manu virgam, quam vulgariter baleys appellamus, a ſingulis fratribus diſciplinas nuda carne ſuſcepit.* Sed hic pro virgeo flagello ſumi videtur, quemadmodum etiamnum apud Norfolcienſes Anglos, vt auctor eſt Watſius.

BALFARDVM, V. *Balgard.*

BALFREDVS, BALFRIDVS, V. *Belfredus.*

BALG, nauicula, MS. Cod. Conſuetudinum SS. Bertini et Audomari tit. *de oneribus nauium. Balg cum melle 2i. den.* V. *Barga.* *) Quid ſi eſſet Germanicum Balg, pellis?

Ital

In iisdem Consuetudinibus rursum legitur: *Duo balg, XI. den.*

BALGART, BALGVARD. Chartа Philippi Comitis des Los, an. 1054. apud Malbrancum l. 9. de Morinis cap. 1. *Concessi stallum, totiusque villae teloneum, et quod Theutonice dicitur Balgart, tenfuram, et creditionem, atque omnem exactionem.* Quae totidem verbis habentur in alio Diplomate Philippi Alsatii Comitis Flandriae an. 1181. apud Miraeum in Diplom. Belg. l. 2. c. 4. nisi quod *Balguard* editum est. Cangio idem videtur ac *Balfard* apud eumdem Malbrancum l. 10. c. 49. vbi perperam sic scriptum, pro *balgard*, autumat. Sed retinendam esse vocem *Balfard* suadent Leges et Consuetudines Furnenses MS. in Archivo S. Audomari laicta XI. 3. in quibus sic habetur: *Praeterea nos Thomas Comes et Iohanna Comitissa praedicti balfardum nostrum in terra Furnensi perpetuo quisamus et quitum clamamus in futurum, hoc solum nobis retento, quod si forticias novas facere vellemus in terra Furnensi vel veteres reparare, illi fodere nobis tenerentur, qui prius balfardum soluere consueuerunt - - Actum an. 1249.* V. *Blasfardus.* *) Vox *Balgart* Schiltero est malorum seu maleficiorum custodia, jurisdictio criminalis, a *bal*, malus, et *gard*, custodio.

BALIA. (1) Machinae bellicae species, eadem quae *Balista*. Chron. Cornelii Zantfliet apud Marten. t. 5. Ampliss. Collect. col. 127. (2) Quaevis rerum administratio. Falco Beneuent. Ioann. Villaneus l. 1. c. 25. V. *Bainlus*, *Ballivus*, *Ballia* etc. (3) Officinarum in monasteriis praefectura monachis demandata, apud Innoc. III. l. 13. ep. 55. Matth. Paris. p. 110. Marten. t. 4. Anecd. p. 1209. (4) Administratio rerum et bonorum pupilli, Ital. *Balia*, Gall. *Bail*. Tabular. Briuat. ch. 155. et alibi. V. *Bailia*, *Bainlus*. (5) † Auctoritas, potestas, Italis. Stat. Synod. eccl. Sabin. a. 1337. *Refernata - - plenaria potestate, arbitrio, et balia domini episcopi.* Murat. t. 12. Script. Ital. p. 1078. V. *Bailia*. (6) † Magistratus nomen ciuium apud Senenses, qui rebus bellicis praefecti sunt. Murat. t. 20. Script. Ital. p. 13. (7) † Tributi genus, quod ratione protectionis et tutelae exigitur; Ch. an. 1158. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 572. *Concedo - - baliam, albergam, quistam, toltam* etc. V. *Ballia*.

† BALIARDVS, monetae species. Necroleg. Mf. capit. b. M. Mediimonast. *Obiit - - qui dedit X libras baliardorum ad emendos reditus.* V. *Bauiardus*.

† BALIATA, BALIATVRVS, tutela, rerum pupilli administratio. Constit. Mf. Caroli reg. Sicil. V. *Baliatus*.

BALIATICVM, gardia, custodia, i. q. *Balia*, Gall. *Baillage*, a *Baiulus*, q. v. Ch. Willelmi D. Montispessul. an. 1103. *Dono - - ballarium arquintalis, et tertium denarium in arquintali etc. Baliato* apud Matth. Villan. l. 6. c. 33.

BALIATVS, tutelа. Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 11. V. *Baiulatus* et *Baiulus* 3.

BALIDINVS. Gloss. Saxon. Aelfrici cap. de Coloribus; *Balidinus bryte*, forte legendum *Badius*, vel *Batius*; Gallis *Bay*, *Bayard*. V. Aegidium Menagium in Orig. Ital. verbo *Balzano*. V. *Bagus*.

BALIENS, pro *Valens*, in Charta Longobardica an. 490. apud Vghellum tom. 1. pag. 391. *De oleo baliente denarios* 12. etc. Occurrit ibi rursum.

BALIGERA, *stulta*, in Cod. 1013. Bibliothecae Regiae.

† BALIGNA, leguminis species. Stat. Auellae 1496. c. 126. ex Cod. reg. 4624. *Emere non liceat - - caules, rapas, alia ceparia, et baliguas siue ortolaglia.*

BALIGVERIVS, mauigii genus, idem quod *Balingarius*. Tabularium Communis Massil.

BALIMANTHIA, V. *Ballimathia*.

BALINEVM, βαλανεῖον, *balneum*, in Supplemento Antiquarii.

BALINGARIA, BALINGARIVS, nauis bellicae species. Thom. Walsinghamus in Riccardo II. *Tandem*

pene

tione balenarum. Rymer. tom. 8. pag. 308. *Cum omnibus bonis eorum, nauigiis, bargiis, balenertis, et aliis nauigiis quibuscumque, et quocumque nomine cenſeantur.* V. *Balaneria.* † Vocis etymon longe probabilius affert Cangius in v. *Balingaria.*

† BALENS, ouis, a *balare*, quod eſt ouium vox. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. *Balens, brebis.*

† BALENTA. Ch. a. 1296. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 91. *Villam Dionenſem et totam balentam dictae villae - - volumus eſſe a modo de reſſorto et balliuia Senonenſi.* Leg. *Banleucam*, q. v.

† BALENTIA, forte locus vbi ſcopae creſcunt. Sent. arbitr. Mſ. an. 1266. *Quod tota tertia pars, quam habebat - - et in toto territorio dicti loci, et de allodio cum balcutia et booleyo*, etc. V. *Balancia.*

BALERIA, perperam pro *Balena*, vt omnino videtur, apud Rymer. t. 12. pag. 382. *Baleria et alios piſces cuiuscumque generis recentes emere*, etc.

BALES, pretioſior carbunculus. Rymer. tom. 5. pag. 60. V. *Baleis.*

BALESIVS. (1) Vt *Bales.* Rymer. tom. 1 pag. 370. Ibidem pag. 878. (2) Forte pro *Baloſius*, vel *Balotus*, a Gallico *Balot*, faſcis, ſarcina. († Vel pro *Valeſius*, Germ. Veltes ſen, V. *Valiſia.*) Rymer. t. 4. p. 6. *Et abſque apertione literarum, manticarum, baleſiorum, aut herneſiorum ſuorum quorumcumque, benevole permittatis*, etc.

† BALESTARIVS, BALESTERIVS, i. ac *Baliſtarius*, paſſim occurrunt in Scriptoribus Italicis apud Muratorium aliosue Scriptorum medii aeui Collectores.

BALESTRA, idem ac *Baliſta*, Germ. Balester. Murat. t. 6. p. 1045. V. *Baliſta* et *Baleſtrum.*

BALESTRARE, BALESTRATOR, V. *Baleſtrum.*

BALESTRVM. Ioan. de Ian. et Breuil. *Balea, funda vel inſtrumentum quod vulgo vocant baleſtrum. Baleſtrare cum baleſtro aliquid proiicere vel percutere.* Gloſſ. Mſ. Montis S. Eligii Atrebat. *Baleſtrum, a βαλλειν vnde Baleſtro, as, i. e. cum baleſtro aliquid proiicere.* Vgutio: *Baleſtrum, baliſta, baleſtrator, funditor.* Irali *baleſtra* et *baleſtro* dicunt, vt et *baleſtrare*, baliſta quadrellos emittere. Germ. Balester.

BALETVM, apud Pictauenſes vulgo *Balet*, ſpecies porticus tectae ad mundinas aliasue res quaslibet ab aëris intemperie defendendas, officina, apotheca. Charta Geraldi Abbatis S. Ioannis Angeriac. an. 1385. ex Chartulario eiusdem Monaſt. p. 442. *Iuſta dictum monaſterium in domo, in qua dictus dominus Abbas inhabitat, in quodam tuſtorio ſeu baleto, ſedenſe eod. domino Abb. ſuper quemdam bancum fuſteum pro tribunali more maiorum.* Geſta Maioris Epiſc. Andegav. to. 10. Spicil. Acher. pag. 366. *Acta fuerunt haec in Abbatia S. Albini Andegauenſ. ſub anno* (1314) - - *in baleto, ſito ante quamdam cameram, vt dicitur, Cameram nouam.* Statuta Eccl. Nannet. a. 1289. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 987. Proceſſus de Vita S. Yuonis tom. 4. Maii pag. 548. Continuator Bollandi *Baletum* vertit per vocem *Cratis*; minus accurate, vt ex dictis liquet. *Balletum* in Inquiſitione MS. pro Canonizatione eiusdem B. Yuonis.

BALEVCA. Vide *Bannum Leugae.*

BALEXES, in Concil. Hiſp. an. 1591. tom. 4. p. 541. *Purgationes areārum*, id eſt, horreorum purgamenta, qualia ſunt, quae vanno excutiuntur.

BALEYS, Scopa, Gallis *Balay*, Germ. Beſen. Matth. Paris a. 1252. *Ferens in manu virgam, quam vulgariter baleys appellamus, a ſingulis fratribus diſciplinas nuda carne ſuſcepit.* Sed hic pro virgeo flagello ſumi videtur, quemadmodum etiamnum apud Norfolcienſes Anglos, vt auctor eſt Watſius.

BALFARDVM, V. *Balgart.*

BALFREDVS, BALFRIDVS, V. *Belfredus.*

BALG, nauicula, MS. Cod. Conſuetudinum SS. Bertini et Audomari tit. *de oneribus nauium. Balg cum melle 21. den.* V. *Barga.* *) Quid ſi eſſet Germanicum Balg, pellis? Ita

In iisdem Conſuetudinibus rurſum legitur: *Duo balg, XI. den.*

BALGART, BALGVARD. Charta Philippi Comitis dos Los, an. 1054. apud Malbrancum l. 9. de Morinis cap. 1. *Conceſſi ſtallum, totiusque villae teloneum, et quod Theutonice dicitur Balgart, tenſuram, et créditionem, atque omnem exactionem.* Quae totidem verbis habentur in alio Diplomate Philippi Alſatii Comitis Flandriae an. 1181. apud Miraeum in Diplom. Belg. l. 2. c. 4. niſi quod *Balguard* editum eſt. Cangio idem videtur ac *Balfard* apud eumdem Malbrancum l. 10. c. 49. vbi perperam ſic ſcriptum, pro *balgard*, autumat. Sed retinendam eſſe vocem *Balfard* ſuadent Leges et Conſuetudines Furnenſes MS. in Archiuo S. Audomari laicta XI. 3. in quibus ſic habetur: *Praeterea nos Thomas Comes et Ibhanna Comitiſſa praedicti balfardum noſtrum in terra Furnenſi perpetuo quitamus et quitum clamamus in futurum, hoc ſolum nobis retento, quod ſi forticias novas facere vellemus in terra Furnenſi vel veteres reparare, illi fodere nobis tenerentur, qui prius balfardum ſoluere conſueuerunt - - Actum an. 1249.* V. *Blaſfardus.* *) Vox *Balgart* Schiltero eſt malorum ſeu maleficiorum cuſtodia, jurisdictio criminalis, a *bal*, malus, et *gard*, cuſtodio.

BALIA. (1) Machinae bellicae ſpecies, eadem quae *Baliſta*. Chron. Cornelii Zantfliet apud Marten. t. 5. Ampliſſ. Collect. col. 127. (2) Quaeuis rerum adminiſtratio. Falco Beneuent. Ioann. Villaneus l. 1. c. 25. V. *Baiulus*, *Ballivus*, *Ballia* etc. (3) Officinarum in monaſteriis praefectura monachis demandata, apud Innoc. III. l. 13. ep. 55. Matth. Pariſ. p. 110. Marten. t. 4. Anecd. p. 1209. (4) Adminiſtratio rerum et bonorum pupilli, Ital. *Balia*, Gall. *Bail*. Tabular. Briuat. ch. 155. et alibi. V. *Bailia*, *Baiulus*. (5) † Auctoritas, poteſtas, Italis. Stat. Synod. eccl. Sabin. a. 1337. *Reſeruata - - plenaria poteſtate, arbitrio, et balia domini epiſcopi.* Murat. t. 12. Script. Ital. p. 1078. V. *Baiulus*. (6) † Magiſtratus nobilem ciuium apud Senenſes, qui rebus bellicis praefecti ſunt. Murat. t. 20. Script. Ital. p. 13. (7) † Tributi genus, quod ratione protectionis et tutelae exigitur; Ch. an. 1158. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 572. *Concedo - - baliam, albergam, quiſtam, toltam* etc. V. *Ballia*.

† BALIARDVS, monetae ſpecies. Necrolog. Mſ. capit. b. M. Mediimonaſt. *Obiit - - qui dedit X libras baliardorum ad emendos redditus.* V. *Bauiardus*.

† BALIATA, BALIATVRVS, tutela, rerum pupilli adminiſtratio. Conſtit. Mſ. Caroli reg. Sicil. V. *Baliatus*.

BALIATICVM, gardia, cuſtodia, i. q. *Balia*, Gall. *Bailage*, a *Baiulus*, q. v. Ch. Willelmi D. Montispeſſul. an. 1103. *Dono - - ballarium arquintalis, et tertium denarium in arquintali etc. Baliato* apud Matth. Villan. l. 6. c. 33.

BALIATVS, tutela. Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 11. V. *Baiulatus* et *Baiulus* 3.

BALIDINVS. Gloſſ. Saxon. Aelfrici cap. de Coloribus; *Balidinus bryte*, forte legendum *Badius*, vel *Baius*; Gallis *Bay*, *Bayard*. V. Aegidium Menagium in Orig. Ital. verbo *Balzano*. V. *Bagus*.

BALIENS, pro *Valens*, in Charta Longobardica an. 490. apud Vghellum tom. 1. pag. 391. *De oleo baliente denarios* 12. etc. Occurrit ibi rurſum.

BALIGERA, *ſtulta*, in Cod. 1013. Bibliothecae Regiae.

† BALIGNA, leguminis ſpecies. Stat. Auellae 1496. c. 126. ex Cod. reg. 4624. *Emere non liceat - - caules, rapas, alia ceparia, et balignas ſiue orticaglia.*

BALIGVERIVS, nauigii genus, idem quod *Balingaria*. Tabularium Communis Maſſil.

BALIMANTHIA, V. *Ballimathia*.

BALINEVM, βαλανεῖον, *balneum*, in Supplemento Antiquarii.

BALINGARIA, BALINGARIVS, nauis bellicae ſpecies. Thom. Walſinghamus in Riccardo II. *Tandem*

pene

tione balenarum. Rymer. tom. 8. pag. 308. *Cum omnibus bonis eorum, nauigiis, bargiis, balenariis, et aliis nauigiis quibuscumque, et quocumque nomine cenſeantur.* V. *Balaneria.* † Vocis etymon longe probabilius affert Cangius in v. *Balingaria.*

† BALENS, ouis, a *balare*, quod eſt ouium vox. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. *Balens, brebis.*

† BALENTA. Ch. a. 1296. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 91. *Villam Diuionenſem et totam balentam dictae villae - - volumus eſſe a modo de reſſorto et ballitia Senonenſi.* Leg. *Banleucam*, q. v.

† BALENTIA, forte locus vbi ſcopae creſcunt. Sent. arbitr. Mſ. an. 1266. *Quod tota tertia pars, quam habebat - - et in toto territorio dicti loci, et de allodio cum balcutia et booleyo*, etc. V. *Balancia.*

BALERIA, perperam pro *Balena*, vt omnino videtur, apud Rymer. t. 12. pag. 382. *Baleria et alios piſces cuiuscumque generis recentes emere*, etc.

BALES, pretioſior carbunculus. Rymer. tom. 5. pag. 60. V. *Baleis.*

BALESIVS. (1) Vt *Bales.* Rymer. tom. 1 pag. 370. Ibidem pag. 878. (2) Forte pro *Baloſus*, vel *Balotus*, a Gallico *Balot*, faſcis, ſarcina. († Vel pro *Valeſius*, Germ. Welſch, V. *Valiſia.*) Rymer. t. 4. p. 6. *Et abſque apertione literarum, manticarum, baleſiorum, aut kerneſiorum ſuorum quorumcumque, benevole permittatis*, etc.

† BALESTARIVS, BALESTERIVS, i. ac *Baliſtarius*, paſſim occurrunt in Scriptoribus Italicis apud Muratorium aliosue Scriptorum medii aevi Collectores.

BALESTRA, idem ac *Baliſta*, Germ. Balleſter. Murat. t. 6. p. 1045. V. *Baliſta* et *Baleſtrum.*

BALESTRARE, BALESTRATOR, V. *Baleſtrum.*

BALESTRVM. Ioan. de Ian. et Breuil. *Balea, funda vel inſtrumentum quod vulgo vocant baleſtrum. Baleſtrare cum baleſtro aliquid proiicere vel percutere.* Gloſſ. Mſ. Montis S. Eligii Atrebat. *Baleſtrum, a βαλλειν vnde Baleſtro, as, i. e. cum baleſtro aliquid proiicere.* Vguio: *Baleſtrum, baliſta, baleſtrator, ſanditor.* Itali *baleſtra* et *baleſtro* dicunt, vt et *baleſtrare*, baliſta quadrellos emittere. Germ. Balleſter.

BALETVM, apud Pictauenſes vulgo *Balet*, ſpecies porticus tectae ad nundinas aliasue res quaslibet ab aëris intemperie defendendas, officina, apotheca. Charta Geraldi Abbatis S. Ioannis Angeriac. an. 1385. ex Chartulario eiusdem Monaſt. p. 442. *Iuſta dictum monaſterium in domo, in qua dictus dominus Abbas inhabitat, in quodam tuſtorio ſen baleto, ſedente eod. domino Abb. ſuper quendam bancium fuſteum pro tribunali more maiorum.* Geſta Maioris Epiſc. Andegav. c. 10. Spicil. Acher. pag. 366. *Acto fuerunt haec in Abbatia S. Albini Andegauenſ. ſub anno* (1314) *- - in baleto, ſito ante quandam cameram, vt dicitur, Cameram nouam.* Statuta Eccl. Nannet. a. 1289. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 987. Proceſſus de Vita S. Yuonis tom. 4. Maii pag. 548. Continuator Bollandi *Baletum* vertit per vocem *Cratis*; minus accurate, vt ex dictis liquet. *Balletum* in Inquiſitione MS. pro Canonizatione eiusdem B. Yuonis.

BALEVCA. Vide *Bannum Leugae.*

BALEXES, in Concil. Hiſp. an. 1591. tom. 4. p. 541. *Purgationes areārum*, id eſt, horreorum purgamenta, qualia ſunt, quae vanno excutiuntur.

BALEYS, Scopa, Gallis *Baley*, Germ. Beſen. Matth. Paris a. 1252. *Ferens in manu virgam, quam vulgariter baleys appellamus, a ſingulis fratribus diſciplinas nuda carne ſuſcepit.* Sed hic pro virgeo flagello ſumi videtur, quemadmodum etiamnum apud Norfolcienſes Anglos, vt auctor eſt Watſius.

BALFARDVM, V. *Balgart.*

BALFREDVS, BALFRIDVS, V. *Belfredus.*

BALG, nauicula, MS. Cod. Conſuetudinum SS. Bertini et Audomari tit. *de oneribus nauium. Balg cum melle 21. den.* V. *Barga.* *) Quid ſi eſſet Germanicum Balg, pellis?

Ital

In iisdem Conſuetudinibus rurſum legitur: *Duo balg, XI. den.*

BALGART, BALGVARD. Charta Philippi Comitis de Los, an. 1054. apud Malbrancum l. 9. de Morinis cap. 1. *Conceſſi ſtallum, totiusque villae teloneum, et quod Theutonice dicitur Balgart, tenſuram, et creditionem, atque omnem exactionem.* Quae totidem verbis habentur in alio Diplomate Philippi Alſatii Comitis Flandriae an. 1181. apud Miraeum in Diplom. Belg. l. 2. c. 4. niſi quod *Balguard* editum eſt. Cangio idem videtur ac *Balfard* apud eumdem Malbrancum l. 10. c. 49. vbi perperam ſic ſcriptum, pro *balgard*, autumat. Sed retinendam eſſe vocem *Balfard* ſuadent Leges et Conſuetudines Furnenſes MS. in Archiuo S. Audomari laicta XI. 3. in quibus ſic habetur: *Praeterea nos Thomas Comes et Iohanna Comitiſſa praedicti balfardum noſtrum in terra Furnenſi perpetuo quitamus et quitum clamamus in futurum, hoc ſolum nobis retento, quod ſi forticias novas facere vellemus in terra Furnenſi vel veteres reparare, illi fedare nobis tenerentur, qui prius balfardum ſolvere conſueverunt - - Actum an. 1249.* V. *Blaſfardus.* *) Vox *Balgart* Schiltero eſt malorum ſeu maleficiorum cuſtodia, jurisdictio criminalis, a *bal*, malus, et *gard*, cuſtodio.

BALIA. (1) Machinae bellicae ſpecies, eadem quae *Baliſta*. Chron. Cornelii Zantfliet apud Marten. t. 5. Ampliſſ. Collect. col. 127. (2) Quaeuis rerum adminiſtratio. Falco Beneuent. Ioann. Villaneus l. 1. c. 25. V. *Baiulus, Ballivus, Ballia* etc. (3) Officinarum in monaſteriis praefectura monachis demandata, apud Innoc. III. l. 13. ep. 55. Matth. Pariſ. p. 110. Marten. t. 4. Anecd. p. 1209. (4) Adminiſtratio rerum et bonorum pupilli, Ital. *Balia*, Gall. *Bail*. Tabular. Briuat. ch. 155. et alibi. V. *Bailia, Bainus.* (5) † Auctoritas, poteſtas, Italis. Stat. Synod. eccl. Sabin. a. 1337. *Reſervata - - plenaria poteſtate, arbitrio, et balia domini epiſcopi.* Murat. t. 12. Script. It. l. p. 1078. V. *Baiius.* (6) † Magiſtratus nouem ciuium apud Senenſes, qui rebus bellicis praefecti ſunt. Murat. t. 20. Script. Ital. p. 13. (7) † Tributi genus, quod ratione protectionis et tutelae exigitur; Ch. an. 1158. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 572. *Concedo - - baliam, albergam, quiſtam, toltam* etc. V. *Bailia.*

† BALIARDVS, monetae ſpecies. Necrolog. Mſ. capit. b. M. Mediimonaſt. *Obiit - - qui dedit X libras baliardorum ad emendos redditus.* V. *Baxiardus.*

† BALIATA, BALIATVRVS, tutela, rerum pupilli adminiſtratio. Conſtit. Mſ. Caroli reg. Sicil. V. *Baliatus.*

BALIATICVM, gardia, cuſtodia, i. q. *Balia*, Gall. *Baillage*, a *Bainlus*, q. v. Ch. Willelmi D. Montispeſſul. an. 1103. *Dono - - ballarium arquintalis, et tertium denarium in arquintali etc. Baliaso* apud Matth. Villan. l. 6. c. 33.

BALIATVS, tutelá. Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 11. V. *Baiulatus* et *Baiulus* 3.

BALIDINVS. Gloſſ. Saxon. Aelfrici cap. de Coloribus; *Balidinus hryse*, forte legendum *Bodins*, vel *Baius*; Gallis *Bay*, *Bayard*. V. Aegidium Menagium in Orig. Ital. verbo *Balzano*. V. *Bagus.*

BALIENS, pro *Valens*, in Charta Longobardica an. 490. apud Vghellum tom. 1. pag. 391. *De oleo balienſe denarios* 12. etc. Occurrit ibi rurſum.

BALIGERA, *ſtulta*, in Cod. 1013. Bibliothecae Regiae.

† BALIGNA, leguminis ſpecies. Stat. Auellae 1496. c. 126. ex Cod. reg. 4624. *Emere non liceat - - caules, rapas, alia ceparia, et balignas ſive orielaglia.*

BALIGVERIVS, nauigii genus, idem quod *Balingaria*. Tabularium Communis Maſſil.

BALIMANTHIA, V. *Ballimathia.*

BALINEVM, *βαλανεῖον*, *balneum*, in Supplemento Antiquarii.

BALINGARIA, BALINGARIVS, nauis bellicae ſpecies. Thom. Walſinghamus in Riccardo II. *Tandem*

pene

pene ſolus fugiens in balingario, peruehit ad eundem Comitem. Infra: *Recepta ſunt autem ibi vaſa - - 21. cum quibusdam vaſis eorum, ſcilicet 4. bargis, et vno balingario.* Alibi: *Hoſtes armauerunt 5. vaſa bellica, qualia balingarias appellamus.* Idem: *Vna bargia* et *7. balingariae periclitatae ſunt ante villam de Caleſia. Balener* appellatur in Legibus Alfonſinis part. 2. tit. 25. lege 7. Sic porro dictum videtur eiusmodi nauigium, quod cunabuli, quod *Balinja*, ſeu *Balingia* vocabant olim Galli, formam referret. BALINGERA, eodem ſenſu, apud Rymer. tom. 8. pag. 147. Sic alibi non ſemel.

BALINGIVM, pro *Balineum*, vel *Balneum*, in veteri Inſcriptione in Anglia, apud Gruter. 73. 5. *Balingium vi ignis exuſtum Coh. I. Thracum reſtituit.* V. *Balineum.*

BALENJA, ex voce *Balinge*, quae etiamnum apud Lemouices obtinet pro cunabulo, vel certe pro faſciis quibus inuoluuntur infantes. Capitulare de Villis cap. 42. *Vt vnaquaque villa intra Cameram lectaria, culcitas, plumatias, batlinias, drappos - - habeat.* Βαβάλλιον et βαβαλικήρια, *cunabula*, et *cunas* vocant Gloſſae Graec. Lat. Armoricis hodie *Balen*, vel *Ballen*, et *Pallen*, lecti operimentum laneum. V. *Batlinia.*

BALINVERNIA et BALINRINIA. Sic legit Cangii editor in Informationibus ciuitatis Maſſil. pro paſſagio transmarino MS. e Bibliotheca Sangerm. Eſt autem magni mali, vt videtur, minus velum: *De caduſa pro balinrinia 1. duarum goarum - - Arbor vero de medio vult habere dua vela quorum maius vult habere XLVII. goas per antennam et XLVII. fos et pro balinuernia XLVII. goas; et continebunt iſta duo vela XXVIII. pecias continentes C. cannas canabica.* Quae quidem vox, cum a *Balingaria* non multum ſit diuerſa, ab ea nomen traxiſſe facile credendum, quod forte in eiusmodi nauibus frequentior ſit vſus fuerit.

BALIO, *manus*, *palma*, in Gloſſis Iſidori. Ad quas Graeuius: „Apud „Papiam eſt: *Bola*, *palma*, *manus*. „Sic tum loquebantur et ſcribebant „pro *Vola*. Sic et ſcripſiſſe cenſeo „Iſidorum: *Bola*, *palma*, *manus*.„

BALISAGIVM, praeſtatio ſeu tributum, quod pro indiciis, Gall. *Baliſtes*, quae ad dirigendas naues in portubus apponi ſolent, exigitur, Gall. *Baliſage*. V. Diction. Commerc. Priuil. Rupellae a. 1483. inter Obſeruat. ad Carol. VIII. p. 384. *Quae priuilegia et dona barragii, baptiſagii, baliſagii, deliſtagii in praedictis* etc.

BALISEVS, moneta Tartarica. V. Gregorium Abulfaragium p. 284. 285.

BALISTA, BALLISTA, BALESTRVM, etc. machina iaculatoria, ex Graeco βάλλειν, Hiſpan. *Balleſta*, Gallis *Arbaleſte*. *Baliſta mamaldis*, Ioanni de Ianua, in voce *Machina*. Fortunatus l. 3. Poem. 19.

Illic eſt etiam gemino balliſta volatu,
Quae poſt ſe mortem linquit, et ipſa fugit.

Lex Wiſigoth. l. 8. tit. 4. §. 23. *Si quis - - laqueos vel arcus praetenderit, ſen baliſtas.* Monachus Vallis Sarnenſis in Hiſt. Albig. cap. 42. *Ecce ſagitta per baliſtam ab aduerſario emiſſa ferientem illum percuſſit.* Guill. Brito lib. 2. Philippid.

Nec tamen interea ceſſas baliſta, vel arcus
Quadrellos haec multiplicas, pluit ille ſagittas.

Apud Sanutum lib. 2. part. 4. c. 8. recenſentur variae baliſtarum ſpecies, *Baliſtae groſſae a turno*, *Baliſtae a peſarola. Baliſtae a pectoribus*, ibidem cap. 23. *Rectae Baliſtae quibus iſtae Muſchettae proprie deputantur, ſunt baliſtae, quae baliſtae a pectoribus nuncupantur. Baliſtae cum cornu.* apud Iacobum de Vitriaco lib. 3. pag. 1143. *Inuenti ſunt in Damiata tribuculi quatuor cum petrariis et mangonellis plurimis, baliſtae cum cornu fortiſſimae, magnalium baliſtarum et arcuum - - magnus numerus.* In Areſto Parlam. Par. 9. Maii recenſentur pariter aliae baliſtarum ſpecies, *Baliſtae ad vnum pedem*, *Baliſtae de cornu ad duos pedes*, *Baliſtae ligneae ad duos pedes*, *Baliſta ſine nuce quae duos preiicit quarellos. Baliſtae de torno vel de leua*, in Proceſſu

ceſſu B. Petri de Luxemburgo to. 1. Iunii pag. 590. *Erant duae baliſtae a Tour, et quinque a duobus pedibus*, to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 66. col. 2. *Duas baliſtas ad Tor*, et *decem baliſtas ad duos pedes*, ibid. p. 67. col. 2. V. p. 53. col. 1. *Baliſtam cornu optimam de torno*, in Statutis Arelat. tit. 133. *Baliſtae corneae*, apud Marten. Ampliſſ. Collect. t. 1. col. 1114. Vide eiusd. Anecd. tom. 3. col. 90. et to. 4. col. 726. Miraei opera Diplom. t. 1. p. 206. Edit. 1723. etc. *Baliſta a turno*, in Annal. Genuenſ. Bartholomaei Scribae ad an. 1247. apud Murator. tom. 6. col. 512. *Baliſtra de cornu*, apud eumdem ibid. col. 418. *Baliſtra de cornu, vel de torno*, in Statutis Maſſil. MS. Perperam in Editis p. 153. et 154. *de cornu*, vel de *corno*. † *Baliſta groſſa de arganellis* ap. Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1197. V. *Arganella*. *Baliſtae calibus fulcita ſubingenio*, *Baliſta fulcita ſuo ingenio*, *Baliſta fulcita ſuis vtilibus*, vel *vtenſilibus et tractibus*, in Monſtra facta apud Chaſſagniam a. 1511. *Baliſta groſſa de molinellis*, apud Murat. loco modo laudato. *Baliſta de preconio*, in Probat. t. 4. Hiſt. Occit. pag. 162. *Baliſta de veuerſo*, in Ch. an. 1363. MS. *Baliſta groſſa ad ſtapham*, in alia a. 1299. t. 4. Cod. Ital. diplom. p. 46. Saepe etiam *Baliſta* et *Baliſtra* accipitur pro machina, qua ſaxa emittuntur ad quatiendos muros, quarum variae ſpecies, de quibus copioſe prae caeteris egit Angelus Portenarius in Felicit. Patauina lib. 5. De Baliſtis hac notione ſumtis intelligendus Papias MS. cum ait: *Baliſta, genus machinae ab emittendo, torquetur enim verbere neruorum, et jacit haſtas et ſaxa.* V. *Baleſtrum* et *Baliſtra*.

† BALISTAMENTVM, locus *baliſtis* locandis aptus, Gall *Batterie*. Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui pag. 1214. V. *Baliſtaria*.

BALISTARE, jaculari. Iacobi Auriae Annal. Genuenſ. lib. 10. ad an. 1282. apud Murator t. 6 col. 583. V. *Baleſtrare*, et *Baliſtrare*.

BALISTARIA, loca baliſtis et tormentis locandis facta, in Gaſparis Barthii Gloſſ. apud Ludewig. Reliq. MS. tom. 3. pag. 235. ex Hiſt. Paleſtina Raimundi Agilaei. V. *Baliſtamentum*.

BALISTARIVS. (1) BALISTARIVS ARCVS, vulgo *Arbaleſte*, baliſta, Armbruſt. Will. Brito lib. 2. Philippidos. (2) BALISTARII, et BALISTRARII, Gallis *Arbaleſtrier*, Germ. Armbruſtſchützen, qui *arcu baleari* vtuntur in praeliis. Monachus Vallis Sarnenſis cap. 63. *Habebant praeterea baliſtarios, qui*, etc. Concilium Romanum a. 1139. c. 30. *Artem illam mortiferam et Deo odibilem baliſtariorum et ſagittariorum aduerſus Chriſtianos et Catholicos exerceri de cetero ſub anathemate prohibemus.* Concil. Lateranenſe IV. can. 18. *Nullus quoque Clericus rottarius aut baliſtariis aut huiusmodi viris ſanguinem praeponatur.* V. *Baleſtrator*, *Baleſtarius* et *Baliſtarius*.

BALISTATA, jactus baliſtae. Iacobi Auriae Annal. Genuenſ. ad a. 1283. apud Murator. t. 6. col. 583. † Murat. t. 12. Script. Ital. p. 800. *Diſtantem a porta - - per vnam baliſtatam.*

BALISTEVM, i. q. *Ballimattium*, Chorea vel cantilena ad quam ſaltatur, Gall. olim *Baleſtiaux*. Vox deducta a βαλλίζειν, *ballare* vel *balare*. Vopiſcus in Aureliano. *Adeo vt etiam baliſtea pueri, et ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltitarent.*

BALISTRA, idem quod *Baliſta*, Italis *Baleſtra*. Breuiarium Hiſt. Piſanae ad an. 1171. apud Murator. tom. 6. col. 184. *In medio autem turris erat LX. cubitorum fortis, pugnatores LXXX. in ea cum XX. baliſtris.* Gloſſ. Graec. Lat. βαλλίστρα, *tormentum murale*. Κατωπέλτης, *baliſtra*, βολίστρα, apud Conſtantinum de Adminiſtrat. Imper. pag. 203. 210 pro βαλίστρα. Sed his locis pro tormento bellico ſumitur, non pro arcu baleari.

BALI-

BALISTRARE, jaculari. Gloſſ. Lat. Graec. *Balliſtrari*, σφενδονᾶσθαι. V. *Baliſtare* et *Aleſtrare*.

BALISTRARIAE, foramina in vrbium muris, per quae *baliſtae* eiaculabantur, Schießſcharten. Charta Philippi Auguſti an. 1218. pro ciuibus Podienſibus.

BALISTRARIVS, V. *Baliſtarius*.

BALISTVS, pro *Baliſta*, in ſtat. crim. Cumanae a. 142.

† BALITOR, pro *Valitor*, coadiutor. Inquiſit. a. 1205. apud Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 578. V. *Valere*.

† BALITRISCA, BALTRICA, BALTRISCA, BALTRISCHA, caſtellum ligneum ad defenſionem vel oppugnationem caſtri ſeu oppidi, Gall. *Breteche*. Guido de Vigeuano Mſ. de modo acquir. et expugn. T. S. V. *Bretachiae*.

BALIVIA, V. *Baillivia*.

BALIVM. (1) Adminiſtratio rerum et bonorum pupilli, apud Murat. t. 8. p. 508. V. *Balia*, *Bailia* et *Baiulia*. (2) Quaeuis rerum adminiſtratio. *Balium regni*, Hugo Falcandus de Siciliae calamit. p. 671. 674.

BALIVS, gubernator, Ital. *Balio*. Ioann. Villan. l. 1. c. 19. V. *Baiulus* et *Baliata*.

BALIVVS, V. *Ballivus* et *Baiulus* 2.

BALLA. (1) Vita S. Mochuae in Actis SS. Ian. to. 1. pag. 48. *Non procul eſſe fontem numquam ibi antea viſum, cinctum balla, id eſt, lorica*, ſeu repagulo, Gall. *Gardefoux*. *Balla* vero eſt pro *Valla* a *vallando*, v. *in b.* mutato, vt alibi ſaepe. (2) Sarcinarum faſcis, Italis *Balla*, Gall. *Balot*, Germ. Ballen. Iacobi Auriae Annal. Genuenſ. l. 10. ad a. 1289. tom. 6. col. 596. Occurrit etiam in Annal. Ogerii Panis ibid. col. 389. (3) Grandinis globulus. Chron. Parmenſe ad an. 1293. apud Murator. tom. 9. col. 825. (4) † Pila luſoria, Gall. *Balle*, Germ. Ball. Stat. crimin. Saonae c. 30.

BALLANCETA, V. *Balanzeta*.

† BALLANDVM. Bulla Mſ. Gregorii IX. a. 1230. *Compoſitionem inter vos* (monachos) *ex parte vna et burgenſes Corbiniacenſes ex altera, ſuper quibusdam redditibus, qui mouent mortua, placitum generale ac ballandum vulgariter appellantur*. Forte obligatio eundi in exercitum, atque adeo legendum *Bellandum*; niſi malis emendare *Badandum*, ita vt ſit jus exigendi excubias. V. *Beda* 2.

† BALLARDVM, hordei ſpecies, Gall. *Baillart*. Ch. Mſ. a. 1475. V. *Baihargia*.

BALLARE. (1) Tabularium Eccl. Cadurcenſis: *Breue quod fecit Gerardus prior Cadurcenſis, et Willelmus Raterii et alii Canonici, habent in pignus Encrem lo quart de ordeo, et de ciuada, et de Ballare et de ſpelta, et gallinas et agnos*. † Idem quod *Ballicum*, niſi idem ſit ac *Ballardum*. (2) Scopis expurgare, Gallis *Balaier*. Occurrit in Flet l. 2. c. 87. V. *Baleys*. (3) Dare, Gallis *Bailler*. Dicitur de rebus quae ad cenſum dantur. Regeſt. Camerae Comput. Pariſ. tit. 4. fol. 2. *Ballare aliquem de dictis banquis*. Occurrit ibid. Regeſt. 13. ſub Philippo Pulcro an. 1309. (4) Saltare, *Ballatio*, *Ballator*, *Ballatrix*, eadem notione. V. *Balare*.

BALLASTRVM, *balineum*, in Gloſſ. Iſidori et Salmaſianis. V. *Baluſtrum*.

BALLATIO, V. *Balatio*.

BALLATOLA, calculus, Gall. *Balote*. V. *Balatola*.

BALLATOR, V. *Balator*.

BALLATORIVM, moenianum, Italis *Ballatoio*, Gallis *Balcon*. Charta Italica an. 1287. apud Bollandum 20. Martii pag. 208. *Cecidit de vno ballatorio ſuae domus*. Breuiarium Hiſt. Piſanae ad an. 1158. apud Murator. tom. 6. col. 172. *De mandato Conſulum omnia ballatoria iuxta Arnum deſtructa ſunt*. Chron. Parmenſe ad an. 1287. apud eumdem to. 9. col. 813.

BALLATVM, Βλάχνημος, *Balatus ouium*, in Supplemento Antiquarii.

† BALLECTVS, miniſter, familiaris, famulus, pro *Vallectus*. Conſtit. reg. Feder. Sicil. reg. c. 113. V. *Bailetus* et *Valetus*.

† BALLEIVM, purgamenta frumenti et horreorum, quae ſcopis colliguntur, Gall. *Balayeures*. Ch. a. 1221. Mſ. V. *Balagium*.

BALLEMATHIA, BALLEMATIA, V. *Ballimathia.*

BALLENA, V. *Balena.*

BALLERIVS, miniſter, famulus, vel potius *Balliuus*, q. v. Inſtrum. an. 1212. apud Marten. to. 1. Anecdot. col 838. *Excepta auena et foeno. In qua tamen (Praepoſitura) equi balleriorum conuentus congruam percipient.*

† BALLESTRA, vt *Baliſta*, apud Murat. t. 20. Script. Ital. p. 884.

BALLETVM, V. *Baletum.*

† BALLEVCA, pro *Banleuca*, t. 4. Ordinat. reg. Fr. p. 149.

BALLIA. (1) Auctoritas, jurisdictio. Statuta Maſſil. ciuitatis MS. p. 164. V. *Baiulus.* (2) Officium, vel diſtrictus *Bailliui.* V. *Baillinia.* (3) Pragdium ruſticum. Charta anni 1218. apud Thomaſſerium Conſuet. Bituric. p. 724. *Donaui Andreae et Radulpho fratribus meis, leproſum, ſanctum Karſerium - - Donaui etiam eisdem balliam de Nouo-vico-paludoſo et balliam de Campen.*

† BALLIAGIA, *Ballini* jurisdictio. Ch. a. 1184. inter Inſtr. t. 12. Gall. Chriſt. p. 59.

† BALLIAGIVM, *Ballini*, ſeu judicis diſtrictus, Gall. *Balliage.* Ch. MS. a. 1482.

BALLIARE. (1) A Gallico *Bailler*, eſt attribuere, tradere; apud Anglos autem ſignificat captiuum ſatisdato redimere, ſic vt die aſſignato poſtea exhibeatur. Cowellus. (2) † *Ballini* officio fungi, jurisdictionem exercere. Areſt. a. 1301. MS.

† BALLIATA, tributi genus, forte illud quod ratione protectionis ſeu tutelae exigitur. Antiquit. Benedict. Engoliſm. MS. apud Stephanot. pag. 189 *Litterae Adhemari Engoliſmenſis Comitis, quibus homines S. Auſonii, - - eximit ab omni balliata, iniuſta exactione, exercitu, canis, ballinis, caſtis et paleis.*

BALLIMATRIA. Vgutio: *Cimbala, acitabula ſunt, quae percuſſa - - ſonum faciunt, ſic dicta quod cum ballematica ſimiliter percutiuntur*, id eſt, in *balliſmatiis*, ſeu in ſaltationibus. Ioann. de Ianua, *cum ballemacia.* Codex MS. Canonum. *ballematia* habet. Ita etiam Gloſſ. Iſid. *Vallematia, inluneſtae cantationes, et carmina jocaque turpia*; ſic enim legendum. Tit. canonis 23. Conc. Tolet. III. *Quod ballimathiae et turpia cantica prohibenda ſunt a Sanctorum ſolenniis.* Aliae editiones habent, *balimanthiae*, quaſi interdicantur diuinationes, quae per ſaltationes fiunt: At in ipſo canone ſaltationes tantum et turpia cantica vetantur, vt in Concilio Rom. ſub Eugen. II. Sed legendum videtur *balliſmatia*, ex Graeco βαλλισματιον, vel βαλληματιον. V. *Baliſteum* et *Balare.*

BALLINVS, lodix, ſtragulum. Statuta capitulorum general. Ordinis Atrigiae inter Fragm. Hiſtor. Stephanotii tom. 1. *In lecto habemus tantum ballinum, et duos horrat, vnum inferius et alterum ſuperius, et quotum, et puluinar, et cerutical, et duo capitalia propter laudandum, quatuor tunicas et quintam miſericordia.* V. *Balinja.*

BALLIRE, praedium ruſticum tenere, colere, in Ch. a. 1218. apud Thomaſſer. Conſuet. Bituric. pag. 724. V. *Ballia* 3.

† BALLISCERE, tutoris nomine res pupilli adminiſtrare. Ch. a. 1154. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 551. V. *Baiulus* et *Ballia.*

BALLISTA, etc. V. *Baliſta.*

BALLISTARIVS. (1) Idem qui *Baliſtarius* q. v. (2) † Idem qui *Armiger*, nobilis ſcilicet inferioris ordinis, qui in bellis militum arma ſeu *baliſtas* gerebat. Curia 2. gener. Tarrac. ſub Iacobo I. *Quod nullus filius militis, qui non ſit miles nec balliſtarius ſedeat ad menſam militis.*

BALLISTRA, V. *Baliſtra.*

BALLISTRARIVS, BALLISTRIARIVS, i. q. *Baliſtarius*, ap. Thwrocz. in Ludov. Rege c. 37. et Iulian. Anteceſſ. Nov. 79

BALLISTVM, i. q. *Bailum*, *Ballium* et *Ballum*, adminiſtratio ſcilicet rerum et bonorum pupilli. Concil. Rotomag. an. 1231. apud Marten. t 4. Anecd. p. 178. *Clerici beneficiati - - non ſint aduocati pro pretio - - nec loco laicorum curiam teneant, nec*

nec ballisti (leg. ballistis) *eorum seu aliorum illicitis praeficiantur.* Quae quidem vox perperam de *balationibus* seu saltationibus seu choreis est intellecta. Hic enim, vt palam est, de negotiis secularibus, a quibus abstinere debent Clerici, sermo est.

BALLIVA, V. *Balia* et *Bailliuia.*

BALLIVIA. (1) l. q. *Bailliuia*, quod vide. (2) † Praefectura a monasterio pendens, idem quod *obedientia* seu Prioratus. Ch. Petri abbat. Fossat. a. 1275. *Item vt terras, vineas ad prioratus seu ballivias eorum pertinentes* etc. (3) BALLIVIA FEODATA, juris dicendi potestas, vel potius praedii alicuius cura in feudum data. Tabular. Ludov. Duc. Andegav. Reg. Sicil. fol. 102.

BALLIVM. (1) Propugnaculi species, † seu locus palis munitus et circumseptus, impluuium muris cinctum, V. *Bailleum.* Computus an. 1202. apud D. Brussel de Vsu feud. to. 2. pag. CLIII. *Pro facienda turri, et de ballio faciendo ad mensuram turris Parisius* XIIc. l. Matth. Westmonasterienſis an. 1265. *Eam* (ciuitatem) *cum exteriori ballio Castri bellatorum suorum insultibus occupauit.* Chartę Galcheri D. de Nantolio an. 1218. in Tabul. Campan. *Concessit mihi quod muros reficere possim, qui sunt super motam apud S. Iohannem, et facere crenellos, - - concessit etiam mihi quod in circuitu ballii non licebit mihi operari de petra, nisi de licentia,* etc. (2) Custodia, carcer, quia locus munitus. Literae Henrici VIII. Regis Angliae an. 1513. apud Rymer. tom. 13. pag. 369. Hinc *Vetus Ballium,* locus Eboraci sic dictus, custodiae reorum destinatus, in Actis Episcoporum Eboracensium, quod esset ibi olim *vetus ballium,* seu propugnaculum. (3) Charta locationis terrae, vel aedificii. Gall. *Bail.* Lobinellus in suo Historine Britan. Glossario.

BALLIVVS, *Ballius*, V. *Bainlus* 3. et 4.

BALLO. (1) Θηρίον θαλάσσιον. Vet Glossar. Lat. Graec. i. *Bestia marina*, eadem forte, quae *Balena* (2) † Follis, Gall. *Ballon.* Ch. an. 1147. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 518.

BALLOMER, malus dominus, malus princeps, veteribus Francis, apud Gregorium Turon. lib. 7. Hist. cap. 14. 31. lib. 9. cap. 28. et Aymoin. lib. 3. cap. 61. qui Gundibaldum quemdam e Graecia profectum, Chlotarii Regis se filium mentientem, a Gunthranno Rege per indignationem vel contemptum vocatum scribunt. Certe *Bal* veteribus Francis, malus dicitur; vnde *balmond*, mulus tutor, *mundius* enim est tutor; Kiliano *Balmonden*, et *Baelmonden*, est *male tueri rem pupilli.* *) Altera vocis pars est Germ. Mâre, equus vilis, quae vox hic conuicii loco ponitur; vnde etiam ab anon. in Gestis Dagoberti apud Leibnit. in Excerpt. Veter. T. I. p. 66. per *bola jumentum* redditur. Seu vt Wachterus oredit antiquum *Mar*, princeps. V. Wachteri Gloss. v. *Mar.*

BALLONVS, fascis, Gall. *Ballot*, Germ. Ballen Hist. Dalphin. to. 1. pag. 87. *Quaelibet grossa best.a - - oneracta ballonis canabi vel fili, transiens per eumdem pontem debet duos denarios, si vero portet solum ballonum canabi debet vnum denarium.*

† BALLOTA, pilula, seu glans ferrea vel plumbea, Gall. *Balle.* Stat. Cumanae c. 138. *Genera armorum, prohibita - - ballotae ferreae, nec plumbeae.* V. *Ballotola* et *Ballotta.*

† BALLOTARE, *ballotis* seu calculis ferre suffragium, Gall. *Balloter.* Stat. Cadubrii l. 1. c. 2.

† BALLOTATIO, ipsa *ballotandi* actio, electio quae fit calculis, in iisdem Stat. c. 8. BALOTATIO, in Stat. Riperiae c. 10.

† BALLOTOLA, diminut. a *Ballota*, pilula. Stat. crimin. Saonae c. 35.

BALLOTTA, calculus ad ferendum suffragium. Gall. *Balote.* Translatio S. Philastri tom. 4. Iulii p. 394. *Ad bussulas et ballottas promissum et ordinatum est, quod* etc. † BALOTTA, apud Murat. t. 12. Script. Ital. p. 812. BALOTA in Stat. Riper. c. 10.

BALLV-

BALLVCA, arena auroſa, ſeu ramenta minutiora auri, necdum excocta. Gloſſ. Lat. Graec. *Balluca, γήδιον χρυσῦ ἀκαθάρτου.* Gloſſ. Graec. Lat. *χρίσιον γήδιον ἀκαθάρτου, Valuca.* Ex quibus videtur reſtituendum, *χρυσῦν γήδιον. Aurea arena, χρύσαμμος, ἀχώνευτος γῆ, ἢ χρυσώδης*, vt habet aliud Gloſſ. Occurrit in l. 3. et 4. C. Th. de Metallis, vbi Iacob. Gothofredus. Alia notione vocem hanc vſurpat Sebaſtianus Salmaticenſis Epiſcopus in Veremundo Rege, aera 827. *Sed regalia palatia, balluca, triclinia, quis ſatis pro ipſa pulcritudine valeat commendare?* † Forte Meniana, porticus, Gall. *Balcons.*

BALLVM. (1) Pila, Ball, forte, ex Anglico *Ball.* Statuta Ordinis de Sempringham pag. 744. *Nec ad grangias campanas habeant, ſed lignea balla ad conuocandos fratres ad horas diei et noctis, ad refectionem.* † Carpentario idem videtur ac tabula lignea, cuius percuſſione excitabantur monachi, vel ad horas canonicas vel refectorium reuocabantur, globulis ſcilicet ſuper tabulam tundentibus. V. *Tabula* 4. (2) Tutela, apud Marten. t. 1. Anecdot. pag. 1231. et t. 1. Ampl. Collect. p. 1216. et 1240. V. *Baillium* et *Balium.* (3) † BALLVM *noſtrates appellant*, inquit Argentraeus ad art. 74. vet. Conſuet. Brit. *cum mortuo vaſſallo ac baillii lege feudum tenente, relicto herede aetate minori, dominus ſuperioris feudi, aperto ſeruiente feudo fruitur, donec heres juſtam XX. annorum aetatem impleuerit.* Quod cum deinceps minus juſtum nimisque oneroſum viſum fuerit, pro jure *rachati* ſeu *releuii* commutauit Io. dux Britann. a. 1275. t. 1. Probat. Hiſt. Brit. pag. 1037. Ch. Mſ. a. 1240. *Item promiſi ei M libras Turon. pro ballo dictarum terrarum ſoluendas* etc. (4) † Protectio. Tabular. priorat. S. Mart. de Camartio: *Quatinus homines ſuos - - ſub nomine balli mitterent ad caſtellum Puteoli ad cuſtodiendum corpus comitis.* (5) † Traditio ad *firmam*, locatio, Gall. *Bail* V. *Ballium.* (6) † Idem ac *Ballium* 1. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Ballum inter murum et foſſam, Paliſſat*, Prov.

† BALLVS. (1) Tutor, rerum pupilli adminiſtrator. Chartul. epiſc. Pariſ. V. *Bainlus.* (2) Saltatio, Ital. *Ballo*, Gall. *Bal.* Bareſ. ſerm. 2. in Dom. 1. Quadr. *Quare vadis ad ballos?*

BALLVTA, *eſt publica vtilitas: vel eſt vas luteum.* Vocabul. vtriusque juris

BALLVTICIACVM, velitatio, procurſatio, Gall. *Eſcarmouche.* Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 76. *Faciebat congregari gentes, et faciendam ballusiciacum cum hoſtibus ipſis et dammificandum eos quantum poſſet.*

BALMA. (1) Lapis ſepulcralis, tumba, ſeu, vt ait Hilario de Coſta, cauerna in rupe exciſa, excauata. Aruernis, *Baumo:* quam vocem Prouinciales antris ſepulcralibus tribuunt, quomodo *S. Balmam* vocant antrum, in quo aſſeruatur corpus S. Magdalenae, vulgo *la ſainte Baume*, et ſpecum diui Honorati prope Lerinenſem inſulam, *la ſancta Baulma de ſancta Honorat*, vt eſt apud Vincentium Baralem tom. 1. pag. 37. † Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Balma, Prov. Cauerna, antrum, fouea, ſpelunca, ſcrobs.* (2) Quibusdam in Galliae regionibus, *Balme*, collis eſt a valle in vallem protenſa in locis montuoſis. Charta an. 1037. ex Chartulario S. Victoris Maſſil. *Freins* n. 30. *Hoc eſt, de balma, ſicut vadit via ad ſanctum Petrum, et ſunt claperii.*

BALMVD, BALMONDEN, malus tutor, qui praeuaricationem in adminiſtratione tutelae commiſit. A pupillis et minoribus translatum etiam ad alios defenſores et advocatos eccleſiarum. Charta Caroli M. pro Augienſi Monaſterio apud Nauclerum gener. 27. V. *Ballomer.*

BALNEAMEN, balneum. Acta S. Iſidori Agricolae n. 8.

BALNEARE. (1) Lauare, *Baigner.* Vita S. Agnetis de monte Politiano t. 2. Aprilis p. 804. Nicolaus I. PP. ad

ad conſulta Bulgar. cap. 6. Vide Leibnitium tom. 1. Scriptor. Brunſuic. pag. 896. Schramb. Chronicon Mellicenſe pag. 415. col. 1. Acta SS. Maii tom. 4. pag. 565. (2) BALNEARE, neutrum verbum, ſich baden. Ordinatio Domus regiae ſub Henrico II. Angl. Reg. in lib. nig. Scaccarii p. 353. Ms. Cantatorium Abbatiae S. Huberti fol. 26. recto. (3) BALNEARE, madefacere, Italis *Bagnare*. De B. Gerardo to. 1. Iunii pag. 769. *Sic ipſum Lambrum* (fluuen) *tranſiuit, qui nec ipſum nec capam balneauit*. Chron. Parmenſe ad an. 1303. apud Murator. tom. 9. col. 845. *Item eodem anno bene per quatuor menſes non venit pluuia vel nix, quae balnearet terram, propter quod magna ſiccitas fuit*. Vide Acta SS. April. tom. 1. p. 187. D. et tom. 3. pag. 929.

BALNEARE, ſubſtant. pretium pro balneo penſum, in Gloſſ. Iſid. V. *Balneaticum*.

BALNEARIVM, balneum, balnea, *Baignoire*. Lex Bajwar. tit. 9. c. 3. §. 1. *Si quis - - incendio tradiderit - - quae per ſe conſtructa ſunt, id eſt, balnearium, piſtoriam, coquinam*, etc. Meſſianus Presbyter in Vita S. Caeſarii Arelat. Vide Will. Tyr. lib. 12. c. 25. et Anaſtaſ. Bibl. in S. Innocentio.

BALNEARIVS, cuſtos balnei, in Vita S. Seueri Epiſcopi Neapolitani.

BALNEATICVM. Veteres Gloſſae: *Balneaticum, βαλανικόν*. Verus Interp. Iuuenal. Sat. 2. *Niſi qui nondum aere lauantur. Infantes: quia pueri non dant balneaticum*. Vita S. Seueri Epiſcopi Neapolitani apud Vghellum: *Poſt ablutis aqua, cum recederet, cuſtos balnei ouum ab eo pro balneatico petiit, quod vnusquisque balneaticum pro pretio dare conſueuerat*. Vitruuius lib. 8. c. 7. videtur innuere *balneaticum* fuiſſe vectigal impoſitum, propter aquam, quae ex aquaeductibus et caſtellis publicis in balnea deriuatur. V. *Captura*. BALNEARVM REDITVS, in Bulla Paſchalis PP. a. 1102. apud eumdem Vghellum to. 1. p. 996.

BALNEATOR, Vopiſco, qui balnea praeparat. Gloſſae Lat. Graec. *Balneator, βαλανεύς*. Ita etiam dicti in Monaſteriis, qui Monachorum *balneationes* curant. Conſuetudines Eoueshamenſis Monaſterii in Anglia.

BALNEATORIVM, balneum, apud Ingulfum pag. 888. et Will. Thorn. p. 1915.

BALNECIA, *quinta vel quarta die ante Natale Domini, peragantur omnia lucente die*, in vſibus Monaſterii Culturae Cenoman. An hic intelligendae lotiones?

† BALNERIA, praeſtatio forte ſeu vectigal, propter aquam quae in prata deriuatur. Obiuar. Mſ. S. Iuann. Carnot. *Obiit Fulcherius Signifer S. Mariae, qui dedit balneriam terrae S. Stephani Oſiſillae*. Niſi legendum ſit *Bameria*.

BALNEVM. (1) Genus potus minime delicati. Luithprandus in Legatione: *Soli, menſae aſſidens nudae, paximacium ſibi apponentes, balneaque tunc vitro permodico non bibentes, ſed ſorbillantes*. Et paulo ante: *Porcus, cupidus, allio, cepe, et porris veſcens, balnea bibens*. Et ſub finem: *Non proderit tibi balneum, quo de aſſidue potas in amore B. Ioannis Praecurſoris*. (3) † BALNEVM MARIAE, vulgo Maricubad. Arnauld. in Roſar. Mſ. l. 2. c. 7. *Et ſcitote quod deſtillacio aquae habet fieri in balneo Mariae* etc † BALNEVM VAENALE, an publicum? Chron. Salisburg. ad 1515. ap. Schwartz. Hiſt. fin. princip. Reg. p. 425. *In die anniuerſarii ipſius, oblayarius - - tenetur ex parte conuentus expedire balneum vaenale in ciuitate, pro pauperibus, cum elemoſina*.

BALNEVS, pro *Balneum*. Praeceptum Caroli Calui pro Monaſterio Arulenſi tom. 3. Concil Hiſpan. p. 152. vbi fons deſignari videtur.

BALNITOR, *βαλανεύς*: *Balneator*. Supplem. Antiquarii. V. *Balneator*.

BALOSELLA. Contract. datior. Bergom. l. 2. c. 88. *Item quod de ceppis, baloſellis - - calcina, et aliis laboreriis forciatis*, etc.

† BALO-

† BALOSIVS, BELOSIVS, panni ſpecies. Teſtam. Mſ. a. 1472. *Legauit - - ſuam veſtem beloſii roſati* etc.

BALOTA, V. *Ballota.*

BALOTATIO, V. *Ballotatio.*

BALOTTA, pilula, vox Italica. Petrus de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. c. 28. *Qui autem arcum balottarum exercet, debet balottas habere aequalis ponderis et bene rotundas.* V. *Ballotta.*

† BALOVDVM, i. q. *Baleium.* Bulla Rom. a. 1515. *Locus vbi conſeruare poſſint omnes et ſingulas paleas, ac alia balouda.*

BALSA, ratis. Vox Hiſpanica. Acta SS. Maii to. 7. p. 300. E. *Rex Ferdinandus fecit fieri balſas et nauigia de lignis et coriis.*

BALSAMARE, condire aromatibus, BALSAMATIO, ipſa condiendi actio, paſſim occurrunt.

BALSAMITICVS, bonis odoribus refertus, balſamiſch. Translatio S. Auguſtini to. 6. Maii p. 414. BALSAMITICVS, balſaminus, ex balſamo. De S. Antidio Epiſc. tom. 5. Iulii p. 41.

BALSAMIZARE, bonis odoribus ſuffire. Lambertus Prior S. Vedaſti Attrebat. circa finem XII. ſaec. in MS. carminibus de diuinis officiis, ad Dominicam IV. Quadrageſimae.

BALSAMVM, ſacrum chriſma, ſeu oleum ſacrum. Ioan. de Deo in Poenitentiario lib. 5. c. 6. de Epiſcopis: *Quod petunt pecuniam pro balſamo contra auctoritatem ſanctorum Patrum*, etc. Vid. Ioann. Sarisberienſ. Ep. 69. et to. 4. Concil. Hiſp. pag. 270. col. 2.

BALSAMVS, pro *Balſamum*, in veſſibus Mſ. Vrbani V. Papae ad Io. Palaeologum.

BALSANVM, V. *Baldanum.*

† BALSSONAYA MONETA, monetae Barcinonenſis ſpecies. Ch. Petri III. reg. Aragon. a. 1343. *Argentum - - tam in peciis, quam alias, et monetam ſiue boſſonoyam* (ſic) *billonum, vel balſſonayam quamlibet.* V. *Boſſanaya.*

BALTEAT, *cingit.* Gloſſ. Iſid. Cangius legit infra *Baltheare.*

† BALTERIA. Inquiſit. a. 1210. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 49. *Et eos* (clientes) *introduceret in menſa G. Imperet per oſtiariam, qua intratur in orto, facta balteria per parietes ſuperiores.* Vbi Menardus aperturam interpretatur, vtrum bene videant alii. Quid enim apertura opus erat, cum per oſtium clientes introducerentur? Vnde locum cinctum intelligit Carpentarius, a voce ſcilicet

† BALTERIRE, cingere. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Cenher, Prov. cingere, balterire.* V. *Baltheare.*

BALTEVS, V. *Baltheus.*

BALTHA, Gothis, audax, Germ. vet. bald. Iornandes in Hiſt. Goth. c. 29. *Ordinans ſuper ſe Regem Alaricum, cui erat ex Baltharum genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis, Baltha, id eſt, audax, nomen inter ſuos acceperat.* Otto Friſing. l. 4. Chron. de eodem Alarico: *Qui lingua eorum ex genere Baltharum, ſecundo poſt Amalos, Baltha, id eſt, audax, vocabitur.* Hinc Italicum *Baldo*, pro *audax*, et Armoricanum *Balch* eiusd. notionis. V. *Baldantia.*

BALTHEARE, *cingere*, in Iſid. Gloſſis; *Baltherire*, a *Baltheus*, habet Ioannes de Ianua, et Gloſſ. MSS. Montis S. Eligii Atrebat.

BALTHEVS. (1) *Ornamentum dependens a ſingulo, vel ſingulis militaris dictus pro eo quod dependent ad demonſtrandam Legionis militaris ſummam I. VI. DC. ex quo numero ipſi ſunt; vnde non tantum quod cingitur, ſed etiam a quo arma dependent balteus dicitur.* Papias MS. Bituric. (2) Zona, qua Epiſcoporum, Sacerdotum, Miniſtrorum etiam inferioris gradus Eccleſiaſtici veſtes conſtringuntur, apud Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 226. et in libro Sacramentorum apud Menardum pag. 260. BALTHEVS MVNDIALIS, ſeu ſaecularis. Ivo Carnotenſis in Chronico apud Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Caeſar. c. 8. in Ludouico Pio: *Ipſius denique tempore coeperunt deponi ab Epiſcopis, et Clericis balthei gemmati culturis honorati, et*

cingula auro compta et exquisite, et alia saecularia pariter ornamenta. Charta Einhardi in Chronico Lauriſham. pag. 65. *Sunt quidam qui fastu saeculari turgentes - - sacris Ecclesiis contradita invadunt, aut ut sibi haereditario iure retineant, aut mundiali baltheo in beneficio dividant.*

BALTHEVM AVFERRE, degradare. V. Aimoinum lib. 3. Hiſt. Franc. cap. 63.

BALTHVTHA, lac preſſum. V. *Balduta.*

† BALTILDVM, tudicula, claua campanaria, Germ. Klöppel. Ch. an. 1235. inter Inſtrum. to. II. Gall. Chriſt. p. 259. V. *Batallum.*

BALTRESCA, V. *Bretachiae.*

BALTRICA, BALTRISCA, V. *Balistrisca.*

† BALVA, pro *Valua*, in Act. SS. t. 5. Sept. p. 413.

† BALVSTI, *apud Aliabatem vocatur quercus*, in Gloſſ. med. Sim. Ianuenſ. Cod. reg. 6959. V. *Balanus.*

BALVSTRVM et BALVSTRIVM, *locus vbi sunt multa balnea, quod instruatur balneis.* Vgutio et Ioan. de Ianua, cum Gloſſar. MSS. Montis S. Eligii Arrebat. et S. Andreae Auenion. V. *Ballastrum.*

BALZA, vox Italica, rupes. Acta SS. Maii. to. I. pag. 345. in additionibus ad Vitam S. Antonii: *Equitans in inuia ripa fluminis in alta quadam Balza.*

† BALZANA, vox Ital. Chron. Eſtenſe ap. Murat. t. 15. Script. Ital. p. 517. *Septem* (banderii) *eodem modo secti, cum septem aliis vexillis ad balzanam.* Chron. Placent. ibid. t. 16. p. 589. *Et arma marchionatus est balzana, scilicet media desuper rubea, alia media de subtus alba.* V. Academ. Cruſcanos ad h. v.

BALZANVS, vox Italica, *Balsano*, de equo, qui in pedibus albas habet maculas. Rollandinus in Summa Notariae c. 1. *Vnum equum baium balzanum*, etc. Vide Octav. Ferrarium in *Baio* et *Balzano*, et intra in *Bancus.*

BALZO, V. *Balso.*

BAMBACARIVS, qui *bambacem*, seu goſſipium vendit. Ch. a. 1208. V. *Bambax.*

BAMBACINVM, tela goſſypina, facta ex bambace, Italis *bombagino.* Conſtantin. Afric. lib. de Chirurgia c. 11. *Bambacinum butyro infusum.* Ioann. Villan. lib. 10. c. 168. V. *Bambax.*

BAMBACORAX, V. *Bambalo.*

BAMBALO, VAMBAL, balbus, ὁ βαμβαίνων, βαμβαλίζων, qui ſonitum labris edit. Adamantius Martyr apud Senatorem, lib. de Orthogr. cap. 5. *Bambalo*, ψελλοῦς. Vbi forte legendum *Bambalio*; ſic enim neſcio quem M. Fundum, Antonii III. viri ſocerum *propter haesitantiam linguae stuporemque cordis* appellatum ſcribit Cicero Philipp. 3. Gloſſ. Graec. ψελλοῦς, *Vambal.* Heſychius; βαμβύζειν τὸ μὴ διηρθρωμένα λέγειν. Hinc BAMBACORAX appellatus olim Alexius Comnenus Imp. legitur in Epiſt. Honorii III. 285. lib. 6. quod balbutiret, et inſtar corui crocitando verba effunderet, quod faciunt βαμβαλίζοντες. Alexii vero balbutiem obſeruant etiam Anna filia lib. 1. et Bryennius gener lib. 4. n. 22. Vide Nilum monachum lib. 3. Epiſt. 331. vbi legendum βαμβαλίσαντα, pro ψαμψαλίσαντα. Sed et inde Itali *Bambino* puellum, qui adhuc balbutit, dicunt.

BAMBARE, V. *Bambum.*

BAMBASIVM, tela goſſypina ex bambace facta, i. q. *Bambacinum.* Chron. Mellic. p. 359. Raimund. de Agiles p. 178. V. mox

BAMBAX, goſſypium, i. q. *Bombax*, βαμβακιον Nic. Myrepſo ſect. 1. c. 425. βαμβαξ Suidae. Emendandae igitur Gloſſae Arabicae, vbi pro *Bambax*, *bombyx*, *goſſypium*, legitur *Mambax.*

† BAMBAXIVM, tela bombacina, Gall. *Bambais.* Murat. t. 16. Script. Ital. p. 580. V. *Bambacium.*

BAMBER, *arena*, in Gloſſ. Iſid. Ad quod Graeuius: Sic etiam Conſtantienſis Epiſcopus: *Bambis*, *arena*, forte *ammos*, *arena*, vt male loco

ſuo

ſuo exciderit haec Gloſſa. Sed hoc inquit, aliis relinquo quaerendum.

† BAMBINVS, ab Ital. *Bambino*, infans, puerulus. Acta SS. t. 1. Iun. p. 365. V. *Bambalo*.

BAMBIS, *aranea*. Gloſſ. Iſid.

BAMBVCINVM, i. q. *Bambacinum*, et *Bambaſium*. Liber ordin. S. Victor. Pariſ. Mſ. c. 17. 18.

BAMBVM. Gloſſ. Graec. Lat. MS. Ὀξύγαρον, *acetarium bambum*, *tinctorium*. Editum *acetarium* tantum habet. *Bambum* autem pro *Bannum*, ex Graec. βαμμα, vnde *Bambatus*, intinctus, apud Columellam, et Apuleium.

† BAMNIRE, BAMPNIRE, pro *bannire*, proſcribere. Stat. Saluc. collat. 6. c. 161. Stat. Saonae c. 20. p. 31. V. *Bannire*.

† BAMNVM, BAMPNVM, vt *Bannum* 2. poena et mulcta pecuniaria. Stat. Saluc. collat. 3. c. 92. Stat. Taurin. c. 22.

BANADVLA, V. *Bajulena*.

† BANAGA, *lo murare*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† BANAGIVM, BANNAGIVM, ius cogendi tenentes ſuos ad molendinum ſuum deferre ſua frumenta molenda; vel praeſtatio quae ea ratione ab iis exigitur; aut diſtrictus intra quem eiusmodi iurisdictio exerceri poteſt, Gallis olim *Banaige* et *Bannage*. Ch. inter Probat. Hiſt Sabol. p. 333. *Quidquid banagii, minagii, vel cuiuslibet conſuetudinis - -* Ch. Mſ. a. 1339. *In qua molendina hoſpites noſtri - - jure bannagii molere veniebant.* Lit. a. 1371. t. 5. Ordinat. reg. Franc. p 393. *Qui ſunt liberi ab omni bannagio ad dicta molendina* etc. Germ. Mühlenzwang, Mühlenbann. V. *Bannaria*, et *Bannum*.

† BANASOR, i. q. *Maior*, praepoſitus, ſic dictus quod *banna* indicere, vel intra *Bannum* ſeu certum diſtrictum ius dicere poſſit. Ch. a. 1223. inter Probat. tom. 2. Annal. Praemonſtr.

† BANASTA, vt mox *banaſtum*. Inquiſit. Dalphinalis a. 1284.

BANASTONVS, idem quod *Banaſtum*. Charta anni 1351. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Cuſtodiebat racemos collectos in banaſtonis*. Inſtrum. an. 1434. ex Archiuis eiusdem S. Victoris: *Quod quilibet piſcator faciat banaſtonum. - - Volumus et ordinamus quod piſcatores poſſint reponere et reponi ſinuos piſces in vaſculis quibuslibet cuiuscunque formae et capacitatis exiſtant, ſive ſint Banaſtoni, canaſtelli* etc.

BANASTVM, pro variis regionibus, Gall. *Banaſte*, *Banaſtre*, vel *Benate*, ciſta rotunda et oblonga, ad modum ſportae doſſuariae efficta, quae ex palea contorta atque in orbem ducta rubis caninis dedolatis conſuitur. Hac vti ſolent ruſtici ad piſa, fabas, frumenta aliaque ita genus portanda vel reſeruanda. Quandoque duae huiusmodi ciſtae ad vtrumque latus equi clitellarii apponuntur. Vocis origo videtur eſſe *Benna*, Gall. *Banne* et *Benne*, quae ciſta lignea eſt ad eumdem vſum accommodata. Regeſt. Comput. Dalphin. an. 1309. 17. Nouemb. *Item de barralibus, de banaſtis non computas, quia ſunt ad manum miſtralis.* † Etiam pro inſtrumento piſcatorio vſurpatur, in Ch. a. 1243. ex Tabul. S. Martini de Lauardino. *Piſcabuntur ibidem - - cum tiblis ſeu banaſtis*. V. *Baſta* 2.

BANAVSVS, ex Graec. Βάναυσος, mechanicus, illiberalis. Marſilius Patauinus in Defenſore Pacis part. 1. cap. 5.

BANCA. (1) Idem ac Bancus, q. v. (2) † Pro *Bacca*. Gloſſar. Lat.-Gall. Cod. reg. 7679. *Banca, Baie, fruit d'olive ou d'olivier.*

† BANCACIVM, gruis tractoriae ſpecies, ab Ital. *Bancacci*, aſſeres. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. c. 76. *Bancacium ſive modellum duplicatum, alias groſſum, quatuor rotellarum habens rarochium, cum perticis volgentibus ac trahentibus funem ſive canapem, cum colona altius lenata, eſt optime vtile ad opus lignaminis, lapides, ſaxa* etc.

† BANCAGIVM, praeſtatio pro *bancis*, ſeu ſtallis vbi mercatores mer-

ces ſuas exponunt, alibi *Stallagium*, Germ Bankgins. Inuent. Mſ. an. 1233. *Habet commune Auinionis bancagium, ſcilicet duos canos multonis in quolibet macellario faciente macellum.* V. *Banchagium.*

BANCALE, BANCALIS, tapes quo *bancus* ſeu ſcamnum ſternitur Gloſſae Mſ. *Stratoria, bancales.* Hiſp. *Bancal.* Cathol. Armoric. *Paviol*, *Gall. Banchier*, *Lat. Banchale.* Capitulare de Villis, c. 42. *Ad diſcum, bancales, vaſa aerea, plumbea* etc. Durand. l. 1. Ration. c. 3. n. 23. *Bancalia ſunt panni, quibus ſuper ſedes vel bancas in Choro ponuntur.* Paſſim occurrit.

† BANCALVM, *Liach*, *Prov. lectus, lectulus*; in Gloſſ. Prouinc. Lat. reg. 7657.

BANCARIVS. V. *Banckarius*, *Banquarius.*

† BANCATVS, dicitur de ſale in craſſiora fruſta coacto. Stat. de ſalis fodinis a. 1451. inter Leg. Polon. t. 1. p. 165. *Debet ſoluere domino regi cum parata pecunia, prout in ſale bancato ac minuto.*

BANCHA. (1) Scamnum, ſedile. Acta SS. t. 3. Martii p. 218. V. *Bancus.* (2) Stallum mercatorum. V. *Bancus.* (3) † Tribunal Iudicum. Correct. Stat. Cadubrii c. 12. V. in *Bancus.* (4) † Pluteus, Pult. Necrolog eccl. Pariſ. Mſ. *Quae quidem volumina fuerunt poſita - - in libraria eccleſiae in vna baucha noua.* (5) † Menſa nummaria, in Stat. Monris-reg. p. 22. V. *Bancus* et *Banchus.* (6) † Officina, apotheca, Gall. *Boutique*, Murat. t. 15. Script. Ital. p. 381.

BANCHAGIVM, i. q. *Bancagium*, in Comput. Graſſiuod. an. 1337. V. *Banchaticum.*

† BANCHALA, BANCHALIS, i. q. *Bancale*, *Bancalis.* Teſtam. a. 966. in Append. ad Marcam Hiſp. p. 887. Aliud a. 1010. ib. p. 973.

† BANCHARIVS, BANQVARIVS, BANQVERIVS, theſaurarius, quaeſtor, Schatzmeiſter, a *banca* vel *bancus*, menſa nummaria. Bulla Innoc. IV. inter Stat. et Priuil. Vniuerſ. Toloſ. Mſ. *Iurabit etiam ſoluere integraliter iura conſueta - - Vniuerſitati, ſeu bancario* etc. Stat. a. 1310. ibid. Alia a. 1314. ibid. BANQVERIVS, interdum et cum nude appelletur, idem qui *Bedellus.* Ch. a. 1382. in Bibl. reg. *Cum in dicta Vniuerſitate Montispeſſulani habeant eſſe et conſueuerunt hactenus plures bedelli - - qui ibidem banquerii communiter appellantur.*

† BANCHART, vox Gallica, pars plauſtri vel carri, forte tema, Gallis *Brancard.* Ch. a. 1239. inter Probat. Hiſt. Sabol. p. 349. *Pro vnaquaque quadriga - - eſſulum nouum et banchart.*

BANCHATICVM, i. q. *Bancagium*, in Ch. Frid. I. Imp. a. 1159. apud Vghell. in Epiſc. Aſtenſ.

BANCHEA, officina, apotheca. Compurus an. 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feud. tom. 2. p. CXCIII. *De decheio banchearum, XVIII. ſ. et XII. ſ. et VIII. den.* V. *Bancha* et *Bunchus.*

BANCHETTVS, in Comment. Marten. in Regul. S. Benedicti p. 401. *Cellerarii monaſteriorum eligantur in banchetto per vota ſecreta.* Hic *banchetus* eſt vel capitulum aut cella communis, quo monachi conueniunt ad tractanda negotia, quod in eo ſint *banci* plerique ad ſedendum.

BANCHIA. (1) Stallum mercatorum, V. in *Bancus.* (2) † Repagulum, quod ex longis et arctis lignis facta. Gall. *Barriere.* Ch. Mſ. an. 1226. *Vnam banchiam in quolibet latere ponsis tenebuntur facere.*

BANCHIVS, V. *Bancus.*

BANCHVM, BANCHVS, V. *Bancus.*

BANCIO FRVMENTARIA, ſ. *Barcio*, nauis annotina. Albertinus Muſſatus de Geſtis Henrici VII. lib. 13. rubr. 8. apud Murator. tom. 10. col. 534.

BANCIVS, V. *Bancus.*

† BANCOBANCVS, diſtrictus, iurisdictio iudicis. Ch. Mſ. an. 1355. *Certae perſonae - - operans vnam biſcham ſilueſtrem in bancobanco et iuſtitia loci de Feritate etc.*

BANCVS. (1) Gall. *Banc*, Senonibus *Banco*, Florentinis *Panco*, German. Bank, ſubſellium, ſedile ligneum longius, quod plures vna ſeſſores capit: ex Saxonico *Benc*, abacus, ſcamnum,

ſcamnum, ſedile. Vldaric. in Conſuet. Cluniac. Monaſt. lib. 2. cap. 36. *Duo ſedilia, quae vulgo bancos vocant.* Ioan. Brompton. *Imperator autem probitatem ſuam admirans, bancos loco caparum in curia ſua erexit.* Speculum Saxon. lib. 3. art. 38. §. 4. *Menſam ornabit menſali, et bancum ſeu ſcamnum puluinari ac ſedile cuſſino.* Quidam vocem hanc ex *Abacus*, alii ex *Scamnum*, formatam volunt, ſed cum *Banc* apud Francos et Saxones ſemper ſignificauerit *ſcamnum* vel *ſedile*, *Bancus* Franco-Theotiſcae aut Saxonicae eſt originis; alia non quaerenda. BANCHVS, idem. Statuta Eccleſ. Turelenſ. ann. 1328. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 799. Acta SS. April. tom. 1. pag. 170. *In cuius* (triremis) *bancho ſen tranſtro*, etc. BANCIVS, eadem notione. Charta Geraldi Abb. S. Iohannis Angeriac. an. 1385. ex Chartulario eiusdem Monaſt. pag. 442. BANCHIVS, ſimili notione, apud Marten. tom. 2. Anecd. pag. 770. BANCA, eodem ſenſu. Limborch. Hiſt. Inquiſ. lib. Sent. Tholoſ. pag. 43. Ibid. pag. 224. Compendium Iurium et Conſuetud. Vniuerſit. Pariſ. per Rob. *Goulet* fol. 8. *Non tamen ſecundum litterarum merita, ſed vel ſecundum antiquitatem bacchalariatus, vel vt nobilitatis banca, more eorum loquendo, expoſcit, praeſentant licentiandos.* Quo in loco *Iura* nobilitatis dicuntur *Banca*, vel quod nobiles in *Banca* ſeu ſcamno ſingulari ſederent in ſcholis, vel quod hic agatur de nobilibus baccalaureis ad gradus licentiatorum adſpirantibus, de quibus Galli vulgo dicunt: *Ils ſont ſur les Bancs.*

(2) Apud Scriptores Anglicos ſumitur pro Tribunali, quemadmodum *ſcamnum*, in Wichbild. Magdeburg. art. 11. §. 1. Duplex autem hoc nomine indigitatur Tribunal in Anglia: prius, *Bancus Regius*; alterum, *Bancus Communis* appellatur. BANCVS REGIVS, poſt Parlamentum eſt totius Regni Tribunal, in quo cauſae capitales, criminales et aliae, quae ad Coronam, ſeu Hoſpitium Regis pertinent, aut ad inſtantiam Regis fiunt, expediuntur. Huic praeſidet interdum Rex ipſe; vnde *Regius* dicitur; ſed vulgo *Capitalis Angliae Iuſtitiarius*, cui aſſident tres aut quatuor Iuſtitiarii aſſeſſores. Officiarii ſunt, *Clericus Coronae*, *Protonotarius*, miniſtri inferiores ſex. V. Forteſcutum de Laudib. Legum Angliae cap. 51. et Ioan. Cowellum lib. 1. Inſtit. tit. 2. lib. 4. tit. 11. §. 2. BANCVS COMMVNIS, dicitur Curia, in qua communia placita, hoc eſt, lites ex quacumque iuris Anglici, quod *Commune* vocant, parte inter priuatos natae, diſceptantur: vnde et nomen habet. In ea iudicant capitalis Iuſtitiarius, Iuſtitiarii aſſeſſores 3. vel 4. Officiarii ſunt, *Cuſtos ſigilli*, *cuſtos brevium* etc. Pertinet autem ius banci ad regios iudices, qui ſupremo iure lites decidunt. Nam a curiis Hundredorum et Baronum appellatur. BANCI NARRATORES, in Vitis Abbatum S. Albani, dicti *Aduocati placitantes*, Legulei et cauſarum patroni. FRANCVS BANCVS. Bracton. lib. 4. Tract. 6. c. 13. §. 2. *Conſuetudo eſt in illis partibus, quod vxores maritorum defunctorum habeant francum bancum ſuum de terris Sokemannorum tenentium nomine dotis.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 178. *Burga quae fuit vxor Petri de Redingue, petit verſus Priorem S. Trinitatis Cantuarienſis medietatem manerii de Welles, ſcus. francum bancum ſuum, ad faciendum firmam 18. dierum, et vnde praedictus Petrus quondam vir ſuus eam dotauit, etc.* Infra: *Poſt mortem illius Mathildis, habuit nomine Franci banci medietatem illius manerii*, etc. Huc forte pertinet quod habet Speculum Saxon. lib 3. art. 38. §. 4. BANCVM IVSTITIARIVM TENERE, apud Weſtmonaſter. pag. 374. Praeſidere in Banco Iuſtitiarius dicitur. BANCVS, etiam obtinuit in Italia pro foro aut tribunali iudicum: *Banco, ſeggio del Giudice*, tribunal. Extant enim plures Sententiae, ſeu Iudicata aliquot iudicum Cumarum et aliarum urbium in Italia, in veteri Regeſto Camerae Computorum Pariſienſ. quae ſic claudun-

dumtur: *Lecta, lata - - et pronunciata fuit haec sententia - - per D. potestatem - - sedentem in banco pro Tribunali*, an. 1386. BANCA, eodem intellectu. Charta ann. 1366. apud Baluzium tom. 2. Hist. Aruern. p. 344. BANCHVM, idem. Acta SS. Martii to. 2. pag. 152. A. *Ego sum banchum rationis et veritatis ad petendum animas in via honestatis.* BANCHVS AVDIENTIAE EPISCOPALIS, in Processu super sanctitate et doctrina B. Catharinae Senen. an. 1380. apud Marten. to. 6. Ampliss. Collect. col. 1243.

(3) Mensa mercatorum, in qua merces suas emptoribus exponunt, Gall. *Comptoir*. Sic vox BANCA occurrit in Statut. Massil. an. 1253. p. 305. *Quod omnes draperii - - iurent - - pannos quando ipsos vendent extendere supra bancam.* Charta a. 1152. apud Catellum lib. 2. Hist. Comitum Tolosae p. 218. Alia an. 1164. to. 1. Hist. Dalphin. p. 17. *Si quis bancum tenens bonum vel vaccam vendideris, cerâm u. sol. ad Calendas dabit.* Hinc *census et consuetudo macellorum* pro Tributo a *Macellariis* soluendo ratione *Bancorum*. Lobinellus tom. 2. Hist. Britan. p. 378. BANCHIA, idem. Censualis Codex Calomontis: *Banchia mercerii continens duos colonellos in ingressu alue Calomontis.* BANCHA, idem. *Banchae macellariorum ad vendendum*, in Liberratibus *Baugiaci* ann. 1250. apud Guichenonum in Hist. Bress. p. 64. 110. Stalla. Anonymus de Morimundensis in agro Mediolanens. Coenobii desolatione: *Alius panem vnum, alius medium, alius buccam. vnusquo secundum quod subter bancas et strigneos poterant inuenire.* Instrum. an. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 86. Germani dicunt Fleischbank, Brodtbank.

(4) Aerarium, Musaeum notarii, Officina cuiusuis operarii, quae etiamnum *Banche* dicitur in Bressia. Acta SS. Maii tom. 6. pag. 176. B. *Primo Iunii recepit ex banco B. Iacobi XXI. sol. VII. denarios.*

(5) BANCVS SALIS, crassum frustum salis. Vita B. Kingae to. 5. Iulii pag. 696. *Ac primaria fossa egesta, salis concreta moles ad quantitates Bancorum* (cum) *partiretur, in ipsa salis durissimi compage, ille idem annulus aureus - - repertus est.*

(6) † BANCVS DE PETTA, stratum, Germ. Flötz, Steinflötz, in Ch. Mss. a. 1076.

(7) † Sequester, depositarius. Ch. a. 1349. t. 2. Hist. Cassin. pag. 545. *Dominus abbas promisit - - dare - - vsque ad summam florenorum, ita tamen quod dens eidem domino vnum bancum seu ydoneum depositarium* etc. Pro *Bancarius*.

BANDA. (1) Nomen militiae ab Alfonso Castellae Rege instituta apud Victoriam vrbem Castellae; sic dictae a *Banda*, seu taenia rubra, lata quatuor digitos, quam ipsi a dextro humero sub sinistro brachio circumdabant. Vide Miraeum de Orig. Ord. Equest. et Paulum Morigiam lib. 2. Orig. Monast. cap. 9. (2) † Costa nauis, latus, Gall. *Bande*, German. Bande. Mirac. Ms. Vrbani V. *Cecidit super bandam galeae.* (3) † Ferrea lamina. Sent. Ms. a. 1282. *Quod si batelli er bandae campanarum - - indigeant aliqua reparatione.*

BANDAIRAGIVM, V. *Bandayragium*.

BANDAQVINVS, idem ac *Baldakinus*, in noua Gall. Christ. tom. 4. p. 1089.

BANDARENSIS. (1) Vexillifer, a *bandum*, vexillum. Itinerar. Gregor. XI. (2) BANDARENSES, BANDORENSES, Itali. *Bandarense*, appellati regionum Capitanei Romae, vt est in vita Gregor. XI. apud Bosquetum p. 225. V. *Banderarius*.

BANDASIA. Charta Sissonis Episcopi Aprutini an. 1207. apud Vghellum to. 1. pag. 398. *Concedimus et confirmamus illam vobis hominibus Terami habitatoribus libertatem, quam praedecessores nostri concesserunt - - et quaedam de beneplacito nostro largimur et concedimus, videlicet sanguinem, linorem, et Bandasiam, Potestatem et Iudices.* Occurrit iterum infra. Idem videtur quod *Bandum*, seu *ius bandi*, vel *Bannî*, id est iurisdictionis.

† BAN-

† BANDAYRAGIVM, BANDAIRAGIVM. (1) Ius agrum vel pascua sub *banno* tenendi, ita vt iis frui aliis non liceat, eorumque custodiam *banderiis* committendi facultas. Ch. Ms. a. 1332. *Item et super eo quod homines - - nitantur impedire vniuersitatem et homines de Geneſtariis in ſuo bandairagio et vſu depaſcendi cum ſuo beſtiario.* Alia a. 1352. *Ipſi habeant bandayragium et paſturagium territorii de Proliano.* V. *Bandeiare* et *Banderagium*. (2) Ius infligendi mulctas pecuniarias, quas *banda* seu *banna* vocabant: vel *banna* edicendi et statuendi. Ch. Ms. a. 1345. *Omni iurisdictione et bandayragio domino noſtro regi, ac ſuperioritate, laudimio* etc.

† BANDEGARE, *bandum* seu *bannum* proclamare, statuere. Pariag. Ms. an. 1327. in Bibl. reg. *Quae quidem baſſa iuſtitia ſeu iurisdictio et ius bandegandi* etc.

BANDE-GRVINA, pallii genus. Le Maire in Hist. Aurelian. edit. in 4to. ex Actis an. 1251. 26. Octobr. *Memoratus dominus Rex* (S. Ludouicus) *propriis humeris dictam thecam portauit. Sermo factus fuit in clauſtro, et ſedit dominus Rex cum duobus filiis ſuis, et obtulit duo pallia, quae vulgo vocantur Bande-gruina.*

† BANDEJARE, (1) Idem ac *bandegare*, in Ch. Ms. a. 1320. V. *Banderare*. (2) Agrum vel pascua sub *banno* tenere, ita vt iis vti nulli liceat, ob idque *banderios* seu custodes ponere, et mulctas ex infracto *banno* exigere. Ch. Ms. ann. 1370. *Volentes eciam - - parcere - - et omni alta et baſſa iuſtitia ſeu iurisdictione et bandeiandi iure dicti caſtri* etc. V. *Bannaiare* et *Bandayragium*.

BANDELLVS, fascia ex Gallico *Bandeau*, sic appellata, quod *Bandi* seu vexilli speciem referat. Synodus Colonienſis an. 1280. cap. 5. de confirmatis: *Et habeant bandellos de panno lineo ſpiſſo ſine fractura et ſine nodo, etc.* Occurrit rursum infra, et in Praeceptis Synodalibus Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. Statuta Synodal. Eccleſiae Cadurcenſis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 687.

BANDELLVM, eadem notione. Statuta Eccleſ. Leodienſis ann. 1287. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 832.

BANDEQVINVS, V. *Baldakinus*

† BANDERAGIVM. (1) Idem ac *Bandayragium* 1. Ch. Ms. a. 1350. *Habitatoribus villae - - banderagium et paſturagium conceſſit.* Vbi *Banderagium* edidit Secousse t. 4. Ordinat. reg. Fr. pag. 15. (2) Ius infligendi mulctas pecuniarias, vel *banna* proclamandi et statuendi. Ch. Ms. ann. 1389. *Feudum, cum banderagio, directo dominio, laudimio et foriſcapio.* V. *Bandayragium* 2. (3) Praeconis, qui et *banderius* dicebatur, officium. Ch. Ms. a. 1346. *Poſſint conſules vendere banderagium ſeu banderii in quantum, ſi velint, ac pondera et menſuras dictae villae.* V. *Banderia* 2. et *Incantare*.

† BANDERARE, *bannum*, seu *bannum* proclamare, edicere. Pactum Ms. a. 1290. *Bannum quoque et ius banderandi eſt diſtringendi in loco vocato.* etc. V. *Bandeiare* 1

BANDERARIVS, (1) Vexillifer, Italis *Banderaro*. Ioann. Villan. l. 7. c. 14. Itiner. Gregor. XI. V. *Bandarenſis*. (2) Miles, qui alias *Banneretus*, in Hist. Cortuſior. l. 5. cap. 3. l. 7. c. 4. 15.

BANDERESIVS, i. q. *Bandarenſis*, vexillifer, ab Ital. *Bandaveſe*, apud Platin. in Gregor. II.

BANDERIA. (1) Vexillum, apud Murat. t. 8. p. 111. et alibi. V. *Bandum* 1. (2) † Viri qui sub *banderia* seu vexillo militant, apud Murat. t. 15. Script. Ital. p. 453. (3) † *Banderii* h. e. praeconis vel *meſſarii* seu agrorum custodis officium, in Ch. Ms. ann. 1319. V. *Banderagium* 3. et *Banderius*.

† BANDERIATVS, eadem significatione. Ch. Ms. a. 1405.

† BANDERICA, proclamatio, clamor, quo quis alterius auxilium innocat, vt videtur. Ch. Adelfonſi reg. Aragon. aerae 1165. in Bibl. reg. *Nullus adducat ibi aliquam poteſtatem, vel aliquem militem, aut infanciones per banderica, vel per vocero contra ſuum vicinum.*

BANDERIKES. Litterae anni 1405. apud Rymer. tom. 10. 8. pag. 384. *Quatuor cophinos cum quarellis, tvia banderikes, et quindecim pauiſſes* etc.

BANDERIVM. (1) Idem quod *bandum*, vexillum, Bannier. Thwroczius in Ludov. rege Hung. c. 6. In Sigism. c. 18. et alibi. (2) Cohors militaris. Marten. in Gloſſ. ad calcem t. 5. Anecd. Lit. Caſimiri III. a. 1475. inter Leg. Polon. t. 1. pag. 228. V. *Banderia* 1.

† BANDERIVS, qui alibi *meſſarius*, agrorum cuſtos, Gallis etiam olim *Bandier*, Germ. Flurſchütze. V. *Bannerius*. Ch. Mſ. a. 1319. Alia 1404. *Guillermus Gaſanini quondam cuſtos ſeu banderius agrorum.* Ita etiam legendum t. 4. Ordinat. reg. Fr. pag. 132. pro *Bauderius*.

† BANDERIVS, adiect. FVRNVS BANDERIVS, in quo ſubditi panem ſuum coquere tenentur, Gall. *Four bandier*, Germ. Bannofen, Zwangofen. Ch. Mſ. a. 1498.

BANDEZATVS, idem qui *Banderarius*, *Bandarenſis*, vexillifer, apud Murat. t. 7. p. 649. 651.

BANDIA, pro *Bannum*, diſtrictus, iurisdictio. *Bandum* pro *Bannum*, non raro legi infra dicetur. Baluz. Hiſt. Aruern. tom. 2. pag. 429. in Charta Stephani de Bociaco Canonici Claromont.

† BANDIERIFERI, Romae appellati regionum Capitanei, ab Ital. *Bandiera*, vexillum. Hiſt. Sicul. Laur. Bonincont. part. 2. ap. Lam. in Delic. erudit. p. 370. V. *Banderarius* et *Bandarenſis*.

BANDILVS. In Charta plenariae ſecuritatis an. 565. apud Mabillonium in Supplemento Diplom. pag. 91. *Item et in ſpeciebus ſecundum diviſionem, argenti libras duas, hoc eſt cocleares numero ſeptem, ſcotella una, fibula de bracile et de vſu bandilos formulas duodecim.*

† BANDINELLA, vox Ital. linteum abſtergendis manibus. Stat. ciuit. Aſtae. *Bandinella ponatur et ſoluat pro petia.*

† BANDINVM, vt *bannum*, mulcta pecuniaria. Ch. an. 1475. inter Probat. t. 3. Hiſt. Lothar. p. 279. *Cum redditibus, cenſibus, ſeruitiis - - bandinis, foreſtapiis* etc.

BANDIRE, pro *bannire*. (1) Edicere, publicare. Ch. Rodulphi Reg. an. 924. apud Vghell. in Epiſc. Veron. *Inſuper etiam et noſtro bando bandimus, vt ſi quis* etc. (2) Sub banno ponere: BANDITVS, proſcriptus, vox Italis notiſſima. Vet. Notitia an. 981. apud Vghell. in Epiſc. Marſor. *Illi banditi ſunt ad tertium placitum et noluerunt venire.*

BANDIVM, i. q. *bannum*. BANDIVM VINEARVM, edictum quo interdicitur vindemias peragere ante ſtatutum a domino loci tempus, in Ch. a. 1308. apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 783. *Item Paulus S. Ammonii ad requeſtam conſulum debet ponere bandium vinearum* etc.

† BANDIVS, ſub *banno* poſitus, proſcriptus. Ch. Mſ. an. 1319. *Petrus Amati conſul - - abire fecit de carceribus regis - - quendam - - qui nutrieuerat Petrum Bonelli quondam bandium de Limoſo.* Sed forte legendum *Banditum*.

BANDONARIVS, vexillifer, i. q. *Banderarius*, in Ordine Romano p. 228.

BANDORA. (1) Idem ac *bandum*, terminatione Longobardica, vt in *Arcora* dictum eſt. Anaſtaſ. in Hadriano p. 107. *Vbi eum cum bandora ſuſceperunt.* Radeuic. l. 4. c. 70. vbi pro *Bandoris* vitioſe legitur *Bandonis*. (2) Sodalitium, cohors militaris, i. q. *Banderia*; apud Sirmond. in Gloſſ. ad calcem Supplem. Concil. antiq. Galliae.

BANDORENSIS, idem qui *Bandarenſis*, vexillifer, apud Bosquet. in vita Greg. XI.

BANDOSITAS, inimicitia, *faida*, bellum priuatum. Conſtitutio Petri Regis Arag. poſt Curiam Generalem Catalaniae celebratum in villa Ceruariae an. 1359. Tractatus Bonifacii Ferrerii pro defenſione Benedicti XIII. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 1455. *Nam quia tota terra Regis per Dei gratiam eſt in pace et in tranquillitate, ſpecialiter quia illae bandoſitates de Valentia ceſſarunt et ſopitae ſunt, et nunc imminebat et creſcebat quaedam ſatis valida bandoſitas etiam inter*

ser illos de genere ſuo in Aragonia. VANDOSITAS, pro *Bandoſitas*, Hiſp. *Vando*, pro *bandum*, edictum. *Guerra, Vandoſitates, ſive bellicia cum gentibus armatis*, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 167. † BANDVLA, inimicitia, bellum priuatum, i. q. *Bandoſitas*. Stat. Ord. S. Ioann. Hieroſ. a. 1584. t. 2. Cod. Ital. diplom. p. 1878. *Quam poenam - - occurras ſi bandulas vel partialitates duelli pro quocunque coeperit.* Niſi fit ab Hiſpan. *Banda* factio.

BANDVM. (1) Vexillum, ſignum militare, Germ. Fane Gloſſ. Lat. Graec. *Bandum*, ὁμνυον Vgutio: *Bandum, parvum vexillum.* Paulus Varnefr. de Geſtis Langob. lib. 1. cap. 20. *Vexillum, quod bandum appellant.* Chron. Ademar. tom. 2. Bibl. MS. Labbei pag. 157. *Pippinus conſuli S. Martiali bandum aureum, quod ceperat in praelio* etc. Paſſim hac notione occurrit apud Scriptores, Brennonem de Geſtis Gregorii VII PP. in Chron. Caſin. lib 1. cap. 26. apud Radevicum in Frider. lib. 4. cap. 71. in Codice Carolino Epiſt. 88. apud Lucam Tudenſem pag. 63. Anaſtaſium in Sergio PP. pag. 60. in Leone III. pag. 125. etc. *Primores banderum*, in Anaſtaſii Collectaneis pag. 188. A Perſico *Band*, faſcia, accerſit Salmaſius, quod in modum faſciae effictum ſit. Bekanus I. 7. Hermath. *Bant* veteribus Cimbris idem ſonare ait. Alii a Cambrobritannico *Banniar*, i. vexillum, hauriunt, quod effictum volunt a *Bann*, i. eleuatione: eſt enim *Bann*, altum, excelſum, apud Boxhornium. Cangius mauult a *bannum*, de qua voce infra, vocis originem arceſſendam, quod qui *bannum in rem aliquam mittebant*, ſeu in praedium aut domum velum eidem appendebant, eoque ipſo rem ſuperioris domini eſſe innuebant. V. in *Velum*. *) *Bandum*, vt German. Fane, a voce Band eſſe deducendam, nemo non videt. Gothis *Bandwo* eſt ſignum. V. Gloſſar. Germanica. BANNVM, eadem notione. Vetus Charta apud Mabillonium to. 5. SS. Ord. SS. Bened. pag. 88.

(2) Pro *Bannum*, crebro occurrit in Tabulario Caſaurienſi. Etiam pro *Bannum*, poena, mulcta pecuniaria legitur in Chron. Caſaurienſi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 956. *Et qui exinde eum diſueſtiret, vt componat bandum ad partem Regis.* Italis et Cruſcianis Academicis, *Bando* eſt *legge, o decreto del Principe, o de' Magiſtrati notificato con ſuono di tromba del Miniſtro publico.* Epiſt. Alfonſi Regis Aragon. to. 3. Concil. Hiſpan. pag. 661. *Perturbatis diuerſa mandata paenalia, inhibitiones et banda, ac diuerſas praeconizationes contra libertates Eccleſiaſticas, et praeiudicium Eccleſiaſticae iuriſdictionis faciendo.* Interdum etiam exilium: hinc *eſſere in bando*, apud Matth. Villan. lib. 9. cap. 43. lib. 11. cap. 70. Vita B. Antonii Eremitae Auguſt. tom. 3. Aprilis pag. 834. *Ibique inuenit omne bandum atque condemnationem revocatam eſſe. Bandum*, pro excommunicatio in Concil. Romano ſub Gregorio V. a. 998. apud Baluzium to. 7. Miſcell. pag. 63.

(3) † BANDVM, Hiſp. *Banda*, caterua, manus, ſocietas, Gall. *Bande*, Germ. Bande. Conſtit. Iac. II. Reg. Aragon. Mſ. ann. 1291. Alia Alfonſi II. an. 1333. V. *Banderia.*

BANDVS. (1) Faſcia, Gall. *Bandeau*, Germ. Binde, Manuale Henrici Siſtaricenſis Epiſc. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 1080. (2) Hominum turba ſub certo duce vel vexillo collecta, Gall. *Bande*, Germ. Bande, Hiſp. *Banda* Murator. tom. 2. pag. 111. col. 2. in Agnelli libro Pontif. *Vnusquisque miles ſecundum ſuam militiam et numerum incedat, id eſt, Rauenna bandus primus, bandus inuictus, bandus nouus inuictus* Vide Concil. Hiſp. tom. 4. pag. 145. col. 1.

† BANEARIVS, qui *banno* domini ſubditus eſt. Ch. Mſ. an. 1232. V. *Bannarius.*

BANERA, BANARIA, Vexillum, ſignum bellicum, ex Gallico *Banniere*, Germ. Banier. BANERA. Willebr. ad Oldenborg. in Itiner. *Serui ſingula vexilla et baneras in manibus geſtantes:* BANERIA. Lambertus Ardenſis

denſis p. 260. Geſta Ludov. VII. c. 12. *Baneria* etiam eſt ſignum quod artifices ſuſpendunt ante officinas ſuas. Lobinellus Hiſt. Britann. tom. 2. in Gloſſario: *Banerias ſuas feneſtris ſuis apponentes veluti Chirurgici et pronenti.*

BANERETT, BANBRETTVS. Teſtamentum Iohannis de Nevill. a. 1386. apud *Madox* in Formulari Anglic. pag. 427. *Do et lego - - Radulpho filio meo et haeredi XI. lectos de ſerico meliores, VI. lectos pro banerettis cum curtinis, XII. lectos cum tapetibus ad caput, etc.* Ibidem initio paginae ſeq. *Item Eleanorae de Lomley filiae meae II banerett beddis de Norfolle cum curtinis, XII. diſcos, etc.* Alia notione V. *Bannerettus.*

BANERIA. (1) V. *Banera.* (2) † Diſtrictus, iurisdictio, Gall. *Banerie.* Litt. a. 1379. to. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 434.

BANERICVS, V. *Bannerettus.*

BANERIVS, ſpectans *bannum*, quo ſubditus tenetur molere ad molendinum domini ſui. Hiſt. Beccenſis MS. in Archiuis eiusd. Monaſterii pag. 505. n. 1.

BANERIVS, Subſtant. (1) Idem qui *Bannerezetus*, q. v. (2) † Agrorum et fructuum cuſtos, i. q. *Banderius.* Ch. Mſ. a. 1319. Gall. olim *Bannier.* (3) † Apparitor, ſubmonitor, Gall. *Banier*, Pariag. a. 1307. t. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 346.

† BANESTERIA, femina, quae ciſtam vulgo *Banaſtum* dictam, portat. Ch. Henr. reg. Angl. Mſ. in Bibl. reg.

BANGAGIVM, BANQVAGIVM, tributum ex *Banchis* ſeu Stallis, ſuper quae merces in foro exponuntur, Germ. Bankins. Codex MS. Conſuetud. et priuil. Tholoſ. fol. 38. *Item ordinamus, quod pedagiarii, ſeu leudarii nihil pedagia, bangagia, ſeu leudas non exigant.* In alio eiusdem Cod. Praecepto an. 1303. *Pedagiarii ſeu leudarii banquagia ſeu leudas non exigant.* V. *Banchagium*, et *Bancagium.*

† BANGVS, armilla. Chron. a. 1030. t. 2. Hiſt. Lothar. inter Probat. p. 361. *Et inter quod regem decuit, armillam auream, quam banguis nominant, ei pro munere porrexit.* Sed forte leg. *Baugus*, V. *Bauga.*

BANIGIVM, an Exilium, Italis *Bandiggiamento?* Will. de Podiolaurentii cap. 35. de Obſeſſione Auenionis: *Actum eſt diuino iudicio, ſicut credo, quod fidem cines, timore vbi timor non erat rationabilis, trepidantes de banigio, ſi permitteretur per villam incedere multitudo, portas ciuitatis praeclaudunt, etc.* Sed forte legendum eſt *Barragium*, vti videre potes ex hac voce.

BANILIVS, idem, vt videtur; qui *Bannalis* infra. Charta Raymundi Comitis S. Aegidii apud Catellum in Hiſt. Tholoſ. pag. 31. *Dono - - ſcilicet villas Segrerii et Brugeriae, et huius terrae banilium nomine Martinum Bertrandi dono pro ſerno altari B. Mariae.* Et infra: *Et meos bones cum bubulco nominato Rodulfo, quem pro ſerno, ſicut banilium praedictum trado.* Vide Conſuetudinem Aquenſem tit. 5. art. 1.

BANILVS, (1) Officialis minor *Ballino*, quaſi *Viceballinus.* Chartularium Aeduenſe in Praeſcripto Caroli V. Francorum Regis ann. 1368. *Item nolumus, quod aliquis praeficiatur in ſeneſchallum, ballivum vel praepoſitum iudicem ſeu vicarium vel banilum in loco vnde dicitur orinndus - - (2) † Vita Phil. Boni apud Ludewig. t. 11. Reliq. Mſ. p. 72. Subindacto conſtringitur vallo banili ignei ad petrarias dirigendas per exedras figillantur.* Sed haec medica manu indigent.

BANIMENTVM, V. *Banzimentum.*

BANIOLA, V. *Baiulena.*

BANIRE, i. q. *Bannire*, proſcribere, in Ch. Ludov. reg. Sicil. Mſ.

BANITOR, pro *Bannitor.* BANITORES MOLENDINORVM, tenentes qui debent vti molendino domini ſui. Ch. Mſ. a. 1215. in Tabul. Calenſi: *Dedi etiam ei molendina mea de Almeto, cum omnibus banitoribus eorum.*

BANIVM, pro *Bannum*, diſtrictus, iurisdictio, iuſtitia. BANIORVM DECIMAE ET TERRAGII, in Ch. a. 1238. p. 316. Hiſt. Mediani monaſt.

† BAN-

† BANLAVCA, pro *Banleuca*, in Libert. villae Rupel. a. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. p. 573.

BANLEVA, V. *Banleuca*.

BANLEVCA, BANLEVGA. (1) Tractus, vt plurimum vnius *leucae* seu milliaris, intra quem ciuitas seu monasterium potest *bannum* exercere, Gall. *Banlieuë*, Germ. Bannmeile; vox frequens in plerisque Consuetudinibus municipalibus. LEVGA CIVITATIS, in Ch. Communiae Bituric. an. 1201. LEVCA BANNATA, in Libertat. Ms. villae S. Desiderii in Campania. BANNVM LEVGAE, ap. Iuonem Carnot. ep. 101. Monast. Anglic. t. 1. p. 316. BANNI LEVGA, in Ch. Frid. Archiep. Colon. a. 1128. apud Chapeavilium in not. ad Aegid. Aurea vallis monach. c. 2. Ch. Conradi II. ap. Miraeum t. 1. p. 689. BANLEVIA, in Tabul. Vindoc. BANLIEVA, in Ch. Phil. Aug. a. 1185. apud Morinum. c. 5. Hist. Vastinens. BANLEVA, apud Arnulf. Lexov. ep. 3. t. 3. Spicilegii Acher. BANLEVA, in Promptuario ecclesiae Tricass. Camusati. BAVLEVCA, in Edicto Phil. Aug. an. 1207. t. 2. Ordinat. reg. Franc. p. 412. BAVLIVA. in Ch. eiusdem Philippi ap. Marten. t. 1. Ampliss. Collect. pag. 1103. BANLIVA, in Ch. Ludov. VII t. 1. Ordinat. reg. Fr. p. 16. † BANLEVGIVM in Ch. Ms. a. 1265. (2) Mulcta, quae imponi solet iis, qui intra *Banleugam* delictum aliquod perpetrant. Ver. Ch. apud Beslium in Hist. Comit. Pictav. *Si homo sanctae Crucis - - euentu hominem occiderit aut vulnerauerit - - in toto meo honore bannum non reddat, neque banleugam, neque aliquam aliam consuetudinem* etc. Goffrid. Vindocin. l. 2. ep. 16. *Eius castello et castelli banlengae diuinum officium abstuliſtis.* BANLIA eadem notione, in Ch. circ. 984. inter Instrum. t. 2. Nouae Gall. Christ. p. 46. V. *Barlia.*

BANLEVGA, BANLEVGIVM, BANLEVIA, BANLEVA, BANLIA, BANLIEVA, BANLIVA, V. *Banleuca*.

† BANNA. (1) Ciſtae species, Gall. *Banne* vel *Benna*. V. *Benne*. (2) Tela quinque sexue vlnarum, quae Gallis etiamnum *Banne* dicitur. Inuent. S. Capellae Paris. a. 1340. in Bibl. reg. *Item duas cauderias ereas, vnam bannam telae.*

† BANNAGIVM, ius *bannum* promulgandi, ipsa promulgatio, tempus quo vinum per *bannum* vendirur. Consuet. Lugdun. a. 1206. in Hist. Lugd. p. 97. *Vinum nouum vel mustum in Anguſto vendi poteſt ſine bannagio.* Ch. Ms. an. 1215. *De qualibet dolio vini, quod in banno noſtro venditum fuerit, de quo tamen ad nos pertinebit bannagium.* Alia notione v. in *Banagium.*

BANNALIS. (1) Qui intra *bannum* seu districtum alicuius iurisdictionis, iustitiae, vel dominii manet. *Homines banni* in veteri Stylo Parlament. Paris. Ch. Willelmi Comit. Luxemb. a. 1083. *Nullam pretii exiſtimationem a bannalibus eorum exigat.* BANNALEM FACERE, forte rem alicuius *banno*, seu dictioni subiicere. Hist. Mediani Monast. p. 269. *Riualum Moherium eis bannalem fecit.* CRVCES BANNALES, V. *Crux.* BANNALE DOMINIVM, i. q. *Banleuca*, in Ch. an. 1258. Hist. Mediani Monast. p. 325. BANNALIS LEVCA, in Act. SS. t. 1. p. 438. (2) *Banno* seu edicto mandatus, ad quid coactus. FVRNVS BANNALIS, Gall. *Four bannal*, Germ. Bannofen, i. q. *Banderius furnus*, in Ch. an. 1261. ex Hist. Mediani Monast. pag. 328. (3) † *Banno* interdictus, prohibitus. Ch. a. 1248. t. 5. Ordinat. reg. Fr. p. 600. *Quod currus qui in nemore bannali inuentus fueris.* Ibid. p. 601. Ch. an. 1301. inter. Instrum. t. 12. Gall. Christ. p. 80. *Quae triparia bannalis eſt.*

† BANNALITER, iure *banni*, Gallis olim *Bannalment*. Pariag. an. 1240. in Chartul. Campan. *In furno vero ſine in furnis - - homines villae illius coquere, ſicare bannaliter tenebuntur.* V. *Bannis 2.*

BANNARETVS, V. *Banneretus.*

BANNARIA. (1) Districtus, iurisdictio. Ch. a. 1133. In Tabul. abbat. Bonae-

Bonaeuallis: *Omnia placita totius bannariae bonaeuallis* etc. BANNERIA, eadem notione in Inſtrum. a. 1390. t. 1. Hiſt. Dalphin. p. 32. (2) Officium *Bannerii*, in Ch. a. 1361. in ead. Hiſt. Dalph. vbi etiam BANNERIA ſcribitur. (3) † BANNARIA, BANNERIA, ius cogendi tenentes ſuos ad molendinum ſuum deferre ſua frumenta molenda; vel praeſtatio, quae ea ratione ab iis exigitur, Gall. *Banerie*, Germ. Mühlenbann, Mühlenzwang. V. *Banagium*. Ch. Mſ. an. 1265. *Corveias, talliam, et auenam, et banneriam molendinorum* etc.

BANNARIVS, BANNERIVS. (1) *Banno* alicuius ſubditus, praeſertim *banno* molendini ſeu furni ſubditus, qui furno vel molendino *bannali* vti coactus eſt. Ch. an. 1185. Mſ. Alia a. 1250. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. p. 207. et alibi. (2) BANNARIVS MILES, V. *Bannereti*.

BARATATOR, impoſtor, deceptor; Italis *Baratiere.* Apud Matthaeum Paris an. 1239. legimus Fridericum Imperat. accuſatum, quod diceret *tres baratatores fuiſſe in mundo, Moyſem, Chriſtum et Mahometem.* Ex quo reponendum in M. Chron. Belgico, vbi eam rem ex Alberico refert, *Baratatores* vel *Baratores.* Vt πλάνον, Chriſtum inſimulatum a Gentilibus, notum ex Euſebio l. 3. de Praeparat. Euangel. c. 3. p. 67. Edit. Rob. Steph. quos ille pluribus et validis argumentis refellit. Vita Clementis VI. PP. *Fuit quidam ruſticus baratator in Marchia Brandenburgenſi, qui aliquandiu ſe aſſeruit et ſimulauit Valdemarum Marchionem dictae Marchiae, qui diu ante mortuus fuerat.* V. *Barator.*

BARATERIA, apud Hortenſium Caualcanum in tract. de Brachio Regio, parte 5. num. 6. *dicitur, quando Iudex aliquid petit indebitum, vt juſtitiam faciat.*

BARATERIVS. (1) Apud Hortenſ. Caualcanum modo laudatum *Baraterii* ſunt, *qui praetorium nimis frequentant*, Gallis *Chicaneurs*, vitilitigato-

tigatores; vnde elicimus *Barati* etymon accersi posse a *barris*, de quibus suo loco, seu litium judiciariis instructionibus et praeparationibus, in quibus vt plurimum dolus et artificiosae fraudes miscentur. Italis *Barattieri* dicuntur, qui ex sordido lucro vitam agunt, vel qui judices pecunia corrumpunt, atque adeo ipsi judices corrupti. (2) Notione non nihil diuersa, *Barauerii* sunt errones, mendici, pauperes vagi. Hist. Dalphin. t. 2. p. 406. col. 1.

BARATICVS, pro *Barathricus*, ex barathro, seu abysso. Concil. Mexicanum a. 1585. t. 4. Concil. Hispan. p. 382.

† BARATOR, pro *Baratator*, vt vult Cangius in hac voce; rursum tamen occurrit ap. Theod. Niem. in vita Ioann. XXIII. *Certe a scortis etiam et baratoribus, scilicet luforibus taxillorum, nec non foeneratoribus* etc.

BARATTA, V. *Barata* 1.

† BARATTARIA. (1) Vt *Barataria* 1. fraus, dolus, potissimum in contractibus vel venditionibus. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 338. (2) Vt *Barataria* 2, quam vide. (3) Forte locus, vbi merces fraudis suspectae, aut permutandae reponuntur, vel mensa nummularia. Inquisit. a. 1371. in Accessi. ad hist. Cassin. part. 1. p. 428. *Item dictum officium* (cellararii) *habet indicto castro plateam et barattariam.* Pag. 431. *Officium supradictum debet habere in dicto foro logiam vnam, in qua sunt pondera et barattaria.*

BARATVM. (1) Italis *Baratto*, permutatio, vnde *Barattare*, *Cambiar vna cosa ad un' altra*, permutare, Hispanis *Baratar*, Vasconibus *Baratze*. Charta an 1247. in Regesto Comitum Tolosae fol. 48. Alia an. 1235. ibid. (2) † Vallum, fossa, quod *barris* seu repagulis muniatur, sic dictum. Ch. a. 1275. Ms. *Ex parte barati seu fossati.* (3) † Scheda accepti et expensi, Gall. *Arrêté*, vt videtur. Ch. a. 1438. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 260. *Fuerunt restituta dictis poteriis sequentia. Primo duae pitalfae - - Summa istius barati, XIV. poti.* Hisp. *Barato*, merx, quae paruo vel minimo pretio prostat, quod ad rem pertinet.

BARATVS ARGENTO, taenias argenteis distinctus, Gall. *Barré*. Capitulum General. S. Victoris Massil. an. 1294. *Statuimus vt nullus monachus zonam de cerico audeat portare, nec corio barato argento, nec alio metallo inhonesto.* V. *Barratus.*

† BARAYRERIVS. Ch. a. 1339. inter Probat. t. 4. Hist. Occit. p. 182. *Augerius de Malauicina barayrerius cum equo liardo.* Occurrit ibi non semel; attamen Carpentarius legendum censet *Banayrerius*, pro *Banneretus.*

BARBA. (1) *Barbam tangere*, seu primam lanuginem incidere, de quo more apud paganos et Christianos copiose egit Cangius ad Ioinuillam Dissert. 22. pag. 273. Collectio historica quam H. Canisius Anonymi nomine publicauit tom. 2. Antiq. lect. lib. 3. cap. 10. *Vt Alaricus barbam tangeret Clodouei effectus patrinus*, etc. Roricon. lib. 4. apud Duchesnium to. 1: p. 812. *Vt in tondenda barba Clodouei patrinus eius efficeretur Alaricus.* Adde Aimoin. lib. 1. cap. 20. et vide Frisclinum et Henricum Stephanum ad Callimachum Hymno in Dianam versu 298. Turneb. lib. 7. Aduers. c. 14. Lipsium ad 14. Annalium Taciti pag. 454. Commentatores Petronii et Martialis lib. 1. Epigr. 32. lib. 9. Epigr. 17. 18. Adrianum Valesium ad Paneg. Berengar. et alios. BARBA HONESTA, sic appellatus Balduinus IV. Comes Flandriae in Charta Roberti Regis Franc. an. 1023. quam subscribit, in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 13. BARBA FALSA. Curia Generalis Catalaniae celebrata an. 1351. sub Petro Rege Aragon. *Ne quis barbam falsam, seu fictam audeat deferre vel fabricare.* PER BARBAM AVT CAPILLOS TRAHERE, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 6. §. 4. et lib. 2. Feud. tit. 27. iniuriae maioris species. BARBAE BENEDICTIO. Ademarus Cabanensis apud Besliun pag. 328. de Iordano Episcopo Lemouicensi: *Inde ad tumulum S. Martialis Missam audiuit,*

audiuit, et iuxta monaſterium eo die regulariter hoſpitatus eſt. Craſtino barbam benedici jubet et detondi, et ſic ad ſedem S. Martialis in aula S Stephani Iordanum duxerunt, et cum baculo paſtorali ibi eum gratis honore Pontificatus veſtiuit. Editio Labbei paulo differt: *Dio craſtino barbam electo benedici jubet ac detondi etc.* quia ſcilicet BARBAM DEO CONSECRABANT, qui eam ponebant monachi effecti. Vide Viram S. Willelmi Ducis cap. 23. Edit. Mabillonii. BARBAE FILOS Chartis cum ſigillo apponebant, quo eas ſacratiores firmioresque redderent. Charta ann. 1121. apud Stephanot. to. 16. Fragm. Hiſt. pag. 337. *Quod vt ratum et ſtabile perſeueret in poſterum, praeſenti ſcripto ſigilli mei robur appoſui cum tribus pilis barbae meae.* BARBAE RASIO, praecipua apud Francos iniuria habebatur. Vide Geſta Dagoberti Regis Franc. cap. 6. 35. Reginonem an. 546. etc. Ita apud Graecos Byzantinos. Willelmus Tyrius lib. 11. cap. 11. Paulum Iouium in Elogio Francisci Philelphi, et Gobelinum Perſonam in Cosmodromio pag. 266. BARBAM HYPOTHECARE. Vide ibidem Tyrium. BARBA, in falcone, ſunt *plumae inferiores, quae videntur quaſi pili, et ſunt inter locum noſtri, qui cera dicitur, et oculos*, apud Fridericum II. Imp. l. 2. de Venat. c. 48. (2) † Gena, vel mentum, vbi creſcit barba. Acta SS. t. 2. Aug. p. 77. (3) † CAVALLVS DE BARBA, Gall. *Cheual-barbe*, equus Punicus, in Ch. Mſ. a. 1076. V. *Barbanus* 3. (4) BARBA, paruus, V. *Barbanus*.

† BARBACA, nauis mercatoria, in Ch. Phil. VI. reg. Fr. Mſ. a. 1337. vbi tamen pro *Barbacat* Carpentarius legendum cenſet *Barcas*.

BARBACANA. (1) Propugnaculum exterius, quo oppidum aut caſtrum, praeſertim vero eorum portae aut muri muniuntur; vnde *Antemurale*, *promurale*, et *murus exterior*, non ſemel appellatur, cuius vocis originem plerique ab Arabibus accerſendam putant. Academici Cruſcani: *Barbacane, parte di muraglia che ſi fa da baſſo a ſcarpa per ſicurezza e fortezza.* Charta an. 1163. ex libro viridi Epiſc. Maſſil. p. 11. *Recham barbaram claudere poterit vallis et barbacanis de lapidibus cum cálce et arena.* Chron. Piſanum apud Murator. tom. 6. col. 104. *Iuxta quod erant barbacanae magnae latitudinis et profundae altitudinis, quas liguis implenerunt et caſtella ſuperduxerunt.* Charta an. 1494. ex Arch. S. Victoris Maſſil. *Valatum ſine foſſatum, cum barbicana ſiue auantchariis ciuitatis* etc. Monachus Altiſiod. an. 1201. *Murique tam alti quam ſolidi, praeter antemuralia quaedam, quae barbacanas vocant - - ſunt deiecti.* BARBACANIS, in Breuiar. Hiſt. Piſanae ad annum 1156. apud Murator. tom. 6. col. 172. BARBACENVS, in Chron. Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 10. *Et hic eſt ille Rex* (Tremkedus an. 1189. coronatus) *qui fecit barbacenes ante moenia Panormitanae, et regnauit in dicto regno annis tribus et dimidio.* BARBACHANNA, in Charta an. 1204. apud Andream Ducheſnium Hiſt. Norman. Script. pag. 1058. *Nos etiam tradimus eidem Regi Franciae barbachannam quae eſt in capite pontis.* BARBICANA, apud Albert. Aquenſem l. 4. c. 12. *Inter muros et antemurale, quod vulgo barbicanas vocant.* Lib. 6. cap. 10. *Barbicanas exteriores ſtilicet muros oppoſitos, aequato vallo vrbis - - deiecit.* Radulfus de Diceto an. 1288. BARBACANA, vel *Barbicana*, vox occurrit praeterea apud eumdem Albertum Aq. lib. 11. cap. 2. 47. et alios Scriptores a Cangio laudatos ad Willharduinum num. 89. Vide Marten. to. 3. Anecd. col. 187.

† BARBACANVS, BARBACHANVS, apud Murat. t. 19. Script. Ital. p. 457. BARBICANVM, apud Thr. *Blount* in Nomolexico. (2) † Vallum, ſeu locus quilibet palis munitus et circumſeptus. Ch. Mſ. an. 1362. *Inter dictum pontem et barbacanam fuſteam ſiue palliceam, quae tunc clauſa erat.* Stat. Saluciar. collat. 3. cap. 95. *De barbacanis, quae ſunt circum circa ciuitatem Saluciarum.*

BARBA-

BARBACENVS, BARBACHANNA, V. *Barbacana.*

BARBAMENTVM, Γένειον. Vetus Gloſſar. Lat. Graec.

BARBANIS, eadem notione qua *Barbanus*, quod vide.

BARBANVS. (1) Patruus, Ioanni de Ianua; *Barba* Italis. Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. §. 1. *Si quis ex parentibus, id eſt, barbanus, quod eſt patruus.* Vbi Editio Heroldi tit. 59. habet *barba, quod eſt patruus.* Tit. 69. §. 2. *Barbanes.* Adde lib. 1. tit. 10. §. 1. l. 2. tit. 14. §. 26. Chronicon. Beneuent. S. Sophiae p. 599. 603. etc. Tabularium Caſaurienſe an. 14. Ludov. Imp. Lotharii F. *Vel quod nobis exinde aduenit de quodam Petro Epiſcopo barbane noſtro.* Charta Adelaidis Comitiſſae Sabaud. pro fundat. Abbatiae Pinarolenſis apud Epiſcop. Salut. in Chronol. Hiſt. Pedem. et Guichenonum in Probat. Hiſt. Sabaud. *Offero pro anima D. Marchionis genitoris mei et Adalrici Epiſcopi (Aſtenſis) barbani mei.* Et infra: *Pro animarum praedictorum Marchionum, et barbani mei, et filii mei*, etc. De vocis etymo vide V. Cl. Aegidii Menagii Origines Italicas. † Eodem nomine appellabantur rectores Valdenſium. V. Leger. in Hiſt. Valdenſ. eccl. a. 32. vbi pro ſenex. (2) † Stat. Auenion. Mſ. a. 1243. *Statuimus, quod tempore pacis portanerii portus Rodani et Durentiae, barbani, roguacii, toto tempore, quo ibi tranſitur, ſingulis diebus ſint ad ipſos portus* etc. Vectigalis cuiusdam exactores videntur. V. *Barcagium.* (3) † EQVVS BARBANVS, Punicus. Gall. *Cheual barbe*, Germ. ein Barber, in Ch. an. 913. laudata a Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 191. V. *Barba* 3.

BARBARA. (1) *Inuerecunda.* Gloſſar. MS. San-Germ. num. 501 (2) † Nomen tetrioris cuiusdam carceris Caſtellati. Areſt. a. 1398. in Vol. 9. areſt. Parlam. Pariſ.

† BARBARALENSIS, improprius loquendi modus, quem a *Barbariſmo* diſtinguit Donatus; quod *Barbariſmus* nempe fit in lingua Latina, *Barbaralenſis* in peregrina. Cum *Barbariſmo* confundit Alex. de Villa Dei in Doctrinali:

Si tamen eloquiis commiſces verba Latinis
Barbara, doctores hanc dicunt Barbaralenſim.

† BARBARASCHVS, ex Barbaria, Ital. *Barbareſco.* Mod. exig. gabell. Saonae a. 1526. *Pro coriis Barbaraſchis.*

BARBARATOR, V. *Barbator.*

† BARBAREATVM, BARBARIATVM, hordeum forte, ab ariſtis, Gall. *Barbes* ſic dictum. Stat Aſtenſ. collat. 7. c. 17. *Teneatur - - facere iurare omnes piſtores et piſtoriſſas - - quod non immiſcebunt legumina, neque ſiliginem, neque mandilium vel barbareatum cum furmento.* Et collat. 15. c. 9. *Blaua vero intelligatur furmentum, barbariatum, ſiligo, et omne genus blauae groſſae et minutae.*

BARBARELLVM, locus multis arborum generibus inordinate conſitus, Columellae *Barbarica ſylua.* Pancarta MS. titulorum Abbatiae S. Stephani de Vallibus apud Xantones in Charta 39. *Concedo Stephano Abbati de Vallibus et eius ſucceſſoribus in perpetuum calefagium et expletum in foreſtam meam de Corles, ad opus Prioratus S. Auguſtini iuxta barbarellum meum et foreſtam meam conſtitui, nullo ſernitio retento.* V. *Barbaritani.*

BARBARI, nummorum ſpecies. V. *Barbarini.*

BARBARIA. (1) V. *Barbarus*, alienigena. (2) Barbitonſoris officina, Germ. Barbierſtube. Inſtrum. an. 1450. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Actum Aquis in apotheca barbariae Ioannis Tibotoli barberii.* V. *Barbitonſtrix.*

BARBARIATVM, V. *Barbareatum.*

BARBARICA LINGVA, V. *Barbarus.*

BARBARICARIVS, *qui ex auro coloratis filis exprimebat hominum formas, animalium, et aliarum ſpecierum imitabatur ſubtilitate veritatem*, vt ait Donatus ad 7. Aeneid. ſeu vt eſt in leg. 1. C. Th. de Fabricenſib. *qui caſſides et bucculas tegebant argento, et deaurebant.* Horum mentio fit praeterea in leg. 2. eodem Cod. de Excuſat.

Excuſat. artif. in Nouella Theodoſii junioris de Scholar. et in Notitia Imperii, in qua *Praepoſiti Brambaricariorum*, ſeu potius, vti legendum quidam volunt, *Barbaricariorum*, ſub Comite ſacrarum largitionum, interdum ſub Magiſtro officiorum ſtatuuntur. Vnde ſatis patet Reſendium lib. 1. Antiquit. Luſitan. *Barbaricarios* perperam exiſtimaſſe fuiſſe veſtium purpura, cocco, aut vermiculo, quae a *Barbaris* terris, id eſt, peregrinis allatae erant, infectores, cujusmodi ſunt *Barbaricae veſtes*, apud Lucretium lib. 2. et in libro Anniuerſariorum Baſilicae Vaticanae apud Ioan. Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. pag. 345. *Duo pluuialia de diaſpro et panno barbarico.* Vide Turneb. lib. 10. Aduerſ. cap. 18. Browerum in Annalibus Treuirenſibus lib. 4. pag. 251. vlt. Edit. et Pitiſcum in Lexico Antiquit. Rom. V. *Barbaricum.*

BARBARICINI, Βαρβαρικῖνοι, Procopio lib. 2. de Bello Vandalico cap. 13. qui ita appellatos a Sardiniae incolis, auctor eſt, Mauros quosdam, ad Auraſium montem poſitos, quos Vandali deuicta Africa, ne eos paterentur infeſtos, in Sardiniam cum vxoribus et liberis ablegarant, vbi eos clauſos aliquandiu continuere. Progrediente tempore elapſi illi vicinos Caroli montes occuparunt, deinde cum ad tria millia excreuiſſent, renuntiarunt latebris, et aperte in locis omnibus graſſati ſunt. Hos conatus eſt Gregorius Magn. ad Chriſtianam fidem conuertere, quod teſtantur illius Epiſtolae lib. 3. Epiſt. 23. 25. 27. 29. 33. lib. 9. Epiſt. 17. 18. Horum etiam meminit Iuſtinianus in l. 2. C. de Offic. Praefecti praetorio Afric. Hinc forte *Barbagiam* Sardiniam appellauit Dantes in Purgat. c. 23.

BARBARICVM. (1) *Clamor, exercitus, videlicet quod eo genere barbari vtantur*, Feſto: at recentioribus ita appellatur ſolum Barbarorum, quod *Barbaria*, Rufo Feſto in Breuiario, Aethico in Cosmograph. Agellio lib. 19. cap. 12. Lampridio in Alexandro Seuero, et aliis dicitur. *Barbaries*, Gregorio Turonenſi lib. 3. cap. 15. Ammianus lib. 18. *Viſus eſt in Barbarico miles*, id eſt, in finibus Barbarorum. Ita Theophylactus Simocatta lib. 5. c. 13. hanc vocem vſurpat, non pro armamentario, vti cenſent Meurſius et Iacobus Gothofredus. Concilia Afric. can. 19. *De prouincia Mauritania, propterea quod in finibus Africae ſit, nihil ſtatuimus, ſiquidem vicinae ſunt Barbarico.* Graec. Codex, can. 52. Ὅτι τῷ βαρβαρικῷ παραπεπτωκε. Ex quo quidem loco colligi videtur poſſe *Barbariae* nomenclaturam datam Africanis regionibus quae Impp. Romanis non parebant, quae hodie etiamnum manet. Pentapolim Aegyptiacam Βαρβαρικὴν vocat Anaſius Sinaïta in Anagogis ſex dierum. *Barbariae* vocabulo Aegyptum videtur intelligere S. Hieronym. Epiſt. 57. ad Damaſum: *Et quia pro meis facinoribus ad eam ſolitudinem commigraui, quae Syriam iuncto Barbariae ſine diſterminat.* Et Ep. 58. ad eumdem Damaſum: *Nunc Barbaro Syriae limite teneor.* Sed et idem in Tradit. Hebraic. ait Alexandrum Polyhiſtorem, et Cleodemum, cognomento Malchum, Graeco ſermone *Barbaram Hiſtoriam* ſcripſiſſe, in qua res Africanas retexuiſſe innuit. Sed et Marcianus Heracleotes in Periplo p. mihi 42. in Aegypto vel Africa exſtare auctor eſt τὸ ἔθνος τὸ λεγόμενον Βαρβαρικὸν, καὶ τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος, ἐν ᾧ πόλεις τε πλεῖς ἔσι. (2) BARBARICVM, praeterea dicitur bellum quod in *Barbaros* agitur, expeditio bellica quaeuis, bellum quoduis Ammianus l. 17. *His in Barbarico* (in Pannonia) *geſtis* etc. Capitulare Sicardi Principis Beneuentani an. 836. §. 16. *Hoc promittimus, vt non pro quouis exceſſu Barbaricum facere, aut curſas mittere ante primam, ſecundam, tertiam et quartam conteſtationem.* Capitula Radelchiſi Principis Beneu. an. 851. *Quouſque ad ipſum tempus, quo Barbaricum*

cum exoriùm eſt inter nos et vos. Charta Sergii IV. PP. pro monaſt. S. Vincentii de Vulturno: *Tam pacis, quam Barbarici temporis* etc. (3) BARBARICVM. Gloſſ. MSS. Reg. et Iſidori: *Barbarica, opera de auro. Barbarica opera ſubtiliter ornata.* Gloſſ. MS. Eccl Pariſ. *Barbarica, auro ornata.* Gloſſ. MS. Reg. *Barbarico auro, pretioſo.* Coripp. lib. de Laùdib. Iuſtini:

Ipſe triumphorum per ſingula vaſa ſuorum
Barbarico liſtoriam fieri mandauerat auro, etc.

Ex quibus patet *barbaricum opus* dictum, ex *auro pretioſo* confectum, quod *Barbaricum* appellabatur, vel certe quod Barbari hanc artem exornandi arma militaria adinueniſſent. V. *Barbaricarius.* (4) Quoddam medicamentum *ad omnes oculorum cauſas vel impetus*, apud Marcellum Empiricum cap. 8. Meminit Celſus emplaſtri *Barbari* dicti lib. 5. c. 19. quod βάρβαρον Galeno, qui ſcribit a recentioribus appellari βάρβαρα emplaſtra, quae bitumine conſtant, forte quod iis Barbari vterentur.

BARBARIES. Prologus ad Legem Salicam: *Gens Francorum inclyta - - nuper ad Catholicam fidem conuerſa, immunis ab haereſi, dum adhuc teneretur Barbarie*, id eſt, *Gentiliſmo*, juxta Eccardum.

BARBARINI, BARBARI, nummi a Vicecomitibus Lemouicenſibus cuſi. Chronicon. S. Martialis Lemouicenſis an. 1211. *Hugo li Bruns Comes Marchiae fecit nouas Marchiones fieri: eodem anno Guido Vicecomes Lemouicenſis nouos Barbarinos fecit apud Axiam.* Chron. S. Stephani Lemouicenſ. an. 1263. Chartularium S. Illidii Claromont. tom. 2. fol. 56. verſo, Charta IV. an. 1207. *Lego et dono - - monaſterio S. Illidii* VII. *ſolidos de Barbaris*, etc. Tabularium Dolonenſis Abbatiae in Lemouicibus fol. 32. *Reſentis nobis quinque ſolidis de Barbaris, vel monetae eiusdem pretii.* Ita fol. 70. et alibi paſſim. *Solidi et denarii Barbarini* habetur fol. 40. 51. 102. 112. 113. Gottfrid. Abbas Vindoc. l. 1. Ep. 21. *Caroſſenſem Abbatem non regulariter electum, ſed violenter, vt dicitur, intruſum, pro mille ſolidis Barbarinorum, Barbarica nimis auctoritate conſecrati - - feciſtis.* Vbi loci neſcio an bene viri eruditi, Sirmondus et Altaſerra, *Barbarinos*, pro Arabicis et Barbaris interpretati ſint, vt qui ſtabilitum in Hiſpania Saracenorum imperium, rerum potiente altera Regum noſtrorum familia, ex commercio ad nos fluxerint. Licet *Barbarinos* Saracenos Africanos appellet non ſemel Anonymus de Miracul. S. Fidis cap. 13. Nam hac appellatione a Vicecomitibus Lemouicenſibus, vt *Marchenſes* a Comitibus Marchiae cuſos ſatis docemur ex Chronicis ſupra citatis, tametſi nominis ratio hactenus incomperta ſit. † Nominis rationem prodit, ni fallor, Ch. Steph. de Magnaco a. 1106. ex Tabul. Noui-monaſt. Pictav. *Donans mihi - - mille ſolidos Lemouicenſes barbatae monetae.* Quae moneta *Barbiſſe* vocatur in Ch. Gall. a. 1410. A muſtellis Ponticis, quae vtcumque barbam referunt, in moneta vicecomitum Lemouicenſium expreſſis, ita forte eſt nuncupata.

BARBARISMATICE, Barbarorum idiomate, hoc eſt, Theutonice, in Actis SS. Iunii tom. 2. pag. 302. V. *Barbarus.*

BARBARISMVS. Charta R. Cardinalis tit. S. Stephani in Monte Coelio an. 1215. pro Reformatione Vniuerſitatis Pariſ. *Non legant in feſtiuis diebus niſi Philoſophos, et Rhetoricas, et Quadrinialia, et Barbariſmum, et Ethicam, ſi placet, et quartum Rhetoricorum.* Alia a. 1254. apud Stephanum Paſchaſium in Diſquiſitionibus Francicis l. 9. c. 13. *Ethicorum libros quinque, tres parues libros, videlicet principia Barbariſmi, Priſciani de accentu, qui ſimul legantur* etc.

BARBARITANI. Charta Ottonis III. Imper. a. 936. in Bullario Caſinenſi tom. 2. pag. 57. *Nec non et campum juxta eamdem Eccleſiam regiae poteſtati hactenus pertinentem, atque Barbaritanos ſimiliter juris regni noſtri*

stri pertinentes, cum omnibus eorum pertinentiis, etc. Alia Henrici Imp. an. 1022. ibid. pag. 74. *Nec non et campum juxta eamdem Ecclesiam Regiae potestati hactenus pertinentem atque Barbaritanos et Martinenses similiter juris regni nostri pertinentes, etc.* † A loco habitationis, cuius nomen huic proximum est, fluxit forte haec appellatio. V. *Barbarellum.*

BARBARIVS. (1) Chirurgus, sic dictus a tondenda barba, Germ. Barbier, Gall. *Barbier.* Acta SS. Iunii tom. 2. pag. 382. V. *Barberius.* (2) † Piscis species. Tract. de Pisc. Cod. reg. 6836. *Mullus a Venetis barboni, a Burdegalensibus barbeau, a Gallis surmulet, a nonnullis Barbarus, - - dicitur. Cicero barbatulum, Varro barbatum vocant.* V. *Barbatula.*

† BARBARIZARE. (1) More barbaro agere, loqui. Acta SS. t. 4. Aug. p. 828. V. *Barbarus.* (2) BARBARIZARI, barbarus fieri, pro barbaro haberi, in Oper. Agobardi, t. 2. p. 62.

BARBAROSTOMVS, *qui verba barbarismis plena profert.* Glossar. MS. Montis S. Eligii Atrebat. † Auctores noui tract. diplom. t. 3. p. 290. inconsiderate legunt *Barbaris tomos*, vbi inepte addunt, nullibi vocem *tomos* eo sensu sibi occurrisse.

BARBARRA, ἄφρων, ἀνόητος, *morio.* Supplem. Antiquarii: mendose pro *Baburra.* V. *Baburrus.*

BARBARVS. (1) Strabo l. 14. fictitium nomen hoc existimauit, quod vocabuli origo et etymologia Graecis incomperta fuerit. At Abraham Ecchellensis in Hist. Arabum cap. 1. vocem Syrorum esse contendit, apud quos, qui eidem Straboni Scenitae dicuntur, *Barbroie*, vocantur, id est, *filii deserti.* Quemadmodum autem Graeci, ac postmodum Romani, caeteros populos, praeter se ipsos, Barbaros appellauere, ita eodem donati vocabulo Burgundiae ac Franciae incolae; qui post Galliarum clades et vastationes, a Constantio e vicina Germania et Septentrione acciti, et *ab vltimis Barbariae litoribus assisi, arua iacentia,* vt ait auctor Panegyrici Diocletiano et Maximiano dicti, et destinatas sibi terras coluere.

Barbaros porro posterior aetas appellauit, populos omnes, qui Latina, seu potius Romana lingua non loquebantur, seu quorum linguam non nouerat. Nam, vt obseruatum a viris doctis, Graeci veteres τὸ βαρβαρον, ἐπὶ φωνῆς tantum, non ἐπὶ ἤθους vsurparunt. Ouidius lib. 5. Trist. El. 11.

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli.
Et rident stolidi verba Latina Getae.

(2) BARBARICA, BARBARA LINGVA, pro Theutonica, de cuius barbarie, sic Orfridus in Epistola praefixa Euangeliis Theotisc. *Huius linguae barbaries, vt est inculta, et indisciplinabilis atque insueta capi regulari freno Grammaticae artis, sic etiam in multis dictis scriptus est propter literarum aut congeriem, aut incognitam sonoritatem difficilis.* Paschasius Corbeiensis Abb. in Vita S. Adalardi cap. 50. *Quis sine mentis scrupulo poterit epistolarum eius nitorem eloquentiae recitare? quem si vulgo audisses dulciflua emanabat. Si vero idem barbara, quam Theudiscam vocant, lingua loqueretur, praeminebat claritatis eloquio.* Walafridus Strabo de Reb. Eccles. cap. 7. *Dicam tamen secundum etiam nostram barbariem, quae est Theotisca, quo nomine domus Dei appellatur.* Neque alius videtur *Barbarismus*, quam *lingua barbara*, seu *Theutonica*, apud Sidonium l. 4. Epist. 17. l. 5. Epist. 5. *Barbarice*, id est, *Theutonice*, in Capitulis Ahytonis Episcopi Basil. cap. 2. *Barbaria facundia*, in Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis cap. 2. *Vulgare Barbarum*, apud Pilchdorffium contra Valdenses cap. 35. Ita passim Scriptores, Ioannes VIII. PP. Ep. 195. Glaber Rodulphus in Vita S. Guillelmi Abbatis Diuionensis. 27.

(3) BARBARVS, alienigena, extraneus, vel potius hostis. Canones Hibernienses lib. 57. c. 2. *Synodus Hibernensis ait: Qui praebet ducatum barbaris, 14. annis poeniteat.*

niteat. Barbarus, id eſt, alienus. Quis eſt alienus, niſi qui mora crudeli et immani cunctos poſternit? V. *Barbaricum.* Hinc *Barbarias*, vulgo *Barbaries*, vocant Leges noſtrae maris, quidquid alienarum regionum in mari perditarum expiſcari licet.

(4) BARBAROS denique appellatos, quotquot religionem Romanam non profiterentur, non deſunt, qui putant, ex Saluiano l. 4. de Prouidentia. Vide quae in hanc rem congeſſit Chifflerius in Anaſtaſi Childerici p. 82.

(5) BARBARVS, monetae ſpecies, V. *Barbarini.*

BARBASTERILI, *duribuccius*, in Gloſſis Iſidori, cui ſcilicet *buccae* adeo *durae* ſunt, vt pili in iis enaſci vix queant. Vide *Malibarbis.* Cerda legit, *Nudibuccius* pro *Duribuccius*, quod eodem redit; vtrumque enim virum imberbem ſignificat.

BARBATOR. Petrus Bleſenſis Epiſt. 14. *Regis curiam ſequantur aſſidue hiſtriones, candidatrices, aleatores, dulcorarii, caupones, nebulatores, mimi, barbatores, balatrones, et hoc genus omne.* Quo loco Lud. de la Cerda et Guſſanuilla *Barbatores*, barbitonſores innui cenſent. Verum cum adiungantur mimis et balatronibus, neſcio an non probabilius videatur, hocce vocabulo deſcribi mimos et ſcurras, qui laruati in theatris ludunt, quomodo in Bachanalibus fieri potiſſimum ſolet, in quibus laruae ipſae prolixioribus, et formae inſolentis, barbis inſtructae ſunt, cuiusmodi deſcribuntur in Hiſtoria Turpini cap. 18. *Habentes laruas barbatas, cornutas, daemonibus conſimiles.* Et longe ante a Tertulliano lib. de Idololatr. cap. 14. *Quibus nobis ſub barba extranea ſunt et neomeniae, et feriae aliquando adeo dilectae etc.* Vnde etiamnum *Barboires* vocantur Belgis Gallicis, *Barbadoires* Gabalitanis, *Barbauts* Aruernis, Gallis hodie *Maſques* a voce *Talamaſcas*, qua, vt obſeruat Sirmondus in Gloſſ. ad calcem Supplem. Concil. antiq. Galliae, eiusmodi laruas tempore Hincmari Remenſis Archiep. deſignabat vulgus. Nam nihil aliud eſt

BARBATORIA, apud Gregorium Turonenſem l. 10. Hiſt. cap. 6. quam ipſa ludicra *Barbatorum* feſtiuitas, vt et *Barbatoriam celebrare*, laruatum incedere, ludere, nugari: quo loco ait accuſatam Abbatiſſam Pictauenſem, *quod vitam de auro exornatam nepti ſuae ſuperſtue dederit, barbatorias intus eo* (Monaſterio) *quod celebrauerit.* Παγωνοκαρία in Gloſſ. Graeco-Lat. et Gloſſ. S. Benedicti, *Barbatoria* redditur, id eſt, barbae tonſio. Vnde viri docti cenſuere Abbatiſſam accuſatam, quod in ſuo Monaſterio artem tonſoriam exerceri paſſa ſit. Fragmentum Petronii: *Seruus meus barbatoriam fecit.* Alii quod in eo primam lanuginem adoleſcentes ponerent. Sed an *Barbatoria* in Gloſſariis, eadem ſit quae apud Gregorium Turon. viri eruditi decernant; Cangio non omnino haec ſententia arridet, cum multo vero ſimilius videatur id eſſe, quod *Maſcarade* Galli vocant. Salmaſius ad Lampridium *Barbatoriam*, in Gloſſis *officinam tonſorum* eſſe exiſtimat, legendumque παγωνοκυρεῖα

*) BARBATVLA, piſcis genus, forte idem ac *barbatulus* Ciceroni. Gaſſarus t. 1. Script. Sax. Mencken. pag. 1740. *In maxima omnium piſcium abundantia vendiderunt Auguſtae Vindelicorum a. 1515. bilibralem menſuram cohitmi barbatularum X. Batzis.* V. *Barbarius.*

BARBATVS. (1) Gloſſ. Iſid. *Barbatus, operarius, intimidus.* Ad quod Graeuius: Forte legendum, *Barbatus, vas aquarium.* In coniecturae confirmationem laudat Varronem lib. 6. de Lingua Lat. et Feſtum in *Nanum* et in vtroque loco Scaligerum, quos conſule ſi tanti eſt. Papias MS. Bituric. *Barbatus, maior, vetus, princeps.* FRATRES BARBATI, ſic appellati vt plurimum *Fratres Controuerſi* in Monaſteriis, quod contra quam Monachi voto aſtricti, barbam nutrirent, vti etiamnum obſeruare eſt apud Carthuſienſes. Exordium Ordinis Ciſtercienſis cap. 15. BARBATI praeterea appellati Monachi Ordinis cuiusdam

iusdam Monastici, cuius meminit Albericus an. 1113. *Scripsit quaedam de Ordine Fratrum Templi et Barbatorum.* Idem Albericus, et ex eo auctor M. Chronici Belgici a. 1240. *Ordo Fratrum Barbatorum, qui etiam circa hoc tempus coepit, habebat domos 160.* (2) *Epilepticus*, Papias ad vocem *Epilepsia* - - *Hos etiam Lunaticos vulgus vocat* - - *iidem et Barbati dicuntur.* (3) † BARBATA MONETA, V. *Barbarini.* BARBATA SAGITTA, V. *Sagitta.*

† BARBAZATVS, idem quod *baptizatus*, t. 10. Collect. Histor. Franc. p. 262. *Iudaei multi eo anno prae timore barbazati sunt.* An quia fidem Christianam profitendo barbam radebant?

BARBECANVS, munitionis species, eadem quae *Barbacana*, quod vide.

† BARBELATVS, a Gall. *Barbelé*, dentibus seu aculeis, Gallis *Barbeaulx*, munitus. Ch. Ms. a. 1312.

BARBERIVS, barbitonsor, ex Gall. *Barbier*, Germ. Barbier. Occurrit in Miraculis S. Goslini Abbat. n. 22. to. 2. SS. Februarii pag. 634. Et in miraculis B. Henrici Baucenens. inter Acta SS. Iunii tom. 2. p. 386. vbi pro Chirurgo sumitur, quod Chirurgi soleant tondere barbam. V. *Barbarius.*

† BARBESCERE, *commencer a etre barbu*, in Gloss. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. Glossae Lat. Gr. *Barbesco*, γνειάζω.

BARBESIO, Γνειάζω. Vetus Glossar. Graec. i. Barbam gesto.

† BARBETVS, panni species, forte quia villosus sic appellabatur. Testam. a. 1335. inter Instrum to. 10. Gall. Christ. p. 492. *Item legamus Agneti sorori nostrae* - - *unam garnachiam de barbeto cum fourraturis.*

† BARBIARIVS, deseçator, Germ. Säger, a *Barbatoria*, seu linteo subtili, quod laruae species est, qua vultum obtegunt, ne scobis oculos offendat, sic dictus. Reg. actor. capit. S. Petri Insul.

BARBICALIS, machinae seu λιθοβόλα species. Albertus Aquensis lib. 3. cap. 41. *Sequenti die instrumenta trium mangenarum* (*Franci barbicales vocant*) *opponunt ponti, quae portam et turrim portae eiusque moenia crebro ictu et impetu saxorum quaterent et impeterent.*

BARBICANA, V. *Barbacana.*

BARBICANAGIVM, tributum quod pro *barbicanis* exstruendis, vel reficiendis pensitabatur. Monast. Anglic. t. 1. p. 976. V. *Barbacana.*

† BARBIGER, *bubo, auis onusta plumis, Barbajcha, Prov.* Gloss. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

† BARBIOLVS, dimin. ab Ital. *Barbio*, barbus minor, Gall. *Barbillon*, alias *Barbeil*, in Stat. Placent. l. 6. fol. 79.

† BARBIPETA, *che percute lo instrumento da sonare.* Gloss. Lat. Ital. V. *Barbilista.*

BARBIRASIVM, barbae tonsio. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 15.

BARBIRASVS, idem ac *Barberius*, ap. Petr. Damiani l. 8. ep. 11.

BARBITA, *fistula pastoralis.* Papias MS.

† BARBITARIVS, barbitonsor. Chron. abbat. Corb. Ms. fol. 8.

BARBITISTA, in Glossario MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Qui vel quae cantat cum barbito.*

BARBITONDIVM, *tonstrina*, Papiae. Ioanni de Ianua, et Glossar. MS. Montis S. Eligii Atreb. *Tonsurae barbae, vel locus vbi tondetur.*

BARBITONSOR passim occurrit apud Scriptores inferioris aeui. Vide si vis Lobinellum Hist. Britan. to. 2. pag. 560. Iosephum de Aguirre t. 3. Concil Hispan. pag. 681. an. 1473. Limborch. lib. Sent. Inquisit. Tolos. pag. 70. Hist. Dalphin. to. 2. pag. 524. Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 127. etc.

† BARBITONSORIA, i. ac *Barbitondium*, in Stat. Auenion. l. 1. p. 79.

† BARBITONSTRIX, *barbaria, barbiere*, in Glossar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Barbitonstrix* in Arest. Parlam. a. 1395.

BARBIZELLVM. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 53. *Erat autem in ipso Gatto* (vinea militari) *quaedam trabes ferrata quam Barbizellum appellabant, quam trahentes*

hentes hi qui intra ipſum Gattum erant, foras plus 20. brachiis proiicientes, in murum ipſius caſtri mirabiliter feriebant. V. *Bercellum.* † Aries, vel quid ſimile, vt auctor eſt Car. de Aquino in Gloſſar. milit.

BARBO. (1) Stultus, mobilis, mulieroſus. V. *Baroſus.* (2) BARBO, *Barunculus*, apud Papiam. Excerpta Pithoei: *Barbo, barbunculus.* Gloſſar. Iſid. *Barvo, barunculus, B.* in *V.* mutato, vt alibi ſaepe: quae omnia non videntur aliud quam *Barbo* vel *Barbus*, piſcis, Gall. *Barbeau*, German. Barbe, de quo Auſon. Moſella v. 134.

Proſpexique jubas imitatus gobio barbi

BARBONI, V. *Barbarius* 2.

† BARBOS, teli genus, vt videtur. Stat. Maſſil. l. 5. c. 19. *Quicunque non equitando, ſed pedeſter, cum baliſta, vel cum barbos, vel aliter venando, vel non venando, tranſibit, vel ibit per alienam vineam.* V. *Barbulnius* et *Barbuta.*

BARBOTA, et BARBOTTA, nauis ſpecies. Oliuerius Scholaſtic. de Captione Damiatae: *Accidit vt vna nauis Templariorum, vi torrentis rapta, prope ripam ciuitatis praecipitaretur ad hoſtes, qui cum barbotis et uncis ferreis ipſam impugnauerunt diutius.* Item: *Proximo etiam ſabbato cum gadeis, barbotis, per flumen cum mangenellis - - nos impetierunt.* Ab Oliuerio mutuati ſunt quae habent in eamdem ſententiam Godefridus Monach. S. Pantaleonis, et Matthaeus Paris an. 1218. et 1219. Sed perperam apud Godefridum *Barbulis* pro *Barbutis* irrepſit. Schefferus putat eas eſſe naues quas Sturleſonius in Chronico *Jeerbarden* vocat, quaſi dicas *barbam ferream.* † *Barbotas* ſuperne lectas fuiſſe aperte docet Petr. Cyrnaeus apud Murat. to. 21. 1202. V. *Barbuta.*

BARBOTATA NAVIGIA, ea quae in modum *Barbotarum* tecta ſunt, videntur appellari a Sanuto lib. 2. part. 4. cap. 7. *Indicet praeterea dictus exercitus, quod ex iſtis nauigiis antedictis aliqua ſint incamatata, ſeu barbotata, tali modo quod homines praedictorum non timeant lapides machinarum.* V. *Barbuta.*

BARBOTTA, V. *Barbota.*

† BARBVALDVS, Graecis μορμολυκειον, idem ac *Barbuda.* Guil. Pariſ. epiſc. lib. de Morib. c. 5. ex Naud. Maſcurat. p. 189. *Hic eſt Barbualdus, qui pueris ad terrorem oſtenditur - - Barbualdus enim dicitur figura et pictura terribilis.*

† BARBVDA, *Prov. Larua, quae ponitur in facie ad terrendum pueros. Caſſis ferri et militum dicitur.* Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. V. *Barbator, Barbuta* et *Barbualdus.*

BARBVLA. (1) Barbae ſpecies, Gall. *Barbillon*, pili qui in vtraque oris parte quorumdam piſcium naſcuntur. Charta Goiberti an. 839. apud Folquium Leuitam Sithienſem lib. 2. pag. 109. MS. Sithienſis. (2) Mendoſe pro *Barbota*, vt dictum eſt in hac voce. (3) † BARBVLA, adoleſcens, iuuenis, Gallis *jeune Barbe.* Fleetwood. in Sylloge antiq. inſcript. part. 2. p. 364.

BARBVLATVS, barbatus. Locum vide in *Caleia.*

† BARBVLNIVS, inter arma, quibus offendi poteſt, recenſetur in Stat. Peruſ. p. 46. *Enſe, falcaſtro, jusarma, barbulnio, lancea etc.* V. *Barbos et Bario.*

BARBVNCVLVS, V. *Barbo* 2.

BARBVRRA, Ἄφρων, ἀνόητος. Gloſſar. Vet. Lat. Graec. i. *Inſanus.* V. *Baburrus.*

BARBVSTINVS, *homo qui fert barbam plenam proriſinis*, in Gloſſis Iſidori: vbi Wilcanius *prurignis* emendat, hoc eſt *furfurum*, vel potius *porriginis.* Gloſſ. Graec. Lat. πίτυρα, *furfures.* Πίτυρον, ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ ῥυπάρια, *porrigium.*

BARBVTA, tegminis ſpecies, qua caput tegebant milites, ſeu equites in proeliis. Ioan. Hocſemius in Engelberto Epiſcopo Leod. cap. 35. *Erant omnes armati cum barbutis in capite: et vltimo rex cum multa gente ſupra parvum roncinum, armatus ſicut alii cum barbuta.* Epiſt. Innocentii VI. PP. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 898. *Et*

298. E *Idem Marchio, guerra huiusmodi et dicti vicariatus perdurante, de trecentis equitibus seu barbutis, vivis, vt tuo vtamur vocabulo, et vltra, illas bona fide, quantum se sua facultas extenderit, seruire nobis et praefatae Eccleſiae teneatur.* Chron. Veronenſe ad a. 1354. apud Murat. tom. 8. col. 654. *Et ab alia parte ciuitatis Veronae verſus portam S. Maximi ipſum equitauerat D. Bernabous de Vicecomitibus de Mediolano, cum octingentis barbutis.* Acta confoederationis inter Galeacium Mediolani Dominum et Amedeum Comitem Sabaudiae an. 1362. apud Guichenon. in Hiſtor. Sabaud. pag. 206. BARBVTA, apud Sublacenſes Monachos Caputium magnum ſine cauda. Caeremon. Sublac. cap. 49. V. *Barbota.*

BARCA, Iſidoro lib. 19. Orig. cap. 1. *eſt quae cuncta nauis commercia ad littus portat.* Mox addit: *Hanc nauis in pelago propter nimias vndas ſuo ſuſcipit gremio: vbi autem appropinquauerit portui, reddit vicem barca naui, quam accepit in pelago.* Papias: *Barca a bainlando dicta, quae cuncta commercia majoris nauis ad littus portat.* Vgutio: *Barca, nauis mercatorum, et quae merces exportat.* Gloſſ. Sax. Aelfrici: *Barca* ſlot Scip id eſt, ſtuctus nauis. Paulinus Poëm. 13.

Vt mea ſalubri barca perfugio foret,
Puppis ſuperſtes obrutae.

Idem paulo ante *ſcapham ſequacem* vocat. Abbo lib. 1. de Bello Pariſiaco:

Quam plures numero naues numerante carentes,
Extat, eas moris vulgo Barcas nominare.

Vocem a *βάρος* voce Graeca, quae genus aedificii rotundi, vt eſt turris, ſonat, acceſſit Salmaſius in Kercoëtium. Iul. Scaliger Exercit. 51. in Cardanum, a *βάρος*, ab oneribus gerendis: alii a *Barca* vrbe Africae. Rodericus Toletanus lib. 1. de Rebus Hiſpan. cap. 5. a *Barca*, Barcinonem, celeberrimam Hiſpaniae vrbem nominatam auctor eſt. *Βάρκαν* dixere etiam Scriptores Graeci recentiores aliquot, *Βάλκαν* Niceras in Alexio lib. 1. num. 7. et Harmenopulus lib. 2. tit. 11. §. 9. BARCHA, in Stat. Maſſil. pag. 437. BARKA, in Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 71. BARCHIA, in Arreſt. Comitatus Maſſil. BARCIA. Hiſtoria Fundat. Monaſterii S. Vincentii ad Lisbonam.

† BARCAGIVM, Hiſpan. *Barcage*, naulum, quod pro *barca* transvectoria exigitur. Ch. Mſ. an. 1343. V. *Barchatinus.*

BARCALA. Fragm. Petronii: *Videtis, inquit, mulieres, compedes; ſic nos Barcalae deſolamur.* V. *Baburrus.*

BARCALABA, V. *Baburrus.*

BARCALAVREVS, pro *Baccalaureus* academicus, in Vita S. Thomae Aquinat. cap. 3. n. 15. inter Acta SS. Martii to. 1. pag. 663.

BARCANDA, *conca aerea*, in Gloſſ. Iſidor.

BARCANIARE, BARGANNIARE, BARQVINARE, tricari, tergiuerſari, Italis *Bargagnare*, Gallis *Barguigner*, quod proprie eſt licitando cunctari, *Marchander.* Capitula Caroli Calui tit. 28. *Miſſus Reip. prouideat, vt ſi non inuenerit illum denarium mercum et bene penſantem, ut cambiare illum mercanti iubeat. Si autem illum denarium bonum inuenerit, conſideret aetatem, et infirmitatem, et ſexum hominis, quia et foeminae Barcaniare ſolent, et aut iſtibus, prout videbis competere, aut minutis virgis -- caſtiget.* BARGANNIARE, de re emenda paciſci, German. *bedingen*, ab Angl. *to bargain*, contrahere, paciſci. Leges Ethelredi Regis apud Wanetingum editae cap. 26. BARGANIZARE, BARGANNIZARE, idem, apud Rymerum tom. 3. pag. 162. col. 1. *Ad tot equos barganizandum, emendum, et prouidendum, et eos, cum ſic barganizati, empti et prouiſi fuerint, etc.* Et tom. 13. pag. 164. col. 1. *Emere, vendere, mercandinare, deliberare, recipere, barganniare et commutare,*

mutare, cambiare, excambiare, recambiare, etc. Madox Formulare Anglic. pag. 288. *Dedi concessi, bargaisaui, vendidi et hac praesenti charta mea confirmaui.* V. *Bargania.*

BARQVINARE, eodem significatu ac *Barcaniare.* Charta S. Bernardi Abbatis Clareuall. an. 1145. in Tabulario Episcopat. Altisiod. V. *Bargaminator* et *Bargania.*

BARCARE, nauim inscendere, vela facere, Gall. *s'embarquer.* Chron. Anonymi Barensi. a. 1085. *Bugiano cum Barenses barcauis Messinum.* Adde an. 1038. et 1060. V. *Barca.*

BARCARIVS, *qui barcas facit vel ducit,* Vgutioni et Io. de Ianua. *Barcarii,* in Notitia Imp. a *Barca* dicti, vt censet Guichenon. in hist. Sabaud. p. 8. *Praefectus classi barbaricorum Ebreduni Sabaudiae,* id est remigum.

† BARCATA, onus *barcae,* Hisp. *Barcada.* Ch. Mf. a. 1379.

BARCELLA, quae alias *nauicula* dicitur, vas ecclesiae, in qua thus reponitur ad incensum, acerra. Ch. a. 1197. apud Vghell. to. 7. Ital. S. p. 1274. V. *Barca.*

BARCHA, V. *Barca.*

BARCHALCVS, V. *Barsalcus.*

BARCHALINA, nauicula. Spicil. Acher. tom. 6. pag. 277. *Dispositus erat ire in una Barchalina.* V. *Barca.*

BARCHANEVM. Charta Ecclesiae Deiparae Scardonensis in Dalmatia an. 1307. apud Ioan Lucium pag. 202. *Se obligauerunt soluere pro arboragio portu, et pro transitu brachanei lib. 60.* f. *barcarum.*

† BARCHATINVS, *Barguetin,* moneta Veneta, pretium traiectus aquae, vt putat Robert. Cenal. de Ponder. et mensur. fol. 66.

† BARCHERIA, ouile, Gall. *Bergerie.* Tabul. Archiep. Bituric. fol. 129. V. *Berbix.*

† BARCHEROLVS, nauta, in addit. ad vit. S. Antonini tom. 1. Maii p. 345.

BARCHETA, vel BARCHETVS, idem videtur qui nocturnus vigil, nisi forte malueris intelligendam esse naviculam, qua tempore noctis vigiles egrederentur Veronae per Athesim fluuium ad perlustranda huius vrbis suburbia, de quibus agi videtur in loco citato ad vocem *Barafelli,* vbi locum illum legito.

BARCHETTA, BARKETTA, minor *barca.* Barthol. Scribae annal. Genuens. l. 6. apud Murat. t. 6. p. 444. Petr. de Vineis l. 2. ep. 36. lib. 5. ep. 78.

BARCHIA, V. *Barca.*

BARCHIGLIA, *mensura frumentaria in regno Valentino.* Acta SS. Maii tom. 4. pag. 92. † Capiens duos modios.

BARCHIN, monetae species. Contractus Matrimonii, Spicil. Acher. to. 8. pag. 259. *Dono et constituo vobis eidem marito meo in dotem quatuor millia librarum de Barchin de Terno, de qua moneta sexaginta quinque solidi valent vnam marchum argenti fini, recti, pensi, Perpiniani.* Sed abbreuiatio est pro *Barchinona.*

† BARCHONVS, BARCONVS, Ital. *Balcone,* fenestra. Stat. ciuit. Aſbae collat. 11. c. 126. V. *Balcone.*

† BARCHVS, ab Ital. *Barco,* viuarium, Gall. *Parc.* Murat. t. 20. pag. 890. V. *Parcus.*

BARCIA, nauicula, V. *Barca.*

BARCIAE, *barbari.* Gloss. Isid. ad quas Graeuius: in aliis Glossis legitur *Barchiae.* Scribo, inquit, *Barcei* ex Virgilio, *lateque furentes Barcei,* seu *Barcaei.* Sunt Africae populi in Marmarica.

BARCIOLVM, cunae. Gall. *Berceau.* V. *Berciolum.*

BARCONVS, V. *Barchonus.*

BARCVS, V. *Bargus.*

BARCVSSIVS, nauis species, a *barca,* vt videtur, vox deducta. Thomas Archidiaconus in Historia Salonitana c. 36. *Inuaserunt 4 barcussios Spalatensium, qui erant missi ab exercitu ad aliud insulae caput.* Paulus de Paulo sub ann. 1402. *Armigeris Regis Ladislaui in vno barcusio superuenientibus.* Ioan. Villaneus lib. 6. cap. 70. *Armarono in Genona galee, vstieri, batti, e barcosi.*

BARDA. (1) († Genus ephippii, seu potius clitella, Gall. *Bast.* V. *Barda.*) Charta Ildefonsi Comitis Tolosae ann. 1144. apud Catellum in Hist. Occi.

Occitan. pag. 324. *De crusellis quos extranei attulerint et vendiderint, praebeant domino quatuor denarios, et de barda duos.* Capitul. General. MS. S. Victoris Massil. *Item didicimus de cellis, bardis et frenis irregularibus*, etc. Gallis, *Barder*, est equum ornamentis instruere. † V. Carol. de Aquino in Glossar. milit. vbi etiam de vocis etymo. (2) † Bipennis, securis, Germ. Barthe. V. *Alabarda* et *Helebarda*.

BARDAEA, vel BARDALA, apud Gallos, *alauda* dicitur nominata in veteri Lexico apud Turnebum lib. 13. Adv. cap. 25. lib. 20. cap. 37. Glossar. Lat. Graec. *Bardala*, κορυδαλλὸς, ἄδος ὀρνέα. Aliud Glossar. Lat. Graec. *Bardala*, κορυδαλλὸς, ὄρνεον. Excerpta ex vet. Gloss. cap. de Auibus: *Bardei*, (infra *Bardgia*,) κορυδαλλός. *Bardaea*, quia canorae vocis est, deriuari videtur a *Bardo* filio Druidis, qui musicae et carminum inuentor habebatur apud Gallos. *) Potius ab antiquissimo verbo *baren*, canere, de quo euoluenda sunt Glossaria Germ. linguae. V. *Bardus*.

BARDAJA, BARDALA, V. *Bardaea*.

† BARDANA, *lapago maior, personata vel personaria, idem secundum expositiones antiquos*. Gloss. medic. Simon. Ianuens. Gallis *Bardane*.

BARDARIOTA, V. *Primicerius Bardariotarum*.

† BARDARIVS, sicarius, sceleratus. V. *Berroerii*.

† BARDATVM, locus vbi varia supellex seruatur, Gall. *Garde-meuble*. Inuent. Mss. bonor. Raym. de Villanoua a. 1449. *Sequuntur res repertae in bardato* etc.

BARDATVS. (1) BARDATVS EQVVS, id est, cataphractus a *Barda*, ephippium, apud Murator. to. 3. p. 649. col. 2. vbi de coronatione Bonifacii VIII. Papae: *Isti quinque Vexilliferi habebunt equos cataphractos sine bardatos et coopertos tela fericea vsque ad talos equorum.* Idem habent Acta SS. Maii tom. 4. pag. 468. B. nisi quod pro *fericea* magis Latine legitur *ferica*. (2) *Naivos, τὸ σπυρὸς*: nasiterna, manus. Supplem. Antiquarii.

BARDEA. V. *Bardaea*.

BARDEI, Ἴλλυριοὶ δοῦλοι, *οἱ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ Ἰταλίας κατὰ Κίννα καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι, καὶ ἐν τούτῳ τυρωνήσαντες κατὰ τῶν δεσποτῶν, τούτους Σερτώριος δόλῳ περιενηλίσας ἀνεῖρε*. Supplem. Antiquarii.

† BARDENA, idem videtur ac *Defensa*; ager nempe, pratum vel sylua sepimentis cincta, a Hispan. *Barda*. sepes. Ordinat. a. 1322. pro reformat. regni Nauarrae Ms. *Cum castellanus - - teneatur custodire bardenam regis, et sit valde dampnificata et destructa propter defectum custodiae, quia pauci erant custodes etc.* ibidem rursum et tertio occurrit.

BARDERIVS, V. *Berroerii*.

BARDES, Ἴλλυριὸς δοῦλος, *δορύκτητος*: *Calo*. Suppl. Antiquarii.

BARDESANISTAE, *haeretici simili dementia vt Valentiniani aberrant, qui inter caetera exsecranda mysteria, Christum caeleste corpus habuisse confirmant, nec adsumpsisse carnem de Virgine, sed per eam, quasi aquam per fistulam transfluisse deliberant*. Gloss. Sangerm.

BARDIA, f. pro *Bargia*, nauicula. Locum vide in *Galedellus*.

BARDICATIO. Libellus de Remediis peccatorum apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 27. *Poenitentia bardicationis glandellae post abitum laici vel laicae, L. dies in pane et aqua. Si post glandellam morientem in partu, vel cohabitatorem, vel cohabitatricem fidem habentem XL. dies in pane et aqua.* Notum est quantis cum vlulatibus olim funus curabant; his vero cum varias superstitiones, decantatis quibusdam cantilenis, adiecissent, eiusmodi vlulatus constanter prohibuere Episcopi, statuentes pro mortuis ieiunia et oblationes commodius offerri. Porro cum de *clamore dolore excitato* hic agatur, recte *Bardanicationis* voce eiusmodi vlulatus intelligitur proscriptus, cuius loco ieiunium subrogatur defuncto

profuturum. *Bardicatio* vero a veteri Gallico ſeu Britannico *Bardic* vel *Barzic*, quo ſignificatur aulaedus ſeu plebeius cantor in choris popularibus et coetibus ruſticanis; vnde *Bardicare* inſtar ruſtici cantoris clamare, et *Bardicatio*, clamor ineptus. V. *Bardus*.

BARDIGIOSVS, bardus, ſtultus. Felix Gerwenſis Monachus in vita S. Guthlaci num. 9.

BARDIRE, clamare inſtar cerui. Vetus Gloſſar. Lat. Graec. *Bardit*, *rugit*. Ἔλαφος κράζει *Bardire*, *rugire cervorum eſt*. Amalthea. Supplem. Antiquarii: *Bardit*. Ἔλεφας κράζει. *Elephas vocem edit*. *) A veteri verbo *baren*. clamare, de quo in Gloſſariis German. linguae. V. etiam *Bardus*, *Barrire* et *Baxlare*.

BARDITVS, V. *Barritus*.

† BARDO, ephippii ſeu clitellae genus. Statut. Auenion. a. 1243. c. 135. *Quod ſellerii et coopertorii - - non apponant in bardis, bardonibus, ſellis et coopertoriis, niſi borram vel cotonum*. V. *Barda* 1.

BARDONATA, *qui palmas dat*. Gloſſ. in Amalthea.

† BARDONVS, idem ac *Bardo*, in Inuent. an. 1218. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 67. *Quandam ſellam cum bardono*.

BARDVCIVM, *haſtile jaculum, ſecuricula leuis*. Amalth. *Baſilius eum inſecutus imperatorio barducio petiit*. Dominicus Macer ex Cedreno. *) A *Barda*, Germ. Barthe, ſecuris.

BARDVS. (1) Inquit Feſtus, *Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit: a gente Bardorum, de quibus Lucanus canit:*

Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

De his plurima Martinius in Lexico: quod conſule. *) Adde Gloſſaria Schilteri, Wachteri, Friſchii et aliorum, vbi etymon vocis ab antiquo *baren*, clamare, canere, probant. (2) Forte pro *Barbus*, Piſcis, Gall. *Barbeau*. Spicil. Acher. to. 7. pag. 509. *Piſces qui afferebantur de Moſa, quos Poëtica licentia vocare poſſumus roceas et bardos*. (3) BARDORVM SOCIETAS, V. *Caorcini*.

† BAREA, *vna linea*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

BARECA, an aedicula, tugurium? Gall. *Baraque*. Hiſp. *Baraça*. Graecis recentioribus μαραφίνα. Teſtamentum Tellonis Epiſc. Curienſis apud Mabill. Annal. Benedict. tom. 2. pag. 708. col. 1. *Item ad vicum curtem meam cum tabulatu, cum bareca, cum omnibus quae ad ipſum curtem pertinent*.

BARECTATOR, vitilitigator, litium querelarumque communium fautor, apud Io. Cowell. l. 4. Inſtit. tit. 18. §. 52. V. *Baratator*.

BAREFACTVS, V. *Bacerus*.

† BAREGVM, ſeptum ex cratibus, quo per noctem grex includitur, idem quod *Parcus*. Stat. Vallis-Serianae c. 66. Germ. Hürde.

BARELLVS. (1) Obex, clathri, vectis, Gall. *Barre*, *Barreau*. Charta Matth. Abb. S. Dion. arbitri inter Erardum Epiſc. Autiſſ. et Ioan. de Challon Comitem Autiſſ. *Item ſuper hoc quod dictus Comes - - per vim ſuam amouerit ſeu amoueri fecerat contra prohibitionem dicti Epiſcopi vel eius mandati barellum et ferrum cuiusdam alterius portae, quae vocatur porta pendens*. (2) Vas ligneum, cadus, Gallis *Baril*, Italis *Barile*, vel etiam corbis. Chron. Henr. Knygthon. pag. 2627. *Et miſerunt* (aurum) *in Barellos ferratos ad adducendum in Franciam*. Apud Rymer. to. 8. p. 634. col. 2. *De quolibet barello ceparum venalium, vnum quandrantem*. (3) † Plauſtri genus, idem quod *Barocia*. V. *Barillerius*.

BARELVS. Monaſticum Anglicum to. 2. p. 370. *In Clauſtro habeat quilibet Frater Capellanus et litteratus, certam ſedem et diſtinctam, et barelum vel deſcam*. Videtur eſſe Menſa, Gall. *Bureau*.

BAREOCIVM, perperam editum pro *Carrocium*, quod vide.

BARERIA, *vectis*, Gall. *Barre*, V. *Barreria*.

BARGA, BARGIA, idem quod *Barca*, nauicula, ſcapha oneraria, Gall. *Barque*,

que, Ital. *Barca*. Epist. Comitis S. Pauli apud Godefridum Mon. ann. 1203. *Vasa navigio apta 200. numero fuerunt, praeter naviculas et bargas.* Charta anni 1080. apud Miraeum in Diplom. Belg. pag. 295. *Navem unam magnam, quam bargam vocant, ad opus transeuntium habebat Ecclesia Walciodorensis.* Epistola I. Episcopi Acconensis ad Honorium III. PP. *in bargis et galionibus multitudinem pugnatorum - - posuerat.* Spicil. Acher. tom. 2. p. 560. BARGEA, eadem significatione, apud Rymer. tom. 5. p. 232. BARGIA, eadem notione. Henric. de Knygthon lib. 3. de Euent. Angl. cap. 2 *Angli vero per brachium maris venire fecerunt bargias, boselos, naviculas etc.* Et mox: *Pondus eorum suppressit bargias in profundo.* Obseruat Spelmannus differre apud Anglos *barcam*, et *bargam*, Anglice a *barke*, et a *barge*: hac enim (minori) in fluuiis tantum vtuntur; illa vero (nauicula maiori) mare traiiciunt. Quo sensu vocem *Barga* vsurpat Villharduinus num. 83. 108. 114. Vide Appendicem ad Historiam Scoticam Hectoris Boëthii, ann. 1466. et supra *Balenearium*.

BARGANATICVM. Chr. Virdunense an. 755. *Carolus Magnus contulit Deo et S. Petro - - vt nullis hominum Flauiniacensis Ecclesia in omni regno suo, teloneum daret in ciuitatibus, mercatis, vicis, villis, pontibus, portibus, nec de rotatico, barganatico, pulueratico, etc.* Occurrit pluries in Chartis Caroli Magni apud Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 708. 709. Incertum vocis etymon, etsi a *barcaniare*, vel *barganiare*, ortum videatur, ita vt pro tributo accipi debeat, quod pro mercibus quae in foris ac mercatibus venduntur et emuntur, praestatur. Potius deriuare vult *Barganaticum a Barga*, Cangii editor, quam a *Barcaniare*, ita vt sit, tributum ex *Bargis* exsolutum: Alium intellectum pati non videtur locus seq. ex Praecepto Pippini Regis Franc. pro Monasterio Prumiensi apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 30. *Nulla teloneo, vel barganatico, neque ex nauali remigio, neque saumariis, vel de carrali euectione solugre nec reddere debeant. Teloneum* ad merces curru, *Barganaticum* ad merces *Bargis* vectas referendum putat. V. *Barcaniare* et *Varcinaticum*.

BARGANATICVS, eodem intellectu. Charta Caroli Regis Franc. apud Doubletum in Histor. Sandionys. pag. 709.

BARGANIA, contractus, conuentio. apud Rymer. t. 7. p. 378. t. 13. pag. 161. et 165. Anglis *to bargaine* est pacisci, stipulari. Vide *Barcaniare*.

BARGANNEA, eodem sensu occurrit apud eumdem Rymer. tom. 13. pag. 164.

BARGANISATIO, etc. V. *Barcaniare*.

BARGANIZATIO, idem ac *Bargania*, apud Madox Formul. Anglic. pag. 215. V. *Barcaniare*.

BARGANIZATOR. *Controuersiarum barganizatores*, in Statuto Beruic. qui aliis lites fusicitant. V. *Barcaniare*.

BARGANNEA, V. *Bargania*.

BARGANNIARE, V. *Barcaniare*.

BARGANNIZARE, V. ibidem.

BARGEA, BARGIA, V. *Barga*.

BARGELLA, V. *Bargilla*.

† BARGELLVS, Italis *Bargello*, lictor, et lictorum dux. Stat. ant. Florent. l. 1. c. 33. V. *Barigildus*.

BARGENA, BARGENNA, V. *Bargina*.

BARGIA, V. *Barga*.

BARGILLA. Papias: *Mantica, pera viatoria, sportella, bargilla, bisaccia, vulgo.* Alibi: *Bargella, bisiccia.* Ita Cod. MS.

BARGINA. Gloss. Anglosax. Aelfrici: *Bargina, bocsel.* Est autem *bocsel* Anglosaxonibus *pergamenum*, vel papyrus: qua notione vsus videtur hac voce Althelmus de Laude Virginum cap. 29. de sancto Hieronymo:

Nam rudis et, priscae legis praefecit abyssum,
Septuaginta duos recludens bargine biblos.

Vbi frustra restituit Canisius pagina.

BARGINES, V. *Barginna*.

profuturum. *Bardicatio* vero a veteri Gallico ſeu Britannico *Bardic* vel *Barzic*, quo ſignificatur aulaedus ſeu plebeius cantor in choris popularibus et coetibus ruſticanis; vnde *Bardicare* inſtar ruſtici cantoris clamare, et *Bardicatio*, clamor ineptus. V. *Bardus*.

BARDIGIOSVS, bardus, ſtulrus. Felix Gerwenſis Monachus in vita S. Guthlaci num. 9.

BARDIRE, clamare inſtar cerui. Vetus Gloſſar. Lat. Graec. *Bardit, rugit.* Ἔλαφος κράζει *Bardire, rugire cervorum eſt.* Amalthea. Supplem. Antiquarii: *Bardit.* Ἔλεφας κράζει. *Elephas vocem edit.* *) A veteri verbo *baren.* clamare, de quo in Gloſſariis German. linguae. V. etiam *Bardus*, *Barrire* et *Baulare.*

BARDITVS, V. *Barritus.*

† BARDO, ephippii ſeu clitellae genus. Statut. Auenion. a. 1243. c. 135. *Quod ſelleriі et coopertoriі - - non apponant in bardis, bardonibus, ſellis et coopertoriis, niſi borram vel cotonum.* V. *Barda* 1.

BARDONATA, *qui palmas dat.* Gloſſ. in Amalthea.

† BARDONVS, idem ac *Bardo*, in Inuent. an. 1218. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 67. *Quandam ſellam cum bardono.*

BARDVCIVM, *haſtile jaculum, ſecuricula lenis.* Amalth. *Baſilius eum inſecutus imperatorio barducio petiit.* Dominicus Macer ex Cedreno. *) A *Barda*, Germ. Barthe, ſecuris.

BARDVS. (1) Inquit Feſtus, *Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit: a gente Bardorum, de quibus Lucanus canit:*

Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

De his plurima Martinius in Lexico: quod conſule. *) Adde Gloſſaria Schilteri, Wachteri, Friſchii et aliorum, vbi etymon vocis ab antiquo *baren*, clamare, canere, probant. (2) Forte pro *Barbus*, Piſcis, Gall. *Barbeau.* Spicil. Acher. to. 7. pag. 509. *Piſces qui afferebantur de Meſa, quos Poëtica licentia vocare poſſumus voceas et bardos.* (3) BARDORVM SOCIETAS, V. *Caorcini.*

† BAREA, *vna linea*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

BARECA, an acdicula, tugurium? Gall. *Baraque.* Hiſp. *Baraca.* Graecis recentioribus μαραφίνα. Teſtamentum Tellonis Epiſc. Curienſis apud Mabill. Annal. Benedict. tom. 2. pag. 708. col. 1. *Item ad vicum curtem meam cum tabulatu, cum bareca, cum omnibus quae ad ipſum curtem pertinent.*

BARECTATOR, vitilitigator, litium querelarumque communium fautor, apud Io. Cowell. l. 4. Inſtit. tit. 18. §. 52. V. *Baratator.*

BAREFACTVS, V. *Bacerus.*

† BAREGVM, ſeptum ex cratibus, quo per noctem grex includitur, idem quod *Parcus.* Stat. Vallis-Serianae c. 66. Germ. Hürde.

BARELLVS. (1) Obex, clathri, vectis, Gall. *Barre*, *Barreau.* Charta Matth. Abb. S. Dion. arbitri inter Erardum Epiſc. Autiſſ. et Ioan. de Challon Comitem Autiſſ. *Item ſuper hoc quod dictus Comes - - per vim ſuam amouerit ſeu amoueri fecerit contra prohibitionem dicti Epiſcopi vel eius mandati barellum et ferrum cuiusdam alterius portae, quae vocatur porta pendens.* (2) Vas ligneum, cadus, Gallis *Baril*, Italis *Barile*, vel etiam corbis. Chron. Henr. Knygthon. pag. 2627. *Et miſerunt* (aurum) *in Barellos ferratos ad adducendum in Franciam.* Apud Rymer. to. 8. p. 634. col. 2. *De quolibet barello ceparum venalium, vnum quandrantem.* (3) † Plauſtri genus, idem quod *Barocia.* V. *Barillerius.*

BARELVS. Monaſticum Anglicum to. 2. p. 370. *In Clauſtro habeat quilibet Frater Capellanus et litteratus, certam ſedem et diſtinctam, et barehm vel deſcam.* Videtur eſſe Menſa, Gall. *Bureau.*

BAREOCIVM, perperam editum pro *Carrocium*, quod vide.

BARERIA, *vectis*, Gall. *Barre*, V. *Barreria.*

BARGA, BARGIA, idem quod *Barca*, nauicula, ſcapha oneraria, Gall. *Barque*,

que, Ital. *Barca*. Epist. Comitis S. Pauli apud Godefridum Mon. ann. 1203. *Vasa nauigio apta 200. numero fuerunt, praeter naviculas et bargas.* Charta anni 1080. apud Miraeum in Diplom. Belg. pag. 295. *Navem unam magnam, quam bargam vocant, ad opus transeuntium habebat Ecclesia Walciodorensis.* Epistola I. Episcopi Acconensis ad Honorium III. PP. *in bargis et galionibus multitudinem pugnatorum - - posuerat.* Spicil. Acher. tom. 2. p. 560. BARGEA, eadem significatione, apud Rymer, tom. 5. p. 232. BARGIA, eadem notione. Henric. de Knygthon lib. 3. de Euent. Angl. cap. 2 *Angli vero per brachium maris venire fecerunt bargias, bosellos, naviculas etc.* Et mox: *Pondus eorum suppressit bargias in profundo.* Observat Spelmannus differre apud Anglos *barcam*, et *bargam*, Anglice a *barke*, et a *barge*: hac enim (minori) in fluuiis tantum vtuntur; illa vero (naviçula maiori) mare traiiciunt. Quo sensu vocem *Barga* vsurpat Villharduinus num. 83. 108. 114. Vide Appendicem ad Historiam Scoticam Hectoris Boëthii, ann. 1466. et supra *Balanearium*.

BARGANATICVM. Chr. Virdunense an. 755. *Carolus Magnus consulit Deo et S. Petro - - vt nullis hominum Flauiniacensis Ecclesia in omni regno suo teloneum daret in ciuitatibus, mercatis, vicis, villis, pontibus, portibus, nec de rotatico, barganatico, pulueratico, etc.* Occurrit pluries in Chartis Caroli Magni apud Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 708. 709. Incertum vocis etymon, esti a *barcaniare*, vel *barganiare*, ortum videatur, ita vt pro tributo accipi debeat, quod pro mercibus quae in foris ac mercatibus venduntur et emuntur, praestatur. Potius deriuare vult *Barganaticum a Barga*, Cangii editor, quam a *Barcaniare*, ita vt sit, tributum ex *Bargis* exsolutum: Alium intellectum pati non videtur locus seq. ex Praecepto Pippini Regis Franc. pro Monasterio Prumiensi apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 30. *Nulla teloneo vel barganatico, neque ex nauali remigio, neque saumariis, vel de carrali euectione solvere nec reddere debeant. Teloneum* ad merces curru, *Barganaticum* ad merces *Bargis* vectas referendum putat. V. *Barcaniare* et *Varcinaticum*.

BARGANATICVS, eodem intellectu. Charta Caroli Regis Franc. apud Doubletum in Histor. Sandionys. pag. 709.

BARGANIA, contractus, conuentio. apud Rymer. t. 7. p. 378. t. 13. pag. 161. et 165. Anglis *to bargaine* est pacisci, stipulari. Vide *Barcaniare*.

BARGANNEA, eodem sensu occurrit apud eumdem Rymer. tom. 13. pag. 164.

BARGANISATIO, etc. V. *Barcaniare*.

BARGANIZATIO, idem ac *Bargenia*, apud Madox Formul. Anglic. pag. 215. V. *Barcaniare*.

BARGANIZATOR. *Controuersiarum barganizatores*, in Statuto Beruic. qui aliis lites suscitant. V. *Barcaniare*.

BARGANNEA, V. *Barganea*.

BARGANNIARE, V. *Barcaniare*.

BARGANNIZARE, V. ibidem.

BARGEA, BARGIA, V. *Barga*.

BARGELLA, V. *Bargilla*.

† BARGELLVS, Italis *Bargello*, lictor, et lictorum dux. Stat. ant. Florent. l. 1. c. 33. V. *Barigildus*.

BARGENA, BARGENNA, V. *Bargina*.

BARGIA, V. *Barga*.

BARGILLA. Papias: *Mantica, gera viatoria, sportella, bargilla, bisaccia, vulgo.* Alibi: *Bargella, bisaccia.* Ita Cod. MS.

BARGINA. Gloss. Anglosax. Aelfrici: *Bargina, bocsel.* Est autem *bocsel* Anglosaxonibus *pergamenum*, vel papyrus: qua notione vsus videtur hac voce Althelmus de Laude Virginum cap. 29. de sancto Hieronymo:

Nam rudis et, prisca legis gaesa
cit abyssum,
Septuaginta duos recludens bargina
biblos.

Vbi frustra restituit Canisius pagina.

BARGINES, V. *Barginna*.

† BARGINHARE, paciſci, ſtipulare, in Ch. Mſ. an. 1296. V. in *Barcaniare*.

BARGINNA, BARGENNA, BARGINVS, BARGINES, BARIGENA. Ita variae hae voces efferuntur, apud Scriptores, quarum notio non omnino obuia ac perſpicua, Gloſſar. Lat. Graec. *Barginna*, *νεηροφόρος*. *Βάρβαρος*, *προσφώνησις βαρβάρα*. Kirchmannus lib. 2. de Funerib. Roman. cap. 8. ita haec capienda eſſet, vt vox *Barginna*, et Veſpillonem, et Barbarum, ſignificauerit, praeterea fuerit Barbarorum acclamatio, quod vix credendum. Potius mauult Cangius cum Cuiacio ad Novell. 43. Iuſtin. exiſtimare *bargenas* fuiſſe *barbaros funerum elatores*, vocemque *Barginna*, eſſe barbaram non Latinam, quam a *Baar* videtur accerſere Bignonius, et in veteri Gloſſario Saxonico *feretrum* dici obſeruat; vnde forte, inquit, *Bargina*, *non Barginna*, *i. homo vitioſae gentis*, *quia barbarus interpretatur vitioſus*, *vnde et barbariſmus dicitur vicium*. Bargennos, Troglodytidis regionis populos memorat Plinius lib. 5. Denique in Gloſſis Iſidori *Bargines*, ſunt *fortes in bello* His adiungenda, quae habent Grammatici recentiores. Gloſſae MSS. *Bargina*, *peregrina*. Alibi: *Barginae*, *alienae et alienigenae*. Vgutio: *Barginus*, *et Barginis*, *et hoc Bargine*, *i. alienigena*, *peregrinus*, *a Barus*, *et genus*, *vel genitivus*, *vel Baragines dicuntur fortes in bello*, *a Baro et genitus*: *Baronum namque ad modum ſe agunt*, *vel ſunt fortes*, *quaſi eſſent geniti a Baronibus*. Eadem ferme Ioan. de Ianua. Gloſſar. MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Barginus*, *alienigena*, *peregrinus a Barbaris et Gens*. Qui vero *Barginus* iſtis Auctoribus, *Barrigena* dicitur Papiae. *Barrigena*, *peregrinus*. Gloſſar. Lat. MSS. Reg. *Barigenae*, *peregrinae*. Gloſſ. Iſid. *Barrigenae*, *peregrinae*. Ad quod Graeuius ait credere ſe intelligendas illas mulieres, quae Senae in inſula Gallica habitabant, de quibus Mela 3. 6. *Sena in Britannico mari*, etc. *Cuius antiſtites perpetua virginitate ſanctae numero nouem eſſe traduntur*: *Barigenas vocant*, *putantque ingeniis ſingularibus praeditas*, *maria ac ventos concitare carminibus*, *ſeſe in quae velint animalia vertere*, *ſanare quae apud alios inſanabilia ſunt*, *ſcire uentura et praedicere*. Haec Graeuius poſt Voſſium, ad quem mittit lectores. Vide praeterea Sauaronem ad Sidon. lib. 6. Epiſt. 4. Occitanis *Debargina* eſt *Brouiller*, *Mettre en deſordre*. *) Voces *barginus* et *bargina* procul dubio corruptae ſunt a *peregrinus* et *peregrina*, peregrinator, viator religionis cauſa, Germ. Pilgrim. V. I. F. Gronov. in obſeruat. Script. Eccl. c. 2.

BARGINVS, V. *Barginna*.

BARGIOLA, ſcapha, kleine Barke. Epiſtola Petri de Condero Spicil. Acher. tom. 2. pag. 565. V. *Barga*.

BARGOMA. Inſcriptio Epiſt. 5. S. Columbani ad S. Gregorium Pap. *Domino Sancto - - ego bargoma vilis columba in Chriſto mitto ſalutem*. Vbi forte legendum *Bargimna*, id eſt peregrinus. Vide in hac voce.

BARGVINARE, V. *Barcaniare*.

BARGVS, BARCVS (1) Ramus, truncus arboris, de quo ſuſpenduntur facinoroſi. Lex Salica tit. 69. §. 3. *Si quis hominem de bargo*, *vel furca*, *ſine voluntate iudicis dimiſerit*, *DCCC. den. qui faciunt ſol. XLV. culpabilis iudicetur*. Gloſſ. apud Pich. *De bargo*, *de ramo*. S Audoënus lib. 2. Vitae V. Eligii cap 31. *Hoc apud Regem obtinuerat*, *vt omnia humana corpora*, *quae vel Regis ſeueritate vel iudicum cenſura - - perimebantur*, *ſine per ciuitates*, *ſine per villas*, *licentiam haberet*; *et de bargis*, *et ex retis*, *et de laqueis ſepelire*. BARCVS in Pacto legis Salicae tit. 44. §. 9. *Si quis hominem ingenuum de barco abbatiderit ſine voluntate*, etc. V. Salmaſium ad Vopiſcum p. 446. (2) BARGVS, Senatori lib. de Orth. cap. 5. eſt *ἄφρυς*, *barba*. Gl. Gr. Lat. Ἄφρυς, *Bargus ſine genio*.

BARIA, BARRIA. (1) Gloſſ. Iſid. *Barria*, *regula*, *norma*, *rubrica*. Io. de Ianua: *Baria a βαρύ*, *Graece*, *quod eſt grane vel forte*. *Dicitur haec baria*,

Baria, bariae, i. grauis linea ſumme ſiniſtre depoſita in dextram: et eſt vna de decem figuris accentuum, quae pro verborum diſtinctionibus a Graecis apponuntur. (2) An idem quod *Barra*, Vectis, Gall. *Barre*, *Barreau?* Murator. tom. 2. pag. 366. col. 1. in Chronicis Caſinenſibus ab Anaſtaſio ſcriptis: *Et fundatos duplices octo, et bariam vnam in anaglyphis, et ſcattorem Conſtantinopolitanum argentaum deauratum. Item vertio tulit in coronis, bariis, annulis, coralibus et cochlearibus argenti libras CCCC. et aureos quatuordecim mille.*

BARIBLINVS. Hiſtoria Epiſcoporum Friſingenſium edita a Gewoldo in Metropoli Salisburgenſi: *Item brachium bariblinum, et calicem vnum magnum, et tabulam ſummi altaris comparauit 1300. Floren. Remenſib.*

† BARICELLVS, idem ac *Barigellus*. Leges reipubl. Genuenſ. a. 1576. t. 2. Cod Ital. diplom. p. 2194.

† BARIDVS, *ſuperbo*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. V. *Barridus* 2.

† BARIENIS, *dicitur granis, quod eſt fortis: cui contrarius eſt leuis, i. infirmus.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646. Vbi emendandum eſt Papia: *βαρος enim dicitur* etc.

BARIGALLVS, perſona loquax, in ſtatutis famil. S. Petri apud Schannat. in hiſt. Wormat. cod. dipl. p. 44. a Germ. baren, clamare. et Lat. *gallus*, aut a gellen, tinnire, clamare.

BARIGELLVS, apparitor, primus apparitorum. Concil. Hiſp. tom. 4. an. 1512. *Mandamusque noſtris barigellis, vt exſequantur poenas ſolitas contra illos.* Ioann. Burchardus in Vita Alexandri VI. edita per Godefr. *Leibnitz* an. 1697. Acta SS. Maii to. 3. pag. 251. V. *Barigildus*.

BARIGENA, V. *Barginna*.

BARIGILDVS. Capitula Caroli C. tit. 31. c. 32. *Et ipſe* (Comes) *ſic malum ſuum teneat, vt barigildi eius et Aduocati, qui in aliis Comitatibus rationes habent, ad ſuum mallum occurrere poſſint.* Vbi Sirmondus: *Barigildi* apparitores. Vnde nunc etiam apud Italos *Barigelli* vocantur principes apparitorum. A voce *Barus* vel *Baro* deducit Innoc. Cironus, atque eſſe *Barigildum*, liberum hominem, qui nunquam fuit ſeruilis condi ionis: vnde, inquit, Aduocati dicuntur *Barigildi*, quod e nobilioribus et potentioribus aſſumerentur, in quorum fidem et patrocinium, quaſi conſpiratione quadam et conſenſu mutuo Eccleſiae recurrebant; *a gildo*, ſeu pretio, quod Aduocatis praeſtabatur; quaſi dicantur Aduocati ſtipendiarii. V. *Barigellus*: *) Schilterus in Gloſſar. v. *Bar*, *Barigildos* vertit francos homines, liberos homines gentis francicae. „Solidiſſima, addit, interpretatio vi„detur accerſi ex ipſo textu Capitu„laris, in quo qui primi *Franci ho„mines* dicti Aduocatis iuncti, in fi„ne repetito vocantur *Barigildi*, iis„dem iterum adiuncti: igitur iidem „ſunt Franci homines et Barigildi, „diuerſi ab aduocatis, quos Innoc. „Cironius confundit cum *Barigildis*. „Barigildi itaque hic dicuntur ſub„diti regni Francici, vox *Gildi* a ne„ceſſitate praeſtandi ſubditum deno„tat, vox *Bari* liberum ſubditum, „non conditionis ſeruilis, ſed qui „in mallo Comitis perſonam ſtandi „habuit.„ Quatenus *Barigellus* apparitorem denotat, aptius deriuari poteſt, a *Barra* ſeptum curiae, quam ab *Barigildis*. Adde Friſchii Wörterbuch v. Bar et Barre, vbi etiam alia notio Germanicae vocis Bargulden explicatur, et Haltausii Gloſſar. p. 723.

† BARIGLE, idem ac *Barile* apud Steph. de Inueſtura Mſ.

BARILE, BARILLVS, Italis *Baril*, ex Cambro - Britannico *Baril*, cadus, dolium, amphora. Ioan. de Ianua: *Cadus, vas, quod vulgo dicitur barile.* Edictum Philippi Pulcri pro Nobilibus Campaniae, apud Pithoeum cap. 30. *Item non poterunt* (Bailliui) *recipere vinum niſi in barillis, potis, ſeu botellis.* Vitae Abbat. S. Albani: *Miſit barilles lapidibus et ſabulone repletos.*

BARILION, BARILON, V. *Parilion*.

BARILLAGIVM, tributum, quod pro vaſis vinariis praeſtabatur. Regeſt. Con-

Conſtabulariae Burdegal. fol. 38. *Omnes mercatores nauis oneratae de vinis, dent pro barillagio de tota naue 12. den.* V. *Barile.*

BARILLARIVS, officium in *Scancionaria Regia*, in Ordinat. Hoſpitii S. Ludouici Reg. an. 1261. cui cadorum vinariorum cura incumbebat. V. *Barile.*

BARILLATVM, minus barile, doliolum, Gallis *Barillet.* Fleta lib. 2. cap. 5. §. 8.

† BARILLOTVS, pallii ſeu tunicae ſpecies, a forma vel ornamentis ſic dicta, quod nempe fimbriis veluti dolium circulis ambiretur. *Barilotto* Italis doliolum. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 580. *Iuuenes homines, portant cabannas, barillotos et pellardas longos et largos, longas et largas per totum vſque in terram, et cum pulchris foraturis pellarum.*

BARILLVS, V. *Barile.*

† BARIO, inter arma quibus offendi poteſt, recenſetur, in Stat. Piſtor. an. 1107. apud Murat. tom. 4. Antiq. Ital. med. aeui pag. 560. V. *Barbulnius.*

BARIOLA, laguncula, *Barillet.* Magn. Chronic. Belgicum ann. 1487. V. *Barile.*

BARIPTOS, *gemma nigra eſt cum ſanguineis et albis notis,* Vetus Gloſſ. San-German. num. 501. ex Iſidoro lib. 16. Orig. cap. 11.

BARISA, genus poculi, *ἄδος ποτηρίου*, in Gloſſ. Lat. Graec.

† BARISELLVS, *barile* minus, doliolum. Areſt. Mſ. a. 1321. *Item duos Bariſellos de cypreſſo pretii XL. ſolidorum.* Niſi dimin. ſit a *bariſa* genus poculi.

BARIVM, V. *Barrium.*

BARKA, BARKETTA, V. *Barca*, et *Barchetta.*

BARLANT. Necrologium Abbatiae S. Petri de Caſis 8. *Maii obiit Geneves de Chantelgoni qui dedit nobis librum, qui vocatur Barlant.*

BARLESCHVS, Satyricus. Acta SS. Aprilis tom. 1. in Onomaſtico.

BARLETTARE. *Qui neſcit barlettare, neſcit prhedicare.* Adagium quod ferebatur de Gabriele *Barleta* Ordinis Praedicatorum concionatore, qui florebat exeunte saec. XV. Conſule Bibliothecam R. P. Iacobi Eſchardi eiusdem Ordinis.

BARLETTVM, doliolum, Gall. *Barillet.* Vita S. Bonae Virg. tom. 7. Maii pag. 451. V. *Barile.* † BARLETVS, idem. Stat. Vercell. l. 3. pag. 102.

BARLIA. Vetus Gloſſar. a Spelmanno laudatum: *Barlia, vel banlia, orbeta.* Eidem Spelmanno videtur idem eſſe quod *Banleuca*; et bene quidem, vti videre potes in *Banlia.*

† BARLINA, Ital. *Berlina*, idem ac *Berlina, Colliſtrigium, Pilorium*, in Correct. Stat. Cadubrii c. 85. et 105. V. *Berlina.*

BARLOTERIVS. Statuta Veronenſia lib. 2. cap. 187. *Ars barloteriorum.* Italis, *Barilotto*, idem eſt quod Gallis, *Barillet*, doliolum.

BARMBRACCVS. Lex Friſon. tit. 4. §. 3. *Qui occideris canem acceptoricium, vel bracconem parum, quem barmbraccum vocant.* etc. *Bracco*, canis dicitur, vti ſuo loco; ergo *barm*, inquit Lindenbrogius, *parum* ſignificat. At mauult Spelmannus a Saxonico *Barme*, deductum vocabulum, quod *gremium* ſignificat, vt *Barmbraccus*, ſit *canis gremialis*, Schooßhund, quales etiam hodie nobiles feminae, voluptatis gratia, in gremiis fovent. *) *Barmbracci* voce aptius intelligitur canis venaticus minor, qui ex odore lepores, perdices perſequitur, Germ. Hünerhund, Stöber, quem Friſones etiam nunc Brak appellant, ab obſoleto barm, paruus. Quid enim opus, careſtorum melitaeorum ſecutitati publicis legibus conſulere?

BARMVS, Ventrale, a Saxonico *Barme*, quod idem ſignificat. Codex MS. Conſuetud. Eccleſiae Colonienſis: *Octo officiis de duobus Canonicis de loco cuilibet datur 1. barmus; Magiſtro coquinae 1. barmus; cellario vini 1. barmus.* Stephanotius tom. 2. Antiquit. Benedict. Occitan. MSS. pag. 485. ex Charta Garſendis pro Gellonenſi Coenobio: *Reliquerunt videlicet palleos* II. *albas* IX. *capas palleas* II. *libros.* XVII. *aldorras* II. *broſellos* III. *barmos* II. *crucem* I. *caſulas*

caſullas III. *ſtolas*, *manipulos*, *cinctas ſimul* XXIIII.

BARNACES, Hibernis, aues ſunt aucis ſilueſtribus ſimiles, de lignis abietinis quaſi contra naturam productae, quibus viri religioſi tempore jeiuniorum veſcuntur, eo quod de coitu vel de carne minime procreentur. Brompton. pag 1072. Vide Giraldum Cambrenſem.

BARNAGIVM. (1) Vectigalis genus regi dominoue ſoluendum a ſubditis omnibus praeter viros nobiles et eccleſiaſticos. Charta S. Iuliani Cenoman. fol. 15. *Guillermus Dei gratia Rex Anglorum*, etc. *Notum ſit omnibus me conceſſiſſe - - Deo et S. Iuliano - - omnem terram S. Iuliani, quae eſt vltra Sartham omni tempore quietam de vicaria et de barnagio et de marecalcia et de omnibus aliis conſuetudinibus.* Vide Gloſſarium Iuris Gallici in voce *Barnage*; quod Cangii editori non aliud videtur, quam *Brennagium*, *Bernagium*, de quibus plura Cangius noſter in voce *Bren*. Charta Guillelmi de Rupibus Seneſcalli Andegav. an. 1219. ap. Sammarthanos in Abbatibus Boni-Loci *Praeterea conceſſi dictis Sanctimonialibus et in perpetuum per totum nemus de Burcay chauffagium et barnagium ſuum, et dictum nemus ad vſus eorum.* Vbi videtur legendum *Pannagium*, quod hic eſſet ius paſcuorum. *) *Barnagium* in hoc vltimo loco potius idem eſſe videtur ac *chauffagium*, i. e. lignum in foco vel in furno comburendum et conſumendum, Germ. Feuerung, ab antiquo bernen, quod olim dixere pro brennen, comburere. Angloſax. *bernan* et *byrnan* itidem eſt vrere et comburere. (2) BARNAGIVM, vox abbreuiata ex *Baronagium*. V. *Baronagium*.

BARNATVS, idem ac *Barquatus*, quod vide.

BARNETA, idem quod *Bernaca*, apud Geruaſ. Tilber. in Otiis imper. V. *Bernacae*.

BARO. (1) Cornutus ad Perſii ſat. 5. ait, *Gallorum lingua Barones*, dici *ſernos militum*, *qui vtique ſtultiſſimi ſunt*, *ſernos videlicet ſtultorum*. Sed et Tullius lib. 2. de Finib. de Diuinat. lib. 2. num. 70. lib. 5. ad Attic. Epiſt. 11. et lib. 9. Epiſt. famil. vlt. *Baronem* pro ſtolido vſurpat, vbi non deſunt, qui *varonem* legendum cenſent, vti apud Lucillum, qui ita rupices et ruſticos vocat. Apud Caeſarem lib. 1. de Bello Alexandrino cap. 9. *Baronis* vocem occurrere quidam putant, licet MSS. Codices fere omnes *Barones* habeant. Legitur etiam apud Tertullianum ex emendatione Pithoei lib. de Anima cap. 6. *Quid autem faciens tot ac tantae animae rupicum et Baronum, quibus alimenta ſapientiae deſunt*; alias *Barbatorum*. Vbi quod hac voce ſignificatum voluerit, haud obſcurum eſt. Alii non feliciori forte coniectura *Barones*, pro *Breones*, apud Senatorem lib. 1. Epiſt. 11. reſtituunt, tametſi poſterioris huius vocabuli ſignificatus perinde incertus ſit. Valeſius in Valeſiana hic legendum cenſet apud Caeſarem *Betones* pro *Vettones*, populi ſcilicet citerioris Hiſpaniae; apud Senatorem vero retinendum vult *Breones*, qui ſunt Vindelicíae populi omnibus, vt ſcribit ille, praeterquam Cangio notiſſimi, quos *Brennos* vocat Horatius aliique. Verum non aeque felicior Valeſius, vbi vocem *Baro* Caeſaris aetate, ea de qua nunc agitur notione, prorſus incognitam fuiſſe ſcribit; certum quippe eſt locis a Cangio ex Cicerone laudatis commode reſtitutam eſſe ab eruditis viris. Certe eadem qua apud Cornutum notione *Barones* appellaſſe videtur Iſidorus lib. 9. Orig. c. 4. praeterquam quod Cornutus quosuis lixas ac calones, ſeu *militum ſernos* nuncupatos dixit, is vero, quosuis miniſtros: *Mercenarii*, inquit, *ſunt qui ſeruiunt accepta mercede*, *iidem et Barones Graeco nomine*, *quod ſint fortes in laboribus*; Βαρὺς enim dicitur grauis, *quod ſit fortis*. Ab Iſidoro hauſit Papias, *Barones Graece dicti*, *quod ſint fortes in laboribus*, *i. mercenarii*. Et Ebrardus Bethunienſis in Graeciſmo cap. 8.

Eſt

Eſt bares fortis, Baroque monſtras idem,

Et cap. 9. vbi vocis *Baro* notiones omnes enucleat:

A granitate Baro fertur, quod monſtras imago
Eius; nam Graece Bares id quod grane ſignas.
Ac proceres vere dicas ſic a probitate.
Sunt proceres procul a carie virtute cluentes;
Vt plures firmant, viuant quod pluribus eſt vir,
Dicitur, vt credo, magis a virtute virendo.

Ioannes de Garlandia in Synonymis:

Baro, baronis, grauis aut authenticus eſt vir.

Denique Gloſſae MSS. *Baro Gr. Lat. vir fortis, vnde Barones.* † Galli vocem *Baron* olim pro homine, cuius vxor moechatur, vulgo *cocu, cornard,* adhibuerunt. *Leur baron de pere et leur boutain de mere*, in Lit. remiſſ. an. 1395. In lingua Slauica *Baran* eſt verues, ein Schöps.

(2) Barones igitur Miniſtri appellati, non modo Perſii et Iſidori aeuis, ſed etiam longe poſtea: ſiquidem *Barones Regis* vocatos infra oſtendemus regios *miniſtros*, et qui ex Regis familia erant. Vnde non mirum, ſi traducam hanc vocem ad viros magnates paſſim legamus, qui principibus ipſis obſequia et miniſteria ſua praeſtabant, ſeu ex officii ratione ſeu ex beneficiis ac feudis, quae ad eiusmodi obſequia impendenda iis indidem conferri ſolebant. Quinetiam iam inde ab ipſa Auguſtini tempeſtate, *Barones* dicti videntur viri nobiles Principum obſequiis et ſeruitio addicti, vel certe viri militares, et qui primas tenebant in aulis Regum. Is enim Serm. 48. ad Fratres in eremo: *Vbinam eſt Caeſaris corpus praeclarum, vbi apparatus deliciarum, vbi multitudo dominorum, vbi caterua baronum, vbi acies militum?* Quo in loco *Barones* ii forte fuerint, qui in obſequiis Principum verſabantur, ita vt numeroſum eorum ac nobilem famulatum indicare voluerit Auguſtinus. Quemadmodum autem famulos, *homines* vulgo etiam appellabant, ita Franci ac caeteri Boreales populi, poſtquam Gallicam inuaſere, vel Italiam, *Barones* quosuis viros nominarunt. Ita enim in eorum Legibus

(3) BARO vel BARVS, pro viro quouis, non ſemel vſurpatur. Gloſſ. Philoxeni. *Baro, ἀνήρ.* Lex Sal. tit. 33. §. 1. *Si quis baroni viam obſtauerit, aut eum impinxerit 600. den. qui faciens ſol.* 15. *culpabilis iudicetur.* Lex Ripuar. tit. 58. §. 12. *Si quis hominem, regium tabularium, tam baronem quam feminam, de mundeburde Eccleſiae abſtulerit*, etc. Lex Aleman. tit. 76. *Si quis mortauit barum vel feminam*, etc Tit. 95. *Si barus fuerit qui feminam percuſſerit.* Ita etiam Lex Longob. lib 1. tit. 9. §. 3 *Si quis homicidium perpetrauerit in barone, libero vel ſeruo, vel ancilla*, etc. Et tit. 13. *Si quis ex baronibus noſtris ad nos venire voluerit, ſecurus veniat*; id eſt, hominibus. Vide Steph. Baluzium in Notis ad Capitul. pag 999 1000. Sed et etiamnum Hiſpani *Varones*, quosuis viros ſeu homines vocant. Atque inde forſitan vox *Baro* pro marito apud Gallos vſurpata legitur, quem vulgo *Homme* vocant. Niſi *Baronam* appellationem viris ac maritis ſuis dederint, vxores, quomodo *Dominorum*, ita vt et *Barones* et *Dominos*, eos appellauerint honoris cauſa, tanquam rerum ſuarum atque adeo corporis ſui dominos. Sic enim vxor maritum ſuum compellat apud Marculf. lib. 2. form. 17. cum ipſe eius ſe *ancillam* profiteatur. Vide Gloſſarium Saxonicum Somneri in *Beorn.*

(4) Iam vero cum *Barones* aeque dicerentur, et famuli et mariti, quod vtrosque, vt ſupra obſeruatum, *homines* vulgo appellarent etiam maiores noſtri; factum enim inde, vt et vaſſallos, qui nullo modo ſibi obnoxii erant, *Barones* vocarent Reges ipſi ac Principes: nam et ipſi vaſſalli *homines* perinde paſſim dicuntur,

tur, vti ſuo loco docemus, vtpote peculiari Principum obſequio addicti ex beneficiorum et feudorum ratione, quae ad id ab iis conferebantur, vt ſeruitia ſua impenderent, non modo in rebus militaribus, ſed etiam ciuilibus, verbi gratia, in placitis. Inde igitur *Barones* dicti Vaſſalli qui tenent terras ſuas immediate de Rege per ſeruitium Militare, et alia feudorum conſueta ſeruitia: quo ſignificatu vocem hanc vſurpatam paſſim conſtat. Statuta Roberti III. Regis Scotiae cap. 1. §. 6. *Statutum eſt etiam quod quilibet baro, vel alius tenens de Rege*, etc. Conſtit. Sicul. lib. 1. tit. 44. *Per comites, barones, et eos qui a nobis tantum feuda in capite tenent, non qui comitibus et baronibus aliis teneantur*, etc. Matthaeus Paris an. 1110. *Si quis baronum meorum, comitum, vel aliorum qui de me tenens, mortuus fuerit.* Matth. Weſtmonaſt. an. 1244. pag. 317. Charta Guillelmi Ducis Aquitaniae in Tabulario Vindocinenſi Ch. 83. Cum ergo nobiles qui Regum ſeruitio adſcripti ſunt, caeteris nobilibus praemineant, inde

(5) *Barones*, dici coeperunt proceres ac magnates. Capitularia Caroli Calui tit. 15. *Ea etiam quae in Sparnaco de Epiſcopalibus Capitulis cum inluſtribus viris et ſapientibus baronibus veſtris obſeruanda delegiſtis.* Hincmarus Epiſt. 1. cap. 6. *Nam ſi illi boni barones poſt mortem Pipini cum duobus fratribus ſic ſuo conſilio egerunt, vt pax inter fratres Reges, et inter regni primores ac populum eſſet.* Vbi *barones et primores* iidem ſunt: quomodo *Barones Burgundiae* appellat non vno loco Fredegarius Scholaſticus regni iſtius proceres, ſiquidem iidem ſunt cum *Baronibus*, quod cenſent viri eruditi. Magnates iſtos *Bers*, vulgo Galli appellant; eos vero qui et natalium praerogatiua, praediis ac poſſeſſionibus et vaſſallorum numero alios praecellebant, *Hauts Bers*, vt eſt apud Villharduinum n. 23. 51. id eſt, *altos* et maioris dignitatis *Barones*. BARONES, itidem appellati, atque etiam appellantur in quibusdam Galliae prouinciis magnatum primogeniti. Vide Loiſellum Tract. des Seigneuires cap 7. n. 43. Qui vſus etiam in Catalania obtinet, teſte Fontanella Tract. de Pactis nuptialibus tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 10. Atque hinc eſt quod Beſoldus in Theſauro ad v. *Freyherren* pag. 269. n. 52. vocis *Baro* ab Alemannico *Baren*, quod ſumitur pro liberis ſeu filiis, etymon ducit. Vide Gloſſ. Iuris Gall. tom. 1. pag. 138. BARONES praeterea iidem qui *Pares Curiae*. Chronicon Andrenſe pag. 389. et 580. *Barones omnes, qui Pares Caſtelli vocantur.* Vide Duchesnium in Hiſt. Monmorenciaca pag. 39. 40. et in voce *Pares*. BARONES, quibus vaſſalli. Ordericus Vital. lib. 3. p. 465. *Hoc libenter confirmauerunt - - et alii Barones eorum.* BARONES CASTELLENSES, apud Rudulphum de Diceto ann. 1040. qui caſtra poſſident. BARONES, in regno Aragoniae, vt auctor eſt Vitalis Epiſcopus Oſcenſis, iidem ſunt qui *Rici homines, qui ſcilicet pluralitate vaſſallorum decorantur*, cum quibus in exercitum pergunt, cum a Rege euocantur. Quo ſenſu etiam Franci *Barones* appellant, qui vexilla in praeliis educunt, et cum vaſſallis ſuis, praeeuntibus iisdem vexillis in praeliis pro Rege pugnant, vti pluribus docuit Cangius in Diſſertat. 9. ad Ioinvillam p. 190 191. BARONES interdum accipiuntur pro quibuslibet dominis rerum immobilium, vt obſeruat Skenaeus ad Leges Malcolmi II. Regis Scotiae. BARONES REGIS, magnates qui de domo et familia Regis ſunt vel certe maiores Regis vaſſalli, qui de illo praedia ſua nude tenent. Henricus Huntindon. lib. 5. Hiſtor. pag. 352. Adelwaldum qui in acie occubuit an. 3. Edw. Confeſſoris *Baronem Regis* vocat, quem *Miniſtrum Regis*, Florentius Wigornienſis. Liber Rameſienſis Eccleſiae ſect. 111. *Vnus ex baronibus Edwardi Regis, Toſtius nomine. Barones Regis Franciae*, apud Weſtmonaſt. ann. 1140. Idem ann. 1264. *Fulco filius Warini baro regis occiſorum in numero fuit.* BARONES

NES PARLAMENTARII, in Anglia et Scotia, qui vulgo *Lords of Parlement* vocantur, ii sunt ex maioribus regni Baronibus, qui a Rege nude pendent, et ad Parlamentum, siue Consilium publicum diplomatibus Regiis euocantur: nam constat in Anglia, vt et in Francia, non omnes qui a Rege praedia sua immediate tenebant, ad Parlamenta admissos, cum nimius esset eorum numerus; sed illos tantum, qui proximi essent a Rege, et dignitate, et vassallorum numero caeteros anteirent. Vide *Pares*. BARONES SCACARII, vel DE SCACARIO, apud Anglos, appellantur Magnates, qui in Scacario iudicum vice funguntur, quorum praecipuus, *Capitalis Baro Scacarii* appellatur. *Mylords* vulgo ii vocantur, id est, ad verbum, *meus Dominus*, seu, vt Galli efferunt, *Messires*, sicut hi qui sunt de maiori nobilitate, quandiu scilicet hac dignitate gaudent: nam primitus ex Baronibus Curiae deligebantur, hoc est, ex magnatibus, qui ratione feodorum a Rege nude pendebant, et ei hominium praestabant. Vt enim apud Gallos Pares ipsi non diiudicabantur, nisi a Paribus suis, hoc est, Baronibus; ita apud Anglos vt auctor est Bracton. *Comites vel Barones amerciabantur nisi per Pares suos, et secundum modum delicti, et hoc per Barones de Scacario, vel coram ipso Rege.* Horum praerogatiuam et auctoritatem praedicat Niger liber Scacarii parte 1. cap. 4. Vnde autem *Barones Scacarii* dici coeperint, ita scribit Fleta lib. 2. cap. 26. *Iustiziarii ibidem* (in Scacario) *commemorantes Barones esse dicimus, eo quod suis locis Barones sedere solebant, dum Comes Nortfolciae et Marescallus Angliae locum habuit in sedili, tanquam Capitalis Iustitiarius Regis Angliae, Rege in Regno suo non existente, cuius locum occupat hodie Thesaurarius, sed officium tamen occupare non potest. In lineaque eius sedet Cancellarius de Scacario, juxta quem Barones, de quibus intuitu prouectioris aetatis venerabilior esse videtur, propter quod sub eius testimonio fieri debent breuia,* etc. Scribit Matthaeus Paris a. 1244. pag. 433. statuisse eumdem Henricum Regem, *vt duo Iustitiarii eligerentur in Banco, et duo ibidem Barones in Scacario constituerentur.* Vide Matth. Westmon. pag. 385. 408. 429. Nicolaum Triuettum an. 1264. Will. Thorn. pag. 1957 2006. Cowellum etc /Capitalium vero Baronum Scacarii catalogum contexuit Henricus Spelmannus, ex quo cuiuis haurire licet. BARONES FERRARII, apud Will. de Podio Laurentii cap. 43. *terris* et praediis diuites, qui multa praedia possident. V. *Terrarius*. BARONVM etiam appellatione donantur maiores vassalli, qui non a Rege, sed a maioribus Baronibus nude pendebant. Liber Ramesiensis sect. 277. *Concesserunt ante Barones Ramesiensis Ecclesiae - - - quidquid fecerunt in Capitulo apud Ramsey.* Ita ibi non semel. Constitut. Siculae lib. 3. tit. 22. *Est portem Baronis, vel Militis qui a Comite vel Barone alio Baroniam aliquam vel feudum tenuerit*, etc. Gerualius Doroberniensis an. 1183. *Protestatum est etiam - - quod Electus Rofensis ante consecrationem suam homagium D. Cantuariensi Archiepiscopo debeat facere statim per electionem suam super Baronia quam tenet de eo.* Charta Willelmi Talemontensis castri Domini: *Et conuocaui omnes Barones meos, quos de diuersis regionibus adduxeram, quosque in honore meo placitaueram*, etc. Infra, *Optimates* dicuntur. BARONES COMITATVS, apud Anglos, maiores vassalli in singulis Comitatibus degentes, qui terras suas nude et libere de Rege tenent, vnde et *libere tenentes* dicuntur, et Comitum iudiciis ac comitiis interfuerunt, et cum iis jus dicunt. Leges Edw. Confess. cap. 14 Leges Henrici I. cap. 30. BARONES QVI SOCHAM ET SACHAM HABENT, in Legibus Henrici I. cap 10. id est, *qui habent Curiam de suis hominibus*, vt est in Legibus Edw. Confess. cap. 35. seu omnimodam iustitiam et iurisdictionem ullam, mediam et inferiorem super vassallis suis. Vide *Curia Baronum*. BARONES CIVITA-

TIS LONDINENSIS, id eſt, *ciues* ſeu *homines de London*, ſed praeſertim primarii iſtius ciuitatis. Matthaeus Weſtmonaſt. an. 1253. *Tallantur ciues Londinenſes, quos Barones conſueuimus appellare, quaſi ſerui vltimae conditionis.* Matth. Paris eodem anno, de iisdem: *Quos propter ciuitatis dignitatem et ciuium antiquam libertatem Barones conſueuimus appellare.* An. 1258. *Londinum deſtinati conuocarunt totius ciuitatis ciues, quos Barones vocant.* BARONES DE QVINQVE PORTVBVS, ſeu *quinque portuum*, vulgo appellantur in Anglia, qui degunt in quinque praecipuis Angliae portubus, vicinae Galliae obiectis, *Haſting, Doner, Hist, Rumney* et *Sandwic*, villisque aliis ad easdem pertinentibus, *Rye* praeſertim et *Winchelſcy*. Hi propter antiquam nobilitatem ſummamque gloriam, quam in regni defenſione in maritimis praeliis reportarunt, non ſolum (quod hodie nullis praeterea in omni Anglia contingit) *Baronum* appellatione honeſtantur, ſed ampliſſima illuſtriſſimaque priuilegia a priſcis Regibus obtinuere. Horum meminerunt praeterea Matthaeus Weſtmonaſt. an. 1293. pag. 419. Willelmus Thorn. an. 1368. idem Scriptor an. 1364. Vide *Cuſtodes quinque portuum*. BARONES ELEEMOSYNARII, apud Stanfordium, et in jure Anglicano, dicuntur iidem Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, et Priores, qui praedia ſua Eccleſiae a Rege tenent per *Baroniam*. Baronias enim ſuas ex *Eleemoſyna* Regum perhibentur accepiſſe, licet ipſa praedia aliorum ſaepe munificentia conſecuti fuerint. Quomodo etiam apud Gallos *Regalia* Eccleſiarum cenſentur eſſe ex ſola regia liberalitate iis olim conceſſa. (6) † BARONES Aſtrologi nuncupantur, apud Martin. del Rio in Disquiſit. magic. part. 2. quaeſt. 4. ſect. 6.

† BAROARIVS, BARROARIVS, accenſus, apparitor, Italis *Berroniere*. Stat. Murin. rubr. 385. Statuta crimin. Riper. c. 6. et 19. V. *Berroerii*.

† BAROCHVM, vſurae ſpecies, lucrum illicitum, ab Ital. *Barocco*. Barelet. in Serm. fer. 4. hebd. 1.

† BAROCIA, plauſtri genus, idem ac *Barrotum*, et onus huius plauſtri. Stat. Vercell. l. 3. p. 100. l. 7. pag. 191. V. *Barrota*.

BARODERII, *Barrii* ſeu ſuburbii incolae, vel potius apparitores, *Berroerii*. Regimina Paduae ad a. 1325. apud Murator. tom. 8. col. 466. *Et eo anno mortuus fuit gladio D. Peliolus de Bitaëlis de Banonia Poteſtas Paduae, et capitaneus ſuorum baroderiorum ſuper domo Communis.* V. *Barriani*.

BAROLANVS, an idem qui *Baronulus, Baronettus?* Sallas Maleſp. ap. Baluz. Miſcell. t. 6. p. 276. *Inter quos* (regnicolas) *quidam barolanus praecipue nomine Genolinus - - ad tractatus rerum domeſticarum regalium familiaris admittitur.*

BARONAGIVM, Baronum ſeu magnatum ordo. Matth. Paris a. 1239. *Rex et totum Francorum baronagium.* Adde p. 605. 634. Matth. Weſtmonaſt. a. 1238. Apud Io. Villaneum l. 7. c. 10. *Baronnaggio*, idem ſonat ac Baronis dignitas. BARNAGIVM, pro *Baronagium*, ap. Matth. Paris, a. 1242. 1244. et alibi.

BARONALIS, ad Baronem pertinens. *Baronali Iure poſſidere*, ſupremo jure et dominio, quemadmodum Barones, in Bulla Paſchal. II. apud Vghell. t. 1. p. 996. *Baronalis dignitas*, V. *Bannerialis*.

BARONATVS, Baronis dignitas. Ludewig Reliq. Mſ. t. 6. p. 82. BARNATVS, ordo Baronum, in Capit. Caroli Calui tit. 22.

BARONETTOS, pro *Banneretis* vſurpari obſeruat Spelmannus. Thom. de la More in vita Edw. II. ad an. 1321. et alii.

BARONIA. (1) Praedium a rege nude pendens, vel maius praedium, aut feudum. Geruaſ. Dorobern. in Henrico II. a. 1163. *Archiepiſcopi et Epiſcopi - - habent poſſeſſiones ſuas de dominio rege, ſicut baroniam.* TENERE IN BARONIA, dicitur in Stabiliment. S. Ludov. l. 2. c. 36. qui jus nundinarum, caſtellaniam, peagium,

peagium, et ligium eſtagium in ſuo feodo habet. (2) BARONIAS appellarunt Gallici Scriptores quatuor principatus, in quos diuiſum fuit regnum Hieroſolymit. quorum primus fuit regnum Hieruſalem, *quod propter ſui breuitatem Principatum ſeu Baroniam appellabant.* Conſ. Will. Tyrium l. 16. c. 29. Iac. de Vitriaco l. 1. c. 30. 31. (3) Titulus quibusdam maioribus praediis attributus ex ſpeciali regum priuilegio. V. Spelmann. et Edw. Cokum ad Littleton. ſec. 1. et 9. (4) Ordo nobilium, Baronum, *Baronatus.* Epiſt. Ludov. VII. reg. t. 4. Hiſt. Franc. p. 583. (5) † Laud. Papiae ap. Murat. t. 11. Script. Ital. p. 27. *Milites habent in inſigniis ſuis ex transuerſo zonas aequaliter diſtantes, albo nigrone colore diſtinctas, quas baroniam vocant.*

† BARONICALIS, BARONITALIS, idem ac *Baronalis.* Ch. a. 1121. in append. ad t. 6. Annal. Benedict. p. 636. Alia Mſ. a. 1114.

BARONISSA, *vxor Baronis, vel virago, ſcilicet Baronis habens animum.* Io. de Ianua. Hiſt. Dalphin. t. 2. p. 313.

BARONNETTVS, V. *Baronettus.*

BARONVLVS, idem qui *Baronettus,* ſeu *Bannerettus,* apud Rymer. t. 13. p. 349. 364.

† BARONVS, Baro, princeps, in Actis SS. t. 4. Sept. p. 9.

BAROSELI, eadem notione ac *Baroderii.* Statuta Veronenſia l. 3. c. 23. *Milites Rectorum facere debent bona fide et diligentia cuſtodias noctis per omnes contratus in corpore ciuitatis, et ſimiliter Caput baroſelorum, cum ſuis barchetis in Burgo S. Zenonis.* V. *Berroerius.*

BAROSVS, Βάκηλος, *vobaρὸς*, in vet. Gloſſ. Lat. Gr. *Barbo, βάκηλος.* Stultus, mulieroſus, mobilis.

† BARQVA, vt *Barca*, nauis oneraria, in Mirac. Mſ. Vrbani V.

BARQVELIVS, aquae receptaculum, Maſſilienſes *Barquiau* vocant quod Galli *Baſſin*, *Reſeruoir d'eau.* Vſurpatur iterum pro fouea aquis aliisque ruderibus continendis apta. Inſtrum. anni 1328. ex Schedis D. le Tournier: *Supplicatio facta domino vicario Maſſilienſi per Guillelmum Codoliti magiſtrum lapitidem deputatum ad curam barqueliorum prope pontem Fratrum Minorum ad eamdem curam faciendam.*

† BARQVERIVS, nauclerus, qui *barquam* ducit, in Stat. Maſſil. lib. 4. c. 28. V. *Barcarius.*

BARQVILE, idem quod *Barquelius.* Statuta Maſſil. pag. 439. *De barquilibus faciendis in transuerſiis Maſſiliae de portu.* De conſtructione caſtri Saphet apud Baluzium tom. 6. Miſcell. pag. 263. *Et cum eſſet ibi defectus aquae et cum multis ſomariis, laboribus et expenſis afferretur a remotis, et Epiſcopus ſingulis diebus quaereret fonticulos ad facienda barquilia vbi colligerentur* (aquae.)

BARRA. (1) Fuſtis, vectis, Gallis *Barre*, Hiſpanis *Barra*, Italis *Sbarra*, Germ. Barre. Gloſſae MS. *Claser, tri, barra oſtii.* Honorius III. PP. ad Epiſcopum Engoliſmenſem: *Quaedam barra ferrea ſuper dextrae ſuae pollicem fortuito caſu cadens, vngulam auulſit ab eo.* De vocis origine quaedam habet V. Cl. Aegid. Menag. in Orig. Italic. Plura in Gallicis, vbi docet *Barra* a *Vara* deriuari. Eſt autem *Vara* Iſidoro in Gloſſis *Perticae duae inter ſe colligatae quae aſſerem ſuſtinent.* Vnde Prouerbium: *Vibia varum ſequitur.* Iuxta Turnebum, *Varronum nomen a* varris *fluxit, vnde et vernaculum noſtrum Barra manauit* Boxhorn. in Originibus Gall. *Barr* interpretatur, *vectis, repagulum, peſſulum*: vnde vocis origo Gallica ſeu Celtica dici poſſet, ſi non magis placeret a *Vara Barram* deduci. V. etiam *Bar* ia 2. (2) BARRAE dicuntur praeſertim repagula ac ſepta quae ad munimenta oppidorum et caſtrorum, vel ad eorum introitus ac portas ponuntur, ne incoſultis cuſtodibus in eas aditus quibusuis pateat. Will. Brito lib. 3. Philipp. vbi de Marchione *de Barris* ad cuius nomen alludit:

Stabat enim firmus vt barra repagula firmans.

Charta

Charta Philippi Aug. an. 1195. pro Communia ſancti Quintini apud Hemeraeum: *Seruientes villae et ii qui barras et portas villae ſeruant, nulli habeant reſpondere Iuſtitiae de catallo, niſi coram Maiore et juratis.* Alia an. 1306. apud Loyſellum in Hiſt. Bellouac. Charta anni 1219. inter Inſtrum. tomi 4. nouae Gall. Chriſt. col. 245. E. Adde Albertum Argentin. pag. 146. (3) BARRA, pro *ponte* ſumi videtur in antiqua Charta Tabularii Corbeienſis: *Sciant omnes libertates Eccleſiae noſtrae et hominum noſtrorum in pace Corbeiae Folliaco vsque ad barram Burdini*, hodie *Pons Bourdin.* † Potius repagulum ad pontem poſitum. (4) BARRA, Septum Curiae, cancelli, auditorium, vbi cauſae coram judicibus ab Aduocatis perorantur; Gallis *Barreau.* Henricus de *Knyghton* pag. 2547. *Dominus Hugo de Spencer ductus coram Domino Willelmo Truſſel Iuſtitiario, areniatus eſt coram eo ad barram.* Sic legit Cangius pro *Barrum.* Willel. Thorn. *Coram quibus vocatus eſt Abbas, et coram eis ſtans ante barras, poenam exceſſus Monachi ſui recepturus, condemnatus eſt*, etc. (5) BARRAE, interdum etiam dicuntur exceptiones rei, vel generatim primae litium inſtructiones, quae ad *Barras* fori ſimplici ac nuda formula peraguntur. Sic porro appellatae, quod exceptionibus contra actorem vice repagulorum vtatur reus. Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 173. col. 1. ex Teſtamento Ioannis Dalphini an. 1318. *Sublatis omnibus impedimentis, barris, cauillationibus per competentes judices confirmentur.* Vide infra *Barrare.* Exinde primis Curiis, a quibus appellare licet, id nominis attributum. Charta a. 1391. 26. Ian. in Chartophylacio Regio, Scrinio *Bretagne*, num. 74. *Et quod de defectu vel denegatione juris in dicta patria Britanniae, ac etiam de malo judicio ſubditi ſui poterant appellare ad Regem, et ſuam Parlamenti Curiam, ſaluis tamen dicto Duci barris et gradibus ſuis de reſſorto, ſicut praedeceſſores ſui Britanniae Duces vti conſueuerant.* (6) BARRA, taenia in pannis telisue colore diſtinctis. Saepius occurrit in Chartis Eccleſiae Anicienſis ſaec. XIV. e. g. *Item alia mappa de albo ſatis cum* XVI. *barris in capitibus de Perſico ſeminata de crucibus de Perſ. Item alia mappa de lino operis Franciae, in quolibet capite cum octo paruis barris de coto Perſ. Item alia parua mappa de canapi ad modum telae cum tribus barris in vno capite*, etc. (7) BARRAE, praeterea dicuntur tributa quaeuis, praeſertim quae ad vrbium et oppidorum *Barras* et portas praeſtantur. Charta an. 1236. in Regeſto Comitum Toloſae fol. 51. *Agros et condaminas, introitus et exitus, prata et paſcua, nec non et barras, et alberetas, et ramerios, et deueſios, et ademprina, et expletinos*, etc. Charta Geraldi Epiſcopi Cadurcenſis an. 1248. in Hiſtoria Epiſc. Cadurc. n. 104. *Item contra voluntatem noſtram ſuper pontem Caturcenſem quemdam ſoccum, et quamdam barram poſuerunt, in quo denarii, qui exacti erant a praetereuntibus per pontem praedictum, repponerentur.* Curia Generalis Cataloniae in villa Montiſſoni an. 1363. *Eidem barras, pedagia, vel alia noua vectigalia conceſſimus.* (8) BARRA, ferretrum, Gall. *Biere*, Germ. Bahre. Chron. Parm. apud Murat. t. 9. p. 780. *Et quum defunctus portabatur ad eccleſiam ibat* (canis) *ſub barra.* (9) † Idem quod *Barrium*, ſuburbana domorum congeries, Vorſtadt. Lit. remiſſ. a. 1363. (10) † Armorum genus. Ch. Mſ. a. 1319. *Banderii de Limoſo - - depopulauerunt planſſones fructiferas et non fructiferas - - ad faciendum barras vsque ad numerum cc cum ferris longis acutis - - quas portant - - pro cuſtodia agrorum, licet ſint arma prohibita.* (11) † Menſura agraria apud Aruernos. Lit. remiſſ. a 1416. Mſ. (12) † Maſſa linea certi ponderis. Stat. Vercell. l. 3. p. 101. *Duas barras lini.* (13) † BARRAE, decurſio palaeſtrica, quod palaeſtra *barris* ſeu repagulis clauderetur. Lit. remiſſ. a. 1400. Mſ.

† BARRACANA, ſtragulum, forte a panno, quem *Barracan* dicunt Galli. Inuent. a. 1218. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 67.

BARRACANVS, panni, ſeu, vt vocant, *Camelot* ſpecies, vulgo *Barracan*, forte quod licia *Barrarum* formam efficiant. Petrus Venerab. in Statut. Cluniacenſ. c. 18. *Statutum eſt etiam vt nullus, ſcarlatas, aut barracanos, vel pretioſos burellos - - ſint picta quolibet modo ſtamina habeat.* S. Bernardus de Vita et morib. Relig. c. 9. *Putasne cuiuſpiam ibi lecticli opertorium cattinum, aut diſcolor barracanus operiebat?* Mabillonius legit *Barricanus*, mappasque intelligit diuerſi coloris a *Barria* ſic dictas.

† BARRACHA. Ch. a. 1247. inter Inſtrum. t. 8. Gall. Chriſt. p. 534. *Dedi - - vſagium ſuum in nemoribus meis - - tam in nemore mortuo quam in barrachis.* Legendum videtur *in branchiis.*

BARRADVS, *barris* ſeu lineis diſtinctus. Teſtam. a. 1256. t. 1. Probat. hiſt. geneal. dom. reg. Portug. p. 33. *Vnum ſupercaput - - barrado cum auro.* V. *Barratus.*

BARRAGIVM. (1) Idem ac *Barra* 7. tributum quoduis, Gall. *Barrage.* Ch. Mſ. a. 1309. *Nec pedagium ſeu barragium in honorio caſtri et caſtellaniae.* Alia Phil. Pulcri: *Quod omnia bona ad victum et veſtitum - - ſint quita et libera ab omni teloneo, paſſagio, barragio ſeu coſtuma.* (2) *Barrae* ipſae. Chronic. a Catello edit. a. 1226. *Treſſidantes de barragio - portas ciuitatis perclaudunt.* Sed forte legendum *Banigium*, quod vide. (3) † Ius menſurae ad quam exiguntur dolia vinaria, quae *barralia* nuncupantur, ſimul et praeſtatio, quae ea ratione domino feudali penſitabatur, Gallis etiam *Barrage.* Ch. Mſ. a. 1150. Areſt. a. 1372. Mſ.

† BARRALAGIVM, triburum quod ad vrbium *barras* ſeu portus exigitur. Libert. villae de Alauardo an. 1337. V. *Barragium* 2.

BARRAGAN, idem, t. 3. Collect. Concil. Hiſp. p. 181.

BARRALE. (1) Cadus, menſura liquidorum, quae duos et ſeptuaginta ſextarios Gallicos ſeu triginta ſex *pintas* capere ſolet. Regeſtum Computorum Dalphinatus an. 1309. 17. Nouembris: *Cellerarius Cornelionis computauit de cenſibus - - Item de barralibus* (Baraux) *de banaſtis non computat, quia ſunt ad manum Miſtralis.* Hiſt. Dalphin. to. 1. p. 78. *Vbicumque vult vinum ſuum reponere in dicto mandamento, cum aſino ſuo, baſto et barralibus.* Et pag. 132. col. 2. BARRALEVM, ibidem. BARRALIVM, idem, in Statutis reformationis S. Claudii p. 55. *Barrales olei*, etc. BARRALIS, eadem notione, apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 489. in Donatione an. 1138. BARRELIVM, in Statutis Arelat. MS. art. 98. (2) BARRALE, repagulum, in Archiuo R. Mariae Piperacenſis: *Barrauerunt dictum molendinum per vim et potentiam dicti domini Comitis - - petit barralia removeri et bladum reddi.* V. *Barra.*

BARRALEVM, BARRALIVM, V. *Barrale.*

BARRALVS, idem ac *Barrale.* Inuentar. Mſ. a. 1379. Cangius adduxerat locum e Fantoni Hiſt. Anenion. t. 2. p. 112. et vocem *Barrulus* ibi obuiam per ludicem primarium verterat. Sed monet Carpentarius, *Barralum* ibi eſſe nomen proprium domini de Baucio.

BARRANCVS, vox Hiſpanica, *Barranco*, locus cauus, iter tortuoſum, impeditum. Occurrit in Charta Sanctii Regis Aragonum aerae 1132. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 3. cap. 9.

† BARRANETVM, idem quod *Barrancus*, in Lit. remiſſ. a. 1340. Mſ.

BARRANVS, ludex vel potius apparitor, a *Barra* ſeptum curiae. Charta Miniſtrorum Regis Angliae anni 1230. ex Chartulario Monaſterii Pontileuienſ.

BARRARE. (1) Repagula ponere, concludere, obſtruere. Miracula S. Angeli Carm. n. 18. inter Acta SS. Maii pag. 68. B. *Antonella dicit, ſtire qualiter domi ſuae barrata fuerit ipſo*

ipſa cum marito & filiis, etc. V. *Barra.* (2) A Gallico *Barroyer*, diſceptare, litigare. Will. Stanford ord. l. 2. de Placit. Coronae c. 27. Rymer. t. II. p. 339. & *Barra* 5. (3) † Fallere, decipere. Stat. crimin. Riperiae c. 168. V. *Abbarrare* et *Barasare* 2. (4) † Dolia ad menſuram exigere, legitimare, in Areſt. Mſ. a. 1372.

† BARRARELIVS, *barralium* ſeu doliorum artifex, Germ. Faßbinder, Maſſilienſ. *Barilet.* Maius Chartul. S. Vict. Maſſil.

BARRARIVS. (1) Telonarius, qui tributa *ad barras* exigit. Litt. Phil. Auguſti a. 1207. BERRARIVS, in Charrular. S. Vincentii Cenoman. (2) Idem ac *barra*, repagulum, vt videtur. Formul. Anglic. p. 429. *Quod ciſta corporis mei cooperiatur cum panno - - et quod barrarii circa corpus meum die ſepulturae meae ordinentur de eadem ſatta.*

BARRATA. (1) Synodicon Nicoſienſe cap. 29. *de contractibus vſurariis*, vbi Notarii et alii Scriptores vetantur eos ſcribere, et iis intereſſe. *Ne in contractibus praedictis, quos, vt vulgariter loquamur, Barratas appellant, fideiuſſores ſe conſtituant, aut debitores pro aliis.* V. *Barra.* (2) † *Barrae* ſeu fuſtis ictus, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1396.

† BARRATARIA, fraus, dolus in contractibus vel venditionibus, Ital. *Baratteria.* Stat. crimin Riperiae c. 160. V. *Barattaria.* Alia notione extat in *Barataria* 1.

BARRATTVS, taeniis, lineis filisue diuerſi coloris contextus. Inuentarium ornamentorum et Reliquiarum Eccleſiae Nouiom. an. 1419. ex Archiuo eiusd. *Item nunc coffretus de ſerico barratus de albo et nigro.* Ibid. *Item duo alii panni aurei - - filo conſuti, et ſunt barrati de viridi et rubeo.* Statutum an. 1294. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Nullus monachus nouam de cerico audeat portare, nec de corio barrato argento nec aliquo metallo inhoneſto.* Eiusmodi zonis vtuntur etiamnum Turci. V. *Barra* (6). BARRATI FRATRES, dicti Carmelitae, quod pallia ex albo et nigro alternatim diſtincta deferrent. Chronicon MS. Monſpelienſe ſub a. 1297. Teſtamentum Thomae Mercatoris an. 1275. ex Archiuo Fiſcamnenſi: *In primis lego Eccleſiae Fiſcamnenſi centum ſolidos - - barratis decem ſolidos, Crucefignatis 10. ſolidos.* Vide quae in hanc rem congeſſit Daniel Papebrochius t. 1. SS. April. p. 799.

BARRATZ, purgamenta quaeuis. Statuta MS. Arelat. art. 184. *Scorta lignorum omnium et Barratz prohiciatur juxta murum nouum burgi.*

BARREIARE, BARREIAMENTVM, BARREIATOR. Statuta MS. Arelat. art. 141. *De albergis barreiatis. Item ſtatuimus, quod ſi aliquod albergum ſit* (l. ſiue) *infra Arelatem, vel eius tenemento fuerit barreiatum, niſi de mandato curiae Arelatis, totum illud quod ex eo extrahetur in illo barreiamento, de bonis Communis reſtituatur dampnum paſſis, addentes quod credatur ſacramento paſſi dampnum de iis quae amiſerit in barreiamento; et barreiatores puniantur corporaliter, ſi capi poterint per Conſules Arelatis, et nihilominus bona illorum barreiatorum diſcipientur. Si tamen capi non poterint, imperpetuum bannum Arelatis, et eius diſtrictus ponantur. Verum ſi barreiamenta non fecerint, ſed facere attemptauerint, puniantur arbitrio Conſulum Arelatis.* Quae Gallice ſic reſiduntur in eorumdem ſtatutorum verſione an. 1617. exarata ex Archiuis Arelat. *Si vng eſtranger hoſte d'vng habitant de la ville d'Arles a eſté trompé et decen, la lexion et domage ſerons reparés et la reſtitution faite du mandement de la Cour, pour raiſon de quoy ſera creu au ſerement de celui qui aura eſté trompé, et le trompeur ſera puni au corps par les Conſuls s'il peut eſtre apprehendé, et ne le pouuant eſtre, ſera banny à perpetuité.* Quidquid ſit de illa verſione, vix tamen credendum, Statutorum ſenſum hic attigiſſe; praeterquam quod enim de grauiori crimine quam de fraude aut fallacia loqui videantur, quis credat *de mandato curiae Arelatenſis* eiusmodi *Barreiamentum* ſiue falla-

ciam posse fieri? Haec itaque, nisi fallit animus, aliquam respiciunt consuetudinem, de qua, licet hactenus nihil occurrerit, coniecturam tamen meam, inquit Cangii editor, proponere non grauabor. Erat fortassis in vsu cum aliquis bonaque eius proscribebantur, vt illius domus quibusdam signis, (fortean *barris*) notaretur, quibus indicaretur proscripti bannum, eiusque bona direptioni permitterentur; quae cum imitari poterant praedatores, domum sic ab eis notatam nihilominus dilapidabant ac si reuera proscripta fuisset. Occitanis etiam *Annoter* proscribere sonat. † *Barreiare* idem est ac *plancare*; vide in hac voce. A variis modis quibus aliqua domus proscribebatur, ipsam proscriptionem nuncupant; hinc *plancare domum* dicebant, cum *plancis* seu tabulis obstruebatur; *barreiare* vero cum *barris* siue repagulis prohibebatur ingressus.

BARRELTVM, V. *Barrale.*

BARRERA, BARRERIA. (1) Idem ac *barra*, repagulum, Gall. *Barriere*. Chron. incerti auct. ap. Catell. a. 1217. Will. Thorn. a. 1285. (2) † Idem ac *barra* septum curiae. Chron. Io. Whethamsted. p. 537.

† BARRERIVS, inspector pannorum, Beſchauer, in Stat. Mſ. Auenion. an. 1224. *Ne aliqua fraus fiat in pannis, eligantur per curiam duo viri legales jurati barrerii, qui de hoc curam habeant.*

BARRETI, Carmelitae. V. *Barratus* et infra *Birrus.*

BARRETORS, V. in *Baratum.*

BARRETVM, pilei genus, tegumen capitis. Nomen adhuc vsitatum inter rusticos Occitaniae, Vasconiae, etc. Lugdunense Concilium an. 1449. apud Marten. t. 4. Anecd. col. 380. V. *Birretum.*

BARREVM, Gallis *Bureau*, mensa nummulariorum, etc. Instrum. an. 1415. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1622. *Bullae non expediebantur in Cancellaria apostolica, sed in barreo nummulariorum et vsuariorum.*

† BARREYRAE, *barrae*, repagula ac septa, quae ad munimenta oppidorum et castrorum ponuntur, in Ch. Mſ. in Reg. homag. Aquit. in Biblioth. reg.

BARRIA. (1) Regula, norma, V. *Baria* 1. (2) Munitio ex obiectis repagulis, Gall. *Barricade*. Ch. Guil. de Naiaco Mſ.

BARRIANI, incolae castri, qui in castri vel oppidi *barris* habitant. Ch. Isarni de S. Paulo in Reg. Carcass. p. 54. V. *Barrium.*

BARRICA, idem ac *Barrium*, muri scilicet ciuitatis s. castri, in Consuet. Lemouic. art. 77. *Quia in burgis vicis seu barricis castri Lemouicensis* etc.

BARRICANVS, V. *Barracanus.*

BARRIDVS. (1) Cadus, *Barillus.* Capitulare de Villis c. 65. *Volumus vt boues barridos ferro ligatos, quos in hostem et ad palatium mittere possint judices, singuli praeparatos semper habeant, et vtres ex coriis non faciant.* V. *Barillus.* (2) *Superbus, a barrus* dicitur. Ioan. de Ianua et Glossar. MS. Montis S. Eligii Atrebat.

BARRIERA, prothyrum, porta repagulis et cancellis praemunita, Gall. *Barriere*. Lobinellus tom. 2. Hist. Britan. pag. 272. *Et ante fuum introitum fecit idem nouus Dux iuramentum in introitu barriere portus illius vrbis.* V. *Barra.*

BARRIGENA, V. *Barginna.*

† BARRILA, doliolum vel amphora. Stat. Montis reg. p. 312. V. *Barile.*

† BARRILAGIVM, tributum quod pro *baribus* seu vasis vinariis praestabatur, nisi idem sit ac *Barralagium.* Ch. Mſ. an. 1336. *In qua quarta parte etiam dictus domicellus dicitur habere - - duo dolia vini, vel circa de Barrilagio.* V. *Barillagium.*

† BARRILE, BARRILLVS, vt *barile* et *barillus*, cadus. Ordinar. capellae reg. Mſ. Ch. Mſ. a. 1229. BARRILIS in Stat. Vercell. l. 3. p. 102.

† BARRILLERIVS, qui plaustrum, quod *barellum* vocabant, ducit. Lit. remiſſ. a. 1373.

BARRINI, haeretici, Valdensium, seu Catharorum asseclae, in Constitut. Frider. Imp. forsan, inquit Gretzerus,

rus, a *Barro* monte circa lacum Larium nomen hoc ſortiti, aut a *Barrium* in agro Cremenſi.

† BARRIQVA, a Gall. *Barique*, cadus, dolium. Inuent. a. 1476. Mſ.

† BARRIRE, *elefantorum eſt. Barritus, vox elefantis*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646. Feſtus: *Barrire elephanti dicuntur.* V. *Baulare.*

BARRITANICI, *flores qui in ſilua naſcuntur.* Gloſſar. MS. San-Germ. n. 501.

† BARRITVS, clamor militaris, ab inituris praelia edi ſolitus, a Germ. Baren, Bären, clamare. Sunt et qui *barditum* pro *barritum* legunt, ap. Tacit. de mor. Germ. l. 3. c. 1. quaſi huius carminis ſeu clamoris auctores fuerint *Bardi*, ſacerdotes Galli. Conſule Veger. l. 3. de re milit. c. 18. Ammian. de Germ. l. 16. 26. et 31. Cluuer. et Car. de Aquino in Lex. milit. ad hanc vocem.

BARRIVM. (1) Hiſpanis *Barrio*, Arvernis, *Barri*, quibus ita appellatur aedium ac domorum extra vrbem et ad ſuburbana quaedam congeries. In Prouinciae vero Comitatu *Barrium* vocant eum aedium numerum qui muris includitur. Vetus Scheda apud Sandouallium de Praelio de Clavijo pag. 224. *Era* 987. *Flamma exiuit de mari, et incendit plurimas vrbes et villas, et homines, et veſtias, et in ipſo mare primas incendit; et in Zamora vnum barrium, et in Carrione, et in caſtro Xeriz, et in Burgos centum caſas, etc.* Charta Hiſpanica aerae 1140. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. tom. 6. *Et damus vobis illum barrium ante illa porta quae reſpicit ad illum flumen in parte ſiniſtra, vt populetis illum poſt parte veſtra: et ſint integrum barrium illum ad domum S. Mariae, et veſtrum veſtrisque ſucceſſoribus.* Charta ann. 1236. ex Archiuis Maſſil. *In redditibus hoſpitiorum bladariae ciuitatis Maſſiliae ſitis in vtrumque barium.* BARRIVM et BARIVM, ſaepius pro muris ciuitatis vſurpantur. Statuta Arelat. MSS. art. 107. *De muro ſeu barrio communis.* Art. 145. *Planum ſicut protenditur a barrio communis vsque ad ortum Iacaris.* Charta ann. 1212. ex paruo Chartul. S. Victoris Maſſil. *Tota curtis vſque ad barium eiusdem caſtri.*

† BARRIVS, vt *Barrium*, in Pacto Mſ. ann. 1292. et in Libertat. villae Montis alb. a. 1322.

BARRIZARE. Ioan. de Ianua, *Scurrilitas, leccacitas, turpitudo, luxurioſa verba, quae vulgariter barrizare dicuntur, et dicitur a ſtultis curialitas.* f. *barrizatae.* † A voce *barrium* vt videtur, quod ad *barria* ſcurrae, lenones, hominesque infimae plebis, vt plurimum, habitant.

BARROARIVS, V. *Barcarius.*

BARROCHIA, mendoſe, vt videtur, pro *Parrochia.* Charta Emmonis Epiſc. Senon. ann. 3. regni Clotharii Regis apud Mabill. ſaec. 3. parr. 2. pag. 614. *Ad quodcumque de eodem monaſterio, ſicut* (l. ſiue) *de barochiis aut caeteris monerils, cauſa audeas donare vel auferre.*

† BARROCHIANVS, pro *parrochianus*, in Obituar. eccleſ. Lingon.

BARROI, *id eſt, liber*, Papiae. V. *Baro.*

† BARROTA, carri ſeu plauſtri genus, eiusque onus, Gall. *Barrote.* Terrear. Belliioc. Mſ.

† BARROTIVM, idem, in Stat. Placent. l. 4. V. *Barocia* et mox

BARROTVM, plauſtrum, *Barrot* vel *Barreau*, plerisque Galliae Prouinciis, aliis *Tombereau.* Computa Dalphin. Graiſiuod. fol 56. *Item computat quod deliberauit pro 17. barrotis factis in Caſtellania ſua mandato lieteratorio domini noſtri Dalphini quondam, et ductis vt dicit in canalgatis domini pro ingeniis et aliis praeparamentis guerrae portandis - - - 25. libras.*

BARROYER, V. *Barrare.*

BARRVM. (1) V. *Barra* 4. (2) † Vt *Barrium*, pro muro, in Ch. Mſ. ab. 1370. (3) *Barrum* apud veteres Gallos portum ſignificaſſe, quod portus *barris* ſeu repagulis claudi ſolet, auctor eſt Valeſ. in Notit Gall. pag. 75.

BARRVS. (1) Forte pro *Barro*, cancelli, repagula, apud Rymer. tom.

13. p. 334. *Quandam placeam sine pecia terrae - - jacentem - - extra barros novi templi Londiniae, etc.* Carmen de varia fortuna Ernesti Bauariae Ducis apud Marten. to. 3. Anecd. col. 341.

Vt Dux intento pertransit omnia visu.
Cernit in obryzo spingis ludentibus auro:
Ecce thoreuma niteus, cuius candens ametystus
Sedis ad effigies, plaseo fulgenti berillo,
Pulvilli super hanc gemini, rarae-que Minervae,
Sternebant, et pelliciae vestis Magalinae,
Cuius sesquipedem cingebat bractea limbum,
Ante pedes barro lucens orchestra vetusto
Stabat, etc.

(2) BARRVS, Papiae, *rufus, niger.* Glossar. MS. San - Germ. n. 501. *Barus, rufus, niger.* Legendum *Burrus*, Gloss. Lat. Graec. *Burrum, ξανθὸν, πυῤῥὸν.* (3) † Deceptor, impostor, Ital. *Baro*, in Stat. crimin. Riperiae cap. 168. V. *Baralator.*

BARRVVM, tributi genus, forte idem quod ad *barras* seu portus vrbium praestatur. Charta Rainardi Senonensis Comitis ann. 1164. ex Tabular. Sangerman. *Nullus index publicus - - ad freda aut tributa exigenda à - aut mansiones vel paratas faciendas, vel teloneos tollendos, aut rotaticum, vel pedaticum, - - aut barrum, aut raptum vel incendium, seu aliquam retributionem etc.*

BARSCALCVS. Annotatio Arnonis Episcopi apud Canis. tom. 1. Antiq. lect. pag. 486 *Tradidit memoratus Dux in pago Opingor villam nuncupatam Opinga, in qua sunt mansi 20. inter barscalcos et servos, et inter vestitos et apsos, cum campis, pratis, siluis, etc* Ibid. p. 491. *Item de Ecclesiis et parrochialibus, quas in beneficium pertinent, et de barscalcis una cum servis, sine de eorum territorio dotatae sint.* Alibi: *Et in ea mansos 60. inter vestitos et apsos, et inter exercitales et barscalcos cum omnibus appenditiis.* Charta Ludouici Regis ann. 892. in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 130. *Cum curtibus et casis aliisque aedificiis, familiis, vtriusque sexus mancipiis, parschalcis, sindmannis, heugistnotis, censibus, etc.* Charta Ottonis Mag. ann. 950. pro Ecclesia Ratisbon ap. Meibomium: *Cum - - filiis, aquis, pistationibus, mansionariis, baschalkis, aurearis, brunearis. etc.* Charta an. 1107. in Metropoli Salisburg. tom. 2. pag. 131. *Notificamus qualiter duae sorores consrinae, - - sub libera parschalcorum conditione constitutae, praedium suum - - delegaverunt, etc.* Ita promiscue *Barchalci* et *Parschalci* dicuntur in Chartis Germanicis in eadem Metropoli. Vide tom. 2. pag. 179. *Mansi* vero *barschalci*, videntur esse *colonorum liberorum*, diuersi a *mansis seruorum*, seu qui a seruis coluntur. Vox deducta a *Bar*, vel *Baro*, id est, homo liber, et *Scalk*, seruus: quasi *Barscalci* fuerint homines mediae conditionis inter liberos et seruos, vel Baronum serui. † *Barschalcorum* conditio aperte declaratur in Ch. ann. 825 apud Meichelbec. t. 2. Hist. Frising. pag. 255. *Isti sunt liberi homines, qui dicuntur Barscalci, qui - - ecclesiasticam acceperunt terram; de ipsa terra condixerunt facere seruitium, - - arant dies iii. tribus temporibus in anno, et secant tres dies* etc. Erant ergo coloni liberi, certis nihilominus addicti seruitiis, sed ex conuentione; quod apte respondet vocis etymo.

† BART, vox vulgaris Gallica, caementarius lapis, vel sternendo solo aptus, in Ch. Mss. a. 1324.

BARTA, syluae species. Charta anni 1238. in Regesto Tolosano Camerae Comput. Paris. fol. 43. *Terras cultas et incultas, videlices et boscos et bartas, domos et casales, aedificia et bastimenta, etc.* Occurrit ibi non semel fol. 46. 53. etc. simili verborum tenore. Charta alia anni 1300. *Habebat dictus Rex in loco vocato ad Nemus Mauis 72. Cartonatas bartae, seu brugassae, quae fuit aestimata valere annis*

annui reditus, *etc.* Charta Augerii de Marſa Rotunda facta Verano Abbati Floriacenſi ann. 1080. *Concedo a die praeſenti - - ipſi Patri monachorum et fratribus ſibi deſervientibus in loco Regulae - - quidquid viſus ſum habere de guilleragas cum terris et barta, hoc eſt, ſilua, etc.* *) *Barta* eſt a Germ. voce Bar, nudus, apparens, et terram ſeu ſyluam denotat arboribus carentem, German. eine Blöſſe. Et Gallicam *Barte* olim idem denotaſſe, ſcilicet ſiluulam, ſeu terram arbuſtis, ſed non arboribus conſitam, Carpentarius auctor eſt.

† BARTASSA, idem vt videtur, ac *Barta*. Ch. Mſ. a. 1361. *Seruire tenetur ut. denarios Toloſanos pro quadam petia bartaſſae.*

† BARTAVELLA, vt *vertevella*, peſſuli caudati annulus, Wirbel. Conſuetud. Mſ. Monaſt. S Crucis Burdigal.

† BARTERIVM, inſtrumenti ſonori genus. Murat. tom. 16. pag. 917. *Conducta fuit ad lupanar - - - cum tamburris et barteriis.* V. *Barto.*

† BARTHOLOMISTAE, ita appellabantur fautores Vrbani PP. VI. qui *Bartholomaeus Prignani* vocabatur. Lit. remiſſ. a. 1389.

BARTO, *Genus organi*, in Gloſſ. Iſidori, f. *Barbiton*. *) Ab antiquo baren, ſonare, clamare, V. *Barritus*. Bardame oder Schallmey, *parda*, in Ver. Vocabul. a. 1482.

BARTON, *praedium Dominicum*, vel *terrae* quas vocant *Dominicales*, hoc eſt, quas in diſtributione manerii dominus non elocauit haereditarie, ſed alendae familiae ſuae cauſa propriis manibus reſeruauit; *Dominicum*, Gall. *Domaine*. Vox in Deuonia, loquit Spelmannus, et plaga Angliae Occidentali bene nota.

† BARVDERIVS, ſicarius, ſceleratus, praedo, in Stat. Vercell. l. 4. p. 115. V. *Berroerius.*

† BARVERIVS, apparitor, accenſus, in iisdem Stat. l. 2. pag. 47. V. *Berroerius.*

BARVLA, parua taenia, in Chartis eccleſ. Anic. V. *Barra 6.*

BARVLAS. Gloſſae Iſonis Magiſtri ad Prudentium: *Infulas*, *Barulas.*

BARVLI, vel *Carbunculi*, morbus equorum, in eorum tergo, *ex* ſuperfluitate ſanguinis vel humoris, de quo Iordanus Riſus Calaber MS. lib. 2. de Medicaminibus equorum. † Et hominum morbus eſt. Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. *Baruli vocantur puſtulae, quae apparent in facie maximae iuuenum, quae Yontes dicuntur.*

BARVNCVLVS, *parvus baro*. Gloſſar. MS. Monris S. Eligii Atrebat. Alia notione V. *Barbo 2.*

BARVO, V. *Barbo.*

BARVS, Gloſſ. Lat. Graec. *Barus*, *burrus*, πυῤῥός. V. *Baro*, et *Barrus.*

† BARVTELLARE, cribrare, cribro farinam ſecernere. Comput. a. 1482. inter Probat. tom. 4. Hiſt. Nem. pag. 17.

BARVTELLVM, cribrum quo excernitur farina, Occitanis *Barutelliere*. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. *Barutellum*, *Belutel.* V. *Bultellus.*

BARVTELLVS, dolium, Maſſilienſibus *Barucheaulx*. Statuta MSS. Card. Trivultii an. 1531. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Item Conuentui et cellerariae de Barutellis quoties opus fuerit*, *etc.*

BARYPYCNVS, MELOPYCNVS, et OXVPYCNVS, voces Graecae originis, quae in *Breuiariis* Pariſ. Lexov. aliisque occurrunt ad deſignandas varias cantus modulationes, *Barypycnus* autem eſt ſpecies cantus minoris, apud muſicos praeſertim cantus plani, qui ſcilicet definit per tertiam minorem inuerſam; *Melopycnus* contra per tertiam minorem rectam. Atque haec quidem muſicis.

† BASA, ſagma, faſcis, mendoſe pro *bala*, in Lit. Phil. VI. a. 1334. Mſ. V. *Baula.*

BASACHIA, culcitra ſtraminea, Gall. *Paillaſſe.* Informationes Maſſil. pro *paſſagio* transmarino ex Cod. MS. Sangerm. *Item pro tribus equis vnam baſachiam de V. cannis plenam paleis.* V. *Baſſacha.*

† BASALARDVS, BASELARDVS, enſis breuis ſpecies, genus pugionis vel ſicae, Gall. ol. *Boselaire*, nunc *Coutelas*. Ch. Mſ. an. 1356. *Traxit magnum baſelardum ſeu cutellum.* Alia a. 1399. *Portauit - - quendam*

baſelardum in zona. BASELLARIVS, in Ch. Mſ. an. 1397. BASILLARDVS, ap. Io. Blackmann. de Virtut. Henr. VI. p. 291. BASOLARDVS, in Ch. Mſ. ann. 1387. BASALARIA, in Ch. Mſ. an. 1380. V. *Bazalardus.*

BASAN, V. *Baſanus.*

BASANITES, *genus marmoris ferrei coloris, ſive duritia, vnde et nomen ei datum eſt. Inuenitur in Aegypto et Aethiopia,* Iſidoro lib. 16. Orig. cap. 5. Idem quod *Baſaltes* Plinio, cui *Baſanites* lapis eſt, vnde fiunt cotes.

BASANIVM, aluta, Gall. *Baſane.* Charta Petri Pariſiorum Epiſcopi an. 1218. apud Sammarthanos: *Capam viridem et duo tapeta parua de Hiſpania, quae ſunt in capella noſtra, et tres quarellos, vnum de corio deauratum, et duos operatos ad baſanium noſtrum.*

*) BASANVS, princeps, apud Sicambros, teſte Trithemio: *Sicambri regem ſuum Baſan ſiue Baſanum ſolent appellare.* Forte a בּעל, optimus, vnde etiam Graecorum βασιλευς, a βασις, optimus, et λαος, populus.

BASARIDES, *baccae vberes.* Gloſſ. vet. MS. San-Germ. n. 501.

† BASCANIA, *faſcinatio. Item ridicularia a fabris ferrariis ante fornaculum appendi ſolita, inuidiae auertendi gratia.* Laur. in Amalth. ex Cael. Rhodig.

BASCAVDAE, veteri Interpreti Iuuenalis Sat. 12. v. 46. *Vaſa, vbi calices lauabantur, cacabus.* Papias: *Baſcandae, conchae aereae, genera vaſorum.* Vox vetus Gallica, quam etiamnum retinent Cambro-Britanni, qui priſca Gallorum lingua loqui creduntur: eſt enim iis *Baſgawd* et *Baſged*, ſporta, cophinus, corbis, caniſtrum; nam vocem Britannicam eſſe teſtatur Martialis:

Barbara de pictis venit Baſcauda Britannis.

Maſcauda in MSS. Codd. Iuuenalis legi ſcribit Petrus Pithoeus, pro *Baſcauda.* Vetus Gloſſ. *Macuſta, βαύη.* Vbi recte *Maſcauda* emendat Salmaſius. *) Boxhorn. in Lex. Cambro-Britt. compoſitum credit ex waſchen, et Kot, Kaut, Gawd, quod generatim receptaculum hominum et rerum notat.

BASCHALCVS, V. *Barſcalcus.*

† BASCHEA, baſilica, eccleſia. Ch. a. 845. in Append. ad Marc. Hiſpan. p. 781. V. *Baſilica.*

† BASCLACERIVS, aleator, V. mox

† BASCLACIA, aleatorium, Ital. *Biſca.* Stat. Vercell. l. 3. p. 83. 84. V. *Biſclauzia.*

† BASCLARIVS, pugio, ſica, in Stat. Mant. l. 1. c. 112. V. *Baſalardus.*

BASCLI, BASCVLI, praedones, ruptarii, ex Vaſconia, cuius incolae *Baſques*, id eſt, *Vaſcones*, appellantur, apud Turpinum cap. 7. Silueſter Giraldus lib. 2. de Expugnat. Hibern. cap. 7. *Vrbs Basnenſis, quam hodie noſtra continet Gaſconia, Baſcloniae caput eſt, vnde Hibernenſes proueuerant.* Adde Topogr. Hibern. diſt. 3. cap. 8. Nicolaus Triuettus an. 1239. *Terra Baſclorum, cuius caput eſt ciuitas Baiona.* Rob. de Monte an. 1179. *Quidam Baſcli, et Nauarrenſes, et Brebenzones, venerunt ad vrbem Burdegalenſem, et illam vaſtauerunt.* Chronicon S. Stephani Lemouic. an. 1204. *Ioannes Epiſcopus Lemouienſis - - obſedit Nobiliacum in quo ſe incluſerunt quamplures Baſcli et Ruptarii, qui populum et terram vaſtabant.* Eadem refert Chronicon breue S. Martialis Lemov. ſed ad ann. 1202. inter fragmenta Hiſtor. MSS. Stephanot. to. 1. BASCVLI, in Chronico Voſienſi cap. 69. et 73. vt et apud Stephanum Tornacenſem Epiſt. 90. Rymer. to. 5. pag. 429. col. *In partibus Vaſconiae quaedam innaluit periculoſa diſſenſio, inter homines et habitatores ciuitatis noſtrae Baionae ex vna parte, et ſubditos noſtros Baſculos de Labourde et partium adiacentium ex alia. Qui quidem Baſculi homines dictae ciuitatis hoſtiliter perſequuntur quosdam bonis ſuis ſpoliando, et redemptiones ab eis capiendo.* Vide Varronem lib. 2. de Re ruſtica cap. 2. de Re ruſtica cap. 10. BASCVLONES, apud Catellum in Hiſt. Comitum Toloſae pag. 246.

et

et BASCLONES dicuntur in Concilio Auenionenſi an. 1209. cap. 7. vbi perinde ac haeretici, cum Aragonibus, Brabanzonibus, caeterisque ruptariis et raptoribus excommunicantur; quod antea etiam ſtatuerat Alexander III. PP. in Lateranenſi Concilio can. 27.

BASCVLI, V. *Baſcli.*

BASCVVM, pro *paſcuum*, *Paturage*, in Ch. a. 1206. inter Inſtrum. Hiſt. Meld. to. 2. p. 97.

BASELARDVS, V. *Baſalardus.*

BASELEVS, *Baſelum* Papias: *Baſelens dicitur corrupte, is eſt enim faſelus, i. genus nauis.* Papias MS. Eccleſiae Bituric. *Baſelis.* Alter Papias: *Faſcelus, Nauicula, quam corrupte dicimus Baſelum.* Gloſſ. MS. Eccl. Pariſ. nunc S. Germani n. 501. habet: *Baſelum, (corrupte dicimus ipſe eſt faſelum, genus nauigii, de quo Vergilius, pigrisque faſelis.* Tullius habet, *Faſelus* quod nauigii genus Galli dicunt, *Felouque*, *Galiote*, *Brigantin.*

BASELLA, *parua baſis.* Palladius lib. 1. de Re ruſt. cap. 18. de cella vinaria: *Medium ſpatium cupis deputabitur, quas ne ambulacra prohibeant, baſellis altioribus impoſitas - - poſſumus collocare..*

BASELLARIVS, V. *Baſalardus.*

BASIA IVVENVM. Charta Communiae S. Ioannis Angeriacenſis ann. 1204. *Concedimus etiam haeredibusque eorum, vt ad libitum ſuum puellas et viduas ſuas nuptui tradere et juuenes vxorare, et baſia iuuenum et puellarum ſemper habere ſine aliqua contradictione libere liceat.* † Quae facile emendantur ex Ch. Alienorae reg. Angliae an. 1199. vbi pro *baſia* legitur *ballia*, aperto ſenſu, nempe pro tutela.

BASIANI, haeretici, de quibus Facundus Hermianenſis lib. 8. cap. 7. vbi videndus Sirmondus.

BASIARE, oſculari. BASIARE REGVM GENV. Hic quidem obtinuerat mos, vt proceres Regem allocuturi eius pedes prius deoſcularentur; genu autem iis oſculandum fortaſſe conceſſum eſt qui praeſtantioris erant dignitatis; quemadmodum nunc Cardinales qui genu, alii vero pedes Romani Pontificis deoſculantur. Ermoldi Nigelli carmen elegiacum pro Ludouico lib. 3. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 48.

BASIDEM, pro *baſim*, dixit Fortunatus lib. 8. Poëm. 14. *Baſide* pro *Baſi*, in vita S. Maxentii Abbatis tom. 5. Iunii pag. 173.

BASILECVS, Sanctus ſub cuius inuocatione *Baſilica* dicata eſt. Mabillon. tom. 4. veterum Analect. pag. 247. ex formulis Andegav. *Nec vllum obſequium heredum ac proheredum meorum te quicquam redebere cognuſcas, niſi ſub defenſioni ſancti Baſileci domini illius praebeas obſequium non requiratur.* Antiquit. San-Dionyſianae apud Doubletum pag. 687. *Baſileci ſui domini Dionyſii.* † Forte pro *baſiloecus*, ex voce fictitia Graeca βασιλοικος, quaſi regia domus.

BASILEVS, rex, ex Graec. βασιλευς. Gloſſ. Aelfrici Saxonicum *Baſileus*, *Kyning*, i. rex. Ingulfus: *Totius Occidui climatis orbis terrae Baſileus.* Fortunatus in Vita S. Medardi cap. 9 Hanc porro *Baſilei* appellationem videntur ſibi prae caeteris arrogaſſe veteres Angliae Reges. Nam Edgarus, qui in Chartae initio, quae habetur tom. 1. Monaſtici Anglic. pag. 65. *ſe Magnae Britanniae praeſidere* ait; hanc vero ita claudit: *Ego Edgar totius Albionis Baſileus - - confirmaui.* Ita paſſim ipſe et alii. BASILEI, ſeu Βασιλεις titulum Imperatores Byzantini nulli alii Principi praeterquam ſibi competere perſuaſum habebant, caeteros Ρηγας ſeu Reges appellantes, Geſta Innocentii III. PP. pag. 117. de Ioannicio Rege Bulgariae: *Ipſe praeterea coronam regni legitime receperat a ſummo Pontifice: ſed ipſe qui ſe appellabat Conſtantinopolitanum Baſilea, coronam imperii temere vſurpauerat a ſe ipſo, etc.* Hunc tamen Bulgarorum Regi detulere, quem Βασιλεα dicebant, cuius etiam Legatos, caeterarum gentium Legatis praeponebant, vt eſt apud Luitprandum in Legatione, vbi meminit *Petri Bulgarorum Baſilei.* Vide Scylitzem pag. 623.

623. Eumdem etiam titulum Carolo M. tribuere Legari Nicephori Imperatoris an. 812. Annales Franc. *More ſuo Laudes ei dixerunt, Imperatorem eum et Baſileum appellantes.* Quo loco Eginhardus habet Βασιλέα. Hanc poſtmodum appellationem inuidere Caroli ſucceſſoribus iidem Imperatores: qua de re lepidam inſtituit expoſtulationem Ludouicus II. Imp. aduerſus Macedonem, in eius Epiſtola, quam deſcripſit Baronius an. 871. n. 57. Vide quae in hanc ſententiam adnotauit Cangius ad Alexiadem pag. 236. et ad Ioinuillam pag. 316.

BASILIKON, libri ſeu collectio Imperialium Conſtitutionum ab Imperatoris Iuſtiniani temporibus, cuius collectionis authores Baſilius Macedo, Conſtantinus filius et Leo Philoſophus. Vide Cuiacium lib. 18. Obſeruat. cap. 36.

BASILICA. (1) Aedes ſacra, templum, Eccleſia. Gloſſ. MS. Eccleſ. Pariſ. ex Iſidoro: *Baſilicae prius vocabantur Regum habitacula, vnde et nomen habent - - Nunc autem ideo diuina templa Baſilicae nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus et ſacrificia offerantur.* Adde Amalarium lib. 3. de Eccleſ. offic. cap. 2. Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 127. Canones Hibern. lib. 42. cap. 26. Ioachimum Vadianum lib. 2. de Colleg. et Monaſter. pag. 92. Stephanum Durantum de Ritibus Eccleſ. lib. 1. cap. 1. num. 9. et ſeqq. Baron. ad Martyrol. Rom. 5. Auguſti, Adr. Valeſium lib. de Baſilicis, etc. Caeterum non aſſentitur Cangius viris doctis, qui *baſilicas* appellari aedes nondum conſecratas volunt. Altera lis fuit inter eruditos viros Valeſium, et Launoium, de qua haec habet Mabillonius tom. 2. Operum poſthumorum pag. 355. de Antiquitatibus S. Dionyſii; *Optime probatum fuit*, inquit, *a D. Valeſio in ſua contra D. de Launoy de Baſilicis diſſertatione, Baſilicam ſexto et ſeptimo ſaeculo apud Gallos ſemper ſignificaſſe Monachorum Eccleſiam; cathedrales et parrochiales Eccleſias appellatas fuiſſe Eccleſias.* Haec Mabillonius qui pag. 357. hunc addit locum vitae S. Bathildis ab auctore coaeuo ſcriptae: *Clothildis quoque in honorem S. Petri Baſilicam, vbi religio monaſtici ordinis vigeret, Pariſiis fecit.* Quae Baſilica nunc S. Genouefae nuncupatur. BASILICA ECCLESIAE, in Annal. Bened. t. 4. pag. 248. *Rex itaque* (Robertus) *gaudens Eccleſiae Baſilicam intrat.* Acta SS. Bened. ſaec. 5. pag. 98. BASILICA AVREA, dicta Baſilica Lateranenſis, ſeu Saluatoris, Romae, quae a conditore dicta eſt *Conſtantiniana*, et propter excellentem illius ſtructuram et ornamenta, *Aurea*. Vide Gregor. M. lib. 2. Epiſt. in Praefat. Anaſtaſium in S. Silueſtro, Panvinium, etc. BASILICAM SCINDERE, mortuum in Baſilica ſepelire, humare. Spicil. Acher. tom. 9. pag. 40. in Canon. Hibern. cap. XXVI. (2) BASILICAE appellantur aedicùlae quaedam, quas Franci veteres magnatum tumulis imponebant, quod formam baſilicarum ſeu aedium ſacrarum referrent. Nam aliorum inferioris conditionis hominum ſepulcris aut *tumba*, aut *porticulus* tantum ſuperponebatur. Id colligitur potiſſimum ex Lege Salica tit. 58. §. 3. 4. et 5. vbi, qui *tumbam* aut *porticulum ſuper hominem mortuum exſpolianerit* - - *ſolidas 5. Si quis vero baſilicam ſuper hominem mortuum expolianerit, 30. ſolidis culpabilis indicatur.* Ex quibus ſatis patet *Baſilicas* tumulos magnatum ſpectaſſe, quarum etiam mentio eſt in tit. 71. vbi agitur de mulcta illius, qui *baſilicam voluntario ordine aut fortaſſe per negligentiam incenderit.* Vnde eruunt viri docti eiusmodi baſilicas ligneas fuiſſe, proindeque incendiis obnoxias. (3) † Altare. Ch. Caroli V. ann. 1370. in Bibl. reg. *Vnum cereum ardens - - - coram altari ſeu baſilica ipſius S. Anthonii.*

BASILICANVS, *Palatinus vel etiam Eccleſiaſticus*, Ioanni de Ianua et Gloſſar. MS. Montis S. Eligii Atrebat. Vgutio: *Baſilicani, proprie dicuntur qui habitant iuxta baſilicam, et ſub alis eius.* Gloſſ. Lat. Gall. *Baſilicanus, Eccleſiaſtic.*

BASI-

BASILICARIS, dicta olim vna ex portis vrbis Remenſis, *quae Collectitia* (melius *Collatitia*) *ante vocabatur, ſciſices a conferendis mercibus; nunc autem Baſilicaris dicitur, eo quod circa ſe baſilicis dudum prae caeteris portis abundaſſe feratur: ſiſa quod eunſibus ad Baſilicas in vico almi Remigii conſiſtentes pernia fuerit.* Ita Vita S. Guntberti Mart. n. 3. Hodie appellatur *la Porte Baſée*, quae primum *Baſeille* dicta eſt.

BASILICARIVS. (1) Clericus, qui in *Baſilica* ſeu aede ſacra, Papae, Epiſcopo, aut Sacerdoti ſacra facienti miniſtrat. Iſidorus Hiſpal. Epiſtola ad Ludefredum Epiſcopum Cordubenſem: *Baſilicarios ipſe* (Primicerius) *conſtituat, et matriculas ipſe diſponat.* Ceremoniale Cencii Camerarii apud Baron. an. 1191. Clemens IV. PP. apud Rainaldum an. 1311. num. 13. Act. SS. Iulii tom. 3. pag. 540. vbi *Baſilicarius* idem videtur, qui Aeditimus, Sacriſta. (2) BASILICARIVS, vel BASILICIARIVS, μαλακὸς, ἀγοραῖος, in Gloſſ. Lat. Graec. vitiligator, litigator, qui fora frequentat. Supplem. vero Antiquarii: *Sordidus, vilis, forenſis.* V. Caſaubonum ad Theophr. Characteres pag. 176.

BASILICVLA, parua eccleſia, capella, apud Auitum Viennenſ. ep. 6.

BASILICVS. In Concilio VIII. Actione 1. ex verſione Anaſtaſii ita quidam ſubſcribit: *Ego ille Baſilicus - - ſubſcripſi.* Vbi idem Anaſtaſius: *Baſilicus Graece dicitur Imperialis natura, aut Exſpatharii Imperialis, aut alterius dignitatis. Imperiales homines fuerunt, qui rogati teſtimonii ſui ſcripto et adſtipulatione chirographa ſigillatim roberauerunt.* Sed errat toto coelo; ſunt enim Grecis Βασιλικοὶ, iidem qui *Mandatores*, qui Imperatorum mandata perferebant.

BASILIDES, *Palatinus homo*, ἀνὴρ τῆς βασιλίδος, *i. de aula regia*, in Gloſſ. Iſidori.

† BASILIGERONTICON, *id eſt ludus ſenioris regis.* Ita inſcribitur Codex Mſ. Coeleſtin. Ambian. nunc editus ſub titulo *Compendium in Job*, autore Petro Bleſenſi.

† BASILIOVNIVM, vt *baſilica* 2. Vet. Inſcriptio ex muſeo quondam Iac. de Bary: *Iſidi puell - - iuſſu deini - - Fabia L. F. Faniana auia in honorem auitae neptis piiſſimae ex arg. P. CX. HS. Item ornamenta in baſilicanio ei margarita N. VI. Zmaragdi duo, cylindri N. VII. gemma etc.*

BASILISCVS. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. pag. 237. *Fecit in Eccleſia Domini Saluatoris - - - vela ſerica de blattin Biſantea quatuor in circuitu altaris maioris, duo ex his aquilata, et duo de Baſiliſci, ornata in circuitu de oliuero.* Id eſt, ſerpentium vel potius Regulorum, (auium, quas Gracci βασιλίσκους dicunt) figuris exornata.

BASILISSA. Gloſſ. MS. San-Germ. *Baſiliſſa, Imperatrix.* Gloſſ. Lat. MS. Regium: *Baſilla, Regina. Baſiliſſam* Angliae Reginam vocat quidam Monachus in Epiſtola praefixa Gloſſario Aelfrici, quia Reges Angliae *Baſileos* ſeſe vulgo inſcribebant, vti ſupra obſeruatum.

BASILIVS, *primus.* Vetus Gloſſarium San-Germ. n. 501.

BASILLA, *regina.* Papias et Gloſſarium San-German. n. 501. V. *Baſiliſſa.*

BASILLARDVS, V. *Baſalardus.*

BASINDVCA. Charta Rogerii I. Regis Siciliae apud Vghellum tom. 9. pag. 675. *Licentia et poteſtate recipere aquam libere a fluminе Sleti pro faciendis molendinis baſinducis, et caſale corio, cum tenementis ſuis, etc.* † Legendum forte *Batinducis* vel quid ſimile. V. *Baſtitorium.*

BASINETVM, caſſis in modum *Batini.* V. *Bacinetum.*

BASKETTVM, ab Anglico *Basket*, corbis, calathus, apud Rymerum tom. 11. pag. 453. *Cum bonis, jocalibus, auro, argento monetato et non monetato, bogeis, baſkettis, manticis, fardellis, etc.* V. *Baſcaudae.*

BASMETTVM, apud eumdem Rymer. tom. 5. pag. 384. col. A. vbi de naue capra cum mercimoniis, *triginta paribus platarum, baſmettorum, piſanorum,*

norum, etc. Legendum eſt *Baſinetorum.*

BASOLARDVS, V. *Baſalardus.*

BASSA. (1) Nomen dignitatis apud Turcas notiſſimae, Praefectus vrbis vel prouinciae, noſtris *Bacha*, melius tamen *Baſſa.* Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 302. Et pag. 304. Vide Briot. Hiſt. Imperii Otoman. lib. 1. cap. 4. (2) Ouis pinguis, Vide *Baſſus* 1. (3) BASSA CVRTIS, chors, vel cohors, Gall. *Baſſe-cour.* Acta SS. Aprilis tom 1. pag. 151. V. *Curtis.*

BASSACHA, culcitra ſtraminea, Prouincialibus *Baſſogue*, Gall. *Paillaſſe.* Inſtrum. an. 1342. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Apud cameram capellani lectum vnum de Baſſacha.* V. *Baſſackia.* † BASSAGHIA, in Ch. an. 1500. inter Probat. to. 3. Hiſt. Lothar. p. 331.

BASSALLVS, pro *Vaſallus.* Diploma Ludouici Imp. apud Ignotum Caſinenſem cap. 6. Spicil. Acher. to. 5. In Chronico Piſcarienſi. V. *Vaſſi.*

BASSARE, deprimere. Io. Gerſon. l. 3. de imitat. Chriſti c. 46. V. *Baſſus.*

BASSARIS, *idis*, *a Baſſan, pinguedo, ouis pinguis, et ſunt baſſarides vaccae mulſuriae, uberes; Baſſarides etiam ſacerdotiſſae Bacchi.* Gloſſar. MS. Montis S. Eligii Atrebat. Vide *Baſſus* 1.

BASSATVM, *terrae hiatus*, in Gloſſ. Iſid. Excerpta Pithoei corrupte, *Baſtana*, pro *Baſſatum.* V. *Baſſus.*

BASSE. (1) Kennet. in Gloſſario ad calcem Antiquit. Ambroſden. vocem hanc ſic reddit: *A collar for carthorſes made of flags*, hoc eſt, collare curilium equorum ex gladiolis ſeu xiphiis contextum: potius videtur eſſe genus ephippii vilioris, cui inſident aurigae, quod alii *Baſtam* vel *Baſtum* vocant. Computus Richardi Parentyn Prioris de Burceſter in Antiquit. Ambroſden. pag. 574. *Et in tribus coleris, vno baſſe, cum tribus capiſtris emptis apud Sterisbrugge hoc anno V. ſol. X. den. ob.* Quod in opinionis ſuae confirmationem affert Kennettus, noſtram adſtruit. Puluinus, inquit, e gladiolis, quo in flectendis genibus vtuntur in Eccleſiis appellant *Baſſe.* Quis enim non videat maiorem eſſe puluini cum ephippio, quam cum collari cognationem? (2) BASSE, aduerb. ſubmiſſa voce, in antiquo Ceremoniali B. Mariae Deiparae. † BASSE SEDERE, in infimis gradibus, apud Ant. de Butrio. V. etiam *Altus.*

BASSERE, *deponere.* Gloſſar. MS. Monaſt. S. Andreae Auenionenſis, V. *Baſſus* 1.

BASSETVM a *Baſſus*, vt videtur, humilis menſa. Acta SS. Maii tom. 4. pag. 554. in Proceſſu de vita S. Yvonis: *Et plures alios pauperes, quos ad terram ſedere faciebat, et ſuper vnum baſſetum mappam ponebat ſeu extendebat.* † Gallis olim *Baſſet. Vne petite table appellée Baſſet*, in Ch. Mſ. a. 1399.

BASSIA, latrina. V. *Bacia.*

† BASSIARE, demittere, deponere, in Ch. Mſ. an. 1396. V. *Baſſare.*

† BASSIATOR, *baſſorum* ſeu clitellarum opifex, Gall. *Bastier*, in Ch. Mſ. a. 1469.

BASSIGNETVM, caſſis quae figuram refert *Baſſini*, apud Martene tom. 1. Anecd. p. 1305. V. *Bacinetum.*

BASSILE, peluis, Gall. *Baſſin.* Charta an. 1336. ex Tabular. Epiſc. Maſſil.

BASSILITAS, *κωχύτης.* Vetus Gloſſar. Lat. Graec. i. *Craſſities.* V. *Baſſus* 1.

BASSILLARDVS, pugio, vel ſica. Catholicon: *Baſtelard*, *chenabulum.* Ita recte reponit, pro *clinabulum*, Somnerus ex Iſidoro et Turuebo lib. 19. Adv. cap. 32. Henr. Knyghton. lib. 5. *Arrepto baſillardo, tranſfixit Iack Straw in gutture.* Et mox: *Cum alio baſillardo penetrauit latera eius.* Item pag. 2731. V. *Baſalardus.*

† BASSINA. (1) Peluis, *Baſſinus*, in Inuent. Mſ. a. 1379. (2) Ius percipiendi tantum ſalis, frumenti, aut alius rei, quantum *Baſſino* continetur, i. q. *Bacinagium.* Ch. Mſ. an. 1311.

† BASSINARIVS, BASSINERIVS, qui oblationes fidelium cum *baſſino* corro-

corrogat, iisque administrandis praeest, Germ. Beckenherr. Inuent. an. 1459. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 308. Comput. a. 1399. ibid. p. 149.

† BASSINETVS, cassis, galea, Inuentar. Ms. a. 1379. V. *Bacinetum.*

BASSINVS. (1) Peluis, Gall. *Bassin.* Limborch. Sent. Inquisit. Tolos. pag. 359. Occurrit in Actis SS. Iunii to. 3. pag. LXXV. et apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1523. V. *Bacinus.* (2) † Mensa *Bassinariorum*, seu peluis eorum. Inuent. an. 1459. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 308.

† BASSIS. (1) Peluis, lanx, Gall. *Bassin.* Ch. Ms. a. 1352. (2) Pro *basis*, in Pontific. antiquiss. Ms.

BASSITVDO CORDIS, id est, Pusillanimitas, apud S. Bernardum Serm. 36. *De altitudine et bassitudine cordis.*

BASSIVS, submissiori voce, apud Leibnitium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 570. V. *Bassus.*

BASSVARIA IVMENTA, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. pag. 79. vbi vetus eius Gallicus Interpres, *Jumens à bast*, clitellaria, sagmaria, aliis. V. *Basta.*

† BASSVM. (1) Pro *bastum*, clitella. Ch. Ms. a. 1325. Alia a. 1334. inter Probat. vet. Hist. monast. Trenorch. p. 246. (2) Inferior pars. Ordinat. Ms. S. Petri Aureaeuallis. V. etiam *Altus.*

† BASSVRA, depressio, Ital. *Basso.* Addit. ad Stat. Mutinae p. 48. *Secundum bassuram vel altitudinem morae et signi marmorei.*

BASSVS. (1) Depressus, imus. Ital. *Basso*, Gallis *Bas.* Gloss. Isid. *Bassi*, *crassus. Bassus*, *pinguis*, *obesus.* Papias; *Bassus*, *curtus*, *humilis.* Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 313. *Domus eius erat bassa et humilis.* Gloss. Gr. Lat. Παχὺς, *bassus*, *grossus*, *grassus.* Παχὺς, ὑποκυρτικὸς, *bassulus.* Παχύτης, *bassilitas.* Gloss. Lat. Graec. *Bassus*, ἴγχυλος. Ioan. de Ianua: *Bassan interpretatur pinguedo: vnde bassus, i. non altus, quia pinguedo non finit multum in altum crescere. Vnde Bassare, deponere, et inde haec Bassa, onis pinguis.* Italis *Basso*, Gallis *Bas*, depressus, imus. Statuta Hospitalis S. Iuliani in Additam. ad Matth. Paris. pag. 164. *Solutaribus bassis*, *pro calceamentis vtantur.* Chron. Montis S. Agnetis cap. 1. *Locus bassus complexioni humanae nequaquam conuenit.* Chron. Windes. lib. 2. c. 26. *Ita bassus fuit in se ipso*, *et altus in Deo.* Regiam Maiest. lib. 4. cap. 36. §. 4. *Omnes bassiores in parentela, sunt rustici*, id est, infimi ordinis. *Bassi homines*, iidem, apud Lobinellum to. 2. Hist. Brit. pag. 1623. BASSAE MARCHIAE HOMINES, sic dicuntur homines inferioris ordinis, quod in coetibus publicis in infimis gradibus, quos *marchias* vocabant, considerent. V. *Marchia* 2. BASSVS COLOR, V. *Color.* BASSA HORA, V. *Hora.* † BASSA MANVS, sinistra, *Basse main*, ap. Ioan. de Saintré c. 40. BASSA MENSVRA, V. *Mensura* 1. BASSA IVSTITIA, seu JVRISDICTIO, V. *Altus.* (2) Pro *Vassus.* V. *Vassi.*

BAST, idem quod mox *Basta.* Acta SS. Iunii to. 3. p. LXXXII. In Consuetudinibus et Iuribus MSS. Ecclesiae Audomarensis: *Cartea de bast* 11. *den. Summarius de bast, etc.*

BASTA, BASTVM. (1) Clitellae, Gallis *Bast*, Italis *Basto*, Germ. olim etiam Bast, Saumsattel. Gloss. vetus: *Sarna*, *sella quam vulgus bastum vocat*, *super quo componuntur sarcinae.* Gaufredus in Chronico Vosiensi cap. 3. *Asinum strauit, ea, vt rustice loquar, superposuit bastas, in quarum vna lipsanum Sancti posuit, in alia Gausbertum puerum suum recondidit.* Hic intellige, non clitellas, sed canistra e clitellis pendentia, a Graeco βαστὸς, fustis quo onera portantur: vnde βαστάζειν, pro *ferre* et *portare*, deducit Salmasius. Alii vocem effictam ex βαστωγὴ, de qua mox putant. (2) BASTA, in Vicecomitatu Turennensi *Baste*, in Aruernensi tractu *Buchole*, in Bituricensi *Tine*, in Anicensi *Balaste.* Vas est ligneum circulis et duabus ansis instructum. Hinc *Immeutum deferre dicitur duas bastas vindemiae*, *vini*, *aquae*, *etc.* V. *Banastrum.* (3) † Vallum, seprum,

ptum, Ital. *Baſtia*. Stat. Mant. l. 1. c. 41. V. *Baſtia*.

BASTAGA, onus ipſum, vel oneris transuectio, a *βαστάζειν*, ferre. Heſychius: Βασαγή, Βάρος. Publicola Epiſt. 153. inter Auguſtinos: *In Arzugibus, vt audini, iurantes per daemones ſuos, qui ad deducendas baſtagas pacti fuerint, etc.* Proprie autem vſurpatur pro onere transferendi res publicas aut priuatas Principis, in lib. 11. Cod. Theod. de Cohortalib. *Baſtaga priuata*, id eſt, onus transuehendi res priuatas Principis, erat ſub diſpoſitione Comitis rerum priuatarum: *Praepoſiti baſtagarum*, ſub diſpoſitione Comitis Sacrar. largit. in Notitia Imperii, et in Vita S. Parthenii Epiſcopi Lampſaceni n. 11.

† BASTAGIVM. (1) Oneris transuectio, quae *baſtis* ſeu clitellis fit, Hiſpan. *Baſtage*. Ch. Humberti Dalph. a. 1343. V. *Baſtaxia*. (2) Vectigal ſeu tributum quod pro equo *baſtato*, ſeu clitellato praeſtatur, Gall. olim *Baſtage*. Ch. Yuonis epiſc. Carnot. Mſ. a. 1114.

† BASTAGVM, vt *Baſtagium* 2. in Stat. Peruſ. p. 59.

† BASTAISSVS, baiulus, Ital. *Baſtagio*. Comput. a. 1399. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 149.

BASTANA. V. *Baſſatum*.

† BASTANCIVM, controuerſia, contentio, lis. Ch. Mſ. an. 1227. *Cum quaeſtio et baſtancium eſſet, inter* etc. V. *Beſtancium*.

† BASTANDA, *la conca de ramo*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

BASTANGARII, qui equis aut mulis res Principis aut publicas ad deſtinata loca deducebant, in L. 3. et 11. Cod. Th. de Murilegulis. Breuiloq. *Baſtangarii ſecundum quosdam dicuntur quaſi beſtiae angariae, eo quod ruſticos angariabant ad quintam beſtiam praeſtandam.* Italis *Baſtagio*, eſt baiulus, V. *Baſtaga*.

† BASTARDA, lignum quoddam. Reparat. factae in Seneſcal. Carcaſſ. a. 1435. *Item pro vna pecia vocata Baſtarde*. Quod aliis ſuperaddatur forte ſic dicta, vel quod maiora inter et minora ligna media ſit. *) Forte idem ac Germ. Träger, id eſt, trabs portans ſuperior.

† BASTARDAGIVM, ius domini in bona decedentium *Baſtardorum*. Ch. Mſ. a. 1312. in Bibl. reg. *Cum medietas omnium rerum et bonorum - - dicti Brandon, baſtardi - - ratione ſucceſſionis dicti defuncti, baſtardagii et dominii dicti loci* etc.

† BASTARDELLVS, charta fugitiua, delebilis, Hiſpan. *Baſtardelo*. Stat. ant. Flouent. l. 3. c. 8. *Dictus teſtis dum deponit, non ſcribit in baſtardello, vel ſtraccio foglio, ſed illud ſcribere debeat in dicto libro.*

BASTARDIA. (1) Illegitima natiuitas. Areſta Pentecoſt. a. 1290. *Propter baſtardiam ſibi impoſitam.* Matth. Paris an. 1247. (2) † Vt *Baſtardagium*. Lit. Mſ. Ioann. reg. Franc. a. 1350. *Hereditagia, quae per baſtardiam Godeffredi regis - - - nobis obuenerunt.*

BASTARDVS, nothus, ſpurius, illegitimus. († Gallis olim *Bertaſi*, *Beſtard*.) Vetus Charta in Tabular. Caſaurienſi: *Trado vobis Giſo et Gerardo germanis meis baſtardis quartam portionem de omnibus rebus proprietatis meae.* Adam Bremenſis cap. 168. *Ecce Willelmus, cui pro obliquo ſanguine cognomen eſt baſtardus.* Ipſe Guillelmus Anglorum Rex in Epiſt. ad Alanum Britanniae Comitem: *Ego Willelmus cognomento Baſtardus. Beſtardi* nomine ſignificantur quicunque extra matrimonium naſcuntur ſiue *nothos*, ſiue *ſpurios* dixeris. Quod nomen nihil turpe olim ſonabat; nam ſi Germanos excipias, quibus innatum ſemper fuit, apud Italos, Hiſpanos et Francos vix aliquod diſcrimen erat legitimum inter et *Beſtardum*. Notum eſt quippe *Baſtardos* parentibus ſuis in bonis haereditariis ſucceſſiſſe, non ſecus ac qui in legitimo matrimonio nati: vnde etiam cum de regni ſucceſſione actum eſt, a portione ſua minime excluſi ſunt. Boxhornius a Cambro-Britannicis etymon accerſit, qui vetere etiamnum, vt aſſerit, Gallorum et Britaneorum lingua vruntur: *Baſtard* enim ſpurium et nothum vocant, voce compoſita a *Bas*, non profun-

dus,

dus, depreſſus, et *Turdd*, germinare et pullulare, ſalire, oriri, vt fontes: quaſi dicas, qui non a profunda et antiqua nobilitate ortum deducat, ſed qui nuper enatus eſt et germinauit. Atque inde forte *baſtardos* Galli appellarunt *Fils de bas*, quaſi ex infimae et humilis ſortis fomina genitos, et ex *inferiori contubernio* (vide in *Diſparagare*), cuiusmodi ſunt vt plurimum meretrices et concubinae, in Literis Philippi Ducis Burgundiae an. 1391. De aliis vocis huiusce originibus conſulendi praeterea Cuiacius ad Novell. 18. Iuſtin. Spelmannus, Biſciola tom. 2. Horar. ſubceſiv. c. 9. Beſoldus in Theſauro Practico, Cobarruuias in Theſauro linguae Caſtil. Menagius in Orig. Ital. et Gall. Kilianus, etc. Hinc ABASTARDARE, baſtardum aut illegitimum pronuntiare, apud Labb. to. 2. Bibl. p. 739.

BASTARE. (1) Forte acu pingere, Gall. *Broder*, Hiſpanis *Baſtidor*, *Métier de Brodeur*. Statuta Arelat. MSS. art. 53. *Et ſi dominus voluerit baſtari mantellum, habeat ſartor pro mantello IX. den.* Ibidem: *Si dominus voluerit baſtari facere ſuper totum, habeat ſartor IX. den.* (2) BASTARE, Italis *Baſtare*, *eſſer à baſtanza*, ſufficere, quaſi *bene ſtare*. Vgutio: *Sufficere*, *quod vulgo dicitur baſtare*. Vide Origines Italicas V. Cl. Aegid. Menagii.

† BASTARIVS. Si opificis nomen eſt, vel acupictor, vel baiulus deſignatur, in Act. SS. t. 2. Sept. pag. 450. V. *Baſtare* et *Baſtaſius*.

† BASTASIA, nauiculae apud Dalmatas ſpecies. Lit. pro Piſanis apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hiſt. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 219. BASTASVS, in aliis ibid. p. 226. V. *Baſtaſſiza*.

BASTASIVS, baiulus, a Βαστάζω, porto, baiulo, Italis *Baſtagio*. Hiſt. Dalphin. to. 2. pag. 278. *Item, Aimoneto quae debebat baſtaſiis, qui portauerunt robam Domini ad galeam gr. X.* Ibidem infra: *Item, baſtoſiis qui portauerunt Dalphinos ad galeam gr. X. Item, cuidam baſtaſio, qui portauit ſcrineos, etc.*

BASTASSIZA, nauiculae apud Dalmatas ſpecies. Charta Capituli Scardonen. a. 1284. apud Ioannem Lucium lib. 4. de Regno Dalmatiae cap. 13. *Obligauerunt ſe in perpetuum facere conducere - - de lignis - - quatuor barchas, vulgariter dictas baſtaſſinas*. V. *Baſtaſia*.

BASTASSVS, hoſpes, alienigena. Statuta Arelat. MSS. art. 98. *Et quod tempore vindemiarum non poſſint tabernarii locare barralia baſtaſſis*. Antiqua verſio ex Archiuis Arelat. habet: *Et ne les ponrront* (leurs Barrals) *loüer en temps de vendanges à aulcun eſtranger*.

† BASTATORIVM, in Reg. ſign. *Probus*, i. quod *Baſtitorium*.

BASTATVS, clitellis inſtructus. Acta SS. Maii to. 4. pag. 604. *Equo baſtato poſitus. Salma baſtata*, alibi. V. *Baſta* 1.

† BASTAXARE, portare, baiulare, ab Ital. *Baſtagio*, baiulus. Chron. Taruiſ. apud Murat. t. 19. p. 820. V. *Baſtaſius*.

† BASTAXIA, quidquid equis vel mulis cum *baſto* transuehitur. Pactum a. 1398. t. 1. Cod. Ital. diplom. pag. 1122. V. *Baſtagium* 1.

BASTAXIVS, idem qui *Baſtaſius*, Hiſpanis *Baſtaje*. Gall. *Crocheteur*. Concil. Terracon. an. 1314. apud Marten. tom. 7. Ampliſſ. Collect. *Baſtaxii, mimi, hiſtriones, leuones, carbonerii, furnerii, curſarii, ſeu pirasae niſi forte contra infideles vel ſagiones curiae ſaecularis non exiſtant Clerici*. † De hiſtrione ſeu ludio, Gallis *Bateleur* intelligendum opinatur Carpentarius.

BASTEAGIVM, V. *Baſtagium* 2.

† BASTECANA, *la caneta delle donne*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Baſterna*.

† BASTEIARE, portare: de equo vel mulo maxime dicitur, qui *baſto* onus portat. Stat. a. 1329. inter Probat. tom. 2. Hiſt. Nem. pag. 66. V. *Baſtaxare*.

BASTELIVS, campanae claua ferrea, Gallis *Batail* vel *Battant*, Picardis *Batel*. Hiſt. Abbatiae S. Germani a Pratis pag. CXLVI. col. 2. V. *Batallum*.

† BASTENERIVS, vt *Baſtonerius*, apparitor, quia *baſtonum* ſeu virgam defert. Stat. Mſ. eccl. Tullenſ.

BASTERIVS, *baſtorum* ſeu clitellarum opifex, Ital. *Baſtiere*, Gall. *Baſtier*; in Antiquo catalogo MS. B. M. Deauratae, in quo recenſentur nomina Sodalium Natiuitatis B. Mariae Virginis. † Stat. Montis-reg. p. 275. *Item ſtatutum eſt, quod quilibet baſterius teneatur facere formam baſti aſinorum pro denariis XV.*

BASTERNA, vehiculum tectum, et feminarum; lectica, geſtatoria ſella. Papias MS. *Baſterna, vehiculum itineris mollibus ſtramentis compoſitum, quaſi veſterna:* quibus verbis additur in Gloſſario MS. Montis S. Eligii Atrebat. *quae mollibus veſtibus ſternuntur et a duobus animalibus trahuntur. Ibi nobiles feminae deferuntur.* Seruius ad 8. Aneid. *Pilentaſunt vehicula, ſicut nunc baſternas videmus.* Gloſſ. Iſidori: *Baſterna, tecta manualis.* Infra: *Bortanea*, (leg. *Baſterna*) *tecta manualis.* Vbi emendant viri docti *tecta mannalis*, quae ſcilicet a *mannis* ducitur. Pro *tecta*, Gloſſ. MS. Eccleſiae Pariſ. literis Longobardicis exaratum, Vgutio, et Ioannes de Ianua *theca* habent. Certe a *duobus animalibus deportari* baſternam ſcribit idem Iſidorus l. 20. Orig. cap. 11. Vnde etiam S. Auguſtinus Epiſt. 116. *Baſterna vehi* dixit. Nam lectica veterum ab hominibus geſtabatur: proinde male quidam apud Iſidorum emendarunt, *lectica mannalis*, quaſi manibus deferretur. Sed quod addit idem Iſidorus, appellatam, quaſi *viae ſternam*, nihil prorſus ſonat. Vetus Epigr. lib. 4. Epigrammatum vererum Pithoei pag. 157. baſternam a binis burdonibus deferri pariter teſtatur:

Hanc geminis portat duplici ſub robore burdo:

Omnino etiam tectam, et matronarum propriam fuiſſe ſcribit:

Aurea matronas claudit baſterna pudicas.

Et infra:

Prouiſum eſt caute ne per loca publica pergens
Fucetur viſis caſta marita viris.

Ita Ammianus l. 14. *Matronae complures opertis capitibus et baſternis per latera ciuitatis cuncta diſcurrunt.*

† BASTERNVS, vt *baſterna*, vehiculum tectum. Stat. datiaria Riper. c. 12.

BASTIA, BASTITA, BASTILE, caſtrum, turris, propugnaculum, vulgo, *Baſtie*, *Baſtide*, *Baſtille*, quae poſtrema vox ab antiquis Scriptoribus Gallis pro turribus ligneis, quos in obſidione vrbium exſtruebant, ſumebatur. *Baſtia*, a voce Gallica *bâtir*, bauen. Charta Friderici II. Imp. ann. 1238. *Interdicimus ne - - caſtellum nouum, baſtiam ſine munitionem aliquam facere praeſumat.* Occurrit in Hiſtoria Cortuſiorum l. 6. cap. 2. l. 7. c. 7. 10. 12. l. 9. c. 6. l. 10. c. 11. apud Ioannem Villaneum paſſim, et apud Petrum Gerardum Patauinum l. de Ezelino tyranno, etc. *) Conf. Murat. t. 2. Antiquit. Ital. med. aeui p. 508.

† BASTICIVM, ſilua caedua, cuius pars quotannis caeditur, a vet. Gall. *Bateys*, eodem ſenſu. (German. ein Schlag; a ſchlagen, *battere*, *batuere*, caedere.) Ch. Phil. Pulcri ann. 1301. *Chacia quam habebat in forteſta de Ria et in baſticiis de Villaribus.* V. *Bateicium*.

BASTIDA. (1) Idem ac *Baſtia*. Charta ann. 1204. in Regeſto Carcaſſon. Vide to. 9. Spicilegii Acheriani pag. 248. (2) Praedium ruſticum cum manſione, Maſſilienſibus etiamnum *Baſtide*. Inſtrum. an. 1223. ex cod. MS. D. Brunet fol. 67. recto: *Item ſtatuerunt, quod apud baſtidam Bertrandi de Clareto ſit quaedam via publica.* Rymer. to. 5. pag. 620. *Et omnia deueria et proficua ad nos infra baſtidam de S. Edwardo et parochiam de Baix pertinentia.* Charta an. 1494. ex Archiuis Maſſil. Super duabus baſtidis ac earum juribus et pertinentiis. (3) † Nude pro domus, aedificium, in Ch. Alfonſi comit. Pictav. a. 1256.

† BASTIDARE, *baſtidas* exſtruere, aedificare. Ch. Mſ. an. 1269. V. *Baſtire*.

† BASTP

† BASTIDENS, *baſtidae* ſeu caſtri incola. Pariag. Mſ. an. 1328.

† BASTIGIA, vt *Baſtia*, ap. Murat. t. 20. p. 112.

† BASTILDIA. (1) Idem. Ludewig. t. 11. Reliq. Mſ. p. 25. (2) Cymba, nauicula, Gall. *Bateau*. Ludewig. l. c. p. 27.

BASTILE, BASTILLAE, idem ac *Baſtia*. Henr. de Knygthon lib. 5. Vtitur pluries pag. 2677. Iohannis Iperii contin. Chron. apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 622. *Cuius in tempore baſtilla, ad Anglicos in Valeſia expugnandos, etc.* Roberto Goulet, *Baſtilla*, in Compendio iurium et conſuetud. Vniuerſitat. Pariſ. fol. 13.

† BASTILLVS, turris, propugnaculum, munitio, idem ac *Baſtia*. Elmham in vita Henr. V, apud Hearn. c. 59. p. 160.

BASTIMENTVM, ex Gallico *Baſtiment*. (1) Aedificium. Tabularium Briuatenſe ch. 409. *Vt mittam in baſtimentum ipſius manſionis centum ſol.* Chartular. Aurel. fol. 48. verſo: *Luco dedit Deo et S. Iohanni de Aurel. pro anima ſua terram illam in qua baſtimentum eſt quod aedificauit Geraldus.* Alia ann. 1223. ex Tabul. S. Victoris Maſſil. *Nec fieri permittat aliquam munitionem vel baſtimentum in inſula S. Geneſii.* (2) † Propugnaculum, caſtrum, in Ch. an. 1225. *Aliquam munitionem vel baſtimentum. Dare ad medium baſtimentum* in Ch. Mſ. an. 1325. dicitur, cum locus aedificationi aptus ad medietatem impenſarum et redituum conceditur.

BASTINIACVM, V. *Baſtonicum*.

BASTINVM, ſeruitutis genus, ſ. cum quis equos *baſtis* ſeu ſellis inſtructos praebere domino tenetur. Charta S. Ludouici ann. 1267. inter Priuilegia Ord. S. Iohannis Ieroſ. pag. 32. *Sint liberi et quieti, de exercitu et equitatu - - - de baſtinis equorum, et de omnibus venationibus, etc.*

† BASTIONARIVS, apparitor, virgarius, *Bedellus*. Stat. eccleſ. colleg. S. Dion. Leod. a. 1330. t. 2. Monum. ſacr. antiq. pag. 446. BASTONARIVS, in Suppl. ad Miraeum. p. 624. V. *Baſtonerius*.

† BASTIONVS, propugnaculum, Ital. *Baſtione*, Gall. *Baſtion*. Murat. t. 20. p. 893. 895.

BASTIRE, aedificare, proprie *baſtias*, ſeu *baſtitas* exſtruere, Gallis, *baſtir*. Epitaph. Ioann. Archiep. Viennenſ. ann. 1265. apud Ioannem a Boſco in Vienna: *Qui caſtrum baſtide baſtiuit*. Inſtrum. tomi 2. nouae Gall. Chriſt. col. 433. *Pro eo quod baſtidam de Grandi Caſtro in feudo eccleſiae Agennenſis conſtrui fecerat et baſtiri.* Hiſt. Dalphin. tom. 1. pag. 130. col. 2. V. *Baſtia*.

BASTITA, Florentinis *Baſtita*, idem ac *Baſtia*. Chronicon Guill. de Podiolaurentii cap. 34. *In tranſitu ceperunt baſtitam Deodati Alamanni, et munitionem quae ibi erat.* Charta Bonifacii PP. IX. ann. 1396. apud V. Cl. Fontaninum in Antiquit. Hortae pag. 434. Occurrit in Hiſt. Obſid. Iadrenſ. lib. 1. c. 24. apud Ioann. Villaneum lib. 5. c. 2. lib. 6. c. 4. Raphanum de Careſinis in Chronico Veneto pag. 243. MS. Reg. etc. V. *Baſtia*.

BASTITORIVM, molendinum, in quo quernei cortices conteruntur, etc. Germ. Lohmühle. Hiſt. Dalphin. tom. 1. pag. 98. col. 2. in Charta ann. 1309. V. *Batatorium* et *Baſtorium*.

† BASTITVM, idem, in Ch. Mſ. a. 1352.

† BASTIVS, monetae Alemannicae ſpecies, procul dubio pro *Batuins*. Cencius de Cenſib. eccl. Rom. pag. 244. *Ad annuam penſionem ſoluendam per 40. florenos, 15. baſtiorum*. V. *Batzio*.

† BASTO, baculus, fuſtis, Gall. *baton*. Vox generica, qua quoduis armorum genus ſignificatur. Ch. an. 1070. in Append. ad Marc. Hiſpan. p. 1159. *Qui nunquam feciſſet bataliam iuratam cum ſcuto et baſtone*. Acta SS. t. 2. Sept. pag. 450. *Cum quodam baſtone ſeu baculo ligneo*. V. *Baſtonus*.

† BASTONAGIVM. Reg. 24. ſeu Terrear. Caſtell. d' Ibois ex Bibl. reg. *Item vnam cappam et dimidiam*

frumenti cum baſtonagio pro quodam prato. An de menſura quae *baſtone* ſeu baculo aequatur? An de ſeruitio, quod equo vel mulo clitellis in ſtructo redditur?

† BASTONAGO, piſcis genus. V. *Paſtinaca.*

BASTONARIVS, V. *Baſtionarius.*

† BASTONATA, vox Ital. Gall. *Baſtonnade*, fuſtuarium. Theodor. de Niem. l. 3. de Schiſm. c. 49. *Cum vnus eorum renouaret baſtonatas ſen ictus ſuper eum.*

BASTONERIVS, Ραβδοφόρος, apparitor, *bedellus*, Italis *Baſtonniere*, virgifer. Petrus II. Rex Aragonum in Charta MS. confirmationis Libertatum et Conſuetudinum Catalaniae: *Ordinamus quod vicarii, procuratores, aut officiales quicunque, ſagiones, aut baſtonerii noſtri, non intrent amodo ciuitates, etc.* V. *Baſtionarius.*

BASTONICVM, arctiſſima cuſtodia. Capitulare Engilenheimenſe cap. 1. Capitula Caroli M. l. 6. c. 96. et Caroli Calui tit. 20. 27. 29. *A Comite adducatur, vt in baſtonicum retruſus, vſquedum nobis placuerit, poenas luat.* Regino l. 2. de Eccleſiaſt. diſciplinis c. 274. citans hoc caput, habet *baſtiniaco.* A Gallico *Baſton* dictum putat Spelmannus, forte quod cuſtodes carcerum baculis inſignes eſſent, tum ad muneris indicium, tum ad coërcendos incarceratos. Sic miniſtri Fleraе antiqui apud Anglos carceris, pictis hodie dignoſcuntur baculis, a quibus et ipſimet *Baſtons* nuncupati ſunt. † De *Baſtonia* vulgo *Baſtoigne*, in ſaltu Arduennae ſita, aut quod arctiſſima hoc aeuo eſſet cuſtodia, quosuis carceres ab ea ſic nuncupatos fuiſſe, credit Carpentarius. Collect. Hiſt. Franc. t. 5. p. 434. *Apud Baſtoniam villam quae eſt ſita in ſaltu Arduennae, cuſtodiae carcerali eſt mancipatus.*

BASTONVS, baculus, fuſtis, Gall. *Bâton.* Chron. Parmenſe ad an. 1242. apud Murator. tom. 9. col. 768.

† BASTORIA, baculi genus, claua. Lit. remiſſ. ann. 1411. in Bibl. reg. *Cum magno baculo groſſo in capite et longo vulgariter dicto baſtoria.*

BASTVM. (1) Clitellae, ſagma, Gall. *Baſt.* Vetus Lexicon a Salmaſio laudatum: *Sagma, ſella; quam vulgus baſtum vocat, ſuper quo componuntur ſarcinae; clitellas alii vocant.* Vocem effictam putat idem Salmaſius ex ἀναβατὸς, fuſtis aut pertica qua onera portabantur. Charta a. 1294. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Quaedam ſagma vendita cum baſto ſuo et ornamentis.* Hiſt. Dalphin. tom. 1. pag. 78. *Cum aſino ſuo, baſto et barralibus.* Pag. 52. col. 2. V. *Baſta* et *Baſtura.* BASTVS, eadem ſignificatione. Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 176. col. 2. (2) Pro *Vaſtum*, depopulatio, vaſtatio. Charta Henrici II. Regis Angliae et Normanniae Ducis circiter ann. 1155. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. pag. 11. *Et ſi nos dederimus alicui cuſtodiam alicuius terrae, et ille inde deſtructionem fecerit, vel baſtum, amittat cuſtodiam.* Ibidem non ſemel occurrit. V. *Vaſtum.*

BASTVRA, *baſtum*, ſeu quantum iumentum *baſtatum* portare poteſt. *Baſturae Aſinorum*, in Ch. ann. 1166. in Hiſt. Perticenſi p. 195.

BASTVS, ſufficiens. Ch. Hiſp. aerae 1153. apud Yepez. in Chron. Ord. S. Bened. t. 4. p. 437. V. *Baſtare* 2. Alia notione V. in *Baſtum* 1.

BASVM, *porrum.* Gloſſar. Iſid. in *Porrum:* vbi Graeuius recte monet legendum eſſe, *Porrum, Praſum*, πράσον. V. *Batum.*

BASVRRARE, forte mendum pro *ſubarrare*, arrabone vxorem ſibi deſpondere, in Spicil. Acher. tom. 7. p. 248. *Ipſa domina Catharina permittendo ſe ſponte matrimonialis conſenſus et veri matrimonii baſarrari.*

BATA. (1) Menſurae ſpecies, V. *Batus.* (2) † Litt. remiſſ. ann. 1342. in Bibl. reg. *Cum dudum Yſarnis - - fuiſſet accuſatus de et ſuper omicidio perpetrato in perſonam Guillelmi Raymondi, bata et receptatione inimicorum dicti domini noſtri regis, etc.* Quod de rerum neceſſariarum ſuppeditatione, vel nocentium occultatione intelligi poſſe videtur, Hiſp. *Bata* veſtis cubicularis.

BATA-

† BATAFALVYA, Hiſp. *Batafalua*, vel *Batafaluya*, aniſum, vox Arabicae originis. Areſt. a. 1330. *Vnuu pontem de Batafaluya, alias vocatum Anys.*

† BATAGLIOLA, diminut. ab Ital. *Bataglia*, pugna. Stat. Taurin. an. 1360. c. 228. BATAGLOLA in Stat. Auellae c. 154. V. *Battaliola.*

† BATAGLORIA, eodem vt videtur ſenſu, *haſtiludium, torneamentum.* Stat. Montisreg. p. 199. *Quod aliqua perſona non audeat vel praeſumat ire ad aliquam bataglorium, ſeu pagliorios in toto fine et poſſe ciuitatis Montisregalis.*

BATAILLIAE, munimenta vrbium aut caſtrorum, ad quae *Batailliae* ſeu praelia fieri ſolent, cum portarum repagula perrumpere hoſtes conantur; Gallis vulgo *Bailles.* Charta Hugonis D. Burgund. an. 1154. apud Perard. et in Regeſto Feodor. Burgund. V. part. fol. 93. *Muro quoque permiſſi idem caſtrum cludi, cuius altitudo a ripa interiori ſit vnius lanceae, absque batailliis, et muro antepectorali, ita quod non liceat vlterius extendi.*

BATAILLIATVS, munitus. Ludewig. Reliq. MSS. tom. 7. pag. 230. ex codice Legum Norman. cap. 32.

BATALA, V. *Batalia.*

BATALARE ARMA, *arma tractare*, Senecae: *Arma mouere*, Manilio, et in veteri Epigrammate: *Manier les armes.* Lex Bajwar. tit. 2. cap. 10. *Dum poteſt - - equum viriliter aſcendere, arma ſua velociter batalare.* Tit. 3. c. 14. *Mancus digitus impedimentum eſt ad arma batalare.* Galli *Batailler*, Itali *Bataglare* dicunt, armis congredi, arma viriliter ſtringere, vibrare. Vide Salmaſium ad Spartianum pag. 58.

BATALARIA. Vetus Interpres Iuuenalis in Satyra 7.

Stlataria purpura: Illecebroſa. Ennius:
Et melior nauis, quam quae ſtlataria portat;

Id eſt, multiſonalis, quae vulgo dicitur batalaria. Eſt igitur *Batalaria*, nauis, quae remis ſuis mare tundit, etiam cum ſonitu; ſed an inde formata vox *Batel*, ſeu *Batellus*, pro naucula, non auſim affirmare.

BATALEA. (1) Idem quod mox *Batalia.* Regimina Paduae ad an. 1315. apud Murator. tom. 8. col. 429. (2) † Munimentum, repagulum. Annal. Eſtenſ. ap. Murat. tom. 18. p. 936. V. *Batailliae.*

BATALIA. (1) Pugna, praelium; Italis, *Bataglia*, Gall. *Bataille.* Senator lib. de Orthograph. cap. 5. *Bas, in vno tantum repperi nomine generis neutri, pluraliter enuntiatio, id eſt, Battualia, quae vulgo Batalia dicuntur, quae B. mutam habere cognoscimus. Exercitationes autem militum vel gladiatorum ſignificant.* Additio 1. ad Legem Burgund. tit. 5. §. 2. Helmodus lib. 1. Chronic. Slauor. cap. 93. Vide Foros Aragon. lib. 4. tit. de Probationib. BATTALIA, eadem notione. Oberti Cancellarii Annal. Genuenſ. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 304. (2) BATALIA, BATALA, duellum, iudicium duelli, Gallis *Bataille.* Charta Ludouici Comitis Sacricaeſaris an. 1219. ex Tabul. S. Satyri: *Et permitto batalias omnes quas Grammatici duella vocant, etc.* Libertates Regni Maioric. correctae per Iac. Reg. Aragon. an. 1248. *Pro aliquo crimine, vel delicto, vel demanda, non faciatis nobiscum vel cum baiulo aut curia ciuitatis, nec inter vos ipſos batalam per ferrum calidum, per hominem, nec per aquam, vel aliam vllam rem.* Tabularium Leuitanum apud Marcam lib. 9. Hiſtoriae Beneharn. cap. 2. Charta Roberti Abbatis de Burton, tom. 2. Monaſt. Angl. p. 870. BATALLIA, eadem notione. Locus eſt in *Bauſia.* BATALLVM, eadem ſignificatione. Annal. Benedict. tom. 3. p. 478. (3) BATALIA, ſuperius nauis tabulatum. Acta SS. Iunii pag. 468. A. de S. Raynerio: *Sicque fluctus mittebatur deſuper in aquam, vt vsque ad genua marinus fluctus eſſet in ſolario, quod batalia dicitur.*

† BATALIARE, oppugnare, Gall. *attaquer.* Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. c. 42. *Oppidum bataliare.*

† BATALLA, praelium vel duellum, in Ch. a. 1059. inter Probat. t. 1. Hiſt. Occit. p. 231. V. *Batalia.*

BATALLATVS, V. *Batailliatus.*

† BATALLERIVS, *batalliarum* ſeu munitionum exſtructor. Sentent. vicecomit. Carcaſſ. a. 1550. V. *Batailliae.*

‡ BATALLIA. (1) Praelium, duellum, V. *Batalia.* (2) † Iudicium et emolumentum duelli. Ch. a 1050. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. pag. 216. *Excepto ipſas batallias juratas.* Ludew. t. 11 Reliq. p. 117. (3) Munimentum, in Sentent. vicecomit. Carcaſſ. a. 1080. V. *Batailliae.*

BATALLVM, BATALLIVM. (1) Tudicula, ropalum cymbali, campanae, ex Gall. *Batail, Batant*; Italis *Bataglio*, vel *Batacchio*: ſic dictum, quod aes verberet. Chronicon Valciodorenſe: *Abſcenditis omnium campanarum batallis.* Vetus Charta apud Gueſnaium in Annalib. Maſſilienſib. an. 1266. n. 41. Statuta Synodi Biterrenſ. an. 1369. apud Marten. to. 4. Anecdot. col. 660. (2) Alia notione V. *Batalia* 2.

BATANDERIVM, V. *Batatorium.*

BATANDVS, officina vel molendinum, vbi cortices tunduntur, et in puluerem rediguntur, Germ Lohmühle. Charta a. 1178. inter Inſtr. to. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 21. V. *Batatorium.*

† BATANNVM, molendinum vbi panni tunduntur, i. q. *Batatorium*, Hiſp. et Gall. *Batan.* Pariag. Mſ. a. 1328. Ch. Mſ. a. 1385.

† BATARE, a Gall. *Battre*, percutere, verberare. Inſtr. a. 1470. inter Probat. Hiſt. Lugdun. p. 12. V. *Battere.*

BATARIVM, idem quod mox *Batatorium.* Bulla Alexandri Papae e Chartulario Monaſterii S. Quintini in Inſula p. 106.

† BATATOR, a Gall. *Batteur*, qui frumentum flagello excutit, in Ch. Mſ. a. 1199. V. *Batitor.*

BATATORIVM, BAPTITORIVM, BATANDERIVM, BAPTALERIVM, voces vnius eiusdemque originis et notionis; Battuarium, *Batan de Panos*, Hiſpanis, vbi panni tunduntur, Germ. Walkmühle. Charta Hugonis Comitis Trecenſis an. 1101. apud Chifletium in S. Bernardi genere aſſerto. BAPTITORIVM. Libertates laſſeronis oppidi in Breſſia apud Guichenonum. BATITORIVM, BATTITORIVM, in Charta Amedei Comitis Sabaudiae an. 1360. apud Guichenonum in Epiſcopis Bellicenſ. pag. 57. et in Hiſtor. Dalphin. tom. 1. pag. 94. et 195. BATTORIVM. Tabularium Eccleſiae Gratianopolitanae ſub Hugone Epiſcopo fol. 50. BATENTORIVM, BATENTERIVM. Tabularium Eccleſiae Viennenſis fol. 72. Tabularium Prioratus de Domina Ord. Cluniac. in Delphinatu. BANTENTERIVM. Fol. 45. *Boſo Walterius dedit nobis dimidium batenserium, quem tenet Andreas Raynaldus, vnde debet 1. agnum de 7. denar. in Paſcha.* Ex quibus videtur hic *Batenterium* ſumi pro loco in flumine vbi cannabis tunditur et maceratur. V. *Aroagium.* BATHEDORIVM. Tabularium Monaſterii S. Andreae Viennenſis. BATTORIVM, BATTITORIVM. Charta Edw. III. Reg. Angl. to. 2. Monaſtici Anglic. pag. 532. Vbi pro *Buttorio* et *Butitorio* videtur legendum *battorio* (Battoir) *et batitorii.* BATANDERIVM. Fundatio Abbatiae Pinarolenſis an. 1064. in Probat. Hiſtor. Sabaud. BAPTALERIVM Charta alia pro eadem Abbat. Pinarolenſi an. 1078.

BATEICIVM, idem quod *Baſticium*, quod vide. Charta Galchérii Comitis S. Pauli a. 1289. apud Ducheſn. Hiſtor. Caſtilion p. 36. *Conceſſi etiam eidem Capellano et ſucceſſoribus eius vſuarium ſuum in bateicio de Brogny - - quandiu manſerint apud Brogny.*

† BATELAGIVM, quod pro batello ſeu naue ſoluitur. Areſt. an. 1401. in vol. 9. Areſt. Parlam. V. *Batillagium.*

BATELLA, cymba, ap. Fletam l. 1. c. 25. et alibi. V. *Batus*, et *Baſellus.*

BATELLARIVS, nauicularius, Gallis *Batelier.* Edictum Philippi Pulcri a. 1309. to. 2 Ordinat. Reg. Franc. p. 159. *Mercaturas quas dicti mercatores*

eatores tradent et liberabunt per compotum batellariis alleiandо naues. Rymer. to. 5. p. 693. col. 6.

BATELLVS. (1) Cymba, minor *batus*, Ital. *Batello*. Godefrid. Mon. S. Pantaleon. a. 1218. Matth. Paris a. 1245. et paſſim alibi. V. *Batus*. (2) Claua campanae. Tabularium S. Bartholomaei Bethun. fol. XIII. (3) † *Batelli* ductor, nauicularius Gall. *Batelier*, in Ch. Henr. regis Angl. Mſ.

† BATEMIS, idem quod *Batatorium*, Walkmühle. Ch. Mſ. a. 1385. *Batannum pannorum sine batemis.*

† BATENDERIVS, locus vbi cannabis tunditur et maceratur. Stat. Montis reg. p. 272. V. *Battanderius* et *Batatorium*.

BATENERIVS, Gall. *Batonier*, *Bedeau*. Apparitor, virgifer. Statuta Capituli Tullenſis an. 1497. c. 9. de Capitulis: *Et in oſtio debet ſemper adeſſe batenerius ordinatus ad chorum.*

BATENTEARIVM, officina terendae cannabi. Charrular. S. Petri de Domina fol. 131. V. *Batentorium* et *Batatorium*.

BATENTERIVM, BATENTORIVM, V. in *Batatorium*.

BATERA, *genus paterae*, *a Batus dictae*. Ioan. de Ianua.

BATERE, pro *Batuere*, Gall. *Battre*, tundere, verberare. Leges Rotharis apud Murator. tom. I. part. 2. pag. 45. V. *Battere*.

BATERIA, † vox generica vt videtur, qua vaſa coquinaria ex cupro ferroue fabrefacta, quae *Batterie de cuiſine* dicunt Galli, ſignificantur. Ars tundendi pannos, terendi cortices et alia ſimilia faciendi, quae in *Batatoriis* perſiguntur. Rymer. to. II. pag. 729. col. B. *In dicto oppido de Middelburg commorantes et habitantes ſine mechanico officio bateriae vulgariter appellato inſudent, ſine aliis artibus viuendi et negotiationibus intendant quibuscunque.*

BATEVDVS, V. *Battutus*.

† BATGIVM, idem videtur ac *Baſticium*, ſilua caedua, vel ager dumis conſitus. Inuent. Mſ. a. 1476. *Poſſeſſiones - - cum ſuis paſcuis et batgiorum, et aliis heremis.* V. *Baugium* 2.

BATH, menſurae ſpecies, V. *Batus*, *Batta*.

BATHA, Anglis *Bath*, balneum. Locus eſt in *Trencatum*.

*) BATHALIA, idem ac *Batalia*, pugna, apud Helmold. in Hiſt. Slauor. l. I. c. 92.

BATHEDORIVM, V. *Batatorium*.

† BATHEFREDVM, idem ac *Belfredus*, apud Murat. t. 12. p. 1001.

BATHINODIVM. Acta S. Foranani Abbatis Walciodorenſis num. 21. et Chronicon Walciodorenſe MS. *Conſtituit praeterea quatenus ex his duabus partibus et poteſtatibus quaſi gens vna et populus vnus, ſibi inuicem familiae haererent, et ſine exactione contraria, et bathinodii quaeſtu, Florinenſis homo ex Walciodorenſi poteſtate mulierem ſumens, legitime ſic vt ſibi parem ducat: ſicut verſa vice ſimiliter Valciodorenſis de Florinenſi poteſtate mulierem ſumendo, faciet.* Vbi Papebrochius exiſtimat *Bathinodium* dictum eſſe quaſi *Bednood*, id eſt, *lecti neceſſitas*, ita vt jus illud fuerit quod praediorum domini in adſcriptitios ſuos *primae noctis* habent, de quo pluribus agit Cangius in voce *Marcheta*. *) Shilterus in Gloſſario v. *Batin*, per *Bathinodium* intelligit precariam, exactionem neceſſariam, Germ. Nothbeethe, Bethfrohne, a verbo gebieten, mandare.

BATHIOCA, BATHOICA, V. in *Bacca*.

BATHVS, V. *Batus*, *Batta*.

† BATICIVM, a vet. Gall. *Bateys*, jurisdictio, diſtrictus; an quod baculus ſeu virga jurisdictionis ſit inſigne? Ch. pro monaſt. Fuſniac. ſaec. 12. *Quia ipſa terra eorum baticium eſt.* Alia a. 1188. Mſ. *Quod baticia de Erlums et de Dormicort propria ſunt S. Vincentii.* Niſi hic idem ſit ac *Baſticium*.

† BATICIVS. VILLA BATICIA, *ville Bateice*, in Lit. a. 1325. quae jure communiae non potitur, vt definit Belloman Mſ. c. 4. art. 35. atque adeo quae ſuis legibus non regitur ſed ſub alterius dominio et poteſtate

teſtate eſt, in quo *villae legis* opponitur. Ch. a. 1240. in Supplem. ad Miraeum p. 404.

BATIFOLIVM. (1) Propugnaculi ſpecies, Italis *Batifolle*, Gallis *Baſtion*, ſeu, vt quibusdam placet, turris illa lignea, quam *Berfredum* vocabant. Albertinus Muſſatus lib. 5. de Geſtis Italicor. poſt Henricum VII. Rubr. 4. *Ad propugnaculum, quod Tuſci batifolem vocant, ſe conferentes, etc.* Hiſt. Obſid. Iadrenſis an. 1345. lib. 2. cap. 16. *Ipſoque die quoddam batifollum cum monos* (id eſt, vna) *machina vltra portum, vbi primitus extitit ſticatum, reaedificauerunt.* Vtitur paſſim Ioan. Villaneus lib. 3. cap. 1. 2. lib. 6. cap. 4. et alibi. BACIFOLLVM, ſeu BATIFOLLVM. Tabularium S. Flori in Auern. *Medietatem molendinorum, bacifollorum, graneriarum, pratorum, alueorum, etc.* Vbi *bacifollum* forte vſurpatur pro molendino ventario, cuius aedificium in modum turris ſeu berfredi extructum eſt. Vide Octav. Ferrar. in Baſtone. BATIFOL, apud Baluzium to. 2. Hiſt. Auern. pag. 134. in Charta a. 1284. (2) † Idem ac *Bastuarium*, vbi panni, vel quernei cortices, aliaue id genus tunduntur, idem ac *Batatorium*. Pariag. a. 1316.

† BATIFREDVM, BATTIFREDVM, propugnaculum, idem quod *Belfredus*, Italis *Battifredo*. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 701. BATTIFREDVM, apud eund. t. 12. p. 1016.

BATILARDVS, gladii ſeu cultelli ſpecies, idem qui ſupra *Baſſillardus* pugio, apud Rymer. to. 7. pag. 242. V. *Baſalardus*.

† BATILICIVM. Pactum inter Bonon. et Ferrar. a. 1193. apud Murat. t. 2. Antiquit. Ital. med. aeui p. 894. *Scilices de omnibus drappis de batilicio, de lume oucarina* etc. Vbi in Cod. Bonon. monente editore legitur *de bombacio*, quod magis placet. V. *Bombax* 1.

BATILLAGIVM, naulum, pretium pro nauali vectura ſolutum, Gall. *Le fret*, apud Rymer. tom. 9. pag. 542.

BATILLVS. (1) Idem quod *Batallum*. Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſis cap. 98. Vita B. Roberti I. Abbatis Caſae-Dei lib. 2. cap. 16. (2) † BATILLVS MOLENDINI, *Gallice Batel, vnde deſcendit farina in alueum*, in Gloſſar. Cod. reg. 7679. Gloſſar. Lat. Gall. a. 1348. ex Cod. 4120. *Batillus, Gall. Batons.*

BATIMENTVM, V. *Battimentum*.

BATINVS, *ruſticus*, Vgutioni. *Batinius* habent Gloſſae Iſid. Papias, *Bacunus*.

BATIOCA, *pater* (l. patera) *argenti ad ſacrificandum*. Vetus Gloſſar. MS. San-German. n. 501. Papias MS. Bitur. *Batioca, Patena* (Patera) *argenti ad ſacrificandum, liquidis apta*. Vide mox *Batiola* et ſupra, *Bathoica* in *Bacca* 2.

BATIOLA, VATIOLA, diminutiuum a *Batus* vel *Bata*, aut *Batta*, vaſculum, poculum. Gloſſ. vetus: *Batiola, ποτήριον*. Gloſſae aliae Graec. Lat. *ποτήριον Φιλοσοφίας, vatiola*. Plautus Colace: *Batiolam octo pondo habebat, accipere voluit*. Gregorius Mag. lib. 1. Epiſt. 42. *Cui etiam batiolam patris ſui reſtitui voluimus*. V. *Batus* et *Bacca* 2.

BATIOTICA, V. *Bacca* 2.

BATIS, *ξαν θός*. Vetus Gloſſar. Lat. Gr. i. *ſtanus*. Iſidoro: *Batis* eſt *nomen ſerpentis*. Plinius l. 32. cap. vlt. refert inter piſces. *Bates* Graecis dicitur et Latinis, inquit Graeuius ad Gloſſar. Iſid. vbi idem ſcriptor ſubdit ex Gloſſario: *Βατὶς ἰχθύς, Raia*. V. *Batus*.

BATISCHA. Annales Rerum Piſanarum an. 1156. *Circuierunt vndique ciuitatem caſtellis, et turribus ligneis, batiſchis, pro timore Friderici Regis Romani venientis*. Vbi legendum videtur *bretiſchis, vel breteſchiis*. V. *Bretachiae*.

† BATISMAL, torcular, *preſſorium*. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. *Batiſmal, preſoer*.

BATISSAMENTA, aedificia, Gall. *Batimens* Litterae Guillelmi Carelli pro ſubſidio Terrae ſanctae an. 1223.

1223. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1177. B.

† BATISSICARE, bene agere. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. *Batiſſicare, faire bien.*

BATISTERIVM, BATIZARE, pro *Baptiſterium* et *Baptizare*. Chron. Parmenſe ad an. 1216. apud Murator. to. 9. col. 764.

† BATISTORIVM, molendinum ſeu *baſtuarium*, vbi panni vel quernei cortices, aliaue id genus tunduntur, idem quod *batatorium*. Ch. Henr. Dalph. a. 1322. Mſ. V. *Baſtitorium.*

BATITOR. BATITORES CLERICORVM, ita ſe nuncupabant quidam facinoroſi homines, qui Clericos cum obuios haberent, verberabant. Arreſtum contra Archiep. Lugdun. an. 1333. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. inter Notas pag. 103. *Quod cum pridem ex parte defuncti Petri tunc Archiep. Lugdunenſis requiſitus fuiſſet, quod cum in ſuo Comitatu, ſive terra, quidam publici malefactores habitarent, nullas tamen perſonas eidem nominando, qui Batitores et Correctores Cappellanorum et Clericorum literarum Curiae Eccleſiae Lugdunenſis portitorum, ſe faciebant nuncupari, qui etiam per mercatos, villas et itinera publica Comitatus praedicti, armati publice incedentes, dictos Clericos, Capellanos, ac etiam portitores Eccleſiaſticarum literarum inhumaniter verberabant.* † BATITOR, qui frumenta flagello excutit, ein Dreſcher, in Ch. Mſ. an. 1170. *Triturator* dicitur in alia a. 1212. V. *Battere.*

BATITORIVM, V. *Batitorium.*

BATITVRA. (1) Tritura. Inſtrum. an. 1292. *Super batituris et ſecaturis eorumdem bladorum.* Ibidem: *pro ſegaturis et batituris dicti bladi.* (2) Verberatio, percuſſio. V. in *Battere.*

BATIZARE, V. *Batiſterium.*

BATLINIA. (*) Panni lintei lectorum, Germ. Bettlaken, a Germ. Bett, lectum et Linnen, German. interior pannus linteus.) Capitulare de Villis cap. 42. *Vnaquaeque villa intra Cameram lectaria, culcitas, pinnatias, batlinias, drappos, - - habeat.* Etiamnum Leuouices *Balinget* vocant, quod Franci *Couches*, ſeu faſcias lineas quibus inuoluuntur infantes: proinde in hac voce, literae *ja*, conſonantem efficiunt. V. *Balinia.*

BATON, praeſtationis conſuetae ſpecies. V. *Cosdupna.*

† BATONNVS, baculus, fuſtis, Gall. *Baton*, in Lit. remiſſ. a. 1364. V. *Baſto.*

† BATORIVM, idem ac *Batiſtorium*, in Ch. Dalph. a. 1315. V. *Batatorium.*

BATRACHVS, rana, a Graeco Βάτραχος. Acta SS. Aprilis to. 3. pag. 216.

BATRESCHAE, V. *Bretachiae.*

† BATRIX, *vne meſure*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. V. *Batus.*

BATSVEINS, in Domesdei, *Nautae*: ſed proprie qui in ſcaphulis et minoribus nauigiis operam nauant, remigantes potius quam velificantes: vt ſic dignoſcantur a *Buſcarlis*, qui grandioribus inſeruiunt; a *Bath*, cymba, ſcapha, et *ſuant*, operarius. Spelmannus.

BATTA, V. *Batus* 1. et 3.

† BATTAIA, praelium, pugna, acies. Murat. t. 19. p. 761. V. *Batalia.*

BATTALIA, V. ibidem.

† BATTALIERAE, munimenta vrbium aut caſtrorum, idem ac *Bataillae*. Ch. a. 1393. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 379.

† BATTALIOLA, Ital. *Battagliuola*, diminut. a *Battaglia*, maxime verò dicitur de ſimulata pugna. Murat. t. 11. Script. p. 22. V. *Batagliola.*

† BATTANDERIVS, locus vbi cannabis tunditur et maceratur, idem quod *Batenderius*. Statut. ciuit. Saluciar. collat. 5. c. 138. Pro *baſtuario* ſeu molendino occurrit ibidem c. 139. V. *Batatorium.*

† BATTARE, BATTIRE, triturare, flagello excutere, Ital. *Battere*, Gall. *Battre*, Germ. Dreſchen. Gloſſae Caeſar. Heiſterbac. in Reg. Prum. apud Hontheim. t. 1. Hiſt. Treuir. p. 696. *Vadit ad ſtaram dominicam, et battit de auena modios X. - - Debet tres dies in ebdomada poſt meridiem in ſtaram dominicam battere.*

BATTATVM, V. *Batus* 3.

BATTENTES. Sic appellati ſunt homines cuiusdam *Societatis S. Antonii de Monteciano*, quod frequenter ſe flagellarent. Vide Acta SS. Aprilis to. 3. pag. 835. vbi praeter caetera docetur, huius Sodalitatis inſtitutionem ad initia ſaeculi XIV. eſſe referendam.

BATTERE. (1) Verberare, plagas inferre, Germ. ol. Batten, Gallis *Battre*, ex Latino *Battuere*. Pactus legis Salicae tit. 38. §. 4. *Si quis ſeruum alienum battiderit*. Edit. Pithoeana habet *flagellauerit*. Lex Longob. l. 1. tit. 6. §. 1. *Si - - turpiter eum tenuerit aut battiderit*. Tit. 8. §. 24. *Si battiderit, aut percuſſerit, pro vna ferita, etc.* Occurrit praeterea §. 29. et 30. 31. tit. 9. §. 16. 26. tit. 16. §. 4. tit. 25. §. 47. l. 2. tit. 11. §. 4. *Linum battere*, in Capit. Carol. M. l. 1. cap. 81. et in Capit. Rudolphi Bituricenſis Archiep. c. 26. *Battere in ſturia*, Gall. *Battre en grange*, in Capit. Caroli Calui tit. 3. c. 29. BATTITVS, verberatus. Leges Rotharis apud Murator. to. 1. part. 2. pag. 47. col. 1. D. (2) † Tundere, macerare. Stat. Montisreg. p. 273. V. *Battitor*. (3) † BATTERE PALMAS, manibus plaudere, in Stat. Vercell. l. 3. p. 97. *Quod nullus audeat vel praeſumat clamare vel palmas battere poſt aliquod cadauer.*

BATTERIA, conflictus, pugna in jurgio, ex Gallico *Baterie*, in Fleta l. 2. c. 1 §. 25. *Placita bateriae, ſanguinis fuſi, debiti, tranſgreſſionis*, etc. apud Will. Thorn. quae vulgo *Mesleiae* dicuntur. V. *Battere*.

BATTICVM. Murator. tom. 3. pag. 193. col. 2. E. ex Anaſtaſio Bibl. de Viris Rom. Pontif. *Euangelium ex auro mundiſſimo cum gemmis*; vbi pro *gemmis* alias legebatur *batticis*, quod idem eſſe viderur. V. *Battatum* in *Batus* 3.

BATTIFOLLVM, BATTIFOLLVS, V. *Batifollum*.

BATTIFREDVM, V. *Batifredum*.

† BATTIMENTVM, flagellatio, verberatio, Ital. *Battimento*. Murat. t. 11. Script. p. 153. *Anno a. 1269. admirabilis Lombardorum facta eſt commotio, quae battimentum vocata eſt* etc. Stat. contra Flagellantes apud eumd. Murat. t. 6. Antiq. Ital. med. aeui p. 471. V. *Battitor* et *Flagellator*.

BATTIRE, V. *Battere*.

BATTISMVS, pro *Baptismus*, V. in *Battinare*.

† BATTITOR. (1) BATTITOR, BATTITRIX, qui vel quae cannabum tundit et macerat. Stat. Montisreg. p. 272. V. *Battere*. (2) BATTITORES, iidem qui *flagellatores*, in Stat. antiq. Florent. l. 3. c. 42. V. *Battimentum* et *Battutus*.

BATTITORIVM, V. in *Batitorium*.

BATTITVRA, alias *ferita*, percuſſio, Ital. etiam *Battitura*, in Leg. Longobard. l. 1. tit. 8. §. 31. Matth. Siluat. *Tubel, id eſt battitura ſeu ſquama metallorum cadens ab incude*. Murat. t. 1. part. 2. p. 76. *Si quis aldium - - batiderit et per ipſum battituram ponderoſi facti ſunt.*

BATTIZARE, de ſacro fonte infantem ſuſcipere. *Eſtre parrein*. Hiſtor. Dalphin. tom. 2. pag. 278. *Item ſoluit de mandato Domini pro baptiſmo cuiusdam pueri, quem Dominus* (Dalphinus) *battizauit*.

BATTORIVM, V. *Batatorium*.

BATTVALIA, V. *Battuatores*.

BATTVARIVM. Gloſſ. Lat. Graec. *Battuarium*, κόπανον. Gloſſ. Graeco - Lat. κοπανιστήριον, *battuarium*. Κόπανον, *baculum*. Mortarium, Gall. *Mortier*, id eſt, vas in quo aliquid contunditur. V. *Battuere*.

BATTVATORES, βυρανιστάι, Senatori I. de Orthograph. cap. 5. qui ab eodem fonte, quo *battualia*, deducit. Vide Salmaſium ad Spartianum p. 59.

BATTVERE. Papias: *Battuit, concidit, periclitatur*. Gloſſ. Iſid. *Contellat, concidit, batuit*. Gloſſ. Lat. Graec. *Bastuit*, καταπίπτει. Vetus charta apud Beslium in Regib. Aquitanis: *Ipſe Agnaldus veniſſet ſuper homines in ſua forcia ex villa Canadado, et exforciaſſet, et eos batuiſſet iniuſte*. Marcellus de Medicam. c. 36. *Miluus*

Milites in pilam ligneam, atque illic saudiu batues, donec sit subactissimum. Apitius lib. 3. cap. 2. *Soleas battues, et curatas compones in patinam.* Vruntur Plautus in Cassina Act. 2. Naeuius, Sueton. Plinius etc. V. *Batuere.*

BATTVLIS, eadem notione ac *Battutilis*, apud Murator. to. 3. p. 106. col. 1.

BATTVS, V. *Batus.*

BATTVTILIS, de metallo dicitur in laminas diducto, atque malleo contuso, *Metail battu.* Anastasius in S. Silueſtro: *Basilicam Constantinianam, vbi posuit ista dona: fastigium argenteum battutile, quod habet in fronte Saluatorem sedentem in sella in pedibus, - - pens. lib. 120.* In Leone III. *Cereostati batutiles.* V. *Battuere.*

BATTVDA. (1) Species piscationis, cum pisces scilicet in aqua exagitantur, coguntur que diuerberata, seu *batuta*, aqua in vnum locum confugere, quo facilius capiantur. Charta Occitanica an. 1311. ex 47. Regesto Tabularii Regii num. 130. *Quod quicunque de caetero piscabitur in aquis stagnorum Lunelli et Melgorii cum artibus piscandi, videlicet batuda, vel fichorra, vel anus, vel seue, vel retibus subtilibus, vel reuailh, possint applicare vbi volnerint cum piscibus quos cum dictis artibus ceperint, etc.* Infra: *Et quod de caetero in aliquo praedictorum stagnorum - - non piscentur cum batuda, prout prohiberi dicitur extitit consuetum.* (2) † Ager vt videtur, dumis consitus, idem quod brolium. V. *Basticium.* Ch. Phil. Pulcri a. 1300. *Cum terris arabilibus et albergis, terris incultis, batudis, nemoribus et bartis, ceterisque terris.* Hinc (3) † *Batuda* seruitii genus, quod vassalli domino faciunt diuerberando dumeta, vt inde feras facilius exigant. Constit. Mſ. Ferdinandi Reg. Aragon. a. 1413. *Et cum non deceat dominos, qui caualcatas, vel alias seruitutes reales vel personales, vt puta jonas, batudas et alia seruitia recipere habent ab hominibus, qui de sacramentali existunt* etc. (4) † BATVDA, ab Ital. *Battuto*, Academ. Cruſc. *o Pauimento di terrazzo, o di luogo, scoperto. Lat. Solarium, solum, tabulatum, pauimentum* Ch. a. 1324. ex Tabul. monaſt. Montisol. *Quod - - faceret de suo proprio meianum sine parietem de petra et de bart, et batudam de morterio inter ipsam cameram etc.*

BATTVDVS, BATTVTVS. (1) Verberatus. Gloſſ. Lat. Graec. *Battutum, τυπτηθέν. Battutum, κοπτωτόν*: Sic enim legendum pro *battatum, κοπτατόν.* Lex Alaman. c. 98. §. 2. *Si porcarius ligatus de via ostatus, et vel battutus fuerit. Ferrum batendum* vel *battutum*, in Formula 119. inter Lindenbrogianas Italis, *Battuto*, eſt pauimentum, seu ſolum loci operti: *Terracio, luogo mattonato, scoperto.* (2) † BATTVTI, poenitentes qui flagellis corpus ſuum caſtigant, Geiſſeler. Murat. t. 19. Script. p. 874. Acta SS. t. 6. Iulii p. 497. *Battitor.*

BATVLVS. Ado Vienn. in Martyr. 4. Id. Auguſt. *Allata sunt omnia genera tormentorum, plumbatae, fustes, laminae, vngues, lecti, batuli.* Qua voce, *batillos*, vel *batilla*, innui cenſet Rosweidus, de quibus Plin. lib. 33 c. 8. lib. 34. c. 11. et Treb. Pollio in Claudio. Sunt autem *batilli*, ferrea inſtrumenta, palae ſimilitudine, quibus prunae in fornacibus colliguntur. Vide Caſaubonum ad eumdem Pollionem, et ſupra in *Batillus.*

BATVM, πράσον. Vetus Gloſſar. Lat. Gr. *i. Porrum.* V. *Batus* 3.

BATVRA AQVAE. Charta Calomontis in Dumbis anni 1397. *Baturam sine restagnationem aquae stagni de Gagnis, quae aqua tangit vel tangere potest calceatam stagni de Furcis.* Secundum vſum ſtagnorum Breſſiae, ſtagnum inferius non debet reſtagnare vsque ad calceatam ſtagni ſuperioris; quia calceata ſtagni ſuperioris dirui poſſet ab aquis inferioribus: dum enim fiat ventus aquae reſtagnantes inſurgunt in calceatam ſtagni ſuperioris, et eam quodam-

quodammodo *Batum*, (hinc *Batura*) ſicque calceata diuuitur.

BATVS, BATTA. (1) Menſurae ſpecies. Vetus Agrimenſor: *Batus conſtat modiis 2. totidem ſextariis. Duo bati metretam faciunt, qui ſunt ſextarii 100.* Iſidor. lib. 14. Orig. c. 25. *Batus vocatur Hebraica lingua ab olearia mola, quae Bath apud eos, vel Batho nominatur, capiens 50 ſextaria, quae menſura una vice molae proteritur.* Papias MS. *Batus ſine Badus, decima pars chori 50. ſextaria capit.* Ebrardus in Graecismo.

Eſt menſura batus, proprium quoque dicito battus.

Gloſſ. Aelfrici, *Batus*, Amber i. amphora. Gl. Ɛ. Gr. *Batta*, *βάτος*. Io. Brompton. in Ricardo I. *Similiter et de batis vel amphoris, ſeu metretis, quas vulgo galones dicimus legitimas ſtatuit menſuras.* Apud Hebraeos *βάτος* fuit menſura liquid. 72. ſextarios Atticos continens, de qua copioſe egit Gc[illegible]. Agricola l. 1. de externis me[illegible]uris, quam aequalem amphorae Atticae, quae Graece *μετρητὴς* et *βάδος* dicitur fuiſſe ait. At ſequioribus ſaeculis, *batus* vas etiam fuit, quo auenam ad equorum pabulum dimetiri ſolebant. Gloſſ. Lat. Gall. *Batus*, *Meſure*, *Prouenchier*, *id eſt*, menſura praebendaria. Hinc qui auenam equis diſtribuebat, *Abatis* dictus. Vide ſupra in hac voce. (2) BATVS, BATTVS, ſcapha, cymba, Gallis *Bateau*, Germ. Both, forte quod in modum *Bati*, de quo mox, confecta eſſet. *A Bat* Saxonico, quod ſcaphan et cymbam ſignificat, deducit Spelmannus. Gloſſ. Aelfrici, *Linter*, *Bat*. Maclouienſes etiamnum dicunt *Bat* pro cymba. Leges Ethelredi Regis c. 23. Monaſt. Anglic. tom. 3. pag. 97. BATTVS, in Diplom. Philippi M. ſeu Longi, Regis Franciae, pro Abbatia S. Wandregiſili in Normannia, in Monaſtico Angl. tom. 2. pag. 1005. (3) BATVS, *genus holeris*. Gloſſ. Iſid. In Excerptis Pithoeanis legitur *Batis*. Ad quae Graeuius ait: Vtraque lectio poteſt ferri. Nam, vt proſequitur hic auctor apud Plinium 26 8. *Species eſt batis hortenſiae*. Eſt et marina, de qua Idem 21. 50. *In Italia panciſſimas nouimus, fraga, tamnum, ruſcum, batin marinam, batin hortenſiam, quam aliqui aſparagum Gallicum vocant.* Ad priorem locum Harduinus obſeruat, crethmon non eſſe bacillas, ſed portulacam marinam, quae apud Matthiolum in Dioſcoridem p. 16. conſpiciatur: Batin vero hortenſem, de qua ad vltimum locum agit idem Harduinus, cenſet eſſe ſatiuam portulacam, crethmon vero marinam: cuius rationes videntur vero ſimiles. Batum vero genus herbae, ſeu oleris eſſe, Feſtus etiam auctor eſt. In Gloſſario Lat. Gr. pro *Batus* ſcribitur etiam *Batis*, *Batis*, *ἄδος ἀνώνυθος*, *Βοτάνης*. Sed legendum forte, *Batus*. Gloſſar. Gr. Lat. *Βάτος*, *hic rubus*, *ruſcus*, *batta*, *ſintex*. Legitur quoque *Batta* i. Lat. Gr. *Batta Βάτος*. *Battatum*, *κοκκωτὸν* hoc eſt monile ex vnionibus conſertum. Nam *Battus* Papias exponit *gemmam: Batus*, *Gemma*. Sic vero Margaritae videntur dictae fuiſſe a ſimilitudine capitum porri. Nam ſi Gloſſis credimus, *Batum* eſt porrum: *Batum*, *πράσον*. Aliae Gloſſ. Gr. Lat. *πράσον*, *Porrus*, *Porrum*, *batum*. Poſſes etiam credere *κοκκωτὸν* eſſe purpureum, quia in Gloſſis *Βάτος* exponitur *Sandix*, ſic enim legendum pro *Sinsex*. Nam *σάνδυξ* eſt et herba tincturae apta et pigmentum. Vide Salmaſium ad Vopiſcum pag. 369. ſed vt verum fatear, pro *Battatum* ſcribendum puto *Baccatum* quod Virgilio idem eſt quod vnionibus ornatum, Iſidoro *Margaritatum*. Fere huc vsque Graeuius: poſt quem voces Plinio quidem notas, ſed obſcuras atque praetermiſſas in vulgaribus Dictionariis hic referre pretium duximus. (4) † BATVS, adiect. humilis, Gall. *Bas*. Ch. Mſ. a. 1391. *Arbores modicae et batae*.

BATVTILIS, V. *Battutilis*.

BATVTVM, lac preſſum, V. *Baldutta*.

† BATV-

† BATVTVS, tuſus, fabricatus, Gall. *battu*. Stat. ciuit. Aſtae. *Folia argenti batuta*.

† BATZIO, BATZIVS, monetae genus Germanicae, idem ac *Bacio*, quod vide. Acta SS. t. 6. Aug. p. 127. *Quibus debit ſex batzios* etc.

BAVA, ſaliua, fluor ſaliuae, Gallis *Baue*, Hiſpanis *Baua*. Academicis Cruſcanis: *Baua, ſchiuma che da ſe ſteſſa eſce dalla bocca de gli animali*. Cambro-Britannis ex Iohan. Dauies *Baw*, *Lutum etc. Baune in ore*, apud Michaëlem Scotum de Phyſionomia cap. 12.

BAVARA, Gall. *Bauette*, Hiſp. *Bauadero*, pectorale linteum eſt ab aure ad aurem mento ſubtenſum ad excipiendum in infantibus *bauam*, et ad colli ac pectoris nuda in virginibus praeſertim Deo ſacris decenter obtegenda. Acta SS. Martii to. 2. p. 41. *Sibi quam ſacrae virgines bauaram vocant, depoposcit*.

† BAVARII, ſeruorum genus. Ch. Henr. III. a. 1056. apud I. N. ab Hontheim t. 1. Hiſt. Treuir. p. 400. *Seruientes vero - - ſiue qui foris vel intus dageſtalzci, vel piſtores, banarii, aut piſcatores, coci aut lauatores*.

† BAVARVM, vt *Bauara*, Gall. *Bauette*, Hiſp. *Babador*. Murat. t. 19. Script. p. 798.

† BAVASSORES, in Ch. a. 1126. inter Inſtr. t. 6. Annal. Bened. p. 650. pro *Vanaſſores*.

BAVBA. Limborch. Hiſt. Inquiſit. Toloſ. pag. 24. *Item ſemel accommodauit aſinum ſuum ad portandum bauham Hereticorum ſ. Rauba*.

BAVBAYNA DE BONBASSE, tela goſſypina, Gall. *Toile de coton*. Informationes pro *paſſagio* transmarino ex Cod. MS. Sangerm. *Vult hoc velum ſeu requirit contiuere XXX. quinque pecias baubayuarum de bonbaſſe qui ſunt CLX. canne cum tribus velonibus arboris*. V. *Billeus*.

BAVBELLA, numero multitudinis, res pretioſae, veluti gemmae, vniones, et alia eiusmodi, quae vulgo *Babioles* appellant Galli, alias *Joyaux*. Rogerus Houedenus in Ricardo I. *Tres partes theſauri ſui, et omnia baubella ſua diuiſit Othoni nepoti ſuo Regi Alamannorum. Bambola*, Italis eſt vitrum ſpeculi, fortaſſis etiam ipſum ſpeculum. Specula vero ſunt in mundo muliebri, vnde forte etiam Galli hauſerunt ſuum *Babiole*. V. *Baciballum*.

BAVCA. (1) Vaſis ſpecies. Gloſſ. Lat. Graec. *Bauca*, ἄδος ἀγγείου. Perperam editum *bauar*. Alibi *Maſcuſta*, βαύκη. Vbi *Maſtauda* legendum monet Salmaſius. Gloſſ. Gr. Lat. *Baῦκις hoc viniferum*, vas ſcilicet vinarium, Graecis οἰνοφόρον. Sed et pro *hoc*, forte legendum *vas*. Anaſtaſ. in Leone IV. pag. 167. *ſed et in Eccleſiis multa dona obtulit - - Cantharam exauratam vnam, baucas exauratas 3. fibulatoria 5*. Idem in Benedicto III. pag. 206. *Coronam ex auro penſ. libr. 4. baucas ex auro paratiſſimo duas penſ. lib. ſparam cum auro puriſſimo ligatam*. VAVCA, ſcribitur in Hiſtoria Ignoti Caſinenſis de Rebus Longobard. cap. 10. BOCA. Leo Oſtienſis lib. 1. c. 28. Vbi quidam Cod. habent *bocis*, alii *baucis*. BAVCVS. Teſtamentum Dadilae an. 813. tom. 1. Hiſt. Occitan. inter Inſtr. col. 39. *) Angli *Buck* vocant labrum. Scandis hodiernis *Bunk*, vas eſt ligneum, finus. (2) BAVCA, armilla, V. *Bauga*. (3) BAVCA, tegula lignea. Acta SS. Iunii tom. 5. pag. 602. in Miraculis S. Theobaldi: *Ioannes Pauli - - quorundam ſtabulorum parietes tegulis ligneis, quas hic appellant Baucas tegens, de ſcalis decidit in vicinum hortum*.

BAVCAGIVM, praeſtationis ſpecies. Statutum Philippi Pulcri Regis Franciae an. 1303. in 12. Regeſto Chartophylacii Regii ch. 133. *Item ordinamus quod Pedagiarii ſeu Leudarii noua pedagia, baucagia ſeu leudas non exigant ſeu leuent in locis vbi non eſt fieri conſuetum*.

BAVCALE, idem quod mox *Baucalis*, Gall. *Bocal*. Vita S. Oswaldi Archiep. Acta SS. Benedict. ſaec. 5. pag. 754.

BAVCALIS, idem quod *bauca* 1. a qua voce deducitur. Gloſſ. Lat. MS. Regium, et Iſidori: *Gellonem, baucalem*.

calem. Gloſſ. MS. Eccl. Pariſ. *Baucalem, gellonem vbi infuſio fit.* Papias: *Gelonis, baucalis, vas* Alibi: *Baucalius, gello, vbi infuſio fit, vas.* Gloſſ. Lat. Gr. *Gillo βαυκάλιον.* Gloſſ. Camberonenſe: *Gillo, vas fictile, id eſt, baucalis.* Charta Hugonis Burgund. an. 1077. pro Eccleſia Aualonenſi: *Terſoria tria, baucales tres, cortinae lineae ſex, etc.* Ex his emendanda Charta alia apud Perardum in Burgund. pag. 27. *Et dardo, baucale I. et bracharia aurea vna.* Vbi perperam *Braucale* habetur. Alexandrinorum et Aegyptiorum vox fuit, ſi Philoſtorgium audimus l. 1. cap. 4. qui Alexandrum quemdam Presbyterum *βαυκάλιν* nuncupatum ait, *propter carnis videlicet quae ſupercreuerat in dorſo eius, molem, collectam ad modum et imitationem vaſis teſtacei, quod Alexandrini vernacula voce baucalas appellare ſolent.* A Philoſtorgio hauſit quae in eam rem habet Nicephorus Callifti l. 5. c. 5. Id etiam obſeruat Caſſianus lib. 4. de Coenob. Inſtit. c. 16. vbi de Aegyptiis Monachis: *Si quis Gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, caſu fregerit.* Quae totidem verbis habentur in Pachomii Inſtit. §. 5. *Βαυκάλιαν* et *βαυκάλιον* eadem notione vſurpat Achmes c. 177. vbi perperam *καυκαλίᾳ* habetur, et cap. 198. *Βαυκαλίαν*, Ioan. Moſchus cap. 19. Prati ſpirit. Alexander Aphrod. lib. 1. Problem. 94. Vita S Macarii Abb. Aegypt. c. 5. Gregorius in Vita S. Baſilii junioris n. 33. 34. et *βαυκάλιν* Nicarchus in Epigr. lib. 2. Anthol. p. 161. Edit. H. Steph.

BAVCATEM, *Gellonem.* Gloſſar. Iſid. Rectius in Pithoeanis: *Baucalem.* V. *Baucalis.*

† BAVCENDVS, equus albo et nigro interſtinctus, Gall. *Baucent.* Comput. Mſ. a. 1244. *De quodam chaçatore bruno baucendo pro domino comite, XIII. lib.* V. mox

BAVCENS, BAVCEANT, BAVCENNVS, albo et nigro interſtinctus, vel bipartitus. Iac. de Vitriaco pag. 1084. *Vexillum bipartitum ex albo et nigro, quod nominant Bauceant, praenium habentes.* Apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 276. legitur, *Baucans.* Madox Formulare Anglic. p. 423. *Legauit runcinum baucennum, qui fuit Burdel.* Hoc vocabulum praeſertim vſurpant Scriptores Gallici de equis, quorum pelles nigro et albo interſtinctae ſunt.

† BAVCHANTVS, idem ac *Bauceudus*, apud Ludewig. t. 12. Reliq. p. 49. 50. 51.

† BAVCHORIVM, pro *Ganchorium*, V. in hac voce.

BAVCIA. Conſtantinus African. l. 7. Pantechn. c 16. *Eſt et cibus de quo feces egrediuntur plus quam accipiatur, ſicut baucia ſunt et rapula.* Alia notione V. *Banſia.*

† BAVCIS, veluta. Lit. remiſſ. an. 1449 in Bibl. reg. *Interrogando petiit, qua de cauſa matrem ſuam appellauerat baucem ſeu vetulam.* Pro quauis paupere mulierula vtitur Perſ. Sat. 4. 21. ab anu paupercula huius nominis, apud Ouid. l. 8. Metam v. 631.

BAVCVLVS, radicis medicinalis genus, vel emplaſtrum ex illa radice compoſitum. Acta SS. Iunii to. 3. p. 461. *Appoſuit autem ſuper apoſtema mater radicem eniſci triſtam, quae vulgo dicitur bauculus.*

BAVCVS, V. in *Bauca* 1.

BAVDATOR, proditor, V. *Banſia.*

† BAVDATVM, tegulae vel lateris ſpecies, niſi ſit tabula ſectilis tegendis domibus apta, Germ. Schindel. Inquiſit. a. 1363. in Bibl. reg. *Item dictum furnum copertum de baudato, dirruptum in duobus cannis.*

BAVDEKINVS, BAVDEQVINVS, V. *Baldachinus.*

BAVDERAGIVM, V. *Banderagium* 1.

† BAVDERIA, idem ac *Banderia*, vexillum, in Ch. a. 1388. in Bibl. reg. *Item pro ſex banderiis, et vna magna bauderia, vocata Eſtendart.* V. *Bandum* 1. et *Baucendus.*

BAVDERIVS, pro *Banderius*, V. in hac voce.

BAVDIA, V. *Banſia.*

BAVDI-

BAVDITOR, proditor, malefactor, criminis capitalis reus. Spicil. Acher. t. 8. p. 386. V. *Bausia.*

† BAVDOPHORVS, vexillifer, apud P. Daniel t. 1. Milit. Franc. lib. 6. cap. 8. pag. 493. V. *Baucendas* et *Bauderia.*

BAVDOSA, Instrumenti musici species. Aimericus de Peyrato Abbas Moisiacensis, in Vita Caroli M. in Cod. MS. 1343. Bibl. Regiae:

Quidam baudosam concordabant,
Plurimos cordas cumulantes.
Quidam triplices cornu tonabant,
Quaedam foramina inclaudentes.
Quidam choros consonantes,
Duplicem cordam perstridentes.
Quidam taborellis rusticabant,
Gressum sonum praemittentes.
Quidam cabreta vasconizabant,
Leuis pedibus persaltantes.
Quidam liram et sibiam properabant.
Alios tactu praecedentes.
Quidam harpam alte pulsabant,
Prolixas virgulas sic gerentes.
Quidam rebecam arcuabant,
Muliebrem vocem confingentes, etc.

BAVDRA, BAVDREA, baltheus, V. *Baldrellus.*

BAVDRARIVS, et BAVDREVS, qui coria quaeuis parat, Gall. *Baudroyer* et *Baudrayer.* Charta Ludouici Iunioris Regis Franc. an. 1160. apud D. Brussel de Vsu feud. to. 1. pag. 536. *Concessimus ex nunc in posterum Theci vxori Yuoni la-Choe et eius heredibus magisterium conatorum, baudreorum, etc.* V. *Baldrellus.*

BAVDREA, V. *Baudra.*

† BAVDREIVS, idem ac *Baudrarius*, in Lit. a. 1384. t. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 104.

BAVDRERIVM, amentum, lorum, Gall. ol. *Baudre.* Lit. remiss. Ms. a. 1358. Ch. a. 2345. inter Probat. t. 4. Hist. Occit. p. 201.

BAVDREVS, V. *Baudrarius.*

BAVDVM, forte *Baudum* pro *Bannum*, edictum publicum. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 431. col. 2. ex Charta anni 1341. *Statuta seu bauda siue praeconisationes facere non verentur, seu directe vel indirecte violentias aut molestias irrogare, etc.*

† BAVERIA, *Baniera*, Academ. Cruse. *Visiera buffa, Lat. Galeae pars antica;* hic pro cassis, galea ipsa. Ch. an. 1319. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 1938. *Cum baueria mea et scuto meo.*

† BAVFVALIVM, supellex quaedam ad lectum pertinens, f. auriculare; vnde legendum fortassis *Bausualium* vel *Baissualium*, nam *Baisse* eadem notione occurrit inter Probat. Hist. Brit. t. 1. p. 7205. Inuentar. Ms. an. 1320. *Vnum coopertorium - - item vnum bonum tristicium, idem vnum banfualium barratum.* V. *Bassacha.*

BAVGA. (1) BAVGA, BAVCA, BOGA. Papias: *Bauca, armilla.* Idem: *Armillae proprie virorum sunt, eaedem et circuli, et brachiales, rotundae, id est, bogae, armispathae.* Gloss. Latino-Theotiscum, apud Lindenbrogium: *Dextralia, latae armillae, bougin.* Capitul. 3. a. 803. cap. 7. et Capitula Caroli Mag. l. 4. Add. 2. §. 1. al. 4. *Vt bauga et bruniа non dentur negotiatoribus.* Lib. 6. cap. 212. *Vt armillae et bruniae non dentur negotiatoribus.* Epist. Synodalis Concilii Duziacensis I. *Et multis ac variis ornamentis ex auro et gemmis compositis, - - inde vnigas ad spatas et balteos, et calcaria atque ligaturas hosarum - - fieri jussit.* Vbi legendum censet Cangius *Baugas.* Goldasto *Bauga*, est tympanum, Pauke. Olaus Wormius in Lexico Runico, ait veteribus Danis *Baugur et Baugs*, annulum sonare. Germanis Bug, Boug olim itidem erat annulus, et Armpouch, armilla, a verbo Biegen, flectere. Vide Glossar. Schilt. v. *Boge.* (2) † BAVGA, perperam pro *Braga* femoralia, in Ch. a. 1373. t. 8. Ordinat. reg. Franc. p. 54.

BAVGAREDI, V. *Bagaudae.*

BAVGARVS, Bauarus, ex Bauaria oriundus, Leoni Ost. lib. 2. c. 65.

BAVGIVM, BAVGVM, BAVGVVM. (1) Idem vt videtur, quod *Baulenca*, districtus. Hist. Harcur. tom. 3. pag. 667. ex Regestis Tabularii regii: *Dicta castrum villamque Rualmeuium et destrictum seu baugium Spinalense cum omnibus et singulis eorum juribus et pertinentiis vniuersis.* Et p. 668.

p. 668. *Praefatasque villas caſtrum Raalmenicum, diſtractum et baugum cum ſuis pertinentiis vniuerſis in dominium ſuum retinuit.* Et iterum pag. 667. *In dictis villis, caſtro Spinalenſi, Rualmeuinio et diſtractu ſeu bauguo habitantium bona, cum omni ſubiectione et fidelitatis recognitione.* V. *Baticium.* (2) † BAVGIVM, filia caedua, vel locus dumis conſitus, vt *Brolium.* Ch. Mſ. a. 1341. *Animalia ſua - - groſſa et minuta per plures et diuerſos annos - - in his baugiis et nemoribus regiis ipſius baiuliae - - immiſiſſe.* V. *Baſticium.* (3) † Aedicula, Gall. *Bouge.* V. *Bugia* 1. Ch. feud. nobil. Caſtill. *Domus vna cum baugiis, grangia et aliis aedificiis.*

† BAVIARDVS, monetae ſpecies. Ch. official. Bituric. a. 1227. *Quod ipſe debebat ecclefiae S. Petri Puellaris quatuor ſolidos bauiardorum de cenſa* etc. BAVVIARDVS, in Ch. Henr. de Suliaco a. 1203. *Dedit dicto fratri LX. ſolidos Bauuiardorum et Pirſconenſium.* V. *Baliardus.*

BAVILIA, officium, adminiſtratio; Limborch. lib. Sent. Inquiſit. Toloſ. ad calcem Hiſt. Inquiſit. an 1309. *Ego Seneſcallus Tholoſae - - non committam baulias vel adminiſtrationes nec officia publica alicui de praedictis.* Haec vox occurrit pag. 1. 7. 36. et 38. Legendum forte vbique *Balinia.*

† BAVILVS, ex puncti transpoſitione pro *Baiulus*, in Lit. a. 1345. inter Ordinat. reg. Fr. t. 3. p. 159.

BAVINAE, aues quaedam maritimae, in Vita S. Porcarii Abb. Lerin. in Chronolog. Lerin. p. 223.

† BAVLA, ſagma, faſcis, onus, farcina, Gall. *Balle.* Ch. Mſ. Phil. Pulcri a. 1308. *Baula ſeu carga quaelibet pondus IV. quintellorum tantummodo continente.* Infra: *in ballis ſeu cargis praedictis.* Occurrit etiam in alia a. 1310. V. *Bata.*

BAVLARE, Vgutioni, *latrare, et eſt proprie canum.* Mox haec addit: *Sindonius in libro de Naturis rerum ponit propria verba animalium ſecundum vocem, quae in parte ponemus. Leonum eſt Rugire: Tigridum Rachare: Pardorum Felire; Panthererum Caurire: Vrſorum Vncare, vel Seuire: Aprorum Frendere: Lyncum Vrcare: Luporum Vlulare: Serpentum Sibilare: Onagrorum Mugilare: Cernorum Rugire: Bonm Mugire: Equorum Hinnire: Aſinorum Rudere; Porcorum Grunnire: Verris Quirritare: Arietum Lorettare: Ouium Balare: Hircorum Miccire: Edorum Vebare: Canum Latrare, ſeu Baulare: Vulpium Gannire: Catulorum Glattire: Leporum et Parnorum Vagire: Muſtellarum Drinorare: Murium Pipitare: Soricum Deſticare: Elephantum Barrire: Ranarum Coaxare: Cornorum Crocitare: Aquilarum Glangere: Accipitrum Pipitare: Vulturum Pulpare: Milvorum Bulpare: Olorum Drenſare: Gruum Gruere: Ciconiarum Gloitolare: Anſerum Sclingere: Anatum Recriſſare: Pauonum Pauplare: Gabriarum Fringulare: Noctuarum Caccubire: Cucularum Cucuſare: Mulorum Zurgiare: Turdorum Trucilare, vel Soccitare: Sturnorum Paſſitare: Hirundinum Fintinire, vel Minurrire: dicunt tamen quod Minurrire eſt omnium minutiſſimarum auicularum: Gallinae Criſpire: Paſſerum Cinciare: Apum Bombire, vel Bombilare: Cicadarum Frintinuire.* Similia habet Gloſſ. MS. S. Germani Pariſ. † Ab Vgutione in multis differt Papias Mſ. ex Bibl. regia, vnde varia quae ſequuntur excripſit Carpentarius: *Leonum eſt fremere: Tigridum rachare: - - Onagrorum magillare: Cernorum ſurgire: - - Aristum orectare: - - Edorum vebere: - - Catulorum clatire: - - Muſtellarum drinorare: Murium mintarre: Soricum deſtallare: - - Ranarum rinire vel coaxare: Cornorum cruxare vel crocitare: Aquilarum clangere: Accipitrum piplitare: - - Milvorum lupire: - - Ciconiarum crotolare: - - Anſerum griare vel ſclingere: Gallorum cucurrire, vel caxitare, vel cantare: Anatum tetriſitare: Turturum gemere: Palumborum paucitare: Perdicum cacabare: Pracculorum fringulire: Noctuarum cucubire: Merularum frindere, vel tintiare: Paſſerum ciciare: Apum bouire.*

BAVLEVCA et BAVLIVA, V. in *Banleuca*.

BAVLMA, V. *Balma* 1.

† BAVLVM, administratio rerum et bonorum pupilli, i. q. *Ballum, Baillium* et *Ballum*, Gall. *Bail*. Ch. Mſ. a. 1252.

† BAVLVS, idem qui *Baillivus*, judex in Ch. Mſ. a. 1270.

BAVOSVS, ſtultus, a *Baus*, ſaliua ex ore fluens, vt ſtultis ſaepius accidit: quod ſpeciatim narratur I. Reg. 21. 13. de Dauide, cum apud Achis Regem Geth dementiam prae timore ſimulauit. Pelagius Diaconus de Perfectione SS. Patrum to. 3. Bibl. Aſcet. pag. 347. *Banoſe, canem fatuum adduxiſti mihi*. Hinc forte Gallicum *Bauard, homo inepte et infulſe loquax*: quod tamen alii a *Bauſiare* deducunt, inarticulate loqui.

BAVRVS. Albertus Argentin. p. 133. *Ipſos contra Principem animauit bauros, interpretans nomen bauri, id eſt, neſciens legere Barbam, quia ſantam dixit eſſe ſoeditatem oris ſui, quod ipſam abiicere non valebat*. Baur Germanis, ruſticus, agreſtis; Belgis *Boer*.

BAVSA, V. *Felgaria*.

† BAVSATOR, BAVZATOR, felo, proditor, idem ac *Baudator*. Conſtitut. Iac. I. Reg. Arag. a. 1214. in Append. ad Marc. Hiſpan. p. 1404. Alia a. 1228. ibid. p. 1413. Catalanis *Bauzador*. V. *Bauſia*, et *Bauſiator*.

† BAVSATVRA, macula alba in fronte equina, Germ. eine Bläſſe. Ch. Mſ. a. 1319. *Alter equus erat pili mauelli, cum quodica bauſatura in fronte*.

BAVSENGIVS, forte proditor, a voce *Bauſia*. Oberti Cancellarii Annal. Genuenſ. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 308. *Ipſis morantibus ſoluerunt pacem militibus et bauſengiis, quia Ianuenſibus auxilium et conſilium amicabiliter praeſtarent*.

BAVSIA, BAVCIA, BAVDIA, Felonia, proditio, crimen capitale. Tabularium Abbatiae Conchenſis in Ruthenis ch. 291. *Excepto furto et Bauzia*. Curia Generalis Regis Aragon. in Catalonia 19. Kal. Septemb. a. 1321. MS. *Item quod nullus reputatus de bauſia, teneatur, etc. de bauſiatoribus et traditoribus quiſidem ſuam noluerunt eſcondire*. Infra: *Si aliquis fuerit reputatus in Curia de bauſia, ſine de proditione aut traditione, vel de fractione treugarum, quod poſſit fidem ſuam eſcondire per batallium*. Perperam *Banſia*, pro *Bauſia* non ſemel editum apud Belugam Editionis Aſcenſianae. BAVCIA Charta Adefonſi Regis Aragon. aerae 1172. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 5 cap. 28. *Et ſi aliquis eorum qui modo habet iſtos honores, vel habebit in futuro, voluerit ſe erigere in ſuperbiam, et noluerit recognoſcere iſtis ſanctis, ſicut et mihi mei homines, et mei fideles, appellant de traditione et de bauzia, ſicut facerent, ſi ego eſſem vivus et praeſens, et adjuuans eum per fidem ſine fraudem*. BAVDIA. Vſatici Barcinonenſes MS. cap. 32. *Quae maxima bandia eſt*. Cap. 34. *De illis nanique bandiis et malefactis, etc.* Cap. 36. *Quandiu contradixerit, bandator ſuus erit. Boidie, Boiſie*, Gallis, dolus malus, fallacia. V. etiam *Bania*. *) Etymon vocis procul dubio eſt a voce *böſe*, apud antiquos Gothos *baud*, Anglis *bad*, quaeuis res mala, corrupta, improba. V. Schilt. in Gloſſ. v. *Boſa*.

BAVSIARE, BOSIARE, in dominium inſurgere, foris facere, fallere, decipere. Ratherius Veronenſis Epiſcopus in Qualitatis coniectura, etc. *Illum cui vnam libram argenti pro trabibus emendandis commiſeram, anno praeterito, immaniter mihi bauſiaſſe percepi*. Et Chart. 207 Fol. 85. *Comes Goſſrido Comiti boſiauit, bellumque inuitat*. BOISIARE, apud Rymer. tom. 1. pag. 2. n. 7. pag. 4. col. 2. n. 7. et pag. 24. n. 15. *Et ſi aliquis Comes Angliae, vel alii homines illius terrae, Regi vel Henrico filio ſuo boiſiauerint*, alias, *Boſiauerint*, non male. Ita *Boiſer*, Poetae Gallici dicunt.

BAVSIATOR, Felo, qui in dominum inſurgit, in Chartis ſupra laudatis Rathe-

Ratherius Veron. de contemptu Canonum tom. 2. Spicil. Acher. p. 180. *Si grandi quidem, sed torto est naso, id est si discernendi subtilitate nullatenus pollet, vt fraudulentus adeo sit, vt bausiator vulgo dicatur.* V. *Bausator* et *Baudator.*

BAVSITAE, bona mobilia vel immobilia, quae ex *Bausia* ac felonia rerum in fiscum cadunt. *Escaëtae* alii vocant. Charta Ottonis Episcopi Vapincensis an. 1281. apud Sammarthanos: *Omnes pronentus et bausitae, quae ex praedictis jurisdictione et consolatu exinerint, pro medietate pertineant ad Regem, etc.*

† BAVSSIVM, rupes praerupta, a Prouinc. *Bau*, eodem sensu. Ch. a. 1197. Ms. *Vsque ad bausium de balma de Maucl.*

† BAVSSVM, idem, in Ch. Ms. a. 1438.

BAVSVALIVM, V. *Bausualium.*

BAVTAGIVM, praestatio pro vino, vti fusius docetur in *Botagium*: quod vide.

† BAVLERIA, femina, vt videtur, quamuis Menardo idem sit ac *Bonseria*, limes, terminus, Gall. *Bout.* Stat. a. 1363. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 279. *Quod nulla persona - - sito ausu iniuria, nec iter nouum facere in alienis possessionibus cum animali nec cadriga, nec aperire haiseria, nec facere ipsas de nouo* etc.

BAVVIARDVS, V. *Bauiardus.*

† BAVZA, vt *Bausia*, in Ch. a. 1107. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. pag. 378. *Sine ingannu et sine bauza.*

BAVZATOR, V. *Bausator.*

BAVZIA, V. *Bausia.*

† BAXATOR, BAXIATOR, fullo, inter Probat. Hist. Nem. t. 2. p. 303. t. 3. p. 335. V. *Bayssatera.*

BAXEAE, *calciamenta. Baxea, vulciamenta mulierum sunt. Baxe, calcei mulier[is] alte. Baxe, calciamentum comoedorum erat, sunt tragoediorum cothurni, quos quidem etiam calones appellant, eo quod ex felice fierent, nam Graeci ignum cala vocabant. Baxem, calciamenti genus.* Ita Glossar. MS. San-German. n. 501. V. *Braxeae.*

BAXELLA, pro *Vaxella*, vasa, Gall. *Vaisselle.* V. *Vaxella.*

BAXILICA, pro *Basilica.* Ottonis Morenae Rer. Laudens. Hist. apud Murator. to. 6. col. 1057.

BAXIO. Vetus notitia sub Rogerio Reg. Sicil. a. 1144. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. *Et pervenit vsque Sallidam per viam, vbi est magnus Baxio, etc.* An non arenarius cumulus? *Baxias* Hispanis est arenaria moles maris.

BAYARDVS, equus phoenicens seu badius, Gall. *cheval Bay*, vel *Bayard.* Hist. Dalphin. to. 2. pag. 176. col. 2. lin. vlt. *Item, legauit dominatus dicti monasterii de Saletis, et donauit duos equos suos, videlicet Iordum et bayardum, etc.* V. *Bagus.*

BAYETA, speculator, custos, excubitor, a veteri Gallico, quod etiamnum Picardis familiare est, *Bayer*, aspicere. Hist. Dalphin. t. 1. p. 66. col. 2. ex Charta an. 1347. *Interrogatus fuit quam familiam ipse tenebat, dixit quod vnum scutiferum, vnum clientem, vnam gaytam, et vnam bayetam.* Computa Vienn. in Delphin. an. 1318. *Item, pro expensis vnius bayetae et vnius clientis spatio nouem hebdomadarum ad custodiendum castrum c. solidos.* Occurrit ibidem ad an. 1322. et in aliis pluribus Instrumentis, vbi fere semper coniungitur cum *Gayta* vel *Gayeta*, a quo vix differre videtur. V. *Waitae.*

† BAYHARDVS, badius, Gall. *Bay.* Inuentar. Ms. a. 1476. *Vnum rossinum pili bayhardi obscuri.* Rursum: *Vnum aliam equum sine rossinum pili bayhard.* V. *Bayardus.*

† BAYLA, modus agri apud Lemouices. Ch. official. Lemouic. a. 1340. *Vnam eminam de decima ratione cuiusdam bayle sitae est.*

BAYLES, idem ac mox *Baylus.* Rymer. tom. 7. pag. 745. *Sex patellas de auricalco, duas lebetes, quatuordecim bayles.*

BAYLIA, potestas, auctoritas, Armoricanis *Baili.* Rymer. tom. 6. pag. 673. *Habentes notitiam plenam, quando per ipsum dominum Ducem et Concilium, et commune Ianuensium transmissus fuit Ambaxiator et Nuncius - - cum plena potestate et baylia, etc.* V. *Bailia.*

BAY-

BAYLIVIA, districtus *Baillivi*, apud Baluzium t. 2. Hist. Aruern. p. 657. in Charta anni 1456. V. *Baillivia.*

BAYLIVM, tutela, ibidem pag. 734. in Charta anni 1445. V. *Ballium.*

† BAYLO, idem ac *Baillio*, in Ch. Ludov. II. reg. Ierus. et Sicil.

† BAYLVS, instrumentum rusticum. Stat. Veteell. l. 3. p. 101. *Sapas, bayles, tridentes, furchas, rastellos etc.* *) Forte idem ac Germ. Beil, securis.

BAYRVM, pelles partim albi, partim coerulei coloris, Gallis qui de scutis gentilitiis agunt *Vair.* Has vestibus olim intus affuebant. Rymer. to. 7. pag. 356. *Aliud indumentum absque manicis foderatum cum bayro. Vnam furretam de bayro pro vna supertunica. Vnum martellum mixti coloris foderatum cum bayro.* V. *Bayrum.*

† BAYSAMENTVM, diminutio, Gall. *Baissement*, in Ch. Mſ. a. 1370. V. *Baissamentum.*

BAYSSARE, demittere, deponere, idem ac *Baissare.* Stat. a. 1347. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 194.

† BAYSSATERA, BAYSSATERIA, actio, qua panni a *Bayssatore* seu fullone poliuntur et dealbantur, ars fullonica. Comput. a. 1334. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 89. *Item Francisco Arnaldi bayssatori, pro bayssateris venbae dicti domini Bernardi etc.* V. *Baxator.*

BAYVELLVS, V. *Baiuerius.*

BAYVS EQVVS, id est, *Badius*, Gall. *Bay.* Hist. Dalphin. t. 1. p. 65. col. 1. ex charta anni 1339. *Ducebat secum vnum equum bayum clarum* V. *Badius.*

† BAZALA, herbae aromaticae genus. Constitut. Mſ. Monaſt. S. Crucis Burdeg. ante a. 1305. *Horum - - monachi parui et iuueniles debent tenere garnitum de romaris, de salsia, de maioracis, de bonalis, de mienza et de ruta.*

† BAZALARDVS, ensis breuis speciei, pugio vel sica. Lit. remiſſ. an. 1383. V. *Basalardus.*

BAZALARIVS, pro *Baccalaureus.* Rolandinus Patauinus de Factis in Marchia Tarusina lib. 12. cap. 19. apud Murator. tom. 8. col. 360.

BAZAN, Gallis *Basane.* Ita vitulinum vel ouinum corium appellant. Vinc. Abbatum S. Albani: *Ocreis de cute, quam vulgo Bazan, appellant.* Alibi: *Consuetus calcamenta quae ex vili corio, quod vulgariter Bazan dicitur, in alutam, id est cordewan, ciuiliter commutauit.* BAZANNA, eadem notione. Hist. Dalphin. to. 1. pag. 98. col. 1. ex charta anni 1309. *Filo, cordis, cera, cordouano, bazannis, mercimoniis,* etc. BAZANA. Ibidem pag. 87. col. 1. ex alia Charta eiusdem anni: *De bestia enerata bazanis tenentur quindecim denarii.* BAZENNA, in MS. anni circiter 1290. vbi de Redditibus Episcopi Autisiodorensis: *Bazenna sic tela, peliparia merces - - debent paagium.*

BAZANA, *facundus*, in Gloss. Arabico-Lat. quia forte ex corio, seu *Bazano* confectus.

† BAZELARE, idem ac *Bazalardus*, Gall. *Bazelaire.* Lit. remiſſ. a. 1373.

† BAZELARIVS, BAZELLARIVS, idem, in lit. remiſſ. a. 1384 et 1400.

† BAZENA, idem ac *Bazan*, in Ch. a. 1277. t. 4. Ordinat. reg. Fr. p. 670.

BAZENNA, V. *Bazan.*

BAZIA, BACIA, vas quoddam. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 26. *Tulit* (Siconolfus) *in coronis, baziis, et hanulis, garalibus, et cochleariis argenti libras simul quingentas.* Item paulo post: *In anaglyfis baziam vnam.* Ignotus Casinensis in Hist. Langob. cap. 10. de eadem Siconolfo: *Abstulit vice prima baziam argenteam vnam, vascas par vnum, etc.* Infra, *Baciam* habet: *Et post haec Agrisis* (anaglyphis) *baciam vnam, et saptonem vnum Constantinopolitano deaurata fabrefacta vasa egere.* Videtur idem quod *bacile*, et *bacinus.* Alii idem esse *Baziam* quod *Bauca* existimant, vas nempe, aut pateram. † Ch. an. 975. in Append. ad Marc. Hispan. p. 912. *Donamus atque concedimus ad domum sanctae Mariae - - alodem nostrum - - per ipsam baziam.* Vbi vas quod in signum translatae possessionis dabatur, significat.

BAZILI, idem quod *Bacile*, peluis. Locus est in *Par litterarum.* V. *Bacca* 2.

† BAZILLVS, diminut. a *Bazia*, in Chron. Bergom. ap. Murat. t. 16. Script. p. 856. *Scatulas quatuor con-*

Ratherius Veron. de contemptu Canonum tom. 2. Spicil. Acher. p. 180. *Si grandi quidem, sed torto est naso, id est si discernendi subtilitate nullatenus pollet, vt fraudulentus adeo sit, vt bausiator vulgo dicatur.* V. *Bansator* et *Baudator*.

BAVSITAE, bona mobilia vel immobilia, quae ex *Bausia* ac felonia rerum in fiscum cadunt. *Escaëtae* alii vocant. Charta Ottonis Episcopi Vapincensis an. 1281. apud Sammarthanos: *Omnes proventus et bausitae, quae ex praedictis jurisdictione et confiscatu exiuerint, pro medietate pertineant ad Regem, etc.*

† BAVSSIVM, rupes praerupta, a Prouinc. *Baus*, eodem sensu. Ch. a. 1197. Ms. *Vsque ad bausium de balma de Mascl.*

† BAVSSVM, idem, in Ch. Ms. a. 1438.

BAVSVALIVM, V. *Bausualium*.

BAVTAGIVM, praestatio pro vino, vti fusius docetur in *Botagium*: quod vide.

† BAVLERIA, semita, vt videtur, quamuis Menardo idem sit ac *Bouteria*, limes, terminus, Gall. *Bout*. Stat. a. 1363. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 279. *Quod nulla persona - - sit ausa itinera, nec iter nouum facere in alienis possessionibus cum animali nec cadriga, nec aperire bauterias, nec facere ipsas de nouo* etc.

BAVVIARDVS, V. *Bauiardus*.

† BAVZA, vt *Bausia*, in Ch. a. 1107. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. pag. 378. *Sine ingenno et sine bauza.*

BAVZATOR, V. *Bausator*.

BAVZIA, V. *Bausia*.

† BAXATOR, BAXIATOR, fullo, inter Probat. Hist. Nem. t. 2. p. 303. t. 3. p. 335. V. *Bayssatora*.

BAXEAE, *calciamenta*. *Baxeae, calciamenta mulierum sunt. Baxe, calcei mulieris alti. Baxe, calciamentum comoedorum erat, sunt tragoediorum cothurni, quos quidem etiam calones appellant, eo quod ex salice fiant, nam Graeci lignum cala vocabant. Baxem, calciamenti genus.* Ita Glossar. MS. San-German. n. 501. V. *Braxeae*.

BAXELLA, pro *Vaxella*, vasa, Gall. *Vaisselle*. V. *Vaxella*.

BAXILICA, pro *Basilica*. Ottonis Morenae Rer. Laudens. Hist. apud Murator. to. 6. col. 1057.

BAXIO. Vetus notitia sub Rogerio Reg. Sicil. a. 1144. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. *Et pervenit vsque Sallidam per viam, vbi est magnus Baxio, etc.* An non arenarius cumulus? *Baxias* Hispanis est arenaria moles maris.

BAYARDVS, equus phoeniceus seu badius, Gall. *cheval Bay*, vel *Bayard*. Hist. Dalphin. to. 2. pag. 176. col. 2. lin. vlt. *Item, legauit dominabus dicti monasterii de Saletis, et donauit duos equos suos, videlicet Ayardum et bayardum, etc.* V. *Bagus*.

BAYETA, speculator, custos, excubitor, a veteri Gallico, quod etiamnum Picardis familiare est, *Bayer*, aspicere. Hist. Dalphin. t. 1. p. 66. col. 2. ex Charta an. 1347. *Interrogatus fuit quam familiam ipse tenebat, dixit quod vnum scutiferum, vnum clientem, vnam gaytam, et vnam bayetam.* Computa Vienn. in Dalphin. an. 1318. *Item, pro expensis vnius bayetae et vnius clientis spatio nouem hebdomadarum ad custodiendum castrum c. solidos.* Occurrit ibidem ad an. 1322. et in aliis pluribus Instrumentis, vbi fere semper coniungitur cum *Gayta* vel *Gayeta*, a quo vix differre videtur. V. *Waitae*.

† BAYHARDVS, badius, Gall. *Bay*. Inuentar. Ms. a. 1476. *Vnum roussinum pili bayhardi obscuri.* Rursum: *Vnum vlium equum sine roussinum pili bayhard.* V. *Bayardus*.

† BAYLA, modus agri apud Lemouices. Ch. official. Lemouic. a. 1340. *Vnam eminam de decima ratione cuiusdam baylae sitae etc.*

BAYLES, idem ac mox *Baylus*. Rymer. tom. 7. pag. 745. *Sex patellas de auricalco, duas lebetes, quatuordecim bayles.*

BAYLIA, potestas, auctoritas, Armoricanis *Baili*. Rymer. tom. 6. pag. 673. *Habentes notitiam plenam, quando per ipsum dominum Ducem et Concilium, et communem Ianuensium transmissus fuit Ambaxiator et Nuncius - - cum plena potestate et baylia, etc.* V. *Bailia*.

BAY-

BAYLIVIA, districtus *Baillivi*, apud Baluzium t. 2. Hist. Aruern. p. 657. in Charta anni 1456. V. *Baillivia.*

BAYLIVM, tutela, ibidem pag. 734. in Charta anni 1445. V. *Bailium.*

† BAYLO, idem ac *Baillio*, in Ch. Ludov. II. reg. Ierus. et Sicil.

† BAYLVS, instrumentum rusticum. Stat. Vercell. l. 3. p. 101. *Sapas, baylos, tridentes, furchas, vastellos etc.* *) Forte idem ac Germ. Beil, securis.

BAYRVM, pelles partim albi, partim coerulei coloris, Gallis qui de scutis gentilitiis agunt *Vair.* Has vestibus olim intus affuebant. Rymer. to. 7. pag. 356. *Aliud indumentum absque manicis foderatum cum bayro. Vnum surretum de bayro pro una supertunica. Vnum martellum mixti coloris foderatum cum bayro.* V. *Bayrum.*

† BAYSAMENTVM, diminutio, Gall. *Baissement*, in Ch. Mf. a. 1370. V. *Baissamentum.*

BAYSSARE, demittere, deponere, idem ac *Baissare.* Stat. a. 1357. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 194.

† BAYSSATERA, BAYSSATERIA, actio, qua panni a *Bayssatore* seu fullone poliuntur et dealbantur, ars fullonica. Comput. a. 1334. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 89. *Item Francisco Arnaldi bayssatori, pro bayssaterio rouhae dicti domini Bernardi etc.* V. *Bazator.*

BAYVELLVS, V. *Baiuarius.*

BAYVS EQVVS, id est, *Badius*, Gall. *Bay.* Hist. Dalphin. t. 1. p. 65. col. 1. ex charta anni 1339. *Ducebat secum vnum equum bayum clarum* V. *Bagus.*

† BAZALA, herbae aromaticae genus. Constitut. Mf. Monast. S. Crucis Burdeg. ante a. 1305. *Hortum - - monachi parui et inutiles debent tenere garnitum de romaris, de salsia, de maiorocis, de bonalis, de mensa et de ruta.*

† BAZALARDVS, ensis brevis species, pugio vel sica. Lit. remiss. an. 1383. V. *Basalardus.*

BAZALARIVS, pro *Baccalaureus.* Rolandinus Patauinus de Factis in Marchia Tarvisina lib. 12. cap. 19. apud Murator. tom. 8. col. 360.

BAZAN, Gallis *Basane.* Ita virulinum vel ouinum corium appellant. Vitae Abbatum S. Albani: *Ocreis de cute, quam vulgo Bazan, appellans.* Alibi: *Communus calceamenta quae ex vili corio, quod vulgariter Bazan dicitur, in alutam, id est cordewan, ciuiliter commutauit.* BAZANNA, eadem notione. Hist. Dalphin. to. 1. pag. 98. col. 1. ex charta anni 1309. *Filo, cordis, cera, cordouano, bazannis, mercimoniis,* etc. BAZANA. Ibidem pag. 87. col. 1. ex alia Charta eiusdem anni: *De bestia enecata bazanis leuantur quindecim denarii.* BAZENNA, in MS. anni circiter 1290. vbi de Redditibus Episcopi Autissiodorensis: *Bazenna sic tela, pelliparia merces - - debent pagium.*

BAZANA, *sacculus*, in Gloss. Arabico-Lat. quia fortea ex corio, seu *Bazano* confectus.

† BAZELARE, idem ac *Bazalardus*, Gall. *Bazelaire.* Lit. remiss. a. 1373.

† BAZELARIVS, BAZELLARIVS, idem, in lit. remiss. a. 1384 et 1400.

† BAZENA, idem ac *Bazan*, in Ch. a. 1277. t. 4. Ordinat. reg. Fr. p. 670.

BAZENNA, V. *Bazan.*

BAZIA, BACIA, vas quoddam. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 26. *Tulit* (Siconolfus) *in coronis, baziis, et hamulis, geralibus, et cochleariis argenti libras simul quingentas.* Item paulo post: *In anaglyfis baziam vnam.* Ignotus Casinensis in Hist. Langob. cap. 10. de eadem Siconolfo: *Abstulit vice prima baziam argenteam vnam, vncias par vnum, etc.* Infra, *Baciam* habet: *Et post haec Agrifis* (anaglyphis) *baciam vnam, et scaptonem vnum Constantinopolitano deaurata fabrefacta vasa operis.* Videtur idem quod *bacile*, et *bacinus.* Alii idem esse *Baziam* quod *Banca* existimant, vas nempe, aut pateram. † Ch. an. 975. in Append. ad Marc. Hispan. p. 912. *Donamus atque concedimus ad domum sanctae Mariae - - alodem nostrum - - per ipsam baziam.* Vbi vas quod in signum translatae possessionis dabatur, significat.

BAZILI, idem quod *Bacile*, peluis. Locus est in *Par litterarum.* V. *Bacca* 2.

† BAZILLVS, diminut. a *Bazia*, in Chron. Bergom. ap. Murat. t. 16. Script. p. 856. *Scaulas quatuor con-*

seu ſutaei pedites his praecipue utuntur, quas bebras vocant, et binas etiam ac ternas in praeliis portant. Bartholinus lib. 4. Auſtriad.

Quinquaginta bebras, centum delecta juventus,
Pila gerunt humeris, etc.

BEBRINVS. *Bebrinum veſtimentum*, ex pelle Bebri confectum, in Regula S. Caeſarii ad Virgines c. 7. Gloſſ. Iſid. *Caſtorinum vebrinum*, *bebrinum*. V. *Bever*.

BECA, Hiſpanis amiculum quod Doctores et *Praebendarii* geſtant et ii, qui gradum aliquem adepti ſunt in Academiis. Concilium Limanum anni 1582. inter Hiſpan. to. 4. pag. 248. Ibidem pag. 274. *Nec poſſint* clerici *geſtare ſolas vulgo becas, ſi non fuerint - - licentiati vel doctores, etc.* De *Beca* diſſeritur in Actis SS. Iunii tom. 2. pag. 631. Sobrinus in Dictionario Hiſp. Gall. ait, *Beca Praebendam* deſignari, quod indicet eum, qui geſtat ornamentum hoc, eſſe *Praebendarium*.

† BECALERIVS, enſis roſtratus, vel culter lanionius, ab Ital. *Beccaio*, lanius. Stat. Vallis Serianae rubr. 44. *Arma vetita - - ſunt haec, videlicet calcellus punctoſus - - ſpata, clipeus, tanolatius, becalerius* etc. V. *Beccaenerius*.

BECARIO, *vrceoli genus*, ex veteri Onomaſtico. Sic Turnebus Aduerſar. lib. 28. cap. 5.

BECCA, BESCA, BESSA, BESSVS, Gallis *Beche*, aut *Beſche*, Germ. Bicke; forte quod *Becci* ſeu roſtri formam praeferat. BECCA, Gloſſ. Aelfrici: *ligo*, *becca*, *vel palus*, *vel fuſtis*. BESCA. Cuſtumar. de Hecham: *In communi paſtura turbas - - cum una ſola beſca fodiunt, et nihil dabunt.* Vide Leges Willel. Regis Angl. vernaculas cap. 4. BESSA. Lethaldus de Miracul. S. Maximini Abb. Miciac. num. 34. *Operante eo, fiſſoſorium, quod beſſam dicunt ſimis.* BESSVS, ligo. Audalardus in Statutis antiquis Corbeienſis Monaſterii lib. 2. Auerni etiamnum *Beiſſe* dicunt.

BECCARIA, macellum, laniena, Italis *Beccaria*; Gallis *Boucherie*: *Beccaio*, *Beccaro*, lanio Italis. Murat. t. 8. p. 461. BECCHARIA, idem. Charta Ogerii Iporicenſis Epiſc. apud Guichenonum in Bibl. Sebuſiana cent. 2. cap. 6. Vide Albertum Acharisium in Vocabulario Italico, et Aegid. Menagium in Orig. Ital. in *Beccaio*, et Oct. Ferrarium in *Becco*. BECHARIA, eadem notione. Regimina Paduae ad a. 1271. apud Murator. tom. 8. col. 461. Chron. Parmenſe apud eumdem t. 9. col. 763.

† BECCARINI. Theod. de Niem l. 2. de Schiſm. c. 15. *In eadem civitate Perufina ſunt tres ordines ſeu ſtatus civium. Nam quidam ſunt nobiles, qui dicuntur Beccarini.* Num a forma cuiusdam ornamenti, quod nobilitatis inſigne erat?

BECCARIVS, macellarius, apud Andream Dandulum in Chron. MS. an. 1175. Acta SS. April. tom. 3. pag. 609. in Vita B. Luchesii. Occurrit iterum in Actis SS. Iunii tom. 3. pag. 936. D. Chron. Parmenſe ad an. 1291. apud Murator. tom. 9. col. 821. † BECCHARIVS, in Statutis ann. Florent. l. 3. c. 191. V. *Beccaria*.

† BECCAZENERIVS, idem ac *Becalerius*, in Stat. Mant. l. 1. c. 112.

BECCHARIA, BECCHARIVS, V. *Beccaria*, *Becarius*.

† BECCHETVS, pars tegumenti capitis in *beccum* ſeu roſtrum deſinens, Ital. *Becchetto*. Stat. ant. Florent. l. 3. c. 33. *Nullus deferat habitum Pinzocherum, ſcilicet clamidem nigram ad becchetum.*

BECCO, BECCVM, roſtrum, vox Gallica vetus, vnde Gallis et Belgis *Bec*, Italis *Becco*. Suetom. in Vitellio cap. 18. *Cui Tiberius nato cognomen in pueritia Becco fuerat: id valet gallinacei roſtrum.* Quaſi *Bec de coc*, vt quidam volunt. Perperam a *bucca* etymon accerſit Acharisius. BECCVM. Bracton. lib. 3. Tract. 2. cap. 28. §. 1. *Si habuerit accipitrem, perdat beccum, et ungues pedum et caudam.* ABBECARE, vox falconariorum, *Becco*, ſeu roſtro impetere, ſeu crebrius roſtrum infigere, morticare. Fridericus II. Imp. l. 2.

l. 2. de arte venandi cap. 49. *Per huiusmodi ſcilices mordicationes, ſiue, vt ita dicam, abbecationes ſæpius iteratas, etc.* Occurrit ibi rurſum, et cap. 53.

BECCVNES, V. *Becuna.*

BECCVS, priſca Danorum ſeu Gallorum lingua dicitur aquae curſus alteri fluuio ſe committens: hinc *Beccum* ſiue *Beccum* Helluini, adiecto fundatoris nomine, celeberrimum in Normannia coenobium ab vrbe Rotomago decimo octauo verſus Occaſum milliari in Rotomagenſi tractu ſitum. Hiſt. eiusdem Monaſterii MS. pag. 1. n. 1. ex Archiuo eiusdem loci. V. *Beconagium.*

† BECCVSFREDVS, pertica ferro praeacuto et recuruo munita. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bellic. cap. III. *Beccusfredus alias aculeum marinas frangens naues.*

BECHA. (1) Habitus proprius Clarenorum Acta SS. Iunii tom. 2. pag. 1099. de B. Angelo Clareno: *Habitum autem deferebant fratres diſtinctum a veſte Franciſcana, quem Becham vocabant; habitum ſcilicet brevem cum capucio ante et retro, ac chordam vsque pyramidali forma* (vnde procul dubio *Becha* dicebatur) *cui a tergo pannea lingua haerebat.* (2) BECHA, BECCHA CAPVCCII, pars eius extrema quae deſinit in *Beccum* ſeu acumen. Acta SS. Iunii tom. 3. p. 547 A. de B. Petro Gambacurta: *Et dimittitur beccha capuccii, et nonae acceptantur Conſtitutiones.* Capitul. gener. S. Vict. Maſſil. an. 1378. *Nullus portet caputium cum becha, cum cauda longa ſeu almucias.*

BECHARE, fodere, Gallis *Becher*, in Stat. Synodal. Epiſc. Andegav. an. 1274. V. *Becca.*

BECHARIA, V. in *Beccaria.*

† BECHARIVS, lanius, paſſim in Stat. vrb. Ital. V. *Beccarius.*

BECHIN, Germ. ein Becken, peluis Gallis *Baſſin.* Tradit. Fuld. lib. 1. pag. 472. Et infra Tradit. 39.

† BECHINVS, hircinus, Böcken. Conuent. Ciuit. Saonae an. 1526. *Pro ſingulo pecio bechinorum.* V. *Bechus* et *Becuna.*

† BECHVS. (1) Hircus, Gall. *Bouc*, Ital. *Becco*, Germ. Bock. Stat. ciuit. Aſtae collat. 7. c. 1. (2) Idem quod *Beccherus*, apud Murat. t. 16. p. 581.

BECIARIA, BEZARIA, († modus agri, forte tantum terrae, quantum quis *becca* ſeu ligone vno die fodere poteſt, idem ac *Beſcata.*) Tabularium Conchenſe in Ruthenis Ch. 203. *Et vnum manſum et vnum caput manſum in illa beciaria, cum campis et hortis, etc.* Ch. 219. *Donamus illo manſo noſtro de Paillaredo, vbi Rainaldus manet, cum ipſa bezaria, cum quantum ad ipſo manſo aſpicit, etc.* Ch. 237. *Cum boſtes, cum brolio, cum manſione, cum vernias, cum albaretas, cum pratas, cum beciarias, cum terras cultas et incultas, etc.* Adde Ch. 266. 429.

BECIVM, BECIVS, V. *Bedum.*

BECONAGIVM, tributum quod in ſuſtentationem Phari, vel maritimi luminis, quo populus ſubito excitetur ad repellendum hoſtem, conferrur. Haec Spelmannus qui a Saxonico, *Beacn*; i. ſignum accerſit, quod in ſignum eiusmodi faces accendantur, ſeu contra hoſtes, ſeu ad dirigendas naues. Quid ſi a *Becco*, de qua voce ſupra? Nam Galli promontoria ſeu terrae lingulas in mare, aut in fluuios procurrentes, *Becs*, i. roſtra, appellant, vbi vt plurimum Phari, ſeu turres, eriguntur. Veſtigium manet in *Bec d'Allier*, vbi coëunt *Elaueris* et *Ligeris* fluuii, et in *Bec d'Ambes*, vbi confluunt *Garonna* et *Dordonia.* Potuit etiam conſtari id vocabuli ex Belgico *Bake*, ſpecula, pharus, pro nocturno nauium acceſſu. V. *Baccha.*

BECCVM, V. *Becco.*

BECVNA, aluta, Gall. *Baſane.* Statuta Maſſil. pag. 389. vbi extat capitulum integrum. *De coriis et becundis pro calibus quales emptae ſunt vendendis, et de aſſollatis non immiſcendis.* Ibid. pag. 465. Rurſum occurrit pag. 380. † Vox *Beccunes*, quae eadem prorſus eſt, aliud ſignificare videtur, in Ch. Phil. III. an. 1277. t. 4. Ordinat. reg. Fr. p. 670. vbi *Beccunes* et *Bazena* tanquam res diuerſae occurrunt. *De qualibet cen-*

tena pellium arietum, et de Beccunes, VIII. den. - - de qualibet duodena Bazenae, II. den. Forte pelles hircinae indicantur. V. *Bechinus.*

BEDA, armilla, ab Anglico *Bed* vel *Bead*, Gall. *Braſſelet.* Madox Formul. Anglic. pag. 427. ex Teſtamento anni 1386.

BEDALE, BEDALIS, idem quod *Bedum.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 40. *Et a Septentrione ad quendam bedalem.* Charta G. Vicecomitis Maſſilienſis apud Gueſnaium ann. 1016. *Vbi Gerrenus fluuius cadit in bedale de ſupradicto molendino ad gadium Huvelnae etc.* Alia an. 1250. apud Goffridum in Nicenſibus Epiſcopis pag. 184. *Ad aedificandum in dicta terra domum - - cum conductu aquae a bedali dicti Augerii.* Maſſilienſes vocant etiammum *le Beal* ipſum riui alueum. V. *Bedum.*

† BEDALIVM, idem, in Ch. Mſ. V. *Beale.*

† BEDANAS, corium vitulinum, ouium, vel hircinum. Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1330. *Tres coſtals de curduano albo - - et unum coſtallum de bedanas.* V. *Becupa* et *Beſema.*

BEDATVM, paſcuum commune: († haud dubie dictione Vaſconica, pro *vetatum*, pratum paſcuis prohibitum, vbi animalia paſcere nemini licet; male ergo paſcuum commune exponitur.) Occitanis *Lou Bedat.* Stephanotius Antiq. Benedict. in Vaſconia MSS. tom. I. pag. 685. *Concedimus ad agrarium venientibus ibidem omnes terras cultas et incultas, excepto bedato, ſalvo iure feodatorum noſtrorum, etc.*

BEDDE, lectus, ab Anglo-Saxonico *Bedd:* quod idem ſignificat. Madox Formulare Anglican. pag. 428. in Teſtam. Ioannis de Nevill ann. 1388. *Item Eleanorae de Lemley filiae meae duo bauerett beddis de Norfolk cum curtinis, etc.*

BEDE, collectae genus, apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 415. *Adiunctum eſt in ſerie noſtrae Conſtitutionis, quod manſus duos ſolidos ad cenſum et unum ad collectam, quae vulgo Bede dicitur, et inſuper decimam perſoluet, etc.* *) A German. infer. Beede, a bitten, petere, quia olim blande et per rogationes et ſuaſiones exigebatur.

† BEDEGAR, *dicitur Gallice Eſglantier*, in Gloſſ. Lat. Gall. an. 1348. Aliud, *Bodegar, indeclinabile, Gall. Aiglantier.*

BEDELLATVS, officium *Bedelli*, ap. Gomer. l. 8. de rebus geſtis Franc. Ximenii p. 1148.

BEDELLI, apparitores minores, qui ad iudicia citabant, et Bailliuorum et Iudicum pedaneorum ſententias, eaque officia, quae minus videbantur honeſta, exſequebantur. Edictum S. Ludouici an. 1254. ad coercendos Bailliuorum defectus: *Seneſcalli autem noſtri et inferiores bailliui caveant ſibi a multitudine bedellorum, et quanto pauciores poterunt, ſine conſenſi ad Curiarum exequenda praecepta, et illos nominent in aſſiſia publica, aut vero pro bedellis minime habeantur.* Nec iniuria Ludouicus bedellorum numerum inhibuit, qui graues ſemper populo habiti ſunt. Vnde Ordericus Vitalis l. 12. p. 876. *Officiales mali praedonibus peiores ſunt. Pugenſes nempe, latrunculos fugiendo ſeu diuertendo, denitare poſſunt, verſipelles vero bedellos nullatenus ſine damno declinare queunt.* Hinc *Bedellos* Willelmus Brito in Vocab. *Angarios, compulſores iniuſtos eſſe* ait. Exactorum et publicanorum praeterea officium egiſſe *bedellos* colligimus ex Mattheo Pariſ. an. 1257. dum Fratres Minores et Praedicatores *Papae telonarios et bedellos factos* ſcribit. Et alibi: *Nullus foreſtarius vel bedellus faciat de caetero ſcotallum, vel colligat garbas.* De vocabuli etymo varii varia tradunt. Skeneus a *pedo* hoc eſt, a baculo, deducit, *propterea quod huiusmodi ſeruientes virga aut baculo utentur.* Quam ſententiam improbant Spelmannus, Watſius, et Somnerus, qui a Saxonica voce *Bidele*, Germ. Büttel, quae praeconem ſignificat, deducunt. Vide Edwardum Cokum ad Littleton. et Menagium in Etym. Gall. BEDELLI ECCLE-

SIARVM. Concil. Hiſp. tom. 4. pag. 667. col. 2. ex Regula conſuetæ Toribii Archiep. Limae. Hos Eccleſiarum vt et Vniuerſitarum Bedellos Galli etiamnum appellant *Bedeaux*. BEDELLI VNIVERSITATVM. Literae Iohannis Regis Franc. an. 1350 pro Vniuerſitate Montispeſſulana to. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 514. † BEDELLVS PROVINCIAE, ſub hoc titulo Chart. Ottonis march. Brandeb. a. 1196. ſubſcribit *Waſmodus de Heckelinge*, ap. Ludewig. to. 9. Reliq. p. 541.

BEDERIPES, BEDREPIVM, BEDREPE, BEDRIF, *precaria* ſeu ſeruitium quod domino ſuo tenentes praeſtare debent in rebus ad agros pertinentibus vt in demetendis meſſibus, ſecandis foenis, etc. a Saxonica *Biddan*, rogare, precari, et *Rippan*, falcare, metere. Anglis *Bederone* vel *Bidrepe*. Kennet. in Gloſſario ad calcem Antiquit. Ambroſden. *Tenentes de Ewel debent venire in autumpno ad precariam, quae vocatur a la Bedripe*. Ibidem ex Placito 10. Henr. III. *Ernaldus carrectator tenet vnum meſſuagium et duas acras terrae in duobus campis, et reddit per annum duos ſolidos et alias conſuetudines ad Bedrepium in autumpno*. BEDERIPES, eadem ſignificatione. Chartularium SS. Trinitatis Cadomenſis fol. 46. V. etiam *Wedbedripa*.

BEDEWERI, banditi, proſcripti. Matth. Pariſ. ann. 1258. *Sicque facta eſt pax* (inter nobiles Romanos) *et tranquillitas liberrima, diſperſis praedonibus, quos Bedewros vocant, et Romanis malefi cis*. Sed legendum *Berroëros*. V. in hac voce. BEDIVM. Polyptych. Fiſcamnenſis ann. 1236. *Et debet facere et retinere ſeptem perticas excluſarum molendini et curare bedia*. V. *Bedum*.

† BEDOCCVS, forenſis, extraneus. Inquiſit. a. 1322. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 32. *Et quia plures veniunt ad dicta loca ad habitandum, nichil habentes vel poſſidentes immobilia, quã vocantur bodocci, id eſt, forenſes* etc.

BEDOGIVS. equus iunior, ruſticis Dumbenſibus etiamnum *Bedon*. V. *Vedogius*.

BEDREPE, BEDREPIVM, V. *Bederipes*.

BEDVINI, populi qui Arabiam incocoluere, Halapiam et Crachum verſus, nullis certis ſedibus, nec in vrbibus aut pagis, ſed in tabernaculis degentes, vnde vita appellati. Nam auctor eſt Abrahamus Ecchellenſis in Hiſt. Arabum cap. 1. quos *Scenitas* Strabo appellat, *Baduinos* a *badia*, deſerto dictos. Sed ab harum partium Conſule Francico accepit Cangius, etiamnum Arabes *Beduinos* quosquis ruſticos appellare. Horum frequens mentio occurrit apud Scriptores Rerum Hieroſolymit. Auctor Hiſtoriae Expeditionis Friderici V. Imp. apud Caniſium to. 5. Antiquit. lect. Et apud Iacobum de Vitriaco Hiſt. Orient. lib. 3. inter Anecdota Marten. tom. 3. col. 281. BIDVINOS eosdem vocat Radulphus Coggeshale in Chron. Terrae Sanctae apud eumdem Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 548. et 560. In Epiſtola Epiſcopi Acconenſis ad Honorium PP. tom. 8. Spicilegii Acheriani, BEDVNI perperam vocantur. Agunt vero de *Beduinis* Albertus Aq. lib. 12. cap. 31. Aithonus cap. 35. 51. 55. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 38. lib. 3. part. 14. cap. 2. Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 10. Brocardus in Deſcript. Terrae ſanctae, etc. Perperam *Beduinos* cum *Aſſaſinis* confundit Ioinvilla pag. 48. vti Cangius monuit in Notis ad hunc Scriptorem. BEDVVII, iidem qui *Beduini*. Vide Iacobum de Vitriaco lib. 3. Hiſtoriae Orientalis apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 273. BOLDVINI, eadem notione. Epiſtola Epiſcopi Acconenſis Spicileg. Acher. tom. 8. pag. 375.

BEDVM, ſeu *palitium* molendini, in Tabulario maiore S. Sergii Andeg. Ch. 29. palorum ſcilicet ſeries, quae ad continendam aquam, quo validius rotam torqueat, ſolet ſupra molendinum infigi, Germ. das Flutbett. Hodie id *Bonde* vocant Galli. At in Tabulario Conchenſis Mona-

ſterii fol. 96. videtur ſignificare ipſum riui alueum: ibi enim Stephanus Miles de Retuchon aſſenſum praebet, vt *cum curabunt bedum proiiciant in vtramque ripam pratorum ſuorum coenum.* Tabularium Aptenſe fol. 134. *Cedo omnes res meas - - - cum omne earum* (aquarum) *introitu vel regreſſu, cum terminis et bedis earum.* BECIVM, iiis dicitur. Mag. Paſtorale Eccl. Pariſienſ. lib. 2. Ch. 12. 14. *Super curatione alvei, ſine becii molendini.* Id eſt, *le Bec*, ſeu oſtium aluei. Tabul. S. Dionyſii de Nouigento Rotrodi fol. 103 *Poterit vtraque pars ductum aquae ſuae liberare, mundationem autem beciorum et retrociorum vnius partis ſuſtinebit pars altera.* BECIVS, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1694. in Vita S. Ioannis Valentin. Epiſc. Vocis huius origo Anglo-Saxonica *Becc*, Germ. Bach, riuus, vocis vero *Bedum* Anglo-Saxonica *Bed*, lectus, Germ. Bett, quod vocabulum ad riuos facile transferrur. Sic Galli dicunt, *Le lit d'une Riviere* pro eius alueo. BYRSIVM appellatur in Litteris Officialis Cenoman. pro Monaſterio S. Vincentii an. 1209. ex Archiuo eiusdem loci.

BEDVVII, V. *Beduini.*

BEHEMOTH, Hebreis בהמה, elephas ſeu quaeuis maior beſtia: qua voce daemonem intelligunt Interpretes. Murator. to. 2. pag. 455. col. 2. in Hiſt. Luitprandi.

BEFACVS, *mendicus.* Vetus Gloſſar. San-German. n. 501. Mallem *Mendax*, inquit Cangii editor, niſi mendicus eo dicatur *Befacus*, quod plerumque mentiatur. V. *Bifax.*

BEFARIVS, *bilinguis.* Papias MS. cum Gloſſis San-Germ. 501. V. in *Bifax.*

BEFAX, V. *Bifax.*

BEFECHT. Charta Ludouici Franc. Regis an. 1124. in Tabulario S. Genouefae Pariſ. *Noſtram Serenitatem adierunt humiliter deprecando, quandam conſuetudinem inter noſtros homines trium tantum villarum, ſcilicet Villae nouae, Moncii, Caloili, et hominum S. Genouefae olim habitam quaeſierunt in futurum ſeruari, et aeterna ſtabilitate inuiolabiliter confirmari. Et talis eſt confirmari. Et talis eſt conſuetudo Befeht appellata vulgo, quod mulieres vtrumlibet praegnatae villae naptu viris mutuo datae remanent in maritorum hinc et hinc ſeruitute, a naturali ancillatione penitus deſtitutae, et non ſolum ipſae, ſed etiam quotquot ſunt vtriusque ſexus infantes parturae, quam conſuetudinem praeſentis cartae praecepto firmauimus.*

† BEFFA, Italis et Hiſp. fraus, nequitia, illuſio. Append. ad Monum. eccleſ. Aquileg. p. 48. *Videntes noſtri de Maniaco ſic feciſſe beffas de nobis* etc. V. *Bifax.*

BEFFREDVS, campanile, turris vbi campanae. Hiſt. Harcuriana tom. 3. pag. 327. *Multa bona contulit dicto Prioratui, et inter caetera fecit extrui beffredum magnificae extructionis cum tribus campanis ibi extantibus.* V. *Belfredus.*

BEFVLCI. (1) Wenedorum Sclauorum epitheton, quos ita vocatos a Chunis ſcribit Fredegarius in Chronic. cap. 48. *eo quod duplici in congreſſione certaminis veſtita praelia facientes ante Chunos praecederent.* (2) BEFVLCVS, BIFVLCVS, bubulcus, Ital. *Bifolco.* Ch. ann. 867. apud Murat. to. 5. Antiq. Ital. med. aeui pag. 513. et in alia ann. 1092. ibid. p. 217.

BEGACIVM. Catholicon Armoricum: *Queffelec*, *Gallice Begace*, *ou Affe. Latine hoc Begacium. Inde Begaciolum, et ſecundum aliquos Caſtrimarginarius.*

† BEGARDI, iidem qui *Beghardi*, V. in hac voce.

† BEGARIA, forte pro *Bercaria*, de qua ſuo loco Chartularium Eccleſiae Auxitanae cap. 85. *Firmauerunt et gorpinerunt bailiam et begariam domumque confraternitatis, quod iniuſte et tortuoſe quaerebant.*

† BEGETVM, repagulum, agger quo aqua continetur, ne in agros excurrat. Stat. Monasreg. pag. 247. *Quod - - non praeſumat frangere - - aliquod gighetum ſeu begetum.*

BEGGINA, V. *Beghina.*

BEGGI-

BEGGINASIVM, conuentus vel inſtitutum *Beghinarum*, in hiſt. Loſſenſi auct. Mantelio part. 2. pag. 26. V. *Beguinagium*.

BEGGINVS, V. *Beguini*.

BEGHARDI, BEGEHARDI. (1) Haeretici exorti primum in Alemannia, *qui vulgariter Begehardi, quoad viros, et Beguinae quoad feminas nominantur*, inquit Conradus de Monte puellarum lib. de Erroribus Begehardorum editus a Gretzero, in quo illorum errores recenſentur. Quomodo vero, et vt non ſemel a Pontificibus damnata fuerit eorum haereſis, pluribus agunt Odoricus Raynald. an. 1247. n. 56. 1306. n. 18. 1312. n. 17. 57. Waddingus an. 1308. n. 12. 1317. n. 28. et ſeqq. 1318. Bzovius, et alii. *Beghardorum* etiam meminere Pilichdorffius lib. contra Valdenſes cap. 12. Henricus Rebdorff. ann. 1306. Continuator Nangii ann. 1330. etc. Viri doctiſſimi ad Vitam S. Catharinae Senenſis n. 79. dictos putant a Saxonico, *Beggen*, mendicare. Hanc doctiſſimorum virorum coniecturam, vti aliis omnibus longe probabiliorem, admitteret quisquis nouerit, id praecipuum fuiſſe Begehardorum inſtitutum, vt ſcilicet neceſſaria mendicarent, quo facilius poſſint ſua deliria diuulgare. Concilium Treuirenſe an. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 250. Atque hinc eſt haud dubie quod (2) BEGHARDI, etiam appellati Fratres Conuerſi in Ordd. Praedicatorum et Minorum. Annales Colmarienſes an. 1302. *In hoc Capitulo* (FF. Praedicatorum) *fuerunt Conuerſi ſeu Begihardi, hoc eſt, fratres non habentes domicilia, &c. mendicantes ciboria.* V. *Beguinus*. *) Conſule de Beghardis Friſchium in Lexico Germ. v. Beghart. Vocabul. Lat. Germ. a. 1482. Beghart, gieſs ſchner, (Gleißner,) *Beghardus, Phariſeus, Conuerſus.*

BEGHINAE. (1) Mulieres eiusdem ſectae ac inſtituti, quo *Beghardi* et *Beguini*, quae vna cum iis pariter damnatae ſunt in Viennenſi Concilio, praeſertim eae quae in Alemannia degebant, vt patet ex lib. 3. Clementinar tit. 11. cap. 1. lib. 5. tit. 3. cap. 3. vbi plura de earum haereſi. Matth. Paris anno 1251. *In Alemannia mulierum continentium, quae ſe beguinas volunt appellari, multitudo ſurrexit innumerabilis, adeo vt ſolam Coloniam mille vel plures inhabitarent.* In Alemannia, *Kuherin, id eſt, Poenitentes* appellatas iſtas Beguinas tradit Chronicon Senonienſe lib. 5. cap. 1. de quibus agit etiam lib. 4. cap. 18, *Fratres et Sorores de Poenitentia* itidem Beguini et Beguinae dicuntur in Bulla Ioannis XXII. PP. data 7. Kl. Mart. an. 3. Sed quia paſſim, praecipue in Belgio, ſub *Beghinarum* nomine virgines Deo vere et ſancte famulabantur, ne nocentium damnatione innocentes inuoluerentur, Ioannes XXII. Extravagant. *Ratio recta* et alia Bulla quam deſcripſit Aub. Miraeus in Diplomat. Belg. l. 1. cap. 91. prouidit. De *Beguinarum* Belgicarum hodierno inſtituto, ac viuendi ratione, conf. Lindanum, Statuta Eccl. Leodienſis an. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 879. *Praecipimus quod omnes Beghinae privilegio Beghinali gaudere volentes, intrent curiam Beghinarum et praecipimus commoraturis extra curiam Beghinarum, quod diſtinguant habitum ſuum ab habitu Beghinarum, et ſi aliqua Beghina extra curiam acceſſerit moratura, vel ejecta fuerit propter incontinentiam, vel aliud delictum, habitum non deferat Beghinarum.* Beguinarum vitae genus deſcribunt etiam Rhythmi veteres de origine et fundatione Monaſterii Fratenſis in Flandria. At in Gallia Beguinarum inſtitutum cum contemptui haberetur, ſenſim deſiit, et in earum locum ſucceſſere Sorores tertii Ord. S. Franciſci, quibus indidem traditae in vrbibus Galliae earum aedes. BEGVTAE, in Epiſtolis obſcurorum virorum: *Vtrum Lollardi et Begutae in Colonia ſint ſecolares vel ſpirituales perſonae, vtrum teneantur facere profeſſionem, et an poſſint accipere mulieres et viros.* *Begutta* apud Aurorem Breuiloqui. BIGRINAE, pro *Beghinae*, perperam editum apud Matth.

Marth. Weſtmonaſter. ann. 1243.

BEGGINA, pro *Beguina*, apud Mantelium Hiſt. Loſſenſis parte 2. pag. 27. V. *Beguyna*. (2) BEGHINA, monetae minutioris ſpecies, in Pacto Tongrenſi an. 1403. deſcripto in Magno Recordo Leod. pag. 45.

A *Begga* Pipini Landenſis filia, S. Gertrudis Niuellenſis ſorore, *Beguinarum* nomen et inſtiturum ſumpſiſſe conſtans eſt apud Belgas opinio, nullo alio licet nixa fundamento, quam nominis Beggae. Alii a velo capitis appellatas volunt, etſi vela iſta ab iis, quae *Begninae* ipſae deferebant, dicta longe probabilius ſit. Willelmus Heda ann. 1484. Ioachimus Hopperus a *Beghinnen*, i. incipere, deducit, *quod principium ſive initium quoddam rei monaſtice ponant*. Alii denique a *Bego* quodam iſtius inſtituti auctore, *Beguinos* et *Beguinas* nomen hauſiſſe volunt. Aegidius Aureae vallis Monachus in Radulpho Epiſcopo Leod. cap. 52. ſub an. 1180. Quae quidem hauſit ex Vita S. Odiliae, et ex Ioanne Abbatulo lib. 1. cap. 4. totidem habet etiam Chronicum M. Belgicum pag. 193. V. *Picardia* et *Beguinus*.

BEGHINAGIVM, V. *Beguinagium*.

BEGHINALIS, ad *Beghinas* pertinens. Locum V. in *Beghina*.

BEGHARDI, V. *Beghardi* 2.

BEGINI, V. *Beguini* et *Fratres Gandenſes*.

† BEGNINVS, pro benignus, paſſim occurrit.

† BEGNIVOLENTIA, pro beneuolentia, in Ch. Lud. VII. an. 1144. inter Inſtrum. tom. 7. Gall. Chriſt. pag. 62.

BEGRA, piſcis ſpecies. Ch. a. 1366. de Aquariatu Monaſt. S. Crucis de Talmundo: *In quolibet ferculo tres pecias marlucii recentis aut conceris, et de radis vel de begris quinque pecias.*

BEGVINA, V. *Beghina*.

BEGVINAGIVM, conuentus, vel inſtitutum *Beguinarum*, in Clementina 1. tit. de Religioſis domibus, et in Vita S. Gertrudis cap. 4. num. 15. etc. *Beghinae et habitus Beghinagii*, in Bulla Ioannis XXII. ann. 1320. apud Waddingum. Vide Continuatorem Nangii an. 1317.

BEGVINI, iidem qui *Beghardi*: tametſi *Begardos*, viros; *Beguinas*, mulieres potiſſimum, et vt plurimum dictas, euincat Clementina *Ad noſtrum*, de Haereticis. Quod etiam obſeruatum ſupra. Auctor Breuiloqui: *Beghardus et Beguina, et Begutta, ſunt viri et mulieres tertii Ordinis*. Bernardus Guidonis in Vita Ioannis XXII. PP. *Secta quaedam peſtifera illorum qui Beguini vulgariter appellantur, qui ſe Fratres pauperes de tertio Ordine S. Franciſci communiter nominabant, ex quibus plures fuerunt tanquam haeretici condemnati et combuſti*. Non erant tamen reuera ex tertio Ordine S. Franciſci, ſed falſo id aſſerebant, quo prauis ſuis opiniones recepti Ordinis auctoritate tuerentur, vti pluribus probat Waddingus. Alnarus Pelagius de Planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 51. Matth. Paris et Matthaeus Weſtmon. an. 1243. Et paulo ante ex Epiſtola Yvonis Nerbonenſis, meminit idem Paris *nouorum Religioſorum* in Vienna Auſtriae, *qui Beguini* vocabantur. *Errores* porro *Beguinorum et Beguinarum, quorum ſecta detecta fuit circa an. Dom. 1315. et multi ex eis inuenti ſunt et indicati qui ſe dicunt Fratres et Sorores de Poenitentia de tertio Ordine S. Franciſci et fuerunt combuſti*, pluribus recenſet Guido Carmelita in Summa de Haereſibus fol. 108. Verum non modo Franciſcanos ſe mentiebantur fanatici illi, ſed et Apoſtolorum nomenclatura ſeſe decorabant. Concil. Treuir. an. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 250. *Item, inhibemus ſub poena excommunicationis, ne quis in noſtra ciuitate, dioceſi et prouincia Treuirenſi aliquem vel aliquos de illis ruſticis, qui ſe Apoſtolos appellant, in domum ſuam recipiat, aut eis eleemoſynam erogat.*

BEGVINOS vt viros fictae Religionis ac pietatis non ſemel perſtrinxit M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conſcientia.

BEGGINORVM etiam appellatione Valdenſes non ſemel donat Godefridus Monachus

cius S. Fantaleonis an. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. BEGINI, iidem qui *Fratres Gaudentes*, de quibus in voce *Fratres*.

BEGVTA. (1) Vocabularium vtriusque juris: Idem quod *Beguina*, Gall. *Bigotte*, quam vocem in prauum hodie ſenſum detortam pro muliere ſuperſtitioſa fere ſolent accipere. Vocis origo Germanicum *By Gott*, i. e. *in Deo* vel *per Deum*: qua de re vide Menagium in Dictionario Etymol. Gall. Res Moguntiacae, tom. 1. pag. 81. col. 2. *Super receptione Begutarum, ne vltra numerum ternarium ibi habitent per decanum S. Petri benedicendas.* Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 722. D. *Tribus virginibus ſeu Begutis ante manè Eccleſiam viſitantibus.* Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 195. *Noſtrae Sorores Pragenſes, quae Begutae ſunt vocatae*, etc. V. etiam in *Beguina*. (2) † BEGVTA, Prouincial. *Begude*, locus ſtationis pro victoribus, hoſpitium diuerſorium, Gallis olim *Begude*. Codicil. 2. Caroli Andegav. a. 1481. *In loco ſine begueta de Septemes.*

BEGVYNA, ſtipis collectrix, Gall. *Quêteuſe*, ſorte ſic dicta, quod ipſa vitae inſtituto *Beguina* vulgo eſſet, ab Anglico *Begging*, mendicus. Inuentarium Eccleliae Nouiom. an. 1419. ex Archiuo eiusdem: *Item vna Gallice* Gibeciere *broderata pro miniſterio Beguinae faciendo.* V. *Beghina.*

BEHORDEIS, haſtiludium, V. *Behordicam.*

† BEJANNARE, BEJANNIZARE, nouellum ſcholaſticum, quem *Beianum* vocabant, recipere, in ſocium admittere. Conſtit. Carmelit. part. 1. rubr. 15.

BEJANVS, BEJANIA, V. in *Beanus.*

† BEJAVNIVM, BEJAVNVM, a Gall. *Bejaune*, quod a nouis ſcholaribus, nomine jucundi aduentus, a condiſcipulis exigebatur. Stat. Vniuerſit. Aurel. an. 1365. Stat. Vniv. Toloſ. a. 1401. V. etiam in *Beanus.*

BEINBERGAE, arma quibus teguntur crura. Gloſſae Florentinae apud Eccardum: *Ocreae, arma crurum, Benberga.* Lex Ripuaria tit. 36. n. XI. *Bainbergas bonas pro ſex ſolidis tribuat.* Cod. Goth. *Baimbergas.* Menagius in Etymol. Gall. ad vocem *Hauberg*, ex eadem lege: *Bainbergas bonas.* Teſtamentum Euerhardi Comitis in Spicil. Acher. to. 12. pag. 493. *Bruniam vnam et helmum cum halsberga, et manicam vnam, brimbergas duas.* Vbi merito monet Eccardus legendum *Beinbergas:* quae vox Germanica componitur ex *Bein*, crus, et *Bergen*, operire, munire. V. *Bainberga.*

BEINELLVS. Tabular. Foſſatenſe: *Emit etiam omnes beinellos qui ſunt in magna foreſta, quos vendiderat Ioannes Abbas tempore ſuo cum dicta foreſta.* † Legendum *Beivellus*, vel *Baivellus*, a Gall. *Bailliveau.* V. *Baiuarius.*

BEKA, riuus. Tabularium Abbatiae Clarimariſci inter Opera Miraei to. 1. pag. 192. *Terminus autem mareſci Walcheri eſt, ſicut vtraque Beka ex vna parte, et ritus aquae ex altera parte diuidunt.* Germanis inferioribus *Beke*, eſt riuus, torrens, Germ. Bach.

† BELA-CARA, quod praeter victum et potum cauponi exſoluitur, Gall. *Bonne-chere.* Comput. ann. 1380. inter Probat to. 3. Hiſt. Nem. p. 27. *Item pro - - bela-cara hoſpitis et lectis* etc. *)

BELAMIA. Regula data a Roberto de Arbreſſello Monialibus Fontis-Evraldi cap. 12. *Vt non habeant veſtimenta fimbriata, neque in dorſo, neque in lecto, praeter belamium, ſed inciſa conſuantur, vt tunicae et chlamydes, et caetera omnia.* Veſtis ſpecies ſic dicta ex Gallico *Belle amie*, quaſi *Bella amica.*

† BELARE, *Belar*, *Prov.* in Gloſſ. Prov. Lat. Cod. reg. 7657. Balare, Gall. *Bêeler*, Ital. *Belare.*

BELBVS, *hyaena*, apud Capitolinum in Gordiano III.

† BELENCVS, ludus aleatorius, Gallis *Berland*, vel *Breland.* Areſt. an. 1371. *Emolumentum ex ficca tabula ſeu ludo ad belencum prouenientis, ordinauimus conuerti in ſolutionem redditunm ad vitam.* *) Videtur eſſe ludus, qui ruſticis audit Beilketafel, Drucktafell, Trockentafel, id quod ex

ex appellatione *ficta tabula* patet. Est autem tabula longa in qua alter alterius coniformia ferra impellendo detrudit; qui ludus Gallorum *Billiard* originem dedit.

BELENEA, BELENVS, V. *Belbnea.*

BELENEAS, V. *Bajulona.*

BELEVTERION. Spicil. Acher. to. 3. pag. 239. ex Chronico Fontanellensi: *Iussit praeter aliam condere domum iuxta abſidam basilicae S. Petri ad plagam Septentrionalem, quam conuentus sine curiae, quae Graece Beleuterion dicitur, appellari placuit: propterea quod consilium in eâ de re qualibet perquirentes conuenire fratres soliti sint.* Legendum est Βελευτήριον, quod curiam reipsa significat apud Graecos recentiores. Vide Glossarium mediae Graecitatis ad vocem Βελευτικὸν.

† BELFAGVE. Reparat. factae in Senescal. Carcass. a. 1435. *Pro faciendo et ponendo in dicta molendino vnum belfague.* *) Forte idem ac Germanis Fachbaum, lignea scilicet trabs prope ripam posita, vt certa portio aquae ad declinatum molendinorum fluat et superfluum alio deducat.

BELFRAGIVM, V. *Belfredus.*

BELFREDVS, *Berfredus, Verfredus, Berefridus, Bilfredus, Balfredus, Berfreit, Belfragium.* Haec omnia vnum sonant, Gall. *Beffroy.* Sic vero appellata (1) machina bellica lignea, in modum excelsioris turris exstructa, variis tabulatis, coenaculis seu *ſtationibus* constans, rotisque quatuor vecta; tantae proceritatis, vt eius fastigium, oppidorum et castrorum obsessorum muros aequaret; cuius parietes, vel tabulis vel cratibus colligati, coriis taurinis et equinis, operti erant, vt ab ignium inextinguibilium eiaculationibus damnum non paterentur. In coenaculis autem collocabantur milites, qui in hostes continuo tela vibrabant, aut sagittas emittebant: infra vero viri robore praestantes magnis impulsibus muris machinam admouebant. Describitur non semel eiusmodi machina a Scriptoribus, tacito licet *Berfredi* nomine: a Leone Imp. in Tacticis cap. 15. num. 30. Alberto Aqu. lib. 6. cap. 11. lib. 7. cap. 3. Guiberto de Gestis Dei lib. 6. cap. 18. lib. 7. cap. 7. Aegidio Monacho Aureae vallis in Alberone II. cap. 35. Tudebodo lib. 5. pag. 805. Froissart. 1. vol. cap. 111. Modum vero construendorum *Berfredorum*, vel saltem eiusmodi turrium, quas ad vrbium et castrorum muros admouere solebant, describit Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 22. Πυργοκάστελλα dicuntur in Chronico Alexandr. pag. 900. 906. BERFREDVS. Ordericus Vital. lib. 8. *Ingentem machinam, quam Berfredum vocitant, contra munitionem erexit, et copioſe bellicis apparatibus instruxit.* Et mox: *Insectores armigerum quemdam fecerunt in Berfredum ascendere, et a boreali plaga ignem immittere.* Lib. 12. *Carpentarios Berfredum facientes docebat.* Epist. Friderici Imper. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 909. E. *Robur scilicet ac munimentum totius Bulgariae in Berfredis et propugnaculis contra honorem Dei et viuificae Crucis, in noſtrum ac totius Christianitatis excidium praecepit communiri.* BERFREIT, et BERFREID. Willelmus Malmesb. l. 4. Hist. pag. 141. Simeon Dunelm. de Gestis Angl. ann. 1123. BELFRAGIVM. Willelm. Armoricus lib. 2. Philipp. pag. 119. BERTEFREDVS, in Charta Innocentii II. PP. apud Vghellum in Episcopis Bergomensibus. BILFREDVS, apud Rolandinum in Chron. lib. 1. cap. 8. lib. 4. cap. 2. lib. 6. cap. 6. lib. 12. cap. 6. VERFREDVS, in Epistola Friderici V. apud Willelm. Hedam. an. 1190. pag. 320. 1. Edit. BALTEFREDVS, in Charta Blanchae de Sabaudia vxoris. Galeacii Comitis Virtutum. BALFRIDVS, in Charta Communiae Suession. BELFROI, in Consuetud. Atrebatensi antiq. art. 98. noua art. 145. BATIFREDVS, in Chron. Antonii Godi apud Murator. t. 8. col. 72. BITIFREDVS et BITIFREDVS, in Chron. Parm. ad a. 1308. ap. Murat. t. 9. col. 872. Ibidem col. 773. BVTIFREDVS. Memoriale Potestatum Regiens. an. 1288. ap. Murator. tom. 8. col. 1172.

(2) BE-

(2) BELFREDI nomen a similitudine eiusmodi machinae bellicae, postea inditum altioribus turribus, quae in vrbibus aut castris eriguntur in quarum fastigio excubant vigiles, qui eminus aduentantes hostes pulsata, quae in eum finem appensa est, campana ciues admonent, quo sint ad arma parati. Nec in eum tantum finem statutae in *berfredis* campanae, vt aduentantes nuncient hostes, sed etiam ad conuocandos ciues, et ad alios vsus, prout rei politicae curatoribus visum fuerit. Vnde *Campana bannalis* dicitur Hocsemio, quod cum pulsatur, quicumque intra *bannum* seu districtum vrbis commorantur, ad conuentus publicos ire teneantur. Statuta Gildae Scoticae cap. 28. *Nullus regratarius emat pisces, foenum, animas, - - ante pulsationem campanae in Berefrido, etc.* Atque inde *Berfredus* inter priuilegia *Communiae* vulgo accenseretur: idque colligitur ex Arresto, seu Statuto Caroli Pulcri dato Paris. an. 1322. quo ciues Laudunenses, propter nescio quod commissum in Laudunensem Ecclesiam sacrilegium, iure Communiae priuantur, nempe *iure Scabinatus, Collegii Maioratus, Sigilli, Campanae, Berfredi, et Iurisdictionis. Berfredi Brugensis* meminit Chronicon Flandr. cap. 61. 63. quod *Beaufroy* et *Belefroy* vocat. Sed et *Belfredi* vox, a Saxon. et Germ. *bell*, campana, et *freid*, Friede, pax, videtur deducta, quod in hisce turribus appenderetur ad conuocandos homines in tumultibus bellicis, vel aliis occasionibus, maxime in vrbibus, quarum Communiae *Pacis* nomine non semel donatae leguntur. V. *Campana.*

(3) Denique etiamnum *berfredum* appellant Galli ligneam fabricam in campanariis, in quibus pendent campanae, Germ. Glockenstuhl. Charta an. 1282. in Magno Pastorali Eccl. Paris. lib. 20. cap. 220. vbi de campanis: *Berfredum autem tenetur fabrica Ecclesiae facere et sustentare suis sumptibus.* V. *Tristegum.* *) De origine vocis nil certi constat. Schilteri coniectura, qui a voce *bal*, male, et *frid*, pax deducit, frigidior videtur. *Frid*, quod pacem vel securitatem proprie denotat, etiam pro turri, securitatis loco, vsurpatur. Prius si a *baera*, portare deducatur, *berfrid* erit turris portatilis; sin vero a *baerja*, pugnare, turris bellica.

† BELICIES, CIVM, *li forzire ſpeſſ de fonte.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† BELIORDVM, perperam pro *Behordum*, hastiludii species, in Stat. eccl. Leod. an 1360. apud Hugon. to. 2. Monum. sac. antiq. pag. 451. V. *Behordicum.*

BELKINVS, V. in *Baldakinus.*

BELLA. (1) Acus, a Graeco βελόνη quod a βέλος formatur, vnde facile *bela* vel *bella*. Computum an. 1318. *Item pro rauba brunetae nigrae Dominae et pluribus aliis neceſſariis in dicta rauba, et pro aſſuaglis et bellis XXIV. l. VI. ſ. VIII. den.* (2) † Mendose pro *bolla*, cyathus. Inuent. a. 1420. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonstr p. 591. V. *Bella* 1. (3) † BELLA, fem. gener. pro *bellum*, pugna, praelium. Cod reg. 76. *Verſus de bella quae fuit acta etc.*

BELLAGINES, iura municipalia Gothorum Iornandes de Rebus Get. cap. 11. de Diceneo: *Phyſicam tradens, naturaliter propriis legibus viuere fecit, quas vsque nunc conſcriptas, Bellagines nuncupant* Andreas Grauius. Suecus accersit vocabuli etymon a Saxonico seu Danico *by*, habitatio, et *laga*, lex: ita vt Bellagines fuerint vrbium et oppidorum leges. V. *Laga* et *Bilage*, et Loccenium lib. 2. Antiquit. Suecic. cap. 5. *) Adde V. Cl. Ihrii Gloſſar. Suio-Goth. v. *Lag*, vbi fuse de *Bellaginibus* agitur.

† BELLA-MATER, a Gall. *Bellemere*, nouerca, in Ch. Mſ. a. 1400.

BELLATOR. (1) BELLATOR MONASTERII, an idem qui Aduocatus seu Defensor, hinc *Bellator* dictus, quod pro tuitione monasterii sibi commissi nonnunquam *bellare* cogeretur? Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 60. in subscriptionibus: *S. Hervegii Bellatoris. S. Petri Culture. S. Belinandi de Cathedris.*

thedris, S. Eginardi filii Alardi. † Cognomen esse videtur, non officii appellatio. (2) Castrorum praefectus. Vita S. Aldegundis to. 2. Act. SS. Benedict. pag. 807. *Duorum quoque aunnculorum eius Gundalandi et Landrici nomina praefiximus, qui primatum pugnae istius regionis tenuisse memorantur, quod Graeci Scholares, nos quoque bellatores vocamus.*

BELLATORIVM, pars nauis, illa forte in qua milites pugnare solent; († ea scilicet quae Gallis olim *Belle*, nunc *Passavant* nuncupatur, et quae inter summa vtraque tabulata interiacet.) Vide tom. 5. Histor. Francorum pag. 436. 437.

BELLAX, bellicosus. Ducheſnius Hist. Script. Norman. pag. 956. Acta S. Cassiani apud V. Cl. Fontaninum de Antiq. Hortae. pag. 343.

† BELLENEA, BELENEA, onus plaustri, seu vehiculi *Belenum* dicti, Gall. *Beneau*, vel *Beneau*. Comput. Mſ. a. 1450. Alius a. 1441. V. *Belneria* et *Benna*.

BELLENGVM, V. in *Berlengum*.

† BELLERBECHI, vulgo *Beglierbei*, praefecti militares apud Turcas, de quibus Iouius hist. l. 14. Car. de Aquino in Gloſſar. milit.

† BELLERIA, annulus a quo tudicula campanae pendet, Gall. *Belliere*. Sentent. a. 1282. ad calcem Necrol. Pariſ. V. *Berleria*.

† BELLETVM, fucus, pigmentum, Ital. *Belletto*, Germ. Schminke. Barelet. in ſerm. Dom. 1. Quadrag. *Cur ponis belletum in facie, vitellum oui, aquam vitis, vnguenta, cerusam?*

† BELLICA, ORVM, arma, sagum, et quidquid armorum et vestium ad detegendum et exornandum militem pertinet. Gauther. Antioch. *Bellicis indui.*

BELLICARE, belligerare, praeliari, impugnare. Murator. tom. 2. pag. 265. Hist. Dalphin. tom. 2. p. 104. col. 1. V. *Decludere*.

† BELLICOSE, cum armis rebusque aliis militaribus. Litt. Casimir. III. a. 1462. inter Leges Polon. tom. 1. pag. 201. *Tenebuntur - - proficisci bellicose.*

† BELLICOSITAS, virtus bellica, t. 1. Spicil. Acher. p. 528.

† BELLICOSVS. BELLICOSA PATRIA, qua bellum frequenter geritur. Ch. Caroli VI. a. 1422.

BELLICREPA, *quoddam genus ludorum cum armatis.* Gloſſar. Iſid. in Pithoeanis: *Bellicrepa, Saltatio. Quae*, teste Festo *dicebatur, quando cum armis saltabant: quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, cum a ludis Sabinorum virgines rapuit.* † Eadem ferme saltatio, quae Cretensibus *Pyrrhicha*. V. notas Dacer. ad Fest. et Lat. Pitiſci v. *Salsatio*.

† BELLICVLVM, diminut. a *bellum*, simulatum praelium, ludiera pugna. Murat. t. II. Script. p. 35. V. *Bataliola*.

BELLICVM FACERE, pro hostilis facere, apud Rymer. tom. 1. pagin. 768.

† BELLIDVCTOR, BELLIDVX, pugnae instructor. Lit. Matth. reg. Hung. a. 1468. to. 6. Aneod. Pezii part. 3. p. 222.

BELLIONES, bellicosi, belligeratores. Glab. Rodulfus lib. 1. Hist. cap. 1.

BELLIPARIVS, pro *Pelliparius*, qui parat pelles, apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 449.

† BELLIS, bellicosus. *In campo Martis erant belles*, ex Cod. Mſ. eccl. cath. Camerac.

BELLONARII, *οἱ ἐνθουσιάσται*, lib. de Offic. proconſ. Fanatici. Supplem. Antiquarii.

BELLVILE, *ἐγχώδες*, bellinum, serinum. Supplem. Antiquarii.

BELLVM. (1) Praelium, qua notione *πόλεμος* vsurpatur apud Leonem Imp. in Tacticis cap. 12. 13. 14. et alibi passim. Historia Miscella: *Tyrannide vero destructa, sit Persarum atque Romanorum circa Mariyropolim maximum bellum.* Vbi Theophanes p. 220. habet *πόλεμος μέγιστος*. Theodorus Campedonensis de Vita S. Magni c. 6. Vruntur et alii. BELLVM PVBLICVM, quod *pugna publica, et publicus conflictus* dicitur Vegetio lib. 2. cap. 18. lib. 3. c. 9. 26. Mart

Mars publicus, lib. 5. cap. vlt. *Praelium publicum*, Venerico in Apologetico Henrici IV. Auctor incertus de Limitibus agrorum: *Quando milites occidebantur in bello publico.* Vetus Inſcriptio 161. *Poſt victoriam Gothicam, ipſis eorum regibus celeritate mirabili conflictu publico ſuperatis atque proſtratis*, etc. BELLVM CAMPALE, praelium publicum: Folcgefecht, in Chronico Saxonico. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 10. *Qui in bello campali vel naturali, fugerit* etc. Et cap. 43. *Qui proditor domini ſui fuerit, quicunque ab eo in obviatione hoſtili, vel bello campali fugerit, vel victus fuerit, vel feloniam fecerit, terram ſuam foris fecit.* Adde cap. 13. Eximius Petri Salanoua de Priuileg. Baronum Aragon. *Non tamen tenentur regi facere exercitum vel caualcatam, niſi forte rex iret ad campale praelium. Campale certamen*, apud Aimoinum lib. 3. de Miracul. ſancti Benedicti cap. 7. *Campalis congreſſus*, in Actis Innocentii III. PP. p. 15. *Lis campalis*, in Ch. Adefonſi reg. Aragon. apud Hieron. Blancam pag. 640. BELLVM CAMPESTRE, apud Rogerum Houed. ann. 1187. *Diſpoſuit acies ſuas ad bellum campeſtre.* Matth. Paris ann. 1121. *Actum eſt campeſtre praelium inter Ludov. Regem Franc. et Henr. Regem Angl. Conflictus campeſtris*, in Geſtis Innocent. III. PP. pag. 86. BELLVM NOMINATVM, V. *Hoſtis.* (2) Acies. BELLVM PRIMVM, prima acies in praelio. Gallis *Ayantgarde*, Germ. das Vorder-Treffen. Kymer. tom. 6. pag. 532. (3) *Duellum*, mononachia, etiam legibus decreta. Guillelmus Carnotenſis de Vita S. Ludouici: *Monomachiam, quae bellum dicitur, vel duellum*, etc. Leo III. PP. Epiſt. 4. *Tunc ipſe Leo Imperator - - petiit cum Conſtantino bellam commiſtere, ne pro duobus viris tantorum Chriſtianorum ſanguis effunderetur*, etc. Tabularium Vindocin. Charta 122. *Si forte incolarum aliquis in aliquo excedit, vnde aut bellum faciendum ſit, aut ſolitum candentis ferri iudicium ſit deportandum.* BELLVM VADIARE, in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 59. Scacarium S. Michael apud Cadomum ann. 1225. *Iudicatum eſt quod bellum vadiatum nullum ſit, ex quo nullus miles fuit ad viſionem.* Regeſtum I. Saniuſti in Camera Comp. Pariſ. *Quaeritur vtrum mortuo illo qui gagiauit bellum, incipias cauſa de nouo* etc. Statuta Willelmi Regis Scotiae tit. 15. §. 3. *Nulli liceat redemptionem capere de aliquo, poſt aquae, vel belli de eo iudicium factum.* BELLVM PVGILE, apud Guibertum Abbat. Nouigenti lib. 2. de Vita ſua cap. 5. ſub finem. BELLVM ARMATVM, Charta Fulconis Comitis Andegauorum pro fundatione Abbatiae Belliloci juxta Lochas: *Et ſi in aliquo loco terrae meae Abbas loci illius pro qualicunque re bellum fecerit, ſi homo ſuus victus fuerit, liberum eum reducat, nec aliquam forfacturam Praepoſito vel Vicario emendet. Bellum quod ante Abbatem vel Praepoſitum loci armatum fuerit, ibi praeſcietur, vel vbi Abbas illud ducere voluerit. Si vero cum homine meo, aut alicuius mei militis armatum fuerit, Lucae ſiet*, etc. Ita *bellum* pro duello paſſim vſurpatur, in Foro Morlanenſi art. 8. in Legibus Willelmi Nothi cap. 68. 69. 70. 71. in Legibus Henrici I. cap. 45. 49. 59. apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandriae n. 12. 94. 162. 137. etc. BELLVM CAMPIONVM, eadem notione, inter dominica jura recenſetur in Charta Ebrardi Vicecomitis Carnotenſis ann. 1073. ex Tabulario Dunenſi. BELLVM CAPITALE. An *Murdrum* ſeu *Homicidium furtim factum?* Ita videtur ex eo, quod *Murdrum* in Chartis adulterio jungi ſoleat et homicidio. Charta an. 1233. ex paruo Chartulario S. Victoris Maſſil. fol. 135. et Armario Vapiſcenſ. dioeceſ. n. 2. *Relinquat omnes iniſtitias et firmancias in omnibus caſibus, exceptis tribus adulterio, homicidio et capitali bello.* BELLVM PRIVATVM, olim dicebatur, quod inter priuatos nobiles, cum alter alterum laeſerat, gerebatur. Hac de re vide D. de Laurierre in Praefat. tomi 1. Ordinar. Regum Franc.

Franc. et ipſius tomi pag. 58. in notis, maximeque Cangium noſtrum in Diſſert. ad Ioinuillam. (4) Manipulus, ſeu globus militum, Gallis *Eſcadron*. Geſta S. Ludouici: *Tradidit ei Rex 500. balliſtariis equites et pedites, quatuorque bella militum exterae nationis.* Alibi: *Rex ipſe cum ſuo bello armatus egreditur, et mox cuncti Barones aciebus diſpoſitis exemit extra caſtra.* Epiſtola Petri de Condeto tom. 2. Spicilegii Acheriani: *Die Iouis ſequentis redierunt parati, et tradidit eis D. Rex quatuor bella, ſcilicet Carcaſonenſe, Catalaunenſe, Petragoricenſe, et Bellicadrenſe, et ſeruientes peditum. Et idem D. Rex et alii Barones, ſicuti erant ordinati per bella, vsque ad 17. bella exierunt circa exercitum contra Saracenos.* Hic vero *bellum Carcaſſonenſe*, etc. dicitur, manipulus militum Balliuiae Carcaſſonenſis, etc. (5) † Nude pro bello publicato, denunciato et indicto, in Ch. Ludov. VII. t. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 619. *In exercitum et equitacionem non ibunt - - - niſi nomine belli ſubmoueantur.* (6) † Machinae bellicae. Murat. to. 20. Script. pag. 881. *Eodem anno - - bellum publice paratum fuit ad expugnandum conuentum S. Iohannis.* (7) † BELLVM CANVM memorant Annal. Victor. Mſ. ad ann. 1230. *Hoc annum bellum canum occidentium ſeſe fuit etc.* BELLVM CANINVM, quo ſcilicet canes morſibus equos fugant, in Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. c. 113.

BELLVTVS, V. *Bellus.*

BELLVVS, *moribus beſtiarum*, in Gloſſis Iſidori; perperam infra *bilinus, morbus beſtiarum*, vti legit Graeuius, ex quo hic addam ſequentia: Gloſſar. Gr. Lat. Θηριώδης, *efferus, bellus.* Sed rectius Lat. Gr. *Belluinus*, Θηρὶξ ὅμοιος. Et ſic puto, inquit ille, vbique legendum, niſi forte poſteriorum temporum Scriptores dixerunt *Bellus* pro *Belluinus*, vt Commodianus a Rigaltio editus in Inſtructionibus pag. 53.

Gratiam quam miſit Dominus in terra legendam.

Non requiris eam, ſed quaſi beſtius erraus

Feſto, *Bellutus, beſtiae ſimilis*; vbi malebat Dacierius legere *Belluatus*, quod tamen tantum de taperibus, in quibus belluae acupictae ſunt, legitur, quod nec ipſe ignorauit. Hinc in Gloſſis: *Bellnota, Zaoorrá*, C. Sicinii primi Tribuni plebis fuiſſe cognomen, *Bellutus*, conſtat ex Dionyſio et Poediano, vt inde pateat, veteres dixiſſe *Bellutus* pro *belluinus.*

† BELNERIA, BENELLA, idem ac *Bellenea*, onus vehiculi quod *Belneau* vocant. Comput. Mſ. fabr. S. Petri Inſul. ann. 1519. V. *Benellus.*

† BELNEVM, idem, in Comput. Mſ. alt. a. 1469.

BELOCVLVS, *gemma eſt albicans, et pupillam cingit nigram in medio aureo fulgore incenſum, et propter ſpeciem aſinorum regi Belo dicata eſt, vnde et dicitur Beloculus, quaſi Beli oculus.* Iſidor. lib. 16. Orig. cap. 10. Vguio et Ioan. de Ianua.

BELONARDVS, pro *Belowardus*, vel *Belouardus*, Germanis Bollwerk, Gallis *Bonleuart*. Propugnaculum, ſgeres quibus vrbes muniuntur. Ludewig. Reliq. MSS. tom 5. pag. 291. ex epiſtola ad Papam miſſa de obſidione Rhodi a Turcis: *Cuitatem quoque omni ex parte diruere proponunt, et quod mente concipiunt opere demonſtrant; ad id quoque exequendum bombardiis et morterriis muros circumdant, verberant, diruunt turres nouem et belonardos, magiſtratusque palatia concurrunt* (ſ. concutiunt) *et proſternunt.*

BELOSIVS, V. *Baloſius.*

BELOTHYRVM, V. *Velothyrum.*

† BELS, vox excitatoria apud Albienſes. Ch. Mſ. an. 1312. *Cum dictis armis et magna vociferatione more hoſtili clamando a bels, a mort, aſoc, dictum caſtrum expugnauerunt.* V. *Allot* et mox

† BELSA, ſagitta. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1395. *Cum ſagitta ſiue belſa - - - vulneranit.*

BELSTONNVS, Tabularium Rothon. *Factum eſt in hoc die Veneris* VIII. Kal.

Kal Nouembris in tempore Caroli Regis, Salomone Dux in Britannia Paſchuesen Belſtonno.

BELTHALLA, nomen cuiusdam templi Ieroſolymitani. Chronicon Terrae Sanctae Radulfi Coggeshale apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 572. *Primi templi Domini quod Belthalla vocant*, etc.

BELTIS. Synodus Celichytenſis ann. 816. c. 10. de Epiſcoporum exequiis celebrandis: *Singuli ſeruorum Dei diem jeiunent, et 30. diebus canonicis horis expleto Synaxeos, et ſeptem beltidum pater noſter pro eo cantetur, et hoc expleto triceſimo item die obitus ſui* etc. Quo loco *Beltidum*, Roſarium interpretatur Spelmannus, deducitque a Saxon. *belt*, id eſt, cingulum. Verum an Roſarii vſus ea tempeſtate extiterit, iure addubitari poteſt. *) Schiltero in Gloſſario v. *Betlid* videtur, *Pater noſter* non iungi cum *Beltidum*, ſed interpunctionem ita debere ordinari: *expleto ſynaxeos et ſeptem beltidum*, ſcil. officio, tunc *pater noſter pro eo cantetur. Beltidum* transpoſitione litterarum pro *Betlidum* ſcriptum eſſe cenſet, h. e. precum carminicarum ſiue Pſalmorum, ex *Bet*, preces, et *Lidum*, Lied, cantio.

† BELTRECCA, BELTRESCA, idem ac *Bretachia*, in Actis pacis a. 1199. apud Murat. tom. 4. Antiquit. Ital. med. aeui p. 368. et t. 16. Script. p. 519.

† BELTRESCATVS, *beltreſca* munitus, defenſus, in Chron. Andr. Danduli ibid. t. 12. p. 437.

BELTRESCHA, V. *Bretachiae.*

† BELVERIA, amictus pars, qua canonici in hyeme caput tegebant, eiusque ornatus. Stat. capit. gener. a. 1448. eccl. Carnot. *Matriculurius - - debet habere pelliciam cum beluería de griſa.*

BELVES, *egeſtas, quae ſolet contingere per vaſtationem.* In Gloſſae Iſidori Ioan. de Ianua: *Belues, egeſtas quae ſolet contingere per vaſtationem beluae, et dicitur a bellua.* Sed viderur ſcripſiſſe Iſidorus nude, *lues*, vel *haec lues*. Verum ſicut a barbaris barbaries, ſic a beluis, belues, quae ſic dicitur a beluis quae pauperiem faciunt, vt Barthio videtur in Aduerſariis, Graeuio teſte. Hic illud addit ex Papia: *Belues mendacitas*, procul dubio pro *mendicitas, egeſtas.*

BELVNDINTA, mulcta pro effuſo ſanguine. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. vlt. *Qui vulnus alicui faciet - - in cooperto; in nudo pro ſingulis vnciis 10. den. et remaneat de ceteris iſſibus et belundinlis, et decidat, vita domini decidat, ſi ſanguis decidat etc.* Vide tur legendum vt infra, *Blodwita.*

† BELVRIA, ferarum venatio, a Lat. bellua. Ch. Mſ. a. 1381. *Quod vellet facere - - artem beluriae quae eſt venare beſtias feras.*

BEMA, feſtum Manichaeorum, ſic appellatum; dies nempe quo Manes occiſus eſt, quem Manichaei quinque gradibus inſtructo tribunali, et pretioſis linteis adornato, ac in prompru poſito et oblecto, adorantibus, magnis honoribus proſequebantur, vt eſt apud S. Auguſtinum contra Epiſtol. Manichaei c. 8. Vide eumdem lib. 18. contra Fauſtum cap. 4. et Anſelmum Epiſc. Hauelbergenſem lib. 3. Dialog. c. 12. Eckbertus Schonauienſis contra Catharos Serm. 1. ait, idem feſtum a Catharis ſui temporis *Maliſola* appellatum.

BEMBERGA, V. *Bainberga.*

BEMIVERGA, pro *Bamberga*, vel *Bainberga*, ferrea feminum tegumenta, Gall *Cuiſſars.* Miraeus to. 1. pag. 21. col. 2. ex Teſtamento Everardi Comitis: *Bruniam vnam et helmum cum halsberga et manicam vnam, bemivergas duas.* V. *Bainberga.*

BEMOLLIS, vna, e clauibus, vt vocant, Muſicae; vulgo *Bemol*, cui opponitur *bedurum*, ſeu B. quadratum Ioann. Brompton. in Henric. II. *Hiberni in duobus muſici generis inſtrumentis quamuis praecipitem et velocem, ſuauem tamen et iucundam efficiunt Muſicam. A Bemolli incipiunt, et ſub obtuſo groſſioris cordae ſonitu, latenter ludentes, in idem redeunt.* Vbi Silueſter Giraldus in Topogr. Hibern. diſt. 3. cap. 11. *Semper tamen a molli incipiunt, et in idem redeunt, vt cuncta ſub iucundae ſonoritatis*

37. vbi qui hac poena mulctabatur, *ἀνευλογίας* dicitur. BENEDICTIO ABBATVM, quae fit ab Epiſcopo, cum ii Abbates conſtituuntur. Synodus Anglicana, apud Florentium Wigorn. pag. 661. Ordericus Vitalis lib. II. BENEDICTIO AMBVLANDI ET REVERTENDI, quae Monachis *non reuerſuris diebus duobus aut tribus* impertiebatur, in Guidonis Diſcipl. Farfenſ. cap. 6. BENEDICTIONES EVANGELICAE, inter quas ea eſt, quae a Sacerdote, ſacra faciente, Diacono Euangelium lecturo impertitur. V. Statuta antiqua Ordinis Cartuſienſis cap. 42. §. 4. BENEDICTIONES IVDICIORVM, inter obuentiones Eccleſiaſticas recenſentur in Charta ann. 1226. apud Rouerium in Reomao pag. 253. quod de *iudiciis diuinis*, ſeu *purgationibus vulgaribus* intelligendum, in quibus, verbi gratia, ferrum candens, aquae feruentes, etc. a Sacerdote benedicebantur, priusquam accuſati ac rei ad eiusmodi iudicia deſcenderent. Fulcherius Carnot. lib. I. Hiſt. Hieroſ. cap. 10. *Benedictione iudiciali ſuper ignem ab Epiſcopis facta, inuentor lanceae per medium rogi flammantis ualde celeriter transmeauit.* Vide *Aquae et ferri iudicia.* BENEDICTIO REGVLARIS, quam Monachi ab Abbatibus ſumunt, in Chron. Abbat. S. Michael. Virdun. V. *Benedicite.* BENEDICTIO, nude pro profeſſione monaſtica ſaepius occurrit in Statutis Ordinis Ciſterc. apud Marten. tom. 4. Anecd. ac 10. quidem an. 1189. col. 1267. *Nouitii ſemper ad Miſſam benedicentur, et Abbas eam cantet*, 20. An. 1296. col. 1492. *Quod in benedictionibus monachorum et monialium, quas nunquam extra monaſteria noſtri Ordinis fieri licet, dum eis habitus traditur regularis, ille hymnus* Veni Creator *cantetur.* BENEDICTIO PERALIS, idem ac *benedictio perae peregrinorum.* Charta Roberti Lingonenſis Epiſc. in gratiam Abbatis Moliſmenſis data an. 1101. inter Inſtrum. tomi 4. nouae Gall. Chriſt. col. 151. BENEDICTIO SVPER POPVLVM, in lib. 3. Sacramentor. Eccleſ. Rom. pag. 200. quae *Benedictio Populi* dicitur in Miſſali Gothico pag. 264. BENEDICTIO REGIS, coronatio, *Sacre du Roy.* Epiſtola Silueſtri II. PP. ad Arnulfum Remenſem Archiepiſcopum: *Pallio in ſolemnitatis uestris, benedictione Regum Francorum et tibi ſubiectorum Epiſcoporum obtineas, etc.* Conuentus Remenſis ann. 1059. (2) BENEDICTIO, ſacrum chriſma effuſum in caput Epiſcopi conſecrandi. Mabill. Liturg. Gall. pag. 301. ex Miſſali Francorum. (3) BENEDICTIO, copia, abundantia. 2. Cor. 9, 6. *Qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus et metet.* (4) BENEDICTIONES, eulogiae, munera, Gen. cap. 33. 11. maxime ea xenia, quae a Sacerdotibus et Clericis mitti ſolebant, ab iis benedictione ſua ſanctificata. *Eulogiarum benedictiones.* apud Deſiderium Epiſcopum Cadurcenſem tom. 1. Hiſt. Franc. pag. 875. Petrus Damiani lib. 2. Ep. 14. de Presbytero: *Nunquam benedictionem mulierculae, vel ex his quae detulerat, porrigebat.* BENEDICTIO IN AVRO, munus in pecunia numerata erogatum, rogatione Anaſtaſius in Canone PP. *Hic dimiſit omni Clero et Monaſteriis benedictionem in auro, ſicuti praedeceſſor eius Benedictus PP.* Idem in Benedicto II. *Hic dimiſit omni Clero, Monaſteriis, Diaconiae, et manſionariis auri libras triginta.* Eadem notione *ἐυλογιαι χρυσαῖ*, apud Theophanem anno 40. Theodoſii iunioris. (5) BENEDICTIONES, paſtus extraordinarii Monachis exhibiti, certis ac ſolennioribus diebus, quos etiam *Caritates* appellabant. Charta an. 864. pro Monaſterio S. Germani Autiſiod. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 590. *Ita et nos concedimus, ut intra annum per 40. dies certas ex collatione recenti bonorum hominum in feſtiuitatibus Sanctorum benedictiones fratribus a praepoſito vel. decano ſolenniter procurentur.* Carolus Caluus in Charta anni 859.

pro

pro eodem Monaſterio: *Eo videlicet pacto, vt eaedem res in manus Decani eiusdem coenobii ſint, qui fideliter luminaria quidem Eccleſiae praepararet, et benedictiones fratrum, prout melius potuerit, ſubminiſtret.* Hoc in loco *benedictio* pro paſtu quotidiano videtur accipienda. V. *Caritas.* (6) BENEDICTIO, contraria appellatione, maledictio. Acta SS. Benedict. ſaec. 4. parte 1. pag. 149. in Vita B. Alcuini Abb. *Ac poſt juxta exemplum B. Iob, ne forte filii eius in benedictionis laberentur foueam, ſanctificabat eos, offerens corpus Chriſti et ſanguinem pro omnibus.* Vide Iob. c. 1. v. 5. 11. c. 2. v. 5. 9. et 3. Reg. cap. 20. v. 10. 13. quibus in locis *benedicere* ſimili appellatione ſumitur pro *maledicere.* (7) BENEDICTIONES dicuntur Canticum trium puerorum, quod incipit ab his verbis: *Benedicite omnia opera Domini Domino*, quod ante Laudes in Eccleſia decantatur, ex veteri inſtituto. Regula S. Benedicti cap. 12. S. Caeſarius in Reg. ad Monach. cap. 21. (8) † BENEDICTIONES, ordines, quos vulgo vocant, minores, quod ſimplici benedictione conferantur. Acta SS. t. 4. Iul. p. 460.

BENEDICTIONALIS LIBER, liber Eccleſiaſticus in quo *benedictiones* quae ab Epiſcopis et Sacerdotibus fiunt, continentur: cuiusmodi eſt *Benedictionalis Gregorii Mag.* quem ex Codice Caeſareo deſcripſit Petrus Lambecius lib. 2. Commentarior. de Bibliotheca Caeſarea cap. 5. Ordo Romanus: *Accipias benedictionalem librum et conuerſus ad populum dicas: Humiliate vos ad benedictionem, etc.*

BENEDICTIVNCVLA, pro munuſculo occurrit ap. Hincmar. t. 2. pag. 825. V. *Benedictio* 4.

BENEDICTORIVM. (1) Vas aquae benedictae, Gall. *Benitier.* Seuertius in Epiſc. Lugdun. pag 343. (2) † Menſa in qua neceſſaria ad benedictionem aquae praeparantur, in Mſ. monaſt. S. Crucis Burdegal. ante 1305.

BENEDICTVM, benedictio. S. Paulinus Epiſt. 43. n. 4. *Quod ipſe Dominus ab illa ficu, ad quam eſuriens acceſſit, et ſine fructu inuentam percuſſit verbo oris ſui; vt, quae ſterilis fuerat benedicto Domini, fieret arida maledicto.*

BENEDICTVS, epitheton, quo Chriſtianos plerique Patrum ornabant. V. Sirmondum ad lib. 7. Sidonii Epiſt. 9.

BENEDICVS, qui bene de proximo loquitur. Anonym. lib. de Puritate Tabernaculi ſiue Eccleſiae Chriſtianae.

BENEFACERE, praedium, agrum in beneficium dare. Diploma Caroli III. Imperat. inter Inſtrum. tomi 3. nouae Gall. Chriſt. col. 145. *Nullusque eiusdem Eccleſiae Epiſcopus deinceps benefaciendi eas terras habeat poteſtatem.* Annal. Benedict. to. 3. pag. 712. col. 2. *Illam etiam vineam et aliquid de prato, quae nobis in villa Libertis per cartulae teſtamentum tradidiſti, ſimiliter tibi benefacimus, ea ſcilicet ratione, vt, etc.* Praeſtaria Segeſtridi Abb. Sauiniacenſis an. XII. ab obitu Caroli Imperat. inter Fragm. Hiſt. Stephanotii to. 7. V. *Beneficiare.*

BENEFACTORIA, praedium minus nobile titulo *Beneficii* conceſſum. Concil. Hiſpan. tom. 3. pag. 190. ex Concilio Legion. anni 1012. *Praecipimus etiam vt nullus nobilis vel aliquis de benefactoria emat ſolare aut hortum alicuius iunioris.* Et pag. ſeq. *Praecipimus adhuc vt homo, qui eſt de benefactoria, cum omnibus et haereditatibus ſuis erat liber quocumque voluerit.*

BENEFACTVM. (1) Pars haeredii, tertia ſcilicet bonorum paternorum aut maternorum, quae ſecundogenitis, apud Andegauenſes, obuenit, quaque ii gaudent vſufructuario jure: iis enim exſtinctis ad primogenitos illius proprietas redit, vt eſt in Conſuet. Andeg. art. 97. 222. 226. 228. 232. Gallice: *Bienfait.* Charta an. 1246. in Tabul. Rer. Andegav. *Ille autem qui tenet ballum, ſi terra debet ad ipſum deuenire, non habet cuſtodiam puerorum, ſed propin-*

pinquus post ipsum: et habent pueri benefactum de terra patris et matris suae, secundum valorem terrae, et secundum statum suum. (2) Societas Monachica, qua quis fit particeps orationum et bonorum operum monasterii, *Beneficium*. Chronicon Turonense, vbi de Comite Ingelgerio: *Societatem et beneficium Ecclesiae largiti sunt.* Tabularium Vindocinense Thuani Charta 55. *Venit itaque in Capitulum nostrum, acceptoque a nobis societatis nostrae beneficio, etc.* Charta 56. *Datis ei pro hoc 50. solidis; et beneficio nostro.* Charta 67. *Dedit campum unum terrae arabilis ex alodo suo, pro animae suae remedio, nec non et pro beneficio venerabilis loci.* Adde ch. 70. 101. 104. etc. V. *Beneficium*.

BENEFICARI, piis alicuius exemplis et colloquiis ad pietatem excitari. Acta SS. Aprilis t. 2. p. 224. C. de B. Aegidio: *Et multum beneficati discedentes ab eo, de ipsius visione et allocutione vix aut nunquam poterant satiari.*

BENEFICIA, reliquiae sanctorum. Gregorius M. l. 2. Ind. 11. Epist. 33. *Transmisimus autem B. Petri Apostoli benedictionem crucem parvulam, cui de Catenis eius beneficia sunt inserta.* Ita vsurpat Diurnus Romanus c. 5. t. 6.

† BENEFICIALIS, in *beneficium* datus, ad *beneficium* pertinens. Ch. Caroli C. a. 869. t. 8. Collect. Hist. Franc. p. 621. *Tam de dominicis vineis, quam de beneficialibus.* Alia a. 1005. t. 10. eiusd. Collect. p. 585. *Terram - - quam - - tenet ex nobis beneficiali dono. Beneficiali more* in synodo Rauen. a. 877. c. 17.

BENEFICIARE. (1) Praedium in *Beneficium* conferre, occurrit passim. Hinc *Beneficiati*, id est, feudati, vassalli. (2) Beneficium ecclesiasticum, seu praebendam conferre, apud Per. Plesens. ep. 70. BENEFICIATI CHORI, in ecclesia S. Petri Romae, Clerici diuersi a Canonicis, de quibus confule Bullam Nicolai III. PP. ap. Bzouium a. 1280. n. 5.

BENEFICIARIA, V. *Beneficiarius*.

BENEFICIARII, apparitores, satellites, ministri Magistratuum. Gloss. Basil. Βενεφικιάριος, ὁ στρατιώτης ὑπὸ ἡγεμονίαν τῶν μαγιστριάνων τεταγμένος. Ita emendant viri docti pro μετριάνων. Tertullianus de Fuga cap. 13. *Nescio dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum et curiosorum inter tabernarios et lanios, - - Christiani quoque vestigales continentur.* Acta SS. Fructuosi et Sociorum: *Repositio autem fructuoso in cubiculo suo, direxerunt beneficiarii in domum eius.* Infra: *Obsernantibus ex officio beneficiariis.* Vide S. Augustinum Collat. 3. c. 13. 15. et 18. Casaubonum ad Sueton. et Spartianum, etc. Henricum Valesium ad Eusebii lib. 9. Hist. Eccles. cap. 9. et 10.

BENEFICIARIVS. (1) Apparitor, V. *Beneficiarii*. (2) Ad *beneficium* pertinens, V. in *Beneficium* 1. (3) † Iure beneficii possessus. Ch. Ottonis II. Imper. a. 973. t. 1. Hist. Treuir. ab Hontheim p. 309. *Postulans quasdam proprietates - - iure quidem praebendarias, sed multis retro temporibus iniuste beneficiarias, eiusdem loci coenobio restituere. Ordine beneficiario possidere*, in Ch. Lothar. Imper. a. 842. inter Probat. vet. Hist. Trenorch. p. 90. (4) BENEFICIARIA, Charta qua quod in beneficium seu feudum datur. Tabular. Conchens. Abb. in Ruthenis. (5) BENEFICIARIO IVRE POSSIDERE, id est, per vsum fructum. Ch. Caroli Calui a. 865. in Tabul. Belliloc. Passim occurrit et alibi.

BENEFICIATRIX, bene merita, gratificans, quae alicui benigne facit, Gall. *Bienfaitrice*. Epist. Iohanis Comitis Spanheim a. 1223. apud Marten. Collect. Ampliss. t. 1. col. 1180.

BENEFICIATVM, datum in *Beneficium*. Noua Gallia Christ. to. 3. inter Instrum. col. 145. *De quocumque fisco nostro sint, siue ex dominicato, siue ex beneficiato.*

BENEFICIATVRA, officium beneficiati. Notitia Ecclesiae Dinienses per Gassendum in statutis eiusd. Eccl. an. 1479. *Ordinauerunt quod dicti beneficiati vel Vicarii non possint dictos clericatum et beneficiaturam ac vicariam permutare seu renuntiare*

tiare alicui ſine conſenſu ac licentia D. Epiſcopi et Capituli praedictorum.

BENEFICIATVS. (1) Gall. *Beneficier*, praeditus beneficio Eccleſiaſtico. Paſſim occurrit. (2) Feudatus, vaſſallus, apud Otton. Friſing. de Geſt. Frider. I. l. 1. c. 11. 12. V. *Beneficiare.*

BENEFICIO, propter, cauſa, χάριν. Paſſio SS. Perpetuae et Felicitatis: *O diem aſperum! aeſtus validus turbarum beneficio.* Hoc eſt, propter turbas et multitudinem hominum, τῶ ὄχλων χάριν. Infra: *Tabeſcam ideo quod illos tabeſcere viderem mei beneficio*, id eſt, mei cauſa, propter me.

BENEFICIOLVM, diminut. a *beneficium* 1. in Ch. Caroli III. Imp. et alia Ludov. reg. a. 892. ex Tabular. eccleſ. Gratianopol.

† BENEFICIOSE, ex beneficio, vel *beneficii* ſeu *feudi* nomine. Ch. Henr. I. reg. Fr. a. 1048. inter Inſtrum. t. 12. Gall. Chriſt. p. 252. *Eccleſiam - - quam de nobis beneficioſe tenebat.* V. *Beneficialis.*

BENEFICIVM. (1) Scriptoribus mediae aetatis, dicitur praedium fiſcale, quod a Rege vel Principe, vel ab alio quolibet ad vitam viro nobili vtendum conceditur. Ita autem appellatum eſt, quod is ex mero dantis *Beneficio* ac liberalitate illud poſſideat. Vnde haec loquendi formula in Teſtamento Hadoindi Epiſcopi Cenoman. *Villa - - quam Lupus quondam per beneficium noſtrum tenere viſus fuit.* Infra: *Quam fidelis noſter per noſtrum beneficium habere videtur.* Rurſum: *Similiter villa - - quam ex munificentia noſtra ipſi fideli noſtro Caddono Defenſori noſtro conceſſimus.* Supra: *Quam fidelis noſter per noſtrum beneficium habere videtur.* Vbi obſeruandum de iis villis diſponere ac decernere, quas *in Beneficium*, id eſt, ad vſumfructum conceſſerat. In Charta Guillelmi Ducis Aquitan. apud Beslium pag. 255. *De quadam ſilnula, quam praefatus Bego habere videbatur de noſtro beneficio, etc.* Et in Tabular. Burgulienſi Ch. 31. apud eumdem pag. 277. *Cum conſenſu et voluntate Comitis Odonis eam* (curtim) *ex noſtro beneficio tenere. Ex munere regio.* dixit Marculfus lib. 1. Serm. 12. Eodem paene ſenſu Latini hanc vocem vſurparunt, et praedia quae Principes militibus, aut aliis largiebantur, *Beneficia* appellarunt, et librum in quo ea deſcribebantur, *Librum Beneficiorum.* Hygenus de Limitib. agror. *Si qua beneficia conceſſa aut aſſignata coloniae fuerint, in libro beneficiorum aſcribimus.* Dolobella: *Quaeris ſi in libro beneficiorum regionis illius beneficium alicui Auguſtus dedit.* Atque hic liber erat penes *Primiſcrinium Beneficiorum*, ſub diſpoſitione Comitis Rerum priuatarum domus diuinae, de quo Notitia Imp. vel penes eum qui *a commentariis beneficiorum* appellatur in veteri Inſcriptione. Ad eiusmodi beneficia ſpectauit S. Auguſtinus Serm. 1. in Vigilia Pentecoſt. *Notum eſt - - quod milites ſaeculi beneficia temporalia a temporalibus dominis accepturi, prius militaribus ſacramentis obligantur, et dominis ſuis fidem ſe ſeruaturos profitentur.*

Certe ea fuit *Beneficiorum* conditio, vt qui ea impetrabant, aut quibus conferebantur, et fidem praeſtarent, ſeu, vt tunc loquebantur, *ſe in Vaſſaticos commendarent*, et ſeruitium militare facerent iis, qui ea conferebant. Hinc *Beneficiarii honores*, praedia *in Beneficium*, ſeu *feudum* conceſſa. Annales Franc. Bertiniani an. 839. *ſuorum quoque complures non ſolum proprietatibus, verum etiam beneficiariis donauit honoribus. Beneficia publica*, quae et *Regia*, nempe quae ex regalibus praediis conferebantur, apud Monachum Sangellenſem in Carolo Mag. lib. 1. cap. 32. *Beneficia regalia*, in Capitul. 2. an. 813. cap. 4. *Accipere beneficium a ſeniore ſuo*, in Concilio Compendienſi an. 757. can. 6.

Ad id autem Principes conferebant beneficia, vt fortiori vinculo fide praeſtita, et fidelitatis interpoſito ſacramento, ſuis partibus vaſſallos addicerent. Annales Fr. Fulden-

ſes an. 881. *Et ei Abbatias et Comitatus in beneficium dedit, vt ei fidem ſeruaret.* Praeterea conferebantur *Beneficia*, vt qui iis donati erant ſeruitium militare praeſtarent, ſi bella ingruerent. Vnde *Beneficia Militaria* dicuntur in Charta Ragentredi Epiſcopi Carnotenſis an. 954. Vide Leges Longobard. lib. 3. tit. 9 §. 9. et Capitulare an. 807. c. 1. et in V. *Militia.*

Erant autem *Beneficia ad vitam.* Tabular. Angeriacenſe apud Beslium pag. 257. *Praefatam Eccleſiam cum omni integritate, quandiu advixerit, teneat.* Vnde *proprietatibus* paſſim opponuntur. Codex Carolinus Epiſt. 62. *Tam de propriis, quam de beneficiis per teſtamentum - - conceſſis.* Ditmarus lib. 5. Capitul. Caroli Calui tit. 6. §. 20. Nec tantum erant ad vitam, ſed ea pro libitu auferebantur. Epiſtola Epiſcoporum Galliae ad Ludouicum Regem c. 15. Tranſibant etiam interdum ad poſteros, ſed Principis interueniente conſenſu. Nithardus lib. 3. de Bernardo Duce Septimaniae; atque inde origo conſenſus dominorum in feudis vaſſallorum adhibiti, cum ea ad poſteros tranſeunt, qui vulgo *laudimii*, interdum *conſenſus* et *conſilii* nomine donantur, legitur. V. *Feudum.* Qui vero eiusmodi beneficia Militaria a Rege conſequebantur, *Vaſſi*, aut *Vaſſalli dominici* dicebantur. Annales Franc. Bertin. an. 837. *Epiſcopi, Abbates, Comites, et Vaſſalli dominici in memoratis locis beneficia habentes.* Ita an. 869. pag. 234. et in Capit Caroli M. lib. 3. cap. 73. in Capit. Caroli C. pag. 49. etc. Interdum *Milites* vt in Legib. Longob. lib. 3. tit. 8. §. 4. ſed de horum vocabulorum notionibus agetur ſuis locis.

Cum igitur ea *Beneficia*, ſeu praedia, beneficii jure Nobilibus darentur a Rege vel Principe, *Regalia* appellata ſunt. Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 132. Ex quibus patet *Beneficia Regalia*, non modo dicta fiſcalia Regum praedia quae concedebantur, ſed etiam Eccleſiaſtica, quae viris militaribus, ita inualeſcente hacce tempeſtate vſu, vel potius abuſu, ab ipſis Regibus dabantur in *Beneficium*, ratione quorum militia et ſeruitium militare Regi praeſtabatur. Rurſum ex his eruitur, *Beneficia Regalia* Epiſcopis et Abbatibus conceſſa fuiſſe: vnde cum poſtmodum ea in proprietatem tranſiiſſent, *Regalia* appellari coepere quaeuis Eccleſiarum praedia ac dominia, vtpote a Regibus primitus *in beneficium* conceſſa, a temporis ſucceſſu proprietatis jure retenta. Id firmat Radulfus de Diceto a. 1093.

Quemodmodum autem *Beneficia* morientibus poſſeſſoribus ad regem redibant; ita Beneficia, quae Epiſcopis et Abbatibus dabantur, iis perinde decedentibus, ad Regem reuertebantur, qui iis gaudebant, quoſque ſucceſſores eorum iisdem beneficiis inueſtirentur. Atque haec fuit, ni fallor, *Regalium* Eccleſiaſticorum origo, quibus vacante ſede Epiſcopali Reges gaudere ſolent. Beneficiorum regalium occurrit praeterea mentio in iisdem Capitulis Caroli Mag. lib. 3. c. 19. 20. 71. 81. Beneficiorum vero quae Epiſcopis et Abbatibus concedebantur, lib. 3. cap. 82.

Quod autem *Beneficium* primitus appellatum eſt, poſtmodum *feudi* nomen accepit. Ch. Ottonis comit. Viromandenſ. apud Hemereum in Auguſta Viromand. an. 1025. *Tenebat inquam, aquam illam ex me loco beneficii, ſub nomine feodi.* Charta Balduini Hieroſol. Comitis Hannoniae an. 1078. apud Miraeum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 28. *Excepto quod Abbas vel ſucceſſor ſuus pro molendino ſuo vnoquoque anno ſoluat Militibus quibus contingit beneficium, quod vulgo dicitur Feodum, 5. modios - - annonae, etc.* Hadrianus PP. apud Radeuicum lib. 3. cap. 32. Ita *Beneficium* et *feudum* promiſcue vſurpantur in libris feudorum.

BENEFICIVM CASTRENSE, V. *Feudum Caſtrenſe.* BENEFICIA ECCLESIASTICA, dicebantur vniuerſim res Eccleſiae in beneficium datae, ſiue a Principibus, ſiue ab ipſis Eccleſiis,

cleſiis, et earum *Praelatis* in *Beneficium* datae eſſent, vt in Synodo Sueſſionenſi ſub Carolo C. cap. II. et in Lege Longob. lib. 2. tit. 44. §. 2. in Capitul. Car. M. lib. 5. cap. 92. *Beneficia Eccleſiarum*, lib. I. c. 163. *Capellae et Caſae Dei in beneficium datae*, in eadem Synodo. *Monaſterium in beneficium conceſſum*, in Charta Conradi Regis Burgund. a. 957. to. 7. Spicileg. Acheriani pag. 187. *Res Eccleſiae in beneficium retinere, habere*, in Capitulis Caroli M. l. 5. cap. 146. in Capit. Caroli Calui tit. 6. cap. 55. Petrus Damian. lib. 4. Epiſt. 12. vbi de alienationibus rerum Eccleſiae. BENEFICIA PRESBYTERATA, in veteri charta apud Saniulianum in Matiscone pag. 236. *Ad vltimum decreuerunt vt has Eccleſias cum rebus et decimis cum beneficiis Presbyteratis, et omnibus ibi adiacentibus, in vſus praenominatorum Fratrum - - condonare deberent.* V. *Feudum Presbyterale.* BENEFICIVM CVRATVM, cui annexa eſt Cura animarum, Gall. *Benefice a charge d'ames.* Vox nota, vt et BENEFICIVM SIMPLEX, cui non eſt annexa animarum cura, Gall. *Benefice ſimple.* BENEFICIVM SIMPLEX SERVITORIVM. Synodus Oriolana a. 1600. inter Hiſp. tom. 4. pag. 740. col. 1. *In his Eccleſiis in quibus inſtituta ſunt beneficia ſimplicia ſeruitoria nuncupata, et cura animarum per tot Vicarios adminiſtrari ſolet, quot in eo loco beneficia ſimplicia ſeruitoria exiſtunt, quorum beneficiati vel per ſe, ſi volunt, vel per interpoſitam perſonam ſacramenta adminiſtrare debent, ne animarum cura, vt plerumque in noſtris viſitationibus conſtitit, negligatur, aut ob tenuitatem reddituum obſequia et functiones ſacramentorum per parum aptos et idoneos Sacerdotes, vt ſaepe accidit, adminiſtrentur: propterea ipſismet Vicariis, qui nunc ſunt, et futuris temporibus curae animarum praeerunt, decimam partem omnium fructuum decimarum et primitiarum praedictorum beneficiorum Simplicium ſeruitoriorum in quota pecuniae, pro congruae portionis aſſignatione deputamus, deſignamus, applicamus, et ipſismet Vicariis jus exigendi huiusmodi decimae partis fructus pro congrua portione concedimus.* † BENEFICIVM MANVALE, quod ad libitum dantis committitur. Gloſſar. juridic. Anon. Cod. reg. 4611. *Qui* (Itali) *cum talia beneficia manualia commiſtum quod eis liceat nuda voluntate reuocare.* Alia notione vide mox. † BENEFICIVM PERSONALE, idem quod *Perſonatus*, in Ch. Mſ. a. 1268. V. *Perſonatus.*

(2) Praebendae generali *Beneficiorum* nomine continentur, cap. 32. de Reg. Iur. Guibertus lib. I. de Vita ſua cap. 7. *Contendebat denique mater mea Eccleſiaſticis me beneficiis quoque puſio inſerere.* Synodus Beneuentana an. 1091. cap. 2. de Capellanis: *Ab officio et beneficio interdicimus.* Alexander II. PP. apud Vghellum tom. I. part. I. pag. 864. *Beneficium Eccleſiae: quod quidam Canonicam, vel Praebendas, vel etiam Ordines vocant.* V. *Praebenda.* BENEFICIA MANVALIA *ſeu victualia*, quorum diſtributiones quotidianae tantum reſidentibus tribuuntur, c. vnic. de Praebend. in ſexto. BENEFICIVM QVADRAGESIMALE. Litterae Mauricii Epiſc Parienſis pro Canonicis S. Clodoaldi in eiusd. Eccleſiae Tabulario. *Decanus et Canonici S. Clodoaldi quoddam Beneficium Quadrageſimale in pane et vino et nummis conſiſtens et de corpore praebendarum antiquitus inſtitutum habebant, quod in tempore Quadrageſimae juxta ordinem ſuum inter ſe, pauperibus excluſis, diſtribuebant.* Ibidem aliae ſunt Litterae Petri Epiſc. Pariſ. de cad. re. anni ſcilicet 1216. In Litteris Odonis Epiſc. Paris. an. 1203. legitur: *Reſiduum vero totius magnae decimae ad Quadrageſimale beneficium deuoluetur.* Exſtat quoque Decretum Capituli S. Clodoaldi an. 1236. in quo nonnulla ſtatuuntur Beneficium Quadrageſimale ſpectantia. BENEFICIVM CADVCVM, idem quod *Vacans*, in Compendioſa beneficiorum Expoſitione fol. 36. BENEFICIVM PATRONATVM, ibidem fol. 30. dicitur illud, ad quod

Patro-

Patronus praesentat. BENEFICIVM SACERDOTALE, idem quod *Curatum*, ibid. fol. 30. verso.

(3) Oblationes quae a Christianis fiunt Ecclesiis, in Concilio Autisiodor. an. 578. c. 1.

(4) Merces. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 5. §. 5. *Si compulsores exercitus beneficio accepto, aliquem sine aegritudine domi stare permiserint.* In ipsa lege *merces* exponitur.

(5) Precaria, praestaria. Tabular. Monast. S. Andr. Viennens. *Itaque praeditas res sub beneficio praestariae cum omni integritate eo tenore concedimus, vt etc.*

(6) Commodatum, mutuo datum. Leges Rotharis apud Murat. t. 1. part. 2. p. 42. *Si quis praestitum aut conductum habuerit caballum, vel bouem aut canem, vel quodlibet peculium et dum in isto beneficio et conductum est, homicidium fecerit etc.*

(7) Idem quod *Benefactum*, de quo supra. Chronicon Mauriniac. lib. 1. *In Capitulum nostrum venit, participium beneficiorum nostrorum humiliter petiit, et accepit beneficia orationum*, apud Messianum in vita S. Caesarii Arelat. pag. 258. Ordericum Vitalem lib. 3. 5. pag. 461. 479. 577. 590. 596. ad quae admittebantur in Monasteriis *eorum benefactores*. In statutis Ordinis de Sempringham, est caput, *de beneficiis pro parentibus mortuis faciendis*. Gesta Consulum Andegav. cap. 13. num. 11. *Fratrem et participem beneficii rogat effici.* Tabular. Priorat. Neronisuillae: *Vnde susceptí sunt in beneficio et in orationibus nostris.* BENEFICIVM SPIRITALE, eadem notione. Tabular. Absiense fol. 4. *Dono etiam illis nullo mihi jure vel cuiquam retento, excepto beneficio spiritali et sepultura, quidquid juris in ipsa terra habeo.* Et fol. 36. *Nec aliquid sibi vel haeredibus suis in eisdem decimis, nisi spiritale beneficium vetinuerunt.*

(8) † Charta qua quid in *beneficium* datur. Rescript. Constant. imper. in Cod. l. 1. tit. 23. l. 4.

BENELLA, V. *Belneria.*

† BENELLVS, genus vehiculi, idem quod *Benna* 1. Picardis *Benel* et *Benians*. Lit. remiss. a. 1364. Ms. Ch. Ms. a. 1452.

† BENEMERENTIA, ab Ital. *Benemerenza*, meritum, dotes. Stat. ordin. S. Ioann. Ierosol. a. 1584. t. 2. Cod. Ital. diplom. p. 1845.

BENENATI, Εὐγενεῖς, Εὐγενέστατοι, Zonarae in Alexio, ingenui, viri nobiles, Italis *Bennati*. Verus Interpres Iuvenalis sat. 11. *Ingenui vultus. Modesti, benenati.* Messinus lib. 2. Vitae S. Caesarii Arelat. Archiep. *Si crastino panis defuerit, omnes jejunemus, dummodo hodie benenati homines seu reliqui capsini nobis euntibus et bibentibus non eant per plateas mendicare.* Eckehardus junior de Casib. S. Galli c. 2. *Iste quidem non solum benenatorum, sed et sanctorum filius fuit parentum.* Cap. 16. *Infilienesque in hominem bene quidem natum, sed et admodum literatum, grandem ei manu alapam dedit.* Ennodius lib. 3. Ep. 16. *Et perlatorem benenatum hominem propter fugaces suas venientem commendo.* Ep. 17. *Benenatum hominem Gallias pro certis negotiis expetentem.*

BENEPLACENTIA, permissio, venia, consensus. Charta Petri Abbatis S. Crucis de Talmundo anni 1366. de officio Aquarii.

BENEPLACERE, pro placere, vel multum placere, haud semel legitur in scripturis sacris, vt Rom. 12. 2. 1. Cor. 10. 5. et 16. 2.

BENEPLACITVM. (1) Pro venia et consensu passim occurrit. Item pro beneuolentia, fauor. Concil. Hisp. tom. 3. pag. 124. Apud Ludewig. Reliq. MS. tom. 5. pag. 525. et alibi non semel. (2) † Desiderium, optatum, vel etiam decretum. Ch. Ms. a. 1323. *Divini cultus desiderantes augmentum suosque beneplacitis Apostolicis in hac parte conformare volentes affectus etc.* V. *Placitum.*

BENE QVASI, fere, Gall. *Presque, environ.* Chr. Parmense ad a. 1303. apud Murator. tom. 9. 849. *Tempore aestatis, ante postea, bene quasi per unum annum non plnis.*

† BENE-

† BENERINGHA. Comput. Mſ. an. 1302. *Ad conſernandam beneringham, II. lib.*

BENERIVM, modus agri, idem ac *Bonnariam*, quod vide. Charta Nicolai Epiſc. Cameracenſis an. 1140. ex Tabulario S. Nicaſii Remenſis: *Ernulphus et Nicholaus tradiderunt 24. beneria terrae.*

BENERTH. Lambardi Itinerar. pag. 212. ex ver. membranis, de tenentibus Eccleſ. Chriſti Cantuar. extra Waldum habitantibus: *De redditu 7. ſol. 6. den. de 20. Ouis 1. den. de gallinis et benerth. 16. den.* Vbi idem Lambardus in margine notat *Benerth* ſeruitium eſſe, quod tenens praeſtat curru ſuo et aratro. Reſpexit forte vocem *Benna*, quam vide.

† BENESEDENTIA, a Gall. *Bienſéance*, commodum, vtilitas, in Chartis Mſ. a. 1304. 1324. et 1327.

† BENESTATIS, acceptus, gratus, Italis *Beneſtante*. Lit. pro Piſanis apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hiſt. Sicul. Boninconi. part. 1. p. 210.

BENESVASOR, Ἀγαθοσύμβολος, in Gloſſar. Graec. Lat. Apud Aeſchilum in Prometheo vincto ἐρῴβουλος Θέμις dicitur pag. 104.

BENEVALETE, formula adſcribi ſolita in Monogrammatis ſpeciem Pontificum Epiſtolis. Papias in voce *Formata. Priuilegia nummorum Epiſcoporum* (in MS. Sacerdotum) *ſunt cuiuslibet Eccleſiae conceſſiones Pontificum, quorum materia haec eſt, vt dicat Pontifex erogatum cuiuslibet dignae perſonae, vel alta qualicunque ratione Eccleſiae illi, illa, ſeu illa Pontificiali concedere et roborare dignitate. Anathema ponatur in calce Epiſtolae. Habent autem et Priuilegia prologos, ſicut et caeterae Epiſtolae, et Monogrammata huiuscemodi in fine,* BTE, *quod eſt, Beneualete.*

BENEVALETVDO, pro *bona valetudo*. Acta S. Cypriani Mart. *Malam valitudinem dixit* Capitolinus in Antonino Pio.

BENEVENTANVM, pellis ſpecies, ita appellata *a Beneuento* vrbe Italiae. Gloſſae Lat. Graec. *Beneuentanum*, Βαβυλωνικὴ δέρματος εἶδος. Gloſſae Iſidori: *Flamineum, Babylonicum.* Le Roman *de Bertrand du Guesclin. Et getta-on ſur lui vn drap de Bonniuent.* Vide Diſſertat. 1. ad Ioinvillam pag. 132.

† BENEVENVTA, felix aduentus, et id quod ab eo, qui in officio primum inſtituitur, exſoluendum eſt, Gall. *Bienvenue*. Ch. a. 1247. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 18. *Taxatà vnaquaque beneuenuta cuiuslibet abbatis de nono inſtituendi in C marchis argenti.* V. *Bonuentus.*

† BENEVERSVS, Gall. *Bien-tourne*. Teſtam. a. 1473. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 182. *Fabricae eccleſiae b. Benedicti Beneuerſi Pariſ.*

† BENEVISA, dario ad cenſum, emphyteuſis, Gall. *Benevir*. Ch. an. circ. 1176. inter Inſtrum. t. 2. Hiſt. Lothar. p. 373. V. *Beneuiſum.*

† BENEVISATIO, Charta qua quid in *Beneuiſam* conceditur. Ch. Mſ. a. 1472.

† BENEVISIVM, idem ac *Beneuiſa* in eadem Charta.

BENEVISVM, BENEVISER, beneficium, beneficiarius. Libertates conceſſae villae Montisbruſonis a Guigone Comite Forenſi menſe Nouemb. an. 1223. *Si Beneuiſers obligauerit beneuiſum ſuum alicui, det. 1. den. de ſolido: ſed ſi beneuiſum obligatum vendatur illi qui habebat obligatum, antequam redimatur, det venditiones vſitatas pro rebus venditis.* Occurrit ibi pluries. V. *Abeneuiſare.*

BENEVISVS, acceptus, gratus, Acta SS. Aprilis to. 1. p 173. B.

BENIGNARE, mitigare, ſedare, Gall. *Apaiſer*. Vita B. Giraldi de Salis an. circ. 1300. apud Marten. tom. 6. Ampliſſ. Collect. col. 1008. *Muti loquuntur, daemoniaci ſerenantur, gutoſi mitigantur, frenetici et epilepſici reducuntur, blaſphemi benignantur, tumidi deficcantur.*

BENIGNIVOLVS, beneuolus, ſpontaneus. Charta Milonis Domini Noyeriorum pro fundatione Marciliaci an. 1239. inter Inſtrum. to. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 101. B.

BENI-

BENIGNOLVS, idem. Chartularium S. Vandregiſili tom. 1. pag. 26.

BENITVS, pro *Benedictus*, Gall. *Beni*, in Bulla Eugenii III. Papae pro monaſterio Gemmetic. ex Chartulario eiusdem loci tom. 1. pag. 85.

BENIVERGA, V. *Bainberga.*

BENIVM, idem quod *Benna*, viuarium, vel *Bedum*, de quo ſupra. Ludewig. Reliq. MSS. to. 7. pag. 208. ex Codice Legum Norman. cap. 26. *Liberum autem dicimus feodum, quod ſeruiciorum inhoneſtorum obtinet libertatem, vt de praedicti* (ſic) *ſeruitio, et de Curatione benii, molendinorum, vel compoſtorum extra nitſtendorum.* V. *Venna.*

BENIZAZI. Ioſ. Móretus Antiquit. Nauarrae lib. 2. pag. 484. apud Sebaſtian. Salm. in Ordonium 1. *Moza quidam nomine, natione Getulus, ſed ritui Mahometano, cum omni gentis ſuae deceptus, quod Chaldaei vocant Benisani, contra Cordubenſem rebellauit.*

BENNA. (1) Genus vehiculi, lingua Gallica veteri, quod vulgo *Beneau* appellant Galli, ſeu *Benneau*, vt Monſtrelletus lib. 1. cap. 43. quo materiae quaeuis efferuntur: Feſtus: *Benna, lingua Gallica, genus vehiculi appellatur, vnde vocantur Combennones, in eadem benna ſedentes.* Flodoardus lib. 1. Hiſt. Rem. c. 19. *Haec omnia vehiculo, quod vulgo benna dicitur, impoſuit.* Goropius Bekanus lib. 1. Gallic. pag. 14. et Kilianus in Etymol. a Sicambrico, *Benne*, deducunt, *ciſta plana, corbis planus.* Vide Rhenanum l. 2. Rer. Germanic. pag. 97. *) Ruſticis Germanicis etiamnum **Benne** eſt carrus cum corbe in qua aliquid commodius vehi poteſt; **ein Wagen mit einer Flechte.** (2) Vaſis ſpecies, Germ. **Wanne.** Vita S. Remigii apud Surium 13. Ianuar. *Coxit panes et carnes, et accepit ceruiſiam in vaſculis, prout potuit, quae omnia in vaſe, quod vulgo benna dicitur, collocauit.* Transactio anni 1493. in Archiuo S. Iuſti Lugdun. *De decem biscornutis ſeu bennis debent unam biſcornutam ſeu bennam pro decima.* Hic *Benna* ſumitur pro vaſe, quo vindemiae colliguntur et feruntur racemi. At vnde (3) cruci Moguntinenſi *Bennae* appellatio indita, incertum. Conradus Epiſcopus in Chronico Moguntino: *Nec ſilendum quod pro ſpecialis huius auri examinatiſſimi valore, crux ipſa proprie nomine cenſebatur; vocabatur enim Benna.* Pro *Benna* legitur *Bonna* in noua Gall. Chriſt. tom. 3. col. 875. *Et brachium Crucis aureae, quae Bonna dicebatur, auulſit.* An non legi poſſet *Bona*, vel forte dici eam cruecm tantae molis fuiſſe, vt non niſi in plauſtro, quod Germanis Gallisque *Benna* dicitur, tanquam in triumphali curru ferri ſoleret. Pari ratione appellata olim *Blancardus* crux non minoris magnitudinis et pretii in Eccleſia Turonenſi, quod in *Blancardo* ſeu *Brancardo* humeris portaretur. (4) Viuarium, piſcatorium. V. *Venna.* (5) Alia notione, in veteri formula Poenitentialis edita a V. Cl. Iacobo Petitio poſt Poenitentiale Theodori pag. 350. *Item qualiter bergarii et vineatii, et alii tales juramenta ſua fecerint, et ſi affuerint benna et pignora.* Vbi forte legendum *nauna.* Vide in *Namium* ad vocem *Nantum.* (6) Idem quod mox *Bennata*, menſura ſcilicet aridorum quae tantum fere continuiſſe videtur, quantum capit Bichetum, cum vtriusque eadem ſit praeſtatio. Extenta Iurium Comitis Sabaudiae an. 1309. Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 86. *Item de duobus bichetis bladi capitur vna cazeola bladi, et de bicheto diſpari nihil capitur. Item de ſingulis duabus bennis bladi venditi ad bennam, leuatur vna cazeola de benna diſpari nihil capitur.* V. *Vannus.*

BENNAGIVM. (1) Ius cogendi ſubditos molere in molendino Domini. Germ. **Mühlenbann** Ex chartulario S. Martini Pontiſarenſis: *Homines de Capella debent eſſe bennarii ad molendinum S. Martini Pontiſarenſis. Pretendunt eſſe quitti a bennagio.* Melius legeretur *Bannagium.* V. *Bannum.* (2) † Praeſtatio quae pro vino vendito ex conſuetudine domino ſoluitur. Ch. Mſ. a. 1265. *Excepta coſtuma vini venditi in bennagio*

gio comitis, quae bennagium nuncupatur. Vbi *Bennagium* idem quoque eſt ac diſtrictus, jurisdictio. V. *Bannum.*

BENNARIVS, qui debent vti molendino Domini ſui. Gall. *Banniers.* Locus eſt in *Bennagium.* V. *Bannitores* et *Bannerii.*

BENNATA, menſura aridorum. Acta Capitularia Eccleſiae Lugdun. an. 1347. fol. 129. *Item duas bennatas avenae, quas debet Guigo de Verlieu.* Niſi hoc loco idem *valeat quod carrucata*, ex *benna* vehiculum.

† BENNIVM, ſeruitium, vt videtur, cum *benna* ſeu vehiculo. Ch. Yuon. epiſc. Carnot. Mſ. *Conceſſimus - - quod ipſi* (monachi Tironenſes) *et ſui converſi - - a quadrigagiis - - et aliis quibuscumque banni virorum* (al. *beuniis vicorum*) *itinerum, pontium, villarum, et caſtrorum reparationibus - - liberi ſint.*

BENSOZIA, praeſtigiarum genus; ſed quae ſit illa *Benſoxia* penitus ignoro. Statuta MS. Augerii Epiſc. Conferan. *Nulla mulier ſe nocturnis equitare cum Diana Dea paganorum, vel cum Herodiade ſeu benſoxia, et innumeram mulierum multitudinem profiteatur.* V. *Diana.* † Eadem habentur in Stat. Synod. S. Flori Mſ. fol. 60. vbi pro *Benſoxia* legitur *Bezezia.* Fictum videtur eſſe nomen filiae Herodiadis, quam vna cum matre ſuis ſaltationibus praeeſſe ſomniabant mulierculae.

† BENTVM, inter equinos inſtructus recenſetur, in Ch. Mſ. a. 1321. *Dictus mareſcallus et ſui heredes habere conſueuerunt fimum omnium ſtabulorum - - ſellas, baſtum, maulam, bentum dicti prioris veteres.* V. *Bera* 2.

BEODVM, V. *Beudum.*

BEOLLONA, V. *Bolonae.*

BEPHOTRANVS - - *eſt idem quod gubernator infantium, pauperum et orphanorum.* Vocabul. vtriusque luris. Lege *Brephotranus* a Gr. Βρέφος. Infans. † Corrupte vt videtur D. Falconet pro *Trephorphanus*, voce fictitia a Gr. τροφω, idem qui *Orphanotrophus.* V *Brephotrophium.*

BEQVETVS, riuulus, a Saxonico *Bec*, Germ. Bach, quod idem ſignificat.

Charta venditionis anni 1261. ex Tabulario Monaſterii B. Mariae de Bono Nuntio Rotomag. *Iuxta terram meam ex vna parte et boquetum de Oriant ex altera.* Altera Charta anni 1303. ex eodem Tabulario: *Aboutante Riccardi vavaſoris et ad boquetum de Fangacya.*

BER monetae ſpecies. Inſtrum. an. 1207. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col 807. *Cum autem praefatus Hugo Rex Cypri ſibi maiorem vel minorem filiam Comitis Henrici matrimonio copulaverit, praedicta Comitiſſa Campaniae praefato Iohanni de Ibelino, et aliis ſaepe nominatis debet donare CL. marchas auri, LVI. Ber pro vna marcha.* † Notiſſima erit monetae ſpecies, ſi pro *Ber*, legas *Par.* hoc eſt *LVI. Pariſ. pro vna marca.*

BERA. (1) Locus planus et campeſtris. Charta an. 1172. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 573. B. *Et totum dominicum nemus - - cum fundo et bera - - ita quod in praedictis, ſcilicet minagio, nemore et bera nullam juſtitiam, nec aliquod dominium - - retinemus.* V. *Beria.* (2) † Forte capiſtrum, vel habenae. Ch. a. 1334. inter Probat. Hiſt. vlt. Trenorch p. 246. *Debet habere idem mareſcallus et ſucceſſ.res ſui ratione ſui officii equos noſtros - - vna cum veteribus cellis* (ſellis), *baſtis, frenis, beris, et aliis equorum noſtrorum inſtrumentis.* V. *Bentum.* (3) † Feretrum, Gall. *Biere*, Germ. Bahre, in Ch. Phil. Pulc. a. 1314. Mſ. V. *Bara* 2. (4) † BERA, *meſure*, in Gloſſar. Lat. Gall. an. 1352. V. *Benna.*

† BERBANNVM, bannum molendini, Germ. Mühlenbann. Ch. an. 1198. in Suppl. ad Miraeum p. 67. *Petens quatenus XX. ſolidos, quos apud Curtacum de berbanno a me in feodo tenuit* etc. Vbi in margine: *vernacule Banmolen.*

BERBECINA CARO, caro ouina, in lege 6. Cod. Theod. de erogat. milit. annonae. *Berbicinum pellicium*, apud Monach. San-Gallenſ. l. 2. c. 27. *Berbicinae pelles*, t. 3. Spicil. Acher. p. 246. V. *Berbix.*

BERBIA-

BENIGNOLVS, idem. Chartularium S. Vandregiſili tom. 1. pag. 26.

BENITVS, pro *Benedictus*, Gall. *Beni*, in Bulla Eugenii III. Papae pro monaſterio Gemmetic. ex Chartulario eiusdem loci tom. 1. pag. 85.

BENIVERGA, V. *Bainberga*.

BENIVM, idem quod *Benna*, viuarium, vel *Bedum*, de quo ſupra. Ludewig. Reliq. MSS. to. 7. pag. 208. ex Codice Legum Norman. cap. 26. *Liberum autem dicimus feodum, quod ſeruiciorum inhoneſtorum obtinet libertatem, vt de praedicti* (ſic) *ſeruitio, et de Curatione benii, molendinorum, vel compoſtorum extra nitentorum.* V. *Venna*.

BENIZAZI. Ioſ. Moretus Antiquit. Nauarrae lib. 2. pag. 484. apud Sebaſtian. Salm. in Ordonium 1. *Moza quidam nomine, natione Getulus, ſed ritui Mahometano, cum omni gentis ſuae deceptus, quod Chaldaei vocant Benizazi, contra Cordubenſem rebellauit.*

BENNA. (1) Genus vehiculi, lingua Gallica veteri, quod vulgo *Beneau* appellant Galli, ſeu *Benneau*, vt Monſtrelletus lib. 1. cap. 43. quo materiae quaeuis efferuntur: Feſtus: *Benna, lingua Gallica, genus vehiculi appellatur, vnde vocantur Combennones, in eadem benna ſedentes.* Flodoardus lib. 1. Hiſt. Rem. c. 19. *Haec omnia vehiculo, quod vulgo benna dicitur, impoſuit.* Goropius Bekanus lib. 1. Gallic. pag. 14. et Kilianus in Etymol. a Sicambrico, *Benne*, deducunt, *ciſta plana, corbis planus.* Vide Rhenanum l. 2. Rer. Germanic. pag. 97. *) Ruſticis Germanicis etiamnum **Benne** eſt carrus cum corbe in qua aliquid commodius vehi poteſt; **ein Wagen mit einer Flechte.** (2) Vaſis ſpecies, Germ. **Wanne.** Vita S. Remigii apud Surium 13. Ianuar. *Coxit panes et carnes, et accepit ceruiſiam in vaſculis, prout potuit, quae omnia in vaſe, quod vulgo benna dicitur, collocauit.* Tranſactio anni 1493. in Archiuo S. Iuſti Lugdun. *De decem biscornutis ſeu bennis debent unam biſcornutam ſeu bennam pro decima.* Hic *Benna* ſumitur pro vaſe, quo vindemiae colliguntur et feruntur racemi. At vnde (3) cruci Moguntinenſi *Bennae* appellatio indita, incertum. Conradus Epiſcopus in Chronico Moguntino: *Nec ſilendum quod pro ſpecialis huius auri examinatiſſimi valore, crux ipſa proprie nomine cenſebatur; vocabatur enim Benna.* Pro *Benna* legitur *Bonna* in noua Gall. Chriſt. tom. 3. col. 875. *Et brachium Crucis aureae, quae Bonna dicebatur, auulſit.* An non legi poſſet *Bona*, vel forte dici eam crucem tantae molis fuiſſe, vt non niſi in plauſtro, quod Germanis Gallisque *Benna* dicitur, tanquam in triumphali curru ferri ſoleret. Pari ratione appellata olim *Blancardus* crux non minoris magnitudinis et pretii in Eccleſia Turonenſi, quod in *Blancardo* ſeu *Brancardo* humeris portaretur. (4) Viuarium, piſcatorium. V. *Venna*. (5) Alia notione, in veteri formula Poenitentialis edita a V. Cl. Iacobo Petitio poſt Poenitentiale Theodori pag. 350. *Item qualiter bergarii et vinearii, et alii tales iuramenta ſua fecerint, et ſi affuerint benna et pignora.* Vbi forte legendum *nanna*. Vide in *Namium* ad vocem *Nantum*. (6) Idem quod mox *Bennata*, menſura ſcilicet aridorum quae tantum fere continuiſſe videtur, quantum capit Bichetum, cum vtriusque eadem ſit praeſtatio. Extenta Iurium Comitis Sabaudiae an. 1309. Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 86. *Item de duobus bichetis bladi capitur vna cazeola bladi, et de bicheto diſpari nihil capitur. Item de ſingulis duabus bennis bladi venditi ad bennam, lenatur vna cazeola de benna diſpari nihil capitur.* V. *Vannus*.

BENNAGIVM. (1) Ius cogendi ſubditos molere in molendino Domini. Germ. **Mühlenbann.** Ex chartulario S. Martini Pontiſarenſis: *Homines de Capella debent eſſe bannarii ad molendinum S. Martini Pontiſarenſis. Pretendunt eſſe quitti a bennagio.* Melius legeretur *Bannagium*. V. *Bannum*. (2) † Praeſtatio quae pro vino vendito ex conſuetudine domino ſoluitur. Ch. Mſ. a. 1265. *Excepta coſtuma vini venditi in bennagio*

gio comitis, quae bennagium nuncupatur. Vbi *Bennagium* idem quoque eſt ac diſtrictus, jurisdictio. V. *Bannum.*

BENNARIVS, qui debent vti molendino Domini ſui. Gall. *Banniers.* Locus eſt in *Bennagium.* V. *Bannitores* et *Bannerii.*

BENNATA, menſura aridorum. Acta Capitularia Eccleſiae Lugdun. an. 1347. fol. 129. *Item duas bennatas avenae, quas debet Guigo de Verlieu.* Niſi hoc loco idem *valeat quod carrucata*, ex *benna* vehiculum.

† BENNIVM, ſeruitium, vt videtur, cum *benna* ſeu vehiculo. Ch. Yuon. epiſc. Carnot. Mſ. *Conceſſimus - - quod ipſi* (monachi Tironenſes) *et ſui conuerſi - - a quadrigagiis - - et aliis quibuscumque banni virorum* (al. *bennitis vicorum*) *itinerum, pontium, villarum, et caſtrorum reparationibus - - liberi ſint.*

BENSOZIA, praeſtigiarum genus; ſed quae ſit illa *Benſazia* penitus ignoro. Statuta MS. Augerii Epiſc. Conferan. *Nulla mulier ſe nocturnis equitare cum Diana Dea paganorum, vel cum Herodiade ſeu benſoxia, et innumeram mulierum multitudinem profiteatur.* V. *Diana.* † Eadem habentur in Stat. Synod. S. Flori Mſ. fol. 60. vbi pro *Benſoxia* legitur *Bezezia.* Fictum videtur eſſe nomen filiae Herodiadis, quam vna cum matre ſuis ſaltationibus praeeſſe ſomniabant mulierculae.

† BENTVM, inter equinos inſtructus recenſetur, in Ch. Mſ. a. 1321. *Dictus mareſcallus et ſui heredes habere conſueuerunt frenum omnium ſtabulorum - - ſellas, baſtum, maulam, bentum dicti prioris veteres.* V. *Bera* 2.

BEODVM, V. *Beudum.*

BEOLLONA, V. *Bolonae.*

BEPHOTRANVS - - *eſt idem quod gubernator infantium, pauperum et orphanorum.* Vocabul. vtriusque Iuris. Lege *Brephotranus* a Gr. Βρέφος. Infans. † Corrupte vt videtur D. Falconet pro *Trephorphanus*, voce fictitia a Gr. τροφω, idem qui *Orphanotrophus.* V *Brephotrophium.*

BEQVETVS, riuulus, a Saxonico *Bec*, Germ. Bach, quod idem ſignificat. Charta venditionis anni 1261. ex Tabulario Monaſterii B. Mariae de Bono Nuntio Rotomag. *Iuxta terram meam ex vna parte et boquetum de Oriant ex altera.* Altera Charta anni 1303. ex eodem Tabulario: *Abuttante Riccardi vavaſoris et ad bequetum de Fangacya.*

BER monetae ſpecies. Inſtrum. an. 1207. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col 807. *Cum autem praefatus Hugo Rex Cypri ſibi maiorem vel minorem filiam Comitis Henrici matrimonio copulauerit, praedicta Comitiſſa Campaniae praefato Iohanni de Ibelino, et aliis ſaepe nominatis debet donare CL. marchas auri, LVI. Ber pro vna marcha.* † Notiſſima erit monetae ſpecies, ſi pro *Ber*, legas *Par.* hoc eſt *LVI. Pariſ. pro vna marca.*

BERA. (1) Locus planus et campeſtris. Charta an. 1172. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 573. B. *Et totum dominicum nemus - - cum fundo et bera - - ita quod in praeditis, ſcilicet minagio, nemore et bera nullam juſtitiam, nec aliquod dominium - - retinemus.* V. *Beria.* (2) † Forte capiſtrum, vel habenae. Ch. a. 1334. inter Probat. Hiſt. vlt. Trenorch p. 246. *Debet habere idem mareſcallus et ſucceſſores ſui ratione ſui officii equos noſtros - - vna cum veteribus cellis* (ſellis), *baſtis, frenis, beris, et aliis equorum noſtrorum inſtrumentis.* V. *Bentum.* (3) † Feretrum, Gall. *Biere*, Germ. Bahre, in Ch. Phil. Pulc. a. 1314. Mſ. V. *Bara* 2. (4) † BERA, *meſure*, in Gloſſar. Lat. Gall. an. 1352. V. *Benna.*

† BERBANNVM, bannum molendini, Germ. Mühlenbann. Ch. an. 1198. in Suppl. ad Miraeum p. 67. *Petens quatenus XX. ſolidos, quos apud Curtacum de berbanno a me in feodo tenuit* etc. Vbi in margine: *vernacule Banmolen.*

BERBECINA CARO, caro ouina, in lege 6. Cod. Theod. de erogat. milit. annonae. *Berbicinum pelliciam*, apud Monach. San-Gallenſ. l. 2. c. 27. *Berbicinae pelles*, c. 3. Spicil. Acher. p. 246. V. *Berbix.*

BERBIA-

BERBIAGIVM, triburum ex *berbicibus*, ſeu ouibus. Ch. Goffredi Com. Andegav. apud Sammarthanos. Gall. *Brebiage*. V. *Berbix*.

† BERBIARIVS, paſtor *berbicum* ſeu ouium. Stat. Montisreg. p. 227.

BERBICA, ouis. Folquinus Sithienſis Leuita lib. 2. de Abbatibus Sithienſibus pag. 107. e Codice MS. *Vaccas 10. berbicas L. porcos XV. bonet IV. V. Berbix*.

BERBICARIA, ouile, in Stat. Corbeienſ. c. 5. et in Capitul. de villis c. 23.

† BERBICARITIA, idem, in Capitul. de villis c. 23. apud Baluz. t. 1. Capitul. p. 334.

BERBICARIVS, idem ac *Berbiarius*, apud Adalard. l. 1. Statut. antiq. Corbeienſ. c. 1. et alibi.

BERBICINVS, V. *Berbecinus*.

BERBIGENES, vitis ſpecies, apud Petrum de Creſcentiis lib. 4. cap. 4.

BERBIX. (1) Detortum ex *Veruex*, Gallis *Berbis*, vel *Brebis*, Italis *Berbice*. Gloſſ. *Berbix*, *aries*, *berbix*, πρόβατον. Gloſſ. Graec. Lat. πρόβατον, ἄρνιον, *verbella*, *ouis*, *berbix*. Vgutio et Ioan. de Ianua: *Berbex*, *et berbicus*, *aries caſtratus*, *et haec berbica*, *ouis*. Lex Salica tit. 4. §. 2. *Si quis anniculum*, *vel bimum berbicem furauerit*, *etc.* Adalardus in ſtatutis antiq. Corbeienſis monaſterii cap. 5. *Quintam decimae de peculibus*, *id eſt in vitulis*, *in berbicibus*, *etc.* Paulus Warnefridus de Geſtis Longobard. lib. 5. cap. 40. *Habebantur in Galatio berbices mirae magnitudinis*, *quos ille ſupra dorſum eorum lanam apprehendens extenſo brachio a terra leuabat*. Occurrit paſſim in Leg. antiq. (2) BERBICES, arietes, machinae bellicae ſat notae. Anonymus Barenſis in Chron. an. 1042. *Fecit ibi turrem excelſam ligneam*, *et tractareas*, *manculas et berbices*, *vt comprehenderet eam*. (3) Piſcis in Moſa frequens; Belgice, *Barbeel*. Miraeus to. 1. Oper. Diplom. p. 12. col. 1. ex Teſtamento S. Willibardi: *Et Heribaldus clericus mihi condonabat et tradidit Eccleſiam aliam in pago Marſum*, *vbi Moſa intrat in mare cum appendiciis ſuis et mariſcum vnde berbices naſcuntur*.

† BERBOVACA, herbae genus acutiſſimi ſaporis. Murat. t. 16. Script. p. 425. *Et deinde naſcuntur berbonacae*, *quae acutiſſimae ſunt*, *et a nullis beſtiis comeduntur*.

BERCA, ligo, pala ferrea, Dumbenſibus, *Berce*. Actus notorietatis Stagnorum Breſſiae apud Guichenonum in Probat. pag. 170. et in Vſibus Breſſiae Reuelli pag. 266.

BERCARIA et BERQVARIA, locus *berbicibus* alendis idoneus, alius tamen ab *ouili*; praedii ſpecies etiam cum certa agri quantitate. Vet. Ch. apud Somnerum in Tract. de Gauelkind. p. 18. *Nos conceſſiſſe - - bercharium noſtrum ducentarum ouium*, *ſcilicet medietatem de Oſmundeſtie in terra et mariſco cum vna ſalina etc.* Ch. Balduini Comit. Flandr. a. 1119. *Vt*, *vbi hoſpites comitis*, *qui ſuper vaccarias et berquarias eius manent etc.* Alia Comit. Theodor. a. 1159. *Berquaria cum fundo et domis ſine diminutione in poſſeſſionem rediit Monachorum*. Germ. Schäferey.

BERCARIVS. (1) Abbreuiatum ex *Berbicarius*. *Maior bercarius*, officium monaſticum. Stat. b. Gilberti Fundator. Ord. de Sempringham c. 8. Alibi *Magiſter bercariorum* dicitur, qui nempe bercariis ſeu paſtoribus inuigilat. BERGARIVS, idem, in veteri formula Poenitent. edita a Iac. Petito. (2) BERCARIVS BERQVARIVS, dominus *bercariae*, ad quem praedium nomine bercariae ſpectat. Gh. Balduini Com. Flandr. a. 1114. Alia a. 1151. (3) † Apparitor, famulus pro *Bercarius*. Stat. pro caſtro Caſtil. a. 1371.

† BERCEARE, alueos, vel aluearia, quae *berceola* dicuntur, conſtruere. Inquiſit. foreſtae Britolii Mſ *Monachi de Lira habent - - tres tilias ad ſcutellas*, *et tres fagos ad berceandum*. Vbi Chartar. Normann. habet *ad braceandum*; minus bene vt colligitur ex Ch. Rob. comit. Leiceſtr. pro iisdem monachis de Lira: *Quod debent*

bent habere - - duas fages contra natale, ad faciendum aluos.

BERCELLVM, machina bellica muris diruendis, quemadmodum apud antiquos aries, aptata; *Bercellum* forte dicta quod velut *Berciolum* funibus suspensa agitaretur, quo validius murum percutere posset. Ottonis Morenae Histor. Rer. Laudens. apud Murator. tom. 6. col. 1041. *In ipso enim gato quaedam trabs ferrata, quam bercellum appellabant, constabat, quam ipsi, qui infra ipsum gatum fuerant foras plus de viginti brachiis projicientes, in murum ipsius castri mirabiliter feriebant, ac tantumdem jam ferierant, quod de ipso muro plus de viginti brachiis in terra proiecerant.* Locum denuo exscribendum duximus, addit Cangii editor, licet jam citatus sit a Cangio in voce *Barbizellum*, quod egregie emendatus nobis visus fuerit.

BERCEOLVM, († alueus, hic vero pro capsa, seu minori feretro vsurpatur.) Auctor Gestorum S. Lamberti apud Baluzium Miscell. to. 5. *In sacrario, in locello aureo, qui vulgo dicitur Berceolum* f. quod instar *Bercioli* de quo mox, fuerit fabricatum.

† BERCERIVS, faber ferrarius, interprete Menardo, inter Probat. t. 1. Hist. Nem. p. 98.

BERCHARIA, V. *Bercaria.*

BERCHERIA, idem ac *Bercaria*, in Ch. Phil. V. a. 1318. et in Monast. Anglic. t. 1. p. 308. et alibi.

BERCIOLVM, cunae, ex Gall. *Berceau.* Vita S. Pardulfi: *Et in agitario, quod vulgo berciolum vocant, omnis constrictum impositi.* Infra: *Berciolum, quod honesto sermone Philosophi cunabulum vocant.* Cod. Compendiensis habet *barciolum*, vti monet eruditus Mabillonius. V. *Berta.*

BERDARE LANAM, caput et collum velleris abscindere, Anglis *to Beard vel Bard vvool.* Charta a. 1472. apud Rymer. to. 11. p. 735. col. 1. *Lanas quascumque berdare, claccare et mundare possint vel possit, quodque ipsi seu eorum aliquis quinquaginta saccos huiusmodi lanarum berdatarum, claccatarum et mundatarum, etc.* Er to. 12. p. 7. col. 1. etc. Similia habes pag. 9. et alibi. BORDATA LANA, pro *Berdata*, apud eumdem Rymer. to. 11. p. 466. col. 2.

† BERDELING, mensura frumentaria. Ch. an. 1197. inter Instrum. t. 10. Gall. Christ. p. 128. *Quinque cartellos frumenti et vnum Berdeling.* V. *Bera* 4.

† BERDESCA, idem ac *Bretachia*, quod vide. Murat. t. 12. Script. p. 674.

BEREBRECTVS, *hordearius.* Ita Glossarium Saxon. sub Edw. III. exaratum: sed videtur legendum *Hordearius*, nam Saxonibus, *bere*, est, hordeum.

BEREFELLARII. Charta Thomae Archiepiscopi Eboracensis, in Monastico Anglic. to. 3. part. 2. p. 5. *Scilicet Praecentoris, Cancellarii, et Sacristae, ac 7. Personarum, qui olim Berefellarii fuerant nuncupati, etc.* Infra: *Praesentatio autem sine collatio praedictorum ministrorum, videlicet Praecentoris, Cancellarii et Sacristae, ac etiam Personarum dudum vocatarum Berefellarii: quos quidem Berefellarios recolendae memoriae D. Ioan. de Thoresby, dudum Eborum Archiepiscopus* (obiit ille an. 1373.) *ad honorem dictae Ecclesiae Beuerlaci, et maiorem decentiam ministrantium in eadem prouincia ordinabat, Personis in Ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Eborum officiando Ecclesiae in diuinis in habitu confirmari. Sed quia eorum turpe nomen Berefellariorum patens risui remanebat, dictos 7. de caetero non Berefellarios, sed Personas volumus nuncupari.* Dicti autem isti *Berefellarii*, quasi *concagati*, seu *Brouex*; ex Anglico *Berayed*, conspiratus, permerdatus. Cur autem ita obscoena huiusmodi iis indita appellatio, dicant Angli ipsi.

BEREFREDVS, BEREFREID, V. *Belfredus.*

BEREGAFOL, tributum hordeaceum, ex Saxon. *bere*, hordeum, et *gafol*, tributum, census. Sic restituit Somnerus in Legibus Inae Regis c. 64. apud Bromptonum.

BERELAIS, BERELASIS, V. *Berolasis.*

† BERELLVS. Tract. de Piſcib. Cod. reg. 6838. c. 130. *Delphinus ab accolis oceani Marſouin vel Maerſchouin, quaſi maris ſus; Gallis bec-d'oye, quod prominentiore ſit roſtro, dicitur. Nonnulli berellos, delphinos vocant, eo quod, vt Albertus Magnus ait, ante naues aquas ebnuant.*

† BERENGVERO. Conſtitut. lac. II. reg. Aragon. a. 1301. *Et in hac non intendimus quod infamiam berengueronum de feneſtris Barchinon. Cendra et Petrum de S. Petro ſi conuenerint cum creditoribus etc.*

BERETA, capitis tegmen Pontificibus proprium. Inſtrum. an. 1199. Annal. Bened. to. 4. p. 691. col. 1. V. *Birretum.*

† BERETINVS, cinereus, leucophaeus. Murat. t. 19. Script. p. 777. V. *Berretinus.*

BERETVM, idem ac *Bereta*, V. *Birretum.*

BEREVAGIVM, V. *Biberagium.*

BEREWIK, BEREWICA, BEREWICHVS, BEREWITA, manerium vel potius membrum manerii a corpore diſſitum, villula, hamlea manerii, manerium ad maius pertinens, quaſi *berier-vic*, Saxonice, *manerii vicus.* Charta Edwardi Confeſſoris Regis Angl. tom. 1. Monaſtici pag. 237. *Kingeſton, cum Raffleia et Byri, berewicis ſuis.* Charta Alani Comitis Britan. fol. 572. *Donauit etiam totas decimas ſuas de omnibus rebus in Swareccy, et in berewichis ad eam pertinentibus, ſcilicet Bercham, etc.* Vide tom. 2. pag. 910.

BERFREDVS, V. *Belfredus.*

† BERFREIVM, turris, Gall. *Beffroy.* Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1364. V. *Belfredus.*

† BERGA, cuſtodia, a Germ. Bergen. Translat. S. Amalbergae Cod. reg. 5506. *Nomen huius ſanctiſſimae virginis ex duabus linguis, Latina videlicet atque Thindiſca compoſitum eſſe gemina verba declarant. Prior enim pars a malo: poſterior berga meritum eius feliciſſimum fuiſſe alterna voce proclamant.*

† BERGARIA, ouile, Gall. *Bergerie*, in Ch. Mſ. a. 1082. et in alia an. 1353. V. *Bercaria*, et *Bergeria.*

BERGARIVS, V. *Bercarius.*

† BERGERETTA, a paſtoritia cantilena, ad cuius modulationem hymnos cantando, choreas ducebant die ſancto Paſchae in clauſtro, aut, ſi per tempus non liceret, in ipſa eccleſia, canonici Veſontienſes, nomen inditum eſſe huic choreae, egregie probat auctor epiſtolae, quae legitur in Mercur. Franc. menſ. Septembr. a. 1742. p. 1930. Adde Rituale Veſont. a. 1582. et Concil. Viennenſe cui praefuit Clemens V. et Baſileenſe a. 1431. ſeſſ. 21.

BERGERIA, ouile, in Geſtis abbat. S. Germani Autiſſiod. c. 19. et apud Baluz. t. 6. Miſcell. p. 544. BERQVERIA, idem in Ch. Philippi reg. Franc. a 1066. inter Inſtrum. t. 4. nouae Gall. Chriſt. p. 374. V. *Bercaria* et *Bergaria.*

† BERGERIVS, ouium cuſtos, Gall. *Berger*, in Ch. Mſ. an. 1258. V. *Bercarius.*

BERGGRAFIVS, dignitas apud Germanos notiſſima, i. a. *Burggravius.* Epiſt. Martini V. Papae ad Vladislaum Poloniae Regem a. 1420. apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 5. p. 409.

† BERGOLINI, factionis nomen, ab Ital. *Bergolo*, leuis, credulus. Murat. t. 20. Script. p. 298. *Erant in ciuitate factiones duae, Gibellinorum et Guelphorum; capite vero Agnelli, Raſpantes dicti, et Gambacurtae, qui Bergolini cognominabantur.*

BERQVARIA, idem ac *Bercaria*, apud Ludewig. Reliq. Mſ. t. 8. p. 553.

BERIA, locus planus, campeſtris. Senatus lib. 2. part. 4. cap. 28. *In quo habitant Arabes, qui Beduini vocantur, in beria continue habitantes, ſeu in locis campeſtribus, ſub tenturiis manſiones ſuas omni tempore facientes.* Charta Fulconis Epiſc. Andegav. de decimis Valleyae S. Albini Andegav. an. 1337. *Quae quidem ballivia protenditur in longitudine a beria de la Marſaulaye vsque ad charreriam nouam; et in latitudine a porta ripae Ligeris vsque ad beriam Berearn.* BIERIA, eadem notione, apud Willelm. Britonem lib. 11. Philipp.

Ac velut in ſaltus ſcopuloſa bieria ſaltu
Praecipiti mitti ingentis corpora cervum.

Beriam

Beriam cum *burgo* confundere videtur Spelmannus, ita vt vrbium Anglicarum nomina, quae in *Bery* desinunt, inde accersat. Cui sententiae nescio an faueat vetus charta apud Beslium, pag. 391. *Et captum habebat burgum et berrium, et habebat omnia incensa.* Quo loco forte legendum *barrium*, de qua voce supra egimus. Vtcumque sit, malim ita eiusmodi appellata oppida, quod in locis campestribus et planis aedificata sint: *Et Beriam S. Edmundi* apud Matth. Paris an. 1174. non pro burgo, sed pro *campania*, vt vocant, quae ad Edmundanum Monasterium pertinebat, sumendam. V. *Berra.*

BERICLVS, an lapis pretiosus, Plinio *Beryllus*? Inuentarium ornamentorum et Reliquiarum Ecclesiae Nouiom. an. 1419. ex Archiuo eiusdem: *Item quaedam crux argentea - - in dicta cruce sunt quinque esmailli - - et in summo deest vnus bericlus.* † Non lapis pretiosus sed Crystallus, Gall. ol. *Bericle.*

† BERILLVM, *officium muliebre.* Gloss. var. Cod. reg. 7613.

BERILLVS, conspicillum, Gallis *Besicle*, Belgis *Brill.* Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episcopi Eborac. num. 46.

Protinus admisso micuit syntagma berillo.

Tabularium Monast. Longipontis in dioecesi Paris. *Praescripti beneficii donum Deo et S. Mariae, eiusque Ecclesiae, cum quodam frusto berilli concesserit, atque illud prior Henricus ex eius manu accepit.* Ioan. Buschius in Chronic. Windesem. lib. 2. c. 42. *Non per vnum solum, sed per duos simul, aut per berillum duplicem in communi legere consueuerat.* In Onomastico Paracelsi: *Berillus speculum crystallinum consecratum.* Ibid. *Berillistica, est ars ipsa visiones in berillis et crystallis videndi.*

BERINGAVDVM, poculi species, Gall. *Coupe.* Hist. Dalphin. to. 2. p. 555. col. 1. ex Inuentario *vasellae* Dalphini ann. 1347. *Exhibuerunt et ostenderunt modo quo supra, vnum beringaudum argenteum deauratum sine esmalto, cum vno coopertorio argenteo deaurato, cum vno saphiro magno in summitate ipsius posito.*

BERLATIO, pro *Balatio*, saltatio. Statuta Eccles. Aeduensis apud Marten. t. 4. Anecd. col. 470. V. *Balare.*

BERLENGHVM. In veteri Regesto Parlamenti an. 1300. est *Inquesta inter Balliuium et Episcopum Ambianensem super bonis infestatorum: item super berlenghe et castitiis, item super aperturis et fornellis.* In alio Aresto an. 1289. in Tabul. Eccles. Ambian. fol. 80. BELLENGVM scribitur: *Gentes nostrae in praeiudicium juris sui et Ecclesiae suae justiciando ceperunt in dicto campo quoddam bellengum, de quo petebat Dom. Episcopus restitui.* Hodie *Berland* vel *Brelund* dicunt Galli alearum ludos, quae vox occurrit apud Guillelmum Guiart. a. 1304.

† BERLERIA, annulus coriaceus, a quo tudicula campanae pendet. Comput. Mss. fabr. S. Petri Insul. a. 1469. V. *Belleria.*

BERLIA, modus agri. Charta Ludov. de Laual Gubernat. Delphinatium, apud V. Cl. Dion. Saluaingum: *Plus vel minus exigatur pro dicto transitu habita consideratione ad dictos 8. grossos pro singula berlia, sive matata, et pro qualibet lenca, salvo quod vbi per dicta loca sive territoria transirent plures matata, sive berliae, etc.* Vbi consulendus idem vir doctissimus lib. de Vsu Feudorum cap. 34. p. 145. In hunc locum obseruat D. Hubert. Dumbensis Historiographus, voce *Berliae* non significari modum agri, sed gregem trium millium animalium, et *matatam* cum *berlia* vnum et idem esse. Et certe *Berliam* non esse modum agri satis patet ipso contextu; ager enim non *transit per dicta loca sive territoria.*

BERLINA, ex Ital. *Ferro rotondo nel quale si mette il collo de malfattor.* Germ. Pranger, Halseisen, Gall. *Pilori.* Ius Vincentin. lib. 3. *Fustigetur, vel ad Berlinam ponatur.* V. *Barlina.*

BERLINGACCIVM, feria quinta ante diem Cinerum, Italis *Berlingaccio*,

Gall. *Jendi gras.* Acta SS. Maii to. 6. p. 197. C. in Vita S. M. Magdalenae de Pazzis: *Die Iouis praecedente carnisprivium, quem vulgus berlingaccium appellat.*

BERLINGOTIVS, ſcriblitae ſpecies, Italis *Berlingozzo.* Academici della Cruſca interpretantur Spiram dulciariam ex ouis et farina. Acta SS. Maii to. 5. pag. 337. E. in vita B. Columbae Reatinae: *Vt primo ſex magnos imo maiores panes formauerint, demum tres placentas, poſtmodum quos berlingotios dicunt multos; plurimas itidem paniceas differentias, etc.*

BERLOTA, idem quod *Barbota*, nauis ſpecies. Memoriale Poteſtatum Regienſ. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1097. *In illo die venerunt XXX. galeae et berlotae Saracenorum per flumen, et tredebant cremare pontem; vna quarum combuſta eſt a Chriſtianis.*

BERMARIVS, male pro *Bennarius*, quod vide.

BERNA. (1) Vox Bohemica, tributum, collatio publica. (*) Vel potius vox Germanice a bären, portare, ferre. Mencken. Script. to. 1. pag. 659. Mit Aufſatze, Bern, Geſchoß, ein Haus oder Platz nicht beläſtigen. Adde Gloſſar. Haltauſ. pag. 103.) Chronicon Aulae Regiae cap. 27. *Generalem ſteuram, quae berna dicitur, ab omnibus accepit.* Aeneas Silv. in Hiſt. Bohem. cap. 58. *Niſi populares in ſummus regios pecuniam conferant, quam vocant bernam, aut rapere vnde viuat Regem oportet.* Ludewig. Reliq. MSS. to. 1. pag. 509. in priuilegio Monaſterii Dobrilucenſis indulto a Matthia Rege Bohemiae et Hungariae: *Ab omnibus ſteuris, exactionibus, collectis, precariis, bernis - - eximere dignarentur.* Et to. 6. p. 392. *Bern* Armoricanis Collectio, cumulus praeſertim tritici. (2) † BERNA, *Suinbache.* Twinger in Gloſſar. Lat. Germ. Mſ. hoc eſt venter porci, (*) vel potius ſuccidia) forte pro *Perna.*

BERNACAE, aues aucis paluſtribus ſimiles, ſed minores, ex abiete in aquas demiſſo enaſcentes. Vide Silueſtrum Girald. in Topogr. Hibern. diſt. 1. cap. 11. BERNACVLAE, hodie, Stanihurſto teſte, vbi male *ancis* legit, pro *ancis:* BERNECELAE, dicuntur Friderico II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 6. BERNICLAE et BERNICHAE cap. 19. 21.

BERNAGIVM. (1) Idem ac *Brenagium*, quod vide. (2) † Pro *Hybernagium*, vt videtur, frumentum miſcellum. Ch. Phil. Pulcri Mſ. ann. 1313. *Item XXIII. minas bernagii, debitas apud Pauelliacum.*

BERNARDIANI. Sic appellantur in Polonia Franciſcani fratres de Obſeruantia a S. Bernardino eiusdem Ordinis. Vide Acta SS. Iulii tom. 4. pag. 534. in Miraculis B. Simonis de Lipnica.

† BERNARIA. Ch. Frid. I. an. 1157. inter Probat. t. 1. Hiſt. Sequan. p. 95. *Et quidquid poſſidet in burgo Laedonis, bernarias ſcilicet, et furnos et alia plura.* Vbi legendum Carpenterius cenſet *Bercarias.*

BERNARII, V. *Berrόërii.*

BERNARIVS. Ordinatio Domus regiae ſub Henrico II Angl. Reg. in lib. nigro Scaccarii p. 357. *Bernarius III. den. in die.* Vbi Hearnius in notis: *Bernarius*, miniſter ad quem vrſi canesque in vrſis venandis vſurpati, ſpectabant. *Bern, vrſa. Berne* autem eſt pro *Beren*, vel *Bear.*

BERNECELAE, V. *Bernacae.*

BERNECHAE, BERNESTAE, V. ibidem.

BERNET, incendium, a Saxonico *Byran*, incendium facere, comburere. Leges Canuti Regis cap. 90. apud Bromptonum: *Bernet, quod eſt domus incendium.* Ponitur etiam inter criminalia et capitalia in Legibus Henrici I. cap. 12. 47.

BERNICHAE, BERNICLAE, V. *Bernacae.*

BERNISCRIST. Charta Deodati Clerici an. 799. apud Malbrancum lib. 5. de Morinis cap. 38. *Ad emendas drappos, et kanifias vltramarinas, quae vulgo Bernischriſt vocitantur.* Cuiacius in Tract. 8. ad Africanum obſeruat *Berne*, Gallorum antiqua lingua,

lingua, esse sagum, atque inde vocem *Bernus* a Gallis vsurpari, pro ea lasciuia, qua delectatum Othonem narrat Suetonius cap. 2. qua scilicet distento sago impositus in sublime jactatur: cuius etiam meminit Martialis lib. 1. Epigr. 4.

Ibis ab excusso missus in astra sago.

Vt et Vlpianus tit. 1. Collat. Legis Mosaicae, vbi Pithoeus primus aduertit, hanc lasciuiam *sagationem* appellari, et παλμὸν reddi in Gloss. Lat. Gr. quo proinde loco *sallsationem* legi debere frustra contendit Iosias Mercerus ad Aristaenetum. Casaubonus vero ad Suetonium vocem *Berner*, a βάρεσθαι accersit: ita enim Dores pro βάλλειν, dixisse ex Hesychio vult. *Bernia*, vt ait Couarruuias in Thes. linguae Castellanae, *es vna capa larga a modo de manto, grossera come manta fraçada.* Nicotius: *Bernie est une sorte de drap velu, grossier et rude, dont les Irlandois s'emmentelent.* Atque inde vocis originem accersunt, ab *Hibernia* scilicet. Sed cur *Berniscrift* dicantur eae camisiae, non patet: neque enim quod instar Christi tunicae fuerint, quam *Capam Christi* vocat Radulphus de Diceto an. 1156. appellatus credendum. Haud absurde fortassis vltimam vocis partem a Saxonico *scrit*, vestis, quod a *Scryddan*, vestire, tegere, deducere licet: adeo vt *Berniscrift* sit vestis ex sago *Berne* confecta. Vide Somnerum ad vocem *Scryddan*. *Berniscris*, Armoricanis est etiam hodie sagum, in quo colligitur triticum expurgandum. † Vocis originem non ex Hibernia sed ex Africa petendam esse monet Duchatius in notis ad Rabelaisi. tom. 1. p. 324. ex Leone Afric. l. 2. *Neque hic* (Tefzae) *desiderabis exterorum copiosam affluentiam, qui inde chlamydes cum cucullis asserunt inconsutas et nigras, Ilbernus vulgo nominant: harum non tam in Italia quam in Hispania copiosus est numerus.* Ab Arabico *Bornos*, sagum cucullatum. V Lex. Arab. Golii pag. 265. et *Sbernia*.

BERO'ARIVS, V. *Berroerii.*

BEROCATA, vehiculum duabus portatum rotis, Gall. *Brouette*; a binis rotis dictum est *birotum* et *birota*. Nostra birota vnica jam vehitur rota, vt pabo de quo Isidorus in Glossario: *Pabo, vehiculum vnius rotae.* Charta ann. circ. 1060. apud Marten. Anecd. tom. 1. col. 187. † Legendum videtur *Berotata*. V. *Berrotata*.

BERODERIVS, in iure Vicentino, passim: idem qui aliis *Berroërius*. V. in hac voce.

BEROF, seditio, vt videtur, a Belgico *Berocken*, machinari, moliri. Consuetudines Arkenses ann. 1231. in Tabul. S. Bertini: *Maiores causae, vt sunt rapine mulierum, berof, mordad, daghbrant, etc.*

BEROLASIS. De hac voce sic Vghellus in Episcopis Capuanis: Exstat, inquit, Epistola Ioann. VIII. PP. 170. scripta quidem anno 881. cum huiusmodi praefixo titulo: *Omnibus Episcopis Caietam, Neapolim, Capuam, Berolasim, et Amalfim, Beneuentum, et Salernum incolentibus.* Est *Berolasis* locus in Capua veteri ad sanctum Stephanum, vulgari nuncupatione dictus etiam hodie, *li Vorlasci*, Anonymo Casinensi *Berelais*, Heremperto *Berelasis* Latine loquentibus *Amphitheatrum*. Neque mirum, si Episcopus in veteri Capua constitutus *Suricorum*, vel *Berelasis* nuncupabatur, cum illis in vicis insigniores essent Ecclesiae. Vide eumd. Ioann. VIII. PP. Epist. 265. nam indicata ab Vghello non succurrit, falso nota numero. Nec dubium est, quin vox *Berolasis* Amphitheatrum significet, cum passim apud laudatum Heremperтum promiscue occurrat *Berelais, arena, colossus, amphitheatrum*, vt vnum idemque indicetur: significantius cap. 41. scribit: *Adveniens* (Gualferius) *Berelais, hoc est, Amphitheatrum.* Iam vero quid hac voce denotarint voluerint scriptores, et quae huius vocis origo, merito ambigitur. Vocem Langobardicam censet Mazochius Commentar. in Campani Amphitheatri titulum pag. 134. et seqq. quae idem quod

vetus ciuitas, Graece παλαίπολις, ſonat. Rem, praeunte Cangio, attigit Commentator; certum enim eſt, vt multis probat Mazochius, Capuam veterem ita vocitatam fuiſſe, vt a noua diſtingueretur; ſed vocis vis et origo vtrique perinde ignota. Vtcumque tamen etymon indicare pertentat Mazochius: a Germanicis ſcilicet vocibus *Var*, ſiue *Bar*, arx, ciuitas, et *Olt*, Vetus, vocabulum *Berolaxis* conflari potuiſſe opinatur. Nihil hac coniectura felicius iam nobis ſuccurrit.

BEROVARII, V. *Berroërii.*

BERQVARIA, ouile, in Monaſt. Anglic. t. 1. p. 308. et alibi. V. *Bercaria* et *Bergaria.*

BERQVARIVS, V. *Bercarius.*

BERQVERIA, V. *Bergeria.*

BERRA, locus campeſtris. Charta Ricardi Regis Angliae apud Sammarthanos in Archiepiſc. Turonenſ. *Et ſilium nemus cum alio nemore diſplante* (deplantato) *et berra, et pratis etc.* Alia apud Spelmannum in voce *Foreſta: Et quod Rex in foreſta ſua praedicta poteſt villas ſuas aedificare, Eccleſias inſtituere, berras aſſartare, et Eccleſias illas cum decimis - - cuicunque conferre.* Vide *Beria* et Kennetti Gloſſarium ad calcem Antiquit. Ambroſden. *) *Berra*, idem eſt ac *Barta* et *Beria*, locus ſcilicet, arboribus deſtitutus, dumetis vero et arbutis plenus, ab obſol. bar, nudus, vnde eine Bare, locus caluus, caluitium, hodie eine Blöße.

BERRARIVS, V. *Barrarius.*

BERRETINVS, BERRETTINVS, cinereus, leucophaeus, Acta SS. Maii tom. 5. pag. 102. B. in vita Ioannis Bonuiſii: *Veſtes quoque panni vilis, modici valoris et colore Berretino induebas.* Bullarium Carmelit. pag. 296. col. 2. *Clerici dicti Ordinis tunicas nigras de lana tinctas cum eiusdem coloris capucio et ſcapulari, non berrettinas aut griſeas, et ad nigredinem tendentes.* Eadem reperiuntur pag. 300. col. 2. no. 4.

† BERRETA, BERRETVM, capitium, idem quod *Biretum*, in Ch. a. 1402. inter Probar. tom. 3. Hiſt. Nem. p. 169.

† BERRIATA, faſciculus. Formulae Mſ. ex Cod. reg. 7657. *Multum oneratum una berriata feni.*

† BERRINIVM, inſtrumentum ruſticum, in Ch. ex Tabul. Caſſin. *u. aſcias, e VI. berrinias, e X. ſarcles.*

BERRIVM, V. in *Beria.*

BERROERII, Italis *Berrovieri*, quae vox interdum ſicarios, ſceleratos et ruptuarios ſonat, interdum Apparitores. Vide Ioan. Villan. lib. 7. cap 79. *Birri* vulgo dicuntur, ſeu *Sbirri.* Occurrit non ſemel haec vox apud Rollandinum lib. 8. cap. 1. 2. 3. lib. 10. cap. 6. et cap. 8. vbi Codex Eſtenſis habet, *Barderium. Berroarii ſiue Zaffones quidam*, lib. 11. c. 5. Aliud Chron. poſt Rollandin. an. 1325. *In ſuo regimine mortuus fuit gladio capitaneus ſuorum Beroeriorum* (Poteſtatis Patauii.) BERRVARII, eadem notione. Inſtrum. 1324. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 131. Aliud an. 1359. apud V. Cl. Fontaninum de Antiquit. Horrae p. 416. Adde Rymer. to. 2. p. 191. BERVERII, apud Petrum de Vineis lib. 2. Epiſt. 41. *Bernerias quasdam et ad eorum perſecutionem gentem noſtram aduertereus, calide praemiſerunt.* Ex quo emendandus Ioannes Presbyter in Hugone de Cabilone Epiſcopo Leod. *Habebat Epiſcopus ſuis ſtipendiis bernarios et bidarios duo tela portantes.* Legendum enim vt videtur *Berbarios*, vt in vita B. Andreae de Galeranno num. 10. *Poteſtatem non latuit, quae ſtatim ad eius comprehenſionem berbarios miſit.* Vbi perperam editum *Bertarios.* BEROVARII, apud Petrum de Creſcentiis lib. 1. de Agricult. cap. 6. et Vghellum tom. 4. pag. 864. De vocis origine, conſule quae habent VV. Cl. Aegidius Menagius et Octav. Ferrarius in Origin. Italic. † BEROARIVS, accenſus, appariror, in Stat. Mutin. apud Murat. t. 4. Antiquit. Ital. med. aeui p. 78. BERROVARIVS, idem in Stat. Mantuae Mſ. C. c. 6.

BERROTATA, vehes, plauſtri onus, a voce *Barroe*, plauſtrum apud Lugdunenſes. Aduerſar. MSS. D. Aubret non ſemel laudati: *Pratum continens*

tinens quatuor berrotatas feni. V. *Berocata.*

BERRVARII, V. *Berotrii.*

BERSA (1) *Berſae*, crates viminеae, ſeu ſepes ex palis vel ramis grandioribus contextae, quibus ſiluae, vel parci vndique incinguntur, vt nullus ceruis, caeterisque feris ad egreſſum pateat aditus. Charta laudata a Spelmanno: *Intra Berſas foreſtae*, Germ. die Birſch. Alia Henrici III. Regis Anglic. in Monaſt. Angl. to. 2. pag. 210. *Paſturam 40. vaccarum - - per totam berſam in foreſta noſtra.* Ab eiusmodi cratibus manſit infantium cunis nomen quas *Bers et Berceaux* vocant Galli, quod ex viminibus inuicem contextis confectae ſint. Neque vocis origo a Graeco repetenda, vti vult Caſaubonus ad lib. 1. Strabon. p. mihi 32. Armoricanis Britonibus *Bers* eſt prohibitio, *Berſa*, prohibere. *Gwel berſet*, Dies feſtus, quo prohibentur opera ſeruilia: crates autem viminеae prohibent feras egredi locis iis cratibus circumſeptis. V. *Berciolum*, *Brolium*, et *Berſare.* (2) † Corium, Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613. (3) † Forte cella vinaria. Ch. a. 1080. ex magno Chartul. S. Vict. Maſſil. *Dedit ei de puro vino in berſa XII. collaredos.*

BERSARE, BIRSARE, venari, intra *berſas* foreſtae venationem exercere, Germ. birſchen, birſen. Charta Henrici II. Reg. Angl. in Monaſtico Angl. tom. 1. pag. 768. qua confirmat donationem factam a Rogero de Quincy Comite Wintoniae Monachis Gerondonenſis Abbatiae, *de tota ſauvagina, et omnibus beſtiis ſilueſtribus, quas habent in clauſo de Kitt, ad berſandum, venandum, capiendum, etc.* Inquiſitio de forisfacturis ſuper foreſtis Regis in Addit. ad Matth. Paris: *Inquiratur de illis qui ſuſpecti habiti ſunt, vel ſoliti, ad intrandum boſcos, parcos, vel foreſtas, cauſa berſandi, vel alia damna faciendi.* Adde Fletam lib. 2. cap. 41. §. 21. *Berſer*, Gallis idem ſonat. *) Wachterus credit vocem *berſare*, a Gallico *percer* eſſe ortam. Cl. Ihre in Gloſſario Suio-Goth. vocem, ſi Gothica fuerit, a *beria*, ferire, deriuandam cenſet. Galli olim *Berſer* dixerunt pro telis configere.

BERSARII, BIRSARII, venatores. vel parcorum et ſiluarum cuſtodes. Recenſentur ii ab Hincmaro de Ordine Palatii cap. 17. inter Palatii miniſteriales. Geſta Conſulum Andegav. cap. 1. *Ex copia ſilueſtri et venatico victitans: huiusmodi homines, vt aliqui dicunt, Britones Brigrios vocant, nos autem Franci Birſarios, ſiue Pellicarios dicimus.* Putat Watſius vocem *berſare*, a Germanico *birſen* deducendam, quod eſt telo configere, quod venatores in ſiluis damas, et ceruos telis configant et perimant. Cui ſententiae fauere videtur Radeuicus, qui *Birſare* vocabulo vtitur duobus locis, in quibus praeterea telo aut ſagitta vſos, qui *berſabant*, innuit, lib. 3. de Geſtis Frider. cap. 26. *Si quis birſando feram baliſta vel arcu occiderit, eius erit.* Et lib. 4. cap. vlt. *In birſando ipſemet arcum tendit, ſpicula capit, implet, expellit: eligis quod feriat, quod elegeris ferit.* Spelmannus mauult a *Bers* Saxonico quod *lupum* ſignificat, originem vocabuli deſumendam vt, *berſare*, ſit lupos inſequi. Sed videtur *berſare* eſſe proprie venatorum, qui in ſiluis clauſis ſeu parcis ceruos et damas ſectantur. Quae quidem venationis ſpecies dicitur *venatio infra metas foreſtae* in Charta Henr. III. Reg. Angl. apud Edw. *Cocke* in Littlet. ſect. 1.

BERSVRA. (1) Ius *berſandi* in foreſtis domini. Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus fol. 47. *Habet quoque in longo alneto berſuram omnibus diebus, cum uno miliste, et ſuis accinctoribus.* (2) † Pro *verſura*, menſurae ſpecies, in veruſt. Notitia apud Creſcimb. l. 2. Hiſt. S. M. in Coſmed. c. 7.

BERTA. (1) Splendida. Acta SS. Benedict. ſaec. 3. part. 1. pag. 451. de ſancta Berta: *Nata eſt eis filia, cui nomen impoſuerunt Bertam, quae interpretatur fulgida ſeu ſplendida. Bert* Germanis clarus, fulgens, illuſtris. Hadrian. Valeſ. lib. 8. Hiſtor.

Franc. pag. 482. relatis his Fortunati verſibus:

Charibertus adeſt, qui publica iura gubernans,
Tempore praeſenti gaudia priſca refert.
Qui Childeberti retinens dulcedine nomen, etc.

Subiicit: *Quibus ex verbis judicari poteſt* Lenem *Francos* Bertum *appellaſſe. Si quidem Fortunatus ait, Charibertum Regem Childeberti patrui ſui, vt regnum obtinuiſſe, ſic lenitatem, dulcedinemue morum, re et nomine referre.* *) Vide Lex. Germ. I. L. Friſchii, v. Ber. (2) † Cremonenſibus nuncupabatur *Carrocium*, ſeu currus in quo vexillum totius exercitus praecipuum imponebatur. Chron. Eſtenſe apud Murat. to. 15. Script. ad ann. 1281. BERTECIOLA, idem, apud Marten. t. 5. Ampl. Collect. pag. 1334. (3) † Ouis foetibus iam inutilis, in magno Chartul. S. Vict. Maſſil.

BERTARIVS, V. *Berröerii.*

† BERTAVELLVS, BERTAVELVS, inſtrumentum piſcatorium, naſſa, Ital. *Bertauello.* Ch. an. 1424. inter Stat. Peruſ. pag. 31. *Piſcari - - ad rete, nauiſſam - - bertevellos.* Occurrit etiam in Stat. Vercell. l. 3. pag. 75. Stat. Pallav. l. 2. c. 70.

BERTECIOLA, V. *Berta* 2.

BERTEFREDVS, V. poſt *Belfredus.*

BERTELLVS, genus ludi, forte cum aerumnulis, quas Galli *Bretelles* vocant. Statuta Capituli Autiſſiod. 2. Maii 1401. *Item quod nullus ludat in Eccleſia cum bertellis, ſeu alio quocunque ludo.* Huius vocis originem ignorare ſe fatetur Menagius. A Βρίθω, onero, deducit Trippaltius, quod vtantur aerumnis baiuli ad onera portanda.

BERTHESCA, ſpecies podii, ab antiquo Gallico *Breteſche*, quod primum ſignificat caſtella lignea, quibus oppida muniebantur, vt dicetur infra in *Bretachiae*; deinde locum in foris prominentem, vnde denuntiationes edictaue publica promulgabantur. Origo vocis ex Menagio Italic. *Bertesca*, repagulum, quod ante fores palatiorum ſolet exſtrui. Enumeratio iurium Abbatis ex Caſtellani Corbeienſ. ex Cod. MS. eiusdem Monaſt. n. 125. *In rectis vicis qui de porta ad portam transeunt, ſi fiat feneſtra vel bertheſca, vel avantſolier de novo, partem ſuam habet* (Caſtellanus) *in aliis vicis qui orbi dicuntur, nihil habet, ſed totum eſt Abbatis.*

BERTHONA, V. *Bertonia.*

† BERTOGNANVS, auis paluſtris ſpecies, vt videtur. Stat. Vercell. l. 3. p. 75. *Tenetur poteſtas prouidere, ne piſces de lacu S. Martini et bertognani portentur ad vendendum extra diſtrictum Vercellarum.* Niſi ſit nomen loci.

BERTOLATA. Albertin. Muſſatus lib. 6. de Geſtis Henrici VII. Rubr. 13. *In exercitu Gadanno fuiſſe conſtat ex conſcriptis ciuibus Gadanis equites 1200. - - - ſcutiferos 600. equas ruralium* (al. *ruralium haſtatorum*) *quas Bertolatas Longobardi vocant, circiter mille, mercenarios milites 300. al. Bertoltas.*

BERTOLOTA, eadem notione. Chron. Parmenſe ad ann. 1282. apud Murator. tom. 9. col. 800. *Militia vero Brixiae cum Bertolotis ſuis equitauit ad caſtrum Vrtii - - deinde venit Cremonam.*

† BERTONCELLA, eiusdem originis ac notionis videtur ac *Bertonia*, villa vel praedium frumentarium. Ch. Mſ. ann. 1230. in Chartul. Camp. *In prima parte ponimus ſincere cum praepoſitura, cum tallia, cum villicatione, cum bertoncellis, cum reſidua pratorum et vinearum etc.*

† BERTONESSA, caſtellum, propugnaculum, Ital. *Berteſcone.* Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1195. V. *Bretachiae.*

BERTONEA, BERTHONA, BERTONA, villa vel praedium frumentarium, a *Bere* Saxonico, hordeum, et *ton*, villa, praedium, proinde eiusdem originis et notionis qua *Bereuic.* Monaſticum Anglican. tom. 2. pag. 887. *Ibi in Bertonia mea de Cadeham vnum locum ad conſtruendam aliam grangiam.* Occurrit non ſemel apud Will. Thorn. ann. 1287. et 1313. et apud Guilel. Prynneum in

in Libertatib. Eccleſ. Angl. tom. 3. pag. 108.

BERTRESCA, V. *Bretachiae.*

BERVA, pro *Bellua.* Athelmus de Laude virgin. vbi de Daniele:

Denique non trepidat fletus coeleſtibus armis
Sacuos beruarum rictus, morſuſque leonum.

BERVAGIVM, V. *Biberagium.*

† BERVALDI, iidem qui *Berroerii*, apparitores, qui ad vrbium portas ſtabant, ne fraus in vectigalibus publicis fieret. Stat. citit. Aſtae.

BERVERETI, iudicium, diſquiſitio. Decretum Waldelmari Danorum Regis apud Hickeſ. Diſſert. p. 38. *De beruereti quod ſit in raptu foeminarum iſtud decreuimus, quod reus juramento duodecim cognatorum ſe purget.*

BERVERIVS, V. *Berroërii.*

† BERVICARIVS, *berbicum* ſeu ouium paſtor. Ch. a. 698. inter Inſtrum. t. 1. Hiſt. Lothar. pag. 261. V. *Berbicarius.*

BERVM, an pro *Bedum?* Bulla Alex. Papae e Chartul. Monaſt. S. Quintini in Inſula p. 106. *Molendinum de Beneret cum viuario et aqua tota ſupra et infra, excepto bero comitis a Roveroit vsque Bavecourt, a batariis ſuper eandem aquam exiſtentibus.* *) Germanis Bar eſt agger ſeu moles ad arcendam aquam, ein Damm.

BERVS, apud Labbeum to. 2. Concil. col. 420. ex Concilio Gangrenſi can. 12. Iohanne Gerveto interprete: *Si quis vir propter eam quae exiſtimatur exercitationem amiculo vtitur, et tanquam habens ex ea inſtitiam, eos condemnet qui cum pietate beros ferunt, et alia communi et conſueta veſte vtuntur, ſit anathema.* Textus Graecus habet, κατακρινέτω τῶν μετ' ἐυλαβείας τοὺς βήρους φορούντων, quae verruntur a Dionyſio Exiguo ſic: *et deſpicis eos qui cum reuerentia birris - - vtuntur.* Balſamon hunc locum interpretans, *Beros* vocare videtur veſtes ex ſerico contextas. V. *Birrus.*

BERWITA, V. *Berewick.*

BESACCIA, BESACIA, mantica duas habens peras, Gall. *Beface.* Comput. Vienn. 1322. *Recipit Bayllinus et accepit in beſacciis ſuis XX. libras.* Rymer. tom. 5. pag. 259. *Quasque monetas auri ſic receptas, dictus argentarius in quadam beſacia coriacea recludens etc.* V. *Biſaccia.*

† BESALE, palorum ſeries, quae ad continendam aquam quo validius rotam torqueat, ſolet ſupra molendinum infigi: interdum et ipſe riui alueus, canalis, Gallis etiam *Beſal.* Ch. ann. 1331. Mſ. *Poſſint facere per dicta loca beſalia, paxeriam et paxerias* etc. V. *Bedum, Beſſa* 1. et *Benale.*

BESANA. (1) Charta Mariae Comitiſſae Trecenſis ann. 1196. in Aduerſariis Duchesnianis: *Si homo de Fuy in dictis nemoribus beſanas apium inuenerit, Eccleſiae B. Mariae erunt,* id eſt, *vaſa apium* vel earumdem examina. (2) † Vitulinum vel ouinum corium ſubactum, in Leud. maior. Carcaſſ. Vide *Bazan* et *Bedanus.*

BESANS. Nummus aureus, idem qui *Byſantius:* quod vide ſuo loco. Charta Gisleberti de Aotot ex Tabulario monaſterii B. M. de Bono Nuncio Rotomag. *De his autem fecit mihi homagium et pro conceſſione dedit vnum Beſantem auri.*

BESANTVS, eadem notione. Chartular. S. Vandreg. to. 2. p. 2016. *Item ex dono Iohannis de Ballolio militis vnus Beſantus valens ſeptem libras Turron.*

† BESAVVS, proauus, Ital. *Biſauo*, in Ch. an. 1300. inter Probat. Hiſt. Brit. t. 1. p. 894.

BESCA. (1) V. *Becca.* (2) BESCA LINGVA. Itinerarium Ieroſolymitan. Antonini Monachi: *Monaſterium, in quo tres ſunt Abbates ſcientes linguas Siram, Graecam, Aegyptiacam, et Beſcam.* V. *Becca.*

BESCALINVS, V. *Beſtalinus.*

† BESCALMVM, vel BESCALMVS, veſtibulum, atrium, porticus ſpecies in plateam proſiliens. Ch. an. 1220. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occit. pag. 270. *In beſcalmo conſulum, in beſcalmo epiſcopi, in beſcalmo*

se Salam, in aliis Chartis occurrunt Mſ.

BESCARE. TERRA BESCATA, *beſca*, ſeu becca foſſa, in Ch. Ioann. regis Angl. t. 2. Monaſt. Anglic. p. 642. V. *Becca*.

BESCAZARIA, ludus aleatorius, Gall. *Breland*. Statutum Communis Bononienſis ann. 1238. apud Ghirardaccum lib. 9. Hiſt. Bonon. p. 279. *Quod luſores azardi et bescazariae et inciſores caſei in ipſis ſcalis morari non poſſint, etc.* V. *Biscazia*.

† BESCOLVMVS, BESCVLMVS, alternatim cumulatus, ſupereminente cumulo alterna vice plenus, Gall. *comble*. Stat. Auellae a. 1496. c. 96. *Debeat menſurare caſtaneas ficcas - - ad beſcolmum dando et menſurando vnam eminam ipſarum caſtanearum beſculmam per vnam eminam et vnam culmam et vnam vaſam pro vno ſeſtario etc.*

BESENAGIVM, praeſtationis ſpecies. († ea vt videtur, quae ex apum alueariis, *beſinae* dictis, percipitur, Gallis etiam *Beſenage*.) Charta Willelmi Comitis Cabilonenſis an. 1180. in Bibliotheca Clun. pag. 1441 et apud Gallandum de Franco alodio, et Chiffletium in Beatrice Cabil. pag. 40. *Quod in villa Garedi et in vniuerſa terra eius, non habeo talliam, vel porcellagium, vel beſenagium, vel meſſonagium, ſeu annonagium, vel carredum*. V. *Biſene* et *Beſana* 1.

BESENE, V. *Biſene*.

BESILAMENTVM, detractatio, detruncatio, a veteri Gallico *Beſiller*, mutilare, ſauciare, *Eſtropier*, *mutiler*. Rymer. tom. 8. p. 27. col. B. *Acaliorum quorumcumque procurationis falſorum indictamentorum, vaſuris ſine beſilamentis rotulorum, etc.* V. *Beſilium*.

BESILIVM. S. Audoënus lib. 2. de Vita Eligii cap. 37. *Cum corpus eius delatum eſſet ad ſepulturam, remanſit fortuito in loco quo iacuerat, rachina caprina ex Epiſtopio valde optima, quae nimirum in beſilio fuerat pridie ſuppoſita feretro, etc.* Quo loco *Beſilium*, ſcamnum ſignificat, ſcilicet duplex, cui feretrum impoſitum erat. V. *Biſellium*.

BESOGIVM, V. *Biſacuta*.

BESOND, nummi genus, forte idem qui *Byzantius*. Acta SS. Maii. t. 1. p. 64. E. ex vetuſtiſſimo Inſtrumento: *Et promiſtuntur pro pretio viginti tria ſcuta in Saluss, Taſtarts et Beſonds ſoluenda*.

BESSA. (1) Ligo, Gallis etiam *Beſſe*, *Beyſſe*, *Bayche*, V. *Becca*. (2) BESSAE Aruernis Lemouicisque *Beſſes*, idem ac *Paſcua*. (3) † Riui vel fluminis alueus, canalis. Ch. Yſemberti de caſtro Allion. an. 1190. V. *Beſale*.

† BESSAGVM, *ſcripſit Stephanus pro Bisbeigi, quod eſt polipodium*. Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. Cod. reg. 6959.

BESSATVM, († locus humilis, paludoſus, dumetis et vepribus plenus, idem ac *Baiſſa*.) Inuentarium Recognit. de Voura in Dioeceſi Viuar. to. 2. fol. 351. *Confrontat cum terra Iohannis Famo, et Antonii channeti quodam beſſato medio*. Iisdem fere verbis iterum ibidem occurrit.

BESSIM, *δίμοιρον: Bimembre*. Supplem. Antiq. † Adde ex Caſtigat. in vtrumque Gloſſar. *Bes, indeclinabile quidem eſt, ſed antiqui beſſes conſcripſerunt, et beſſis et beſſem dicunt*.

BESSVM, *genus vehiculi*. Papias.

BESSVS, V. *Becca*.

† BESTAGIVM, a Gall. *Betail*, pecus. Lit. remiſſ. an. 1364. *Eucbat - - animalia ſeu beſtagium quod deinde occiſum - - vendebat*.

† BESTALE, eadem notione. Lit. remiſſ. an. 1352. Mſ. *Cum - - dictus Symonetus beſtale ſeu praedam dictae villae in pabula - - - duxiſſet*. V. *Beſtiale*.

BESTALINVS, iter tortuoſum, vt videtur. Gallis olim *Beſtors* vel *Beſtorte* idem omnino ſonabat quod jam *Chemin oblique et tortueux*, vnde pro *Beſtalinus* legendum putat Cangii editor *Beſtorinus*, in Edicto Iohannis Regis Franc. ann. 1357. *Quod poſſint et valeant - - mundare, et aufferre femoraria, ſuces, et alias orduras, prout indigebant, reparareque gradaria, thes et beſtalinos, paſſus, puntes et itinera ipſius caſtri*.

Hinc

Hinc etiam emendare licet aliud eiusdem Regis Edictum ann. 1351. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 480. *Habeant poteſtatem cognoſcendi de viis publicis et itineribus reparandis, de clertis, edificiis et tabulariis beſcalinis, in dicto caſtro.* Niſi forte alicui magis arriſerit vox *Beſtalinus* pro ſtabulum, Gallice *Etable.* V. *Beſcalmum.*

† BESTALLVM, idem quod *Beſtale.* Lit. remiſſ. ann. 1364. in Bibl. reg.

† BESTANCIVM, controuerſia, contentio, lis. Gallis ol. *Beſtanz.* Ch. a. 1179. inter Probat. to. 1. Annal. Praemonſtr. p. 555.

† BESTARCHA, dignitas ex illuſtrioribus in aula Conſtantinopolitana. Vide Βεστάρχης in Gloſſar. med. Graecit.

† BESTELETA, diminut. a Beſtia. Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1321.

BESTEMIAE, *Trojae.* Gloſſar. Iſid. Vbi Graeuius inter varias, quas refert, lectiones hanc praefert; *Beſtiae majae, Trojae*, vt *Beſtia maja* dicta ſit pro *majali.* Eſt autem Majalis beſtia porcus ſic dictus, eodem Iſidoro teſte, quod Deae Majae ſacrificaretur. V. *Majalis* et Graeuium loco citato.

BESTEONEM. V. *Boteonem.*

BESTIA, equus vel jumentum quo quis vehitur; quomodo *Beſte* etiamnum vſurpant Galli, *equitatura.* Hugo Flauiniac. in Chron. pag. 245. *Quid enim referam - - fulmen ante conſpectus noſtros cecidiſſe, ita vt beſtia cui ſedebam igne ipſo uſtulata*, etc. Vtitur ibi ſemel ac iterum. BESTIA GROSSA, in Hiſtoria Aruern. tom. 2. pag. 86. *De qualibet groſſa beſtia, quae portabit truſſellum vel mercaturam leuabuntur XV. Clavomonteſes.* BESTIA MAJA, V. *Beſtemiae.* BESTIAE TRAGINI, veterina, ab Hiſpano *Tragin*, vectura, Gall. *Bêtes de Voiture*, Germ. Zugvieh. Concil. Hiſp. tom. 3. p. 382. ex Epiſtola Alexandri III. PP. ad Epiſcopos Hiſpaniae. VENARI AD MAGNAM BESTIAM, nempe cervos, damas, apros, etc. Vetus Inquiſitio de foreſta, in Regeſt. Philippi Aug. f. 114. *Videras dictum Robertum venari in eadem foreſta ad magnam beſtiam.* BESTIA MORTVA. Charta Will. de Caluiniaco 1212. in Regeſt. Philippi Aug. f. 74. *Praeterea eidem Domino Regi et haeredibus eius quito in perpetuum omnem chaceſtum eiusdem foreſtae, et beſtiam mortuam.* BESTIA BISA, fera venatica cinerei coloris, vt aper etc. Germ. Schwarz Wildpret. Ch. Mſ. a. 1350. V. *Biſus.* BESTIA BLANCHA, lanigera, vt ouis, agnus, Chartul. Corb. † BESTIA FERRI, *Beſte de fer*, quae domino non perit, Germ. eiſern Vieh. † BESTIA TRAHENS, araturia praecipue, German. Zugvieh. Ch. Mſ. an. 1240.

BESTIALE, BESTIALIA; Gall. *Beſtail*, pecudes, apud Michaëlem Madium de Barbezanis in Hiſt. cap. 20. 21. et in Appellatione B. Epiſcopi Albienſis ad Regem relata inter Inſtrum. tomi 4. nouae Gall. Chriſt. col. 1. A.

† BESTIALIS, ruſticus, ſtolidus. Bareleta ſerm. in Domin. 4. Aduent.

† BESTIALITAS, *Beſterie*, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. Vtitur Rabelaiſ. lib. 1. c. 9. pro ſtupiditas.

BESTIALITER, beſtiarum more. Martinii Itinerarium litterarium tom. 2. edit. 1724. pag. 362. ex Itinere Indico Balthazaris Spinger.

† BESTIAMEN, ab Ital. *Beſtiame*, pecus. Murat. to. 16. Script. pag. 979.

BESTIARE, pecus. Fori Oſcae ann. 1247. fol. 31. *Si vero beſtiare extraneum, ſiue oues, tranſitum fecerit per terminos alicuius Infantionis etc.*

BESTIARIVM. (1) *Liber de beſtiis compoſitus, vel locus vbi beſtiae morantur*, Vgutioni et Ioanni de Ianua. (2) Pecus, *Beſtail.* Libertates Regni Maioricar. ann. 1248. *Non donetis carnaticum de veſtro beſtiario omni tempore* etc. Charta Berardi et Raimundi Conſulum Tholoſae ann. 1192. in lib. MS. Conſuetud. et Priuileg. vrbis Tholoſae f. 21. vo. e Biblioth. D. de Crozat. *Cauſa ſpaciandi et trepandi et paſcendi ab omni beſtiario et*

ab

ab omnibus animalibus. Haud ſemel occurrit in Chartis Archiui B. Mariae Piperacenſis.

BESTIARIVS. (1) *Venator beſtiarum.* Gloſſar. Iſid. Gloſſ. San-German. MS. n 501. (2) † Vt *Beſtiarium* 2. pecus. Ch. Iac. reg. Aragon. ann. 1232.

BESTIONES, *tiraces.* Ita Gloſſae Iſidori. Italis *Beſtione*, eſt beſtia grandior.

BESTIRIVM, mendoſe pro *Beſtiarium*, in Gloſſis Iſid. in voce *Bellua*, ad quam ſi lubet Graeuium conſule.

BESTIVS, *inſtar Beſtiae*, Ioanni de Ianua. Commodianus Inſtr. 34.

Non requiris eam, ſed ſic quaſi beſtius errans.

Epiſtola Henrici Clerici Pompoſiani XI. ſaec. ſcripta in Diario Italico B. de Montfaucon pag. 82. *Quis igitur tam ferreus, quis tam immitis, tamue beſtius et excors, etc.* Eadem habes to. 5. Annal. Bened. pag. 323. et apud Marten. to. 3. Anecd. col. 370 D. de varia fortuna Ernesti Bavariae Ducis:

Beſtius ille gygas terrae iumenta virosque
Proſternit, etc.

Vtitur etiam Perſius Satyra 6. V. *Bellua.*

BESTORNATVS, male verſus, Gall. olim *Beſtourne.* Litterae Iohannis Abbatis S. Genovefae Pariſ. a. 1350. pro capella S. Yvonis Pariſ. *In quadam magna platea ſita in parrochia S. Benedicti beſtornati in quadriuio vicorum Nucum, et Fera et dicti magni vici S Iacobi. Beſtornata* olim dicebatur haec parochialis Eccleſia, quod eius maius altare tunc temporis ſpectaret Occidentem, cum ex eccleſiaſtica conſuetudine Orientem ſpectare debuiſſet. Nunc contraria ratione dicitur *S. Benoit le Bien tourné*, quod ad Orientem translatum ſit maius altare, cum inſtaurata eſt Eccleſia. Dicta etiam fuit *Biſtornata* propter hanc maioris altaris in duobus locis collocationem. Vide Sauval. to. 10. Antiquitat. Pariſ. pag. 410. et Borellum in Theſauro Antiquit. Gallic. ad vocem *Beſtourner.*

BESTVM, mendum pro *Paſto*, V. *Paſtio.* Hiſt. Harcur. to. 4. pag. 1928. *De foedo de Pewerel Henricus tenet in eodem tres virgatas terrae et habet beſtum in foreſta de Leiceſter.*

BETA. (1) Pellis lanata. Gloſſ. S. Bened. cap. de Veſtimentis: *Pellis lanata, Βάιτη.* Gloſſae Regiae MSS. Βαίτα, *pellicea.* Gloſſ. Graec. Lat. Ἀρνακὶς, *τὸ προβάτειον δέρμα, pellis lanata.* Zacharias Calliergus in Schol. ad Theocr. Id. 5. Βάιτην, *λέγουσι τὰ ἐκ κωδίων συνερραμμένα περιβόλαια.* Vbi *βαίτην, τὴν διφθέρων, τὴν μισύραν* interpretatur. Tabularium S. Martini de Campis: *Agnina pellicia, et nocturnales, qui vulgo betae dicuntur.* Hodie etiamnum *Betas* vocant Bellouacenſes, cuculliones nigri coloris, quibus caput in mortuorum obſequiis viri operiunt; de quo more agit Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 6. *Similiter et viri obtecto capite, vt in exequiis vxorum mos eſt.* V. *Nocturnales.* (2) † Riui alueus, canalis, vt videtur, idem quod *Beſale* et *Bednm.* Ch. Mſ. an. 1219. *XL ſolidos ſuper betam de la Berſada annualiter aſſignauit, ita quod eccleſia S. Macharii illos XL ſolidos de prima piſcatione, quae in beta de la Berſada piſcabitur - - percipiet.* (3) † *Beta* pro *Bara*, vide in hac voce. (4) † BETA, *aequinoctium eſt ad herbam et ad litteram et ad panem, Gall. Terme.* Gloſſ. Lat. Gall. an. 1348. Mſ. *) Ad herbam quod attinet, illa eſt, quae Germanis itidem Beet audit.

BETACIVS, inſulſus. Papias MS. *Beta olteris genus. Betacius derivatur inde, inſulſus.*

BETAGII, apud Hibernos, dicuntur laici aſcripti glebae eccleſiaſticae. Charta pro Prioratu S. Andreae in Hybernia, to. 2. Monaſtici Anglic. p. 1019. *Terras et tenementa noſtra in Vltonia, cum dominis, dominicis ſervitiis, redditibus, tam liberorum, tenentium, firmarum, quam nativorum, et batagiorum, cum nativis, betagiis, cum eorum ſectis, etc.* Liber niger Eccleſ. Liſmorens. apud Iacob. Wa-

Wareuth in Antiquit. Hibernis c. 30. *Memorandum, quod quaelibet carucᵃ de betagiis, quolibet anno debet arare Domino* (Episcopo) *vnam acram ad ſeſſinam auenarum, etc. Item betagii debent. trahere blada Domini.* In Charta Edw. II. Regis ann. 1316. diſtinguuntur a *Tenentibus.* Vnde vero ſic dicti, videtur ignoraſſe idem Waraeus, contentus annotaſſe vocem eſſe labii Hibernici.

BETAGIVM, V. *Binnum.*

BETALIS. Fragmentum Petronii: *Curabo longe tibi ſit comula iſta betalis, et dominus dupondiarius.* Vbi *Betalis* idem videtur quod mollis inſtar betae. Quidam legunt *Beſſalis.*

BETATVM VINVM, pro *botatum.* V. in *Vinum.*

† BETFREDVS, idem ac *Belfredus*, turris altior in vrbibus. Ch. ann. 1223. inter Inſtrum. to. 10. Gall. Chriſt. p. 231.

BETH. (1) *Beth ſive Bara, mola olearia.* Papias Mſ. (2) † Stat. pellipar. a. 1280. apud Ludewig. to. 11. Reliq. p. 633. *Tercio quod vllus ponat dolium Roſine, quod Beth eſt interpretatum.* *) A Germanico Butte, Bottich.

BETHLEEMITAE, monachorum ſecta, de qua ſic Matth. Paris. ann. 1257. *Conceſſa eſt manſio Fratribus Bethleemitis in Cantabrigia, - - quorum habitus ſimilis eſt habitui Praedicatorum. Signatur autem capa eorum in pectore quadam ſtella rubra, 5. radiis crinita, in cuius medio quaedam rotunditas eſt aërei coloris propter ſtellam, quae apparuit in Bethleem nato Domino.*

† BETHPHANIA. Bareleta ſerm. in Epiphan. *Hodierna ſolemnitas - - tribus vocabulis decoratur: 1. Epiphania, 2. Theophania, 3. Bethphania - - a Beth, quod eſt domus, et phanos apparitio, quia revolutis XXX. et vno anno ad nuptias fuit invitatus* (Ieſus).

† BETINVS, venter. Barel. in ſerm. in fer. 5. hebd. 1. Quadrag. *Si vis a principe gratiam petere, ſtomacho prius confortato, quando confortanti betinum, ſine vino nihil ſit.*

BETIV, PETIV, ſic enim varie ſcriptam reperitur in Traditionibus Fuldenſibus, vbi inter veſtes Eccleſiaſticas, vel certe miniſteria ſacra recenſetur, lib. 1. 459. *Duae capſae, - - patena 1. et 6. velamina, caſula cum alba. 3. Petiu cum tribus capitalibus, 2. vaſa ad miniſtrandum, etc.* Pag. 472. *Betiu 3. pulnilli 5. ſed alare 3. mappa 2. manutergia 1. beclin. 1. pelnis 1. etc.*

† BETO. Comput. Mſ. fabr. S. Petri Inſul. *Datum Idem Nicolao le Rogier pro betone IIII. ſol.* Semel atque iterum ibidem legitur.

BETOLA. Contract. datior. Bergom. l. 4. cap. 41. *Quod betolae et tabernae poſſint tenere vbique in locis conſuetis.* † Italis *Bettola*, cauponula.

BETORACES, ἀκανθαι: *Spinae.* Supplem. Antiquarii.

BETRESCHA, V. *Bretachiae.*

† BETRICVM VINI, ius vinum diuendendi, ceſſantibus aliis quibuscunque, idem quod *Bannum vini.* Ch. Mſ. a. 1327. *Quod habemus ibidem Betricum vini ſeu bannum quolibet anno.* Sed forte legendum *Betatum* pro *vetatum.*

† BETTA. Vocabul Lat. Germ. Twing. Mſ. *Bette der geburen, Betta vel precaria.* Ch. a. 13. 6. *Diſtrictu, banno - - ſtura, betta, vngelta, exactione* etc. *) A Germ. inferior. Bede, precaria, tributum publicum.

BETTVOITA, aduocatia precaria, German. Bittvogtey Chriſtophori Mulleri Introductio in Hiſt. Canoniae Sand-Hip. apud Raim. Duellium Miſcellan. lib. 1 pag. 385. *Eas vero, quae Bettvoitas vulgariter appellantur, occaſione quarum Eccleſiae deſtituuntur, penitus amouentes.*

*) BETVM, pars agri elatior inter duos ſulcos, Germ. ein Ackerbeet. in Cod. Leg. Normann. apud Ludewig. Reliq. tom. 7. pag. 318. V. *Bedum.*

† BETVNIVM, res vilioris pretii, a vet. Gall. *Betun*, purgamenta quaeuis. Lit. remiſſ. a. 1360. Mſ. *Dictos equos - - inter ſe inuicem, tamquam putatos pro betunio, publice diuiſerunt.*

BETVS,

TVS, πάλαιος: *priſcus.* Supplem. Antiquarii.

VARIVS, caſtoreus. *Beuariae pelles*, pro *beuerariae*, ſeu caſtoreae, in Chi. 1117. apud Vghell. t. 7. Ital. S. p. 868. Perperam *binaria materia*, editum in Concil. Budenſi c. 3. apud Rainald. ann. 2279. pro *Beueraria*, vel *Bevraria*, V. *Beuer.*

VARVM, V. *Beuer.*

VDVM, BEODVM, menſa, Vetus Gloſſarium apud Pithoëum: *Menſa, Beod. Refectorium. Beodden.* Anglo-Saxonibus, *beodern* et Francis *Biete* eſt menſa. Lex Salica tit. 48. *Ille in manus laiſum feſtucam jactauit, ibidem manſiſſet, et hoſpites tres vel amplius collegiſſet, et panem ſiſſet, et ei ibidem gratias egiſſet, et in bendo ſuo pulſes manducaſſent.* Alii Cod. habent *beolo.* Neſcio an ab hac voce Hiſpani ium *Beodo* hauſerint, pro ebrio, dolio ſcilicet vinario. Vide Seaſt. Cobarruuiam. Cambro-Britannis *Beudy* eſt boſtar, bubila, ſtabulum boum.

VER, BEVVRVM, fiber, caſtor; Anglis *Bever* Germanis Biber, Gallis *Bievre*: *Bibris*, Plinio lib. 32. ap. 3. *Bebrus*, veteri Interpreti Iuvenalis ad Sat. 12. *Caſtorem Bebrum* dicit Papias: *Fiber qui et Bever, Ponticus canis et Caſtor.* Alibi: *Bever, beveri, maſcul. eſt quoddam animal.* Gloſſ. Aelfrici: *Fiber, Caſtor, Ponticus, Befer.* Ioan. de Garlandia in Synonimis:

Fiber idem Caſtorque, Bever, caſtoria cuius
Fiunt teſticuli, caſtratus dicimus inde.

Bernardus Silueſter, egregius verſificator, inquit Geruaſius Tilleber. ſect. 3. de Otiis Imp. cap. 46.

Ciſmus obrepſit, et veſtitura potentes
Marturis, et ſpolio non leuiore Bever.

Silueſter Giraldus in Itiner. Cambriae lib. 2. cap. 3. *In Germania, Pruſſiaque regionibus, vbi abundant Bever etc.* Vide Petrum Damiani lib. 1. Ep. 16. lib. 2. Ep. 18. Durandus lib. 6. Rational. c. 7. n. 22. *Piſcis in jejuniis poteſt comedi ex parte quae piſcis videtur.* *Bevero*, Itali dicunt. BEVARVM. *Galeras de Bevaro*, in Ceremon. Rom. l. 2. ſect. 1. Gallis *Chapeau de bievre.* BEVRVM. Chronic. Fontanellenſe cap. 16. *Alteram (cappam) ex cane Pontico, quem vulgus Beurum nuncupat.* BEVYR. apud Rymer. to. 7. p. 356. *Et vnum par chirotecarum de Bevyr.* BOBER. Ditmarus l. 6. p. 65. *Fixerunt tentoria juxta amnem, qui Bober dicitur Sclauonice, Caſtor Lat.*

BEVERAGIVM, V. *Biberagium.*

BEVERARIVS, cui caſtorum cura et cuſtodia incumbit, et inter Miniſteriales, ſeu Palatii Officiales refertur ab Hincmaro de Ord. Palatii c. 17. V. *Beuer.*

BEVERINVS, caſtoreus. *Beverina pellis*, in Chron. Reichersberg. p. 268. BEBRINVM VESTIMENTVM, in Regula S. Caeſarii ad Virgines c. 7. Gloſſ. Iſid. *Caſtorium, vebrinum, bebrinum.*

BEVRE DVM, Gall. *Befroy.* Chronicon Beccenſe MS. pag. 27. *Eodem anno fecit incipere quoddam beufredum - - ad campanas ſuſpendendas.* V. *Belfredus.*

BEVIVM, idem quod *Bedum.* Charta Thoſſiac. an. 1462. *Debet ſex denarios pro licentia ſibi data de capiendo aquam lubentem a bevio vocato de la Glene et eſclaueidorum labentium ab itinere de Toſſiaco ad Caſtellionem Dumburum.*

BEVRAGIVM. (1) BEVRAGIVM CORIORVM, cenſus vel praeſtationis ſpecies, in Charta G. Comitis Mellenti in Tabul. Leproſariae S. Egidii Pontis Audomari. Vſatica MSS. Vicecomitatus Aquae Rotom. *La couſtume des cuirs frés et tannés, Beurages, et les tourteaulx de toutes les portes de Roüen*, etc. † Ch. Mſ. Ludov. X. an. 1314. *Sex Sexteria anenae et XXII. gallinas - - et pro beuragio cuiuslibet gallinae duos denar. Pariſ.* Acta capitul. eccl. Lugdun. ad a. 1347. *Item beuragium nauigii Guiorgii.* (2) † Fons. Sent. arbitr. a. 1303. *Quemdam alium terminum iuxta beuvragium ſeu fontem Teuleris.* *) Proprie aquarium. V. *Abeuvragium.*

gium. (3) Pro bibitione ſeu comportatione occurrit in *Biberagium.*

BEVRALES PORCI, id eſt, non caſtrati, a Saxonico *Beer*, verres, Gallis *Verrat*, Italis *Verro*, Hiſpanis *Berraco.* Polypticus monaſterii S. Remigii Remenſis: *Summa porcorum ſualium XXV. bevralium CXLIV.*

BEVRATORIVM, Gall. *Abbrevoir*, vbi adaquantur animalia; in Statut. Veronenſib. l. 5. cap. 23. German. Tränke.

† BEVRIOTVS, bibax, ebrioſus, Ital. *Bevone.* Ch. Otton. abbat. S. Benig. Diuion. a. 1335.

† BEVS. (1) Beatus. Ethelwolf de Abbat. Lindisfarn. ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 317. (2) Badius, Gall. *Bay.* Ch. ann. 1347. e Tabul. S. Vict. Maſſil. *De quodam eius mulo pili bei.* V. *Bagus.*

BEVVENDA, potatio, ſeu vini diſtributio pro aſſiſtentia in choro, in Cathedralibus et Collegiatis olim vſitata. Epiſt. Clementis IV. PP. ann. 1267. apud Marten. Anecdot. to. 2. col. 479.

BEVVRVM, BEVVRVS, BEVYR. V. *Bever.*

BEX, BECIS. (1) Vicia, leguminis ſpecies ſatis nota, Gall. *Veſce*, Germ. Wicken. Occurrit in Charta anni circiter 1100. ex libro incatenato Eccleſiae Matiſconenſis fol. 183. (2) † Locus humilis, paludoſus, idem ac *Baiſſa*; vel riui alueus, canalis. V. *Beſſa* 1. Ch. Mſ. an. 1299. *Item omnia alia, beces, feoda de cerces*, (vel *certes*) *paſcua*, etc. V. *Biezium.*

† BEYVM, idem quod *bedum*, palorum ſeries ad continendam aquam, interdum eſt ipſe riui alueus. Ch. Mſ. an. 1224. V. *Beuium.*

† BEZAGINA, pellis ouina; (nam ouis Gallis *Bezaine* dicta fuit). V. *Berbix.* Conuent. Saonae an. 1526. V. *Beſana.*

† BEZALE, idem ac *Beſale*, in Ch. Mſ. a. 1341.

BEZANTIVS, V. *Byzantius.*

BEZARIA, V. *Beciaria.*

† BEZATVS, idem ac *Bezale* vel *Beſale.* Pariag. ann. 1390. Mſ. V. *Bedum.*

BEZEZIA, V. *Benſoria.*

† BEZOGO, Hiſpanis, piſcis genus. V. *Pagrus.*

† BEZOZA, pia et religioſa mulier, alicui addita ſocietati. Acta SS. t 1. Aug. p. 906. *Vos quae eſtis bezozae fratrum eius* (Dominici). V. *Biczocara.*

BIA, pro via. Murator. to. 2. p. 309. col. 2.

BIACENSES, V. *Bracenſes.*

† BIACHA, ceruſſa, Ital. *Biacca.* Stat. Aſtae.

BIAFORA, bannum ſeu clamor publicus, quo edito, Communiae, burgenſes, aliique vicorum aut vrbium incolae cum armis, *domo egredi*, et Principem, aut eius Vicarium ſequi tenebantur, quae eſt vis vocabuli Vaſconici. Regeſtum Conſtabulariae Burdegalenſis f. 92. *Et tenentur venire ad Mandatum Praepoſiti in primo aduentu ſuo tum arma, et jurare pacem, et tenentur venire ad clamorem* BIAFORA, *cum armis, et ſequi Praepoſitum vel Locum tenentem ſuum, et hoc quotiescunque mandatum receperint, vel ad eorum notitiam peruenerit.* Occurrit iterum fol. 96. et in Foris Beneharn. Rubr. de *Probations d' inſtruments*, art. 9. Petro Gondelino, Occitanis, *Biaforo eſt, crida a mort; Biaforo, Crier aux alarmes, au meurtre.* Conſuetudo Aquenſis tit. 16. art. 6. *Eſt defendu d' uſer d' orefnauant d'aucuns ſeels, ou Bia horras; mais chacun viendra par action. Via fora, et via fors*, apud Raimundum Montanerium in Chronico Regum Arag. c. 122. 165. 206. 207. 222. et Petrum Regem Aragon. in Chron. lib. 4. c. 3. cum *ad arma* conclamatur. Vide Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 5. cap. 16. et D. de Lauriere in Gloſſario Iuris Gallici.

† BIALDVM, veſtis ſpecies, idem quod *Bliaudus.* Stat. Vercell. l. 2. pag. 27. *Camiſiae duae, bialdum vnum, et pelticea vna.* Gall. olim *Byaut.*

† BIALE, riui alueus, vel foſſa per quam aquae decurrunt. Ch. Dalphin. a. 1256. *Rimagium iuxta biale molendini de Cuchiſata.* V. *Beale.*

† BIA-

† BIALERA, idem. Recognit. feud. Mſ. ann. 1343. *Molendina cum ſuis domibus, almeis, bialeriis, rippagiis et iuribus.* V. *Bealera.*

† BIANCHI, vox Ital. albi. Sic vocabatur pia quaedam ſocietas, cuius inſtitutionem rationemque nominis docet Iacobus Delayto apud Murat. to. 18. Script. p. 956.

BIANDVS, albus, Italis *Bianco.* Acta SS. Iunii tom. 2. pag. 738. V. *Blancus.*

BIANIVM, BIANNVM, V. *Biennum.*

BIANTI, ſic appellantur in Conſtitutionibus FF. Praedicatorum per Vincentium Mariam pag. 101. Clerici quidam, qui quaeſtus ergo praedicabant indulgentias. Alio nomine vocabantur *Cerretani.*

BIANVM, V. *Biennum.*

BIARCHIA, V. *Biarchus.*

BIARCHVS, annonae ſeu militum commeatus, praefectus: βίος enim Graecis *annona* ſeu *victus dicitur.* Erant autem ex Schola Agentium in rebus, leg. 3. C. de Agent. in reb. et leg. vlt. C. de Offic. Praet. Afric. S. Hieronymus Ep. 61. ad Pammachium: *Sed ante primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, deinde Tyro.* Gloſſ. Lat. Graec. *Apparitores,* ἀποδεκτάι, ἐισὶν δὲ ὑπηρέται τοῖς ἀρχουσι προσεδρεύσαντες, ἐκβιβασταί. *Apparitor,* ἐκβιβαστής. BIARCHIA, eorum munus, leg. 1. C. de Offic. Magiſtr. offic.

BIARCIVM. Ch. fundat. Abbatiae Vabrenſis in Occitania, apud Catellum lib. 1. Hiſt. Comitum Toloſae pag. 69. *Cedimus - - villam cuius vocabulum eſt Vaber, cum omni integritate et vedotio, ſimiliter biarcio, ſimiliter negareda, ſimiliter et intarneſea in villa quae dicitur Betianus.*

† BIARICIVS, pro *viaricius*, viaticus, V. *Altare biaricium.*

† BIARRETA, pro *Birreta*, in Inuent. Mſ. an. 1379. V. *Birretum* et *Birrus.*

BIAS, V. in *Biennum.*

BIASTI, forte qui per vim ſibi aliquid arrogant, vel ii quibus vis ſummum eſt ius, a Graeco βιάζω. de iis quippe agitur qui Eccleſiaſtica beneficia quaſi laica feoda ſibi attribuebant. Bracton. l. 5. Tract. 5. c. 12. §. 3. *Incipiat tale tenementum eſſe laicum feodum - - et haec vera ſunt ſecundum Biaſtos.*

BIBARHVNT, V. *Canis.*

BIBARIVM, potio, Gall. *Breuvage*, apud Rymer. tom. 9. pag. 850. V. *Biberagium.*

† BIBENDE, idem ac *Buuande*, apud Menorum, lora, poſca, vinum ſcilicet quotidiani potus in vſum domeſticorum. Priuil. capit. S. Bernardi de Rom. an. 1348 t. 3. Ordinat. reg. Franc. p. 275. *Niſi forent vinum conuentus, vocatus bibende, facti in vindemia.* Vbi editor monet, apud Dalphinates hanc potionem etiam *Couvin* vel *Couven* appellari.

BIBER, V. *Biberis.*

BIBERA, *bifacus.* Papias San-German. num. 501. V. *Biberus.*

BIBERAGIVM, Gall. *Breuvage*, Ital. *Beveraggio*, quod praeter pretium corollarii vice in emtionibus conceditur, German. Trinkgeld. Tabularium Maioris Monaſter. ſeu Vindocinenſe Thuani Ch. 15. *Pretio conſtante ſolidis 12 et de biberagio totidem denariis.* Tabular. S. Albini Andegav. *De qua emptione habuit filius ſuus pro auctoricamento ſex denarios, et duos calcearios, et bibragium.* BEVERAGIVM, eadem notione, Chronicon Senonienſe l. 3. cap. 5. *Bibamus ergo lacti beveragium (attuleras enim vinum ſecum) ad hoc mercatum confirmandum.* Et infra: *Et quod vineam cum eo emi, et quod beveragium ibi bibitum fuit.* Perperam Edit. *bpveragium*, vt et in Statutis Gildae Berwicenſis cap. 38. *Berevagium* et *Bervagium*, pro *Beveragium*, niſi expreſſum ſit Gallicum *Breuvage*, pro potione. BEVRAGIVM. Concilium Terracon. a. 1329. apud Marten. Anecdot. tom. 4. col. 301. C. *Certa prandia, conuiſtiones, paſtus, potationes ſeu bevragia exigere quaſi ex debito non formidant.* Vide ibidem col. 302. D. et to. 4. Concil. Hiſpan. pag. 606. col. 2. vbi eadem repetuntur. Rymer. to. 10. pag. 48. col. 6. *Poterat aut*

BIBVSCVS, *morsus bestiarum*, in Glossis Isidori.

BICA, vicus, seu castellum, a Saxonico *Wic*, quod idem est. Charta Ecgbearthi Regis de qua Hickes. Dissert. pag. 81.

BICALLIS VIA, V. *Canonicus* ab initio. † BICALLIS, bifidus. Acta SS. t. 7. Iul. p. 226.

BICAMERATVS, duplici camera constans. Annales Francorum Fuld. an. 858. Leo Ostiensis lib. 3. c. 28.

† BICAPITI, *bifarii*, in Glossar. vet. Cod. reg. 7646.

BICAPVT, Δικέφαλος. Glossar. Lat. Gr. i. *Biceps*.

BICARIVM, vas, calix, cyathus, vel mensura potoria: *Bicchier*, Boccacio Nouella 28. 83. 92. et alibi non semel, Germ. Becher, Brymon vocabuli a *Bacchar*, et *Baccharium*, non insulse omnino deducit Albertus Acharisius. Alii a *Bibos*, voce Graeca, quae Hesychio ἄγγεῖον, seu *vas* exponitur. Arnoldus Lubec. lib. 4. cap. 14. Epistola Conradi Mogunt. Archiep. apud Marten. t. 1. Ampliss. Collect. p. 997. C. BICARIVM. Dimarus lib. 7. pag. 169. Vide *Bacchar*, praeterea Aegid. Menagium et Oct. Ferrarium in Origin. Ital. in *Bicchiere*. PICCARIVM, idem quod *Bicarium*. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. c. 22. PICARIVM, PICARIVS, eadem notione. Reinerus libro contra Valdens. c. 5. *Idem conficiunt* (sacramentum) *in picario, pro calice*. Illyricus interpretatur poculum domesticum. Charta an. 1124. apud Miraeum in Diplomat. Belg. lib. 2. cap. 43. *Octo panes, cum totidem cereuisiae picariis*. Charta Theodorici Episcopi Metensis a. 1059. apud Meurisium. PICHERIVM. Charta Nogelli Vice-Comitis pro fundatione Abbat. S. Saluatoris in Normannia, sub Guillelmo Notho, ex Regesto an. 1382. Caroli VI. Reg. in Tabul. Reg. ch. 88. *Et in molendino S. Saluatoris, vt molant monachi annonam suam sine loco, et sine moltura, et de omnibus picheriis meis dent eis decimas*, etc. Charta Iacobi Regis Maioricarum an. 1349. Petrus Rex Aragon. in Chron. l. 2. c. 11. PICHET, eadem notione, non semel in Charta Lusitan. an. 1313. in Monarchia Lusitan. to. 5. p. 304. PICIVS, idem quod *Picarium*. Fleta lib. 2. cap. 14. §. 2. *Clericum eorundem officiorum, qui de expensis dictae, videlicet panis, vini, et cereuisiae, piciorum, cyphorum, salis, et huiusmodi respondebit*.

BICASSA, in Diariis Caeremoniarum Praeceptorum, canistrum est seu corbis corio intecta, quae pro abaculo inseruit, et in ea panis, fructus et similia reponuntur, et intromittitur in Conclaue Cardinalium cibatus tempore. *Bicassa* forte ideo appellata, vel quia bipartita erat, vel quia primitus ad modum bulgarum, Italice *Bisaccie* erat. Forte etiam taedio affecti Conclauistae machinam hanc ita vocauerunt significatione detorta a turpi voce *Bagassia* quae scortum venale indicat. Hierolex. Macri.

† BICATVS, mensura granorum, eadem ac *Bichetus*. Bulla a. 1147. t. 2. Annal. Praemonstr. inter Probat. p. 544.

BICELLARIVS, armatus *bicellis* seu hastulis amentatis. Iohan. Berberius in Viatorio vtriusque Iuris part. 1. Rubric. de Vi publica: *Si aliquis homines armatos, vti bicellarios, penes se aggregatos ad vim publicam inferendam habuerit*, etc. V. *Bicellus*.

† BICELLIVM, *domus habens duas mansiones, Gall. deux estages*. Glossar. Lat. Gall. Cod. reg. 521. V. *Bicellum*.

BICELLVM, *quod et bicliuium dicitur est domus sub se habens duas cellas, sicut domus mercatoris in vrbe, et dicitur a Bis, et Cella*. Vguio et Io. de Ianua. *Biclinium*, vox hibrida, ex *bis*, et κλίνη, lectus. Papias MS. *Biclinium, quasi bicellum, duae cellae*. Perperam Editus habet *Blinichium*. Gloss. Lat. MS. Regium: *Biclinium quasi Bicellum*. Ex his emendandae Notae Tyronis pag. 164. vbi de sellis, *Bidinium et Tridinium*: legendum enim *Biclinium et Trichinium*.

Procliue mendum, cum *c* et *l* coalitae literae, *d* conficiant. Occurrit apud Quintilianum lib. I. cap. 9.

BICELLVS, haſtula amentata, Sambuco: pugio, Bonfinio, *Bickel*, Cambro-Britannis, *Piccell*, jaculum, telum, pilum, vel vt alii ſcribunt, *Pighell*, quibus Inſtrumentum ruſticum eſt, quo runcantur herbae. Decreta Sigismundi Regis Hungar. an. 1435. *Arcas, pharetras, et bicellos habentes.* Thwrocz. in Carolo Rege Hungar. c. 96. *In ipſum - - irruit, et cum bicello inter collum et ſcapulam fortiter feriendo tranſiuit.* Cap. 97. *Vno bicello valente 200 marcas argenti.* V. *Biſſeni.*

BICERNA, BICERRA, BICERRES, V. *Bigera.*

† BICHA, a Gall. *Biche*, cerua. Ch. Mſ. a. 1226. Libert. villae de Reuello a. 1357. t 4. Ordinat. reg. Franc. p. 449. V. *Biſſi* 1.

BICHENAGIVM, tributum, ſeu quantitatis ſpeciei frumentariae, quae praeſtatur in ſingulos *bichetos* apud Saniulian. in Antiquit. Tornutii pag. 533. *Bichonagium* habet Chifflerius in Tornutio pag. 455. V. *Bichetus.*

† BICHENATA, tantum terrae, quantum ad ſeminandum vnum *bichetum* ſufficit. Ch. feud. Caſtil. a. 1463. V. *Bicherata.*

BICHERATA TERRAE, non ſemel occurrit in Actis capitularibus Eccleſiae Lugdun. an. 1337. ex Camera Computor Pariſ. Eſt autem ager in quo ſeminatur tantum frumenti, vel ſiliginis quantum vno *Bicheto* continetur. Sed quia granum frumenti craſſius eſt grano ſiliginis, in Dumbenſi pago *Bicherata* ſiliginis juxta chartas et *terrearia* fere trium eſt, quandoque quatuor millium paſſuum; *Bicherata* vero frumenti duorum dumtaxat triumue millium. *Bicherata* Lugdunenſis eſt tantum 1764 paſſuum, quamuis *Bichetus* huius vrbis maior ſit Dumbenſi, vt infra dicetur. Hinc liquet non admodum certas eſſe menſuras ex ſemine deductas: certiores ſunt Agrimenſorum. BICHONATA, eadem notione, in Charta an. 1486. BICHOTVS, in Charta Philippi Aug. an. 1221. in Hiſt. S. Aniani Aurelianenſis p. 111. V. *Bichetus.*

BICHERTA. Chartae Philippi Auguſti Regis Franc. an. 1185. et 1186. in Tabulario Compendienſi: *Concedimus Communiae praepoſituram noſtram Compendii, teloneum, concanabium, furnum, bicherium, duas areas molendinarias*, etc. Vbi alias *Bicheria* ſemel ac iterum ſcribitur. Eadem Charta deſcripta manu Andr. Duchenii *Biberiam* praefert; ſed *Bicheriam* legere qui poſt Cangium eam deſcripſerunt. Quidam hanc vocem pro *Camba* i. e. Officina, vbi cereuiſia conficitur, vſurpari volunt † Chartam Phil. Aug. ita emendare licuit ex Chartul. ipſo: *Bicheriam Venetae* (vicus eſt prope Compendium) *duas arcas molendinarias ad pontem Compendii.* In alia Ch. Ludov. VII. a. 1179. legitur *charetum Venetae*; eſt ergo *bicheria* idem ac *carretum*, vecturae. ſcilicet onus, quod *carro* vel *biga* vaſſalli *Venetae* debebant. V. *Carreda.*

† BICHETA, vt *Bichetus*, in Libert. villae de Pineto a. 1343.

BICHETVS, menſura granorum apud Burgundos, *Bichot et Biches*, in Conſuetud. Diuionenſi, quorum duo *eminam* conficiunt; (*) Heluetis Bichet. V. Lexic. German. Friſchii v. Vyg.) *Bichetus* autem conſtat 2. quartallis, *Quartauts*. *Bichetus* Lugdunenſis eſt 60. librarum, minor eſt Dumbenſis. In aliis locis modo minor, modo maior. Regeſtum Feodor. Campaniae fol. 110 *Fecit homagium* de 50 *bichetis auenae.* BICHETVM. Charta Guillelmi de Melloro pro Eccleſia Criſennonis a. 1248. V. *Bichenagium* et *Bicherata.*

BICHIA, cerua, Gall. *Biche.* Charta an. 1252. ex Archiuo Monaſterii S. Gildaſii de Nemore.

† BICHERIVM, calix, cyathus, Germ. Becher. Barelera ſerm. 2. in Dom. I. Quadrag. V. *Bicarium.*

BICHINI, fraticellorum, ſeu Minoritarum ſecta, de qua infra in *Bizochi.* Videntur autem ita appellati, quod veſtes coloris *bigii*, ſeu *griſei*, deferrent, quod faciunt etiamnum Minoritae omnes. Nam *Bigio*, vt

vt vult Albertus Acharisius, *e specie di panno grosso*. Ex *bigii* autem *Bighini*, *et Bichini* voces formatae videntur, dictique Fraticelli isti panno *Bighino* induti. Forte etiam Gallicum *Bis*, pro subfusco, vel griseo inde orrum habet. Fieri denique potest, vt *Bichini* iidem sint qui *Beghini*, et ita per contemptum appellati fuerint Fraticelli isti haereseos perinde infimulati.

† BICHOCA, BICOCA, BICOCHA, Academicis Cruscanis: *Bicocca, piccola rocca o castello in cima di monti*, Lat. *Castellum rupibus impositum*; iis vero quae sequuntur, magis conuenit interpretatio Acad. Hispan in Diction. *Bicoca*, specula, vigilis cellula. Stat. Pallauic. lib. 2. cap. 66. *Quod nulla persona audeat - - exportare scalas seu de scalis positis et deputatis ad bichochas, vel ad turres castri Buxeti.* Stat. Vercell. l. 7. p. 153. *Non teneantur ad onera custodiae aliarum bichocharum, quae fiunt per districtum Vercellarum.* Sed et pro aquarum ductu, ex tabulis ligneis compacto, accipi videtur, in Stat. Montis-reg. p. 204. *Quod - - non audeat - - capere aliquod alienum banchum, causa - - faciendi biccocham - - et qui - - bicocham seu aliud simile de alieno bancho fecerit* etc. Stat. Taurin. a. 1360. *Nullus - - audeat - - deuiare - - aquam bealitrae, cloachae decurrentem in ficha seu bicoca magnae Duriae.*

BICHONAGIVM, V. *Bichenagium.*

BICHONATA, BICHOTVS, V. in *Bicherata.*

† BICHONVS, vt *Bichetus*, mensura granorum. Acta Mf. Capituli Lugun. ad a. 1347.

BICHRIA, V. *Bicheria.*

BICINIVM, cantus duorum in Ecclesia, vt *Monodia*, vnius, scilicet cum duo alternatim, aut simul canunt. Ita Isidorus l. 6. Orig. c. 19. Glossae Arabicae, et Durandus l. 1. Ration. cap. 1. n. 18. V. *Laterficinium.*

† BICIPITIVM, a biceps. Alciat. embl. 18. pag. 141. vbi de Iano: *Memineram alias jam bicipitium correlatum.*

BICIRRES, V. *Bigera.*

BICLINIVM, V. *Bicellum.*

BICLVS, *φύκη*. Glossar. Lat. Gr. vbi *Biclus* forte mendose scriptum est pro *Vitulus* vel *Bitulus*, cum *φύκη*, vitulum marinum significet.

BICOARE, duplicare, Gall. *Doubler.* Papias MS. *Bicoatur, duplicatur.*

BICOCA. (1) Gloss. Anglos. Aelfrici: *Bicoca, haefer-bleta, vel Pun.* Vbi Somnerus, *forte, capri balatus. Haefer*, Saxonibus est *Caper.* (2) Alia notione vide in *Bichoca* et infra in *Ficha* 1.

BICOCARIA, († forte praestatio ex *bicoretis*, quod vide.) Charta an. 1306. pro Vicecomitatu Lautricensi in Regesto Philippi Pulcri Regis Francor. an. 1306. ex Chartophyl. Regio n. 165. *Omnesque et singulas albergas, corregia, obtyas, census et vsatica, bladatas, bicocarias, et mairchiens, leudas et pedagia, quaecunque sint, et vbicunque sint in Baronia et Vicecomitatu praedictis, molendina, herbergia, pascua, deuesa, ademprina, aquas, fargas, nemora, herbas, hermecaces, caschas, et alias portiones, seruitia, et pensiones, et omnes et singulos redditus*, etc. Infra: *Reditus: prouentus, et obuentiones; obtyas, census, et vsatica, albergia etc.*

† BICORETA, modus agri, idem ac *Bichonata*, in Pacto Mf. a. 1317.

BICORIVS, cui duplex corium est. *Hirci bicorii* apud Reinhardum Abb. in Reinhardi Episc. Halberstadensis stirpe, t. 1. Histor. Brunsuic. p. 705.

† BICORNA, Gall. *Bicorne*, cupa bicornis. Ch. Mf. a. 1436.

BICORNATVS, insulsus, insanus, vox derisionis et contemtus. Meisterlinus in Hist. Rer. Noriberg. apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. p. 75. *Num tu stolide, bicornate, aestimas oppidulum parvum hos concluisse.*

BICORNIX. (1) Bini cornicines seu tubicines, apud Murator. tom. 3. p. 650. col. 2. de Coronatione Bonifacii VIII. (2) Vas bicorne. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses an. 1351. ex lib. viridi fol. 53. BICORNVS, eadem notione. Vita S. Philippi Archiep. Bituric.

apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1937. *In quoddam vas bicornus nomine plenum aqua, etc.*

BICORS, qui duplici corde eſt, vaſer. Commodianus Inſtr. II.

BICORVM, δίμοιρον, *bimembre.* Suppl. Antiq.

BICVLA, Gallis *Biche*, cerua. In Concilio Autiſiodorenſi, *Biculam vel cervum facere*, reſtituit Salmaſius pro *vetulam.* V. *Vetula.*

BICVRTVS, ex vtraque parte curtus. Locus eſt in *Teſſerini.*

† BICZOCARA, mulier piae alicui ſocietati vel tertio ordini dicata. Stat. capit. gen. Eremit. S. Auguſt. a. 1300. *Quod nullus frater noſtri ordinis - - aliquam Biczocaram vel Bighinam ad ordinem noſtrum - - recipiat.* V. *Bizochi.*

BIDAEM, quod Gallice *Bief* dicitur, alueus aquae circumagentis rotam molendini, aut ipſa quae Domini habebant in eumdem alueum jura piſcandi vel concedendi, vt aquae alio deducerentur; quo ſenſu etiam ſumuntur *Biendum*, *biennium*, etc. Lobinellus in Gloſſario ad calcem Hiſtoriae Britan. V. *Bedum.*

BIDAERA, eadem notione ac *Bidaem.*

BIDALDI, militum et peditum ſpecies, extremis ſaeculis in Gallia nota. Continuator Nangii an. 1326. *Poſt aliqualem paletationem factam cum bidaldis prope Caſſellum, etc.* Aegidius de Roya an. 1328. *Commiſſum eſt praelium, incipientibus bidaldis - - et baliſtariis Regis, etc.* Similia legere eſt to. 3. Anecd. Martenii col. 431. et 432. *Bidaldorum*, Gall. *Bidaus*, frequens habetur mentio apud Guill. *Guiart*, potiſſimum an. 1298. 1302. et 1304. vbi *dardis*, ſeu ſpiculis dimicare ſolitos ſcribit. Horum etiam meminit non ſemel Froiſſartes I. vol. cap. 51. 55. 61. 72. 103. 104. 121. 130. etc. BIDALI, dicuntur Ioanni Villaneo lib. 8. cap. 78. et lib. 12. cap. 95. V. *Bidardus.*

BIDALVS, V. *Bidaldi.*

BIDAMIVM, BIDANNVM, V. in *Biennium.*

BIDARDVS, leuis armaturae miles, veles. Chronicon Corn. *Zanefliet* apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 140. *Conduxit quoque quosdam Bidardos, qui duo miſſilia ſine jacula ſemper ferre ſolebant, qui etiam juxta Oroſium et Vegetium Renatus velites ſive levis armaturae vocabantur, quibus capitaneum praefecit Bonifacium, qui per patriam diſcurrentes, mercatores victualia Leodium deferentes frequenter ſpoliabant.* V. *Bidaldi.*

BIDARIVS, ſatelles, miniſter. Ioan. Presbyter in Hugone Epiſc. Leod. *Habebat Epiſcopus ſuis ſtipendiis bernarios et bidarios duo tela portantes.* Sed videtur legendum *bernarios et bidaldos*; nam, vt ſupra obſeruauimus, tela ac ſpicula, arma erant *bidaldis* propria.

† BIDAVDA, ferculum ex leguminibus. Liber vſuum Sublac. Mſ. *Aliis diebus datur alia bidauda de fabis, aut piſcis, aut cantibus.*

† BIDAVDI, iidem qui *Bidaldi.* Annal. Victor. Mſ. ad 1304.

BIDDA, V. *Blida.*

BIDELLA. (1) Ius in ſupellectilem defuncti ratione cognationis. Diploma Friderici I. Imperat. a 1180. apud Tolnerum Hiſt. Palat. inter Inſtrum. p. 55. V. *Budteil.* (2) † Mendoſe pro *Bidellus* in Bulla Innocent. VIII. a. 1484. in Contin. magn. Bullar. p. 290. (3) † BIDELLA *ſaepe pro bdelio in antiquis libris invenitur.* Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ.

BIDELLIVM, *aqua ex veſicis de vino confuſa, et proficis ad vulnera in corpore medenda.* Ita Gloſſae Iſidori, idem eſt quod Graecis βδέλλιον, Latinis *Bdellium.* Vide Gorraeum.

BIDELLVS, vt *Bedellus*, apparitor. Gall. *Bedeau.* Lobinellus Hiſt. Pariſ. tom. 3. in Gloſſario. Vide Roberti Goulet Compendium latium et Conſuetud. Vniuerſ. Pariſ. fol. 6. et Concil. Hiſp. to. 4. p. 178.

BIDELVS, exactor, publicanus. Charta Henrici IV. Regis Angliae an. circ. 1155. spud D. Bruſſel de Vſu feud. tom. 2. p. 5. V. *Bedelli.* † Legendum *Ridelus*, vt paret infra v. *Ridellus.*

† BIDE-

aut debebat vendere in eadem villa ad detaillum vel alias aleca seu bevragia quaecumque etc.

BIBERE, compotationi vacare, quomodo *Aller boire* vulgari vocabulo dicunt Galli, et trincken gehen, Germani, pro *in popinas pergere*. Capitula Caroli Mag. lib. 3. cap. 7. *Vt in hoste nemo parem suum, vel quemlibet alterum hominem bibere roget: et quicumque in exercitu ebrius inuentus fuerit, excommunicetur*, etc. BIBERE IN HONOREM, vel IN SANITATEM *alicuius*. Paulus Warnefridus lib. 5. de Gestis Langobard. cap. 2. *Cumque ii qui diuersi generis potiones ei a Rege deferebant, de verbo Regis cum rogarent, vt totum fialam biberent, ille in honorem Regis se totum bibere promittens, parum aquae libabat de argenteo calice.* BIBERE IN AMORE SANCTORVM, vel ANIMAE DEFVNCTI, vetitum in Concilio Nannetensi, apud Hincmarum Remensem in Capitulis ad Presbyteros cap. 14. Regionem in iisdem Capit. cap. 39. et Riculfum Suessionensem in Constit. an. 889. Luitprandus in Legatione: *Non proderit tibi balneum, quo te assidue potas in amore B. Ioannis Baptistae.* Vetus Scriptor laudatus ab erudito Mabillonio in Praefat. ad Saecul. 6. Benedictinum: *Quondam in terra Bulgarorum quidam nobilis potensque Paganus bibere me supplicitер petiit, vt in illius Dei amore, qui de vino sanguinem suum fecit.* Danos olim et Norvegos bibere solitos in Christi Natalitio in memoriam S. Olai, qui Religionem Christianam in regnum induxerat: eumque morem inductum postquam Christianam religionem amplexi sunt, vt paganas superstitiones abolerent, cum solerent antea bibere in honorem vel memoriam Odini, Thori, Niordi, et Frejae deorum paganorum. Sed et addit etiamnum apud Islandos in more esse non solum in Christi Natalitiis, sed etiam in nuptiis et conviuiis in memoriam Dei Patris et I. C. bibere, ideoque multa illorum cornua reperiri argento deaurato decora, in quibus illi bibunt. Scribit denique Luitprandus lib. 6. cap. 17. obiectum Ioanni summo Pontifici in Concilio Romano; quod *Diaboli in amorem vinum bibisset.* Formula porro eiusmodi bibitionis habetur apud Christianum de Scala in Vita S. Wenceslai pag. 56. *Rursum locum conuiuii petens, calice accepto, pocula coram omnibus portans, alta praefatur voce, in nomine Beati Archangeli Michaëlis bibamus hunc calicem, orantes et deprecantes, quo animas nostras introducere nunc dignetur in pacem exaltationis perpetuae. Cui cum quique fideles respondissent, Amen: hausto potu, vniuersos exosculans, hospitium repetit.* † BIBERE AD POTVS AEQVALES, poculis prouocare, decertare, vel cyathos plenos sorbere. Stat. Synod. Guill. du Prat. Episc. Clarom. an. 1537. *Prohibemus etiam consuetudinem bibendi ad potus aequales, dudum a iure improbatum.* † BIBERE DARE, potionem veneficam praebere, in Chron. Bauar. apud Oefel tom. 1. Script. Bauar. p. 365.

BIBERIA, V. *Bicheria.*

BIBERIS, vel BIBER, potio, liquoris hauſtus, ſiue ſorbitio. Gloſſ. Keronis: *Biberis, Trinchen.* Concilium Nannetenſe cap. 15. et Hincmarus Remenſis in Capitulis ad Presbyteros cap. 15. et 16. *Panem tantum frangentes, singulos accipient biberes.* Id eſt, ſemel ſinguli bibent. Ordo officii in domo S. Benedicti ante Paſcha: *Ita intrantes in refectorio accipiant singulos biberes et panem, et quicquid eis appositum fuerit.* Ita vſurpant Regula S. Benedicti cap. 35. Regula S. Caeſarii cap. 22. Regula S. Aureliani cap. 53. ſub finem. Sed et non omnino id vocabuli inſolens videre debet: nam et *Biber* dixerunt veteres. Fannius lib. 8. Annal. *Domina eius vbi villam venerat, jubebat biber dari.* Cato in Orig. et Titinnius in Praelia: *Date illi biber, iucunda est.* Vbi tamen viri docti cenſent *Biber* accipi pro *Bibere*, vltima littera eliſa: quod firmat Sofipater lib. 1. Inſtit. Gramm. qui *Biber*, τὸ πίειν vertit.

Vrut ſit, ſatis conſtat erraſſe Cardinalem Turrecrematum et Bernardum Abbatem Caſinenſem, qui *Biberes* in Regula S. Benedicti, *ſcyphos* nude intelligi debere cenſuerunt; tametſi ita habeatur in Gloſſ. MSS. *Biberes*, *Calices*. BIBERES NONALES, pocula quae Monachis poſt *Nonas* exactas et decantatas propinantur in aeſtate, qua *aeſtus prouocat ſitim*, vt eſt in Regula Magiſtri c. 13. et 27. Eckehardus junior de Caſibus S. Galli cap. 11.

† BIBERNA, pro *Hiberna*, apud Murat. t. 21. Script. p. 184.

BIBERVS, *biſacutus*, in Gloſſis Arabico-Lat. *Bibera*, *Biſacuta*, apud Papiam. V. *Biſacutus*.

BIBIBILE, πότιμον. Gloſſ. Lat. Graec. i. potabile.

† BIBILIONARE, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646. pro *Bibionare*, quod vide.

BIBILLES, δίμαλλοι, δίκρανοι, *Amphitapae*. Supplem. Antiquarii. † Leg. *Biuilles* ex Vulcan. V. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 128.

BIBINARIVM, BIBINVM, V. *Bibionare*.

BIBIONARE, *Sanguine inquinari. Bibinarium autem eſt ſanguis menſtruus mulierum. Bibinum menſtruum*, *id eſt*, *fluor ſanguinis*. Papias.

BIBIONES, *qui in vino naſcuntur*. Iſid. lib. 12. cap. 8. Additur: *id eſt*, *Muſciones*, *a bibendo*, apud Papiam MS. Gallis *Mouscherons*. V. *Muſciones et Bibones*.

BIBITIO, comporatio. S. Audoenus in vita S. Eligii Epiſc. Nouiom. l. 2. c. 15.

BIBITOR. Gloſſ. Iſid. *Bibitor*, *potator*.

BIBITORIVM, V. *Maçanum*.

BIBITVRIA, idem quod *Biber* vel *Biberis*. Regula S. Auguſtini ſub finem.

BIBIX, *pugna*. Papias.

BIBLA, Biblia, Sacri Codices, Gall. *Bible*. Hiſt. Dalphin. to. 2. p. 275. *Pro emptione vnius Bibliae in Roma*, *florenos auri* 27. *qui ſunt vnc.* 7. *taren.* 12. In cod. MS. V. Cl. D. Lancelot habetur *Bibleti*.

BIBLEIS, *duplicibus linteis*. Gloſſar. Iſid. *ut quod Graecius*: Lege *Bilicibus*, *duplicibus linteis*. Papias et vetus Gloſſ. San-German. num. 501. *Bilices*, *duplices*. Sic et infra ſcribendum, *Bilex*, *duplex*, pro *Biplex*. Pro *Bibleis* tamen mallet Reineſius *Biplex*. Ianſſonius autem in ſuis ad Iſidori Gloſſas Collectaneis pro *Bibleis*, *duplicibus linteis* reſtituit propria auctoritate: *Bilabis*, *duplicibus linguis*.

† BIBLETVM, Gloſſar. Prouinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Iunquiera*, *Prouinc. jaſcetum*, *bibletum*. V. *Bibleus* 2.

BIBLEVS. (1) Vgutio: *Biblei et Biblii dicuntur inſtabiles*, *et qui reparant libros*. V. *Billeus*. (2) † BIBLEVS, junceus, a Gr. βίβλος, interprete Mabillon. ad vit. Damiani ſaec. 6. Bened. part. 2. p. 262. V. *Bibletum*, *Billeus* et *Bibleſus*.

BIBLIA. (1) Machina bellica jaculatoria, Gall. ol. *Bible*. Albericus in Chron. MS. an. 1238. *Adducens ſecum bibliam*, *petrariam*, *et caetera bellica inſtrumenta*. Chron. Leodienſe laudatum ab Iſaaco Pontano lib. 1. Orig. Francic. an. 1313. *Epiſcopus miſit Leodium Mangonalia*, *ſeu fruſtibula*, (fundibula) *ſiue Tribuceta*, *vel Arietes*, *aut Sues*, *Vineas*, *Biblias*, *Petrarias*, *ſiue Cattos verſatiles*. V. Catellum in Hiſt. Occitan. p. 599. Origines Conſtantinopol. MS. part. 2. Ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισε τὰ μάγγανα, ὅπου ἐκρατοῦσιν αἱ τε βίβλοι, καὶ τὰ πολεμικὰ ὄργανα. Sed an *bibliae* iſtae intelligantur non auſim affirmare. Certe libros cum machinis bellicis eodem in loco depoſitos vix quis credat. (2) BIBLIAE, pro *Biblia*, *orum*, occurrit l. 1. de Imitatione Chriſti cap. 1. n. 3. in Diario Belli Huſſitici apud Ludewig. Reliq. MS. to. 6. pag. 191. et in Spicil. Acher. tom. 3. pag. 577. e Chronico Triuetti, vbi haec notatu digna leguntur ad annum 1228. *Obiit Stephanus Cantuarienſis Archiepiſcopus. Hic ſuper totam Bibliam poſtillas fecit*, *et eam per capitula*, *quibus nunc vtuntur moderni*, *diſtinxit*: *qui dum Pariſius in Theologia regeret*, *factus tituli ſancti Chryſogoni*

ni Presbyter Cardinalis, demum factus Archiepiscopus, inter alia bona quae fecit, etc.

BIBLIATOR, *bibliopola*, Vguttioni, et Ioanni de Ianua. Venditor et ornator librorum in Glossario MS. Montis S. Eligii Atrebat.

BIBLICATVS, *biblici* gradus, dignitas. Constitutiones Dominicanorum col. 52. *Propter vtilitatem, et singularem institutionem studentium promouendorum ad studia nostri Ordinis pro forma et gradu Magisterii siue Biblicatus, siue Baccalaureatus,* etc. V. *Biblistatus.*

BIBLICTA, V. *Biblieta.*

BIBLICVS, Theologus ex ordine *Baccalaureorum Cursorum* in Academia Parisiensi, qui discipulis Sacras Scripturas interpretatur. Hist. Dalphin to. 2. p. 614. col. 1. ex Charta Humberti II. an. 1349. *Infra tamen praedictum numerum ducentorum studentium non intendit Dom. Dalphinus praefatus computari Magistrum aliquem in Theologia, Baccalaureum, Biblicum vel disposium,* etc. Vide Constitutiones Dominicanorum, per Vincentium Marnia pars 4. col. 53. et infra *Biblista.*

BIBLIETA, diminut. a *Biblia* 1. Hist. Ms. Excidii Acconis a. 1192. *Secum ducens machinarum multitudinem fundibalarium, sicut sunt petrariae, biblietae, perdicetae et mangonelli.* Marsennius qui hanc historiam edidit. t. 9. Ampliss. Collect. legit p. 769. *Bibliotae, perdissetae et mangonelli*, observanque in Cod. Nauarr. haberi *Babiotae.* Praestat *Bibliotae.*

BIBLII, *artifices qui faciunt trapezitas.* Papias MS. Lege cum edito *tapetus*, hoc est, tapetes, seu tapetia. Acta SS. Iulii to. 2. pag. 131. D. in Translatione corporis S. Vdalrici: *Clausis Ecclesiae januis, inducti sunt biblii et cementarii - - per totum igitur diem laborauerunt, vt locum mundarent, et lapides quadros admodum magnas de illa magna profunditate eicerent.* V. *Billens.*

† BIBLIOTA, *Librodoyra, Prou.* in Glossar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

BIBLIOTHECA. (1) Bibliorum liber, seu vtrumque Testamentum, Vetus et Nouum. Beletus cap 60. et ex eo Durandus lib. 6. Rational. cap. 1. n. 27. *Bibliotheca a Graeco nomen accepit, et est nomen aequiuocum, scilicet locus in quo libri reponuntur, et volumen ex omnibus libris Veteris et Noui Testamenti a Hieronymo compositum.* Ipse Hieronymus Epist. 6. *Et quoniam, largiente domino, multis sacrae Bibliothecae codicibus abundantes,* etc. Versus in fronte Bibliorum Metensis Ecclesiae:

Rex benedicte, tibi haec placeat Bibliotheca, Carle,
Testamenta duo quae relegenda gerit,

Necrologium Victorinum 10. Kl. Octobr. *Qui Bibliothecam quam sibi magna diligentia parauerat, libros scilicet Veteris et Noui Testamenti nobis reliquit.* (2) Ipsa librorum theca, seu tegumentum librorum. Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi c. 16. *Quatuor Euangelia de auro purissimo in membranis depurpuratis coloratis, pro animae suae (remedio) scribere iussit, nec non et Bibliothecam librorum eorum.* Occurrit et alibi. (3) BIBLIOTHECAE SANCTORVM, pro thecis reliquiariis sumi videntur in Vita S. Wenceslai, apud Bohuslaum Balbinum in Histor. Bohemiae p. 55.

BIBLIOTHECARIVS. Dignitas in Palatio Regum Franciae, quam sub Caroli M. obtinuisse Geruardum auctor est Einhardus Abbas lib. de Translatione SS. Martyrum Marcellini et Petri, vbi eum fuisse ait *Palatii Bibliothecarium, et Palatinorum operum ac structurarum* Praefectum. Carolus C. in Epistola ad Nicolaum PP. de causa Eboris Archiepiscopi Remensis, ait eumdem Ebonem a Ludouico Pio parente, cum adhuc Aquitanicum regnum Carolo M. superstite regeret, *Bibliothecarium* fuisse constitutum. In Synodo Ticinensi an. 876. subscribit *Hilduinus Abbas* (S. Dionysii) *et Bibliothecarius*, scilicet Caroli Calui. *Bibliotheca* vero regia ista, *Armarium Palatii* dicitur in Epist. Ludov. Pii ad Magnum Archiep. Senonensem edi-

ta cum Concilio Aquisgranenſi. BIBLIOTHECARIVS ECCLESIAE ROMANAE, cui Bibliothecae Pontificiae cura incumbit, quae fortean illa fuit quae *Bibliotheca cubituli* dicitur in Sacramentario Gregorii M. quod ex ea deſcriptum dicitur. Anaſtaſius Biblioth. in Gregorio II. PP. BIBLIOTHECARII, in Eccleſiis cathedralibus, dicti quibus librorum Eccleſiaſticorum cura commiſſa erat. Atque ii Litteras & Diplomata Epiſcopi deſcribebant, quod poſtmodum, Bibliothecarii abolita appellatione, *Cancellariorum* munus fuit. Vide Michaelem Monachum in Sanctuario Capuano p. 579. BIBLIOTHECARIVS, in Gloſſis Iſidori, *qui libros ſecat*. Lege *ſeruat*.

† BIBLIOTHECVLA, diminut. a Bibliotheca, liber, libellus. Murat. t. 20. Script. Ital. p. 469.

BIBLISTA, qui Biblia auditoribus ſuis explicat. Bullar. Carmelit. pag. 252. col. 2. in Bulla anni 1458. *Et ſimiliter Baccalaurei, Lectores, Biblistae ſine alii Officiales pro tempore in domibus ciuitatum et locorum, in quibus ſtudia huiusmodi vigere naſcuntur.* V. *Biblicus*.

BIBLISTATVS, officium, gradus, dignitas *Biblistae*. Ibidem: *Tandiu excommunicatos ac omnibus magiſterii, baccalaureatus, lectoratus, Biblistatus officiis aliisque dignitatibus, et honoribus dictorum Ordinum exutos.* V. *Biblicatus*.

BIBLIVS, V. *Biblii* et *Billeus*.

† BIBLESVS, junctoſus, i. Ch. n. 909. t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 507. V. *Bibleus* 2.

BIBLVS, liber, a *Graeco* Βίβλος. Huchaldi Epiſt. metrica ad Carolum C. a circ. 816. apud Marten. Anecdot. tom. 1. col. 46.

- - Legis congeſta nitescunt,
Famina, quae Biblo ſcripſit in hoc modico.

Papiae MS. *Biblus, juncus, codex, liber, vel duplex funis de naue, vel buda facta.* Ioannis de Ianua: *Biblus a Bibo bis. Dicitur hic Biblus, bli, i. juncus, quia aquarum eſt Biblus. Et aliquando dicitur pro libro: quia antiqui de junctis ſolebant contexere pergamenum, et ibi ſcribere antequam eſſet vſus chartae.* BIBLVS, Papyrus bibula, V. *Bobla*. BIBLVS INDICVLORVM, ſ. fic dictus liber ſeu codex legum et ſtatutorum in monaſteriis, quod in eo quae facienda eſſent, indicarentur. Annal. Bened. to. 4. p. 220. et Analect. Mabillonii to. 3. p. 440. ex Epiſtola Alberti Abbatis ad Ioannem XVII. Papam: *Dignum eſt - - vt - - in monaſteriis nouos indiculorum Biblos corroboretis, iquibus ipſae Congregationes ab omni ſtrepitu quiete Deo ſeruire poſſint.*

BIBOLNES, *διφυρος, bifidi*. Supplem. Antiq. † *Διφυρος* pro *Bifolnes* qui duplici vulnere fauciati, vt emendat Vulcan.

BIBONES, culices naſcentes in vino. Petrus Bleſenſis Serm. 23. in Hierolexico Macri. Iul. Firmicus hac voce vſus eſt 5. 4. ſub finem ad homines bibaces deſignandos: *Equlones et bibones*. V. *Bibiones* et *Bibrones*.

BIBONIVS, *κωλυκρεφης*. Gloſſ. Lat. Graeci multum bibit.

BIBRAGIVM, V. *Biberagium*.

† BIBRARE, pro vibrare. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646. *Bibrare, minitando mittere haſtam*.

BIBRONES, pro *Bibones*. Leibnitius Scriptor. Brunſuic. tom. 1. p. 890. ex Gerunſii Filberienſ. Otiis Imperial. *Quae vero ex exhalationibus* (orta ſunt) *vt bibrones ex vino, papiliones ex aqua*, etc. Homines vino deditos et bibaces *Biberons* Galli ſolent appellare.

BIBVLA APOSTOLICA, forte mendum pro *Bulla*. Marten. tom. 2. Anecdot. col. 561. C. ex Epiſtola Archiepiſcopi Narbon. ad Clementem IV. Papam: *Si Apoſtolicam bibulam* (Colbertin. cod. *Epiſtolam*) *inuenirem et lucernam veritatis* etc.

† BIBVLVS, propitius, facilis. Ch. Caroli VI. reg. Fr. a. 1390. *Bibulus aures accommodet*.

† BIBVRNA, *genus eſt ligni minutiſſimi. Biburna humilia virgulta et genere et forma, a cupreſſo remota. Biburnus, genera virgultorum humilium*. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646.

BIBVS-

Bicerra, *Beſtis guſſa*. Denique Vgutio: *Bigera*, *eſt veſtis villoſa*. *Bilis* autem apud Papiam, dicitur pro *Vilis*. Gloſſ. Lat. Gr. *Bilis*, *τριχελής*. Bigericam enim vilioris pretii fuiſſe innuit Paulinus lib. 3. de Vita S. Martini. *Valua* apud eumdem Papiam idem ſonat quod *villoſa*, ex Gallico *Velue*. Pro *guſa et ſuſſa*, legendum indubie *ruſa*. Graecuius ad Gloſſas Iſid. monet eſſe retinendum *Guſa et ſuffa*, *vel ſuſa*, voces origine German. non minus quam *Roccus*. *Guſa*, *Supa*, inquit, etiam nunc hodie vocatur *Schuba*, *eine Schaube*, pallium ſiue breuius ſiue longius pro diuerſitate temporum ſeu hominum. Ex quibus conficitur *Bigeram* fuiſſe veſtem rufam, *villoſam et vilem*. At Salmaſius ad Capitolinum, *Bigeram* hiſce locis perperam appellari putat, pro *biceram*. ſunt autem *bicirres*, *vel bicerres*, veſtes quae ab vtraque parte cirros habent, *δίμαλλοι*, *δίκροσσοι*, vti habent Gloſſae veteres. Eaedem Gloſſae *Μαλλος*, *cirra villus*. Sulpitius Seuerus de Vita S. Martini lib. 3. Dial. 2. *Bigerrigam* appellat, quae Papiae *Bigera* nuncupatur. Fortun. l. 3 c. 1. de eodem S. Martino:

Induitur ſaucto hirſuta bigerrica palla.

Quod vero apud Sulpitium et Fortunatum *Bigerrica* dicitur, *Roccus* vocatur a Monacho San-gallenſi in Carolo Magn. lib. 2. cap. 27. palliolum ſcilicet breuius, quo humeri conteguntur. V. *Roccus*.

Iſaacus Pontanus *Biberricam* legi in MSS. Codd. Sulpitii, contendit, aut fingit, vt a Germanis vocabuli etymon accerſat, apud quos *haerich* et *beharich*, hiſpidum, piloſumque ſignificat. Verum alii probabilius, a *Bigerris*, ſeu *Bigerronibus*, Galliae ad Pyrenaeos celeberrimis populis, quorum non ſemel Caeſar et Plinius meminere, *Bigerricas* veſtes dictas cenſent; cum et ii etiamnum eiusmodi *capas breues*, villoſas et hiſpidas, et craſſiori lana confectas, aduerſus aëris intemperiem deferant. Indigenae *Marlotas*, quaſi *Melotas*, interdum *Capas Beharnenſes*, appellant. Sed et Paulinus Carm. 12. ad Auſon. *Bigerros* pellibus, ſeu villoſis veſtibus amiciri conſueniſſe annotat:

Dignaque pellitis habitas deſerta bigerris.

Nec deſunt qui *pallia Aquitanica* dici apud Gregorium Magnum cenſent lib. 6. Epiſt. 6. Ianſonius in ſuis ad Iſidori Gloſſarium Collectaneis aliud ſuſpicatur eſſe noſtrae vocis etymon, nempe Gallicum *Bigarrer*, variegare, diuerſis coloribus interſtinguere, quaſi *bis variare*. Equidem Galli dicunt etiamnum hocce ſenſu *Habit Bigarré*, ſed non ea videtur eſſe Gallici *Bigarrer* antiquitas, vt *Bigerae* antiquiori dare potuerit originem. Quidam denique ab hac voce deducunt Gallorum *Hairé*, cilicium, quaſi ex *Biberre*, atque in iis idem Pontanus, et V. Cl. Aegidius Menagius.

BIGERMEN, *Seges vel legumen ex duobus germinibus commixtum*. Iohan. de Ianua.

BIGERRICA, V. *Bigera*.

BIGHINA, V. *Bicuocara* et *Beghina*.

† BIGINI, iidem ac *Beguini*, in Chron. Iordan. c. 236. apud Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 1021.

† BIGLAE, ludi genus, Ital. *Billi*. Stat. Montis. reg. p. 178.

BIGLOSSVS, BIGLOSSVS, *Δίγλωσσος*, qui duas linguas callet. Lotſaldus in Vita S. Odilonis Abbatis Cluniacenſis cap. 16. Hinc emendandus Petrus Damiani in Vita eiusdem S. Odilonis cap. 32. vbi *Biglofus* habet.

† BIGO, inſtrumentum ferreum, ligo, aut quoduis aliud huic ſimile, quo ruſtici vtuntur, Gallis etiam *Bigot*. Inquiſit. a. 1210. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. pag. 49. *Qui duo rapturi erant cum bigonibus feras portalis.*

BIGONCIVM, menſurae liquidorum ſpecies, apud Italos, *Bigoncio*, vel *Bigonzio*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10. *Datur etiam ſtipendiorum cuilibet, omni die, menſura vna vini quae eſt quarta pars vnius librae, quae libra multiplicata in ſeptuagenarium nume-*

numerum, perficit menſuram quae vulgariter bigoncium appellatur. Occurrit ibi non ſemel. Vide Acharisium, Academicos Cruſcanos, Pergaminum, Aegid. Menagium et Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

BIGORRA. Informationes Maſſil. pro paſſagio transmarino ex MS. Sangerman. vbi de apparatibus nauium: *Item tres troſſas munitas et octo capista de bigorra, et quaedam alia minuta oportuna.* Haud ſcit Cangii editor an legendum *Bigotta*, quae apud Italos ſignificat funem anterioris mali, lignumue inſtar trochleae fabricatum, quo ducuntur funes, quodque nautae vocant *Cap de mouton.*

BIGOTHI. Vetus Chronicon to. 3. Hiſt. Franc. de Rollone primo Normannorum Duce: *Hic non eſt dignatus pedem Caroli oſculari, niſi ad os ſuum levaret. Cumque ſui Comites illum ammonerent, vt pedem Regis in acceptione tanti muneris* (Neuſtriae Prouinciae) *oſcularetur, lingua Anglica reſpondit, Ne ſe Bigot, quod interpretatur, Ne per Deum. Rex vero et ſui illum deridentes, et ſermonem eius corrupte referentes, illum vocauerunt Bigoth, vnde Normanni adhuc Bigothi vocantur.* Vide Steph. Paſchaſium, lib. 8. Diſquiſit. Francic. cap. 2. et Octav. Ferrar. in *Becca.*

BIGRADVM, Δίβαθμον, *bipes*, in Gloſſ. Graeco-Latino.

BIGRAIGVS, vel BIGRAIGAE. Computus anni 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feud. tom. 2. pag. CLXI. *Pro bigraigis VIII. S. Andeg.* † Forte Gall. *Graigues* vel *Gregues*, femoralia braccae, quia ſolito ampliores, *bigraigae* dictae.

BIGRINAE, pro *Beghinae*, apud Matth. Meſtmonaſt. a. 1248. in vtraque Editione. V. *Beghinae.*

BIGRVS. Non vna huius vocis notio; ſumitur pro *Foreſtario*, qui *foreſtas*, ſeu ſiluas ſeruat, ac praeſertim pro eo cui apum cura incumbit, vt earum ſcilicet examina et mel colligat. Tabular. S. Saluatoris Ebroicenſ. *Et habebit domina Abbatiſſa ſancti ſaluatoris duos bigros in foreſta domini Regis, etc.* Charta an. 1462. Alia notione dici videtur de loco vbi apes ſeruantur. Charta Rogerii *de Tony* Comitis Conchenſis: *Dedi et conceſſi religioſis viris Abbati et Monachis Abbatiae de ſtrata Ordinis Ciſterc. dioecefis Ebroicenſis vnum bigrum, id eſt acquiſitiones apum in foreſta mea de Conchis in miniſterio de Champignoles.* Alia Richardi II. Regis Angliae pro fundatione Abbatiae Boni-portus: *In foreſta de Bord. vnum bigrum ad luminare Eccleſiae.* V. *Bigarus, Berſarius* et *Bigus.*

BIGVINAE, pro *Beguinae*, Gall. *Beguines.* Hiſt. Dalphin. tom. 1. pag. 6. col. 1. ex Teſtamento anni 1236. V. *Beghinae.*

BIGVS, ſpecies trabis, Gallicis nautis *Bigue, Bigot.* Hiſt. Harcur. tom. 3. pag. 125. ex Regeſtis Camerae Computorum: *Et quia debent habere paſturam animalibus et porcis per totam foreſtam, et porcos ſuos quietos de paſnagio recognitum, et ſine quia debent habere tensum bigos in foreſta, et vnum tornatorem liberum et quietum.* † Legendum *Bigrus*, et locus emendandus ex Reg. S. Iuſti Cam. Comput. Pariſ. fol. 127. *Recognitum etiam fuit, quod debent habere tres bigros in foreſta, et vnum tornatorem liberum et quietum.* V. *Bigarrus.*

† BIGVTTAE, eaedem quae *Beguinae*: Ch. a. 1499. in Suppl. ad Miraeum p. 454. V. *Begutae.*

BIHENNIVM, V. in *Biennium.*

BIHERIA, V. *Bicheria.*

BIHERRICA, V. *Bigera.*

BIHORIVM, binae horae. Res Moguntiacae tom. 2. pag. 448. edit. 1722.

BIKENES. Charta Henrici IV. Regis Angliae a. 1409. apud Rymer. t. 8. pag. 592. col. 1. *Quandam turrim et quandam capellam B. Mariae, vna cum aliis domibus et ſubſtantiis de petra, vt' puta bikenes, ac alias res, etc.*

BILABIS, V. *Bibleis.*

BILABRVM, δίχειλος. Gloſſar. Lat. Gr. Cui ſunt bina labra.

BILA-

BILAMNA. Vitalis Gromaticus: *Constituimus in bilamnis et oliuaſtellum, in ipſis bilamnis foſſatum fecimus, in aliis locis congeries lapidum fecimus.* V. *Lamina.*

BILANDE, V. *Werwagium.*

† BILANTIA, BILLANTIA, bilanx, trutina, libra, Ital. *Bilancia.* Stat. Pallav. l. 2. c. 61. Stat. crimin. Riper. c. 216.

BILBERE, et BILBIRE, *ſonitum edere.* Gloſſ. MS. Montis S. Eligii Atrebat. Gloſſar. Lat. Gr. *Bilbit,* Βομβύζει, bombum edit.

BILE. Geſta Regum Francor. c. 14. *Cumque diſcoopertus, a galea apparuiſſet caput Regis, cognouit Berthoaldus eſſe Regem, et ait, Tune hic eras bile jumentis?* Cod. alii habent *Blare jumentum*, et *Bale jumenti.* Sed legendum videtur *Bile* ſeu *Vile jumentum.* Ita *biliſas* pro *vilitas* ſcribitur in Gloſſis Lat. Gr. Ibidem: *Biliſ,* εὐτελής. V. *Baleiumentum* et *Ballomer.*

BILETTVM, ſpecies annonae. Charta Eduardi III. Regis Angliae an. 1361, apud Rymer. tom. 6. p. 316. col. 1. *Praecipimus quod triginta quarteria frumenti, centum et viginti et quatuor quarteria auenarum et quatuor millia biletorum in Ballina ſua - -* † Nimius eſt numerus, vt de annona poſſit intelligi; quare Carpentario idem videtur ac *Billia*, ab Angl. *Billet*, ramus craſſior, truncus. V. *Billus.*

BILEX. (1) Δίμιτος, *duplex ligamen habens.* Suppl. Antiq. (2) BILEX, ἄνεμος: *ventus.* Ibidem. V. Lex. Martin. V. *Bilix.*

BILFREDVS, V. *Belfredus.*

BILIBRIS, *Sextarius bis aſſumptus.* Papias MS.

BILINGVIS, fallax. Poenitentiale S. Columbani cap. 11. Occurrit pluries in Scripturis.

BILINGVITAS, fallacia. Regula Sanctimonialium canonice viuentium in Concil. Aquisgran. c. 14.

BILIOR, *iraſcor*, χολῶ. Gloſſ. Lat. Graec.

BILIS, pro vilis, *Bilitas* pro *vilitas.* V. in *Bile.* Alia notione V. in *Bigera.*

BILITAS. Papias: *Bilis, humor felleus, triſtitia, virus, iracundia. Bilitas amaritudo.*

BILIVII, *adumbratio vocis aquae ſcaturientes.* Papias. *Biliuit* in MS. Eccleſiae Bituric. nec non in vet. Gloſſ. San-Germanenſi num. 501.

BILLA. (1) Scedula, libellus, ſyngraphum: Anglis *Bill*, vel *Bille*, vt apud Knygthonum pag. 2721. Galli vulgo *Billet* dicunt. Willelm Thorn. c. 41. *Habito conſilio cum dominis praeditis, porrectae fuerunt billae et petitiones Domino Regi.* H. Knyghtonus an. 1272. etc. Spelmannus a Saxonico *Bille*, deducit: Somnerus ex *Libellus*, corrupto n putat; alii a Graeco Βιβλίον, epiſtola. Heſychius: Βιβλία, ἐπιστολή. Lexic. Graec. MS. Reg. Cod. 2062. Βιβλίον, ἡ ἐπιστολή (2) *Iumentum, aſinus*, in Gloſſ. Iſid. V. *Bile.* (3) † Globus, pila, Gall. *Bille.* Litt. remiſſ. a. 1353. *Cum - - poſt prandium - - ad billas iuiſſet ſpaciatum ſeu luſum - - accidit, quod - - billam cum quodam billardi percutere vellet, dictus billardus a manibus eius euaſit.*

BILLANTIA, V. *Bilantia.*

† BILLANVS, perperam pro *Billonus*, maſſa monetaria, Gall. *Billon.* Ch. Caroli IV. Imper. a. 1353. t. 1. Cod. Ital. diplom.

† BILLARDVS, rudicula pilaria, Gall. *Billard.* V. in *Billa* 3.

† BILLATARIVS, qui *Billias* caedit, lignarius. Ch. Odon. archiep. Rotomag. a. 1255. Mſ. V. *Billetum* et *Billia.*

BILLETA, diminut. a *Billa*, ſchedula Gall. *Billete.* Monaſt. Anglic. t. 1. p. 564.

† BILLETVM, palus, ſtipes, Gall. *Poteau*, idem ac *Billia.* Ch. Mſ. an. 1473. *Facta diuiſione ipſorum territorii et paludis, poſitum billetum ſine lot.* V. *Billonus* 2.

BILLETVS, idem ac *Billeta.* Menot Sermon. Quadrageſ. fol. 188.

BILLEVS.

BILLEVS. S. Audoënus lib. 2. Vitae S. Eligii c. 34. *Fortuita vnda ſanguinis ex naribus jacentis profluens coepit vbertim genas Sancti rigare quod conſpicientes - - ſuppoſiti hinc billeis linteis ſumma cum diligentia ſanguinem collegerunt.* Legendum indubie *Bibleis*, aut *Bibliis linteis* Gloſſae Iſidori: *Bibleis, duplicibus linteis*, aut Bidenſis Epiſcop. in Vita S. Petri Damiani Card. n. 40. *Nec praetereundum, quod - - ſuper bibleam cratem nudam ſomni quietem caperet.* Eſt autem *Byblium linteum* cannabinum, vel potius ex goſſipio, ſeu, vt tunc vocabant, *bombace* confectum. Horum operum artifices, *Biblii* dicebantur. Papias: *Biblii artifices qui faciunt tapetas.* V. *Bombax*, et Salmaſium de Modo vſurarum p. 401. 402. et ſupra *Biblus*.

BILLIA, ex Gallico, *Bille*, ramus craſſior, vel truncus. Libertates Iaſſeronis in Breſſia an. 1283. apud Guichenon. *Concedentes hominibus antedictis in dictis nemoribus, - - pro calefaciendo, de quolibet nemore mortuo, exceptis billiis competentibus - - ad circulos faciendos.* Charta Ludouici Comitis Bleſenſis et Claromont. pro Monaſterio Bonaeuallis. a. 1198. V. *Billus*.

† BILLICARE, librare, Ital. *Bilicare*. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. c. 78. *Rota girans billicata ſuper duas trabes* etc.

BILLICVS. Anaſtaſius Biblioth. in Benedicto III. PP. pag. 205. *In Eccleſia B. Petri - - ad cooperiendum billicum confeſſionis fecit cooperculum ex auro puriſſimo, penſ. lib. 3.* Vbi Bulengerus legendum putat *vmbilicum*, vt fuerit illius thecae, in qua S. Petri corpus reconditum erat vmbilicus. Certe *Billico*, etiamnum Itali medium, ſeu centrum vocant; voce formata ex *vmbilicus*. Ita Ioan. Villaneus lib. 5. cap. 7. et lib. 7. cap. 36. Proinde *Billicus* idem erit quod *centrum Chorii*, quemadmodum appellatur *centrum camerae*, a Nicolao I. PP. Epiſt. 2. Conchae altaris pars ſuperior, vti Cangius obſeruauit ad Paulum. Silentiarium pag. 573.

BILLIO, Gall. *Billon*, Hiſpanis *Vellon*, nummus aereus, vel ex aere et argento confiatus: interdum maſſa monetaria. Statut. Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1305. in Reg. 36. Tabul. Regii: *Ne quis aurum argentum, vel billionem extra regnum noſtrum deferre praeſumat.* Charta eiusdem Regis a. 1295. to. 1. Ordinat. Regum Francor. pag. 326. in Notis col. 2. *Contractus auri, argenti in maſſa vel billionis aut alterius metalli.* Occurrit ibid. pag. 451. 529. 814. Molinaeo in Tract. de Contract. quaeſt. 100. n. 783. et Couarruuiae de Vet. numiſmat. collat. c. 1. n. 1. moneta *de Vellon*, ſeu *de Billon*, dicitur non tantum ea quae ex aere percuditur, admiſta parte aliqua argenti; ſed et illa quae cuditur ex argento, cui miſta ſit tertia vel quarta aut ſane quinta pars aeris. Neubriſſenſis vocem *Vellon et Billon* a *vilis* deducit, ita vt vilior moneta intelligatur. Cangius mauult ſic dictum aurum vel argentum in maſſam ſeu *Billam*, i. baculum, conflatum, nec dum purgatum. V. *Billus*.

BILLO, idem ac *Billio*, apud Rymer. to. 6. p. 553. col. 1.

BILLONVS. (1) Idem ac *Billio*. Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 96. Legitur eodem ſenſu eiusd. Hiſt. to. 2. p. 159. 415. 416. et 417. (2) Idem ac *Billus*, claua oblonga, Gallis *Billot*, *Poteau*. Comput. a. 1321. t. 2. Hiſt. Dalph. p. 159.

† BILLVLA, pro pilula, Gall. *Pillule*, medicamenti genus. Otto praepoſ. Raitterbuch. epiſt. 9. t. 6. Anecd. Pezii p. 25.

BILLVS, baculus, Anglis *Billet*, Gallis *Billot*, claua oblonga. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 70. V. *Billo* et *Campio*.

BILNETA, commeatus, Germ. Gall, apud Rymer. to. 9. p. 504. col. 1. V. *Billeta*.

BILOCHIVS. *Bilochii regales*, in Decretis Andreae Regis Hungariae an. 1222. §. 5. V. *Bilotus*.

† BILOSVS, biliosus, Gall. *Bilieux*. Comoed. ſine nomine act. 3. ſc. 5.

† BILO-

† BIDEMIVM, pro *Bidennium*, in Ch. t. 1. Probat. Hist. Brit. p. 494. V. *Biennium*.

† BIDENDARE, fodere. Gloss. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Foyre*, *Prov. fodere*, *bidendare*. V. *Bidentare*.

BIDENS, *anchora*. Gloss. Isidori.

BIDENTAL. (1) Fulmen bifidum, Miracula S. Walarici Abbatis n. 7. *Et coepit firmamentum mugire, tonitrua resonare, subito bidental juxta eum cecidit, adeo vt froccum eius lingens minimè exusserit, etc.* *Bidental*, Horatio de Arte Poët. sub finem, est locus de coelo tactus, in quem fulmen decidit. (2) † BIDENTAL, *sacrificium*, in vet. Glossar. Cod. reg. 7646.

BIDENTARE, versare terram bidente. Papias MS. et Vetus Glossarium San-German. n. 501. *Bidentare*, *fodere*.

BIDENTATIO, eadem notione. Gloss. Lat. Gr. *Bidentatio*, *fossura*, *occatio*, *ἀνασκαφὴ*.

BIDENTINVS, laneus. Index Onomast. to. 4. Act. SS. Maii.

BIDINIVM, V. *Bicellum*.

† BIDRIA, BRIVIA, idem videtur ac *Bener*, fiber, Ital. *Binaro*. Murat. t. 12. Script. p. 1016. *Cum autem ei castra aut magnas pecunias elargiri voluisset, ipse Brunius omnia respuit, sed posse coronam auream super caput Bidriae seu Itriniae deferre ex maxima gratia postulavit: quod ipsi duces Austriae cum magna difficultate concesserunt etc.* In Ch. concessionis ibid. legitur *super caput Binerae*, etc. vbi *caput*, pileum, interpretatur Carpentarius.

BIDRIPA, idem ac *Bederipes*. Vetus Charta an. 7. Ricardi I. laudata a Spelmanno: *Debent 2. sol. annuatim Abbatissae et Conuentui, - - pro tribus araturis et vna bidripa, quae vocatur linghidripe, quae ab eo exigebatur, saluis 2. bidripis quibus idem Willelmus faciet ad cibum Abbatissae prima vice cum omnibus hominibus de hospitio suo, et terrae suae operantibus, secunda cum vno solo homine.*

† BIDVALES NVNDINAE, quae per biduum habentur. Ch. a. 1195. inter Instrum. t. 11. Gall. Christ. p. 141.

BIDVANA. (1) Bidui jeiunium, vt *Triduana*, tridui. Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 136. *Et biduanas omnes faciunt tam Episcopi, Manachi, et Monachae, quam Canonici, etc.* Decretale precum Episcopor. a. 779. *Et faciant biduanas, atque eorum homines in eorum castris, etc.* (2) Biduum ante Pascha, in Missali Gothico pag. 333. *Incipiunt orationes in biduana.* Pag. 324. *Item orationes in biduana in die sabbati ad Se*, f. Sextam; et in Missali Gallicano veteri pag. 461. *Item orationes in Coena Domini, siue in biduana.* Mox: *Item orationes in biduana.*

BIDVBIVM. Vita S. Leufredi c. 21. *Illud autem ferramentum vocant rustici bidubium, quod a quibusdam falcastrum vocatur, quod in falcis similitudine curuum sit.* Canones Hibern. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 13. *Si quis - - aut de fuste, aut de securi bidubioque cultello interfectus fuerit.* V. *Falcastrum*.

BIDVINI, V. *Beduini*.

BIDVLLANEVS, an pro *Betullaneus*, seu *Betulaceus*, a Betula? Acta SS. Iulii to. 2. pag. 126. in Vita S. Vldarici: *Qui ambulans inde concidit sibi baculum de ligno bidullaneo.*

BIEGNIVM, V. *Biennium*.

† BIEVM, Gall. *Biez*, idem ac *Beyum*, molendini alueus. Consuet. Normann. c. 26. V. *Bedum*.

BIEN, idem quod mox *Biennium*. Charta Theobaldi Comitis Blesens. de Conuentionibus factis inter Raherium Vicecomitem S. Florentini et Geruasium Abbatem S. Germani Autissiod. an. 1147. *Omnes homines S. Germani, qui sunt de potestate de Villari debent Viceconiti semel in anno per tres dies bien, et illi qui boues habent carretum et per tres dies corueadum, etc.*

BIENNABILIS, *Biennis* obnoxius, *Biennables*, in Consuetud. Castelli noui in Biturig. art. 4. V. *Biennium*.

BIENNARIVS, qui *Biennium* praestat, in Ch. a. 1265. ex Tabular. San-Dion. V. *Biennium*.

BIENNIVM. (1) Pro alueo molendini, V. *Bidaem.* (2) Alia notione V. in *Biennum.*

BIENNVM, BIANNVM, BIENNIVM, BIDANNVM, etc. *Bienna* definiuntur in Conſuetudine Pictauenſi art. 99. *Coruées tant d'hommes que de beſtes, Cornatae* tam hominum quam jumentorum. *Bialns,* in Conſuetud. Andegav. art. 499. Santonenſi art. 131. 132. Inculismenſi art. 22. *Biens,* in Pictav. art. 102. 190. Angeriacenſi art. 131. 132. et Cſtelletenſi art. 44 5. *Bans-Arbus,* in Marchenſi art. 499. *Le bien,* in Charta Mauritii de Bellauilla Dom. Garnſchiae a. 1265. *Habent etiam le bien ad vindemias faciendas quamdiu durauerint.* Infra: *Biennum ad ligna ad portandum in Natali Domini, et hoc ſemel.* Charta Archembaldi D. Soliaci an. 1150. *Pacem inter ſe ea lege fecerunt, quod Milites facient ei per homines ſuos octo dies de bienno in anno 4. in Februario in aiis* (hayes) *faciendis, et 4. in Maio in foſſetis. Et ſi in duobus terminis de bieno requiſitio facta non fuerit, vsque ad alterum annum non reſpondebunt ei.* BIANIVM, apud Stephanot. Antiq. Pictav. MS. tom. 3. pag. 484. *Retinuit bianium ruſticorum ad caſtrum Luciacum et ad conducendas ſuas annonas, inde vilde ſui anteceſſores conduxerunt.* BIANNVM. Charta Hugonis Comitis Marchiae an. 1270. in Tabul. S. Hilarii Pictav. In Tabulario Burgulenſi ch. 60. *Biannum ad reficiendum foſſata caſtri de Marauento.* Liber Chirographorum Abſiae fol. 21. *Adiutorium bonum et quadrigarum ſuarum quod biannum vocatur, ſicut alii homines noſtri nobis faciem.* Stephanot. Antiq. Pictav. MSS. to. 4. pag. 408. ex Charta anni 1232. *Expeditionem quoque et exercitum., biannum, bosquetallum, in quibus teneri mihi eosdem homines proponebam.* BIANVM, in Charta a. 1192. apud Marten. t. 1. Anecd. col. 649. Idem occurrit in Charta an. 1277. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Benedict. Pictav. MS. pag. 927. BIAS. Tabular. S. Eparchii Inculiſm. fol. 37. 38. BIDAMIVM. Chartular. S. Cypriani Pictav. fol. 110. BIDANNVM, in Literis fundationis Abb. Omn. SS. Andegav. an. 1408. BIEGNIVM. Charta a. 1258. apud Thomaſſerium Conſuetud. Bituric. pag. 156. *Nullus eorum reddet nobis vel haeredibus ſeu ſucceſſoribus noſtris dominis Caſtri-noui biegnium ſeu coruatam.* BIENNIVM. Tabularium S. Hilarii M. Pictauens. Vide Probat. Hiſt. Caſtilionenſis p. 53. Thomaſſerium in Conſuet. Bituric. lib. 1. c. 61. 63. 68. etc. BIENNVS. Charta Ludouici Comitis Bleſens. et Claromont. pro Monaſterio Bonae-vallis an. 1198. ex Archivo eiusdem loci. BIENNVM. Charta Archembaldi domini de Soliaco apud Thomaſſerium Conſuetud. Bitur. pag. 714. BIBENNIVM, in Charta an. 1283. ex Tabul. San-Dion. † BIANNIVM, in Ch. an. 1098. inter Probat. Sabol. p. 359. † BIANNVS, in Ch. Mſ. a. 1227. † BIDANNIVM, in Ch. Alani III. duc. Brit. t. 1. Probat. Hiſt. p. 373. Has porro voces omnes effictus eſſe conſtat a *Bannum,* quod qui tenerentur ad eiusmodi *cornatas et manoperas,* proclamatione et *banno* ſolemni ad eas praeſtandas euocarentur. Quod quidem etymon quamuis a vero minime abhorret exiſtimet D. de Lauriere, coniecturam nihilominus D. Heuini eadem hac de re haud praetermittendam cenſet; eiusmodi ſcilicet *cornatam* ſic dici, quod a ſubditis in colligendis terrae fructibus (quod Gallice dicunt *les biens de la terre*) potiſſimum debeatur. *Biennia* vero ſeu *Bibennia* appellata opinatur Gallandus *quod bis in anno praeſtarentur, niſi aliud conuenisſet.* BIENNVS, V. in *Biennum.*

BIENVM, V. ibid.

† BIERA, potionis genus, Germ. Bier, quae tamen a ceruiſia diſtingui videtur, in Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1532. *Cum cemeteriis et braſſatoribus praeceptum fieri feciſſent ſex lotos, Gallice lots, bierae, ceruiſiae, biermardi* (infra briemardi) *aut alterius brunagii, Gallice biere, ceruoiſe ou autre brunage, pro quo braſſinc*

ſino brunagiorum praedictorum - - ſoluendi etc.

BIERES, *biremes*, apud Anaſtaſium in Hiſt. Eccl. pag. 111. vbi Theophanes *δικρότους* habet.

BIERIA, V. *Beria*.

BIERMARDVM, V. *Biera* et *Briemardum*.

† BIERTIA, locus humilis, paludoſus, idem ac *Baiſſa*. Ch. an. 1308. inter Inſtr. t. 10. Gall. Chriſt. pag. 143. *Item quoddam pratum ſitum in biertia, ſiue in ciſternis*. V. *Bex* 2.

BIERVM, ſeu *Bieum*, alueus aquae, cuius impulſu verſatur rota molendini, Gall. *Bié*. Charta Communiae S. Quintini Viromand. a. 1235. e Chartulario Monaſterii S. Quintini in Inſula pag. 157. V. *Bedum* et *Vierus*.

BIEZIVM, eadem notione ac *Bierum*. Litterae Odonis primogeniti Ducis Burgundiae an. 1265. in Chartulario vrbis Autiſſiod. fol. 39. V. *Becium* in *Bedum*.

† BIFACIARE MISSAS, duas miſſas ſub vno canone celebrare. Concil. Pariſ. a. 1212. apud Marten. t. 7. Collect. ampl. pag. 98. V. eumdem Marten. l. 1. de Ant. eccl. Rit. c. 3. art. 2. n. 20. Hinc BIFHATAE MISSAE apud Phib. de Greue ſerm. 91. in Pſalter. V. *Miſſae bifaciatae*.

BIFACIATVS, qui binas pluresue facies habet. V. *Miſſae Bifaciatae* in *Miſſa*, Sacrificium.

† BIFACIES, artificium diſſimulandi. Epiſt. Ioan. de Varen. apud Marten. t. 7. Collect. Ampl p. 563.

BIFACIVS, V. *Bifax*.

BIFANG, BIFANGVM, ambitus, ſeptum. (*) Vox German. Bifang, a befangen, ambire. V. Lexic. Germ. Friſchii h. v.) Traditiones Fuld. lib. 1. pag. 455. *Praeter vnam ariale, et 1. huobam, et vnum ambitum, quem nos bifang appellamus*. Et l. 2. trad. 43. *Extra illum caeptum, id eſt bifang*. Praeceptum Lotharii Regis an. 856. apud Martenium Ampliſſ. Collect. tom. 1. col. 146. D. *Nec non et mancipia vtriusque ſexus idem pertinentia* (trado,) *nec non et bifangum, qui vocatur Abuchefcheit, et Afterwaſcheit, etc.* Ibidem col. 178. A. in altero eiusdem Lotharii Praecepto: *In commarca ipſius villae bifangum vnum, vbi poſſint aedificare manſa centum*.

BIFARICALIS SCRIPTVRA, genus ſcripturae. V. *Scriptura*.

† BIFARIVS. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7646. *Bifarii, id eſt eloquentes. Bifarius, biformis*. V. *Bifax*.

BIFAX. Gloſſae Iſidori: *Bifax, duos habens ori tutus*. Gloſſ. Lat. Gr. *Bifax, δίκροσος, δικρόσωπος, δίτυς*. Cummianus Hibernus de Controuerſia Paſchali. BEFAX, BEFARIVS, BIFACIVS. Papias: *Befax, mendax, befarius, bilinguis*. Idem: *Bilinguis, fallax, bifarius, vel duas linguas habens*. Vet. Gloſſ. San-German. n. 561. *Biſtrius, bilinguis*. Commodianus Inſtruct. 24.

Quid in Synagoga decurris ad bifarios.

Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in Chron. aera 772.

BIFERA, Papiae *ſecunda coniux*. Sic etiam in vet. Gloſſ. San-German. n. 501. Rectius in Gloſſ. Iſid. *bimira*. Idem Papias: *Biniria, ſecunda coniux. Biniram* vocat Hieronymus quae bis nupſit, vel multinubam.

BIFESTVS. Vtitur Prudentius.

† BIFFA. (1) Panni ſpecies, Gallis etiam *Bife* et *Biffe*. Comput. Mſ. a. 1239. *Pro Biffis emptis - - ad veſtiendas feminas reginae*. (2) Machina jaculatoria et lithobola, cuius meminit Aegid. Roman. de Regim. Princ. l. 3. c. 18. *Aliud genus machinarum habet contrapondus mobiliter adhaerens circa flagellum, vel circa virgam ipſius machinae, vertens ſe circa huiusmodi virgam. Et hoc genus machinae Romani oppugnatores appellauerunt Biffam*. Haec ex Lex. milit. Car. de Aquino.

† BIFFRONS, pro *Bifrons*. V. *Effrons*.

BIFINIVM, *lacus vel diuiſio inter duos fines*. Ioanni de Ianua.

BIFLE, pro *Buffle*, corium feri bouis apud Madox in Formulari Anglic. pag. 423. *Supertunicam de biſle dominae Luciae*. † Legendum videtur *Biffe*. V. *Biffa* 1.

BIFVL-

BIFVLCVS, V. *Befalcus.*

† BIFVRCARI, in duas partes diuidi. Ch. Thom. de Fontanis a. 1222. Mſ. *Prope locum, vbi illa ſemita bifurcatur.*

BIFVRCATI CANONICI. Ita Canonicos appellabat Wicleffus haereticus in Trialogo art. 20. ex eorum pileis, quos Galli *Bonnets carrez* dicunt de quibus agimus alibi.

BIFVRCVM. Fragm. Petronii: *Paene animam ebullini, ſudor mihi per bifurcum volabat; oculi mortui, etc.* Frons.

BIGA. (1) Vehiculum duabus conſtans rotis. Beda lib. de Orthogr. *Bigae et trigae et quadrigae pluraliter efferuntur. Sed in noſtrorum literis ſcriptorum bigam inuenimus et quadrigam.* Stephanus Tornacenſis Epiſt. 228. *Bigam autem ſeu birotum mittere noluimus, quia fortaſſis oneri non ſufficeret.* (2) Vox Hiſpan. trabs, tignum. Fori Oſcae an. 1247. *Si per homines ſeruitii, ſine ſigni Regis, in murum villae tigna ſint immiſſa, quae tigna bigae apud Aragones appellantur, etc. Alibi villana debet habere per ſuas dotes vnam domum coopertam, in qua ſint 12. bigae.* Charta an. 1242. apud Baluzium in Notis ad Concilia Narbonenſia. (3) † Menſa in qua piſces venales exponuntur. Pactum Mſ. a. 1185. *Stalli in foro et bigae piſcium per judicem - - ſtatui debent et locari.*

† BIGACIA, veſtis ornamentum et praecipue manicarum. Stat. capit. Bened. a. 1379. *Quod nullus monachus - - capucia cum cornetis, manicas cum bigaciis, vel nodis, aut bonlonnis - - portare praeſumat.*

BIGAMI, qui eodem tempore plures habent vxores, in ſtatutis Willelmi Regis Scotiae cap. 11. §. 6. vbi recenſentur inter infames, et eos qui ad accuſationem vel teſtimonium non admittuntur. Adde ſtatuta Eduardi III. cap. 2. et Eduardi VI. c. 12. † Martini Vocabul. Iuris canon. Mſ. *Bigamus* dicitur, qui contrahit ſiue de facta, ſiue de jure cum vidua vel corrupta. *Item bigamus dicitur religioſus vel monachus, qui caſtitatem promiſſam violat.*

† BIGARE, biga ſeu carro vehere. *Ius bigandi*, id eſt ducendi decimam ad horreum *decimatoris.* V. *Caria.* Ch. Mſ. a. 1255.

† BIGARIA, pannus villoſus et vilis, idem quod *Bigera.* Ch. Ioan. Com. Carnot.

† BIGARRIVS. REDDITVS BIGARRIVS, qui a *bigaris* praeſtatur, in Ch. Mſ. Phil. V. a. 1317.

BIGARIVS, qui *bigas* regit, apud Rymer. to. 9. p. 261. V. *Bolonae.*

BIGARVS. Regeſtum Philippi Aug. Herouualliānum f. 173. *Dominus Rex poteſt ponere in foreſta bigaros ſuos, cum voluerit, et quos voluerit. Et cum D. Rex ponet ſuos bigaros, Abbas Lirae ponet tres, et Heremitae deſerti vnum, etc.* Supra *Bigres* dicuntur, vt et in Regeſto Normanniae ſign. P. in Camera Comput. Pariſ. *Sanctus Laurentius de Lyons furcam* (habet) *ad hoſpitandum, et brancas ad ardendum, et feſtum ad hoſpitandum; et ideo ſeruare debet porcos Regis, vel reddere 4. ſolidos, et quaerere les bigres.* In Geſtis Conſulum Andegauenſium cap. 1. legimus Britones Armoricos *Bigrias* appellaſſe, quos Franci *Birſarios* ſeu Venatores. V. *Bigrus.*

BIGATA, quantum vna *biga* vehi poteſt. *Bigata vini* in Ch. an. 1210. apud Hemer. in Auguſta Viron. p. 196. *Bigata arborum* in Sentent. abbatis S. Baſoli a. 1204. *Bigata lignorum*, in Chartul. Aquicinct.

BIGEMMEVS ANNVLVS, in Epiſt. Valeriani, apud Trebellium in Claudio, duabus gemmis inſignis.

BIGENS, Papiae, *duabus gentibus natus.* Addit Vgurio, *ſicut ex patre Tuſco et matre Franca, bigenera animalia dixit* Varro.

BIGERA, BIGERRIGA, BIGERRICA, BIHERRICA. Papias MS. *Bigera veſtis ruffa, id eſt, valua, quae et bilis dicitur.* Alius MS. *Bigera veſtis ſuffa, id eſt, valua, etc.* Editus, *veſtis ſuffa, id eſt, valua, etc.* Alibi: *Bicerua, veſtis fulua.* Gloſſ. Iſid. *Bigera veſtis, guſa, villata.* Gloſſ. San-German. MS. n. 501. *Biger-*

† BILOTVS, pro *Bilochus*, vt habet Cangius, in Ch. eiusdem Andreae reg. Hung. a. 1331. apud Cencium inter Cenſ. eccl. Rom. *Bilochii* vel *Biloti* iidem videntur ac *Baillivi*.

BILVVS, morbus beſtiarum, in Gloſſis Iſid. ſed mendoſe, vt jam dictum eſt in *Bellus*.

BILYCHNIS LVCERNA, cuius duplex eſt ellychnium, V. *Bimixus*.

BIMANIS. Ermenricus in Vita S. Soli cap. 4. *Flumen - - piſcibus copioſum, et maxime bimanes caneros ebullientes, nanalique mercimonio aptum.* Cangius mauult, *Bimares, Eſcrenteſes*.

BIMARE, *duplicare, diſputare*. Idem Papias MS. V. *Bimatus*.

BIMAREVS, *ſecundus maritus*. Idem Papias MS. cum Gloſſario itidem MS. Montis S. Eligii Atrebat. V. *Bimarius*.

BIMARITVS, qui bis coniugium iniit, apud S. Hieronymum lib. 1. in Ruffinum ſub finem. In Gloſſis Iſid. *Bimarius, iterum maritus*, in vet. Gloſſ. San-German. num. 501. *Bimaritus, ſecundus maritus*, rectius forte, *ſecundo*.

BIMATVS, *duplicatus*. Vet. Gloſſ. San-German. MS. num. 501. V. *Bimare*.

BIMIXTAE LVCERNAE, apud Muratorium to. 3. pag. 245. col. 2. ex Anaſtaſio de Vitis Roman. Pontif. *Fecit et ceroſtata de argento maiora - - in quibus ſedent lucernae Bimixtae de argento puriſſimo, lucentes juxta altare maius*. Sed legendum *Bimixae*, quod idem eſt ac *Bilychnis*. V. mox.

BIMIXVS, eadem notione. Anaſtaſ. in Leone III: *Fecit lucernas fuſiles bimixas duas ex argento*. In Leone IV. *Lucernam bimyxin. Lucerna bilychnis* in Fragm. Petronii. V. *Myxus*.

BINA. (1) *Binorum et ternorum illatio*, tributi ſpecies, apud Senatorem lib. 3. Epiſt. 8. lib. 7. Epiſt. 20. 21. 22. de qua plene in voce *Tertia*. (2) † Locus tectus, vbi mercatores merces ſuas venum exponunt, Germ. Bühne, Bude. Pact. a. 1198. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 889. Aliud a. 1208. ibid. p. 873. Ch. a. 1212. ibid. t. 4. p. 711.

BINAE, TERNAE, nempe denuntiationes, admonitiones; voces crebrae in donationibus ad *complantum ſeu ad medium plantum*. Charta an. 1003. in Tabulario Eccleſiae Viennenſis fol. 49. *Tali conditione praeſtatas res quae hic memorantur, Dominus Pontifex* (Burchardus Archiepiſc.) *fratresque praefati Bertranni et vxori eius concedunt, vt ſi ipſi vendere voluerint, praedictos rectores S. Mauricii per binas et ternas admoneant*.

† BINAGIVM, praeſtationis ſpecies, ſic forte dicta, quod praeſtaretur vice ſeruitii, quo ſubditi terras dominorum ſuorum ſecundo proſcindere tenebantur. Ch. Mſ. a. 1311. V. *Binalia*.

BINAILLIA, eadem notione qua *Binalia*. Charta an. 1200. ex Tabul. B. M. de Argentolio: *In jaſcheriis, in marcio, in binaillis*.

BINALIA, cum terra rurſum proſcinditur, araur. Tabular. Foſſatenſe: *Habet corneias 8. diebus per annum: videlicet de quolibet animali trahensi, cuiuscunque ſit generis, in jacheriis duobus diebus, in binalibus totidem, in marteſchiis vno die, et in vindemiis vno die*. Polypticus Foſſatenſis: *Facit ab hibernaticum corbadas 3. ad vinalia 3. ad tramiſſum 3*.

BINALIS, geminus. Vita S. Columbae Abb. to. 2. Iunii p. 215.

BINARE. (1) Agrum ſecundo proſcindere, vineam iterum fodere, Gall. *Biner*. Hugo Victorinus Serm. XV. Chartul. Eccleſiae Autiſſiod. fol. 108. ad an. 1270. *Quam vineam circumfodient, taillabunt, paiſſelabunt, fodient et binabunt*. (2) † Societatem cum aliquo inire, focium ſibi adiungere. Dialog. creatur. dial 10. *Nullus debet ſe binare cum contrario neque ſtare*.

BINATIM, bini, duo ſimul. Murator. to. 3. p 143. col. 1.

BINCINA, V. *Burina*.

BINDAE, Gall. *Bendes*, Germ. Binden, inſtitae, limbi, faſciae. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Lunula, Bend*. Saxonibus, *bindan*, eſt *ligare*. S. Franciſcus in Regula Terriarior. c. 3. de Sororibus: *Bindis et ligaturis ſericis non utantur*. Acta SS. Iunii to. 2

p. 733. *Et bindam ſanguine tinctam ſuper oculos vnius ſociorum ligantes.* V. *Hoſobindae.*

† BINDARE OCVLOS, velo tegere, obnubere, Ital. *Bendare*, Gall. *Bander*, Germ. verbinden. Bareleta ſerm. in die Paraſcev.

† BINDEN, Belgis *Bind*, Germ. Band, trabs transuerſa. Teloneum S. Bertini: *Carteia binden quae huc ducuntur ad vendendum.*

BINEA, pro vinea, in veteri Epigraphe apud Muratpr. tom. 3. p. 87.

BINEARIVM. Charta Roberti Regis Franc. an. 1028. in Hiſt. Caſtrouillan. pag. 5. *In ſuburbio etiam Nouigenti 7. areae hoſpitum cum ſuis arpennis, et decem arpenni, et dimidium bineatii.* Forte *bunuarii*, vel *vinearii*. † *Vinearium* ex authentico reſtituendum eſſe monent auctores Tract. noui de re diplom. t. 5. p. 771.

† BINEMIA, vindemia. Ch. a. 1221. t. 1. Hiſt. Caſſin. p. 317.

BINGANA, *id eſt jugera.* Papias MS.

BINIES, pro bis, apud Nicolaum Lanckmannum de Valckenſtein in Hiſt. Deſponſationis Friderici III. Imper. cum Leonora Portugalliae Infantiſſa.

BINIO, nummus duplex, *Dinummium*, nummus duplicis formae ac aeſtimationis. Gloſſ. Lat. Graec. *Binio, δίγραμμα. Biniones, δηνάριοι.* Occurrit apud Hegeſippum l. 3. Ita *formas binarias et ternarias*, dixit Lampridius in Alexandro, nummos binis et trinis aureis valentes.

BINNA, (*) laquear, tabularum ſupremum, Germ. Boden, Bühne, Saxon. Bön, non praeſepe, vti Cangius verterat.) Monaſt. Angl. to. 2. p. 158. *Illud quod ſurſum inuentum fuerit in binna, in molendinis meis.* Will. Thorn. an. 1263. *Ad granarium dicti manerii dictum bladum portabunt, et extra binnam, ſuper eorum tenentium proprium, panuum menſurabunt, et totidem menſuras - - perſoluent.*

† BINNVM, tributi ſpecies, idem, vt videtur ac *Binale*. Ch. a. 1086. in append. ad Marc. Hiſpan. p. 1179. *Concedimus - - omne Binnum, quod cenſualiter juſte et iuſte habemus - - de villa Aniano, videlicet quod plebeico more vocatur Betage.* Si huius vltimae voeis vim attendas, ſeruitium eſt, quod cum carro et equis praeſtabatur. V. *Beſtagium.*

BINOMIVS, BYNOMIVS, *cui geminum eſt nomen*, Feſto. Vide Goclenium in Lexico Philoſoph. p. 272. Herigerus Lobienſis de Vita S. Vrſmari Abbatis: *Fertur enim quia poſt baptiſma binomius eſſet.* Adde Silueſtrum Girald. in Topogr. Hibern. diſt. 3. c. 38. Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. p. 150.

† BINOTA, ligo, marra, inſtrumentum ruſticum, quo terra ſecunda paſtinatur. Lit. remiſſ. a. 1394. Gall. olim *Binoir.*

† BIOCHVS, truncus, ramus craſſior, idem ac *Billia*. Stat. Montis-reg. p. 319. *Biochos, ſiue truncus.* Germ. Block.

BIOCOLYTAE, vox mediae Graecitatis, vti videre potes apud Cangium in ſuo huius Gloſſar. Qui in Prouinciis vim et proteruiam militum compeſcebant. V. *Latrunculator.*

BIOGRAPHVS, vitarum ſcriptor, a Graeco *βιογράφος*. Chriſtophori Mulleri Introduct. in Hiſt. Canonic. Sand-Hippolyt. apud Raimund. Duellium Miſcellan. l. 1. p. 305.

† BIOLLA, arboris ſpecies, Delphinat. *Bioule.* Stat. Montis-reg. pag. 232. *Statutum eſt quod aliqua perſona, quae cuſtodit capras, non poſſit - - incidere aliquod lignum viride in aliqua parte de ranore, ſapo, caſtanea, biolla* etc.

BIORDARE, V. *Bohordicum.*

BIOTENATVS, vt mox *Biothanatus.* Paulus Diac. in Vitis Patrum Emeritenſium cap. 12.

BIOTHANATI, Graec. *βιοθάνατοι.* (1) Vulgo dicuntur qui mortem ſibi ipſis conſciſcunt, aut qui violenta morte pereunt, vt apud Firmicum paſſim, Lampridium in Heliogabalo, Tertullianum lib. de Anima, Lucianum in Philopſeud. Theophanem pag. 353. Orderic. Vitalem lib. 18. (2) Praeſertim vero ab ethni-

ethnicis Chriſtiani ita appellati, quod vltro et ſponte ſe morti exponerent, et violenta morte e vita excederent, dum martyrium ambiebant: quod docent Acta Getulii et ſocior. Martyrum. Acta S. Babylae Mart. num. 2. Acta S. Neſtoris Epiſc. Martyr. cap. 2. Acta SS. Martyrum Tharaci et ſocior. apud Baron. ann. 290. num. 10. Paſſio SS. Seraphicae et Salinae num. 9. apud Baluzium, Paulus Diaconus Emeritenſis in S. Maſona Epiſcopo Emerit. cap. 9. Martyrologium Bedae vbi de S. Getulio, etc. (3) BIOTHANATOS etiam appellarunt recentiores damnatos ac furciferos, et qui violenta morte perire merebantur. Charta Silonis Regis Oueti et Prauiae an. Ch. 777. apud Sandouallium: *Dolet me quod hic ſic miſerabiliter vitam tranſactis, et habeo magnam de vos compaſſionem, quod tanta mala ſufferatis inter iſtos biothanatos Saracenos, etc.* Belaſcus, vetus ſcriptor, apud Suritam in Indice Rer. Aragon. aera 964. de Sancio Abarca Rege Nauarrae: *Dehinc expulſis omnibus biotenatis viceſimo regni ſui anno migrauit a ſeculo.*

BIPEDILE, machinae iaculatoriae ſpecies duobus pedibus innixa. Hiſt. MS. de Excidio Acconis: *Et ipſis ſic diſperſis cum bipedilibus et communibus baleis quarellorum multitudinem emittentes.* † Car. de Aquino legendum ſuſpicatur *bipedalibus*, vt intelligantur *balcae* jaculatoriae, de quibus ibi agitur, fuiſſe bipedales.

BIPENNVM, biſacutum, Iano Vlitio ad Grarii Cynegeticum. *Bipennis* ſubſtantiue et adiectiue ſumi a Latinis et eadem notione nemo eſt qui neſciat.

BIPERT, *in duas partes diuidit.* Vetus Gloſſ. San-Germ. num. 501. Latini dicunt *Bipartiri.*

BIPERTATOR, ſimili notione, apud Rymer. tom. 1. *Cum Dominus dicat per Malachiam prophetam ſe non habere decimare antequam meſſores vel bipertatores vel terragitores partes ſuas non decimatas receperint.*

BIPERTIJOCVS, V. *locus partitus.*

BIPES, forceps, Germ. Scheere. Boncompagnus de Obſidione Anconae cap. 4. apud Murator. to. 6. col. 931.

BIPHARIA, i. e. bis nupta. Vocabul. Iuris vtriusque; eſt pro *Bivira* vel vel *Bivira*, quae duos viros habuit, vel habet. V. *Bifera.*

BIPHATAE MISSAE, V. *Bifaciatae.*

BIPLEX. Gloſſ. Graec. Lat. Διπλᾶς, *biplex, duplex.* Gloſſae Iſidori: *Biplex, Biplicitas, alterplicitas.* Gloſſ. MS. Regium: *Bilices, duplices.* At aliud eſt *bilex* in Gloſſis Lat. Graec. vbi exponitur δίμιτος. Infra: *Billices, δίμιτυχοι, Bilex, δίμιτιον.* V. *Trilices*, et *Bibleis.*

BIRALL, lapidis genus. Teſtam. Rotherami Eborac. Epiſcopi an. 1498. in Lib. nigro Scaccarii pag. 673. *Item vnum paxbred deauretum cum vno birall in medio - - Item dedi eis vnam crucem deauratam, ſtantem ſuper magnum lapidem de birall.* † Vide an non idem ſit ac *Bericlus.* V. *Birreta.*

BIRCVS, *voluntas vitalis.* Papias.

BIRETINVS. Conſtitut. Cardinal. de Mendoſa c. 10. to. 4. Concil. p. 28. *Audiuimus, quod plures eccleſiaſtici - - incedunt inhoneſte et indecenter, geſtantes parnas coronas - - cum palliis brenibus et apertis, et ſine biretinis.* Dubitari poteſt an pro *Birrus*, vel pro *Birretum* hic accipienda ſit vox *Biretinus.*

BIRETTVM, V. *Birretum.*

BIRLA, eccleſia. Chartular. Matiscon. fol. 9ᵛᵒ. an. circiter 1000. *Concedo ad ſupradictam birlam Dei.* Qui poteſt dici originem huius vocis An per abbreuiationem *Birla* ſcribi aut legi potuit pro *Baſilica*?

BIRLAW, V. *Bilage* et *Burlawa.*

BIRMANDVS, monetae minutioris ſpecies apud Leodienſes, vulgo *Birmanne.* Vide Magnum Recordum Leodienſe pag. 38. 126. *) Eadem moneta, quae vulgo Petermännchen appellatur, quia effigie S. Petri inſignita eſt.

BIRONATVS, terebratus, foratus. Statura Maſſil. pag. 395. *Quod omnes bodii botarum ſine vegetum, quae vendentur de caetero in Maſſilia a dictis*

boteriis fint birenati, et quod gargaillus fit cairatus. Hiſp. *Barrenar*, German. bohren, terebrare.

BIRÓNERIVS, vox Occitana, qui facit aut vendit terebras, Bohrſchmid. Legitur in Catalogo MS. Sodalium Confraternitatis Natiuitatis B. M. Virginis anno 1328. inſtitutae in Eccleſia B. M. Deauratae Toloſanae.

BIROTA, vehiculum duabus rotis conſtans. Annal. Benedict. to. 5. p. 505. V. *Birotum.*

BIROTERA, onus biroti, Gall. *Brouettée.* Charta ann. 1205. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 389. *Concedo dictae Abbatiae vnam birotecam brandae ſeu bruciae ad vſum furni ſui ſingulis ſeptimanis capiendam.*

BIROTVM, idem ac *Birota. Birotum carpentum* in Miracul. S. Waldeberti Abbat. Luxouienſis num. 20. Chronicon Mauriniacenſe lib. 1. *Cum nimio tibiarum dolore laboraret - - eo vehiculo quod vulgo birotum dicitur circumferri non erubuit.* Stephanus Tornacenſis Epiſt. 228. *Bigam autem ſeu birotum mittere noluimus, quia fortaſſis aut oneri non ſufficeret, aut in paludibus eliueſis declinando in alteram partem ſeſe cum ſarcina inuerſaret.* Occurrit praeterea apud Adon. et Vſuard. 11. Mart. et in Cod. Theod. leg. 2. et 5. de Curioſis leg. 8. et 9. de Curſu publ. *Brouëte*, Gallis.

† BIRRA, inſtrumentum piſcandi, naſſae ſpecies. Gall. *Bire.* Ch. Mſ. an. 1267. *Piſcatio ad nauem, ſiletum, birram, etc.*

BIRRATVS. (1) *Birro indutus*, Ioanni de Ianua. V. Matth. Villan. l. 9. c. 30. (2) *Birrata*, in Prouinciali Cantuar. eccleſ. l. 3. tit. 1. Vbi Lindwodus *veſtes birratas ſtiffas ſine diuiſis aut complicatas*, interpretatur. (3) BIRRATI, dicti monachi Carmelitae a *Birratis*, ſeu palliis radiatis, apud Walſingham. pag. 49. et Henr. Knygthon. l. 3. c. 1. Vide Act. SS. ad 8. Apr. p. 799. et *Barvati fratres.*

† BIRRECTVM, idem ac *Birretum* in Conuent. Saonae a. 1526.

BIRRETA. (1) Veſtis *birrata.* Capitul. Ciſterc. an. 1427. apud Marten. tom. 4. Anecd. p. 1577. (2) † Lapidis genus, forte idem ac ſupra *Bericlus.* Inuent. S. Capellae Pariſ. a. 1376. *Quoddam ſanctuarium in quo deficit vna birreta.*

† BIRRETATIO, caeremonia, qua *licentiatus* birreto doctorali donatur. *Ius birretationis* apud Boulaeum Hiſt. Vniuerſ. Pariſ. to. 2. p. 685. et to. 5. p. 858.

BIRRETVM, capitium, capitis tegmen, lineum tenue, ſtrictum forma ipſius capitis, Pontificum proprium fuit. Bulla Bonifacii VIII. PP. *Illudque* (Beneficium Eccleſiaſt.) *eidem Thomae conſulimus, ac non de ipſo per noſtrum birretum praeſentialiter inueſtimus.* Eadem verba habentur in Diplomate Roberti Cantuarienſis Archiepiſcopi apud Will. Thorn. p. 1969. Tradunt Chron. S. Martialis an. 1317. et Appendix ad Bernardum Guidonem, degradatum fuiſſe a Ioanne XXII. PP. Hugonem Cadurcenſem Epiſcopum, ablatis Pontificialibus inſignibus, *videlicet annulo atque mitra, et cappa, cum Romana camiſia et birreto.* BIRRETVM fuit etiam Doctorum. Nicolaus de Clemengis lib. de Studio Theologico; *Non cappa quippe doctorem facit, non birreti magiſtralis impoſitio, non cathedra ſublimior, aut locus ſuperior.* At Italis commune fuit omnibus capitis tegmen. Academicis Cruſcanis *Berreta* ſic definitur: *Copertura del capo, diuerſa dal capello, che ſi fa in varie foggie, e di diuerſi drappi.* A *birrus* vox deducenda videtur; nam vt *birrus* vel *birrum* veſtem qua corpus tegitur; ita *birretum*, eam veſtis partem, quae caput tegit, ſignificat: eſt enim diminutiuum a *birrus.* Vide Io. Villaneum lib. 6. cap. 71. Erat vero *Birretum* interius capitis tegmen, in ſuper capitium *cappae* diſpoſitum vt nonnihil ſuper humeros deſſueret. Statuta Eccleſ. Aquenſis MSS. ann. 1260. *Cum chorum intrauerint Canonici clerici, et alii chorum frequentantes amoto caputio capae, almuſia ſine merlino et birreto toto*, etc. Ibid.

Tem-

Tempore autem illo quæ cappam gestabant, poterunt portare ſe ſubtus birretum, aut almuſſiam de panno. BIRRETVM. Michas Madius cap. 25. BIRETTVM, apud Rymer. tom. 8. p. 117. col. 1. *Et quatuor duodenas birettorum. Qui quidem mitra, ciphi, ewer, cultelli et biretta, valorem centum et quinque librarum non excedunt.* An hic capitia poſſint intelligi, an non potius intelligenda ſint vaſcula, Gall. *Burettes*, judicet prudens lector. Agitur in laudato loco de jocalibus Epiſcopi.

BIRRIA. Archithrenius lib. 3. cap. 4.

Nudus in annoſo tunicæ ſqualore miniſtrat
Geta dapes, dum vile meri libamen in vrbe
Birria venatur, pretio veſtitus eodem
Muricis eiusdem, etc.

Idem lib. 4. cap. 14.

- - - - Nunquam
Birria ſufficeret, vbi defeciſſet Homerus.

Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613. *Birria, viriliter agens, b in u conuerſa.*

† BIRROSVS, *birro* veſtitus. Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Birratus, birroſus, qui eſt veſtu de burreau.*

BIRRVARIVS, apparitor. Concil. Hipal. a. 1512. V. *Berrocrii.*

BIRRVS. Huius vocis variae et profſus diuerſae recenſentur notiones. (1) Olim vero et priſcis Latinis *Birrus*, ſeu *Burrus*, color fuit rufus. Feſtus: *Burrum antiqui, quod nunc dicimus Rufum.* Gloſſae veteres: Βυῤῥόν, ξανθὸν, καὶ πυῤῥόν. Scholiaſtes Iuuenal. Sat. 1. *Quod Graeci coccum, Latini veteres birrum appellant.* Gloſſae Iſidori: *Birrus rufus. Lacerna burra*, in Actis S. Cypriani Mart. (2) *Birrus* praeterea ſumitur pro quauis veſte, tunica, chlamyde. Papias: *Birrus, a Graeco ſit, veſtis, amphiballus villoſus.* Acta SS. Benedict. Saec. 2. p. 105. in Vita S. Deicoli: *Ipſe vero vepote de itinere laſſus, antequam feſſum pergeret, birrum ſuum, quem Graeci amphiballum vocant, deponere voluit cauſa refrigerandi.* Martianus Capella lib. 4. *Vniuocum eſt, quando duarum aut plurium rerum vnum nomen eſt, et definitio, et veſtis. Nam et birrus et tunica nomen veſtis habent.* S. Auguſtinus de Verbis Apoſt. ſerm. 18. cap. 10. de femina: *Si illi dixerit* (amatori) *volo te habere tale birrum, non habet: ſi per hiemem illi dicat, in lacerna te amo, eligit tremere, quam diſplicere.* S. Fulgentius lib. 3. ad Monimum, initio: *Accepto cuiusdam birro et manibus retento. Birrus albus*, quo induebantur recens baptizati, apud Greg. M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 5. Fulcherius Carnotenſis lib. 1. cap. 1. Neque vero *Birrus* generatim tantum pro quauis veſte, ſed interdum pro lauta ac ſumptuoſa, quandoque pro vili etiam et craſſiori vſurpatur: ac (3) pro ſumptuoſa quidem, quomodo *planeticarum atque birrorum* pretia ſimul ambitionemque declinaſſe veteres Monachos Aegyptiços ſcribit Caſſianus lib. 1. de Inſtitut. Coenob. cap. 7. et in Concilio Gangrenſi can. 12. jubentur ii qui religioſam vitam ſectantur, τὰς βύρρους φορᾶντας Monachos a ſe abiicere: vbi Zonaras βύρρας, τὰ σημαινόμενα ὑφάσματα interpretatur: *birros* ſcilicet illos, quos *rigentes et fluentes* vocat Sulpitius Seuerus Dial. 2. cap. 14. *pretioſos* D. Auguſtinus Serm. 50. de Diuerſis, quibus *Atrebaticos et Canuſinos* accenſet Vopiſcus in Carino. Regula S. Iſidori cap. 13. *Lineo non oportet Monachum indui, ocrarium, birros, planetas, non eſt fas vti.* Statuta Ioannis Archiep. Cantuar. ann. 1279. *Inhibemus ne* (Moniales Ord. S. Benedicti) *de brunete in poſterum quaquam induantur, nec rugatas habeant tunicas, nec etiam birrorum immoderantia veſtes ſibi facians latitudine ſtudeant.* BIRRVM fuiſſe antiquum Epiſcoporum habitum, cenſet Baronius ann. 261. vt primo veſti communi ſuperinduerent lineam, ſiue lineum indumentum, quod vulgo *Rochetum* vocant, deinde vero ſolutam tunicam manicatam vel *Dalmaticam*, ac denique palliolum bre-

ue, ſed *birrum*, humeros tantum et brachia tegentem. Id certe vix credendum, cum *birrus* nihil aliud fuiſſe videatur, quam veſtis, qua caeteri aeque ac Epiſcopi vtebantur, ex Scriptoribus qui *Birros* Epiſcopis tribuunt: in quibus ſunt S. Auguſtinus Serm. 2. de Vita Cleric. et Serm 50. de Diuerſ. Pallauius in Hiſt. Lauſ. cap. 135. Vita S. Pelagiae cap. 12. Gregorius Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 1. Meſſianus Presbyter de Vita S. Caeſarii Arelat. pag. 251. ipſeque Caeſarius in Teſtamento ſuo, vbi *amicularis birri* ſui meminit, Turpinus in Carolo M. cap. 13. etc. Sed et Anonymus de Miraculis S. Thomae Cantuarienſis, editus a Stapletono, *Rochetum* et *Birrum* vtrum idemque eſſe veſtimentum, indicat non vno loco. (4) Cum igitur *birrus* veſtis quaeuis fuerit, in viris maioris dignitatis, pro ſumptuoſa: in viris vero inferioris conditionis pro vili et craſſiori habitus eſt. Ioannes de Ianua: *Birrum, groſſum veſtimentum.* Atque ita accipi debet in Epigram. *de Birro et Caſtoreo.*

Nominis vmbra manet veteris, nam dicere Birrum,
Si Caſtor niteat, Caſtoreum nequeo
Sex emptus ſolidis, quid ſit jam ſcire poteſtis:
Si mihi nulla fides, credite jam pretio.

Eiusmodi igitur erant pretio viles *Birri*, quos ſeruis adſcribit lex 1. Cod. Th. de Habitu quo vti oport. *Birri et communes veſtes*, apud Attonem Epiſcop. in Capitulis cap. 82. et *Birri* qui Monachis tribuuntur apud Ioan. Monachum l. 2. Vitae S. Odonis Abb. Clun. p. 33. et apud Guibertum l. 2. de Vita ſua cap. 5. et in Geſtis Dei l. 2. c. 8. Gloſſae MSS. Reg. Βυρρον, ἱνδυμα μοναχικὸν. Atque inde ortum, vt Galli viles et groſſiores pannos *Burés* etiamnum dicant. Catholicon paruum: *Birrum, gros drap comme Bureau.* Quam quidem Gallicam vocem hac notione videtur vſurpaſſe Euchetia, apud Pithoeum lib. 1. Epigrammat. veter.

Nobilis horribili jungatur purpura Burrae
Neſtatur plumbo fulgida gemma grani.

Vbi Editio Io. Mabillonii to. 1. Analector. habet *byrae*. Sed *de Birris* vide quae congeſſere Salmaſius ad Tertulliani Pallium, Menardus ad Concordiam Regularum, Henſchenius ad Vitam S. Martiniani Anachoretae c. 5. 13. Febr. Iacobus Gothofredus ad Cod. Theod. Octav. Ferrarius lib. de Veſtib. etc. BYRRHVS, apud S. Auguſtinum Serm. 356. *Nemo det byrrhum vel lineam tunicam ſeu aliquid, niſi in commune.*

BIRSA, *corium bobis*, id eſt, bouis. Vet. Gloſſ. San-Germ. num. 501. V. *Byrſa*.

BIRSARE, V. *Berſare*.

BIRSARIVS, venator, V. *Berſarius*.

† BIRSVS, *nigro*, in Gloſſar. Lat. Ital. MS.

† BIRVS, *geron*, in Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352.

BISA, Septemtrio, aquilo, Gall. *Bize*, Germ. ol. Weiſwind. Modo dicitur de Aquilonari vento, modo de ipſa orbis parte Aquiloni ſubiecta, vt apud Viuarienſes et Valentinenſes. Denominatio nobilis Ludouici de Veras de Rupeſalua an. 1523. in Inuentario 18. cap. 41. de Voute fol. 31. verſo: *Et confrontat a biſa cum pratis nobilis Nohe de Ruppeſalua* etc. Ibidem: *Confrontat ab oriente cum domo ipſius de Veras, et a biſa cum pratis nobilis Nohe de Ruppeſalua et a vento cum terris dicti Ludouici de Veras, et a ſolis occaſu cum terris nobilis Nohe de Ruppeſalua.* Vbi liquet per *Biſam* Septentrionem, per *Ventum* Auſtrum aut meridianam mundi partem ſemel atque iterum deſignari. Pontanus cap. vlt. libri 4. Origin. Gall. vti de ventis, haec habet de originatione vocis *Biſe*: „Denique Septen„trionalis, quem Angli, aliique omnes, „et ipſe Magnus Carolus *Noort*, et „*Noorden*, nominat, Gallis eſt *Vent* „*de Biſe*. Quo vno abire a nobis „viden-

„videntur, et vſitatam Latinis *Boreae* „vocem quodammodo aemulari. Sed „ita res neutiquam ſe habet, Immo „verum, verusque Teutonicum idem „eſt: et fortaſſe inter ea ventorum „nomina, quae, vt barbara, refor„maſſe Carolum dicit Eginhardus, „reponendum. Nam *Bieſen et Biiſen*, „aeſtu agitari, Belgis ſignificat. Sca„rabeum quoque alis ſtrepitantem, „et cum impetu ſe motitantem *Bies„bout* Flandris hodieque dici, Gloſ„ſaria eius Linguae indicant. Eſt et „Latinum Pſalterium eum interpre„tatione Germanica vetuſtiſſima, vt„pote Ludouici Pii, aut illis tempo„ribus concinnata, in quo *Biſa* pro „*Turbine* poſitum diſerte legitur. „Vnde et Lipſii Gloſſariolum ex eo „collectum: *Biſa, Turbo:* vt Gal„lis, *Vent de biſe.*„ Huc vsque Pontanus, cui Menagius non aſſentitur. Huic magis placet opinio Huetii, qui *Biſam* a Gallico *Bis*, niger, deducit. Haec ſunt Huetii verba: „Septentrionem Veteres caliginoſum, „et denſis tenebris obſitum cenſue„runt. Ideo ζόφον apud Homerum, „Strabo Septentrionem interpreta„tur. Tibullus Panegyrico ad Meſ„ſalam, de Septentrione: *Illic et den„ſa tellus abſconditur umbra.* Ara„bes quoque mare Septentrionale, „*tenebroſum* appellant. Ita Geogra„phus Nubienſis. Hinc et Aquiloni „vento nomen: Aquilus enim co„lor, niger eſt. Gloſſarium: *Aquilum, μέλαν, ὡς ὁ Ἀκύλλιος.* Suetonius „opponit candido. Feſtus, *fuſcum „et ſubnigrum* interpretatur.„ Eodem ſeu dixit Plautus, *Corpus aquilum.* Eidem dicitur et *aquilo.* Galli dicunt *la Biſe*, pari ſignificatu: nam Gallico, *Bis*, nigrum ſonat. Denique in quibusdam Galliae regionibus ventus Thraſcias, *niger* vocatur.

† BISABIVS, pro *biſauus* vel *biſauus*, mutatione *v* in *b*, prosus. Notit. a. 874. in Append. ad Marc. Hiſpan. p. 797. V. *Biſaus.*

BISACCIA, BISACIA, mantica duas peras, ſeu duos ſaccos habens, Italis *Biſaccio*, Gallis, *Beſace. Saccia*, quippe pro *Saccus*, interdum etiam vſurpatur. Gloſſ. Graeco-Lat. Σάκκος. *ſaccia, ſaccus.* Gloſſ. MS. Regium, et Papias: *Biſaccia, ſarcina, mantica.* Regula Magiſtri cap. 1. *Mox et ipſe reconſignare biſacias cogitur.* Cap. 58. *De componendis ſarcinis animalium, vel de conſtrictione oneris biſaciarum ſuarum reddantur ſolliciti.* Adde cap. 79. BISACIVM dixit etiam Petronius, vt διπάκιον. Nicetas Chonates. BISACCVS in Actis SS. Iunii to. 2. p. 1101.

† BISACIOLA, diminut. a *Biſacia*, mantica parua. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 613.

BISACVTA, ſecuris duplicem habens aciem, vel telum, quod vtrimque acutum erat. Gloſſarium Cambronenſe: *Biſacuta, ferramentum quoddam vtrinque incidens.* Willelmus Brito lib. 2. Philippid. pagin. 115.

Ascia cum dextris, biſacuta, ſecuris, et enſis
Fulminat.

Et infra:

- - - Nunc claua caput, nunc vero bipennis
Enucrebrat, ſed nec biſacuta, ſudisue vel haſta
Otia vel gladius ducit.

Bracton. lib. 4. *Arma moluta plagam faciunt, ſicut gladius, biſacuta, et alia huiusmodi.* Fleta lib. 1. cap. 33. §. 7. *Fecit eidem vnam plagam mortalem - - de quadam biſacuta.* BIZACHIVS, eadem notione. Hormannus Caeſaresburg. tit. de Bellicis: *Bizachius eſt atrox telum apud Turcas.* Neſcio an illud, quod βυζομάχαιρον vocat Nicetas Choniates in Notis Wolphianis pag. 377. 2. Edit. BESOGIVM. Conſuetudines Monaſterii de Regula, *ſeu de la Reole*, in Aquitania tom. 2. Bibl. Labbei: *Nemo cultellum, enſem, lanceam, ſpiculum, beſegium, neque gladium in contentione trahat.* († Gallis olim *Beſog.*) BISACVTVS, ſarculi ſpecies. Vita S. Antonii n. 67. *Rogauit vnum de aduenientibus, vt ſarculum ſibi cum Biſacuto et frumento deferret.* Vbi Graec. δίκελλαν καὶ πελλίον, καὶ σίτου ὀλίγον. Vita S. Frontonis Abb. num.

2. *Deſtrenuesque ad eremum ſecum parua olerum ſemina, et biſacutos parvulosque ſarculos, vnde humum defoderens, profecti ſunt etc.*

BISACVTVS, V. in *Riſacuta.*

BISAENVS, *χοῖρος ἐξάμηνος: Porcus Semeſtris.* Supplementum Antiquarii. † Legendum *Biſetus* e Vulcan.

BISALVS, lapis cui duo ſunt anguli. Agnellus lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 106. col. 2. A. *Nocte vna tanta allata ſunt omnia paramenta, calces et latercula, petras et biſalos, lapides et ligna, columnas et laſtras, arenam et ſabulos in vna nocte, vt dixi, praeparauerunt vectores, quanta vix in vndecim lucinis laborare potuerunt.* Ibidem pag. 123. col. 2. A. *In aſpectu ipſorum pyramis tetragonis lapidibus et biſalis in altitudinem quaſi cubitorum ſex.*

BISAMVM, (Germ. Bieſam, moſchus, muſcus.) Vita S. Eulogii: *Vnxi pretioſum corpus nardipiſtico pretioſo, ac diuerſo thymiamatum genere, amomo, balſamo, biſamoque commiſcens.* Codex alter habet *viſamo.* In Gloſſ. Graec. Lat. legitur: *ὑποβάλσαμον, aſamo opobalſamum.* Ita etiam praefert MS. Codex, niſi quod *opupalſamum* habet.

† BISANDVS, pro *Byzantius*, ap. Chriſt. Schlegel. in diſſert. de antiq. Nummis Goth. p. 19.

† BISANTEVM ARTIFICIVM, idem quod *Muſiuum*; *Byzanteum* dictum, quod a Graecis Byzantinis in caeteras Europae prouincias tranſierat. Leo Marſic. ſaec. 6. Bened part. 2. p. 606. V. *Muſiuum opus.*

BISANTIVS, V. *Byzantius.*

BISAVIVS, proauus. Commemoratorium anni circiter 780. ex Archiuo S Victoris apud Marten. Ampliſſ. Collect. tom. 1. col. 41. *Quando Prouincia reuellauit contra biſauio veſtro Pipino.* V. *Biſauus.*

BISAVVS, proauus, Italis *Biſavo*, Gallis *Biſayeul.* Occurrit in Charta Ludouici II. Imp. in Chronico Farfenſi pag. 665. in Charta Garſiae Regis Nauarrae aerae 1083. apud Antron. Yepez in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 3. et in alia Longobardica apud Vghellum tom. 6. Italiae ſacrae p. 29. Vide Ambroſium Moralem lib. 13. c. 46. et Oiyhenartum in Notitia Vaſconiae pag. 293. et ſeqq.

† BISAZA, pera, ſacculus ex ouina pelle. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bellic. c. 144. *Et in ſella habeat (eques ſoppettarius) peras ſiue biſazas, in quibus ſint pulueres et pillulae plumbeae ſcoppetti.* V. *Bezagina.*

BISBEIGI, V. *Beſſagum.*

† BISCAMBIARE, permutare, *cambiare.* Ch. a. 970. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 122.

BISCAMBIVM, idem quod *cambium*, permutatio. BISCAMBIARE, permutare, in Conſuetud. Toloſae 4. part. tit. de Feudis, art. 27.

BISCATIA, BISCAZIA, ludus aleatorius, Gall. *Breland*, Italis *Biſcazza* et *Biſchenca.* Synodus prouincialis Pergami an. 1311. apud Murator. tom. 9. col. 548. *Statuimus et firmamus quod nullus Clericus ſeu perſona eccleſiaſtica in domibus eccleſiae vel alibi ludum vel biſcaziam retineat taxillorum, aut patiatur per aliquem retineri.*

† BISCHA, cerua, Gall. *Biche.* Lit. remiſſ. a. 1355. V. *Bicha.*

† BISCHALITIA, aleae ludus, idem ac *Biſcatia.* Stat. ant. Cumanae c. 93. BLISTATIA, mendoſe infra c. 99.

BISCHATIA, idem quod *Biſcaia.* Statuta Veron. l. 4. c. 12.

† BISCHIA, idem ac *Biſcha*, in Chartul. Floriac.

† BISCHIZARIA, idem ac *Biſcatia.* Statut. Caſtri Redaldi l. 2. pag. 39.

BISCIALIS VERMIS. Sanctus lib. 2. part. 4. c. 12. *Nauigium in aqua dulci melius conſeruatur quam in ſalſa: nec a vermibus biſcialibus ſuſcipit laeſionem.* Italis, *Biſcio*, eſt coluber, anguis, ſerpens, ſic dictus a ſibilo, quem emittit, cum celerius repit, ac excedit, inquit Landius. Aliter cenſet Cl. Menagius in Orig. Italicis, quem conſule. Proinde *Biſcialis vermis*, eſt vermiculus, qui naues perforat.

† BI-

† BISCLANZIA, BISCLATIA, idem ac *Biſciatia*. Stat. Vallis-Serian. rubr. 17. V. *Baſtlacia*.

† BISCOCCVM, coccum. Ch. Mſ. a. 1324.

BISCOCTVS, panis nauticus, Gall. *Biſcuit*, Germ. Zwiebäck. V. *Panis*.

BISCOETVS, pro *Biſcoctus*, vt videtur. Statuta Maſſil. pag. 475. *Illud etiam adiungimus, quod nullus cargator* (nauis) *biſcoëtum faciat, vel fieri faciat, vel paſtatur in domo ſua, vel per ſuos, et ſi contra venerit in x lib. Reg. puniatur.*

† BISCONTERIA, pro Ital. *Viſconteria*, Vicecomitatus. Stat. ant. Florent. l. 3. cap. 175.

† BISCORNA, fuſtis ferro armata, clauae ſpecies, Gallis olim *Biſcorne*. Iudic. a. 1271.

BISCORNVTA, vaſis ſpecies, qua vindemiae colliguntur et feruntur racemi. Transactio inter Capitulum S. Iuſti Lugdunenſis et habitantes parochiae S. Petri in Dumbis an. 1493. ex Archiuo eiusdem Capit. *De decem biſcornutis ſeu bennis debent vnam biſcornutam ſeu bennam pro decima.* V. *Bicorna*.

† BISCOSSE, ab Ital. *Biscazzo*, iniuria, contumelia, in Lit. pro Piſanis apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hiſt. Sicul. Boninconi.

BISCOTA, († vel potius BISCOTTVS adiect. recoctus, Ital. *Biscotato*.) Statuta Veronenſia lib. 4. c. 33. *Nec aliquod vas calcinatorium, ſeu moltirorum, nec biſcotarum ponere*, etc.

BISCOTELLVS, cruſtulum, Gall. *Biſcuit*. Acta SS. Aprilis to. 1. pag. 190. in Vita S. Franciſci de Paula: *Qui pomo et biſcotello a B. Patre miſſis connalnit.*

BISCOTH, panis nauticus, ſic dictus, quod bis coquatur. Bernardi de Breydenbach. Iter Hieroſol. p. 197. *Nec alia nobis erat aqua niſi in vtribus corrupta, nec panes alii niſi paximates ſine Biſcoth.* V. *Panis*.

BISCOTTVM, eadem notione. Epiſtola Seneſcalli Prouinciae a. 1326. Memoriale Poteſtatum Regienſ. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1091.

† BISCVM, *vinum*, in Gloſſar. vet. Cod. reg. 7646.

† BISCVS, *vel ruſcus*, *Gallice houſet*. Gloſſar. Lat. Gall. a. 1348.

BISELLIVM, ſella amplior quae duabus ſellis conſtat, vt apud Varronem lib. 4. de Lingua Lat. vel quae tam ampla eſt, vt duos ſeſſores capere poſſit. Notae Tyronis p. 164. *Selliſternium*, *biſellium*, *ſubſellium*. Nuper reperta eſt in Italia vetus Inſcriptio, qua innuitur Q. Largennium Reip. Piſaniae certam pecuniae ſummam contuliſſe *ob honorem biſellii*. Similem aliam, quae Sueſſae exſtat, deſcripſit Vghellus to. 6. Ital. ſacr. pag. 670. vbi *honor biſellii* quibusdam videtur idem eſſe qui olim *ſellae curulis* apud Romanos. Alii exiſtimant *honorem biſellii* referri debere ad facultatem ſedendi in theatris et ſpectaculis in ampliori ſella. Nam, vt eſt in leg. vn. Cod. Theod. de Vſu ſellarum, exceptis aliquot vilioribus perſonis, *vſus ſellarum*, *et ſedendi ac conueniendi in publicum facultas*, omnibus data erat. Quarum quidem ſellarum in theatris meminerunt Martialis lib. 5. Epigram. 14. Tertullianus de Spectac. et alii. Inde vero qui hoc honore donabantur, BISELLIARII dicti videntur in veteri Inſcript. apud Gruter. pag. 1099. 2. CN. FLAETORIO VI. VIRO. AVGVSTALI. BISELLARIO. HONORATO. ORNAMENTIS. DECVRIONAL. Exſtat alia pag. 1003. 6. vbi alterius *Biſelliarii* aeque mentio occurrit.

BISENE, praeſtatio quae ob facultatem juncos caedendi domino perſoluitur, Belgis *Biſen* vel *Bieſen*, Germ. Binſen. Charta Euſtachii Comitis Bononiae ann. 1122. *Nec non ab omni prorſus exactione liberam fecimus, praeter decimam et foſſatum, ſic tamen vt de eodem foſſato demonſtratio illa quae biſene vocatur, nullatenus exigatur.* Apud Miraeum tom. 1. pag. 84. Edit. 1723. legitur *Beſene* pro *Biſene*.

† BISETVS, panni ſpecies, a colore cinericio ſic dicta, Gall. *Bis*. Stat. Placent. l. 6.

BISXTIALIS OLLA, apud Marcellum Empiricum cap. 15. p. 108. *Manipulum tenerum corticae vnipetinae in ollam rudem biſextialem cum aqua mittes*, etc. Vas forte 12. vnciarum capax, vel duos ſextarios continens.

BISEXTILES, BISEXTVS, V. *Biſſextus.*

BISIVS, V. *Biſus.*

BISLONGVS, *oblongus, qui in medio dilatatur*, Vgutioni, Gall. *Berlong*, Germ. Ablang.

BISMALVA, herbae ſpecies, Gall. *Guimauve.* (*) Germ. Graſspappel, ol. Biſchwurz) Capitulare de Villis c. 70. *Biſmalvas, id eſt, alteas.* Robertus Stephanus *Biſmalua* putat dici pro *Viſcomalua*, quia ex eius radice viſcus parabatur. Rectius aſſerit Salmaſius ab *Ibiſcomalva* factum *Biſmalua:* qua de re Menagium conſule in Origin. Gall. ad vocem *Guimauve.*

BISMO. Chronicon Fontanellenſe c. 15. *Hic dedit in Eccleſia B. Petri cruciculam auream 1. in aures 6. ſibulam 1. annulum aureum 1. biſmonem 1. - - calices argenteos 3.* Forte *bacinonem*, ſeu *bacinum.*

BISNEPTIS, abneptis, in Charta Hiſpanica aerae IIII. apud Yepez in Chronico Ordinis S. Benedicti to. 6. p. 450.

BISOMVM, ſepulcrum quod duo corpora, σώματα, capiebat: antiquis enim etſi plura ſimul eodem tumulo corpora inferendi mos eſſet, ita tamen ponere conſueuerant, vt alterum alteri non ſubſterneretur, ſed ſibi inuicem ordine ſuccederent, reſponderentque, loco tamen diſcreta eſſent, vt obſeruat auctor Romae ſubterraneae lib. 1. c. 26. quod ſcilicet mortuorum quietem interturbari minime debere, exiſtimarent. Vetus Inſcriptio Beneuenti: PP. AELIVS VENERIANVS. HOC VAS BISOMVM SIBI ET FELICITATI SVAE POSVIT TRIBVNAL EX PERMISSV PONTIF. PERF. Epitaph. in Coemeterio Calliſti Romae: BONIFACIVS QVI VIXIT ANNIS XXIII. ET II. --ES. POSITVS. In BISOMVM IN PACE SIBI, ET PATR. SVO. Laudatur Epitaphium aliud, quod Romae exſtat ad S. Laurentium extra muros, a V. C. Iacobo Sponio in Itinerario to. 3. p. 13. hisce verbis conceptum: THEODORA VIXIT ANNOS XXL. M. VII. D. XXIV. IN PACE EST BISOMV. etc. Eiusmodi ſepulcrorum meminit Gregorius M. lib. 3. Dialog. c. 23. Vide *Triſomum* et *Quadriſomum*, et Salmaſium ad Solin. pag. 1207. *Duplex tumulus*, in veteri Inſcriptione Lugduni videtur appellari, quod alii *Biſomum* vocant: *Et memoriae aeternae Latinae Galatiae N. Graec. femin. ſanctiſſimae, quae vixit annis 30. ſine vlla animi laeſione Q. Iulius Hylas coniugi piiſſimae, quem tumulum duplicem poſuit, et ſibi vinus poſterisque ſuis et ſub aſcia dedicauit.* Σῶμα vero pro reliquiis corporis, et cineribus, vſurpari colligitur ex titulo Chyndonactis: Μίσγης ἐν ἀγρυπὸ τὸ σῶμα καλύπτει Χυνδώνακτος, ἱερέων ἀρχηγέ. Nam in eo ſepulcro oſſa tantum et cineres in olla vitrea reperta. V. *Soma.*

† BISONIVM, ab Ital. *Biſogno*, negotium, res, vſus, commoditas. Ch. a. 1115. apud Murat. to. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1117. *Ad illarum proprium biſonium.*

BISONTES, boues feri, bubali, Gall. *Buffle*, et *Biſon* iis qui agunt de ſcutis gentilitiis. Locus eſt in *Urus.* V. *Biſonus.*

† BISPARTIRE, in duas partes diuidere. Lit. remiſſ. an. 1358.

† BISPATEFACERE, *ianuas aperire*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7646. V. *Bispatentia.*

BISPATENTIA, *duas valvas apertas habentia.* Papias. Gloſſ. Lat. Graec. *Bipatens*, διχάνοντος. Ita emendant viri docti.

BISPELLIO, pro *veſpillo*, V. *Copiatae.*

BISPELLO, idem, *vespoφόρος.* Gloſſ. Lat. Gr.

BISPIA, epiſcopatus, lingua veteri Occitana, ſeu Palatium Epiſcopi. Hiſpan. *Biſpe*, Epiſcopus. *In biſpia*, in Char-

ta

ea Raymundi Comitis Toloſ. ann. 1194. vt refert Deyronus Antiq. Nemauſ. pag. 132. in 4to. Sic *Biſpe de Nesmes* dicitur pro Epiſcopus Nemauſenſis in Homagio anni 1174. Occitane exarato inter Schedas D. de *Mauaugues*.

† BISPILVS. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Liach, Prouinc. Lectus, lectulus, vt et - - - Biſpilus.*

† BISPIVM, falculae genus Ch. a. 1212. in Hiſt. Mſ. Montis-maior. *Colligentibus - - pabulum cum biſpio aut olamine.*

BISSA. (1) Ex Gallico, *Biche*, vel *Biſſe*, cerua maior. Inquiſitiones de ſtatu foreſtarum Edwig. III. *Ceperunt vnam biſſam in foreſta.* Mox: *Et duos vitulos biſſarum.* Aliae Inquiſitiones ann. 1170. apud Geruaſium Dorobernenſem: *Et de his qui in foreſtis ſuis forisfecerunt de ceruis et biſſis, et aliis beſtiis ſaluagiis.* Monaſticum Anglican. to. 2. pag. 592 *Omnes decimas de piſcariis meis, et de ceruis, Biſſis et porcis quos canes mei capient de motu meo.* (2) *Corrigia*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Flagellum. Cyrillus in Lexico: *Φραγέλλιον, βίτζα* Scholiaſt. Oppiani: *Μάστιγος, βιτζας.* V. Meurſii Gloſſ. (3) † Riui alueus, canalis, per quem aquae decurrunt, idem quod *Beſſa*. Ch. Guill. dom. Salionis a. 1281.

BISSACIA, mantica duas habens peras. Statuta Equitum Theutonicorum cap. XIV. apud Raimundum Duellium Miſcellan. lib. 2. pag. 27. V. *Biſaccia.*

BISSACVLVS, qui geſtat peram. Menoti Serm. fol. 124. vo. *Viſi ſunt ibi biſſaculi S. Franciſci*, etc.

† BISSANTIA, Comput. Mſ. ann. 1239. *Guillelmo de Braia pro ſex biſſantiis ablatis ad S. Dionyſium, XXXVII. ſol. Turon.* Legendum forte *Biſſacciis.*

BISSANTIVS, nummus aureus ab vrbe Byzantio ſic dictus. Spicil. Acher. tom. 2. pag. 511. V. *Byzantius.*

BISSE, *qui et bes dicitur quaſi bis triens, vel triente demptus; nam nouem vnciis conſtat.* Papias MS. qui, male ſupputat. Duae tertiae partes aſſis non efficiunt nouem, ſed octo tantum.

BISSELLVS, idem ac *Buſſellus*, in Probat Hiſt. Sabaud. p. 26.

BISSENI. Innocentius III. PP. lib. 15. Epiſt. 7. *Cogens inſuper Regis* (Hungariae) *ſagittarios et biſſenos ad decimas integre perſoluendas.* Vbi vir doctus Biſſenos a *biccellis*, id eſt, hauſtulis amentatis deducit. At mauult Cangius hoc loco intelligi *Biſſenos*, populos ita dictos, Iſtri accolas, Vngaricae gentis hoſtes olim acerrimos, vt auctor eſt Bonfinius dec. 2. lib. 1. quorum praecipua arma fuere arcus et ſagittae toxicatae, teſte Twroczio lib. 1. c. 43.

BISSETVS, idem ac *Buſſellus* modius, in Tabular. Cartuſiae de Bellolarico.

BISSEXTILIS ANNVS, annus infelix, apud Marten. Anecd. tom. 4. col. 247. A. in Concilio Treuir. an. 1310. *Fructus praebendarum ſuarum per annum vnum et poſt eorum obitum ſibi retinere et appropriare contendunt, annum talem qui iuxta hoc pro ſucceſſoribus et Eccleſiis biſſextilis,* (id eſt infelix, infructuoſus) *dici debet, annum gratiae nuncupantes*, etc. V. *Biſſextus.*

BISSEXTVS. (1) Infortunium, malum ſuperueniens, vulgo etiam Gallis hac notione. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 882. *Tunc biſſextilis erat annus, ac ſicut vulgo audiuimus, ſuper proditores reuera corruit, at vulgo dicitur, biſſextus ſuper Regem et populum eius in Normannia et Anglia cecidit.* Vulgaris etiamnum loquendi formula, *le Biſſexte eſt tombé ſur une telle affaire*, cum res illa male ceſſit. Notum autem ex Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 13. infauſtum Biſſextum ſaepius Romanae Reip. fuiſſe. Ammianus lib. 26. Vel videri *die ſecundo, nec prodire in medium voluit, biſſextum vitans Februarii menſis tunc illuceſens, quod aliquoties rei Romanae fuiſſe cognoras infauſtum*, (2) Exactio, neſcio quae ab Epiſcopis fieri ſolita. Synodus Pictauenſis ann. 1280. cap. 111. *Monemus in gene-*

generali quod de biſſexto et aliis juribus Epiſcopalibus reddant nobis, vel mandato noſtro, item de ſynodo, parata, et aliis juribus Archidiaconorum, Capicerii, et aliorum Prioratuum Eccleſiae noſtrae ſibi (ſic) *ab his qui ad ea tenentur ſatisfactum, antequam recedant* (e Synodo).

BISSICCIA, mantica, Gall. *Beſace*. V. *Bargille*.

BISSILLABVS, pro *Diſyllabus*, apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 135.

BISSILTES, *porcus fiſſis vngulis*. Papias MS.

BISSINACHA, *veſtis eſt candida, confecta ex quodam genere lini groſſioris*. Vetus Gloſſ. MS. San-German. num. 501.

† BISSINICA, idem in vet. Gloſſar. Cod. reg. 7613.

† BISSINNARE, in vet. Gloſſar. Cod. reg. 7646. pro *Biſſumare*.

† BISSONVS, vox heraldica, Gallis *Biſon*, bos ferus. V. *Biſontes*. Murat. t. 16. Script. p. 1035.

BISSVLCVM, *vtraque parte ſulcatum*. Papias MS.

BISSVMARE, *bis tranſire, abis, et ſumo*. Ita Vgutio MS.

BISSVS, pro *Byſſus*, ſeu Ornamenta byſſina. Monaſticum Anglicum tom. 2. pag. 430. *Supertunica vel toga ampla ſit in rotunda, vndique clauſa, cum cruce de nigro ſignata, ſine biſſis et decenti longitudine*.

BISTAPIA, STAPIA, STAPHA, STAPHIA, STAPEDA, STAPES, STAPEDIVM, Germ. Steigbügel. Voces a veteribus et melioris notae Scriptoribus nunquam vſurpatae, ne ab ipſo quidem S. Hieronymo. Hae de re audiendus eſt Philibertus de la Mare Senator Divionenſis in Vita Claudii Salmaſii nondum edita; „Fulcra illa ferrea equis inſcendendis et pedibus equitum ſuſtinendis „reperta, in vſu fuiſſe D. Hieronymi temporibus opinabatur (Salmaſius) atque ita ſcripſit ad Spartiani Caracallam, errore non nouo, „quem primus in rempublicam Litterarum inuexit Hieronymus Magius Miſcellaneorum ſuorum lib. „2. cap. 14. vbi ſic loquitur: *Quamquam autem verum eſt, Antiquos „Stapias nullas habuiſſe, non eſt tamen negandum, adeo non veteſtis, „nec etiam nobis vicinis temporibus, „harum vſum agnoſci. Memini enim „me in D. Hieronymi epiſtolis non* „Stapiae, *ſed* Biſtapiae *inuenire mentionem ; inquit enim, ſi memoria „non labat, ſe cum quasdam accepit „litteras*, jumentum conſcenſurum, „jam pedem habuiſſe in *Biſtapia*. „Quaſi *biſtapia* nomen tunc fuerit „equeſtris illius adminiculi. At haec „quae pro Hieronymianis verba obſtrufit, non immerito memoriae „diffidens Magius, in toto Hieronymo nusquam occurrunt: quia tamen Hieronymi epiſtolas laudans, „epiſtolarum locum non laudauerat, conſecuti Magium Scriptores „fidem ei habere quam rei veritatem operoſius indagare maluerunt. „Sic illa de *biſtapiae*, *ſtapiae* vel *ſtapedis* apud Hieronymum mentione „datatim recepta opinio inoleuit, „cum reuera ſcanſi illius inſtrumenti „antiquior nullus Mauricio, cuius „Strategica habemus, Scriptor memminerit. Taceo ſuppoſititiam quoque et nouitiam inſcriptionem, cui „legitimam et veterem ab eodem Magio, et innumeris deinceps aliis nimium credulis hic illatam, ac ne „Voſſio quidem ipſi ſuſpectam, qui „eam neſciuit Franciſci Columnae „cognomento Polyphili commentum „eſſe. Taceo et multa alia, quae „ſingulari de *Stapedibus* diſſertationi „prudens reſeruo, ſuperiora curſim „adnotaſſe contentus, ne firmatus „in dies, auctoritate praeſertim Salmaſii, latius error propagetur.„ Haec laudatus Senator in obſeruatione ad D. Martianay Operum D. Hieronymi editorem olim directa per D. de la Monnoye. Scriptores poſt Magium qui in eamdem abiere ſententiam, hi ſunt: Rob. Conſtantinus in Supplem. linguae Latinae, Hadrianus Iunius in Nomencl. Marcellus Donatus, Ponzanus Comes in Dilucid. ad Latinos Hiſt. Rom. Scriptores, Iul. Caeſar Bulengerus Opuſc. tom. 2. pag. 200. Cl. Salmaſius ad Hiſt. Auguſtae Scriptores pag. 163.

Mario-

Martinius in Lexico, Cl. Moriſotus 2. epiſt. 74. Voſſius in Etymol. Herm. Hugo in Militia equeſtri, Caſeneuve, in Orig. Gallicis ad vocem *Etrier*, Gaudinus Societ. Ieſu Dict. Tr. Lat. Hierolex. Macri, Gisb. Cuperus in Lactantium, Menagius Orig. Linguae Franc. Cangius noſter, Theſaurus Fabri, etc. inter quos Voſſius, Gaudinus Magio dubiam quidem videntur fidem habuiſſe Hierouymum.

BISTARDA, *auis quae degit in aqua, Latinis, auis tarda.* Ita Matthaeus Siluaticus. Vide Fridericum II. Imperator. lib. 1. de Arte venandi cap. 2. 9. 17. 23. etc. Campanis *Bitarda*, Gallis *Outarde*. V. *Aviſtarda* et *Buitarda*.

BISTERIA. Contract. Datior. Bergom. lib. 6. cap. 48. *Deſtillauerint aliquem cochonum, vel aliquam ſpinam, vel mouerint aliquam biſteriam, exiſtentem ſuper vegetibus*, etc.

BISTERNI MENSES. Chronicon Romualdi II. Archiep. Salernitani apud Murator. tom. 7. col. 24. *Sed Euſebius inter regnum eius et Ioachim alium de ſuo addidit annum propter menſes biſternos, quibus Ioachaz et Ioachim regnauerunt*; id eſt, propter ſex menſes quibus vterque regnauit: Ioachaz quidem tribus menſibus, totidemque Ioachim, quibus expletis Babyloniam captiuus ductus eſt.

BISTIMIAE, V. *Beſtemiae*,

BISTORNIA. Contract. Datior. Bergom. lib. 2. cap. 8. *De biſtorniis burgi, et de aliis biſtorniis, etc.* V. *Biſturris*.

BISTRANDE, V. *Wervagium*.

BISTVERIS, propugnaculi ſpecies. Charta Libertatum villae S. Germani in Foreſio ann. 1249. *Item communitas vel aliquis hominum villae non debet facere turrim vel fortaliciam infra villam, niſi de licentia et voluntate noſtra, muros tamen et portalia poterunt facere, munitiones et biſturres in illis ad villam defendendam, prout eis ad hoc videbitur expedire.*

BISTVS. Computus ann. 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. pag. CXL. *Pro XX. millibus quarellarum a eſtis*, LXX. *lib. Et pro biſtris, et pro ducendo Pariſius*, XLVIII. *s.*

BISVS, BISIVS, cinericius, ex Gallico, *Bis*, vt *biſum panem* dicunt. Silueſter Giraldus in Topogr. Hiberniae diſt. 1. cap. 18. *Aucae minores albae - - in hos terrarum fines varius aduenium. Maiores autem, quae vulgari vocabulo byſſae vel etiam griſſae vocantur, cum bruma - - aduenitantur.* Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 36. *Vt cimni* (cygni) *qui primo anno ſunt biſi, ſeu cinericii*, etc. Infra: *Quibus tempore coitus floreſcunt ſuae plumae et pennae quodam flore paluroſo et biſo.* V. *Binochi, Panis biſus, Biſa*, et Origines Linguae Italicae Aegid. Menagii et Octav. Ferrarii in *Bigio*, et illius Dictionar. Etymol. Linguae Gallicae, vbi explosis aliorum opinionibus Gallici *Bis* originem ſe fatetur ignorare.

BITALASSVS, peninſula. V. *Bithalaſſium*.

BITEFREDVS, V. in *Belfredus*.

BITELLVS, fibulae vncus, ab Anglico *Bite*, mordere. Viſitatio Theſaurariae S. Pauli Londonienſis ann. 1295. in Monaſtico Anglic. pag. 309.

BITERE, V. *Bitire*.

BITERJA, gutta, aqualis ad aquam lauantium manibus effundendam, pelui ſuppoſitus. Acta SS. Iunii to. 3. pag. LIX. ex Legibus Palatinis Iacobi II. Regis Maioric. *Et cibaria eis in plateis argenteis deferantur, et habeant pelvim et biterjam argenteam ad lauandum* Ibidem paulo inferius habetur: *Petreria* loco *biterja: Cum pelvi et petreria argenteis in fine menſae praebeatur lauandi facultas.*

BITERNI, ſex. Abbo de Obſidione Lutetiae a Normann. apud Ducheſn. Hiſt. Normann. p. 44.

Mox Ebulos ſenas equites dimiſit ab arce:
Quatuor biternosque necans certamine diro.

BITHALASSIVM, BITHALASSVS Vgutio MS. *Bithalaſſium, veſtigium in lado impreſſum, vel concurſus duorum marium.* Graecis

cis δισάλασσος, est qui mari vtrimque alluitur, quo senio bimarem Corinthum appellauit Horatius. Acta Apostolor. cap. 27. *Et cum incidissemus in locum bithalassum, impegerunt in nauem.* Aliae Edit. habent *dithalassum.* Epistola Clementis I. PP. ad Iacobum fratrem Domini: *Bithalassa vero loca, quae duplicibus vndae fallacis aestibus verberantur, dubiis mente et de repromissionem veritate natantibus conferantur.* BITALASSVS in Actis SS. Benedict. saec. 3. part. I. pag. 361.

BITIDVS, *biformis, vel quantum ad corpus, vel quantum ad animam, et componitur a bis, et idea, quod est forma.* Ioan. de Ianua.

† BITIFREDVM, i. q. *Belfredus,* apud Murator. tom. 12. Script. pag. 447.

BITIFREDVS, idem, V. in *Belfredus.*

BITION. Testamentum Ricolfi Episcopi Helenensis ann. 915 *Capas duas, vna purpurea, et alia bition, toalias olicias duas,* etc. Videtur legendum *Blattion,* vel *blattea,* vel *ex blattio.*

† BITIRE. Glossar. vet. Cod. reg. 7641. *Biti, proficisci. Bitis, ambulat, Bitire, ire: vbi detur, quaeritur. Bitere, ambulare,* in alio ex Cod. reg. 7646. V. *Bittis.*

BITORIVS. Gloss. Aelfrici: *Bitorius, vel Pintorus, freuna,* Saxonibus frenna, est Regulus auis. Forte *Ardea,* quam Galli *Butor* vocant.

BITRISCVS. Acta SS. Iunii tom. pag. 356. col. I. in Vita S. Aviti: *Interim dum intendit labori, auicula perexigua, quae vitriscus vocatur, vestimento sese abdit, atque inde recens onum enixum reliquit.* In quem locum sic Continuatores Bollandi; „*Bi-„triscus*, alias scriptum *Britiscus*, „fortassis contracte pro *Bitoriscus*; „sed *Bitorius* Cangio aliisque est *Ar-„dea*, Francis *Butor*, auis sane non parua.„

BITTATVS, pro *vittatus.* Murator. to. 3. p. 68.

† BITTERIVS, mensura liquidorum. Ch. Phil. II. Roni. reg. an. 1208. to. 2. Hist. Leod. p. 389. *Cereuisia non decet aliter vendi, quam pro denario quatuor bitterii.* Sed leg. *Biccarii.* (Germ. Becher.) vt patet ex alia Ch. an. 1287. ibid. p. 398. *On ne peut brasser qu' à quatre deniers le bichier.* V. *Bicarium.*

BITTIT, *biit, ambulat.* Vet. Glossar. San-Germ. MS. num. 501. V. *Bitire.*

BITVLIGO, *vimen minutum, quod in bitumine crescit.* Ioan. de Ianua

† BITVMINARE, compingere, glutinare. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1475. *Pro religando et bituminando missale capellae S. Michaelis* etc. V. mox

BITVMITVS, compactus vel ferruminatus ex Continuatore Bollandi. Leander *Bituminatus,* Albertus *Bituminosus.* Acta SS. Maii tom. 5. pag. 352. D. in Vita B. Columbae Reatinae, auctore Sebastiano Perusino: *Habuit quidem renes accinctos duobus circulis ferreis latitudinis quatuor digitorum, quorum interior erat quasi in squammas bitumitus resolutas, prae erugine et humido quod virginem corpus diturnitate infudauerat.*

BITVRIA, prouincia Bituricensis, *Le Berri.* Rymer. tom. 8. pag. 743. col. I. *Iohannis Ducis Bituriae et Auerniae.*

BIVANC, septum, Gall. *Enclos,* Germ. ol. Pisang. Charta an. 1058 Tradit. Fuldens. p. 255. *In Hilterichs* III. *hubas et vnum Bivanc, qui dicitur Blancstruth - - In Drasenrode Nangoldes - Bivanc, et inxta eum Folcholdes - Bivanc. At Sigefridesrode vnum Bivanc, qui ibi captus est, cum omnibus rebus, facultatibus atque substantiis ad praenominata loca iure pertinentibus.* V. *Captura et Pisanga.*

BIVANGIVM, spatium, interuallum, ex Theutonico *Bevangk,* German. Bezirk, Umfang. Charta Ottonis Imp. an. 983. apud Baldricum in Chron. Camerac. lib. I. c. 108. *Ea videlicet ratione, vt nulla maiorum minorumque persona in Bivangio praedicti foresti, nisi cum licentia praefati Episcopi - - venari liceat.*

BIVARIVS, modus agri. Charta anni 1283. in Tabular. Episcop. Ambian. *Quatuor bivarios terrae in territorio de*

de Foliet. In alia Gallica an. 1263. ibid. *Ils acateront quatre Beviers à Monſeigneur Regnier de Cais.* Occurrit ibi pluries. V. *Bunnarium.*

BIVARIVS, V *Bevarius.*

BIVATIO, in Narratione mortis Geruaſii Archiep. Remenſis an. 1067. *De omnibus foris factis, biuationibus et iniuſtitiis, quas in terris et villis noſtris praeceperat fieri, juſtificauit.* Vox, vt videtur, a *Bivium* ficta, quod is qui male agit, non vnam et ſimplicem viam incedat.

BIVERA. (1) Idem ac fiber. V. *Bidria.* (2) Alia notione V. *Biuiria.*

† BIVERVS. (1) V *Bever.* (2) Beuers, Gall. *la Bievre.* Ch. Mſ. an. 1145. *Molendinum - - - quem inter Caticentum et Lai in biuero noſtro - - aedificauerat.*

† BIVIA, foſſa. Ch. Mſ. an. 1375. *In quadam petia terrae - - confrontante - - et ex alia parte cum honore Berengarii de furno, vallato ſine biuia in medio.*

BIVIATOR, qui ambulat duabus viis. Gesta Tancredi apud Marten. Anecdot. to. 3. col. 126. *Nam redintegrato, ſicut ſoliti eramus, quotidiano, vel, vt ita dicam, quotinoctuno calle, ſecta eſt in biuium via et exercitus Chriſti factus Biuiator.*

BIVIDA, *fortis.* Papias MS. f. pro *Vivida.*

BIVIRIA, BIVERA, pro *Biuira. Secunda coniux, quae ſecundum habet virum.* Papias MS. et Vetus Gloſſar. San-German. num. 501. V. *Biſera.*

BIVIVS. S. Audoënus lib. 2. Vitae S. Eligii c. 15. *Quoties aliqua infirmitas ſupernenerit, non quaerantur praecántores, non diuini, non ſortilegi, nec per fontes, aut arbores, vel biuios diabolica philacteria exerceantur;* id eſt, in *Biuiis,* niſi legendum ſit *lucos.*

† BIVMA, forte ouis. Stat. Placent. l. 6. *Curues de biuma de dente, pro libra IIII. den.*

BIVMBRES, κεμβρικοὶ. Gloſſ. Iſidori: *Amfiſcii, biumbres.*

BIVNDA. Tabularium Laureshamenſe apud Freherum in Orig. Palatin. - - *Bubo ex duobus manſis et prato quod dicitur Rutbrechtesbrunl, et de vna biunda 30. denar. et de molendino in Farden 5. vncias ſoluere debet.*

*) Germanis olim Beund, Beunt, Bünd, Bende, locus ſeptus, locus cinctus, fundus quiuis. V. Lexicon Friſchii v. Beund.

BIVNX LAPILLVS, id eſt, ponderis duarum vnciarum. Locus eſt in *Cervellerium.*

† BIXANNIVM, BIXELLVM, BIXETVM, voces vnius eiusdemque notionis, quam ſuppeditat Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui pag. 897. ad Stat. Mutin. an. 1327. *Nullus qui ſit ſcriptus in arte bixellorum, audeat inmiſcere aliquod pilum de boue etc.* Eſt autem *bixellum,* nunc *Biſello* Ital. genus panni vulgaris, e craſſo filo contexti, et praecipue in Mutinenſium montibus vſitati. Ch. a. 1281. ibid. p. 901. *Item de ſoma panuorum - - exceptis Bixaninis. - - De ſoma bixetorum,* V. *Birrus.*

BIXANTIVS, V. *Byzantius.*

BIXIDA, pro *Pyxis.* Statuta Eccleſ. Trecorenſis ann. 1372. apud Marten. Anecdot. tom. 4. col. 1123.

† BIYVM, molendini alueus, canalis, idem quod *Beyum.* Ch. ann. 1266. in Chartul. Buxer. V. *Bedum.*

BIZACHIVS, V. *Biſacuta.*

BIZANTEVS, et BIZANTIVS, V. *Byzantius.*

BIZANTIA, V. *Byzantia.*

† BIZIA, ſeptemtrio, aquilo, Gall. *Bize,* in Ch. Dalphin. ann. 1445. V. *Biſa.*

BIZOCHI, qui et *Fratricelli,* Secta religioſorum Minoritarum damnata a Bonifacio VIII. Ioannes XXII. an. 6. Epiſtolar. Communium 1189. *Nonnulli viri peſtiferi, qui vulgariter Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, aut Bizochi ſiue Bichini, vel aliis fucatis nominibus nuncupentur.* De his multa habent Odoricus Raynaldus ann. 1207. n. 55. 1321. n. 18. 1331. n. 4. et Waddingus in Annal. Minor. ann. 1297. 1317. n. 24. et ſeq. 1318. 1322. n. 66. BIZOCOS et PINZOCCHEROS, vel PINZOCAROS vocat Bocacius Nouella 24. et 27. Vbi vetus Codex habet *Bizoco,*

noco, vti monet Acharisius. *Bizochos* porro dictos quidam putant a *bisacco*, Gallis *Besace*, quod ostiatim panem et victum emendicantes, *bisaccum* humeris deferrent. Cangius vero eadem ratione *Bizocchus*, qua *Bicchinos* dictos censet, a vestibus scilicet *bigii*, seu grisei coloris. Nam a *bigio* Italorum, Gallicum *Bis*, pro griseo, aut cinericio colore, ortum supra obseruatum in *Biccini*, ita vt eiusmodi Fratricellos Galli appellarint, *Les petits Freres Bis*, vel *Bisets*. *Bizochos* etiamnum habet Burgum S. Sepulcri in Italia.

† BIZOCII, idem apud Murator. tom. 4. Antiquit. Ital. med. aeui p. 1020.

BIZOCVS, V. *Bizochi*.

BIZVMA, sepimentum, vox Germanica. (Beyzaun.) Tradit. Fuldens. lib. 1. pag. 468. *Vnam aream - - cum omni aedificio, et vnam bizumam cuius longitudo est, etc.*

BLACCASIVS, V. in *Blacha*.

°) BLACCATVS, nigricans, ab Anglosax. *blac*, Suec. *black*, niger. Occurrit in Testam. Absolonis Archiep. Lundensis teste V. Cl. Ihrio in Glossar. Suio-Goth. v. *Blaek*.

BLACHA, idem quod mox *Blachia*. Charta Ademari Comitis Valentini apud Petrum Chifflerium: *A via moleudinaria quae venit desuper condaminam Guidonis de Montemayrano, quae ferit ad nemus Willelmi Lausand, et vadit directe ad blacham Petri de Ayra*, etc. † Prouincialibus quercus iunior dicitur *blacar*. Ch. a. 1334. *Quod nulla persona - - scindat, neque eximat aliquem blaccafium in suo nec in alieno.* Hinc BLAQVERIVM, locus vbi iuniores quercus crescunt, in Ch. iam laudata. Alia a. 1316. *Quod tantum detur de banno pro nouis blachis et defferisionibus, quantum - - pro antiquis.*

BLACHIA, Delphinatibus *Blache*, ager est consitus quercubus vel castaneis, adeo tamen distantibus, vt arari possit. Inuentarium Recognitionum ex Archiuo Principis de Rohan n. 18. cap. 41. de Voura fol. 333. verso: *Pro vinea et blachia scitis en fosse mulo.* Ibidem fol. 327. *Item pro quadam blachia scita Auchier confrontante, etc.* Regestum Camerae Computorum Gratianop. D. Salusingus ait in suo Tractatu de vsu feodorum eam esse prouinciae Dalphinatus pro, priam, nullamque posse illius originem assignari.

† BLACTAE BIZANTIAE, *sunt coperturia ostracorum marinorum similium limaciis, et sunt similes vnguibus.* Glossar. med. Simon. Ianuens. Cod. reg. 6959.

BLACTVLA. Historia mortis S. Leonis IX. PP. n. 14. *Quidam vir - - - audita fama B. viri, - - a daemonio vexatus, venit ad tumulum eius, et duas blactulas cum multo sanguine eiusdem, cum quibus et daemonium abscessit.* Vbi *Blactulas*, quasi *Blastulas* pro vermibus accipi censet vir doctus.

BLADA, V. in *Bladum*.

BLADADA, praestatio ex blado, *Bladado*, Occitanis. Charta ann. 1232. in Regesto Comitum Tolosae fol. 28. *Habeatis singulis annis in messibus quarterium vnum frumenti et alterum, cinatae pro alberga et bladada.* Alia an. 1231. ibidem: *Conquerebatur etiam de eodem Comite, quod recipiebat albergam, bladadam et quasdam alias exactiones illicitas in villa de Montilio.* Charta ann. 1312. de Pariagio Castri de Venescio in Occitania, in 48. Regesto Philippi Pulcri Reg Franc. ex Tabulario Regio, n. 29. *Scilicet quod homines dictorum locorum possent firmare bladatum et cinadagium in aliquibus redditibus aequipollentibus, etc* In Vicecomitatu Laurrecensi *Droit de Bladade*, idem est ac quod alibi *Bovagium* dicitur, tributum scilicet quod ratione boum conceditur, seu pro pari boum aratorum vel pro aratro. V. *Bladum*.

BLADAGIA, *bladа* demessa, eaque potissimum quae ex campi partibus (*Champarts*,) et agrariis colligebantur. Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii ann. 1206. pro Manumscensibus: *Nec teneantur soluere - - - bladagium sine albergam, nec contelagium, sine cinatam, nec cossias, sine medias cossias, de eorum bladis et rebus quae ad mensuram scitarii vendantur*

dantur et mensurantur. Hist. Episcop. Petragor. tom. 2. Biblioth. Labbei: *Cuius tempore domus bladagii S. Fronsonis, quae erat in claustro, ab Helia Rudello Comite et a burgensibus confracta est.* V. *Bletneda* et *Bladum.*

BLADARE, agrum segete conserere, instruere. Charta Petri Episcopi Meldensis in Tabul. Eccles. Meld. pag. 24. *Si vero terra bladata excadat, in praedictis villis et territoriis, bladata ad propinquiorem heredem devenist.* V. *Bladum.*

BLADARIA, BLADERIA; *Bladerie, Annenerie,* Massilienfibus, forum in quo *blada* venduntur. Charta Bartholomaei Episc. Cadurcensis pro Consuetudinibus Communiae eiusdem vrbis: *Et super eo quod nos dicebamus, quod ipsi Consules acciperent certum quiddam de qualibet mensura bladi, quod apportabatur apud Caturcum ad vendendum in bladeria.* Litterae Friderici Imper. ann. 1236. ex Archiuis Massil. *In reditibus hospitiorum bladariae ciuitatis Massiliae fitis in vtrumque barium.* V. *Bladum.*

BLADARIVS, BLADERIVS, *bladi* venditor. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 542. V. *Bladum* et *Wladarius.*

BLADATA, V. *Bicocaria* et *Bladada.*

BLANCHA MICHA, Gallis *Miche Blanche*, paruus panis triticeus, in Necrologio MS. Abbatiae S. Petri de Caſis ad 25. Martii.

BLANCHARDVS, color equi. Le Roman. *de Gaydon MS.*

Tint un eſpié, ſi os brochié Blanchart.

BLANCHÉRIA, officina cerae, vel telae candefaciendae, Gall. *Blanchirie*, Germ. Bleiche. Charta anni 1315. Hiſt. Delphin. to. 1. pag. 30.

BLANCHETVM, induſium laneum ſeu thorax interior lanea, apud Lobinellum Hiſtor. Britan. tom. 2. pag. 550. *Et ſe ponebat ſupra pannum laneum vocatum Langueul Gallice, ſeu ſuper fergiam, ſine lintheaminibus lineis, et ibi jacebat in blancheto ſuo.* Ibidem pag. 561. *Dicit quod D. Carolus blancheto absque camiſio primo vtebatur, et poſtea aſſumpſit cilicium.* Spicil. Fontanell. MS. pag. 235. *Duo paria caligarum, tria pellicia, vnum blanchetum vel vna gunella pro tertio, etc.* Statuta reformationis Monaſterii S. Claudii ann. 1448. *Item de capuciis et veſtibus inferioribus, ſine blanchetis aeque aliis regularibus veſtimentis.* Meclouii thoraces interiores etiamnum *Blancheis* appellantur.

BLANCHETVS, panni genus, forte albi, a Gallico *Blanc*; Gallis ol. *Blanchet*. Hiſt. Dalphin. tom. 2. p. 236. col. 2. ex Charta anni 1333. *Item, pauperibus Chriſti fiant MM. tunicae ad induendos eos de Blancheto.* Noua Gall. Chriſt. t. 4. col. 1152. A. *Statuit Abbas, vt deinceps caligae de tela, et totidem ac antea ſolebant dari de blancheto cum iisdem de blancheto ex peculio Abbatis Fratribus dentur.* V. *Blanketus.*

† BLANCHIA, locus alnis vel populis albis conſitus, i. q. *Alberia*. Ch. Mſ. an. 1316. *Quod nemo audeat blanchiam ſcindere.* Niſi legendum *blachiam*.

BLANCHIATVRA. († Forte album ſeu tributorum et conſuetudinum programma, V. *Albus*.) Patent. Eduardi IV. Regis Angliae memb. 12. part. 2. *Thomas Comes Lancaſtr. - - conceſſit 10. ſol. 4. denar. reditus exeuntes, de quibusdam jumentis, in villa de C. etc. et cum Blanchiatura reddituſ praedicti, recipiendum per pondus, ſic vt dictus Comes cum recipere ſolebat.*

BLANCHVS, ſeu BLANCVS, albus, candidus, Gall. *Blanc*, vnde, vt cenſent quidam, nomen proprium *Blanche*. Vide Spicil. Acher. to. 2. p. 805. 807. et 815. Chr. Parmenſe ad an. 1281. Statuta Maſſil. p. 303. et *Blanca* 1.

† BLANCIARE, inepte et ſtulte loqui. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. *Blanciare, follement parler.* Leg. *Blaterare*. V. *Blas*.

BLANCVS. (1) Pro panno, fortaſſis candido, vnde ſumitur in Notitia Eccleſiae Dinienſis per Gaſſendum edit. Pariſ. 1654. p. 120. ad annum 1420. *Catharina vidua Roſtagni Neuerii promiſit reſpam de blanco pretii trium florenorum.* V. *Blanchus*. (2) Monetae minutioris argenteae, vel aere et argento mixtae ſpecies, Gallis *Blanc*. *Solidi blanci*, in Charta Ioannis Regis Angl. in to. 1. Monaſtici Angl. p. 352. BLANCA, eadem notione, in Domeſdei tit. Norfolc. *Tunc valebat tunc 7. et dimid. blancas, cum conſuetudine 30. ſolidor.* Vide *Albus*. De vocis *Blancus*, pro *Albus* etymo, vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. et Menagium in Gallicis.

BLANDA. († Locus dumetis et vepribus conſitus, pro *Branda*, ex mutatione haud infrequenti, litterae r in *l*.) Fleta lib. 2. cap. 41. §. 2. *In boſco, - - in blandis, bruariis, mariſcis, turbariis.* V. *Blandeium*. Alias in Comitatu Forenſi, *Blande*, pro *foggio* accipitur: vnde prouerbium, *Feu mort, blande ceſſe*. Vetus Charta: *Pour blande, auoine deux rai, deux galines vendables auec lats et veutes, etc.* Rurſum: *Pour blande, taille baptizée, auoine, etc.* (2) Munus, donum, ſ. a *Blandus* ſic dictum, quod munus ei, cui offertur, *Blandum* ſit et gratum. Antiqua Statuta Arelat. tit. 130. *Speciatores non faciant ſocietatem cum mediis nec accipiant ab eis ſeruitium nec blandas, niſi eſſent de cibo et potu.* V. *Blandum*.

† BLANDECTVS, albus, candidus, Gall. *Blanc*. Ch. Mſ. a. 1266. *Alia planera de ſendato, blandecto camiſia, amicto et manipulo.* Niſi ſit pars veſtis eccleſiaſticae.

† BLANDEIVM, pro *Brandeium*, vt *Blanda* 1. Ch. Mſ. a. 1328. *Acquiſierunt - - in parrochia Champuhuco vnum blandeium* etc.

BLANDELLA, *clauis, feſtis purpureis*. Papias MS. † Legendum forte *clamis*, pro *clauis*.

† BLANDERIA, pro *Banderia*, vexillum, in Annal. Victor. Mſ. an. 1334.

BLANDICELLVS. Vguio: *Blandus, aliquantulum blandus: vnde blandicellus dicitur, vnde blandicella dicuntur verba blandiuntia.*

BLANDIMENTVM. (1) Conſenſus. Vetus Notitia curata ſub Lothario Imp. an. 840. (844.) apud Sammarthanos in Epiſcopis Maſſilienſibus n. 17. Annal. Bened. to. 4. p. 156. n. 16. (2) † Praeſtatio, quae pro *laudamento* ſeu conſenſu domino ſolvitur ex jure vel ex conſuetudine. Ch. a. 1163. inter Probat t. 2. Hiſt. Occit. p. 591. *Vt nunquam pro praedicta fortia, mihi - - aliquod ſeruitium vel blandimentum faciatis.*

BLANDIOSVS. Gloſſ. Lat. MS. Regiae Bibl. *Affabilis, magni favoris, blandioſus.* Infra: *Blandioſus, affabilis.* Papias MS. *Blandioſus, affabilis, communis,* ſ. legendum, *comis.*

BLANDIRI, ambire, cupere, affectare. Concil. Hiſpan. tom. 3. pag. 43. col. 1 in Indice veterum Canonum: *De iis qui ſibi regnum blandiuntur ſpe, Rege ſuperſtite.*

BLANDITIA, conſenſus, laudamentum. Tabularium Eccleſiae Gratianopolitanae ſub Hugone Epiſcopo fol. 48. Vide Raguellum in voce *Reblandir* et nos V. *Blandimentum.*

BLANDITIVM, Κολάκευμα, in Gloſſ. Graec. Lat Blanditiae, Gallis *Blandices.*

† BLANDO, BLANDONVS, pro *Brando, Brandonus*, fax, taeda, funale. Conſtitut. Feder. reg. Sicil. c. 98. V. *Brando* 1.

BLANDOR, *ambitioſus, γόης, κόλαξ.* Gloſſ. Lat. Gr. V. *Blandiri.*

BLANDVM. Obſeruantiae Regni Arragon. lib. 5. tit. de Iure dotium §. 29. *Item, ſi certum poſſit eſſe et probari, quod maritus pecuniam quam multo recepit, vel blandum, vel aliam rem expendit in neceſſariis domus, in comedendo vel bibendo, etc.* V. *Blanda* 2.

BLANHORNVM. Leges Adelſtani de Hundredis cap. 8. *Pecoris ticiminum et canis eppa, et blanhornum, horum trium ſingulum eſt unum ſolidum valens, et unumquodque reputatur melda, id eſt miniſeſtatio.* Saxonibus *blan* eſt ceſſatio, *horne*, cornu quod inflatur. Pro voce *ticiminum*, Somnerus repoſcendum putat *tintinnum*, i. e. tintinnabulum. *) Pro *Blanhorn* Schiltero legendum videtur *Blashorn*, cornu ſive tuba, cuius ſono aliquid publicatur.

BLANIVM SATHANAS, pannus, vt videtur, bombycinus, et ſ. candidus, quem vulgo appellant *Satin.* Rymer. to. 8. pag. 76. col. 1. ex Teſtamento Richardi II. Regis Angliorum: *Item volumus et ordinamus, quod corpus noſtrum in velueto vel ſathanae blanio, more Regio veſtiatur, vel etiam interretur, una cum corona et ſceptro regiis deauratis, abſque tamen quibuscumque lapidibus, etc.*

BLANKETVS. (1) Genus panni, forteſſis candidi, a Gallico *Blanc*, apud Rymer. tom. 7. pag. 356. col. 1. *Vnam peciam de blanketo continentem ſex alas.* Idem tom. 8. pag. 51. col. 1. *Cum quatuor pannis de ruſſeto et ſex pannis de blankesto integris - - pro veſtura ſua.* V. *Blanchetus*, et *Blanquetus.* (2) BLANKETVS, ab Anglico *Blanket*, Gallis *Blanchet*, lodix lanea, ſtragula, apud eumdem Rymer. to. 7. p. 356. col. 1. *Quinque paria linthiaminum, et duos blankeſas pro uno lecto.* V. *Blanchetum.*

BLANPVM, Papiae, *Genus nauis.* Sic duo MS. Editus habet *Blandum.*

† BLANQVERIA, officina telae candefaciendae, Germ. Bleiche, Gall. *Blancherie*; vel vbi panni parantur. Ch. Mſ. a. 1350. *Cum ad quandam blanqueriam - - acceſſiſſens* etc.

BLANQVERIVS, coriarius. Statuta Maſſil. p. 139. V. *Blanchearius.*

BLANQVETVS, idem quod *Blanketus.* Notitia Eccleſiae Dinienſis per Gaſſendum edit. Pariſ. 1654. pag. 120. ad annum 1420.

BLANX, *ſtabellum.* Gloſſae MS. † Leg. *Blax*, V. Scaliger. in Feſtum v. *Blaterare.*

BLAQVERIVM, V. in *Blacha.*

BLAS, *ſtultus, inde blateare, ſtulte loqui.* Papias MS. *Blas, atis, ſtultus et inſipiens, hinc blatus, idem.* Gloſſar. MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Blax, ſtultus, vnde blaterari.* In Auctario Ianſonii ad Gloſſarium Iſid. Graecis βλαξ eſt hebes, ſocors, ignauus, iners, vnde Latinae vocis origo.

BLASERIVS, incendiarius, vox Saxonica a *Blaſe*, vel *Blaeſe*, fax, taeda, torris, vnde Anglis *blaſſer*, vſitata. Leges Athelſtani Regis Angl. apud Bromptonum: *Dictum eſt de blaſſeriis et murdritoribus, vt augeatur huius abnegationis tripliciter, et iniungatur iudiciale ferrum, vt appendat 60. ſol.* Hinc forte Gallicum *bleſſer.*

† BLASFEMVS, pro blaſphemus, in Actis S. Caſſiani in Antiquit. Horae p. 346.

† BLASI-

† BLASIMARE, ab Ital. *biasmare*, vituperare, pro *blasphemare*, apud Lam. in delic. erud. inter not. ad Hist. Sic. Bonincont. part. 1. p. 199.

BLASIVS. An pro *Blaesus*? locum vide in *Pontica*.

BLASMA, reprehensio, Gallis *Blasme*. Constitutiones Catalaniae inter dominos et vasallos MS. cap. 51. V. *Blasphemia*.

BLASMARE, idem quod infra *Blasphemare*. Chron. Parmense ad an. 1247. apud Murator. t. 9. col. 771.

BLASO, V. *Blasto*.

BLASPHEMABILIS. Tertull. de Cultu femin. *Quanto blasphemabile est, si quae sacerdotes pudicitiae dicimini, impudicarum ritu procedatis cultae aut expiatae?*

BLASPHEMARE, vituperare, damnare, culpare, infamare, Gallis *Blasmer*, Italis *Biasimare*. Anonymi Epist. 7. to. 9. Operum S. Hieronymi: *Quod nobis etiam vt non in Dei Martyres accidat, praecauendum est, si eos quos prior aetas insecuta est, nostra blasphemet.* Gregorius Turon. lib. 5. Hist. c. 46. *Sacerdotes Domini assidue blasphemabat.* Occurrit etiam passim in Scripturis sacris et apud Scriptores Ecclesiasticos pro Maledicere Deo, impie loqui, Gallis *Blasphemer*. Vtraque etiam notione, pro vituperare scilicet et impie in Deum vel sanctos loqui suum βλασφημεῖν sumunt Graeci. BLASPHEMARE IVDICIVM, idem quod *Falsare sententiam*, hanc scilicet tanquam falsam impugnare, et ab ea appellare: formula etiam recepta apud practicos Gallicos, *Blasmer vne sentence*. Capitulare 2. et 4. ann. 805. c. 8. et lib. 3. Capit. c. 7.

BLASPHEMATIO. Tertull. de Cultu femin. cap. 12. *Optemus ne juste blasphemationis causa simus.* Hoc est, ne propter nos Deus in Gentibus blasphemetur.

BLASPHEMATOR. Ludewig. Reliq. MS. to. 6. pag. 144. ex Diario belli Hussitici.

BLASPHEMIA, criminatio, infimulatio, Gall. *Blasme*. S. Augustin. lib. 2. de moribus Manichaeor. cap. 11. *Est blasphemia, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque jam vulgo blasphemia non accipitur, nisi mala verba de Deo dicere, de hominibus namque dubitari potest.* Appendix ad Gregor. Turon. cap. 51. *Liberare poteras de blasphemia hanc causam.* Capitulare 1. an. 810. c. 10. et ex iis Capitula Caroli C. tit. 39. *De latronibus qui magnam habent blasphemiam*, id est, infamiam. Adde Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 13. 35.

BLASPHEMISSIMA HAERESIS *Priscillianorum*, in Concil. Hisp. t. 2. pag. 172.

BLASPHEMIVM, Italis *Biasme* eadem notione ac *Blasphematio* apud Commodianum instr. 31. Gregorium Turon. l. 8. c. 30. 41.

BLASPHEMVS, infamis, in Capitul. Caroli Cal. tit. 39 §. 2. p. 393.

BLASTA, *purpura*. Vetus Gloss. San-German. MS. num. 501. Legendum *Blatta*, quod vide.

BLASTO. Papias: *Blasto cubicularius*. Sic etiam in Glossario Aniciensi MS. Glossarium vero Montis S. Eligii Atrebat. *Blasto, onis, cubicularius sive Hospitalarius*. Isid. in Gloss. *Blato, cubicularius, hospitalis*. Eadem occurrunt apud Ioan. de Ianua, et in Breuiloquo, in *Blasto*. Vgutio habet, *Blaso, cubicularius, hospitarius*. V. *Blato*.

BLASVEMARE, pro *Blasphemare*. Ludewig. Reliq. MSS. tom. 2. pag. 193.

BLASVM. Codex MS. Irminonis Abbatis San-German. fol. 72. vo. *Autoinus persoluit medietatem manſi de sex blasis*. V. *Blida* 2.

BLAT, pro *Blatum*, frumentum, Gallice *Blé*, Vasconice *Blat*. Chartular. S. Iohannis de Aurel. Dioec. Lemouic. *Qui campus dat vnam cartam de blat*. V. *Bladum*.

† BLATA, vt *Blatta* in Ch. a. 761. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 407.

† BLATE, *lo barbastello*, *e morbo de pecore*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

BLATEA. (1) *Id quod de calceamentorum solcis traditur, seu lutum ex itinere*

itinere in calceamentis colligatum. Vgutio. V. *Gerſa.* (2) † Lambert. Nerden in Tract. de Variolis, ex Cod. reg. 6983. *Eſt enim quædam ſpecies* (variolarum) *quæ a quibusdam vocabulis nominatur, et a quibusdam blatea. Verum blateæ - - ſine morbilli etc.* *) Germ. Blatter eſt puſtula, pupula, tuberculum in ſumma cute prorumpens, et Blatern, variolae, morbilli.

BLATEARE, V. *Blas.*

BLATERARI, V. ibidem.

† BLATEREA, *lo ſono de le rane*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

BLATHON, Petro Damiano, pallium. Locus eſt in *Triblatton.*

BLATO. (1) BLATO, ONIS, *cubicularius, hoſpitalarius.* Vgutio, qui vocem deducit a *Blatero, as.* V. *Blaſto.* (2) *Blaeſus, τραυλός.* Gloſſ. Lat. Gr.

BLATTA, vermiculus, qui e *Chermes*, vt Arabes vocant, et e cocco ſanguinei coloris erumpit. Paulus Diacon. in Gloſſ. *Blatta, genus purpureum vermis. Blattam, beſtiolam* eſſe etiam ait Marcellus Empir. cap. 34. pag. 233. *Glis ſive Blatta*, apud eumdem cap. 9. pag. 82. Poſtea pro ipſa purpura, ſeu purpureo colore vſurpata vox. Lex 1. Cod. Quae res venund. non poſſ. *Purpurae, quae blatta, vel oxyblatta, atque ianthina dicitur.* Lampridius *Funes blatta, et ſerico, et cocco intorto* dixit. BLATTAM TYRIAM quam *Tyrium vellus* vocat Solinus c. 29 commendant Sidonius Carm. 5. Senator lib. 1. Epiſt. 1. Anaſtaſius, et alii. *Byzanteam*, idem Anaſtaſius pag. 150. 151. 152. 153. *Neapolitanam*, idem in Leone III. Serapion libr. Aggregat. *Blattae Byzantiae ſunt ex vnguibus Oſtracorum, et ſunt coopercula quibus teguntur in foramine ſuo, et meliores ſunt quae vergunt ad albedinem, et ſunt odoriferae, quorum odor trahit aliquantulum ad odorem caſtorei.* Interdum et ſaepe *blatta*, pro ipſo ſerico *blatta* tincto vſurpant Scriptores, quam *ſericoblattam* vocat Lex. 10. Cod. de Murileg. quo ſenſu βλάττιον vſurpauit Anna Comnena pag. 93. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Julita blatta teris, aurumque intermicat oſtro.

BLATTVM dixit Anaſtaſius in Gregor. III. *Vela ſerica ornata blatto.*

BLATTIN, idem non ſemel vſurpat, pag. 143. *Vela de blattin, cortina de blattin*, et alibi paſſim.

BLATTINIVM, idem Anaſtaſius apud Muratorium tom. 3. pag. 134. col. 2.

BLATTEA, pro *Blatta.* Fortun. l. 2. Poem. 3.

Serica cui niveis aguata eſt blattea telis.

BLATTEARIVS, *σκυταλευγής.* Gloſſarium Latino-Graec. Eſt pro *Bractearius*, Gall. *Batteur d'or.*

BLATTELA, *θρόμβος εἴδους τῶν κογχυλίων.* Gloſſ. Lat. Gr. Grumus ſanguinis conchyliorum. Sunt autem Conchylia piſces ſeu vermes, vnde purpura extrahitur.

BLATTERE, *blatto, φλυαρῶ*, nugor. Gloſſarium Lat. Graec. Latinis eſt blaterare. V. *Blas.*

BLATTEVM, *lamina, πέταλον.* Gloſſ. Lat. Gr. Virgilius dicit *Bracteae.*

BLATTEVS, purpureus, apud Senator. l. 5. ep. 34. Anaſtaſ. in vit. PP. p. 34. Vopiſc. in Aurel. et alios. V. *Blatta.*

BLATTIARIVS, idem qui *Blattesrius*, niſi forte mauis a *Blatta* dictum *Blattiarius* pro eo qui ſericum tingit purpura. Cod. Theod. lib. 13. tit. 5. *Ferrarii, marmorarii, deauratores, fuſores, blattiarii, teſſelarii, artifices.*

BLATTIN, BLATTINIVM, V. *Blatta.*

BLATTOSERICVS, V. *Orthoplumus.*

BLATTVM, V. *Blatta.*

BLAIVM, V. *Bladum.*

BLATVS, ſtultus, V. *Blas.*

BLAVA. (1) Italis *Biava*, idem quod *Bladum*, etſi Pergaminus obſeruet ſcribi *Biado*, non *Biava.* Charta Papienſis ann. 1179. MS. *Vtrum commune et homines Portinaghi - - ducere teneretur blauum eis impoſitum in Papiam, vel non, - - quod non*

non duxerunt et praeſtituerunt in Papia blauum eis prima anno impoſitam. Alia an. 1345. *Poteſtas temeatur facere jurare omnes molendinarios - - et cuſtodire granum et blauum, quod et quae ad manus pervenerint, et accipere ſuam rationem tantum, et non ultra.* Ibidem: *Si collegeris herbam in alienis blauis, vel leguminibus, ſolvas, etc.* Bulla Innocentii IV. pro Eccleſia Ferrarienſi: *Vel ipſarum decimarum, tam in frumento hordeo, fuba, melica, et alia blava et leguminibus, quam in vino, etc.* Vnde colligitur eſt vocem *Blava* non minus generatim accipi quam *Bladum*. Vide Hiſt. Eccleſ. Placentinam lib. 15. p. 77. et Statuta Veronenſ. lib. 8. c. 78. BLAVIVM, eadem notione, in Tabulario Abſienſis Monaſterii. (2) Lapis coeruleus tegendis aedificiis aptus. Acta SS. April. to. 3. pag. 393. D. de S. Franca: *Cum una ſcalia blavarum oculum unum ſibi perforaſſet.* V. *Blavus.*

† BLAVATVS, color caeruleus, i. q. *blavus*, apud Murat. a. 16. Script. p. 982.

BLAVEOLVS, BLAVETVM, BLAVEVS, BLAVINEVS. V. *Blavus.*

BLAVEVS, BLAVINEVS, V. *Blavus.*

BLAVIVM, V. *Blavus.*

BLAVIVS, V. *Blavus.*

BLAVOTINI, BLOETINI, militaris factio in caſtris Flandriae Comitis, Philippo Auguſto regnante. Rigordus an. 1213. BLOETINOS, vocat, ut et Willelmus Armoricus lib. 2. et 9. Philippidos, qui videtur innuere gentem fuiſſe hac appellatione, eam Flandriae partem, quae Furnas ſpectat, incolentem, ubi *Yſengrines* collocat. Verſus Furnas illos pariter ſtatuit Lambertus Ardenſis pag. 258. dum enarrat bellum a Mathilde Luſitana Philippi Comitis Flandriae vidua Furnenſibus illatum: *Eo maxime quod blavotinos nunquam domare vel ſubjugare potuit.* Alio loco, bellica virtute, et animi magnitudine praeſtitiſſe *Blavotinos* ſcripſit: *Aliique parentes eius amici, vepote viri fortes, auſim dicere Blavotinorum patres et auctores.* Vide Chronicon Andrenſe an. 1281. Meiertus a. 1206 et Malbrancus lib. 11. de Morinis cap. 7. a *Blavocorum* familia appellatos volunt. Certe in Charta Philippi Alſatii Flandriae Comitis an. 1181. apud Mireum in Diplom. Belg. l. 2. c. 44. *Riquardus Blavoet de Furnis* ſubſcribit.

BLAVVS, BLAVEVS, BLAVIVS, BLOIVS, color caeruleus ex Germanico Blau, Galli *Bleu* dicunt. Ioannes Ruellius lib. 1. de Naturâ ſtirpium cap. 7. *Quod haſtenus Galli nomen blavei pro blatteo retinuerunt, coloris genus ſatis diſtitae purpureae, nec quoàd modo ſaturatae, ad caeruleum aliquatenus accedentis, etc.* Cap. 134. *Trivialis, ut creditur, flos eſt, in frumentario naſcens agro, et hortis quoque ruſticorum et quellarum corollis, calyce roſarum, ſed ſquamoſo atque triſti, plurimis ſtipantibus caeruleis barbulis, unde partim a ſumma caerulei coloris gratia blaeolos lingua noſtra blauum appellante caeruleum.* Matthaeus Siluaticus: *Iſatis - - eſt herba qua tingitur blauetum, et dicitur blauum:* Alibi: *Sandarax, eſt herba de qua tingitur blavus color.* Ioannes Monachus in Vita S. Odonis lib. 3. Statuta Eccl. Meldenſis apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 900. BLAVEVS, Albertus Argentin. pag. 121. *Blaveae purpurae*, apud Vincentium Bellunc. lib. 32. cap. 30. *Chyprus blavei coloris*, apud Gobelinum Perſonam aetate 6. cap. 73. V. *Bloius.* BLAVINEVS. Annal. Benedict. t. 3. pag. 357. n. 14. *Propter blavineam cucullam, qua induitus erat.* BLAVIVS Chronicon Sclawicum editum ab Erpoldo Lindenbrog. c. 30. *Sub parvo blavio lapide - - oſſa eius quieſcunt.* Occurrit etiam in Chronic. Windesh. lib. 1. cap. 31. lib. 2. cap. 44. et apud Martenium Anecdot. to. 3. col. 1675.

BLAX, Βλαξ, μῶρος: Supplem. Antiq. V. *Blas.*

BLAZONARE, delineare figuras in ſcutis gentilitiis. Menoti ſermones fol.

fol. 44. recto col. 1. *O quod thema poterat tunc capere B. Antonius qui habebat blazonare arma huius miseri.* *Blason, Blasonner* Gallis, vt Latinis elogium, modo in bonam, modo in malam partem sumuntur; vnde Carolus *Fontaine, Art poëtique chap. 10. Le blason est vne perpetuelle louange, ou contient vitupere de ce qu'on s'est proposé de blasonner.* De vocis origine nihil certi. Vide Menagii Diction. Etymol. Linguae Gallicae.

BLAZEA, an tributum ex *Blado* venali percipiendum? Annal. Benedict. tom. 5. pag. 668. col. 1. in Charta Vnfredi Comitis pro monasterio S. Michaelis: *Scilicet dimidiam blazeam eiusdem ciuitatis, et dimidium gorretaticum, et medietatem legum et totius reditus.*

BLECOVEDA, V. *Bletneda.*

BLEMCHVS, a Gallico *Blanc*, Hispanis *Blanco*, albus, argenteus. Spicil. Acher. to. 8. pag. 386. ex Iacobi Aragoniae Regis Edicto pacis et treugae: *Praestantes insuper censum viginti solidos de blenchis monetae.*

BLENECTA, species quaedam anserum parusarum, apud Fridericum lib. 1. de Arte venandi cap. 6.

BLENENIA, stultitia. V. *Blennones.*

BLENI, BLENNI, V. *Blini* et mox *Blennones.*

BLENONES, Papiae, *Impudici, hircones.* Vgutio: *Blennus, stultus, hircosus, impudicus, et haec blenenia, stultitia.* Glossar. Isid. *Blenones, puditi hircosi*, mendose. Rectius Excerpta, Cerda probante, *Blenones, putidi, hirceti.* Constantiensis, *Blennones, Impudici, hircones.* Turneb. Aduersar. l. 28. c. 5. ex Onomastico veteri: *Blennones pudenda sunt hircorum.*

BLENVVS, teter, V. *Blini.*

BLESSAGHA. Charta Henrici Regis Angliae pro Abbatia de Corneliis in Normannia, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 963. 964. *Et ad praedictum manerium vnam Blassaghan; et carbonem in nemus suum (alias in nemore suo) ad Blessaghan sustinendam.*

BLESTA, Lemouicensibus *Bleite* vel *Bleste*, cirrus. Chartular. S. Iosanis de Aurel. fol. 51. vo. *Ne iniuriam vlterius facere praesumeret, pro emendatione iniuriarum quas fecerat, ciroum. vel blestum barbae suae tradidit in manu Domini Guncherii.* Tabularium Vosiense fol. 40. vo. *Omnibus hominibus notum sit, quoniam Rainaldus Vgo et vxor eius Alaidis, et frater eius Petrus Vgo venerunt ad Monasterium Vosiense, et in Capitulo condonauerunt se ad sepulturam in eodem Monasterio et ad monachilem habitum, quando eis voluntas fuerit, et propter hoc, vt suma esset promissio, accepit Dom[illegible] Abbas Rainaldus de capite Rainaldi blestum, et concesserunt et dederunt, etc.* De huiusmodi donationibus per *Blestum* seu *Capillos* fusius dicetur in voce *Capilli.*

BLETNEDA, *Blada* demessa, eaque potissimum quae ex campipartibus et agrariis colligebantur. Charta an. circ. 1063. ex maiori Chartul. S. Victoris Massil. pag. 91. *Guillelmus Plantinus donauit alsari S. Mariae et S. Victoris Massiliensis monasterio mediatatem decimi de pane et vino, et carne, et totam bletnedam ipsum contra S. Christopoforum.* V. *Bladagia* † In charta ipsa rectius legitur *Blecoueda*, vel forte *Bletomeda*, i. e. locus arboribus et maxime quercubus consitus, idem ac *Blachia* et *Bletonata.*

BLETONATA, silua nouellis arboribus et maxime quercubus consita, Expletum an. 1540. in Bressia: *Sufini vnam bletonatam quercuum existentem ante carronerium de Bouchampt, etc.*

BLEVETVS, siue BLVETVS, vt legitur in MS. D. Lancelot, caeruleus, Gall. *Bleu*, Germ. blau. Hist. Dalphin. to. 2. pag. 278. *Item pro Palmis quatuor cum dimidio de panno bleueto, etc.* Occurrit semel et iterum ibidem p. 80. Monast. Anglic. to. 3. p. 90. *Tunicas clausas de nigro brunetto vel bluetto.* V. *Blauus.*

BLIAVDVS, BLIAVS, BLIALDVS, vestis species. Tabular. Abbatiae S. Amantii Inculism. *Dedit pro placito ipso 20. sol. et vnum bliaudum canabinum.* Tabular. Diuion. apud Petardum: *Dederunt Cappam et bliaudum.*

dum. Bliandus fuſtanens, in Tabulario S. Albini Andegauenſ. Gaufredus Voſienſis part. 1. cap. 72. *Mulier, cui brachia manusque natura negauit, pedibus camiſias et bliaus, ac quaslibet veſtes forcipibus inſcindebat.* Gallis ol. *Bliaut.* Ruſtici Dumbenſes et Sebuſiani etiamnum dicunt *vne Blaude* pro veſte ſuperiori; Occitani *Briſaut.* Cambro-Britannis, *Bliaud* eſt ſindon. BLIALDVS. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 32. *Dedit ipſi Widem 20. ſol. et vxori caligas, et ſito eius vnum blialdum de fuſtanea.* Quibus extremis verbis ſubſcriptum legitur ex minio vnum *blidalem.* BLISAVDVS, in ſtatutis Maſſilienſibus MSS. lib. 2. edit. pag. 302. *De blisaudo ſendati cum frenio, etc. de bliſaudo deminue conſuto cum ſerico.*

† BLIBARE, *ſtirpare, vitulari*, Prov. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657.

BLICEA, *ſtultitia.* Papias MS. Eccleſiae Bitur. Eſt pro *Blitea*, quod vide.

BLIDA. (1) Machina bellica. Rolandinus in Chronico lib. 5. c. 15. *Dum autem Eccelinus cum blidis et aliis inſtrumentis impugnaret Anſe fortiſſime.* Cambro-Britannis *Blif*, eſt catapulta: *Blie*, Danis, vt eſt apud Pontanum in Chorographiae Daniae pag. 799. Loccenius pariter lib. 3. Antiq. Suecic. cap. 2. obſeruat in veteri Gloſſario Teutonico-Latino *Bliide* verti machinas ac tormenta. Certe *Blida*, pro *Bidde*, legendum videtur in Chronico Richardi de S. Germano an. 1239. *Ingenia quae Biddae, Dominae, et Mangonelli fiunt, Imperatore mandante.* Vide V. Cl. Andream Felibianum lib. 1. de Architectura pag. 103. Chriſtophor. Hartknochium ad Chronic. Pruſſiae Petri de Duisburg. part. 3. cap. 114. etc. *) Adde C. V. Gruponii Obſeruat. p. 457. I. L. Friſchii Lex. Germ. v. Blide, et I. Ihrii Gloſſar. Suio-Goth. v. *Blida.* (2) † Monetae ſpecies, niſi ſit mendum. Hugon. Metelli canon. epiſt. 8. t. 2. Monum. ſacr. antiq. p. 339. *Ea propter nolo te ignorare me vendidiſſe centum blidis malum etc.*

BLIDALIS, V. *Bliandus.*

† BLIMARDVS, an locus ad ferarum cuſtodiam palis, cratibus, muris aut foſſis ſeptus? Ch. a. 1186. inter Probat. Hiſt. Bleſ. pag. 7. *Dedi et conceſſi - - monachis - - calfagium ſuum ad nouem ſummarios, et vniuerſum vſuarium ſuum - - ad reparationem eccleſiae ſuae et domorum in tota porpriſa abbatiae, in toto blimardo et in omni foreſta Bleſenſi.* Infra: *Tenet etiam in defenſo per totum foreſtum et per totum blimardum caperens, exceptis ſolummodo cunis.* An malles de loco in foreſta nouellis quercubus conſito intelligere? V. *Bletuada.*

BLIMIS, V. *Blini.*

BLINI, *tetri.* Iſid. Gloſſar. Ad quod Graecismus notat in Excerptis haberi, *Blinni, tetri*, ſed retinendum eſſe *Blini*, quod eſt pro *Bleni*, *i* in *e* mutato, vt alibi non ſemel. Apud Conſtantienſem, *Blenni, tetri.* Turnebum Aduerſar. lib. 28. c. 5. *Blemi, tetri.* Plautus Bacch. 5. l. 2. *Blennus* accipit pro ſtulto, ſtolido. Eſt a Graeco Βλίννος, mucoſus. Βλίννος enim mucum ſignificat: vnde vox ad ſtultum metaphorice translata. V. *Blenones.*

BLINICHIVM, mendoſe pro *Bicchinum*, V. *Biccetum.*

BLINTRES. Leges Inae cap. 79. *Duodecim membrae ceruiſiae, wyglifiae, triginta blintres.* Haec ex Gloſſario Spelmanni, qui ſic corrigit juxta Saxonicum, *Hlintres*, *h* pro *b*, *n* pro *m*. Eſt autem *Hlutre*, ſimplex, purum, lucidum. Senſus ergo legis: *Duodecim amphorae ceruiſiae wyllifiae*, hoc eſt, *potentioris, triginta tenuioris.* Idem Spelman. in voce *Ambra* legit *Blutres* pro *Blintres.* Vtraque lectio ferri poteſt.

BLISAVDVS, V. *Bliandus.*

BLISSARE, balbutire, inarticulate loqui, quod faciunt *Bleſi.* Anonymus de Mirac. S. Bertini c. 4.

BLISTATA, V. *Biſchalitia.*

BLITEA, *ſtultitia.* Papias. V. *Blicea.*

BLITTEN. Papias: *Gluten, - - - conſtitio quaedam, quae glutinetur aliquid,*

quid, *vulgo bleten*. Ita MS. Editus vero habet *Blittens*.

BLIZAVDVS, V. *Blaudus*.

BLOCVS, truncus, Germanis Block. Areſta an. 1294. in Regeſt. Parlam. B. pag. 110

BLODEVS, color ſanguineus, a Saxonico *Blod*, ſanguis. Kennet. in Antiquit. Ambrosden. p. 576. *Et in bladeo panno empto pro armigeris et valetis*. Rymer. to. 10. p. 346. *Duos pannos bladei coloris - - unum pannum aureum bladei coloris*. † Carpenterius colorem caeruleum hic intelligit. V. *Blaius*.

BLODIVS, eadem notione, apud Rymer. tom. 7. pag. 745. Et tom. 8. pag. 277.

BLODSTODIA, cruentatio, ſanguinis effuſio. Ex Anglico *Blodſchoten*, cruentatus, et *Blod* Saxonico, ſanguis. Vide Leges Henrici I. cap. 78.

BLODVS, V. in *Bloius*.

BLODWITA, poena, mulcta effuſi ſanguinis. Ex Saxonic. *Blod*, ſanguis, et *wita*, mulcta, emendatio. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 39. *Qui Blodwytam, id eſt, forisfacturam ſanguinis fecit, reus eſt*. Occurrit etiam c. 23. 37. 70. 81. Vide Kennettum in Gloſſar. ad calcem Antiq. Ambrosden. BLODWYTA, Fletae lib. 1. cap. 47. §. 15. *Eſt quietantia miſericordiae pro ſanguinis effuſione*. Ita etiam Raſtallus: *Blodwits, eſt quietum eſſe de amerciamentis de ſanguine fuſo, - - quia wit en Anglois, eſt miſericordia en Latin*. Charta Ranulfi Comitis Ceſtriae in Monaſtico Anglic. t. 1. p. 767. *Concedo etiam dictis Monachis - - quod habeant liberam curiam, et tholcuim, et aſſiſam panis et cerviſiae, et wthefiam, et Blodwit, et cavalla felonum*.

BLOETINI, V. *Blanotini*.

BLOETRESET, (*) vulneratus vt ſanguis fluat, Germ. Blutrünſig, a Germ. Blut, ſanguis, et rinnen, manare.) Leges et Conſuetudines Furnenſes ex Archiuo S. Audomari: *Qui alicujus bloetreſet ſine cultello aut ſanguinem traxerit, emendabit Comiti tres libras et latſo ziguni ſolidos*.

BLOGMVS, genus, vt videtur, placentae, vel potius carnis cruſta incluſae et incoctae, Gall. *Pâté*, vel minutalis, *Pâté en pot*. Codex MS. Conſuetudinum Eccleſiae Colonienſis ex Chartulario Eccleſiae Arrebat. *In quatuor diebus Natiuitatis dantur qualibet die quatuor Blogmus tantum praeſentibus, qui ſic diuidentur. Primo die ab vna parte chori dantur duo Blogmus. Vnum Blogmus datur maiori officio - - Diuidentur Blogmus - - pro carnibus pro quibus emendis ad Blogmus - - Dantur duo Blogmus*.

BLOIRE, de auibus rapacibus dicitur, cum earum oculi conteguntur, ex Gallico *Eblouir*, oculis caliginem affundere. Fridericus lib. 2. de Arte venandi cap. 37. de Falconibus: *Poſtquam vero capti ſunt, - - ſunt oculi eorum contegendi et claudendi, ne hominum videant: et huiusmodi actus appellatur ciliare, ſeu bloire*. Vide Guillelmum Tardiuum Podienſem in libro Gallico de Aucupio cap. 11. et infra in *Ciliare*. *) Germanis blärren olim erat coecutire, caligare, Anglis *blear* eſt lippus.

BLOIVS, idem forte quod *Blaius*, color caeruleus, vel certe quiuis color, vt *blauus*, apud Ioan. Monachum in Vita S. Odon. ex Saxonico *Bleo*, et *Bleoh*, color quiuis Somnero, etſi *Bleo* eidem ſit etiam caeruleus. Bullâ Gregorii IX. PP. pro Benedictinis: *Monachi non incedant ſine cuculla et flocco: licet ſine cuculla et capâ regulari, non bloia et ſumptuoſa*. Statuta Hugonis Abbatis Cluniac. *Honeſte ſe habeant, nec ſine cuculla et frocco, vel ſine cuculla et cappa, quam praecipimus eſſe regularem, non ſumptuoſam, non bloyam, vel ſine poſtella, etc*. BLODVS, idem, in Monaſtico Anglic. tom. 3. pag. 170. et infra non ſemel. V. *Blaius*.

† BLONDINVS, color flauus. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. V. *Blundus*.

BLONDVS, V. *Blundus*.

† BLOQVERIVS, clypeus, Gall. *Bouclier*, olim *Bloquier* et *Blanquier*. Ch. Mſ. a. 1333. *Qui munitus erant bloque-*

bloqueriis, *enſibus* etc. Occurrit paſſim.

† BLOTVS, pro *Blocus*, vt videtur, a Gall. *Bloc*, ſumma. Chron. ad an. 1490. inter Probat. t. 3. hiſt. Nem. p. 8. *Debeant - - vniuerſum blotum*, *ſine vniuerſitatem* (vniuerſalem) *ſummam augere. - - Quod - - blotum vniuerſale non augmentabunt.*

BLOYHORN, mendoſe, apud Spelmannum in voce *Cenitus* pro *Blanhornum*, quod vide.

BLOYVS, V. *Bloius*.

BLVDEWICA, an jus imponendi et percipiendi mulctas effuſi ſanguinis? Rymer. to. 13. pag. 63. col. 1. fin. *Cum - - bruerüis et geneſtis*, *cum herezeldis*, *bludewicis et marchetis*, *etc.* Eadem totidem verbis habentur p. 5. eiusd. tomi. V. *Blodwita*.

BLVDIE, V. *Blae*.

BLVET, caeruleus, Gall. *Bleu*, Angl. *Blue*. Monaſticum Angl. to. 1. pag. 831. *Veſtimenta aut∘i dabunt mihi de griſeng*, *vel halberget*, *et pellibus agninis*: *vxori autem meae*, *ad carius bluet*, *et* (ex) *pellibus ſimiliter aguinis*. Tom. 3. p. 90. *Supertunicas clauſas de nigro brunetto vel bluesto*, *cum mantello de nigro panno*, *etc.* V. *Blauus* et *Blenetus*.

BLVETTVM, BLVETTVS, V. *Bluet*.

BLVLARDI, minutioris monetae genus, f. a colore ſic dicta, Belgis enim *Bloſaert* idem ac ſubruber, Gall. *Rougeatre*, quod monetae cupreae conuenit. Adrianus de Veteri-Buſco de Reb. Leodienſ. apud Marten. t. 4. Ampliſſ. Collect. 1231. *Electus etiam*, *neſcitur quo conſilio uſus*, *coepit facere monetam cupream de blulardis*, *faciens proclamari ſuos blulardos ad VI. denarios*, *et dominus de Heinsbergh ad IV. denarios*, *vnde communis populus fecit deriſionem*, *et noluit recipere aliquos niſi ad IV. denarios tantum.*

BLVNDVS, BLONDVS, color capillorum flauus, qui Gallis *Blond*, Graecis ξανθὸς, lureus dilutior: a Saxonico *Blonde*, mixtus, *Blonden*, tinctus, intinctus, imbutus, fucatus. Nam rutilus color fiebat arte quadam, ſpecierum mixtione, verbi gratia lixiuio et ſapone, vt plutibus probat Cluuerius lib. 1. Germ. Antiq. c. 16. Vgutio et Ioannes de Ianua: *Flauus*, *eſt qui vulgo dicitur blondus*. Hiſt. rerum Laudenſium Ottonis Morenae pag. 125. *Erat ſpiſſus corpore*, *mediocris ſtaturae*, *capillis blondis*, *etc. Capilli blundi*, apud Michaëlem Scotum de Phyſion. cap. 44. 47. 59. BLONDVS, in veteri Charta a Spelmanno laudata: *Sicut Rogerus de Garneio pater ſuus*, *tenuit tempore Regis Willelmi blondi auunculi ſui*. Loquitur de Willelmo Rufo Rege Angliae. Rufus quippe eſt rutilus color, quem *Blondum* dicimus. De vocis etymo vide coniecturam Octauii Ferrarii in Orig. Ling. Ital. V. *Biondo*.

† BLVSO, contuſio. Lit. remiſſ. an. 1386. *Cirurgici retulerunt - - nullas plagas ſeu vulnera*, *vel interſignia*, *ſeu bluſones habuiſſe*. Gallis olim *Bleſſemens*, vulnus, plaga.

BLVTARE. Lex Longob. lib. 1. tit. 18. §. 1. *Si caſam cuiuscunque blutauerint*, *aut res eorum tulerint*. Vbi Gloſſar. *Blutauerit*, *cunctauerit*, item: *Blutare*, *expoliare*, *bloten*. Editio Heroldi habet, *Bluttauerint*, Muratorii, *Brutauerint*, Boheriana *Brutauerint*. Obſeruat idem Murator. tom. 1. part. 2. pag. 59. D. Italos vti verbo *Brutare* pro *conſpurcare*, *foedare*; vnde colligit fortaſſis eadem ſignificatione vſurpatum eſſe *Brutauerint*: nam, inquit, quod ſequitur, *aut res eorum tulerint* ſatis indicat *Brutare* diuerſum quid ab exſpoliatione ſignificaſſe. Gallis, *Blutter*, eſt *farinam incernere*. *) *Blutare* eſt a German. ant. Blutt, Germanis inferioribus etiamnum blot, Suecis *blott*, Belgis *blott*, nudus; inde blotten, *blutare*, nudare, exſpoliare. Recentiores ab hac voce inſerto *n* formarunt plündern, ſpoliare.

BLVTHVRA, leue vulnus, quod Galli *Bleſſure* dicunt, a quibus forte orta vox, niſi hanc a Germanis ii acceperint. Burchardus Epiſcopus Wormacienſis in Lege Familiae: *ſi autem cum pugno*, *aut aliquo leni flagello*, *quod Bluthuram vocant*, *aliquem percuſſerit*, *etc.*

BLV-

BLVTRES, V. *Blintres.*

BLVTTARE, V. *Blutare.*

BOA. (1) S. Hieronym in S. Hilarione: *Draco mirae magnitudinis, quem gentili sermone Boas vocant* (Dalmatae) *ab eo, quod tam grandes sint, vt boues glutire soleant.* Plinio 8. 14 *Boa*, serpentis genus est a bubulo lacte, quo alitur, sic dictum. (2) † Morbi genus. Bestiar. Ms. c. 96. *Ydrus dicitur aquatilis serpens, a quo icti obturgescunt; cuiusmodi morbum quidam boam dicunt, eo quod simo bouis remedetur.* (3) † BOA, *la infratione de li gambe.* Glossar. Lat. Ital. Ms. *Tumor crurum e labore viae collectus*, apud Festum. V. Lex. Mart in h. v. (4) † Pro *Broca*, armorum genus, nisi sit mendum. Stat. synod. Tornac. a. 1366. p. 49. *Ne clerici arma - - deferant, cultellos cum punctis, boas ferreas, ligneas - - sine baculos ferreos cum brocis.*

BOACHIERS, machinae bellicae species. Sanutus lib. 3. part. 12. c. 21. *Et postea fecit approximare orificio fossarum Boachiers multos, multumque sibi vicinos, a turri S. Nicolai, vsque ad Sbaralium Dom. Odoardis, et post le Boauchiers, fecit erigi plures carabagas proiicientes magnos lapides.* † Ex Sanuto potius esse videntur sportae vimineae terra oppletae, quibus machinae jaculatoriae protegunt. Germ. Schanzkörbe.

BOADA. (1) *Corneia* cum bobus praestanda. Saisimentum Comitatus Tolos. an. 1271. in Annal. Tolos. G. la Faille tom. 1. inter Instr. pag. 17. *Communitas dicti loci debet Domino Regi exercitum et triginta solidos pro alberga annua - - et boadam, videlicet vnam dietam de quolibet aratro boum, saluo prandio bubulci et de qualibet bestia carregii vnum jornale, saluo prandio ductoris.* (2) † Praestatio ex blado, quae ratione boum, seu pro pari boum aratorum, vel pro aratro pendebatur. Ch. Ms. an. 1230. *Medietatem - - boadae sive bladadae.* V. *Bladada.*

BOAGIVM, V. *Bouagium.*

† BOAIRA, BOAYRIA, seruitium cum bobus domino a vassallis exhibendum. Ch. Ms. a. 1251. *Vsaticos, boairias, asniairias* etc. BOERIA, in Ch. a. 1257. BOAYRIA, in alia a. 1343. V. *Boata* 2.

† BOALA, *la sententia*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

BOALAGE. Iacobus I. Rex Aragon. in Foris apud Exeam an. 1265. et Obseruantiae Regni Aragon. lib. 6. tit. de Priuilegiis Militum §. 13. *Richi homines, Milites, nec non etiam Infantiones Aragonum teneantur dare sibi vel successoribus suis Boalage, nec herbage.* V. *Bouagium.* † Hispan. *Boalage* est tributum quoddam ex bobus. V. *Boada* 2.

BOALARE, in Foris Aragonensibus, *idem est quod Vetatum, et non potest fieri sine licentia Regis domini per homines alicuius villae vel loci, nisi quantum continet vna balliſtata: quia alias per indirectum defraudarentur homines locorum conuicinorum in suis pascuis foralibus, quia non possent pascere ibi de sole ad solem, et de area ad aream. In Boalari suo si quis inuenit oues pascentes, potest de die occidere, vnam ouem. Si vero de nocte, potest occidere duas oues*, etc. Michael del Molino in Reperrorio Fororum Aragon. lib. 6. tit. de General. Priuileg. §. 35. Vide Foros Arragon. lib. 3. tit. de Pascuis.

† BOALE, praedium rusticum, i. q. *Bouaria*; BOATERIVS, qui eiusmodi praedium curat. Formulae Ms. Cod. reg. 7657. *Licet talis delatus moraretur pro boaterio cum ipso domino tali - volens aliena furari, tam de boali, quam baſtita ipsius Domini.*

† BOANATOR, cui, vt videtur, boum cura commissa est. Ch. Guilielm. Bellism. comit. an. circ 1025. *Quod nec vicarius, nec forestarius, vel boanator, vel venator vnquam seruus illam penetret.*

BOANOSA. Monachus Egolismensis in Vita Caroli M. an. 798. *Adefonsus Rex Galliae et Asturiae praedata Olisippona, vltima Hispaniae ciuitate, insignia victoriae suae boanosas, mulos, captiuosque Mauros Domino Regi Carolo per Legatos suos Frojam et Basiliscum hiemis tempore misit.* Vbi loci

loci incertus auctor Vitae eiusdem Caroli et Annales Francor. habent, *insignia victoriae suae, loricas, mulos, etc.* Eginhardus vero in Annalib. *Maures videlicet septem, cum totidem mulis atque loricis, quae licet pro dono mitterentur, magis tamen insignia victoriae videbantur.* Ex quibus conficit Meursius *σασανίας*, vel *σασανίας*, pro *βουνόους*, legendum apud Monachum Egolismensem. Moschopulo lib. *περὶ σχεδῶν* Σασανίων, Latinis idem sonat quod Graecis *φολιδωτὸν ὅπλον*, seu *lorica*; *σασάνιον*, habetur apud Ioannem Diaconum ad scutum Hesiodi. Σᾶσον, pro vestis specie, occurrit apud Io. Tzetzem Chil. 1. c. 29. Sic autem fortean dicta eiusmodi vestis a Susis, Persidis Metropoli.

BOARIA, BOARIVM, V. *Bouaria.*

BOARIVS, pastor boum. Ius Vincentin. lib. 1.

† BOAROIATA, modus agri idem ac *Bouata*, Ch. a. 1356. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 184.

BOASTAR, *la Stalla*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† BOATA. (1) Idem ac *Boada*, Reg. Cam. Comput. Paris. *Boatam du lien de Marinh.* Ch. Ms. Phil. Pulc. a. 1301. Alia a. 1318. V. *Bladata* et *Bouagium.* (2) Seruitium cum bobus ex pacto debitum. Ch. comit. Marchiae a. 1406. V. *Boairia.*

† BOATERIA. (1) *Tallioe* species, vectigal quod ab vniuersis subditis penditur. Ch. a. 1183. ap. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 170. *Quod consules - - fecerint collectam vel boateriam extra ciuitatem super rusticos.* Alia a. 1199. ibid. p. 177. Quod a *Bobatteriis* seu agricolis exigeretur. V. *Bobatterius.* (2) Forum vbi venduntur boues, in Ch. Ms. a. 1452.

† BOATERIVS. (1) Qui praedium rusticum, *bouaria* dictum, curat. V. *Boale.* (2) Ital. *Boattiere*, boum mercator, vel qui eorum carnes vendit. Stat. Mutin. rubr. 261.

† BOATIA, tributum quod pro pari boum penditur, i. q. *Bouagium.* Ch. a. 1173. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 99. V. *Boata* 1.

BOAYRIA, V. *Boaira.*

BOB, Βούδιον, *Bulbitum.* Supplem. Antiquarii. † Leg. *Bobuli*, *βοιδία*, ex Vulcan.

† BOBA. (1) *Vehemens robur; interdum, genus serpentis.* Glossar. vet. Cod. reg. 7646. V. *Boa* 2. (2) LAS BOBAS, lues venerea, a *bubonibus* sic dicta. Deliber. a. 1490. apud Pitton. Hist. Aquens. p. 246. V. *Buba.*

† BOBATTERIVS, agricola, ad agriculturam pertinens. *Statuta nobilis artis bobatterierum Romae* 1526. in Giornal. de Litterati d'Italia Vener. 1719. t. 31. p. 454. V. *Boateria* 1. et *Babulcus.*

BOBELLIVM, bouile, bubile. Gloss. Saxon. Aelfrici: *Bobellum*: *Fald*, i. stabulum.

BOBER, V. *Beuer.*

† BOBIA, forum publicum, vt viderur. Ch. an. 1314. Ms. *Apud Briantzonum in Bobia castri ipsius loci, praesentibus his testibus* etc.

BOBICINATOR, pro *Bobinator*, in *Bobinare.*

BOBINARE. (1) *Conuiciare, clamare.* Vet. Gloss. San-Germ. num. 501. Papias MS. *Bobinare, conuitiari, clamare. Per mulieris menstruae sanguinem inquinare.* Glossar. MS. Montis S. Eligii Atrebat. *Bobina, as, conuitiari, dampnare, clamare; vnde Bobicinator, conuitiator vel tricosus et inconstans. Bobinare* pro *Bominare*: Vox Festo Nonio aliisque paucis nota. Hanc fusius exponit Martinius in Lexico. Quod autem additur a Papia, *Per mulieris menstruae, etc.* aliis est, *Bubinare.* (2) † Iactare, ostentare. Chron. Ioh. Whethamsted. p. 516. Hinc BOBINATOR, iactabundus, ostentator. Andr. Floriac. Ms. l. 3. Miracul. S. Bened.

BOBINATOR, *tricosus et inconstans.* Papias MS. Isid. Gloss. *Bobinatores, inconstantes.* Ad quod si tanti est,

Grae-

Graecilum conſule. V. etiam *Bobinare* 2.

BOBINATVS, *triceſius et inconſtans*, in Veteri Gloſſario San-Germaan. num. 501.

BOBLA. Gloſſ. Aelfrici: *Bobla, Flot.* Vbi Somnerus, *forte biblus, vel byblus, papyrus bibula*: Belgis, *Vloed papier.*

BOBONES, V. *Babii.*

† BOBROWNICI, vox Polonica, quae *corneias* ſeu operas, vel iis ſubditos ſignificare videtur. Ch. Caſimiri duc. Oppolienſ. a. 1228. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonſtr. p. 480. *Excipimus homines ipſorum, ab omni ſeruitute juris Polonici qualitercunque bobrownici, ptare, ad caſtra etiam aedificanda ſive reparanda* etc.

BOBVLCA, idem ac *Bonata*, apud Murat. t. 8. Script. p. 1149. 1175.

† BOBVLCVS, bubulcus, Ital. *bebolco.* Stat. Palliuic. lib. 1. c. 18. pag. 21.

BOCA. (1) V. *Banca.* (2) † Piſciculis marinus e genere halecum, de quo Aldrov. de Piſcib l. 2. c. 39. Acta SS. t. 5. Aug. p. 999. Tractatus Mſ. de Piſcib. c. 65. *Box vel Boca Plinio, Venetiis dicitur Booba, in reliqua Italica, Liguria, Hiſpania, Gallia Narbonenſi* bogue *nominatur.* V. *Bocharius.*

BOCAFORT; a Gallico, *Fort en bouche*, dicitur de equo qui durioris eſt oris, et quem freno vix licet flectere, Germ. hartmäulig. Conſuetudo Brageriacenſis art. 102. *Sine culpa autem dicitur dominus fore - - cum euidenter dicta animalia apparent bocafort.*

† BOCAGIVM, ſilua, nemus, pro *Boſcagium.* Ch. Caroli C. a. 869. pro monaſterio S. Vedaſti.

† BOCAIRIA, macellum, laniena, Gall. *Boucherie.* Ch. a. 1273. inter Probat. t. 4. Hiſt. Occit. p. 59. V. *Bocaria et Beccharia.*

† BOCALARIVM, ſcutum, clypeus, Gall. *Bouclier*, apud Muran. t. 15. Script. Ital. p. 612. V. *Bloquerius.*

† BOCALE, vaſis ſpecies; Ital. *Boccale*, Gall. *Bocal.* Liburne a. 1389. c. 3. Cod. Ital. diplom. pag. 366. Murat. t. 16. Script. pag. 758. V. *Banca* 1.

BOCALIS PVLLVS, in Foris Aragon. lib. 8. tit. *Vt emiſſarii, ſine guarantyones, vel pulli bocales, occaſione aliquarum executionum nequeant pignorari.* Hiſpanis *bocal*, nouicium ſonat.

BOCALVS, lagena vitrea, Gall. *Bocal.* Catalogus Epiſc. Regienſium, V. *Banca* 1.

† BOCAR, ſtabulum boum, bouile, in Gloſſar. Lat. Gall. Mſ. a. 1352. V. *Boſtar.*

† BOCARAMVM, telae ſpecies, eadem quae *Boquerannus.* Stat. ciuit. Aſtae. V. *Boccaramen.*

BOCARIA, ex Gallico *Boucherie*, macellum, in Charta an. 1246. apud Sammarthanos in Epiſcopis Aptenſibus p. 177. *Bocaria caſa*, in Chronico Beneuentano S. Sophiae p. 584.

BOCARONVS, idem quod *Boquerannus*, Gall. *Bougran.* Teſtamentum an. 1237. ex Archiuis S. Victoris Maſſil.

BOCARTICA MATERIA, *dicitur quae eſt contrarium opinionum rationibus inuoluta.* Vocabul. vtriusque Iuris.

† BOCASOTI, iidem qui *Binoci*, quod vide.

BOCASSINVS, telae ſpecies ex goſſypio vel lino. Statuta Eccl. Aquenſis MSS. a. 1259. *Caeteri vero cappam habeant ferratam de tela lineola ac nigri coloris ſine bocaſſino.* Charta an. 1433. *Pluuiale noſtrum de ſerico albo foderatum de bocaſſino albo* V. *Boccaſinus.*

† BOCATA, munimenti ſpecies. Ch. a. 1218. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui. *Cum omni jure et juriſdictione curtis et caſtri, et ſpecialiter gnatitae et ſceleraguatae, bocatae et phalangatae* etc.

† BOCATORIVM, forte macellum, lanienum, *boucherie* Gallis. Inuentar. Chartar. reg. a. 1282. *Littera - - de venditione - - de tribus partibus, quas ſe habere dicebant in quodam bocatorio ſito apud Villam nouam regis.* V. *Bocairia.* Niſi ſtabulum boum ſeu bouile malis intelligere.

Boca-

Botatorium legit Cangius ex Reg. 31. Chartoph. reg.

BOCCA, vox Italica, bucca, os viceris, fluminis, riui. Acta SS. Aprilis to. 2. pag. 823. in Miraculis B. Simonis Eremit. Auguſtin. *Et habebat cancrum in tibia habentem quatuor boccas.*

† BOCCAGIVVM, forte praeſtatio ex vino in *bocalis* vendito. Ch. an. 1165. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 555. *Ego - - impignoro - - totum ipſum boccagium et cridas quas habeo in villa de Biterris* etc.

† BOCCARAMEN, idem ac *Bocaramum*. Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſtol. a. 1295. V. *Boqueramus*.

BOCCARAN, idem quod *Bocaronus*. Statuta antiq. Cartuſienſ. part. 2. cap. 32. §. 2. *Caſulas de boccaran, et de ſerico albo ſuſtinemus*. Adde Statuta an. 1368. eiusdem Ord. 2. part. 1. §. 8.

BOCCARIA, laniarium, Gall. *Boucherie*, Ital. *Beccaria*. Statuta Maſſil. pag. 158. V. *Bocharia*.

BOCCASINVS, idem quod *Bocaſinus*. Murator. to. 3. pag. 649. *Et ſinguli vexilliferi habebunt quatuor pedites cum lacernis boccaſinis cum inſignibus Dominorum ſuorum*. Ibidem col. 2. D. *Poſt Sacramentum equitat immediate Sacriſta, qui vt caeteri Praelati habet equum totum coopertum boccaſino*. Vbi Muratorius haec annotat: „Minus notae ſignificationis „vocabulum barbarum *Boccaſinus*, „de quo interrogati Romani reſpon„dent, linei panni ſpeciem eſſe ſub„tilitate praeſtantis, quemadmodum „Belgis eſt, quem Cameracenſem appellant, ideoque laternis formandis ſeruire, adferri autem ex Orien„te.„ V. *Boncaſſinus*.

BOCCOLA, *λίθος ἀγχιτις*, in Gloſſ. Lat. Gr. V. *Bauca*. † Forte ex *bocalis*, niſi legendum ſit *botrola*, ex *bottis*, vel *battis*.

BOCCONE, vox Italica, *Buccea*, bolus, Gall. *Bouchée*, Hiſp. *Bocado*. Vincent. Cigaltius de Bello Italico.

BOCCYS, pro *Boſcus*, ſilua. Charta Henrici II. Regis Angliae.

† BOCELATVS, nodis, vt videtur diſtinctus. Reg. viſitat. Odon. archiep. Rotomag. in Bibl. reg. *Item de fago bocelata quam petebat, diximus quod nullum jus habet in percipiendo* etc.

BOCELLA. (1) Lagena, Gall. *Bouteille*. Edictum Philippi Regis Franc. pro reformatione regni an. 1302. (2) † Naſſae ſpecies, quae Gallis *Boiſſel*, vel *Bouſſel* nuncupatur, in Ch. a. 1243. *Piſcabuntur - - cum triblis, ſeu bonaſtis, feſſinis, ſeu juncheriis, vel bocellis tantummodo*. V. *Boichera*.

BOCELLAGIVM, praeſtatio pro vino. Hiſt. Abbatiae S. Albini Ciſterc. Ordinis MS. a Guillelmo *Gauthier c. 6. Gervaſia domina Dinanni exemit Guillelmum filium Radulfi - - ab omni exactione et tallia, conſuetis, bocellagio, forciagio*. V. *Botagium*.

BOCELLVS, vt *Bocella*. Codex MS. Bibliothecae D. de Chaluet Seneſcalli Toloſ. de Haeret. Albig. *Dictus Poncius miniſtrauit ipſis Haereticis et ipſi vnam placentam et bocellum vini et nuces*.

BOCERAS, regius ſcriba. Apud Anglo-Saxones, inquit Hickeſius Diſſert. pag. 46. qui Cancellarii poſtea dicti erant apud Anglo-Normannos *Boceras* appellati ſunt: id eſt, *Scribae, Notarii*, qui Regibus dumtaxat ab epiſtolis et chartis fuere.

BOCETA, *paſtus*. Papias MS. et Ianſſonius in Auctario Gloſſarum Iſidori.

BOCETVM, bubile. Vita S. Congalli Abbat. *Ad bocetum, vt lac inde aſportaret miſſus eſt*. Acta SS. Iunii tom. 2. pag. 234. C. in Vita S. Columbae Abb. *Obediens ſeruitor, qui ſcilicet lactaria bocetum inter et Monaſterium vaſcula geſtare conſueuerat*. Per *Bocetum* Cangii editor potius intelligenda credit paſcua a *Boſco Bocetum* dicta, quam bubile, vt exponit Cangius. Vide *Boceta*.

† BOCGLARIVM, clypeus, Gall. *Bouclier*. Priuileg. villae Brager. a. 1334. V. *Bocalarium*.

BOCHA, Ital. *Bocca*, Hiſp. *Boca*, Gallis *Bouche*, bucca, os. Hiſt. Dal-

phin. to. 2. pag. 313. col. 2. *Item, volumus et ordinamus, quod singulis diebus in prandio seruiatur nobis pro persona nostra de quatuor panibus albis de bocha*, id est, quales comedere solemus. Ideo enim *de Bocha* dicebantur illi panes, quia solebat Princeps iis vesci: sic etiam hodie dicunt Galli *Vin de la bouche du Roy*, pro vino, quo Rex vitur. In articulis seqq. recensentur nobiliores Aulici, quibus *Albi panes de bocha*, id est, similes iis, qui Dalphino, ministrabantur. *) Germ. Mundsemmeln.

BOCHALVS, vas vinarium, in statut. Veron. l. 4. cap. 116. *Bochale*, in Contract. datior. Bergom. lib. 8. cap. 32. V. *Bauca* 1.

† BOCHARDVS, cinericius, Prouinc. *Bouchar.* Chartar. notar. Daubagne Mſ. *Mullae pilli bocharði.*

BOCHARIA, laniena, Gall. *Boucherie.* Statuta Maſſil. p. 284.

BOCHARIVS. Aelfricus in Gloſſar. Anglo-Saxon. cap. de Piſcibus: *Delphin, vel Bocharius, vel Simones, mereſwin.* Vbi Somnerus, f. *Boca*, vel *Phoca.* V. *Boca.*

† BOCHEARE, BOCHIARI, ligneari, ligna ad vſus ſuos caedere. Inquiſit. a. 1480. in Breſſia, Areſt. fenat. Chamber. a. 1492. V. *Boſcairare.*

BOCHELLVM, oſtium fluuii. Charta S. Bernardi Abbat. Clareual. anni 1145. in Tabulario Epiſcoparus Autiſiod. nunc Epiſt. 426. inter eius Opera col. 375. F. edit. 1690.

BOICELATA, vel BOISELATA TERRAE, modus agri in quo tantum frumenti ſeritur, quantum contineri poteſt in *Boicello*. († Nonnunquam etiam quia *boicellus* cenſualis ex eo colligitur.) Pancarta MS. Titulorum Abbatiae S. Stephani de Vallibus apud Xantones in Charta 27. *Dedit Bernardo - - quinque boicelatas terrae.* Ibid. in Charta 24. *Dedimus pro ſalute atque redemptione animarum noſtrarum nouem boiſelatas terrae.* † BOICELLATA, in Ch. Mſ. a. 1405.

BOICELLVS, modius, Gall. *Boiſſeau*, apud Stephanotium in Antiq. Benedict. Pictav. MSS. tom. 4. pag. 402. ex Charta anni 1275. et in Chartu-

lario S. Vandregeſili tom. 1. p. 3. V. *Boiſſellus.*

BOICHERIA, laniena, Gall. *Boucherie.* Chartularium Aeduenſe in Inſtrumento reſtitutionis an. 1366. V. *Bocheria.*

BOICHETA. († Naſſae ſpecies vt videtur, i ac *Becella* 2, Gallis olim *Boichée.*). Litterae Odonis primogeniti Ducis Burgundiae an. 1265. in Chartulario vrbis Autiſſiod. fol. 39. *In dicto biezio de Brichol piſcari valeant quicunque voluerint, et cum omnibus ingeniis; ita tamen quod non impediant aliquatenus curſum aquae: hoc excepto quod dicti piſcatores, vel alii habere, vel facere non poterant in memorato biezio vel in aliqua parte ipſius noas vel boichetas;* hoc eſt, ni fallor, figere palus vel quid ſimile, quo piſces quidem facilius caperentur, ſed quo biezii aqua ſeu fluens poſſet impediri. V. *Bocheta.*

† BOICHETVS, diminut. a *Boſcus*, ſiluula. Ch. Mſ. comit. Niuern. a. 1238.

† BOIETA, capſula. Comput. Mſ. a. 1239. *Pro duabus boietis eboris ferratis de argento.* Gall. *Boete.*

BOINA, dumetum, minor boscus, vel illius pars denſior, ruſticis Lugdunenſibus etiamnum *Boignia.* Charta an. 1481. ex Archiuis pauperum Charitatis Lugdun. ciuitatis: *Ad triuium vocatum boina de Villon, et a dicta boina de Villon ad inſtitiam ſeu furcas dou Palain.*

† BOIOVM, adeps ſuillus: vt videtur. Reg. A. 2. Cam. Comput. Pariſ. ad 1321. *Magiſtro Ioanni renouatur officium boioni et ſagininis panorum et draperiae villae Cadomenſis.*

BOIRADA, dicitur in Chartulario Camalarienſis Monaſterii Dioeceſis Anic. *de Coruaia*, qua vaſſallus debet arare binis bobus terram Domini ſui. Aruerni *Boirade et Boubade* vocant. *Boiras*, *bey* in Foreſio eſt arator curam habens boum.

† BOIRETA, amphora, Gall. *Burette*, in Lib. nig. S. Vulfran. Abbauill. fol. 29.

BOIS, retis genus. Locus eſt in voce *Boutoirs.*

BOISARE, V. *Beuſare.*

BOISELLADA, idem quod *Boicelata.* Obituarium S. Geraldi Lemouic. *Qui campus continet tres boiſſelladas.* V. *Boicelata.*

† BOISELLINVM, praeſtatio ex menſuratione quae *boiſſello* fit, in Teſt. an. 1262. t. 1. Probat. Hiſt. Brit. p. 985. V. *Boſſellagium.*

BOISEOR, BOISIARE, V. in *Beuſa.*

† BOISIA, fuſtis, baculus, a Gall. *Boiſe.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1358.

† BOISONVS, dumetum, minor boſcus, vt videtur, idem ac *Bocius* 1. Ch. Mſ. a. 1258. *Tam in reddibus bladi, cenſus, tailiarum, coſtumarum, terrarum, vinearum, boiſonorum, pratorum etc.*

BOISSEL, BOISSELLVS, BOISSELLINVS. (1) Modius, a Gall. *Boiſſeau.* Archiuum Veteris Villae in Charta anni 1198. *Willelmus Spina dedi Abbatiae veteris Villae vnum boiſſel frumenti.* Tabularium S. Vincentii Cenoman. *Non volumus latere, Monachos S. Vincentii vnum boiſſellum annonae de molendino Gerengodi Rogerio de S. Vincentio vnaquaque ſeptimana tantummodo in vita ſua conceſſiſſe.* Chartular. S. Vandregeſili tom. 1. pag. 22. *Pechium terrae - - poſſidendam per ſex boiſſellos ordei reddibus boni et opportuni.* (2) † BOISSELLVS, ſitula, quod ad modii formam accederet ſic dictus. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1400. *Petro - - ad quandam fontem aquam a quodam boiſſello ſeu vaſe corei hauriente etc.* (3) † BOISSELLVS POSTNATORVM, praeſtationis ſpecies. Areſt. ſcacar. Paſchae a. 1284. *De nobilibus hominibus et aliis tenentibus per membrum loricae et liberae feoda in Normannia, levantibus et percipientibus boiſſellos poſtnatorum ad tria feſta annualia etc.*

BOISSELINVS, modius, apud Lobinellum Hiſt. Britan. tom. 2. pag. 399.

† BOISSERIA, nemus, ſiluula, Gall. *Buiſſon*, in Ch. Mſ. a. 1258.

BOISSONNIVM, vt mox *Boiſſonus.* Charta an. 1239. inter Inſtrum. tomi 4. nouae Gall. Chriſt. col. 100. B. *Pratum de Nöis, duo boiſſonnia cum fundo terrae - - apud Marciliacum.*

† BOIS-

† BOESSONNIVM, ter legitur in eadem Ch. vbi Codex reg. 9484. habet *Boſſonum* et *Boſſonium*.

BOISSONVS, ex Gallico *Buiſſon*, minor boſcus. Areſta Candeloſae an. 1266. pag. 47. *Afferebat quod ipſa vendere poterat ſuum boiſſonum, qui eſt retro domum ſuam de Bellocampo, ſine grueria et ſine licentia Regis etc.*

† BOISSOTVS, modius, menſura frumentaria, Gall. *Boiſſeau*, in Chartul. Floriac.

BOISTA, ius decimam minutorum granorum percipiendi; ſic dictum forte quod *boiſſello* menſurarentur, cum alia in *garbis* ſeu manipulis colligerantur. Index MS Beneficiorum Eccleſiae et Dioeceſis Conſtantienſ. fol. 27. *Abbas percipit per totam parochiam duas partes garbarum decime, et duas partes attalagii, exceptis aliquibus minutis, quae vocantur la boiſte.*

† BOISTELLA, operculum, quia loco eſt capſae, Gall. *Boete*, in Comput. Mſ. fabr. S. Petri Inſul. a. 1433.

BOISTELLATA, idem quod *Boicelata*. Littera Capituli Atrebat. ex Chartulario Montis S. Eligii Atrebat. *Conceſſimus in excambium praetellum continens tres boiſtellatas terrae una virga minus.*

BOISTELLVS. (1) Idem quod *Boiſſellus*. Tabularium Capituli Ambianenſis. (2) Alia notione in Ch. Anſelli Epiſcopi Beluacenſis an. 1099. *Donamus quoque Eccleſiae B. Petri omnem omnino iuſtitiam de molendinis quos Canonici habent in Beluaco et extra, infra duo miliaria, de faciendo boiſtello, de banno, de latrocinio, et de caeteris omnibus foriſfacturis.* Forte ius menſurae faciendae: eſt enim Picardis *Boiſtel*, menſura frumentaria, aliis *Boiſſeau*. V. *Buſſelus*.

† BOISTIA, pyxis, arcula, Gall. *Boiſte*, vel *Boete*. Ch. Mſ. a. 1315.

† BOITA. Ch. Mſ. an. 1361. *Raimundus Seguini ſeruit unum ſextarium frumenti cenſus, pro quadam petia boitae.* Sed legendum *Bortae*, ſiluae ſpecies.

† BOITELLERIVS, idem qui *Buticularius*, in Ch. a. 1158. apud Ceno. inter Cenſ. eccl. Rom. vbi *Petrus Buttilgerius* in alia eiusdem anni dicitur *Butticularius* et infra *Petrus Boitellerius*.

BOKERAM. Rymer. tom. 10. pag. 471. col. 1. *Pannum lineum - - vel naperii, ſiue bokeram*; f. Bokerani. V. *Boqueramus*.

† BOKETVS, clauus ligneus, fibula, in qua cerei infiguntur. (*) Germani eodem ſenſu dicunt Bock.) Ordinar. Ambian. Mſ. *In duplis - - XII. cerei ſupertrabem rotundam, et XII. boketi.*

BOLA. (1) Meta, Gall. *Borne*. Epiſt. Prioris S. Victoris Maſſil. circiter 1129. apud Marten. Collect. Ampliſſ. tom. 1. col. 694. *Saepius repticantes iniuriam domni Apoſtolici de inuaſione bolarum, pacis et treuae Dei violatione.* Inſtrum. an. 1350. to. 2. Ordinat. Reg. Fr. p. 479. *Item, quod dicti Conſules poſſint et valeant metas ſeu bolas plantare in denijſis et terris dictae vniuerſitatis.* † Hinc BOLAE VILLAE, diſtrictus, intra quem iurisdictio alicuius loci protenditur, i. q. *Banlenca*. Ch. an. 1164. inter Probat. t. 2. Hiſt. Occit. p. 603. V. *Bolla* 4. (2) *Palma manus. Bolita, honor manus.* Ita Papias. Vbi Codex MS. habet, *Bolida, honor, magnus*, ſic etiam vet. Gloſſ. San-German. MS. n. 501. (3) † Globus, pila, Gall. *Boule*, in Lit. remiſſ. a. 1416.

BOLAGIVM, † locus forte fluminis, vbi capiuntur auguillae, vel ſeruantur. Homag. a. 1273. inter Probat. Hiſt. Occit. t. 4. p. 59. *Tenetis - - vſaticum anguillarum, videlicet, XX. anguillas de quolibet bolagio.* Alius locus eſt in *Boertum*. V. etiam *Bolhagium*.

BOLANAE, *Μεσόμφαλοι, παλιγκύκλιοι*: *Propolae*. Supplem. Antiquarii. V. *Bolenae*.

† BOLARE, BOLLARE, ſignare, Ital. *Bollare*. Stat. Vallis-ſer. c. 46. *Debeat ire - - ad bolandum panem.* Stat. Montis-reg. p. 298. *Niſi - - vinum - - per ipſum emptorem bolatum fuerit.* V. *Bolletinum*. Hinc

† BOLARIVS, ſignator, notator, in Stat. Vercell. l. 3. p. 51. V. *Boliarius*.

BOLBITVM, Βόλβιτον, *fimum bubulum.* Suppl. Antiq.

† BOLCRESTARE, terreis aggeribus munire. Comput. Seneſcal. Bellicadri Mſ. a. 1360. *Fecit ennunare ſeu bolcreſtare turrim praedictam.*

BOLDRONVS, Italis *Boldrone*, Hippopera, vidulus, Gall. *Valiſe.* Charta a. 1338. ex Archiuo Maſſil. *Quidam ſuper vna barcha derrobauit de ſachis ſex lanae faxis, ſex boldroni et pellis XX. vna agnili, et duodenis ſeptem agninarum.* Notione nonnihil diuerſa occurrit apud Iacobum Auriam lib. 10. Annal. Genuenſ. ad an. 1293. apud Murator. to. 6. col. 608. *Armabantur etiam in Ianuae quolibet anno galeae et galeoni in maxima quantitate per homines Ianua pro lana, boldronis et aliis mercibus deferendis apud Mosronum.* An eiusmodi merces ſic vocatae quod *boldronis* inuoluebantur?

BOLDVINI, V. *Beduini.*

† BOLEA, meta, terminus, Gall. *Borne.* Inquiſit. ex Tabul. Maſſil. *Deſignentur boleae ſeu termini etc.* V *Bola* 1.

† BOLENA, *lo tabernario*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

BOLENDEGARII, BOLENGARII, piſtores, Gallis *Boulengers.* Charta an. 1212. ex Tabul. S. Vincentii de Nemore: *Ammonitione bolendegariorum de Caſtellonono, qui in praefato molendino de iure tenentur molere. Panifices ſeu bolengarii, Panetaria ſeu bulengaria*, in aliquot Chartis quae habentur in Statutis MS. *Bolengariorum et talemelariorum* Pariſienſium. Vide Probat. Hiſtor. Monmorenc. pag. 75. BVLENGARII, in Charta an. 1120. apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis ſecretae. Videntur piſtores ita appellati, quod panes in formam globorum, quos Galli *Boules* dicunt, conficiant. At Ruellius lib. 2. de Natur. ſtirp. cap. 20. ſic dictos putat, quaſi *Polentarios.* Sic et Menagius remota omni dubitatione. Kennetus a *Bolting*, Anglis farinam ſuccernere, ſeu actio qua ſuccernitur.

† BOLENDINVS, nummus ſignatus, ab Ital. *Bollare*, ſymbolum ſeu reſſera, quae canonicis et aliis praebendariis in praeſentiae ſignum datur. Occurrit in Stat. Mſ. eccleſ. S. Laurent. Rom.

BOLENGERIA. (1) Officina piſtoria, piſtrinum, Gall. *Boulengerie.* Index redituum Monaſterii S. Petri Corbeienſ. e MS. eiusdem Monaſt. (2) † Ars piſtoria, in Ch. Mſ. a. 1226. V. *Bolendegarii.*

† BOLENGIARI, artem piſtoriam exercere, Gallis *Boulenger.* Ch. Mſ. a. 1161.

† BOLENGIVM, aquarium, riuus. Stat. Auell. a. 1496. *Si aliqua perſona poſuerit - - in aliquibus foſſatis, bolengiis ſeu abreuationibus - - aliquas bulchas ſeu paleas* etc.

BOLENGRIA, eadem notione, ac *Bolengeria* 1. Acta SS. Iunii to. 4. p. 606.

† BOLERIA, BOLLERIA, locus, vt videtur, betulis, Gall. *Boulaux*, conſitus. V. *Bolum* et *Boulaya.* Ch. Phil. V. a. 1317. *Item ſuper exitum boleriae et huaneriae.* BOLLERIA in alia Ch. Mſ.

† BOLETA, pilula, in Stat. Crimin. noua Cumanae c. 80. V. *Bola* 3.

BOLETARIVS, f. ſpiculator, ab Anglico *Bolt*, ſpiculum. († Vel potius *Bolarum* ſeu limitum cuſtos. V. *Bola* 1.) Rymer. to. 12. pag. 210. col. 1. *Ancianis, Gubernatoribus Praefidibus, Iudicibus, Theoloneariis, Tributariis, Boletariis, paſtuum Cuſtodibus, etc.*

† BOLETINVS, ſchedula, in Stat. Montis-reg. p. 43. V. *Bolletinus.*

† BOLETTA, ſigillum, ab Ital. *Bolli*, apud Murat. t. 11. Script. p. 86. V. *Bolleta.*

BOLETVM, f. ager incultus, Charta an. 1209. ex Archiuis Caſtri Vitrei: *Dono eis etiam et concedo plateas quas in caſtello meo vacuas potuerunt inuenire, et ſi quas etiam extra mediotetem conſilio et auxilio meo, in boleto ſtilicet aut Veteri burgo poterunt adipiſci.* In alia Charta legitur, *Booletum* quod idem eſſe videtur. † Carpentario idem videtur ac *Boulevum*, quod vide.

BOLEVARDVS, agger vrbem vel caſtrum muniens et circumcingens, Gall.

Gall. *Boulenart.* Breydenbach Iter Hieroſol. p. 270. *Reſpondetur vt ibi ad ripam foſſe nunctum mittas, aderitque in bolenardo qui nomine Magiſtri reſpondeat.* V. *Burgwardus.*

† BOLGRI, pro *Bulgari*, in vita Caroli M. apud Pithoeum. V. *Bulgari.*

BOLHAGIVM. († Idem quod *Bolagium.*) Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monaſtici Angl. pag. 281. *Et alnetum inter duo inferiora molendina ſua, et inter bolhagium et aquaeductum.*

† BOLHETVS, apex. Comput. an. 1412. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 205. *Pro faciendo dictas agulhetas, et labore - - in faciendo XII. bolhetos, et reparando dictum panalhonum.*

† BOLHITORIVS, dicitur de cupa, in qua vinum coquitur. Lit. Mſ. a. 1375. *Vnam tinam bolhitoriam et vnam trolhaltoriam.* A Gall. *Bouillir*, coquere.

BOLHITVM CORIVM, corium decoctum, Gall. *Cuir bouilli.* Inuentarium ornamentorum Abbatis S. Victoris Maſſil. an. 1338. *Item eſtugium dictae mitrae de corio bolhito.*

† BOLIARIVS, ſignator, inter miniſtros archiepiſcopi Mediolanenſis recenſetur, in Ch. a. 1221. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui pag. 637. V. *Bolarius.*

BOLIDA, V. *Bola* 2.

BOLIDVS, fungi ſpecies, quae naſcitur in arboribus. V. *Lemiga.*

BOLIET, retis genus. Statuta MSS. Piſcatorum Maſſil. ex Archiuis eorumdem: *Piſcatores inter ſe conuenerunt et concordarunt quod non poſſint nec debeant diebus Dominicis de veſpere exire cathenam portus dictae ciuitatis cauſa calandi eorum retia de boliet.* V. *Broginus.*

† BOLINVS. AD BOLINVM, dici videtur de opere anaglyptico, Germ. erhabene, getriebene Arbeit. Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſt. a. 1295. *Vnum alium vrceum planum cum manico laborato ad bolinum. Item vnum alium vrceum ſine bolino.*

BOLINGERIVS, piſtor, Gall. *Boulanger*, in Stat. Mſt. Petri de Lon-

golio* Epiſc. Autiſſid. a. 1456. V. *Bolendegarii.*

† BOLISMALIS APPETITVS, apud Elmham. in vita Henr. V. edit. Hearn. c. 70. *Cum tamen non mox ſatis affluens victualium copia poſſet adduci, quae totidem boliſmales appetitus extinguerint etc.* V. mox

† BOLISMVS. Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 2. Paſſion. c. 18. *Boliſmus, paſſio quae vocatur, ſicut ipſe nomine declaratur, magna eſt fames: fit autem, vt ſermo ipſe oſtendit, de nimio calore et imbecillitate ſtomachi.* Gloſſar. Gr. Lat. βωλιμος, *famelicus.*

BOLITA, V. *Bola* 2.

BOLITES, Μορφὴ λίθου θυείαν: *ſpectacula ad ſacrificium pertinentia.* Supplem. Antiquarii.

BOLLA. (1) Vox Saxonica, cyathus, vel hemina, ſeu menſura continens tres partes *Pintae*, inquit Somnerus; a *Bole*, Anglis. Aſſiſa de ponderibus et menſuris, in Statutis Roberti III. Regis Scotiae cap. 22. *Bolla debet continere ſextarium, videlicet 12. lagenas, et debet eſſe in profunditate 9. pollicum, cum ſpiſſitudine ligni vtriusque partis. Et in rotunditate ſuperiore continebit 72. pollices, in medio ligni ſuperioris. In rotunditate inferiori 71. pollices.* Eadem habentur in Aſſiſa Regis Dauidis de Pond. et menſur. cap. 2. Monaſticum Angl. to. 1. pag. 104. *Quem cifum antiqui bollam Athelwoldi vocabant.* *) Vid. Wachter. in Gloſſar. v. *Boll*, et Cl. Ihrium in Gloſſar. Suio-Goth. v. *Bolle.* (2) Menſura aridorum. Charta Roberti II. Scotorum Regis apud Mabillonium in Supplemento Diplom. p. 108. *Vna cum octodecim bollis farinae de ficca multura de dicta terra percipi conſueta.* (3) Sigillum, V. *Bulla.* (4) † Meta, limes, terminus, Gall. *Borne.* Ch. a. 1164. inter Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. p. 30. V. *Bola* 1.

BOLLANVS, ſeu BVLLANVS, ſecundus Curio, ſeu Sacerdos Eccleſiae Parochialis B. M. de Lorriaco, in qua duo viciſſim presbyteri curionis ſeu paſtoris officio fungebantur; vnus ad collationem Archiepiſcopi

Seno-

Senonenſis, alter nempe *Bullanus* ad praeſentationem Abbatis Floriacenſis. Charta Capituli Senonenſis a. 1171. *Praeſentatio bollani et ſucceſſorum eius ad Eccleſiam B. Benedicti ſpectabit.*

BOLLARE, ſignare, V. *Bolare.*

† BOLLATVRA, ſignatura, ſigilli appoſitio. Stat. Vercell. l. 7. p. 179. V. *Bolletinum.*

BOLLE, cyathus. Madox Formulare Anglic. pag. 427. ex Teſtamento anni 1386 V. *Bolla* 1.

BOLLERIA, V. *Boleria.*

BOLLETA, ſcheda, Hiſp. et Ital. *Bolleto*, Gall. *Buletin.* († Vel potius ſigillum, V. *Boletta* et *Bolletinum.*) Acta SS. Maii to. 6. pag. 173. in Inſtrum. immunitatis Fauentinorum: *Congregati ſpectabiles viri cines Fauentini - - iuxta plateam et officium bolletarum*: Hoc eſt, aedilitia domus in qua *Bolletae* ſeu ſchedae hoſpitandis militibus expediuntur. (2) Bulla quae Chartis appenditur. Acta SS. Maii tom. 1. pag. 401. de S. Iuuenale. V. *Bulla.*

† BOLLETINVM, ſigillum. Stat. Placent. l. 6. p. 85. *Quod moduli lapidum - - bollentur bollotino communis Placentiae.* V. *Boletta* et *Buletinum.*

† BOLLETINVS, ſchedula, litterae quae alicui miſſo dantur. Stat. Cadubrii correct. c. 137. V. *Bolettinus* et *Bulletinus.*

BOLLICIA, tumultus, ſeditio, Hiſpanis *Bolicio.* Vide Michaëlem del Molino, in Repertorio Foror. Aragon. p. 167.

BOLLIS. Monaſtic. Anglic. tom. 2. pag. 666. *Vnum baculum proceſſionale cum vno bolle argenteo, pro magna cruce imponenda.* Vbi *Bollis* videtur eſſe Gallicum *Boule*, ſphaera, pila, globus.

BOLLVCA, ſylueſtrium ac paruulorum pomorum ſpecies. Acta SS. Benedict. ſaec. 2. pag. 12. in Vita S. Columbani: *Nec alunde penitus quam agreſtium herbarum exigua menſura, vel paruulorum pomorum quae eremus illa ferebat, quae etiam bollucas vulgo appellant, veſcebatur.* Sic ibi, ſed infra Cangius legit *Bullinga.*

BOLOGIVM, V. *Batuda.*

† BOLOGNANA, compes vel torques, idem ac *Boia.* Stat. ant. Florent. l. 1. c. 35. *Qui miſſus eſt - - in aliquam bolognanam ſeu carcerem officialis.*

† BOLOGNINVS, moneta Bononienſis, *valuta di sei quattrini*, teſtibus Academicis Cruſc. Steph. de Inefſtura Mſ.

BOLONAE. Gloſſ. Iſid. *Bolonae, ipſi cetarii, qui diuerſa genera piſcium emunt.* Gloſſ. Lat. Graec. *Bolonae, μεταπράται, πωλαναπώλαι.* Papias: *Bolona, redemptor cetariarum tabernarum, in quibus ſalſamenta conduntur, quas tabernas vulgo cetarias vocant.* MSS. Eccleſiae Bituric. *Beollona, redemptor cetariorum.* In Supplem. Antiquarii, *Bolanae* pro *Bolonae.* Arnobius lib. 2. *Quid bigarias, ſalinatores, bolonas, vnguentarios.* Apud Terentii antiquos interpretes Donatum et Eugraphium in notis ad Eunuchum occurrit. Eugraph. in Act. 11. Scen. 2. *Cetarii ſunt, qui ſalſamenta vendunt: nam cetariae dicuntur bolonae.* Donatus: *Cetarii, qui cete, id eſt, magnos piſces, venditant, et bolonas exercent.* Sic ramen et ipſi Cetarii dicebantur. Vide Turneb. Aduerſ. 13. 14.

BOLTA, ab Anglico *Bolt*, pilum, ſpiculum, Gall. *Iauelot*, Germ. Bolzen. Rymer. tom. 6. p. 417. col. 2. *Quod quilibet - - arcubus et ſagittis, vel pilettis aut boltis, in locis ſuis vtatur, artemque ſagistandi diſtas et exerceat.* V. *Bolsonus.*

† BOLVETVS, agger, Germ. Bollwerk, Gall. *Boulewart.* Comput. fabr. S. Petri Inſul. Mſ. a. 1477. *Ad aedificationem noui bolueti extra portam etc.* V. *Boleuardus.*

† BOLVM, betula, Gall. *Boulem*, Germ. Birke. Ch. Thomae comit. Pertic. a. 1217. *Et bolum et ſalicem.* In alia a. 1215. mentio fit *circulorum de Bool ad magna dolia.*

BOLVNDVM. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Ὀλυνθος, *bolundum, hoc gruſum.* Edit. *Bolunda.* Ficus ſilueſtris. Gloſſar. Lat. Graec. *Bolunda*, Ὀλυνθος, *ficus immatura.*

BOLVS.

BOLVS. (1) Fruſtulum panis, placentae etc. Germ. Biſſen, Medicina Salern. edit. 1622. p. 210. V. *Panis Natalitius.* (2) † Caput, articulus. Stat. eccleſ. Coriſopit. Mſ. *Sunt - - XII. articuli fidei iuxta numerum XII. Apoſtolorum, quorum quilibet vnum bolum ſcripſit, ideo vocatur ſymbolum Apoſtolorum; nam quilibet poſuit vnum bolum, id eſt vnum articulum.*

† BOLZONVS, iaculator, ab Ital. *Bolzonare*, ſagittas emittere. Murat. t. 16. Script. p. 749. V. *Bolta.*

† BOLZSO, maſſa moneparia, Gall. *Billon.* Lit. a. 1328. t. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 127.

BOMBACENVM, Papyrus e *Bombace* ſeu goſſipio confecta. Annal. Benedict. tom. 2. p. 168. ex vet. Codice Bibl. Ottobonianae de ritu creandorum Patriciorum: *Hinc induat et manum et ponat ei in dextro indice anulum, et det ei bombacenum propria manu ſcriptum.* V. *Bombax.*

† BOMBACINIVM, *pourpoin vel aqueton*, in Gloſſar. Lat. Gall. an. 1352. Cod. reg. 4120. Aliud ex Cod. 7684. *Bombacinium, pourpoint fait de colon.* V. *Bombax* 1.

BOMBACYNA PAPYRVS, bombacina charta, V. in *Bombax.*

BOMBAGINVS, V. in *Bombax.*

BOMBARDA, petrariae, ſeu λιθοβόλα ſpecies, quatiendis vrbium aut caſtrorum moenibus, a fremitu et ſono quem edit, qui Graece *βόμβος*, Lat. *bombus*, dicta: et ab *ardeo*, inquit Fabri Theſaurus, quod ferreos globos emittat cum flamma. Ita enim deſcribuntur *Bombardae* a Gerbrando a Leydis lib. 31. c. 24. et 25. et Froiſſarte 2. vol. c. 103. Ex quibus certe viderur colligi bombardam iſtam nimiae extitiſſe longitudinis, vt aenea fuerit, nec vi pulueris tormentarii, ſed neruis ac certis machinis lapides vibraſſe. Idem cap. 115. meminit bombardarum, quas *portatiuas* vocat, ſeu quae manu geri poſſent, quibus emittebantur *quadrelli* craſſiores, pennati ac ferrei, cuiusmodi ſint forte *Arcobuſae* noſtrae. *Bombardas mannarias* vocant Leges municipales Mechlinienſium tit. 11. art. XX. Sed quidquid fuerit de bombarda Froiſſartis, conſtat inuento puluere tormentario, eum perinde adhibitum tormentis bellicis, quae bombardas appellarunt. Bombardis vero emittebantur lapides ingentis molis, vt ex Froiſſarte et aliis conſtat. Sed et bombardis iſtis ferreos globulos in Gallos emiſiſſe Anglos in praelio Creciacenſi auctor eſt ſub an. 1346. Ioan. Villaneus lib. 12. cap. 65. Vide in voce *Canones.* BOMPARDA, apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 4. p. 444. in Chronico Epiſcoporum Merſeburg.

BOMBARDARE. Raphanus de Careſinis in Ch. MS. an. 1379. *Comparentibus 39. galeis cum aliquibus goledellis, et nobiſcum bombardantibus, etc.* Galli *Canoner* dicunt.

BOMBARDARIVS, Gallis *Bombardier.* Acta SS. Maii tom. 5. p. 217. E. de B. Humilitate.

BAMBARDELLA, minor bombarda. Octauianus de *S. Gelais* in Viridario honoris.

BOMBARDERIVS, idem qui *Bombardarius*, in Actis SS. Iulii tom. 3. p. 454. *Balliſtarii quos vulgo bombarderios vocant.*

BOMBARDIATOR, apud Rymer. to. 15. p. 161. col. 1. *Vibrellatores ſine bombardiatores.*

† BOMBARDVLA, idem ac *Bombardella*, in Tract. Mſ. de re milit. et mach. bellic. c. 144.

*) BOMBASIVM, thorax, Germ. Wammś, in vet. Vocabul. ann. 1482. Gemma Gemmar. *Bombaſium*, Wammś. V. *Gambeſo* et *Wambaſium.*

BOMBASVM, idem ac *Bombax*, goſſipium, in Act. SS. t. 3. Iun. p. 128.

† BOMBATVS, curuatus, Gall. *Bombé.* Stat. Auellae c. 93.

BOMBAX et BOMBIX. (1) Goſſipium, lana vel lanugo xyli, id eſt, goſſipii fruticis, de quo Plinius lib. 19. c. 1. Germ. Baumwolle. Ἐρίξυλον Vlpiano, in leg. ſi cui lana legetur, D. de Legat. 3. vbi *ligneam lanam* reddit. Itali *Bombace* appellant, quod Galli *Coton* dicunt; vnde

de *Bombacin* vocant telas bombacinas, aut linrea ex *bombace* confecta, German. Baumbaſt. *Bombycem* dixit Plinius loco laudato. Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 84. *Sunt ibi praeterea arbuſta quaedam, ex quibus colliguns bombacem, quae Francigenae Cotonem, ſeu Coton appellant: eſt quaſi medium inter lanam et linum, ex quo ſubtilia veſtimenta contexuntur.* Necrolog. Ambian. Eccleſiae: *Inſuper vna eſt caſula de bombace.* Petrus Damian. lib. 7. Epiſt. 17. *Saccum, qui bombacis innoluero plenus erat, arripuit. Bombacyna papyrus*, in lib. 3. Conſtitut. Neapolit. tit. 36. §. 1. *Bombagina charta*, in Actis SS. Iulii tom. 3. pag. 112. E. *Charta de bombyce*, *bombycinae* in Computo quod refertur p. 271. et ſeqq. tomi 2. Hiſt. Dalphin. Ellychnion, Gall. *Meche*. Vide Petr. de Vineis lib. 3. Epiſt. 66. (2) Linteorum aut aliae quaeuis quisquiliae. De excidio vrbis Aconis lib. 2. apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 770. *Defenſores apparere, accurrentes vndique, portantes ligna et lapides, terram et bombacem, equorum mortuorum et ſimilium cadauera, foſſatum ex eis in medio tempore - - implentes.*

† BOMBAXINA, idem ac *Bombax*. Modus exig. gabell. pedagii ap. Saon. a. 1526.

BOMBERE, crepitum emittere. Medic. Salern. p. 231. edit. 1622.

Radix rapa bona eſt, comedenti dat tria dona:
Viſum clarificat, ventrem mollit, bene bombis.

V. *Bombus*.

BOMBICINIVM, BOMBICINVM, († veſtis goſſipio facta, V. *Bombacinium*.) Epiſtola Iohannis de Monaſterio ad Carolum VI. Regem Franciae apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1446. Menotus Serm. fol. 119. recto col. 1.

† BOMBICVM, idem ac *bombitinium*, veſtis goſſipio facta, in Teſtam. an. 1020. apud Marcam Hiſp. in Append. p. 1020. 1021.

BOMBICVS, ſuperbus, inflatus, apud Fortunat. lib. 4. de vita S. Martini.

† BOMBILARE, de apibus dicitur, bombum edentibus. V. *Baulare*.

BOMBINARE. (1) *Comiciari*. Papias. V. *Bobinare*. (2) † Crepitum edere, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. V. *Bombere*.

BOMBIRE, idem ac *bombilare*. V. in *Baulare*.

BOMBITES, Μύρμηκες. Gloſſ. Gr. Lat. Formicae.

BOMBIX, *aranea*. Vet. Gloſſ. San-Germain. num. 501. vbi aranea eſt pro bombyce ſeu vermiculo qui dat lanuginem ſericam, quae etiam Bombyx appellatur.

BOMBIZARE, crepitum edere, *bombere*, apud Papiam et in Epiſt. obſcur. viror. V. *Bombus*.

† BOMBIZIARE, idem, in Lit. remiſſ. a. 1357.

BOMBOSVS, ſuperbus, inflatus. BOMBOSA VOX, ap. Adhelm. de Virginit. cap. 10. Gall. *pompeux*. † BOMBOSVS, *furibundus*, in Gloſſar. vet. Cod. reg. 7641.

BOMBVLVM. Epiſtola incerti 28. de diuerſis generibus Muſicorum to. 9. Operum S. Hieronymi, de fiſtula: *Et per ſingula latera 12. bombula aerea 12. fiſtulis in medio poſitis in catena fixis dependent: ita tria bombula in vno latere per circuitum vtique ſiguntur, et concitato primo bombulo, et concitatis 12. bombulorum fiſtulis in medio poſitis, clamorem magnum, fragoremque nimium ſupra modum ſimul proferunt.*

BOMBVLVS, V. *Bombus*.

BOMBVM, *ſorbellum*. Gloſſ. Iſid. Ad quod Graeuius: Sorbellum eſt iuſculum, aut quoduis liquidum, quod ſorbetur: dicitur etiam a ſcriptoribus inferioris aetatis *ſorbitium*. Nihil igitur ad *bombum*. Diuinent alii acutiores, quid hoc ſibi velit.

BOMBVS, BOMBVLVS. (1) Crepitus. Ioan de Ianua. *Bombus, ſonus, - - inuenitur etiam pro ſono culi.* Alibi: *Trulla, bombus vel ſibilus ani.* Gloſſ. Lat. MS. Regium: *Bombus, ſonus.* Gloſſ. Lat. Gr. *Bombus, βόμβος.*

βόμβος. Ita ſcribendum pro *Bonnis*. Vetus Charta hominii, apud Camdenum in Britannia, et Spelmannum, de quodam Baldino, qui tenuit terras in Hemingſton in Comitatu Suffolcienſi per ſerianciam, pro qua *debuit facere die Natali Domini ſingulis annis coram domino Rege vnum ſaltum, vnum ſuffletum, et vnum bombulum.* Id eſt, vt idem Camdenus interpretatur, *vt ſaltaret, buccas inflares, et ventris crepitum ederet.* Spelm. habet, *ſaltum, ſuffum et petum.* Atque inde eidem Baldino cognomen inditum *le Pestour.* Charta 27. Sept. an. 1398. pro loco de Breuil in Burbon. ex Camera Comput. Pariſ. *Item in et ſuper qualibet vxore maritum ſuum verberante vnum tripodem. Item inſuper qualibet filia communis ſexus videlicet virilis quoscunque cognoſcente de nouo in villa Montis Lucii eueniente 4. den. aut vnum bombum, ſiue vulgariter Pet, ſuper pontem de caſtro Montis Lucii ſoluendum.* (2) † Pila incendiaria, Gall. *Bombe*, apud Murat. t. 20. Script. Ital. p. 75.

BOMBYCINAE, V. in *Bombax* 1.

BOMBYCINARE, in Gloſſis Iſidori, *Purpuram facere. Bombycinatores, purpuram facientes.* Item Ioan. de Ianua. De *bombyce*, multa habet Salmaſius ad Tertull. de Pallio. Vide Graeuium ad Gloſſar. Iſid. vbi docet per *Bombycinatores* non eſſe proprie intelligendos eos, qui purpura tingebant veſtes bombycinas, ſed eos qui illas texebant.

BOMINATORES, Θορυβοποιοί, Θρυλλὸν ποιοῦντες, ἢ τυμπανίζειν: *Tumultuatores.* Supplement. Antiquarii. † Cangius in Caſtigat. ad vtrumque Gloſſar. forte *Bombinatores* a *Bombus.* Vulcanius *Bouinatores* legit ex Iſid. Gloſſ. vt et Cuiac. et Herald. l. 1. c. 4.

BOMPARDA, V. *Bombarda.*

BOMVIS, V. *Bombus.*

† BONA, meta, limes, in Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1372. V. *Bonna.*

BONA FIDES, loco juramenti ab Epiſcopo interpoſita. V. *Fides.* † BONA HORA, matuse, Gall. *de bonne heure*, in Ch. Mſ. a. 1402. † BONA QVINTA FERIA, dies Iouis ſancta, feria quinta ante Paſcha, in Chron. Magdeburg. et in Bulla Bonifac. PP. IX. † BONAE FILIAE, Gallis ol. *Bonnes filles*, meretrices, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1366.

BONA-GRATIA, in Gloſſ. Baſilic. βόνα γράτζια, χάριτι καλῇ, ἄνευ μέμψεως, καὶ ἀπτίας ἐυλόγως. Formula vſitata in diuortiis quae ex *mutuo conſenſu* inter coniuges inuicem diſſidentes interueniebant fierique dicebantur *bona gratia*, (Galli dicerent, *de bonne grace*) nullo facto *repudio:* quae quidem verba vt formalia Latinis verbis, non ſemel leguntur in Nouellis Graec. Iuſtiniani 22. et Iuſtini 2. Adde Iulianum Anteceſſ. cap. 132. et Conſtitutionem Iuſtiniani ad Iulianum P. V, *Vt poſſit ex conſenſu diſſolui matrimonium.* Huc pertinent Capitula ad Legem Alamannor. cap. 29. *Si voluntaria ſe partire volunt, tollant quod eam per legem obtinget.*

BONA PERSONA. Capitular. Caroli M. lib. 5. c. 10. *De Eccleſiaſticis vero qui ſupra dicta facinora commiſerint, ſi bona perſona fuerit, perdat honorem ſuum, minores vero, etc.* id eſt, in dignitate conſtituta.

BONACIA, malacia, Gall. *Bonace.* Boncompagnus de Obſidione Anconae cap. 13. apud Murator. tom. 6. col. 939. *Vnde cum Spartanis bonae ſpei ponatis anchoram conſtantiae fortioris, donec mare tribulationem in bonaciam conuertatur.*

BONAGIVM. (1) † Praeſtationis ſpecies. Libert. Mſ. conceſſae Barcin. a. 1283. De bonagio non petendo. *Item concedimus capitulum bonagii, quod de caetero per nos - - non accipiatur bonagium nec petatur.* Vbi idem forte eſt quod *Abonagium* 2 et *Abonagium* 2. quae vide. (2) Ius quod maioribus villarum maxime competit in deſigendis metis in terris vaſallorum. Tabul. S. Dionyſ. a. 1208. *Habebis bonagia, inueſtituras, homagia etc.* Occurrit paſſim. V. *Abonagium* 1. *Abonagium* 1. et *Bonna.*

BONAM-

BONANNVM, ſpecies carbunculi, ſeu tumor malae, maxillae. Acta SS. Iunii tom. 3. de S. Raynerico: *Et ſaepe cum cultello aperiebantur ei dentes, vt cibum vel potum ſumeret; et dicebant eam pati infirmitatem, quae dicitur bonannum, per contrarium, id eſt, mal, malannus.* V. *Bonum malannum.*

BONARE, metas figere, menſurare, in Ch. a. 1214. V. *Bonna.*

† BONARIA. (1) Modus agri, i. q. *Bonnarium*, Ch. a. 1142. inter Inſtrum t. 5. Gall. Chriſt. pag. 378. (2) Perperam pro *Bouaria* in Conſuetud. Mſ. vrbis Toloſae.

BONARII, BONARIVM, BONARIVS, V. *Bonnarium.*

BONAS, bona fortuna, theſaurus ſeu potius theſauri inuentio. Vſat. Barcinonenſ. MSS. c. 106. *De Ruſtico ſi inuenerit bonas. Ruſticus vero ſi inuenerit aurum vel argentum, quod vulgo dicitur bonas, aut equum aut mulum, - - ſtatim denunciet domino ſuo, etc.*

BONATA TERRAE, modus agri, idem ac *Bonnarium*, in Ch. Mſ. Roberti comit. Caſtriae. V. *Bonneta.*

BONATVS, bonus, commodus, idoneus, Gallis *Bonaſſe.* Fragm. Petronii: *Dum bonatus ego, et volo videri leuis.*

BONATZA, malacia, tranquillitas maris, Gall. *Bonace.* Breydenbach Iter Hieroſol. pag. 239. *Die quinta Decembris, facta tranquillitate claſſem ſoluimus et tractu remorum naues paſſim educebantur, quia non erat tunc ventus, ſed bonatza, id eſt tranquillum.*

BONATZVS, eadem notione, apud eumd. Breydenbach pag. 33. *Quam tranquillitatem naute bonatzam appellant.*

† BONBICINIVM, *Bacinet*, in Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352. quia goſſipio caſſis munitur. V. *Bombax* 1.

† BONBVCINIVM BVMBVCINIVM idem ac *Bombax*, in Lit. offic. Pariſ. Mſ. a. 1380.

BONCALE, pro *Bancale*, tapes quo ſcamnum ſternitur, Annal. Bened. to. 4. p. 208.

BONCHA, ab Anglico *Bunch*, faſciculus v. g. ceparum, vel, vt hic, alliorum circa paleas colligatorum ad inſtar oblongi racemi, Kennet. Antiquit. Ambrosden. pag. 575. *Et in duabus bonchis allei ſex denarios, etc.*

BONCHALLVS, idem quod *Boncale.* Locus eſt in *Capa Romana.*

BOND, V. *Bondus.*

BONDA, vox Saxonica, paterfamilias, marirus, quibusdam, habitator. Leges Kanuti Regis cap. 98. Editionis Bromptoni: *Vbi bonda et paterfamilias manſerit ſine compellatione et calumnia, ſint vxor et pueri in eodem ſine querela.* Totidem habentur in Legibus Henrici I. cap. 14. Occurrit etiam apud Olaum Wormium in Monument. Danic. lib. 3. p. 233. *) Vide quae de hac voce prolixe et vt ſolet erudite profert Vir. Clar. Ihre in Gloſſar. Suio - Goth. v. *Bonde.*

BONDO, BONDONES, eadem notione, viri probi, honorati, apud Andream Suenonis lib. 1. Legum Scanicarum c. 5. §. 1. 4. c. 4. 12. 17.

BONDAGIVM, conditio ipſa ſerulis, vel colonica. Leges Baronum Scotic. tit. 56. §. 3. *Si autem natiui domino ſuo negent natiuitatem ſuam, ſint bondagium, tunc attachiabuntur per Miniſtros Domini Regis.* Iisdem autem modis bondi fiunt, quibus ſerui alii. Eaedem leges §. 5. Charta Ricardi II. Regis Angl. apud Thom. Walſingh. pag. 254. *Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali manumiſimus vniuerſos ligeos et ſingulos ſubditos noſtros, et alios Comitatus Hereford. et ipſos, et eorum quemlibet ab omni bondagio eximus, et quietos facimus.* Idem Walſingh. p. 628. *Ruſtici quidem fuiſtis et eſtis, et in bondagio permanebitis.* Vetus Inquiſitio apud W. Dugdalum in Antiquit. Warwici pag. 665. Vide Edw. Biſſeum in Notis ad Vptonum pag. 86. et ſupra *Bedrepium.* TENERE IN BONDAGIO, idem valet quod *tenere in villenagium.* Charta Walteri de *Clifford* in Monaſt. Anglic. tom. 1. pag. 864. Thom. Walſinghamus in Ricardo II. pag. 270. V. *Bondus.*

BONDEL-

BONDELLVS, perperam editum pro *Boudellus*, V. *Botellus*.

† BONDONIA, familia, in Stat. Vercell. l. 6. p. 132. V. *Bonda*.

BONDONVS, dolii obturamentum, Gall. *Bondon*. Statuta Maſſil. pag. 395. *Quod omnes botae circa vnum palmum ad bondonum ſint inneſtitae circulis.*

† BONDVLA, vt *Bodula*, meta, terminus, Gall. ol. *Bonde*, nunc *Borne*. Ch. Mſ. a. 1326.

BONDVS, ſeruus obnoxiae conditionis, qui alias *natiuus* ex Saxon. *Bond*, ligarus, obligatus. Thom. Walſinghamus in Richardo II. pag. 247. *Ruſtici namque, quos Natiuos vel Bondos, vocamus.* Quoniam attachiamenta cap. 56. §. 2. *Reddit ſeipſum illi dominio ſuum natiuum, ſiue bondum. Natiui et bondi*, in Statutis Roberti I. Regis Scotiae c. 34. *Seruitia bonderum*, in Monaſt. Angl. tom. 1. pag. 556. *Bondi Regis*, in Legibus Foreſtarum Scoticarum c. 4. Danis, *Bonde*, eſt ruſticus, colonus, vnde *fribunder*, liberi coloni, vt auctor eſt Iſaac. Pontanus in Chorogr. Daniae. *Bond* in Teſtamento Iohannis de Neuill apud Madox Formul. Anglican. pag. 428. *Bundones*, in Charta an. 1287. apud Pontanum lib. 9. Hiſt. Dan. pag. 514. *Milites, militares, bundones, villani, etc.* Ericus Vpſalenſis l. 3. Hiſt. Suecor. an. 1188. *Eodem anno erat guerra in Gothlandia inter ciues de Visby, et bondones terrae.* Vide Ianum Dolmerum ad iuris Aulici Norwegici veteris capita 9. et 34. *) V. *Bonda*, et Ihrii Gloſſar. Suio-Goth. v. *Bonde*.

† BONECTA, BONETA, equeſtris ſarcina, pera viatoria. Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſtol. a. 1295. Inſtr. an. 1257. ad calcem Stat. Maſſil. Mſ. c. 70.

BONELLVS, diminutiuum *Bonnae*, meta, limes, terminus. Charta Chaſſaniae anni 1393. *Iuxta bonellum ſeu metam diuidentem iurisdictionem - - Domini Bellioci et Dominorum Chaſſaniae ex ſulis ortu etc.* V. *Bonna* 2.

BONENDENVS, nummus, monetae ſpecies. Bullar. Carmelit. pag. 272. col. 2. ex Bulla anni 1463. *Neque cogi poſſit aliquis, etiamſi plura beneficia obtineret, ad ſoluendum pro quitancia, ſi eam habere voluerit, vltra vnum bonendenum pro litera et ſigillo. Et ne de moneta, de qua fiet et fieri debet ſolutio d. decimae, valeat haeſitari - - volumus, quod - - ipſa decima ad monetam in praefatis terris et locis communiter currentem leuetur, etc.*

BONETA, BONETTA, capitis tegumentum, Gallis *Bonet*, Italis *Birreto*. Chronicon Voſienſe parte 1. c. 74. de veſtibus virorum ſui temporis: *Mitras geſtabant iuuenes vtriusque ſexus, quas vocabant bonetas, poſt, capellos de lino, vel coffias etc.* Hiſt. Dalphin. to. 2. p. 275. *Pro vna bonetta pro Domino. Laren. IV.* V. *Bonnarium*, et *Bonetus*. Alia notione V. in *Bonecta*.

BONETVM, BONNETVM, idem. Noua Gall. Chriſt. to. 3. Inſtrum. col. 160. vbi de Clericorum indumentis: *Non pileos deferant, ſed boneta ſiue bonneta nigri coloris, ſerico vel deauratis laminis aliisque imaginibus non inſignita.* Leibnit. Scriptor. Brunſwic. to. 2. pag. 453. ex Chronico S. Godehardi in Hildesheim: *Cingulo nigrante ac lato veſte ſaepe communi, bonneto nec pretioſo nec vili.*

BONETVS, idem, in Statutis S. Victoris ann. 1531. Dom. de Caſeneuue applaudente Menagio, vocis huius originem ad ſua vsque tempora incognitam adinuenit, cum eam duxit a quadam ſpecie panni *Bonnet* appellati. Illius ſcriptoris haec ſunt verba prout ea refert Menagius: *C'étoit certain drap dont on faiſoit des chapeaux, on habillemens ſoit de teſte, qui en ont retenu le nom, et qui ont été appellés* Bonnets, *de même que nous appellons d'ordinaire Caſtors les chapeaux, qui ſont faits du poil de cet animal.* Le Roman de *Guillaume au Court nez, dans le charroy de Niſmes*:

Vn chappelet de Bonnet en ſa teſte.

Guil. de Nangiaco in Vita S. Ludouici: *Ab illa tempore nunquam indu-*

tus eſt ſquarleto, vel panno viridi, ſeu bonneta.

† BONGIA, faſciculus, Gall. *Botte*, vulgo apud Inſulas *Bonga*. Comput. Mſ. fabr. S. Petri Inſul. an. 1469. Alia notione V. in *Brugia*.

BONI HOMINES. (1) Dicuntur ſæpe qui in placitis publicis cum Comitibus et iudicibus iudicia exercebant, quibus iuſtitiae ſtudium curae erat, *in qua*, vt ait Cicero l. 1. de Offic. *virtutis eſt ſplendor maximus, ex qua viri boni nominantur.* Ita paſſim in Noticiis iudiciorum, quorum formula eiusmodi erat: *Ibique reſidebat in placito N. Comes, et ibi ſedebant de iudicibus N. N. ibique reſidebant cum eis de bonis hominibus N. N.* Pronuntiationis autem formula fuit: *Et nos qui ſuperius N. Comes, cum memoratis iudicibus et bonis hominibus - - iudicauimus.* PROBI HOMINES, *preud-hommes*, Gallis, Biderleude German. in Vſaticis Regni Maiorican. MSS. *De bonis* vero *hominibus*, vide Marculfum lib. 2. form. 9. Formulas Regales apud Bignonium c. 8. Capit. Car. M. lib. 1. c. 140. Sammarthanos in Archiep. Narbon. n. 15. Teſtamentum Hadoindi Epiſc. Cenoman. apud Briſſon. lib. 7. Formul. etc. BONI, nude dicuntur Conſiliarii ſeu Iudices, Iudicis principalis Aſſeſſores, in S. Ludouici Praecepto an 1254. tom. 1. Ordinat. Regum Franc. pag. 72. *Emendas autem pro maleficiis ſeu delictis a baillinis noſtris, niſi in foro iudiciario publice de bonorum conſilio fuerint, iudicate, vel eſtimate, quamquam antea fuerint gagiate.* BONI HOMINES DE COMMVNIA, viri probi. Geſta Innocentii III. PP. p. 148. (2) BONI HOMINES, vocantur apud Anglos villici aliique ruſtici quibus eſt familia. Ordinatio domus regiae ſub Henrico II. Angl. Reg. in lib. nigro Scaccarii p. 355. *Gilebertus bonus homo et Raulfus in domo comedent, et in. ob. hominibus ſuis.* (3) BONI HOMINES appellati viri duodecim apud Florentinos, qui duobus menſibus vrbi adminiſtrandae praeerant. Conſule Iac. Wilhel. Imhoff in Genealogiis viginti illuſtrium in Italia familiarum. (4) BONI HOMINES, Albigenſes haereticí, qui ita ſeſe appellitant, vt auctor eſt Monachus Vallis Sarnenſis in Hiſt. Albig. c. 4. ſub fin. Concilium Lumbarienſe an. 1176. Reinerus contra Vald. c. 6. ait illos qui *Conſolati* (Albigenſium ſectarii) vocantur in Lombardia, *bonos homines* in Theutonia appellari. Huc etiam ſpectat reſponſum cuiusdam Albigenſis, apud Guill. de Podio Laurentii c. 3. qui rogatus ab Epiſcopo vbi vellet ſepeliri, reſpondit, *ſe velle ad Bononios ſine Bonefios, hoc eſt, haereticos deportari.* Quo vocabulo forte Gallicum: *Bonnes gens*, expreſſit ille. (5) BONI HOMINES, praeterea dicti fratres ordinis Grandimontenſis. Stephanus Tornacenſis Epiſcopus Epiſt. 1. de iis: *Hominibus placent, et ſerui Chriſti ſunt, boni homines appellantur. Nam bonitatis illorum teſtis eſt et excluſa cupiditas et incluſa paupertas.* (6) † Etiam Minimi, ſeu diſcipuli S. Franciſci de Paula BONI HOMINES appellantur, a fundatore ſuo, qui *le bon homme* vocabatur.

BONI GENERIS homines, Εὐγενεῖς, in Capitulari 2. ann. 813. cap. 12. V. *Benenati*.

BONI PVERI, pauperes Scholares. V. *Pueri*.

BONIFACIES, Εὐπρόσωπος, in Gloſſ. Gr. Lat. Occitanis, *Bonifaci*, eſt *vn bon enfant, vn benet*, vt auctor eſt Petrus Goudelinus.

BONIFATVS, Εὔμοιρος, in Gloſſ. Gr. Lat.

† BONIFICARE, melius reddere, reſtaurare, augere, Ital. *Bonificare*, in Bulla Mſ. Nicolai PP. IV. a. 1289. et in Stat. Pallauic. l. 1. c. 12.

BONIMORIS, Καλότροπος, *bene moratus*. Supplement. Antiquarii.

BONINFANTI, quaſi *boni pueri*, Gallis, *Bons enfans*, dicti in Bohemia neſcio qui religioſi. Hiſtor. MS. Roſenſis, laudata a Bohuslao Balbino in Hiſtor. Bohem. pag. 273. *Eodem anno* (1259) *Berhardus Canonicus Pragenſis Inſtitutor bonhuſantorum in eccleſia Pragenſi obiit nonis Auguſti.*

De

De eorum institutione ita idem Balbinus: *Numero 12. fuere, iisque alendis attributa villa; nemo annis 10. iunior admittebatur, aetatis anno 18. e contubernio dimittebatur.*

BONISCVLA, mollica bona, exiguae facultates. *Quod eos boniſculis parentum, ſicut aſſerit, reliquit extorres.* Can. *Irreligioſum.* Diſt. 87. ex Hierolexico Macri. V. *Bonaſcula.*

† BONISSIMVS, ab Ital. *Boniſſimo*, pro optimus, in Act. SS. t. 1. Mart. pag. 54.

† BONITA, idem ac *Bonitas*, exactio, in Leg. comit. Montisfort. 1212.

BONITAS. (1) Exactio ſub ſpecioſo *bonitatis* nomine, tanquam gratuito a ſubditis dominis praeſtaretur. Charta S. Ludouici Regis Franc. ap. Marten. Collect. Ampliſſ. to. 1. col. 1267. B. *Super eo quod Praepoſiti noſtri Melodunі in ingreſſu praepoſiturae quasdam exactiones, quas vulgariter bonitates appellabant, ab iis nomine ſeruitii extorquebant, etc.* Leges Comitis de Monteforti a. 1212. pro Albienſibus: *Nullus Baro, Miles, aut quilibet alius dominus, cui Comes dederit terram in partibus iſtis, poterit exigere vltra menſuram talliae ſtatutam, et confirmatam, litteris eorundem dominorum, et Comitis, ſiue nomine talliae, aut quaeſtae ſiue bonitatis, vel cuiuscumque alterius cauſae.* Chartular. Abbat. Maioris Monaſterii, ſeu Vindocinenſe Thuani, n. 11. *Coepit dicere quod ille Odo habuerat ei conuentionem, vt omni anno faceret ei aliquam bonitatem. Quam cum nollemus ei facere, quia falſum erat quod dicebat, ſaiſiuit decimas, quas olim nobis ipſe auctoriſauerat.* (2) Donum, munus. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 108. §. 1. *Quidam homo diabolo inſtigante dixiſſet ad ſeruum alienum: Veni et occide dominum tuum, et ego tibi facere habeo bonitatem quam volueris.* (3) Felicitas, beatitudo, apud Alypium Antiochenum in Deſcript. orbis cap. 2. V. *Malitia.* (4) † Officium, obſequium, Gall. *Bon-office.* Ch. Mſ. Theob. comit. Campan. an. 1229. *Attendens bonitates et ſeruitia etc.* (5) † Valor, pretium. Ch. Mſ. a. 1342. *Quod praedictam molneriam - - cum omnibus iuribus ſuis, bonitate ſeu valencia* etc.

† BONITON, piſcis genus, V. *Byza.*

BONNA. (1) Vide *Benna.* (2) Terminus, limes. Glaber. Rodulfus l. 2. cap. 10. *Multi ibi limites quos alii bonnas vocant, ſuorum recognouerunt agrorum.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 69. *Fecerunt donum et finem ac pacem de terra de Vineu Deo et huius loci fratribus, ſicut poſt oſtenſa et limitibus ſiue indiciis eſt manifeſtata, quas vulgus bonnas appellat.* Charta Radulfi Comitis Sueſſion. an. 1209. in Chron. Abbatiae Longipontis, pag. 124. *Sicut bonnis et interſignis diſterminatum eſt (nemus.)* Tabular. Monaſterii Calenſis p. 41. *Infra metas vel bonnas. Bonne* Gallis.

Exiſtimat Rigaltius voces *Bonna* et *Bunda*, ab Agrimenſoribus et Gromaticis Gallos mutuatos eſſe, effictasque ex iis quas paſſim vſurpant, *botones, botontini, et botontones*, quae tumores, ſiue monticellos et colliculos, qui aliquando terminorum vicem funguntur, ſignificant. *Aggeres terrae* dicuntur in Lege Baioariorum tit. 11. §. 3. *Terrarum tumores*, Iulio Frontino de Coloniis, *βαθοὶ*, Graecis.

Botonsinorum vero figuram repraeſentat Hygenus de Limitib. conſtit. pag. 222. Vocis mentio occurrit apud Innocentium, Vitalem et alios Gromaticos p. 230. 267. 272. 312. *Botonsones finales* pag. 243. 274. *Bottones* pag. 288. Denique *Bodones* legit Cuiacius ex MS. apud Paulum lib. 5. Sentent. *Qui arbores terminales euertunt vel qui conuellunt bodones.* Vide Velſerum lib. 5. Rerum Auguſt. Somnerus in Gloſſ. Anglo-Sax. aliter cenſet de harum origine, putatque effictas ex Saxonico *Bindan*, ligare, nodare, vincire, et *Bindela*, vinculis conſtrictio: vnde Angli *bundle* pro faſciculo dicunt. Hinc etiam, inquit ille, agrorum fines, termini, limites, metae, Latino-barbaris *bundae*, Anglis *bounds* dicta: quod domino fundi ſint in

vinculum, ne eadem transgrediendo proximo iniuriam inferret. Sed potior Cangio est Rigaltii sententia. V. *Bunda* et *Bodina*. (3) † Scopus, Gall. *But*. Lit. remiss. a. 1353. *Qui melius traheret ad quandam bonnum seu staguetam*.

BONNAGIVM, V. *Bonagium*.

BONNALIVM, idem quod *Bonnarium*. Priuilegium Alexandri Papae III. de immunitate Ecclesiae de Marsna, ex Tabulario S. Remigii Rem. a. 1180. *Prebenda autem Sacerdotis - - constituta haec est, decima de Houten magna et minuta, et in eadem villa quatuor bonnalia terrae*. Eadem ad verbum habentur in Priuilegio Adolphi Colonienſis Archiepiſcopis ann. 1195.

BONNARIVM, BONARII, BONARIVM, BONNVARIVM, etc. modus agri certis limitibus seu bonnis definitus. *Bonnier de terre*, apud Iacob. Hemricurtium in Speculo Hasbanico pag. 6. Certe *Bonarios* ipsos limites dictos, docet Charta Theodorici Episcopi Virdunensis ex Tabulario S. Vitoni: *Fines et metae quos vulgo bonarios vocant*. Proinde vocem perperam Columbus a *bobus* deducit. Formulae veteres Pithoei cap. 25. *Hoc est, ad illa villae bunnaria tanta, manso cum superposito de vinea arpennos tantos*, etc. Adde cap. 35. 67. Charta Ludouici Imp. apud Chapeauillum in Walcando Episcopo Leodiensi c. 34. *De terra arabili 2. partes de bonnario*. Charta Agii Episcopi Aurelian. an. 854. *De terra arabili Bunn.* 13. BONVARIVM, perperam forte pro *Bonnarium*, habetur in Statutis antiquis Corbeiensis Monasterii lib. 1. cap. 7. *Vt vnicuique Molinaria mansus, et 6. bonnaria de terra dentur*. Mox: *De illa terra, quae ad illum mansum pertinet, id est, bonnaria 4*. Ita etiam legendum pro *Bunnarium*, apud Hariulfum l. 3. Chronici Centul. cap. 16. in Chronico Afflighem. c. 13. in Lege Langob. lib. 3. tit. 1. §. 46. et in aliquot formulis. *Bunnarium* etiam legitur apud Hincmarum in Capitulis Synodal. cap. 2. *Si habeat mansum habentem bunnaria* 12. Perperam vero *Bonarium et Bonnarium*, pro *Bonnarium*, apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 35. 228. et in Regesto pag. 33. et 36. scriptum legitur, vt et in scheda veteri Luxouiensi edita in operibus S. Columbani p. 335. in Chronico S. Trudonis lib. 9. pag. 458. et in Chronico Valciodorensi pag. 564. Dicitur et BVNNARIVM in Codice MS. Irmionis Abb. San-Germ. fol. 23. *Erembertus - - habet de terra arabili bunnaria* 11. Occurrit ibid. non semel. BVNNARIVS. Papias MS. ex Isidoro: *Bunarii, mensura quaedam terrae, sicut iugera*. MS. alter habet *Bunnarii*. Charta an. 1167. apud Miraeum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 54. *Quatuor bunarii terrae, et dimidius siluae. Bonnerius terrae*, in Hist. S. Martini de Campis pag. 342. *Benarium*, in vita Caroli Abbatis Villar. c. 3. num. 17. *Bonarius*, apud Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis c. 96.

BONNARIVS, BVNATARIVS, qui *Bonnarium* agri possidet. Constitutio Caroli Crassi de feudis apud Freherum et Guldastum: *Mansionarius 5. solidos, absarius 30. denarios, bunatarius 15. quorumlibet larium possessores 6. suppleant*. Quo loco legendum censet Lindenbrogius *Bunnariarius*, id est, qui *Bunnarium* agri possidet. Huic emendationi fauent quae habentur in Legib. Normannicis vernaculis Willelmi Nothi a Seldeno editis capite 18. *Le Seigneur 4. den. que il donrad, si erunt quites ſes Bordiers et ſes Borner, et ſes ſerjans*. Id est, *pro 4. denariis quos donauerit dominus, quieti erunt bordarii eius, et eius bonnarii, et eius seruientes*. Quo loco *Boner* seu *Bonnarii*, *sunt qui bonnaria* possident, vt *bordarii*, qui *bordas*. BONOARIVS, in Praecepto Lotharii Regis pro Otberto ann. 856. apud Marten. Collect. Ampliss. to. 1. col. 146. *In istis iam supra nominatis locis habet curtes et terras dominicatas* IV. *et capellas* II. *et alios mansos* XVII. *et ad vnumquemque mansum bonoarios* XXX. V. *Bonnarium*.

† BONNA-

† BONNATON. Beſtiar. Mſ. c. 13. *In Aſia animal naſcitur, quod Bonnaton dicunt, cui taurinum caput, ac deinceps corpus omne, tantum inba equina.*

BONNERIVS, V. *Bonnarium.*

BONNETA. (1) BONNETA, BONNETVM, ſpecies pilei, Gallis *Bonnet.* V. *Boneta.* (2) Modus agri, idem ac *Bonata* et *Bonnarium*, in Ch. a. 1284. in Ducheſnii Hiſt. Drocenſi p. 320.

† BONNETERIVS, *Bonetarum* opifex, Gall. *Bonnetier*, in Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1321.

BONNETVM, V. *Bonneta* 1. et *Bonetum.*

BONNVARIVM, v. *Bonnarium.*

† BONOARIVS, v. *Bonnarius.*

BONONES. Hiſtoria Balduini Luxemburg. Archiep. Treuirenſ. lib. 2. c. 10. *Aurum et argentum, omnisque cultus pretioſus a Bononibus diſtrahitur.* Infra: *Tot ibi ſunt Bonones rapina ditati repatriantes, quod vltra menſem plusquam Bonorum duo millia in exercitu* (Imperatoris) *deficere videbantur.*

BONONII, BONOSII, v. *Boni homines* 4.

BONOSIACI. *Haeretici ſunt a Bonoſio dicti, qui dicunt Chriſtum Filium Dei adoptiuum, non proprium eſſe.* Papias MS. lidem ſunt qui aliis *Bonoſiani*; de quibus vide Iſidorum Orig. lib. 8. cap. 5. et de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 20. Macrum in Hierolexico, etc.

† BONSNAGIVM, metarum poſitio, i. q. *Bonagium.* Lit. procurat. Mſ. a. 1348.

BONVARIVM, v. *Bonnarium.*

† BONVENTVS, conuiuium, i. q. *Procuratio* 1. Ch. a. 1237. in Suppl. ad Miraeum p. 587. *Nos - bonuentum tenemur accipere, quem nobis conceſſerit* etc. Germ. der Willkommen. V. *Beneuenuta.*

† BONVLVM, carnium elixarum ius, vt videtur, idem ac *Brodium.* Ch. a. 1271. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. 1. p. 328. *Debent habere quatuor panes tornatos dandos bubulcis, et de bonulis caldariam vnam.*

BONVM. (1) Id quod Latini *Bona* vocant, facultates, Gallis vulgo *Bien.* Baldricus Nouiom. lib. 3. cap. 72. *Et ipſe bonum ſuum recipere debebat.* Chronicon Abbatiae S. Trudonis lib. 10. p. 465. (2) BONVM S. MARIAE, ſuperſtitionis et paganiae ſpecies, in Capitul. Karlomanni an. 743. c. 19. *De petendo quod boni vocant S. Mariae.* (3) BONVM, morbi ſpecies. Vita S. Anſelmi Epiſc. Lucenſis n. 39. *Fuit Presbyter - - cui malum id quod per antiphraſim homines bonum appellant, vnius oculi lumen abſtulerat.* Vide *Malannus* 2. (4) † Donum, ipſa donationis charta. Martyrolog priorat. S. Montis Mſ. *Et vt praedictum donum firmum teneatur - - Hoc autem factum eſt in praeſentia domini Guidonis - - qui propria manu bonum ſuum tribuit, et ſignari in archiuis noſtris non negligenter iuſſit.*

BONVS DOMINVS arbiter, ſic dictus, quod partibus litigantibus, tanquam bonus Dominus vtrique conſulebat, remque inter eos componebat. Litterae Officialis Vabrenſis de arbitrio dicto per Guillelmum de Canilliaco Priori de Roſerio et Rectori Eccleſiae de Balmis an. 1342. *Compromiſerunt ſe concorditer et amicabiliter in venerabilem ac religioſum virum D. Guillelmum de Canilliaco Camerarium Auianae tanquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compoſitorem et bonum dominum ab ipſis partibus communiter electum.* V. *Boni* et *Bona.*

BONVSCVLA, diminut. a *Bona*, facultates, apud Sidon. l. 9. ep. 6. et in leg. 29. c. Th. de Petit. et vlrr. dat.

† BONZINVM, vaſis ſpecies. Murat. t. 16. Script. Ital. p. 856. *Vnum bonzinum ſeu bocale et cuppas duas, quae omnia erant argenti puri.*

BOOBA, V. *Boca.*

BOOGDIE. Areſtum an. 1411. in Hiſt. Betunienſi p. 116. *Vna cum ſervis ſeu gentibus ſuis ſervilis conditionis, eſclauis, adnenis, et Boogdie ad dictam terram de Kalkene* (in Flandria) *pertinentibus*, etc.

BOOLETVM. Ch. Steph. Epiſc. Eduenſis a. 1177. Mſ. *Conceſſerunt etiam illis omne booletum, et quicquid ibidem*

poterunt extirpare vel essartare. V. *Boletum.*

† BOOLEYVM, locus betulis consitus, vt videtur. V. *Bolum.* Sentent. arbitr. a. 1266. Mſ.

† BOORIA, idem ac *Boria* 2, praedium rusticum, in Ch. Phil. Pulc. Mſ. a. 1309. V. *Bouaria.*

† BOOSLOTH, Danis est portio rerum mobilium ex communione quadam, praeterquam ex haereditate paterna vel materna. Leg. Dan. apud Ludew. t. 12. Reliq. p. 169.

BOOTHEMATA, *adjutoria*, Vgutioni: ex Graec. Βοηθήματα.

† BOQVARIA, laniena. Lit. a. 1408. t. 9. Ordinat. reg. Franc. p. 356. v. *Bocaria.*

† BOQVELLARIVS, clypeus, scutum, Gall. *Bouclier.* Stat. Eccles. Atrebat. Mſ. c. 18. V. *Boclerus.*

† BOQVENA, pellis hircina, ab Hisp. *Boque*, hircus. Ch. Phil. Pulc. Mſ. a. 1288. V. *Bogina* et *Boquinus.*

BOQVERANNVS, BVCARANVM, BVCHIRANVM, telae subtilis species, Gall. *Bougran.* Gloss. Lat. Gall. *Rissus, Bouquerant.* Vincentius Belvac. lib. 10. Spec. Hist. cap. 85. *Aliae mulieres boqueranno stricto sub cingulo multis plicis sumptuosis operato et insuto - - vestiuntur.* Idem lib. 32. cap. 4. *Tunicas miro modo formatas portant de* | *buccarano.* Et cap. 7. *Bucaranum* habet. Paulus Venetus lib. 3. c. 45. *Buchiranum.*

† BOQVERIVM, locus *boquetis* seu palis circumseptus. Pariag. Mſ. a. 1307. *Boquerium seu vallatum.* V. *Boquetus.*

† BOQVERIVS, idem qui *Bocherius*, macellarius, Gall. *Boucher*, in Ch. a. 1272. inter Probat. t. 1. Hist. Nem. p. 98. V. *Boquaria.*

BOQVESPAN, V. *Boquetallum.*

BOQVETALLVM. Exstat Charta Gaufridi de Liziniano D. de Vouvent et de Mervent, data Speleti an. 1232. qua Abbati Malleacensi dimittit *Expeditionem et exercitum, bannum, boquetallum*, quae quidem ab hominibus Abbatis sibi deberi contendebat. In Charta Hugonis militis anni 1263. *Dominus Partiniaci, Voluenti et Marcuenti petit plures angarias, pangarias et costumas ab hominibus virorum religiosorum abbatis et Conuentus de Burgolio - - biennum ad reficiendum fossata castri noui de Marcuento, et Boquespan et pleges ad animalia siluestria capienda*, etc. Cum in vtraque laudata Charta de iisdem fere petitionibus a diuersis licet monasteriis, agatur, non dubitandum, quin idem sit vocum *Boquetalli et Boquespan* intellectus. Sed quis ille? An Ius *procurationis*, seu modici pastus, quem etiamnum *Boquelle* vocant rustici Dumbenses? Certe *Boquelle* a *Boquetallum* posset proficisci. Eumdem sensum patitur *Bosquetallum* in Charta anni 1232. apud Stephanotium in Antiquit. Benedict. Pictav. MSS. to. 4. p. 408. *Expeditionem quoque, biannum, bosquetallum, in quibus teneri mihi eosdem homines proponebant.* † Carpentario est seruitii genus, quod subditi debent, siue in deferendis aut vehendis, siue etiam exscindendis tignis vel palis, v. *Boquetus.* Ch. Mſ. Caroli Augi: *Controuersia - - super - biauno ad faciendum boqueſtallia in nemoribus nostris.*

† BOQVETVS, tignum, palus. Comput. a. 1351. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 143. *Nisi fierent duo pilaria cum boquetis ad sustentationem tebi.* V. *Boquerium.*

† BOQVINVS, caprinus, hircinus, a Provinc. *Boc*, Germ. Bock, caper. Pedag. Pennar. Mſ.

BOR, ὁ τὸς πόδας φλεγμαίνων, *pedes inflammans.* Supplem. Antiquarii. † *Boa* scribendum putat Scriger ad Festum in *Boa.*

† BORA, cella reconditoria, vt videtur. Stat. Placent. L. 4. *Omnes habentes boras, iuxta stratas publicas - teneantur in ea parte in qua occuperint seu occupant de via publica, occasione hostiorum et feneſtrarum ipsas borae, ponere inter ipsam boram vel feneſtras et stratam - - assidem in largam et longam* etc. Murat. t. 16. Script. p. 582. *In - - eorum domibus sunt pulchrae cameraе et camine-*

tae, bora, curtaricia, putei, hortuli, jardini et ſolaria.

BORACANVS, a Gallico *Barracan* vel *Bouracan*, pannus e pilis caprinis contextus. Thuanus lib. 21. Hiſtoriarum pag. 795. *Palliis quae boracanos vulgo vocant, ex illa lana opere ſericeo fimbriatis viri tegunsur.* Pallia *Boracani dicta* quod ex *Baracano* conficerentur.

† BORACIVM, tomentum, Ital. *Borra*, Gall. *Bourre*. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 742. V. *Borra* 3.

BORACVM, Borax, ſpecies ſalis medii terreſtris. Breydenbach iter Hieroſolym. pag. 277. *Borac* et *Baurach* apud Matth. Situaticum eſt ſpuma nitri.

† BORAGIVM, culcitrarum exactio, quae fiebat a vaſſallis et tenentibus ad dominorum exceptiones, cum peregre ibant, ſic dicta, quod culcitrae *borra* ſeu tomento farciuntur. Iudic. a. 1270 Mſ. *Quitti ſint - - a tolta, tallia, boragio et culcitrarum exactione. - - Tolta, tallia, boragium ſive culcitrarum exactio.* V. *Borrat* in *Ballinus*.

† BORAGO, ab Ital. *Borraggine*, Germ. Borrago, Bugloſſum, t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 365.

BORAN, depraedatio manſionis, apud Suenon. in Legg. Auſtrenſ. c. 10. Leg Iutic. c. 44. V. *Ran*.

BORARIVM, f. oſtium fluminis, vel ora, Gall. *Bord*. Charta an. 1097. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 385. *Altera* (controverſia) *de piſcatione in fluvio Segonae ſeu Araris et in borario fluminis, quod vocatur Sallia.*

† BORAX, *capiſtrum auri*. Gloſſar. medic. Simon. Ianuenſ. V. etiam *Boracum*.

† BORAZIVS, tela linea aut cannabina, ex qua conficiuntur mappae craſſiores, ſeu lintea ad abſtergendas manus. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 900.

BORBA, Gall. *Boue* vel *Bourbe*, a Graeco Βόρβορος, lutum, limus, coenum. Charta Girardi Hamenſ. Domini an. 1145. ex Tabulario Corbeienſi.

BORBOR, eadem origine et notione. S. Ambroſ. lib. 9. in Lucam num. 25. *Haec enim erant iam torcularia Iudaeorum, non vino repleta, ſed borbore.* In Cod. MS S. Vedaſti Atrebat. habetur. *Non vino repleta, ſed mirrha.*

BORBORIANI, Haeretici, qui, inquit Philaſtrius, *vitiis implicati ſaeculi et malis concupiſcentiis ſeruientes, non ſperant indicium futurum, ſed potius carnalem ſaeculi concupiſcentiam laudant. Hi itaque in coenum eunses, et inde obliti de coeno facies et membra ſua deformantes, eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonſtrant.* Ex Graeco Βόρβορος, *coenum*.

BORBORICINI, *et Gnoſtici, Haeretici ſunt qui animae ſubſtantiam partem Dei eſſe aeſtimant.* Papias MS. Eadem fere leguntur in veteri Gloſſ. San. German. num. 501.

† BORCANIA, *arctophylax, arctus*. Gloſſar. ver. Cod. reg. 7613. V. *Borcoma*.

† BORCERIVS, pro *Bocherius*, Gall. *Boucher*. Ch. Mſ. a. 1449.

BORCOMA, *arctophilax*. Papias MS. Editus, *Borcama*. V. *Borcania*.

BORD. Concilium Budenſe an. 1279. c. 11. *Diſtricte praecipimus, ne Sacerdotes vel Clerici, in quouis ordine conſtituti, gladium vel cultellum, quod vulgariter dicitur Bord, portent.* V. *Borto*.

BORDA. (1) *Clava*, in Gloſſ. Iſid. Vide *Bohordicum*, ſub finem, vbi *Borda* per *Clauam* explicatur ex Gloſſis Iſidorianis; ſed in tribus, quibus Cangii, editor vſus eſt, editionibus Gloſſarum Iſid. ſolum legit *Clavia, Borda*: pro quo Graeuius legendum monet, *Cloaca, Borda*: cui lectioni fauet ipſe Cangius in voce *Burca*. Haec ergo, vt videtur, tenenda, prior repudianda. † At Gallis olim *Borde* omnino erat clauae ſpecies, ſeu baculus, quo et ſe defendere, et alios aggredi poterant. (2) Axis, tabula, Saxon. *Bord*, menſa, tabula, Angl. *Board*. Rymer. tom. 4. pag. 730. *Vobis mandamus quod quinque millia ferri et vincentas bordas de Eſtland, ac centum quarteria carbonum maritimorum, pro dictis anchoris et aliis operationibus in turri noſtra Londo-*

niae faciendis, emi et prouideri. (3) Genus veſtis apud Arabes. V. *Burda.* (4) Ora, margo, Gallis *Bord.* *Borda nauis*, in Statutis Gildae Scoticae c. 22. §. 3. C. 44. *Ora nauis.* Semel et iterum occurrit apud Rymer. tom. 5. pag. 6. (5) Domus, aedes, tugurium, ex Saxon. *Bord*, domus, hoſpitium. Charta Eadgari Regis Anglic. in Monaſtico Angl. tom. 1. pag. 37. *Quinque videlicet menſas cum 15. carucis terrae, cum 18. ſeruis*, et 16. *villanis*, et 10. *bordis*, *cum 60. acris prati*, etc. (6) † Panni ſpecies, Gallis *Borde.* Inuent. S. Capellae Pariſ. a. 1363. *Quatuor quarrelli de plumis, cooperti de borda.* BOVRDA, in alio a. 1376. V. *Bordum.* (7) † Limbus, fimbria, Germ. Borte. Necrol. eccl. Pariſ. Mſ. *Duo mantilia cum bordis.*

BORDAE, BOVRDAE, ſic olim dicta prima Dominica Quadrageſimae nonnullis in locis, in aliis Dominica *Brandonum* appellata. Statuta S. Claudii an. 1448. *Pittanciarius miniſtrare debet die lunae poſt bordas, ſeu poſt dominicam, qua cantatur*, INVOCABIT ME, *collationem de vino et ſpeciebus confectis.* In noua Gall. Chriſt. to. 4. p. 835. D. memorantur Litterae Chartular. Lingon. die Dominica poſt *Bordas* exaratae. Occurrit eodem ſenſu in Rit. Luxov. † A virgulis ſeu baculis, quorum vſus erat in ludicris certaminibus, quae ea dominica peragere ſolebant, nomen habuit.

BORDAGIVM, *teneturae* ſpecies, ratione cuius *Bordarius*, ſeu qui in *Bordam* tenet, vilioribus ſeruitiis domino obnoxius eſt, ita vt nec *Bordam* vendere aut alienare ei liceat inconſulto et inuito domino; cuius quidem Bordagii nullum praeſtatur hominium. Tabularium Abb. Vindocin. Ch. 302. *De duobus autem bordagiis, quae ſuper nos clamabant, infra terram meam in reſpectu remanſit, donec opportune idem placitaremus.* Tabul. Fiſcanenſe fol. 39. *Reliquit etiam et abiurauit quoddam bordagium, quod erat dominicum Eccleſiae Fiſcanenſis.* Charta alia in Hiſt. S. Nicolai Andegauenſ. p. 20. *Donaui quoque tria bordagia terrae in Bigotaria.* Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus fol. 24. V. *Et in nemore S. Martini bordagium terrae, quod tenet Helie Brullon.* V. *Borda* 5.

† BORDANVS, qui ſub *bordagii* onere poſſidet. Req. S. Iuſti ex cam. Comput. Pariſ.

BORDARE, V. *Berdare.*

BORDARIA. (1) Idem quod *Borda* 5. ſeu potius praedium ruſticum. Occitanis *Bordo.* Gallis *Borderie*, in Conſuetud. Pictauenſi art. 173. 174. 175. Charta Narbonenſis anni 1066. *Queritur Guiffredus Archiepiſcopus, quod aufert ei ipſas bordarias quae ſunt vltra pontem in Parochia S. Pauli.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu: *In villa Fordgas bordariam vnam*, etc. BORDERIA, idem. Charta an. 1117. tom. 2. nouae Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 374. *Eadem die dederunt et conceſſerunt Eccleſiae S. Launi quamdam borderiam terrae inter Toarcium et Monaſterium S. Virgunae.* Eſt et *borduria* i. q. *manſus.* Ch. a. 1341. in Tabul. Flamar. *Quod - detinent - - medietatem manſi ſeu bordariae*, (2) † Seruitium quod ab eo qui *bordariam* tenet, debetur. Ch. an. 1323. Mſ. *Cum aliquibus ſerviciis quae vocantur bordariae.* (3) † Ora, margo, Gall. *Bord.* Pact. a. 1343. Mſ. *Per pedem bordariae prati mollis.* Infra: *Borderiae.*

BORDARIOLVM, idem quod *Bordellum.* Tabular. S. Florentii.

BORDARIVS. (1) BORDARIVS, et BORDELLARIVS, qui *Bordam* aut domum ſub *Bordagii* vel *Bordelagii* onere poſſidet. Domesdei in Cenſu Hanton. prouinc. *Terra eſt. 4. carucatarum. In dominio ſunt 2. carucatae, et 20. bordarii, et 4. ſervi cum 1. carucata. et 80. acrae prati.* Alibi: *Terra eſt dimidium carucatae, et ibi eſt cum vno villano et 2. bordariis, et 10. acris prati.* Ibi paſſim, et in Chartis Angl. *Bordarum hoſpes*, in Cod. MS. redituum Epiſcopat. Autiſſiodor. *Quilibet hoſpes bordarum debet duos bichetos et dimidium auenae, ſex denarios et vnum capo-*

caponem. Vide Monaſt. Anglic. t. 3. p. 181. vbi plura ex eodem libro cenſuali. Re ipſa *Bordarios* a villanis et ſeruis diſtinctos fuiſſe, vix dubitare licet ex locis quae ad hanc vocem congeſſit Spelmannus; vnde vir doctiſſimus in aſſignanda genuina huius vocis notione haud parum haeſitauit: in eam tamen deſcendit ſententiam vt *Bordarios* ſeruos eſſe honoratiores exiſtimaret, qui domeſtica nauarent ſeruitia, a Saxon. ſcilicet *Bord*, domus, hoſpitium. Verum cum *Bord* Anglis menſam quoque ſignificet, *Bordarios* menſae miniſterio addictos fuiſſe exiſtimat Hearnius; quo ſenſu vocem *Bordarius* in Ordinat. Domus Regiae ſub Henrico II. Angl. Reg. in libro nigro Scaccarii pag. 346. accipiendam opinatur. V. *Bordelarius*, et *Bordimanni*. (2) † Opifex forte ligularum, nam *Bordelles* ligulas quasdam appellarunt Galli. Conſtit. Petri I. Aragon. reg. a. 1200. *Exaterios et bordarios, pelliparios, ſutores, textores* etc.

BORDATVRA, Gall. *Bord*, margo, vel limbus. Acta SS. Iulii tom. 1. pag. 593. Spicil. Acher. tom. 7. pag. 222.

BORDATVS. (1) Gall. *Bordé*, ora, margine vel limbo cinctus, circumdatus. Inuentarium ornamentorum et reliquiarum Eccleſiae Nouiom. an. 1419. V. *Bordata lana*, in *Berdare*. (2) † BORDATVS, dicitur de naue, cuius margines tabulis craſſioribus ſunt inſtructi, vulgo *bordé*. Ch. Phil. comit. Flandr. an. 1163. *De nauè quae vocatur Scuta, ſi non eſt bordata, vnum denarium.* (3) † MONETA BORDATA, quae non eſt perfecte rotunda, quo ſenſu *bórder* vſurparunt Galli. Stat. Auenion. l. 1. rubr. 30.

BORDE, V. *Bort*.

BORDELAGIVM. (1) Idem ac *Bordagium*. Charta anni 1364. ex Archiuo B. M. de Charitate: *Stephanus Gimardus dedit B. M. de Charitate quinque boiſſellos frumenti pro annuo et perpetuo bordelagio* - - Baluz. Hiſt. Aruern. tom. 2. pag. 467. in Charta anni 1346. *Feoda, retrofeoda, cenſinae, coſtumde, bordelagia, garennae*. *Bourdelage*, in Conſuetudine Burbonenſi art. 498. et ſeq. vbi dicitur *Bordelagium* eiusdem eſſe conditionis et qualitatis, qua tallia, nec poſſe diſtrahi aut alienari inuito domino. (2) † Diſtrictus domini *bordarum*. Iudic. a. 1310. *Homines habitantes in villis et villagiis exiſtentibus in poteſtate et bordelagio dicti prioratus*. Gall. ol. *Bourdelage*.

† BORDELAGIVS, qui ſub *bordelagii* onere poſſidet. Reg. epiſcop. Niuern. a. 1287. V. *Bordarius*.

BORDELARIA, idem quod *Bordaria*. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiae fol. 48.

BORDELARIVS, idem qui *Bordarius*. Charta Ludouici D. Bellijoci pro libertatibus villae Bellijoc. an. 1274. *Quicunque habet domum in villa Belliioc. et facit vſagia villae, immunis eſt a leydis villae et pedagiis in terra Belliioc. et etiam bordelarius ab iſtis leydis et pedagiis immunis villae vſagia faciendo. Vaſſal Bordelieur*, in Conſuetud. Niuern. cap. 2. art. 6. *Detempteur Bourdelier* c. 6. art. 4. 11. 15. etc. *Bourdelagier*, in Burbon. art. 501.

† BORDELEGIVM, i. q. *Bordelagium* 1. Reg. epiſcopat. Niuern. an. 1287. *Bordelegia valent circa 11. modios auenae*.

† BORDELLAE, vicus Pariſiis, vulgo *Bordel*. Necrolog. eccleſ. Pariſ. Mſ.

BORDELLVM, aedicula, tuguriolum, diminutiuum a *Borda*. Willelmus Gemetic. lib. 7. cap. 14. *Domunculam circumdedit cum familia: Sorengus vero expergefactus de bordello exiit, et fugiens in vinarium exire voluit*. Monaſt. Anglic. t. 2. p. 206. *Et ortum ante portam atrii cum bordello*. Computus an. 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feud. tom. 2. pag. CLIII. *Ad bordellum Clariaci* XVI. *ſ* 11. *d. minus* - - *Pro* 11. *bordellis, et pro cheuez, etc.* Hinc Gallos vocem *Bordel* vſurpaſſe pro lupanari, docuit Cangius ad Ioinuillam p. 63. quod meretrices vt plurimum in domunculis, ac nullius momenti aedibus habitent. Hiſt. Dalphin. tom. 1.

pag. 126. *Non permittant, neque ſuſtineant morari mulierem vxoratam publice in proſtibulo ſeu bordello - - ſi aliquis cauſa adulterii cum ea capiatur*, etc. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 380. *Inquiratur qualiter dicti Canonici Capellam ſiue Eremitorium de Bordelbi primitus obtinuerint, et vtrum ante conqueſtum dictum Bordelbi pro lupanari habebatur.* Vide Menagium et Octauium Ferrarium in Origin. Ital.

BORDELLVS, idem quod *Bordellum* in Charta Iohannis Reg. Angliae lib. nig. Scaccarii p. 382. *Ipſe nobis malum fecit quod potuit, et vnum molendinum et tres bordellos combuſſit.*

† BORDELVM, idem, in Ch. an. 1209. in Chartul. Buxer.

† BORDENALE, palus, tignum. Stat. Pallauic. l. 2. c. 77. *Quod nullus camparius nemorum - - audeat - - incidere - - aliqua bordenalia, ſtachas neque donas in buſchis ipſius domini noſtri.*

BORDERES. Annales Francor. veteres an. 784. *Eodem anno - - obſedit Dom. Rex Karolus Heristburgo, et Franci federunt in gyrum per borderes*, id eſt, in locis limitaneis: Galli enim *borde* et *bordieres*, Angli *borders*, limites vocant. Graeuius vero in notis ad Gloſſas Iſid. per *Borderes* intelligit tentoria, quae notio ſi genuina, *Borderes* diminutiuum eſt vocis *Bordae*, domus, aedes, caſa, vnde militum tentoria *Bordes* dicta, et hic *Borderes*: qua poſteriori voce interdum etiam appellati ſunt ex eodem Graeuio, qui in caſis habitant.

† BORDERIA, V. *Bordaria.*

BORDERIATA, idem ac *Bordaria.* Tabularium Abſienſe p. 31. *Dono talleam et quidquid habebam ſcilicet in tribus borderiatis Botecheurerie, quae ſunt de feodo Mantrola.* Liber Chirographorum eiusd. Monaſterii fol. 39. *Dediſque pariter fratribus Abſiae vnam borderiatam terrae, quae vocatur Coſſeia.* Et fol. 111. *Medietatem trium borderiarum terrae.* Hiſt. Monaſt. S. Florentii Salmur. apud Mart. tom. 4. Ampliſſ. Collect. col. 1121. *Ab eo terrae borderiatam hu muneris recipiunt.* V. *Bordus.*

† BORDERIVS, qui bordariam ſeu praedium ruſticum tenet. Ch. Portecli dom. Mauſeaci a. 1218. *Nec dictos religioſos, nec ipſorum borderios, ſaunerios - - cogere ad faciendum in terris vel fortilaciis Mauſeaci - - gnait, reparationes etc.*

BORDHALPENY, nummus qui in foro et nundinis ſoluitur pro erectione menſarum et tabularum ad exponendas merces. Ex Saxonico *bord*, et *bred*, tabula, *et halpeny*, obolus. Idem videtur quod *Borghalpani*, in Monaſtico Anglic. to. 2. pag. 14. *Borghalpani*, pag. 16. *Burghalpenni*, pag. 827. *Borthalpeny*, to. 1. p. 976.

BORDI, V. *Bordus.*

BORDIA, idem quod *Bordus* in Tabul. Abſienſi fol. 10. *Medietatem bordiae terrae, quae vocatur Berauderia, conceſſerunt.*

BORDIARE, proprie eſt, quod aiunt, ad *barros* pugnare, *torniare*, gladiis concurrere, *inſtas facere*, haſtiludium exercere. Sunt autem qui *Burdiare* dicunt de omnibus: quaere an a Gallico *Bourder*, quod eſt ludere, nugari. Ita Spelman. ad hanc vocem. V. *Bokordicum.* *) Sueuis *Baeria*, eſt ferire, Islandis *Beria*, ferire, et *Beriaſt*, pugna.

BORDIGALA, et BVRDICALA, aquae maioris genus, in qua piſces ſeruantur in ſtagnis vel fluuiis, vt et viuere poſſint, et facile capi. Charta an. 1225. ex Archiuis Maſſil. *De omnibus gauſidis et obuentionibus ſeu redditibus quae Communa Maſſiae perceperit in dicto caſtro in rippagio, gabellis vel piſcariis, vel bordigalis, ſiue portu, ſiue lucris aliquibus ex dictis iuribus.* V. *Burdiculum.* † BORDIGOLVM, BVRDIGALVS, Gallis *Bourdigue*, locus arundinibus ſeu cannis circumſeptus, quo piſces capiuntur et ſeruantur, quaſi in *burda* ſeu tuguriolo, vnde nomen, vel a *borda*, virga, baculus. Ch. a. 1235. Mſ. *Conceſſerunt - - quidquid habent apud pontem S. Geneſii in Bordigalis.* BORDIGALVM in Ch. a. 1479. BORDIGOLVM *de Var-*

ver in alia an. 1271. BVRDIGOLVS, in Sent. arbitr. a. 1414.

† BORDIGALARIVS, qui in piſces ex *bordigalis* adductos ius habet, idem qui *Borderius*. Ch. Mſ. an. 1331. *Quando piſces incipiunt redire de Martico, gabelletus regius ad prouiſionem ſuam incipit claudere, et omnes alii bordigalarii debent claudere ponses, iuxta morem ſolitum.*

BORDILE, idem ac *Bordellum*. Conſuetud. Brageriaci art. 93. apud Richebourg Couſtum. general. to. 4. part. 2. p 1027.

† BORDILERIVS, idem qui *borderius*, in Ch. Mſ. a. 1347.

BORDIMANNI, BORDMANNI, idem qui *Bordarii*, et *Bordellarii*, apud Anglos, ex *Bord*, domus, et *Man*, homo. Rentale de Hawering, apud Spelmannum: *Ibidem vocantur bordimanni, qui omnes tunc fuerunt baſſae tenurae.* Domesdei: *In dominio eſt vna carucata, et 25. villani et 33. bordmanni, cum 4. carucatis.*

BORDLANDES, Anglis dicitur *Dominicum quod quis habet ad menſam ſuam et proprie*, vt eſt apud Bractonum lib. 4. Tract. 3. cap. 9. §. 5. lib. 5. Tract. 1. cap. 13. §. 5. ex voce *bord* menſa, et *land*, terra.

BORDLODE, ſeruitium a quibusdam vſufructuariis obitum, qui lege praediorum aſſeres, vel tabulas ſectiles de ſilua in domum vel curtem domini deferre tenerentur: a Saxon. *borde*, tabella, aſſer, et *lode* onus, ſarcina. Occurrit non ſemel in Chron. Will. Thorn. a. 1364. V. *Boquetallum*.

BORDMANNI, V. *Bordimanni*.

BORDO. (1) A Gall. *Bourdon*, vel Ital. *Bordone*. Baculus Cantoris. Vetus Ceremoniale MS. B. Mariae Deauratae Toloſanae, vbi de tribus Rogationum proceſſionibus: *Interim congregabuntur Presbyteri ac etiam Propheta* (hoc eſt *Cantor*) - - *qui portat Reliquias et bordonem.* Regulae ſeu Statuta S. Martialis Lemouic. Die Aſcenſionis Domini *deferantur quatuor bordones in proceſſione.* V. *Burdo*. (2) † Inter arma prohibita recenſetur, in Stat. Ferrar. a. 1286. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 515. *Arma vetita - - intelligimus bordonem, lanzonem* etc.

BORDONAGIVM. Computus a. 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. pag. CLXII. *Pro quatuor modiis* (vini) *Gaſtineſii Recloſarum et XII. ſeſtariis* VI. *l. n. ſ. et dim. minus. De Bordonagio XL. ſ.* An de circulis qui doliis firmandis in extremitatibus adduntur, cum alio exportatur vinum, hic ſermo ſit, nec ne, ſubdubito. V. *Bourdonagium*.

BORDONARII, V. *Burdonarii*.

BORDONATVS, in modum baculi religioſe peregrinantium tornatus et terminatus, Gall. *Bourdonné*. Notitia Eccleſiae Dinienſis per Gaſſendum edit. Pariſ. an. 1654. pag. 104. ex Inuentario anni 1340.

BORDONNAGIVM, V. *Bourdonagium*.

BORDONVS. (1) Baculus peregrinantium. Acta SS. Iunii to. 2. pag. 1077. in Vita S. Bernardi Menthonenſis: *Montes auidius turbae decimus aſcendit, detinens manu bordonum praeſidentis victoriae.* Act. SS. Iulii tom. 1. pag. 586. Inſtrumentum anni 1332. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Item tres bordonos de criſtallo*, hoc eſt, ſi bene coniicitur, Columellas cryſtallinas, ſic dictas, quod ad inſtar *Bordonum* tornatae eſſent et terminatae. † *Bordonus de criſtallo* intelligendus de baculo cantoris, Gall. *Baton de chantre*. (2) † Haſta qua ſuſtentatur vmbella, quae principibus viris in ſolemnibus caeremoniis aut vrbium ingreſſibus praeterenditur. Conſil. Maſſil. a. 1328. Mſ.

† BORDVA, limbus in arte heraldica, Gall. *Bordure*. Lit. Mſ. a. 1393.

† BORDVM, panni ſpecies, Ital. *Bordo*, Acad. Cruſcan. pannus virgatus, virgis variegatus, Gallis *Borde*. V. *Borda* 6. Stat. ciuit. Aſtae.

BORDVRA, margo, vel limbus ſi de veſtimentis ſimilibusque ornamentis agitur, Gall. *Bordure*. Acta SS. Maii to. 7. p. 549. de S. Germano.

BORDVS. (1) Limbus, fimbria, Gall. *Bord*. Necrolog. Eccleſ. Pariſ. 18. Kl. Maii. *Eodem die obiit Agnes Caſtellana Beluacenſis, quae dedit nobis 2. cortinas, et 2. bordos cum cortinis.*

uis. Charta Philippi Epiſcopi Beluacenſis a. 1217. (2) † Ora, margo, Hiſp. *Bordo*, Gall. *Bord.* Acta SS. t. 6. Iul. p. 51. *Cum quidam - - in naui reſidens iuxta bordum.* (3) Domus, aedes, tugurium, idem ac *Borda.* Monaſt. Anglic. to. 3. p. 306.

† BOREA, leguminis ſpecies videtur in Ch. a. 1249. inter Monum. eccl. Aquil. p. 747. *Piſſonale de boreis.*

BOREALES INSVLAE, mendoſe pro *Baleares*, apud Vghellum in Chron. Piſanae vrbis.

BOREGHALPANI, V. *Bordhalpeny.*

BORELLVS. (1) Carnifex, Gall. *Bourreau.* La Faille Annal. Tholoſ. tom. 1. pag. 87. Inſtrum. ex Arreſto Parlamenti Pariſ. an. 1333. Vocis etymon a Gallico *Bourrée* accerſit Borellus, quae faſciculum virgarum quibus vti ſolent carnifices ſignificat. (2) † Inter arma prohibita enumeratur in Stat. Aſtae collat. 11. c. 92. *Plombatae, borelli, lanzoni, dardi* etc. V. *Bordo* 2.

† BOREVM, dumetum, vel ſilua caedua. Stat. Vladisl. Iagell. a. 1420. inter Leg. Polon. p. 80. *Solet euenire quod nobiles ſeu plebei boreta, ſiluam aut gaium - - ex induſtria intrantes aut caſu* etc. V. *Borra.*

BORGA, pro *Burgus* vel *Burgum*, Gall. *Bourg.* Locus eſt in *Burghard.*

BORGAGIVM. (1) Pro *Bordaria*, vel *Bordagio*, in Hiſt. Harcur. t. 3. pag. 196. V. *Bordagium.* † Quid hac voce ſignificatum voluerint Normanni, aperte docet Scacar. Paſchae an. 1214. *Iudicatum eſt quod menſura cum terra rationabili, quae ſe acquitat per vnum redditum nominatum eſt borgagium; terra vero, quae ſe acquitat per redditum per ſe et per ſeruicia deorſum maſuras, non eſt borgagium.* (2) Pro *Burgagio*, V. in hac voce.

BORGARIVM, pro *Bordaria*, in Chartul. S. Vandregiſili. V. *Bordagium* et *Borgagium.*

† BORGECHINVS, ocrea leuior, calceorum ſpecies. Stat. Saluciar. collat. 5. c. 143. *Quod quilibet caligarius ſeu affaitator faciens - - ſubtalares, ſtinallos ſeu borgechinos* etc.

BORGELLA, conſpiratio, ſeditio. Hiſt. Obſidionis ladrenſis an. 1345. lib. 2. cap. 14. *Generoſi ciues contra quos erat facta borgella*, etc. Forte *Brigella.* V. *Briga.*

BORGELOTE, V. *Burghbote.*

BORGENSES, V. *Burgenſes.*

BORGERALFRVM, alias *Orgeralfre*, potionis dulciſſimae ſpecies. Bernardi Monachi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 8. In *Quadrageſima vero in omni die Dominica, et omni die Iouis facere per conſuetudinem charitatem de Borgeralfro facto de betonica, et aliis bonis herbis, admixto melle.* V. *Borgeraſa.*

BORGERASA, idem quod *Borgeralfrum.* Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. part. 2. cap. 13. V. mox

† BORGERASTRE, potionis ſpecies apud monachos vſitatae et a pigmento diſtinctae, eadem quae *Borgeraſa.* Ch. Mſ. a. 1241.

BORGESALDRVS, V. *Burgheſſaldus.*

† BORGESIA, telae ſpecies, quam Galli *Borge* nuncupabant. Inuent. Mſ. a. 1476. *Item plus tria linteamina telae borgeſiae.* Eadem forte quae *Boquerannus.*

BORGHA, et BVRGHA, Anglis dicitur ea Comitatus ſiue prouinciae portio, quam olim *Decaniam, Decennam, Decuriam, Decimam* et *Friburgam*, vocabant, inhabitata a Decemuiris, qui in ſolidum fideiuſſores erant erga Regem de iis quae in *decenna* perpetrarentur. Quippe Aluredus Rex, qui vixit an. 880. Angliam totam in Comitatus, Comitatus in Centurias, atque has in Decennas ſeu Decurias diuiſit. Decuria, vt infra docemus, conſtabat decem familiis, ſeu viris, quorum ſinguli fideiuſſores erant erga Regem de ſe bene gerendo, ita ſcilicet vt delinquentem quemlibet ceteri nouem in iudicio ſiſterent, fugientemque intra 31 dies redderent, vel ipſimet lege tenerentur. Atque vox, *Borgha*, occurrit non ſemel hac notione apud W. Thorn. pag. 2021. 2053. *Burgha* vero p. 2032.

BORGHBRECH, V. *Burghbrech.*

BORGHALPANI, V. *Bordhalpani.*

BORGHE-

BORGHEALDIR, dictus primarius istius sodalitii septemuiralis, apud eumdem W. Thorn. pag. 2021. ex borh, fideiussor, et alder, senior, princeps, capitalis, quasi primarius fideiussor, et *capitalis plegius*.

BORGHVM, V. *Borgum*.

BORGIOSIA, ius ciuitatis, Gall. *Bourgeoisie*. Charta a. 1335. in Hist. Lossensi part. 2. p. 37.

BORGNVS, a Gallico *Borgne*, cocles, altero captus oculo. Cod. MS. Rediuum Episcopatus Autissiod.

BORGVERANTVS, telae subtilis species, Gall. *Bougran*. Mabill. Vet. Analect. tom. 3. pag. 390. in Actis Episcoporum Cenoman. *Dedit etiam quinque paria vestimentorum pontificialium - - quintum de candido borguranto*. V. *Boquerannus*.

BORGVM, BORGHVM, vadimonium, ex Saxonico *Borgh*, quod idem sonat, in Legibus Edwardi Senioris apud Bromptonum c. 3. BORGI FRACTVRA, plegii fractio, in Legibus Inae Regis Westsaxiae c. 49. apud eumdem Bromptonum, vbi Editio Saxonica Lambardi cap. 46. *Burhbryce* habet, quod et alias *Borhbryce*, et *Borgbryce*, scribitur in Legibus Aluredi Saxonicis cap. 3. a *Borgh* scilicet, *fideiussio*, *plegium*, et *bryce*, fractio. Angli omnes, ait Spelmannus, decemuirali olim fideiussione pacem regiam stipulati sunt. Quod autem in hanc commissum est, *Borgbreck* dicitur in Legibus Henrici I. c. 10. Monet idem Spelmannus *Borghbrech et Burghbrech* promiscue scribi, quod improbat Somnerus, scribens *Borghbrech* esse vadimonii fractionem; *Burghbrech*, burgi seu castri effractionem. Certe quidquid dicat Somnerus, *Burhbryce* habent Leges Inae Saxonicae, vt et Ranulfus Ceftrensis, apud Spelmannum: *Burghbrich*, i. laesio *libertatis aut septi*: *Gallice*, *blesmeure*, *de courte ou de close*. Sed et Germanis Bürge vas dicitur, sponsor; verbürgen *vadari*; Bürgschaft *vadimonium*.

BORIA. (1) Pro *Boreas*, septentrio. Rymer. tom. 3. pag. 585. (2) Praedium rusticum, *Borderia*, vox Occitanica: Aruernis, *Boire*. Guill. de Podiolaurentii cap. 6. *Cum - - guerras gerendo cum Raimundo forti de Bellopodio vassallo suo inutiliter fere triennio consumpsisset, et borias suas et fortias creditoribus obligasset*, etc. Charta Guillelmi de Gordonio pro Monasterio Obasinensi a. 1241. apud Samtharthanos: *Ego dedi et concessi - - et boriam de las Preuairias, et terram de Gros Cayro*, etc.

† BORICA. Libert. villae Brager. a. 1334. *Item armaturae vtpote enses, lanceae, scuta, boeglaria, boricae, platae etc.* Sed leg. *loricae*.

BORIN. Charta vetus apud Aegid. Gelenium in Colonia pag. 69. *Colorem, qui vocatur borin, inre dare debent omnes seruientes illic habitantes*.

† BORIOISIA, ius ciuitatis, Gall. *Bourgeoisie*, in Ch. Ms. an. 1284. V. *Borgiosia*.

BORITH, herba saponaria, quae saponis instar rebus lauandis inseruit: de hac lerem. 2. 22. *Si lauaris te nitro et, multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus*. Radix Hebraicum ברר *Barar*, mundare, purgare. V. *Panis herbaticus*. † Consulendus I. M. Langius lib. de herba Borith et Ol. Rudbeck. fil. qui contendit nec herbam nec saponem esse, sed sanguinem conchylii, purpuram scilicet, in Act. liter. Suecic. a. 1700. et 1722.

† BORLA. (1) Spicarum manipulus, fascis vel manipulorum certa collectio. Stat. Auellae an. 1496. V. *Burla*. (2) Pastorale pedum. Lit. remiss. Ms. a. 1386. *De quodam magno baculo, dicto communiter borla, ad vsum pastorum destinato*.

† BORLHE. Mirac. Ms. Vrbani PP. V. *Videbatur ipsi quod videret oculo ad oculum dom. Papam Vrbanum sedentem, respicientem ipsum cum hilari vultu, et cum oculo suo borlhe, sicut visus erat habere, dum erat in humanis*.

BORMATA, *ascensiones*. Papias. F. legendum *Baemata*, Graec βήματα, gressus, passus, a βαίνω, incedo, ascendo. V. *Boimata*.

BORMIS. Albertus Argentinenſis in Chronico pag. 102. *Henricus quoque - - habens equum indomitum preſſuram bormis ſeu aciei exercitus Regis ſufferre non valens, tacto equo cum calcaribus, primus Bohemos invaſit.* Vbi videtur legendum *Stormis.* Vide *Stormus.* Cangii editor mauult *Hormis* a Graec. ὁρμὴ, impetus. Senſus loco conuenit, et librarius *b* pro *h* ſcribere potuit quam facillime.

BORNA, meta, terminus, limes, Gall. *Borne.* Lobinellus Hiſt. Pariſ. to. 3. in Gloſſario: *Metae ſeu bornae appónuntur.* Homag. D. de Rancurello an. 1237. ex Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 19.

BORNAGIVM, Ius defigendi metas in terris vaſſallorum, atque penſitatio quam ob eam rem domino perſoluunt vaſſalli. Charta an. 1226. ex Chartul. Nantol. *Defunctus Philippus de Nantholio dedit dictae domui bornagium de Nantholio, et circa ſexdecim arpenta nemoris apud Troncei.* V. *Bunagium.*

BORNATVRA, idem quod *Bordatura,* margo, ora. Inſtrum. an. 1332. ex Archiuo S. Victor. Maſſil.

BORNATVS, limbo circumdatus, Gall. *Bordé.* Baluz. Hiſt. Aruern. to. 2. pag. 716. *Duo panni aurei, quorum vnus ſit bornatus de ſandali nigro cum ſcutis,* etc. V. *Bordatus.*

† BORNELLVS, canalis, Gall. *Bourneau.* Transact. Mſ. a. 1501.

BORNEWING, BORTHNENLIGH, tributi aut ſeruitii ſpecies apud Anglos. Monaſt. Anglic. to. 2. p. 812. *Sint quieti - - de ſcutagiis et aſſiſis, et ſummonitionibus, et tallagiis, et franco plegio, et Bornewing, et de omnibus occaſionibus et conſuetudinibus,* At pag. 807. aliter ſcribitur haec vox: *Summonitionibus et tallagiis franciplegiis et de Borthnenligh.*

BORNNA, idem quod *Borna.* Codex cenſualis Calomontis: *Iuxta bornnam per quam itur in vineam.*

BOROWGH, V. *Burgus.*

BOROWHEAD, capitalis plegius, primarius, V. *Headborow.*

BOROW ENGLISCH, V. *Burgenſiſch.*

BOROWHOLDER, BORSHOLDER, V. *Borghealdir.*

BORRA. (1) Cauus dumetis plenus, vbi ſtagnat aquâ, Italis *Borro.* Chronicon Parmenſe ad an. 1233. apud Murator. to. 9. col. 766. *Et milites et populus et dominae et aliae mulieres portabant terram de glarea ad implendum borram, quae erat valde magna iuxta eccleſiam Fratrum Praedicatorum,* † Pro dumeto vel filua caedua vſurpari videtur in Stat. Caſimiri an. 1347. inter Leg. Polon. p. 46. *De incidentibus ſilvas, vel gaia vel borras alienas.* (2) Tomentum, Gall. *Bourre.* Charta Guillelmi Epiſc. Carnotenſis an. 1166. in Hiſt. Perticenſi p. 195. *Ad baſtras aſinorum et equorum - - in domibus fullonum S. Sepulcri - - borram capient.* † In ſpecie tomentum laneum. Stat. pro lanificio et pannif. a. 1317. *Borra vero, id eſt illud, quod de panno extrahitur dum cum cardonibus adaptatur.* (3) † Inuent. Chart. reg. a. 1482. *Liſtera per quam conſtat Gerardum de Terro tenere a domino rege in feudum francum et liberum borram, vocatam vulgariter la Borgada.* Legendum videtur *boria,* praedium ruſticum. (4) † Pecuniaria mulcta minor. Stat. pro reformat. regni Nauarr. a. 1322. *Habebis idem caſtellanus de calumpniis - - et decimam partem de omnibus, quae vocantur borrae.*

† BORRACHIA, pannus e pilis caprinis contextus, Gall. *Bouracan.* Reg. viſitat. Odonis archiep. Rotomag. V. *Boracanus.*

† BORRAQVIA, borrago, Gall. *Bourrache.* Leudae maior. Carcaſſ. Mſſ.

BORRASSERIVS, helciarius, Gall. *Bourrelier;* niſi mauis eſſe textorem ſtuparum metarum, quod ruſtici Dumbenſes telam ſtupeam *Bourras* appellant. Charta D. Aubel ciuis Matiſcon a. 1460. data in pago Belliocenſi. *Iuxta terram Petri Eſtienn borraſſerii.*

BORRAT, culcita tomento farta. Locus eſt in *Ballinus.*

† BORRATELA, tela craſſior, vt videtur. Comput. Mſ. a. 1239. *Pro borra-*

borratcla cingulis, capiſtris et corrigiis ad coffr. et aliis minutis.

BORRATIVM, veſtis ex *Borra* ſeu tomento confecta, coactilis, Gambeſo Hiſt. Epiſc. et Comitum Engoliſmenſium c. 19. *Arnaldus* (Comes Petracoricenſis) *cognomento Borratio, pro eo, quia cum ipſa veſte lupum diabolicum homines devorantem appetiit, et omnibus geſtans militibus occidendum, praebuit.*

BORRATVRA, artificium ſeu confectio ephippiorum et aliorum ornatuum ad equos pertinentium, ſic dicta, opinor, quod ephippia praeſertim et iuga ſeu collaria partim ex *borra* ſeu tomento conficiantur. Computus l. Humb. de exitu ſigilli D. Guig. Dalphini a. 1328. ex Schedis D. Lanceloc: *Solvit dictus Iohannes apud Gratianopolim tam pro fabrica et borratura equorum D. Dalphini, quam pro vadiis et expenſis gentium in armis, videlicet, Artaudi, Henrici etc.* XIV. *lib.* X. *den.* Hiſt. Dalphin. to. 2 p. 310. col. 2. ex Inſtrumento anni 1336. *Pro borratura et faleris vsque ad ſummam* CXX. *florenorum.*

† BORRESIA, praedium ruſticum, i. q. *Boria.* Ch. Mſ. a. 1224. *Borreſia de Borneio.*

† BORRELARIVS, BORRELERIVS, helciorum opifex, Gall. *Bourrelier.* Comput. fabr. S. Lazari Aeduenſ. an. 1295. *Benedicto borrelario per annum in ſellis, borrellis, forrellis, capiſtris et aliis de corio, pertinentibus ad equos quadrigae.* V. *Bourelarius.*

BORRELETVS, in Statutis reformationis S. Claudii p. 38. pars teguminis capitis qua vſi ſunt veteres Galli etiam cum in deſuetudinem abiiſſent capitia; Gall. *Bourlet.*

† BORRELIO, BORRILIO, BORRELINVS, voces vnius eiusdemque notionis, tomentum, Gallis *Bourre ſontiſſe.* Stat. pro lanif. et pannif. a. 1317. *Item quod borrelinos, id eſt quod in mundando panno de eo cum forficibus elevatur.* BORRILIO, ibidem. BORRELIO, in alio eiusdem anni.

† BORRELLVS. (1) Collare, helcium, a Gall. *Bourrelet.* V. in *Borrelarius.* (2) Carnifex, tortor, Gall. *Bourreau*, in Areſt. an. 1320. V. *Borellus.*

BORRELVS, tomentarius, Gall. *Bourrelier.* Charta a. 1128. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 129.

BORRETA, faſcis virgeus ſeu minutioris ligni; Gall. *Bourrée.* Spicil. MS Fontanel. pag. 437. *Pro fratribus infirmis facit borretas. afferri in infirmariam, vt infirmi habeant, vnde de facili focum accendere poſſint.*

† BORRETHVS, idem quod *Borrelio*, forte pro *Borrellus*, in Stat. pro arte parat. pannor. Carcaſſ.

† BORREVS. GLOBVS BORREVS, tomento fartus, qui in die cinerum poenitentibus dabatur, ab iisdem reportandus feria V. in Coena Domini. V. in *Poenitentes.*

† BORRIANAE, teſſerae luſoriae. Stat. ciuit. Aſtae c. 1. *Aliqua perſona de iſt - - no poſſit - - ludere ad aliquem ludum taxillorum vel borrianarum.*

† BORROLHIS, diſſentio, diſcordia, contentio, Gall. *Brouillerie.* Comput. a. 1494. inter Probat. t. 4. Hiſt. Nem. p. 59.

BORSEGVES, Hiſpanis *Borſeguies*, Gallis *Brodequins*, cothurni, ſpecies calceamenti. Concil. Hiſpan. t. 3. pag. 675. an. 1473. *Virides veſtes induere, aut caligas eiusdem coloris, ſeu ſotulares albos, vel borſegues albos vel rubeos, niſi cum nigris deſuper ſolutaribus dantaxat calciare - - prohibemus.*

BORSERIVS, in Collectaneis Cl. D. Aubret, idem qui *Burſarius; Iocunes Regis borſerius Calomontis*: at *Borſerius* in Catalogo MS. Sodalium Natiuitatis B. Mariae Deauratae Toloſ. ſumitur pro eo qui facit aut vendit *Burſas.*

BORT, vel BORDE, vt Hiſpani efferunt, pro filio notho; vnde Sebaſtianus Cobarruuias Francicam vocem *Bordel* accerſit, pro Lupanari, priorem vero a *Burdo*, mulus, quod ex equo et aſina naſcatur. *Le Bort de Rabeſteus*, pro notho eiusce cognominis, in Charta laudata in Notis

tis Cangii ad Ioinuillam pag. 63. *En Iayme de Aragon fill Bort del Rey En Iaume*, in Chronico Petri IV. Regis Aragon. c. 25. Iacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcenſib. an. 1247. fol. 16. *Si quis furatus fuerit arborem plantatam in vinea, aut horto alicuius, quae ſit fructifera, eſt ibi calonia 60. ſolid. - - et ſi fuerit filius Bort, aut ramus abſciſſus, qui exeat de illa arbore, de die habet caloniam 5. ſolid. et de nocte 60. ſol.* etc. Vbi *filius Bort* appellari videtur ramus in arbore non legitimus, id eſt, qui a radice vel trunco exeat.

BORTAMA, *tecta mannalis*. Papias MS. Mendoſe pro *Baſterna*, quod vide.

† BORTAMIA, vox mendoſe ſcripta pro *Baſterna*, in Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613. *Bortamia, theca mannalis.*

BORTANEA, *tecta mannalis*. Gloſſ. Iſid. Perperam iterum, vt videtur. V. *Baſterna.*

BORTATVS, pro *Bordatus*, Gall. *Brodé*. Inuentarium Ornamentorum et Reliquiarum Eccleſiae Nouiom. a. 1419. ex Archiuis eiusdem. V. *Bordatus.*

BORTHALPENY, V. *Bordhalpeny.*

BORTHNENLIG, V. *Bornewing.*

BORTMAGAD. Lex Friſionum tit. 13. *Qui cum ancilla alterius, quae nec mulgere, nec molere ſolet, quam Bortmagam vocant, moechatus fuerit*, etc. Germani, *Magd*, ancillam dicunt; *bord* veteri lingua Saxonica eſt *domus*. Eſt igitur *Bordmagad*, ancilla ex honoratioribus, quae vilibus officiis non inſeruiunt, quales ſunt eae quas *Abras* vocant. Sicama *Hertmagad* legendum cenſet, vt ſit, quae in interiori domo pro domino et familia focum et ſtrarum procurabat.

BORTO, ſpecies lanceae, qua vtuntur ii, qui decurrunt ad annulum traiiciendum. Acta SS. Maii tom. 1. p. 396. *Et poſito annulo in loco ſolito debeam currere ſeriatim cum haſta ſeu bortone - - et currenti qui currendo ſuam haſtam miſerit in annulum - - dari et aſſignari debeat. ipſe annulus in ſignum victoriae.* Vox vt arbitror, eiusdem originis, cuius *Bordo*: quod vide. V. etiam *Bord*,

BORTREN, annonae ſpecies. Capitulare Caroli M. an. 797. apud Holſtenium in Collect. Rom. §. 11. *De annona vero Bortrinis pro ſol. 1. ſcapilos 40. donant, et de ſigale 20.* Infra: *Mel vero pro ſolido Bortrenſi ſiglae 1, et medio donans.* *) C. l. Gaertnerus p. 168. Leg. Saxon. adducta ad hunc locum Cangii interpretatione ſic pergit: „Praeualet me „iudice, Clariſſ. Meinders opinio, „interpretantis *bortrinos* incolas *hor-„dae Rheni*, quaſi Bord-Rheiner, „die längſt dem Rheine wohnen. - - „Lege igitur loco *botrinis, bortrini.*„

BORTVM, a Germanico et Gallico *Bord*, limbus. Statuta Eccleſiae Argentinenſis an. 1435. apud Marten. Anecdot. to. 4. col. 588. *Singulis clericos - - qui clamydes aut alias ſuas veſtes geminis aurifrigiis, quae vulgariter bortum dicuntur, nodalis aut aliis ſuperfluitatibus auri vel argenti ornauerint, etc.*

BORVGHENGLISCH, Vide *Burgenglisch.*

BOS. *Boues aratores, aratris dediti*, in lib. 1. Cod. Th. de Curſu publ. Βόες ἀροτῆρες apud Heſiod. in Oper. et Dieb. *Βόες ἐργάται*, apud Artemidor. lib. 2. Onirocritic. cap. 12. γεωργοὶ βόες, apud Harmenop. l. 5. c. 10. §. 11. *Animalia aratoria*, in Conſtitutionibus Catalaniae MSS. vbi dicuntur eſſe in ſecuritate publica. Lucianus Presb. de Inuent. corporis S. Stephani: *Oportet me colligere de poſſeſſione illa bouem illum maximum aratorem, qui et curro et aratro optus eſt. Boues aratorii*, in Areſto a. 1367. in 1. Regeſto Parlamenti f. 51. BOS AQVENSIS. († Sic forte nuncupabatur bos, cuius opera rota moleadini verſabatur.) Tabularium S. Remigii Remenſis: *Exeunt inde ſoetas 16. cum agnis, et anniculi 15. - - ſecundula 60o. pro bene aquenſi denarii 16.* Alibi: *Ad maerias monaſterii, ſeu alterius loci, ſoeiunt menopera, pro bene aquenſi annis ſingulis dant den. 1.* Ibidem: *Exeunt annonam dominicam, faeit et ſeri-*

ſervitium aquenſe dans pro ipſo aquenſi bone den i. Occurrit ibi pluries. V. *Hoſtilicium.* BOS DOMITVS, in Lege Baiuuar. tit. 8. §. 6. Gregor. M. lib. 10. Epiſt. 12. *Bones domitos pariim vnum, vaccas duas, etc.* Adde Chronicon Beneuent. S. Sophiae pag. 607. 611. BOS MEDIANVS, in Lege Aleman. tit. 78. medii pretii, inter *bouem optimum*, et *minorem*, ibid. BOVES IVNCTORII, in Lege Longob Edit. Herold. tit. 100. §. 13. tit. 101. §. 50. vbi perperam Editum *bone vinitorio*, pro iunctorio.

† BOSA, ſtercus, coenum, lutum, Gall. *Bouſe*. Stat. Peruſ. pag. 57. V. *Buſaſium.*

† BOSACIA. Comput. Mſ. a. 1358. *Item pro duabus boſaciis V. Sol.* Facile reſtitueretur *beſaciis*, niſi diſtincte ſcriptum eſſe *boſaciis.*

† BOSCADERIVS, lignator, Prouinc. *Bousquerič.* V. *Boſcairare.*

BOSCAGIVM. (1) Silua, ſiluula, Gall. *Bocage.* Index MS. beneficiorum Eccleſiae et Dioeceſis Conſtantienſ. fol. 19. Rymer. to. 10. p. 111. col. 1. Madox Formulare Anglic. pag. 45. V. *Buſcagium.* (2) † BOSCAGIVM, BOSQVATGIVM, ius *boſcum* ſeu ligna exſcindendi in ſilua aliena, et praeſtatio quae ea de cauſa ſoluitur. Pariag. Mſ. an. 1306. Occurrit etiam in aliis chartis.

† BOSCAIRARE, BOSCARE, BOSQVERARE, etc. ligna caedere, Gall. *Buſcher*, Prouinc. *Boſcairar.* Inquiſit. Mſ. a. 1268. *Quod homines Arelatis viſi fuerint boſcairare in dicto territorio. - - Dixit quia vidit homines Caſtillonis lignerare ſine boſcairare et laborare - - et eiicere anere de Arelate et boſcaderios.* BOSQVERARE, in Ch. a. 1263. BOSQVEINRARE, in Ch. a. 1206. apud Pitton. Hiſt. Aquenſ. l. 2. p. 114.

† BOSCAIRARIA, BOSCARARIA, ius vtendi boſco ſeu ſilua. Ch. Mſ. an. 1203. Alia an. 1243. V. *Boſcagium* 2.

† BOSCALIAE, dumeta, ligna quaeuis, Ital. *Boſcaglia*, nemus, ſilua. Stat. Taurin. a. 1360.

† BOSCALIVVS, nemoroſus, dumetis conſitus, Ital. *Boſcato.* Ch. an. 1174. apud Murat. in Antiq. Eſtenſ. p. 372. *Quandam peciam de terra arabili et ex parte boſcalina.* V. *Boſchatus* et *Buſcalens.*

BOSCAR, *boſcaris*, *praeſepe boum*, in Gloſſ. MSS Monaſterii S. Andreae Auenion. ſaec. XIII. exaratis. Legendum *Boſtar*, quod vide.

BOSCARARIA, V. *Boſcairaria.*

BOSCARE, ligna caedere, V. in *Boſcairare.*

BUSCATICVM, tributum pro lignis in vrbem vel oppidum inferendis. Chartular. Camalarienſis Monaſt. Dioeceſ. Anicienſ. *Durandus de Artigas vnum boſcum et boſcaticum totum in villa de Malabrecia.* V. *Buſcagium.*

BOSCATOR, lignarius, qui ligna caedit, Gall. *Bucheron.* Iacobi Auriae Annal. Genuenſ. lib. 10. apud Murator. tom. 6. col. 580. BOSCHERO, idem in Charta ann. 1270. in Probat. Hiſt. Drocenſis pag. 280. BOSKILLO, eadem notione. Charta Balduini Abbat. a. 1223. in Hiſt. Aug. Viromand. p. 214. *Similiter et omnes ſervientes Eccleſiae noſtrae, puta boſkillones, bubulci qui de villa Humolariis non ſunt nati, etc.* BVSCALATOR, in Statutis Arelat. MS. fol. 25.

† BOSCHADVM, praeſtationis ſpecies, forte quae pro iure vtendi *boſco* penſitabatur, vel pro lignis in vrbem inferendis Ch. Mſ. a. 1215. *Exceptа quadam conſuetudine quae boſchadum vocatur, quae in villa de Sephons colligitur.*

† BOSCHARE, caedere, ſecare. Stat. Vercell. l. 4. p. 117. *Vel ad laborandum, vel ad ſecandum, vel ad boſchandum terras aliquas vel poſſeſſiones.*

BOSCHERO, V. *Boſcator.*

† BOSCHETTVM, diminutiuum a *Boſcus*, ſiluula, Ital. *Boſchetto*, apud Murat. t. 12. Script. Ital. p. 1137.

BOSCHETTVS, diminutiu. a *Boſcus.* Acta SS. Iunii to. 4. p. 765. BVSKETVS, idem, Gall. *Boſquet*, in Chartulario S. Vandregeſili to. 1. pag. 395. BVSQVETVS, idem, in

Charta anni 1304. ex Archiuo B. Mariae de Bono-Nuncio Rotomag.

† BOSCHITVM, idem ac *Boſchettum*, apud Labb. t. 2. Bibl. Mſ. p. 541. *Municipium, quod boſchitum ruſtici vocant*; procul dubio a boſco ſeu ſilua ibi exiſtente.

† BOSCHVS, pro *boſcus*, ſilua, paſſim in vet. Chart. apud Marcam Hiſp. p. 854. 956. 1048. etc.

† BOSCIA, pyxis, arcula, Gall. *Boete*, Germ. Büchſe; in Ch. Mſ. an. 1317. V. *Boiſtia* et *Boſcida* 2.

BOSCIDA. (1) *Qui cedit boues, macellarius*, Vguttioni: *Bouiſcida*, Ioanni de Ianua. *Bucaedas* habet Plautus in Moſtellaria, (non pro iis qui boues caedunt, vt innuit Cangius, ſed pro iis qui caeduntur loris bubulis: *Illi bucaedae erunt potius, quam ego ſim reſtio.*) (2) Pyxis, Gall. *Boiſte*. Hiſt. Dalphin. to. 2. p. 275.

BOSCLERIVM, a Gall. *Bouclier*, clypeus. Lobinellus Hiſt. Pariſ. to. 3. in Gloſſario.

BOSCLIVS, pro *Boſcus*, ſilua, nemus. Diploma an. circiter 1000. apud Marten. Collect. Ampliſſ. to. 1. col. 356.

† BOSCOLLVM, fuſtis, lignum lanceae. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1334. *Cum boſcollo dictae lanceae totiens et ita inhumaniter ſuper corpus ſuum percuſſit* etc.

† BOTGIVM, compes vel torques vinctorum. Inuent. Mſ. an. 1476. *Vnum botgium ferri cum ſua cauda.* V. *Bogia* et *Boia.*

BOTGLARIA, armorum ſpecies, † clypeus ſcilicet, ſcutum. Libertates Bergeraci in Vaſconia. *Item armaturae, vigote enſes, lanceae, ſcuta, botglaria, loricae, platae, pilleus ferreus*, etc. † Legendum forte *Boeglaria.* V. *Boeglarium.*

BOTHA, officina, ἀποθήκη. Italis *Potheca*, Gallis *Boutique*, Germ. Bude. Lex Burgorum Scoticorum c. 40. *Mercator qui habet ſtallum coopertum in die fori* (nundinarum) *vel bothem in die fori, dabit obolum pro conſuetudine et conſuma ſua.* Cap. 71. *Nullus carnifex occidat animalia de nocte, nec emat, ſed clara diei luce, et in propria botha ſua.* Iter Camerarii Scotici c. 1. *Nomina fratrum Gildae, et tenentium bothas mercimonii.* Charta Ricardi 1. Regis Angl. in to. 2. Monaſtici Angl. p. 132. *Et duas manſuras liberas ad bothas ſuas faciendas.*

BOTHENA, BOTHYN, baronia, aut territorium vel diſtrictus domini, apud Scotos, Germ. Gebiet; nam, vt auctor eſt Buchananus, primi Reges Scotiae, regno in Baronias diuiſo, cunctas opes agrosque Regios, meritorum habita ratione, magnatibus ſuis diuiſerant, quos *Barones* inde appellauere. Statuta Willelmi Regis Scotiae cap. 9. §. 6. *Si aliquis emat bladum in aliqua bothena, et tranſeat ad aliam bothenam, et ibi moram faciat ad tabernam.* Et §. 7. *Si aliquis capiat terram ad firmam in aliqua bothena.* Statuta Dauidis II. Regis cap. 5. *Si quis manens in vna bothyn, id eſt, baronia, capiens nanum in alia bothyn ſeu baronia abſque licentia domini*, etc.

† BOTHOCVS. Ch. a. 1259. in Chartul. eccleſ. Lingon. *Concedimus ipſi Epiſcopo, quod ipſe habeat medietatem dicti muri, et in ſignum reſtitutae bothocos faciat in eodem.* An foramen, apertura?

† BOTHOPLEMARE, inuerſis litteris pro *ſlebothomare*, venam ſecare, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1358.

Burgagium. Ch. Mſ. a. 1313. *Quicquid habemus - - in parrochiis de Longolio - - in piſcariis, bourgagiis, bladis etc.* V. *Borgagium.*

† BOVRLETTA, clauae ſpecies, Gall. ol. *Bourlette*, *Bourelet*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1357.

BOVRRA, Gall. *Bourre*, tomentum. Locus eſt in *Gaubeſo*. Vide *Borra* 2.

BOVRRELARIVS, Vide *Bourelarius.*

BOVSSELLVS, modius, menſura ſiccorum, Gall. *Boiſſeau.* Charta Willelmi de Humeto Conſtabularii Norman. ex Chartulario S. Fromondi. V. *Boiſſellus.*

† BOVT, piſcis genus, Hiſpanis. V. *Luna.*

BOVTAGIVM, V. *Botagium.*

† BOVTAILLIA, vter, in Ch. an. 1332. V. *Boucellus* et *Butta* 3.

† BOVTARE, pellere, pulſare, offendere, Gall. ol. *Bouter*, Germ. ol. **batten**, **botten**; BOVTVRA, vel BOVTATVRA, impulſio ipſa. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1355. *Ipſum cum equo - - percuſſit et boutauit - - adeo quod de dicta boutura et ictu dictus defunctus - - deceſſit propter boutaturam.*

BOVTARIVS, BVTARIVS, qui *butarum* curam habet, officium in *Scancionaria*, in Ordinat. hoſpitii S. Ludouici reg. Franc. a. 1261. Ordinat. domus regiae ſub Henr. II. rege Angl. *Butarius conſuetudinarium cibum et III. d. hominibus ſuis.* V. *Butta* 3.

BOVTATVRA, V. *Boutare.*

BOVTEILLA, a Gall. *Bouteille*, lagena. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1399.

BOVTELAGIVM, V. *Botagium.*

BOVTELLA, BOTELLA, BVTELLA, lagena, in Edicto Phil. Pulcri a. 1302. apud Pithoeum in Conſ. Trec. et in *Butta* 3.

† BOVTELLVS, diminut. a *Boutus*, cupa, dolium, vas vinarium. Comput. Mſ. a. 1245. *Pro boutis et boutellis reparandis.*

BOVTERIA. (1) Limes, terminus, finis, a Gallico *Bout*. Chartularium S. Vandregeſili tom. I. pag. 287. *Vnum pechiam terrae meae ſitae - - intra terram Roberti Bartholomaei et terram - - et bouterias aliorum camporum.* V. *Butum.* (2) † Via ſtrata, agger, Gall. *Chauſſée.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1364. *Cum deſcendiſſent vnus poſt alium vnam bouteriam ibidem poſitam, ſuper vnum riuale.* V. *Buteria* 1.

† BOVTERIVS, qui *buterum* curam habet, in Chartophyl. reg. ad an. 1317. V. *Boutarius.*

BOVTOIR, retis ſpecies. Literae Philippi Reg. Franc. ex Chartul. 2. S. Quintini in Inſula pag. 79. *Ad ingenia quae ſequuntur, videlicet a bois et boutoirs, ad communes vaſſas a foitre, ad vertilia rotunda - - piſcari poterunt.*

† BOVTONNARIVS, a Gall. *Boutonnier*, globulorum opifex, in Areſt. Parlam. a. 1320. V. *Botones.*

BOVTONNI, fibulae, globuli, Gall. *Boutons*, in Inuentario Eccleſiae Nouiom. a. 1419. ex Archiuo eiusdem: *Boutoni* infra in voce *Camahelus* poſt *Camaeus.* V. *Botones.*

† BOVTTVS LAPIS, a Gall. *Boutiſſ*, lapis a poſitione ſic dictus. Comput. fabr. S. Petri Inſul. a. 1473. *Item Bartholomeo le Grain ſciſſori lapidum de grez, pro lapidibus ſcilicet bouttis et quareaulx.*

BOVTVM, a Gallico *Bout*, finis, terminus, limes. Occurrit in Charta anni 1246. ex Archiuo B. M. de Bono-Nuncio Rotomag. et in altera anni 1313. e Chartulario S. Martini Pontiſar. V. *Butum.*

BOVTVRA, V. *Boutare.*

BOVTVS, lagena, V. *Butta* 3.

BOVVARIVM, mendoſe pro *Bouuarium*, vt obſeruatur in hac voce.

† BOVVELLVS, iuuencus, Gall. *Bouillon*, in Ch. Odon archiep. Rotomag. a. 1255. V. *Bouellus.*

† BOWGA, bulga, pera viatoria, Gall. *Bougette*, apud Vpton de ſtud. milit. p. 85.

† BOX, hircus, a Prouinc. *Boc* et German. **Bock**, in Ch. Mſ. a. 1310. V. *Bocxs* et *Buccus.*

BOXARDIVS, vox Hiſpanica, *Boxar* Hiſp. eſt circuire, *per Boxardium* ergo dicunt quod Galli dicerent *à la tournée, tour à tour.* Concil. Hiſpan. to. 4. pag. 135. col. 1. *Nulli prae-*

praeter Rectorem vel Vicarium liceat ſe excuſare a cappa vel a ſceptro ſuo ordine tenendo, cum ei iniunctum fuerit a Vicario, ordine tamen inter Presbyteros ſeruato per boxardium, vt dicitur.

BOXIA, forte idem quod *Boureta*: († Forte capra, hircus, ni malis de ſeruitio cum bobus intelligere.) Tabularium Eccleſiae Grarianopolitanae ſub Hugone Epiſcopo fol. 42. *Eſt de ipſo feudo manſus de Folis qui debet 4. fogacias, et 7. capones, et 1. agnum, et 22. ſſ.* (ſextarios) *de nucibus, et boxia, et opera, etc.* Fol. 52. *Chabanaria Petri de Vineis - - quae reddit 12. den. et 8. ſextarios de vino, et 4. ſextarios ciuatae, et 1. ſext. nucis, et 1. boxia, et 1. cap. et 1. pull.* Occurrit ibi pluries, vbi interdum *buxia*, ſcribitur.

BOXTA, V. *Buxta*.

*) BOYA, *torques damnatorum*, in Vocabul. Lat. Germ. a. 1477. V. *Boia*.

† BOYARDVS, pro *Boyardus*, color equi, badius, in Teſtam. a. 1397. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 127. V. *Bagus*.

† BOYCELLERIVS, pro *boutellerius*, in Priuil. a. 1348. t. 3. Ordin. reg. Fr. p. 274.

† BOYCHVS, ſiluula, Gall. *Buiſſon*, in Ch. Mſ. a. 1341. V. *Barta*.

† BOYGA, terra inculta. Ch. Mſ. a. 1326. *Item quamdam boygam ſine heremitatem.*

† BOYNA, limes, meta, in Stat. Perus. p. 57. V. *Bogna* et *Bonna*.

BOYRANIVM. An corueia boum ſeu opera cum bobus praeſtanda. Hiſpanis *Boyero*, idem eſt qui Latinis bubulcus. Pactum inter Iacobum Aragoniae Regem Montisque Peſſulani Dominum et Berengarium Magalonae Epiſcopum a. 1272. de limitibus iurisdictionis vtriusque: *Eſt etiam ſciendum, quod de ſupraditis ab vtraque parte excipiantur vſatica, laudimia, conſilia, quarti, quinti, ſexeni, ſeptemi, octani, feuda, fenalia, albergae, boyrania et alia ſeruitia, quae ad iurisdictionem aliquam, ſeu merum mixtum imperium non pertinent.*

BOYSIA, pyxis, Gall. *Boëte*. Inſtrum. an. 1342. ex Archiuis S. Victoris Maſſil.

BOYSSAGIVM, forte tributum quod ex granis vendiris et *boiſſello* menſis exigitur. Comput. Vienn. tom. 4. fol. XV. Cellararius Burgaudi computat. *de denariis cenſualibus - - pro banno Auguſti accenſato, pro boyſſagio accenſato.*

BOYSSERIA. (1) Modus agri tantum ſeminis capiens, quantum in *boiſſello* poteſt contineri. († Vel potius ſiluula, Gall. *Buiſſon*.) Inuentar. Recognit. n. 18. c. 41. *de Vonta* in Viuarienſi Dioeceſi fol. 327. *Item pro quadam blachia ſcita Anchier* (leg. *an chier*) *confrontante cum terra Philippi Iuliani et cum boyſſeria heredum Stephani Chantardi, etc.* (2) † Cloaca. Stat. ann. 1352. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 150. *Quod nulla perſona ſit auſa eſcorgare ſine prohicere animalia mortua, niſi in boyſſeria Nemauſi conſueta.*

BOYTA, a Gallico *Boëte*, pyxis. Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 417. col. 1.

† BOYTIA, idem in Ch. Mſ. a. 1368.

BOZALIS, ab Hiſpano, *Boçal*, nouus, recens. Locus eſt in *Waranio*.

BOZANARIVS. Eckehardus iunior de Caſibus S. Galli cap. 5. *Ad iumenta nectentes Epiſcopo bozanarium ſuum expectanti deferunt et integra omnia et ſana oſtendunt.* Vbi Goldaſtus *bouem ſagmarium*, aut legendum aut intelligendum putat, aut *bozagmarium*, i. aurigam, bubulcum.

† BOZARE, forte idem ac *Boſiare*, in dominum inſurgere, forisfacere. Ch. a. 957. in Append. ad Marc. Hiſp. p. 871. *Et adnenit mihi ipſe alodes aliquid ex comparatione, aliquid per concamiationem, aliquid per cartas emptionis, aliquid per beneficium - - de Vmfredo filio Guifredi, qui mihi bozanit.*

BOZIGA, ſ. domus, manſio, habitatio. Tabularium Eccleſiae Vcetienſis fol. 7. *Notandum tamen quod Eccleſiae S. Nicolai, et Canonici, et hominibus et familiae eorum retineo, vt ibi bozigas et culta faciant quot et quae voluerint, et ligna colligant, et*

venentur, et pascant, etc. † Quid si idem ac *Bozga*? V. *Botigia.*

BOZINA, latrinarum fornica, vel forinae; tubam Galli veteres *Bozine* vocabant. Consuetud. Lemouic. art. LIX.

BOZOLA. (1) Terminus, meta, *bonda.* Charta a. 1246. in Regesto Tolosae Comitum. Occurrit ibi semel ac iterum. (2) Mensura liquidorum in Iure Vicentino lib. 3. V. *Bozzola* et *Butta* 3.

† BOZOLVS. (1) Dumetum. Stat. Auellae a. 1496. c. 163. *Quascunque spinas seu bozolos.* (2) Pars molendini, vel *exclusae.* Acta Mſ. notarii Senens. ad a. 1283. *Confiteor conduxisse a vobis, - - vnum molendinum - - cum vno martello, et vno pirchone, et cum vno bozolo, et cum vna caterna de rane.*

† BOZOSVS, forte tuberosus, ab Ital. *Bozzoluto*, a *Bozzo*, tuber. Stat. Montisreg. p. 266. *Non praesumat* (macellarius) *vendere - - carnes morbosas, seu eramigneosas, aut bozosas, vel defectuosas.*

† BOZOVAGLIA, opus inchoatum, vas nondum perfecti operis, Ital. *Bozzo*, eodem significatu. Stat. ciuit. Altae: *Qui portauerit intus ciuitatem Aſt bozouagliam, siue in auro, siue in argento, de ipsis soluere debeat pedagium.*

† BOZVLA, meta, terminus, in Ch. Mſ. a. 1318. V. *Bodula* et *Bozola* 1.

† BÓZZOLA, mensura liquidorum, Stat. Mant. l. 1. c. 114. *Quilibet vendens vinum ad minutum - - teneatur habere - - bozzolam vitream bullatam.* V *Bozola* 2.

BRABENCIONES, BREBANTIONES, praedones Brabantini, ex Brabantia. Will. Neubrigensis lib. 2. cap. 27. *Stipendiarias Brebantionum copias, quas Rutas vocant, accersiuit.* Iacobus de Vitriaco in Hist. Occid. cap. 7. *Brabantios, viros sanguinum, incendiarios, Rutarios, et raptores.* Vita Lud. VII. Reg. Franc. *Infinitos praedones, vulgo dictos Brabantiones, qui nec Deum diligant, nec viam veritatis cognoscere volunt, colligens.* Vide Columbum in Episcopis Vasionensibus lib. 2. n. 24. 38. BREBANTINI, apud Radulfum de Diceto pag. 572. 576. BREBANTIONES, in Epistola 32. to. 4. Hist. Fr. in Epistola 45. Alexandri III. PP. apud Sigmondum, in Concilio Lateranensi III. an. 1178. cap. 27. apud Innoc. III. PP. l. 13. Ep. 93. et Petr. Blesens. Epist. 47. Monachus Altisiod. an. 1181. BREBICIONES, apud Romualdum Salernitanum Archiepisc. in Chronico MS. an. 1167. BREBENZONES, apud Robertum de Monte an. 1173. 1174. 1179. 1182. BRABANCENI, BRAIBANCENI, apud Rogerum Houedenum p. 534. 535. 550. 619. 770.

BRABANTINI. (1) Monetae Ducum Brabantiae, in aliquot Tabulis apud Freder. Sandium in Consuet. feudal. p. 35. 37. 48. (2) Alio significatu V. in *Brabanciones.*

† BRABECITA, *qui palmas* (dat) *vel brauifer.* Glossar. vet. Cod. reg. 7641. V. mox

BRABETA, *qui palmas dat.* Verus Glosſ. San-German. num. 501. His addit Papias MS. Bitur. *Vel Brauifer*, pro quo Cangii editor legendum censet, *Brabifer, a Brabium* vel *Brabeium*, palma, praemium. Simili modo ex *Brauium* fit *Brauita*, id est, inquit Papias, *qui palmas dat vel accipit.* Graeci dicunt βραβεὺς et βραβευτής.

† BRABIREN, e Germ. Brombeere, morae, vnde forte leg. *Brambiren*, in Glosſ. Caesar. Heisterbac. t. 1. Hist. Treuir. ab Hontheim p. 671.

BRACA, BRACCA. (1) Moles, agger, Gall. *Braie* qua notione dicunt *Fausse-braie.* Species munitionis seu propugnaculi muro praetexti. Instrumentum nouae Hist. Britan. tom. 2. pag. 184. *Insuper eisdem Mon. scilicet Priori S. Iohannis et S. Petri piscaturam, bracam inter illam, quae est monachis de Capeino. Prior vero S. Iohannis medietatem illius bracae tali conditione possidebit, etc.* Charta Iuliani anni 1148 ex Tabulario Floriac. *Nemo terminos praefatos pro captura piscium, quos vulgo combras et braccas vocant,*

vocant, construere eis nolentibus, praesumat. (2) † Pro *Broca*, fistula doliaris, in Lit. remiss. Ms. a. 1356. V. *Brocca.*

† BRACADA, senum pedum mensura, Gall. *Brasse*, Hisp. *Braza.* Ch. Ms. a. 1151. V. *Brachium* 1.

BRACAE, BRACCAE, femoralia, vestis species, qua crura teguntur, vt ait S. Hieron. in c. 3. Daniel. Germ. Brüche. Glossae Biblicae MS. *Perizomata, bracas.* Papias ex Isid. lib. 19. cap. 22. *Bracae, femoralia dictae, quod sint breues et verecunda corporis iis velentur.* Alibi: *Feminalia vel femoralia appellata, quod femora tegant; et brachae, quod breues sint.* Vocem Gallicam plerique censent, contra quam Salmasius, qui Graecam vult. Diodor. Siculus l. 5. Bibl. Gallos, vti ait ἀναξυρίσιν, ἃς ἐκεῖνοι Βράκας προσαγορεύουσι. Hesychius: Βράκαι, Ἀναξυρίδες. Alibi: Ἀναξυρίδες, Φαρσανδίλια, Βράκια βαρβάρικα. Quidam ab Hebraeo *Berec*, i. genu deducunt, quod *Braccae* genua tegant, et crura vsque descendant. Vsum *Braccarum* propter inclementiam aëris inductum videtur innuere Hyginus l. 1. Poetic. Astronom. et Ouidius de Getis et Sarmatis Pontum accolentibus.

Pellibus et laxis arcent mala frigora braccis.

Idem de Bessis:

Pellibus et sutis arcent mala frigora braccis.

Braccas Persicas memorat idem Poëta lib. 5. Trist. Sed praecipue apud Gallos *Braccas* in vsu fuisse, argumento est, quod pars quaedam Galliae *Braccata* dicta fuerit. Alcuinus lib. de Offic. diuin. vbi de femoralibus: *Huiusmodi habitus ita notus est in nostris regionibus, vt ex eo Gallia Braccata nominata sit. Braccae Gallicae*, apud Vopiscum in Aureliano. Warnerius MS. in Caprum Poëtam, de Scotis:

Non braccas portant, quia ventri semper adhaerent.

Occurrit apud Martialem, Propertium, Lamprid. Orderic. Vital. l. 8. p. 712. l. 10. pag. 786. Aimoinum lib. 1. de Mirac. S. Bened. cap. 26. Ditmarum lib. 5. p. 53. l. 7. p 11. Guibertum de Vita sua lib. 3. c 17. Matth. Paris pag. 117. 216. 236. Vide Brissonium in Formul. p. 647. Ne quis vero errandi locus praebeatur, obseruandum apud plerosque Scriptores *Braccas*, quibus praecipue vsi sint Galli veteres, longe diuersas fuisse a femoralibus, ea scilicet vestis specie qua crura teguntur; *Bracca* quippe sagum erat ad instar tunicae manicatum a Graeco forsan Βραχὺς, *Bracca* dictum, quod breue, et ad genua tantum vsque descenderet. V. *Sagum.* BRACCHAE Concil. Tarracon. an. 1242. *Credentes autem haereticorum erroribus solemnem faciant poenitentiam - - discalceati in bracchis, etc.* BRAGAE, Charta an. 721. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianae Basilicae p. 13. *Vt acceptet ipse Vrsus pro ista donatione a Theoperto Cellerario S. Ambrosii camixiam vnam, et bragarum par vnum, valentia solido vno, exemplare vnum valens tremessibus duobus.* † BRACHAE, *Braes Gallice, quia solebant esse breues. Inde* BRACHALE *et* BRACHILE, *et* BRACHALVM *in eadem significatione, Gallice Brael*, in Glossar. Lat. Gall. Cod. reg. 521. *) Vid. Schilt. in Gloss. v. *Brichen* et Ihrium in Gloss. Suio-Goth. V. *Bracker.*

† BRACAGIVM, vox monetariorum, Gall. *Brassage*, ius quod monetario competit pro salario cusae monetae et decessione materiae allisque impensis. Inquisit. Ms. a. 1260. *Illi soli monetarii sunt quitti* (de tallia) *qui cudunt ad bracagium.* V. *Brazeagium.*

BRACALAE. (1) Fridericus II. Imp. lib. 1. de arte venandi cap. 53. *Super has vero duodecim pennas caudae, sunt et aliae multo minores eis, desubtus vero similiter aliae subalbidae molliores et longiores illis quae supraslant ipsis duodecim, et hae inferiores a quibusdam dicuntur bracalae.* Lib. 2. cap. 19. *Plumae quae sunt sub maioribus pennis caudae, quae vocantur bracalae, sunt densae, etc.* Adde cap. 24.

BRACALE, et BRACARIVM. (1) Lumbare *a braccis*. Ioann. de Ianua, Gloſſ. Lat. Gall. *Bracale*, *Brayer*. Acta SS Iunii tom. 3. pag. 661. B. in Miraculis B. Gerlandi: *Qui ob ipſam infirmitatem eidem, Nicolao in femore et teſtibus bracale impoſuit*, hoc eſt, faſciam herniae coercendae, Gall. *Bandage* Germ. Bruchband. V. *Bracae*. (2) † Idem quod *Braccae*, V. *Bracae* ad finem, et *Bracare*.

† BRACALE, faſcis, quantum brachiis capi poteſt, Gall. *Braſſée*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1355. *Cuiusdam braçalis fili*. V. *Braccagium*.

BRACARE, *bracas inducere*, *debracare*, *bracas extrahere*, Vgutioni † Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Brayer*, *Bracale*, *i. lumbare*. *Bracarium*, *idem Bracare*, *chauſſer brayes*.

BRACARIVM V. *Bracale* et *Bracare*.

† BRACATA, *gillea*, in Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641.

BRACATGE, ſpecies grani, eadem forte, quae infra *Brace*. Codex territorii Abbatiae Piperacenſis Dioeceſis S. Flori an. circiter 1090. fol. 25. *Bernardus de Chanac quando factus eſt Canonicus cum conſilio fratris ſui dedit duas vineas ad Chaniac: unam operantur Fratres, et alia dat tertium ſextarium et unum de bracatge et minam ciuade et unum grandium*. V. *Braciacum*.

† BRACATVS, ſignatus. Stat. Caſimiri III. a. 1447. inter Leg. Polon. t. 1. p. 154. *De minuta pecunia bracata ſtatuimus* etc. V. *Braccator*.

† BRACBANCONES, idem ac *Brabanciones*, in Annal. Victor. Mſ. ad a. 1214.

BRACCA, V. *Braca*.

BRACCAE, V. *Bracae*.

BRACCAGIVM, quantum brachiis capi poteſt, Gall. *une Braſſée*. Cl. D. Lancelot in Adverſariis MSS. Hiſt. Dalphin. *Braccagium in taſchiis Domini Comitis*. *Taſchiae* erant redditus qui non pecunia, ſed frumento et aliis fructibus ſolui ſolebant.

BRACCARIVS, *braccarum* confector, apud Lamprid. in Alex. Severo.

† BRACCATOR, qui monetam ſignat et cudit. Leg. Polon. a Priluſio collectae p. 439. *Braccatores conſtituimus in civitatibus et oppidis, quae illam* (monetam Suidnicenſem) *ſigneus* etc. V. *Bracatus*.

BRACCHAE, V. *Bracae*.

BRACCHIALE, cingulum, ſeu herniae vinculum, Germ. Bruchband. Acta SS. t. 4. Aug. p. 733. V. *Bracale* et *Bracheriolum*.

† BRACCIA, menſurae agrariae ſpecies, eadem quae *Brachiata* 2. Terrar. S. Maurit. in Foreſ. ad a. 1472. *Super duabus bracciis terrae*.

† BRACCIAIVOLA, vox Italica, minoris ac ſpiſſioris clypei ſpecies, ſic dictus, quod illo brachium armetur, in Stat. ant. Florent. lib. 3. c. 153.

† BRACCIVOLVS, Ital. *Braccinolo*, fulcrum, fulcimentum, in iisd. Statut. c. 168.

BRACCO, canis ſagax, indagator, Gallis *Brac*, Germ. Bracke. Vetus Gloſſar. *Liciſca*, *bracco*. Lex. Friſion. cap. 4. §. 3. *Braccenem parvum*, *quem Barnbraccum vocant*. Marculfus MS. laudatus a Lindenbrogio: *Latrat bracco*, *ſed non ut canis*. Infra: *Non mones bracco telem baronem*, *non latrat bracco contra inſontem*, etc. Vide Form. 14. ex Baluzianis. Aruernis, *Brachio*, vti carulum ſonabat, vt auctor eſt Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 12. Vide Origines Francicas et Italicas V. Cl. Aegidii Menagii. BRACETVS, BRACHETVS, vulgo *Brachet*. Charta Henrici II. Regis Angl. tom. 2. Monaſtici Angl. pag. 283. *Concedo eis 2. leporarios et 4. bractos ad leporem capiendum*. Alibi pag. 184. *Quatuor brachetos ad capiendum leporem et vulpem*. BRACHETTVS, idem. Anonymus de Geſtis Manfredi et Conradi Regum apud Murator. t. 8. col. 677. *Iamiam omnino volens irruere denuo ſolicitus et attentus*, *ſicut leporarius quem tenet venator*, *ſolicitatur bracthetis et excubiis nemoris laxiatum frenebat*.

† BRACCVS, in Ch. Honorii PP. III. ap. Cenc. inter Cenſ eccl. Rom. *Vnum aſtrem et duos braccos*. Conſtit. Feder. reg. Sicil. c. 115. *Vt nullus - - praeſumat canem, braccum videlicet, vel leporarium, - - alterius furto*

furto subtrahere. † BRACHVS, idem, in Stat. Cadubrii l. 3. c. 83.

BRACCVS, V. *Bracco.*

BRACE, grani ſpecies, ex quo cereuiſia conficitur. Germ. Malz, olim Braſt. Gloſſae MS. *Braces vnde fit cereuiſia.* Eginhardus Epiſt. 23. *Volumus vt homines aliquos mittas, - - et ea quae uobis ibi neceſſaria ſunt ad habendum, id eſt, farinam, bracem, viuum, formatem, - - venire facias.* Epiſt. 37. *De illa annona, ſiue ad farinam, ſiue ad bracem faciendam - - nihil miſiſti.* Vita S. Columbani cap. 24. *Centum eſſe vini modios, frumenti ducentos, bracis quoque centum.* Statuta antiqua Corbeienſis Monaſterii lib. 1. cap. 7. *Meſſes vel prata colligendo, braces faciendo.* Et mox: *Sulsant - - cenſum, ſiue de annona ſiue de brace.* *Bracis* meminit praeterea Plinius lib. 18. cap. 7. *Galliae quoque ſuum genus farris dedere, quod illic brace vocant, nos ſandalam, nitidiſſimi grani: et alia differentia eſt, quod fere quaternis libris, plus reddit panis, quam far aliud.* Sic enim legi in MSS. Codicibus, non *brance*, vt Editi praeferunt, monet Turnebus lib. 30. Adv. cap. 18.

At cuius generis grani fuerit *Brace*, non omnino conſtat. Dalechampius ſiliginis, quam Galliae ruſtici, *blance*, hodie vocant, Allobroges *Blancheen*, Pinetus *Speltae*, ſiue olytae ſpeciem eſſe putant. Certe probabile eſt, ex *brace* confectam a Gallis veteribus *cereuiſiam*, cum ii, vt auctor eſt Plinius loco citato, *frumento in potum reſoluto* vterentur: quod et infert lib 22. cap. 25. extremo: atque hinc *Bracium*, *Braſina*, et aliarum huiusmodi vocum, quae labentibus ſaeculis crebrius reperiuntur, vt caeterarum ab ea deriuatarum, origo petenda. BRACIVM, idem. Papias: *Bracium vnde cereuiſia fit. Triticeum bracium*, in Bulla Coeleſtini PP. a. 1191. inter Priuileg. eccleſ. Hamb. p. 194. Occurrit paſſim. BRACIA. Annal. Benedict. t. 3. p. 174. n. 32. BRACIVM. Formula Veter. Andegav. 53. BRACIVS. Capitulare de Villis cap. 34. *Butirum, bracios, cerniſias, medam, etc.* Adde cap. 61. BRACIACVM. Tabular. Priorat. Dominae in Delphinatu fol. 119. *Et per meſſiones 4. foracias magnas et optimas, et 6. capones et de braciaco 8. gerbas, et taſcham, et quartam partem vini, etc.* Alibi: *Et debet vnum multonem veſtitum per meſſionem, de braciaco vnum ſextarium frumenti, et taſcham.* BRASIA. Noua Gall. Chriſt. tom. 3. Inſtrum. col. 44. BRASGIA, in Tabulario S. Bartholomaei Bethum. fol. 55. verſo. BRASCIMVM, in Tabulario Rothonenſi: *Annonarum, molendinorum, pasnagiorum, venationum, brascimorum*, hoc eſt, iurium in *Bracem.* BRASIVM, eadem notione. *Sextarius braſii*, in Monaſtico Anglic. tom. 1. pag. 136. BRASEVM, in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 470. apud Matth. Paris. p. 647. BRATIVM, apud Eccardum de Orig. Saxon. lib. 2. ex Chron. Florentini Epiſc. col. 59. BRES. *Vnam minam de bres molutam*, in Tabular. B. M. de Bono Nuntio Roromag. BRAISIS, in Polyptych. Fiſcanenſi a. 1235. *Reddit duo quarteria braiſis.* BRASVM, in Chartulario SS. Trinit. Cadom. fol. 19. *Decimam braſi.* BRAYSIVM, in Chartulario S. Vandregeſilii to. 1. pag. 667. ex Charta anni 1269.

† BRACEA, ſenum pedum menſura, Hiſp. *Braza*, Gallis *Braſſe*. Ch. Mſ. a. 1308. *Non vltra centum braceas ſeu braces.* V. *Braçada* et *Brachiata.*

BRACEARE, pro *berçeare*, quod vide.

BRACELLVS. (1) Placentae ſpecies; Germ. Bretzel. Veteres Conſuetudines Floriacenſis Coenobii cap. 2. *Ad prandium debemus habere tria fercula, 1. ova farſa, 2 piſces, 3 ſepias et porrettam ab hortulano, et piſtrinario bracellas.* Et in libro, cui titulus: *Modus loquendi per ſigna*, ex iisd. Conſuetud. *Pro ſigno bracellorum. Generali ſigno praemiſſo, adde vt de duobus brachiis facias vnum ponendo ſuper aliud.* (2) Armilla, brachiale, noſtris *Braſſelet.* Hiſt. Dalphin. to. 2. pag. 326. col. 1.

BRACENA, V. *Bracina.*

BRACENSIS, † incola cuiusdam regionis in Lotharingia, quae vulgo *Brac* nuncupatur. BRACENSES NEGOTIATORES, apud Bercatium in Hist. Episcopor. Virdunens. n. 15.

† BRACENTVS, agricola, qui brachiis terram laborat, vel qui labore victum comparat. Stat. Placent. l. 5. fol. 66. *Quilibet bracentus non laborans cum bestiis*, V. *Bracxalis*.

† BRACERIVM, brachii armatura, Gall. *Brassart*. Mirac. Mſ. Vrbani PP. V. V, *Bracherium*.

BRACETVS, V. *Bracco*.

BRACEVM. (1) *Vadum, et dicitur a Brachys, quod est breue*. Io. de Ianua. Graeci Βραχέα vocant, quae Latini *Breuia*. Virgilius: *In breuia et Syrtes*. (2) *) Idem ac *Brace*, Germ. Malz, in Ch. Bremensi a. 1268. V. *Brace*.

BRACHAE, V. *Bracae*.

† BRACHALE, cingulum coriaceum, quo tudicula campanae suspenditur, Gall. *Bayer*. Comput. Mſ. a. 1429. V. *Bracae*.

† BRACHARE, cereuisiam conficere, Germ. brauen, Gall. *Brasser*. Reg. foreſtae de Broton.

BRACHARIA. Charta Heccardi Comitis Augustod. apud Perardum in Burgundicis: *Et dardo buccale 1. et bracharia aurea una, cum sella meliora, et fugios 4*. Vbi forte legendum *bacciuria*. V. *Brachiale* 2. et *Bracae*.

BRACHARIVS, V. *Bracteator*.

BRACHELLVS, idem, vt videtur, quod *Bracellus* 1. Litterae Th. Decani Ecclesiae S. Audomari an. 1270. a Tabulario eiusdem Ecclesiae: *Teneantur procurare anniuersarium - - sub distributione vnius brachelli prout consuetum est fieri in Ecclesia S. Audomari*.

BRACHERIA, bracca linea. Capitulum gener. ann. 1506. S. Victoris Massil. *Nec portet caligas alicuius coloris quam albas aut nigras et cum bracheria sine bragetta non larga, sed stricta iuxta morem antiquum*.

BRACHERIOLVM, cingulum seu fascia inguinalis, (*) seu potius fascia herniae, Germ. ein Bruchband;) vox deducta a *Brack*, ruptura, voce Longobardica, vnde *Brakca*, rupturae vinculum, inquit Henschenius. Sed malult Cangius a *Brachis* seu *Braccis* etymon accersere, quod intra *Braccas* apponatur, vel eo loci vbi *Braccae* constringuntur; Galli vulgo *Braiers* appellant eiusmodi fascias. Vita B. Iustinae de Aretio n. 6. *Sic tumore magno in testiculis granabatur, quod sine bracherioio manere non poterat*.

BRACHERIVM, brachii armatura, Gall. *Brassar*. Hist. Delphin. to. 2. pag. 278. *Item, solutis pro gamberiis, cossalis, bracheriis pro ante et retro, et guantis latinatis, etc.*

BRACHETVS, V. *Bracco*.

BRACHIALE. (1) Manica, pars illa vestis seu tunicae quae ab humero vsque ad manum brachia operit; Germ. Aermel. Eckeardus iunior de Casib. S. Galli cap. 14. *Capitium capiti imponens, brachialeque rocci super caput reuoluens*. (2) BRACHIALE, BRACHIALIS, idem quod *dextrale*, seu *armilla*, ornamentum scilicet brachiorum, largioris segmenti instar, auro gemmisque distinctum. Papias: *Dextralia, brachialia, genus ornamenti commune viris et feminis: ante manicas portantur, et iunguntur cum clauo*. Ioannes de Ianua: *Brachiale, torques in brachio, sine brachii quoddam ornamentum, quod et dextrocherium*. Lexicon Graec. MS. Regium Cod. 2062. Sunt autem proprie brachialia, *circuli ex auro quibus brachia ornantur*, vt ait Tertullianus lib. de Muliebri habitu. Vopiscus in Aureliano de Militib. *Torquem, brachiale, anulum apposuit*. Trebellius Pollio in Claudio: *Brachiale vnum vnciarum septem*. (3) † ARBANNVM BRACHIALE, brachiorum opera, *ornatae* species. V. *Herebannum*.

BRACHIALIVM, propugnaculum, Gallis vulgo *Braye*, vnde *Fausse-braye*: Βραχίολον, Theodoso Monacho in Epist. de Excidio Syracusarum, apud Rocchum Pirrum in Episcopis Syracusanis, et aliis Byzantinis Scriptoribus vti pluribus dixit

dixit Cangius ad Alexiadem. Paulus Diac. lib. 19. Hiſtor. Miſc. *Brachialio aureae portae, vsque ad Cyclobium.* Vbi Theophanes p. 294. ἀπὸ βραχιαλίδ τῆς χρυσῆς πόρτης, etc. quo loco *Aureae portae armillam*, perperam vertit Interpres. V. *Braca.*

BRACHIATA. (1) Orgyia, ſtenum pedum menſura, Gall. *Braſſe*, Hiſp. *Braçada.* Charta Petri de Roteys Vicarii Toloſ. ad Baiulos de Conditione materiae an. 1272. in lib MS. Conſuetud. et Priuileg. eiusdem vrbis fol. 27. e Bibl. D. *de Cronat. Et quod per cariones de cor de IV. brachatis - - habeat medium pedem de amplo et vnum durnum de ſpiſſo. - - Quod peytrales de cor et de abiete de VI. brachiatis et de V. et de VI quod illas habeant infra trancos etc. Et quod filae de cor et de abiete de VI. brachiatis, etc.* (2) BRACHIATA, BRANCHIATA, menſurae agrariae ſpecies, ex Gallico *Braſſée.* Charta Philippi Regis Francor. an. 1309. in eiusdem 2. Regeſto num. 75. ex Tabulario Regio: *Item ſexdecim brachiatas vallati ſeu foſſati dicti caſtri, in quo ſunt tres domus aedificatae.* Alia eiusdem Regis in Regeſto 9. Ch. 11. *Quoddam iter ſituatum inter duas vineas, - - quod iter continet in longitudine quater viginti et decem branchiatas vel circa, et latitudine 6. pedes, etc.* In alia eiusdem anni ibid. Ch. 31. habetur *Brachiata.* V. *Brachium.* (3) BRACHIATA ACTORVM, (†† opera, ſcriptura actorum, pretium operae, notarii merces.) Edictum Philippi Pulcri an. 1303. t. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 397. *Item, quod Notarii curiae Tholoſe ſcribant acta bene et fideliter, et quod non detur eis, pro brachiata actorum, niſi ſecundum formam per Statuta regia nouiter edicta ordinatam.*

BRACHIATVS, *magna habens brachia*; Vgutioni.

†† BRACHIERA, tantum terrae, vt videtur, quantum vno die ab homine laborari poteſt, Gall. etiam *Brache.* Ch. Mſ. a. 1063. *Item Gumtel-dis* (dedit) *vnam brachieram de vinea erma, quae eſt iuxta eccleſiam S. Chriſtophori.* V. *Brachiata* 2.

BRACHILE. (1) Idem quod *Brachiale*: Lex Salica tit. 29 §. 37. *Si quis mulieri brachile furauerit.* S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 1. cap. 10. (2) *Lineum quo femoralia ſuccinguntur.* Spicil. Fontanel. MS. p. 232. Papias vero MS. *Brachile, quod ſuccinctorium ſive redimiculum dicimus, quod nunc non brachiorum, ſed renum ſit cingulum.* S. Wilhelmi Conſtitut. Hirſaug. lib. 1. cap. 44. V. *Brachiolineum* et *Bracile.*

BRACHILVM, V. in *Bracina.*

BRACHINVM, V. *Bracina.*

BRACHIOLAE, Italis *Braccioli.* Rollandinus in Chronico lib. 9. cap. 2. *Et vidit filius Carrocium Paduae putridum et deforme, diruptum, et deſpectum, et inutile, et confractum; et ait: Pater, ecce nunc, Pater et Domine, quale hic aedificium video? Si hos radios inſpicio, ſive rotas, ſi noto brachiolas, ſi conſidero artemonem, plauſtri videtur habere ſpeciem, etc.*

BRACHIOLINEVM, bracca linea. Vdalricus l. 3. Conſuet. Clun. c. 11. vbi de veſtibus Monachicis, recenſet *Brachiolineum, quo femoralia ſuccinguntur.*

BRACHIOLOGIA, *brevis dictio.* Gloſſar. vet. San-German. n. 501. Vox Graeca a βραχὺς et λόγος

BRACHIOLVM, (1) Idem ac *Bracellus*, Germ. Bretel. Chronicon Abb. S Trudonis lib. 13. pag. 510. *Quatuor diebus Natiuitatis Domini, Paſchae et Penteceſtes* habebant Fratres *ad prandium duas portiones piſcis, - - et ad coenam prima die placentam cum brachiolo, minorem tamen quam in diebus Rogationum.* V. *Bracellus* 1. (2) BRACHIOLVM in equis, apud Vegetium l. 4. Art. veterin. cap. 1. et. 2.

BRACHIONARIVM, φίλιον ἀνδρὸς, in Gloſſ. Gr. Lat. V. *Brachile* 1.

BRACHIROLVM, faſcia continendae ilium procidentiae, Gall. *Bandage*, Germ. Bruchband. Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 828. in Miraculis

B. Simonis Erem. Auguſtin. V. *Bracheriolum.*

BRACHIS, *operimentum tibiarum*, in Gloſſis MSS. V *Bracae.*

BRACHIVM. (1) Menſurae ſpecies, cubitus. Charta Henrici Imp. ann. 1081. apud Vghellum tom. 3. p. 420. *Nec domum in praedictis terminis vsque ad 36. brachia interdici permittemus. Vnum brachium candelae*, in Epiſt. Honorii III. PP. apud eumdem Vghellum tom. 4. pag. 1301. Occurrit ibi pluries. † Eſt etiam menſura terrae. Ch. an. 1337. apud Lam. in Delic. erudit part. 3. pag. 1228. *Cum centum brachiis terreni, ſiti circumcirca dictam turrim.* (2) BRACHIVM S. GEORGII, Boſphorus, ſeu Fretum Helleſpontiacum, ſic dictum a Templo S. Georgii extra vrbem Conſtantinopolitanam, quod ad littus iſtius freti exſtructum erat. Vide Tyrium lib. 2. cap. 8. lib. 20 cap. 24. interdum pro ipſa Propontide vſurpatur, vt apud Villharduinum num. 65 et 162. Vide Leunclauium in Pand. Turc. n. 128. (3) BRACHIVM FLVVIALE, apud Aimoinum lib. 3. Hiſt. Francor. c. 62. *Un bras d'eau: Per ripam brachii fluuialis, quo ciuitas cingitur, ambulauit. Brachium marinum*, apud Matth. Paris pag. 460. *Brachium maris*, apud Acher. Spicil. tom. 8. p. 645. (4) BRACHIVM IN COLLVM PONERE, in ſignum ſuſceptae ſeruitutis. Chartae Parenſales form. 26. *Sed dum ipſos minime habui vnde transſoluere debeam, ſic mihi aptificauit, vt brachium in collum poſui, et per comam capitis mei coram praeſentibus hominibus tradere feci, in ea ratione, vt inserim quod ipſos ſolidos veſtros reddere potuero, et ſeruitium veſtrum et operam, qualemcumque vos vel iuniores veſtri iniunxeritis, facere et adimplere debeam, etc.* (5) AD BRACHIA, AD BRACHIA, clamabatur in praelio: quia cum Milites ſeu equites cataphracti armis vndique corpus tectum ac munitum haberent, telis, haſtis, ac enſibus imperuii erant, niſi qua caput humeris connectebatur, aut per *ocularia* caſſidum, aut etiam cum brachia erigerent ad vibrandos ictus, et ſurſum enſes attollerent: tum enim captata huiusmodi occaſione, breuioribus enſibus ac verutis latera perfodiebantur: vel denique in id poriſſimum artem impendebant ſuam, vt captatis brachiis hoſtes de equis deiicerent: cum lapſi rurſum ſe ſe erigere ob graue armorum pondus non valerent. Ob duplicem igitur hanc cauſam in praelio vulgo inclamabatur, *Ad Brachia.* Guillelmus de Nangiaco in Geſtis S. Ludovici Regis Francor. pag. 381. (6) BRACHIVM REGIS INVOCARE. Vitalis Oſcenſis Epiſcopus apud Blancam pag. 728. (7) BRAGHIA, ordines regni, quos vulgo *Status* dicunt. Leges Aragonum, apud Blancam pag. 771. *Quod per mes et ſucceſſores noſtros eligantur 4. perſonae idoneae, vna videlicet de quolibet brachio, etc.* (8) BRACHIVM CAPELLAE, latus. Teſtam. Rotherami Ebor. Epiſc. an. 1498. in Lib. nig. Scaccarii p. 668. *Volo quod caro mea, corpus meum putridum ſepeliatur in brachio boriali capellae S. Mariae in eccleſia mea Eboracenſi, vbi feci tumulum marmoreum.*

BRACHVS, canis, idem qui *Bracco*, quod vide. Locus eſt in voce *Canis*, ad lin. *Canes ſegutios.*

BRACIA, V. *Brace.*

BRACIACVM, V. in *Brace.*

BRACIARA, menſurae agrariae ſpecies, eadem quae *brachiera.* Charta an. 1033. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *In Ornione caſtello habet ipſa eccleſia tres braciaras de terra arrabili.*

BRACIARE, cereuiſiam conficere, Gall. *Braſſer*, Germ. Brauen. Chartul. SS. Trinitat. Cadom. fol. 49. Miraeus t. 1. pag 62. BRASIARE, in Legib. Burgon. Scoticor. c. 39. et 69. et apud Matth. Paris an. 1258. BRAXARE, apud Caeſ. Eyſterbach. l. 8. c. 62. et Leibnit. t. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 402. BRAXARE, in Ch. Friderici II. in Metrop. Salisburg. t. 1. p. 240. BRASICARE, in Ch. an. 1059. apud Meuriſſium p. 364. BRATSIARE, in

in Cod. Mſ. Irminonis Abb. San-German. fol. 72. V. *Brace.*

BRACIARIA, BRACIARIVM, V. in *Bracina.*

† BRACIATICVM, praeſtatio frumentaria forte ex hordeo. Ch. Mſ. an. 1209. *Dono totum quartum, et ſenioriuum, et gardiam et braciaticum, quae habeo in campo* etc. V. *Braciacum.*

BRACIATOR, cereuiſiae confector, Gall. *Braſſeur*, Germ. Brauer, apud Thom. Walſingham. p. 386. et to. 2. Monaſt. Anglic. p. 275. BRASIATOR, in Legib. Malcolmi II. regis Scot. c. 6.

BRACIATORIVM, V. in *Bracina.*

BRACIATVS. Bernardus Monachus in Conſuetudinibus Cluniacenſibus MSS. cap. 8. de Granatario: *In omnibus praecipuis feſtis facit fieri braciatos, et quisque habet vnum cum pane ſuo.* Placentulae forte, vel panes in prunis excocti, ſeu *en la braſe.*

BRACILE. (1) Caſſiano lib. 1. de veſte Monach. c. 6. quem exſcripſit Iſidorus lib. 19. Orig. cap. 33. *Eſt redimiculum ſiue ſuccinctorium, quod diuidens per ceruicem et a lateribus colli diuiſum (demiſſum) vtrarumque alarum ſinum ambit, atque hinc inde ſuccingit, vt conſtringens latitudinem veſtiat corpus, atque coniungendo componat. Hoc vulgo Bracile, quaſi braciale vocant quamuis nunc non brachiorum, ſed renum ſit cingulum.* In Regula S. Benedicti cap. 55. *Bracile* recenſetur in ſupellectili, et inter veſtes Monachorum: ſed quae illa ſit, non conſentiunt Benedictini. Menardus zonam eſſe putat, cui aſſentitur Bobolenus in Vita S. Germani Abb. et Mart. n. 15. *Cingulum, quod vulgo Bracile vocatur, inuenit.* Potior tamen eorum videtur ſententia, qui non tam zonam, quam renum cingulum ac *ſuccinctorium* eſſe volunt, proindeque *Bracile*, non a *brachiis*, ſed a *braccis* nuncupatum, ita vt braccarum in vicem fuerit, dictumque *Bracile*, quaſi *braca*, aut *bracca*, brenior et leuior, quomodo Monachi ſub tunica deferunt. Ioan. de Ianua: *Bracile, a braccae, arum, lumbare. Bracile etiam dicitur cingulum renum.* Atque ita S. Hildegardis *Brachile*, ſiue, vt legit, *Brachiale* manifeſte diſtinguit a zona, *qua*, inquit, *ſuper tunicam cingebantur Monachi, vt illa defluerent*; cum *bracile ad cutem eſſet, a quo caligae dependebant.* Quod etiam firmatur ex Hiſt. Albigen. Monachi Vallis Sarn. c. 72. erti de Monachis ſermo non ſit: *Sed cum flecteret genua ante altare, brachile eius a quo dependebant caligae ferreae, ruptum eſt medium.* V. *Brachile* 1. (2) Fredegarius Scholaſticus in Epit. cap. 59. *Tunc Chrodini conſilio nutritum ſuum - - Gogonem Maiorem domus eligunt. In traſtino primus ad eius manſionem perrexit Chrodinus, ad miniſterium bracile Gogoni in collo tenens.* An idem quod *Bracliale?* vel an zona, ſeu cingulum, magiſtratus ſymbolum? (3) Manica, qua coqui vel miniſtri menſae tegunt brachia, ne veſtes ſordibus inficiantur. Guidonis Diſcipl. Farfenſis cap. 16. *Hebdomadarius coquinae poteſt miniſtrare cum pelliculo ſine manicis, vel cum manicis ſi deſuper induerit bracile.*

BRACILIVM, V. *Brace.*

BRACINA, locus ſeu aedes, vbi cereuiſia conficitur. V. *Brace.* Stat. Fratrum Hoſpitalar. to. 2. Monaſt. Anglic. pag. 871. et pag. 378. *Ne quis fratrum piſtrinum vel bracinam aliquo ingredi modo praeſumat.* BRACENA, apud Acher. to. 7. Spicil. p. 459. et 473. BRACINVM, ap. Will. Thorn. a. 1267. et to. 1. Monaſt. Angl. p. 815. BRACHINVM, Ingulfo p. 885. 898. BRACINIVM, in Ch. Thomae regii Manniae ann. 1055. BRASCIMA, t. 2. Monaſt. Angl. pag. 1042. BRAXATORIA DOMVS, in Cod. Mſ. Eccleſ. Colon. BRAXATORIVM, apud Acher. to. 10. Spicil. p. 612. et ap. Leibnit. t. 2. Script. Brunſu. p. 472. BRAXINA, ap. Io. Hoeſemium, BRACIARIA, in Charris Mſ. ann. 1032. et 148. BRACIATORIVM, in Act. SS. Bened. ſec. 4. part. 1. p. 262. BRACITORIVM, in Mſ. Folquini. BRACIARIVM, ap. Brower. l. 3.

Antiq. Fuld. p. 214. BRACIONARIVM, in Gloſſ. Aelfrici. BRASSERIA, ap. Matth. Pariſ. a. 1258. BRASSERIVM, ap. La Faille t. 1. Annal. Toloſ. Inſtr. p. 17. BRAXATVRA ap. Leibnit. t. 2. Script. Brunſuic. p. 445.

BRACINIVM, BRACINVM, V. in *Bracina*.

BRACIOLVM AQVAE, Gallis *Bras d'Eau*. Charta Caroli Mag. apud Perardum: *A termino bracioli aquae, vocabulo Orba*. V. *Brachium* 1.

BRACIONARIVM, V. in *Bracina*.

BRACIS. (1) *Inferior pars circuli*, Ioanni de Ianua. (2) Menſurae ſpecies, V. *Bracea*.

† BRACISA, ſpecies cereuiſiae. Acta SS. t. 1. Sept. p. 706. *Potum autem nullum praeter aquam et ſicerae dulcoramen, quod bracisam ruſtici nuncupant, ſumebat*. V. in *Brace*.

BRACITORIVM, V. in *Bracina*.

BRACIVM, BRACIVS, V. *Brace*.

BRACONAGIVM. Vide Brodaeum in Conſuetud. Pariſ. tom. 1. p. 198. † vbi Gallica voce *Braconage* ſignificatur ius quoddam inſolitum domini in puellas quae nubunt, ipſas nimirum defloraudi in prima nuptiarum nocte. V. *Marcheta*.

BRACONARIVS, cui *Braconum* cura eſt in Ch. ſub Edwardo I. apud Spelmannum. BRACONERIVS in Chartul. S. Vincentii Cenoman. V. *Bracco*.

BRACRIVM, faſcia continendis iliis, Gall. *Bandage*, *Brager*. Acta SS. Maii tom. 5. pag. 190. V. *Bracheriolum*.

BRACTAMENTVM, humor, ex Gr. Βράχειν. Fulgentius de Virgiliana continentia: *Nam ecce ad me etiam ipſe Aſcraei fontis bractamento ſaturior aduenit*. Vide Salmaſium ad Vopiſcum.

BRACTEARIVS, V. *Bracteator*.

BRACTEATOR, BRATTEATOR, BRACTEARIVS, bracteārum confector, apud Iul. Firmic. lib. 4. cap. 15. lib. 8. cap. 16. 19. qui *Bracteārius* in veteri Gloſſ. dicitur, et παταλοποιός. Sic enim legendum p. 273. pro *Bracharius*. Gloſſ. Lat. Gr. *Brattea*, πέταλον. Gloſſ. Gr. Lat. Πέταλον, *bratteum*, *lamina*: ſic in Cod. MS. pro *blatteum*. Mox: Πεταλαρχὸς, *blattearius*, vbi perinde legendum *brattearius*. Nam *bratteum* et *bracteum* dicebant, vt obſeruatum a Salmaſio, quem conſule ad Hiſt. Aug. *Bracteārii*, id eſt, μεταλλαρχοὶ, in leg. 1. Cod. de Excuſ. artif. lib. 10. Fortunatus lib. 8. Poëm. 4.

Bracte gemmatam cycladem ſila texant.

† BRACTEATVS. NVMMI BRACTEATI, a *bractea*, quae eſt tenuiſſima auri argentiue lamina, ex qua conficiebantur, nuncupati; Germ. Blechmünze. Conf. diſquiſit. D. Schoepflini de Bracteatis tom. 23. Comment. Acad. Inſcript. pag. 212. V. in *Nummus*.

BRACTEVM, V. *Bracteator*.

† BRACTILETVM, brachiolum, ſinus, fretum, Ital. *Braccioline*. Stat. Mutinae rubr. 259. V. *Brachium* 1.

BRACVS, vallis. Chronicon. Fontanellenſe cap. 6. *Et per loca deſigneta, hoc eſt, de vno latere bracu, ſine vallis quae dicitur Dirginis*. Infra: *Ad caſtellum Inporum, qui ſuper illum bracum Dirginis*, etc. De variis apud Theutones *Brak* vocis notionibus multa congerit Bollandus ad 21. Febr. p. 251.

† BRACZALIS, agricola, qui brachiis terram laborat, vel. qui labore victum comparat. Inquiſit. an. 1288. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. 1. pag. 387. *Braczales et hortolani S. Germani debent ſeruire omni anno a hortis curiae duobus diebus*.

BRADELLAE, ſedes quibus in eccleſiis vtuntur mulieres. Acta Eccl. Mediolan. tom. 1. pag. 126. *Vt et eccleſiarum nitori conſulatur, et ſtrepitibus et rixis, quae ex ſedium mulebrium, quas bradellas vocent, in eccleſiis collocatarum ſitu exiſtere ſolent, occurratur*, etc. Harum forma deſcribitur ibid. pag. 585. In Caeremoniali monaſtico ad vſum Congregat. S. Mauri p. 591. *Bradella* ſumitur pro ſcabello altaris, Gall. *Marchepied*.

† BRA-

† BRADIA, idem quod *Braida*, in Ch. a. 1141. apud Murat. tom. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 228. V. *Bradium*.

BRADIFONVS, Βραδύφωνος, Moyſes dicitur apud Ethelwerdum lib. 4. cap. 9.

Bradifonus Domino Moyſes ſacrarat amore.

BRADIVM, V. *Braida*, campus. Alia notione ſumitur, ſcil. pro *Praemium*, *munus*, palma, in vet. Gloſſario San-German. MS. num. 501. Sed mendum pro *Brabium*, vel *Brauium*.

BRADO. Tabularium Priorat. de Domina in Delphinatu fol. 110. *Et 4. pukinos, et 2. focacias, et 2. membra, et 1. bradonem, et 3. panes, etc.* Cangius *ſtadonem*, legendum putauerat, ſed retinendum eſſe *Bradonem* ſtuadent liſd. qui habet in Gloſſis: *Cartilagini*, *lardo bridone*; et Chartular. S. Crucis Quemperleg. vbi ſic: *Samam vini et duodecim formellas, vel vnum lardi bradonem pro ea det monachis.* Hoc eſt, ſi bene conieicitur, petaſonem ſeu pernam. Hollandi eriamnum vocant *Brade* pulpam petaſonis ſeu partem eius magis carnulentam.

† BRADVS, pro *Badius*, vt videtur. Teſtam. an. 1352. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. 1. p. 409. *Item relinquo - - equum bradum Sfroſanum meam.* V. *Bagus*.

† BRAESIVM, idem quod *Brace*, Germ. Malz, apud Ioh. de Trokelowe in Annal. Eduard. II. Vide *Braiſum*.

BRAGAE. (1) V. *Bracae*. (2) † BRAGA, BRAGIA, gurges, locus in fluuio aggere coarctatus piſcium capiendorum gratia. Areſt. Parlam. Pariſ. an. 1536. *Cum duabus bragis ab ipſis molendinis dependentibus.* V. *Braca* 1.

BRAGALIS, BRAGAL. Charta Luſitanica aerae 1168. in Hiſtoria Epiſcoporum Portenſium 2. part. pag. 20. *Scilices vt Epiſcopus accipiat pro illo ſanare omnem illam terram quam habebat Eccleſia S. Mariae - - ſam in regalenga, quam in garancia, et inſuper ſex bragales per vnum quemque annum.* Verſio Luſitanica: *Aſſi em reguengo como em ganancia, et alem diſſo ſeis bragues em cadalun anno.* Act. SS. Benedict. ſaec. 4. part. 1. pag. 639. in Conſtitutione Anſegiſi Abbatis: *Cerae ad illam Eccleſiam libras CC. ad opus fratrum C. ſeuo lib. CC. de Corialinſe calcibus XXIIII. bragal. L X.*

† BRAGAMARDVS, gladii ſpecies, acinaces. Monſtra fact. ap. Chaſſag. a. 1511. *Quod habeat vnum bragamardum.* V. *Braquemardus*.

BRAGANTES, V. *Brigantii*.

BRAGARE. (1) Ex mundiori cultu gloriolam aucupari; Gallis olim *Braguer*: Menoti Sermones fol. 185. recto col. 1. *Et ideo, o vos Domine, que vos ornatis ad bragandum, rogo vos, vt videatis modum Eccleſie.* *) Procul dubio pertinet ad Germ. Pracht, magnificentia, ſplendor, luxus veſtium, quae eſt ab obſol. prechen, brechen, fulgere. (2) † Vagire, clamare ex Regiam Maieſtat. inter not. to. 1. Ordinat. reg. Franc. p. 117. V. *Bracare*. *) Et Germanis prächten, olim erat clamare, vociferare, Pracht vociferatio et Pracht, tumultus. V. Friſchium in Lex. Germ.

BRAGATIO, mundior cultus. Eiusdem Menoti Serm. fol. 119. col. 1.

BRAGATOR. Iter Camerarii Scotici c. 39. §. 50. *De omnibus bragatoribus in Curia.* An eadem notione, qua Menoti *Bragare*?

† BRAGENTIA, familia, vt videtur; *bragis* enim ſeu veſtibus donabantur familiares ab iis, quorum ſeruitio addicti erant. Stat. Synod. eccleſ. Camerac. ap. Marten. t. 7. Ampl. Collect. p. 1307. *Item excommunicamus omnes presbyteros et clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, qui bragentias intrabunt ſaecularium dominorum, et eos qui iam intrauerunt easdem, niſi infra menſem exeant ab eisdem.*

BRAGERIVM. (1) Femora, vel lumbi. Acta SS. Iunii tom. 2. pag. 390. in Miraculis B. Henrici Baucenenſ. *Subito arreptus fuit a grauiſſima gutta a bragerio inferius, ita quod de anchis, coxis et tibiis nullo modo pote-*

poterat se juvare. Vox eiusdem originis, cuius *Bragae* vel *Bracae*, de quibus supra. (2) † Femoralia, quae virorum propria sunt. Stat. Ms. S. Flori fol. 19. *Aliquae mulieres inueniantur, de quibus dicitur vulgariter, quod lumbar siue brageriam portant.*

BRAGHERIVM, eadem notione. Chron. Parmense ad an. 1287. apud Murator. tom. 9 col. 810.

BRAGIA, V. *Braga.*

† BRAGIDA, idem quod *Bradia*, campus, vel ager suburbanus. Ch. a. 1106. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. p. 520. *De Caroli prato, usque ad bragidam, id est, croadant de Coriculz.* V. *Braida.*

‡ BRAGIRE, hinnire. Murat. tom. 15. Script. Ital. p. 606. *Qui habebat - - vocem vt equus bragiens, scilicet parnam.* V. *Bragare* 2.

BRAGIVM, vallis. Charta Caroli Calui an. 870. apud Miraeum to 1. pag. 23. *Mansos decem cum longo bragio.* V. *Bracus* et *Bragus.*

‡ BRAGVERIVM, procidentiae ilium retinaculum, Hisp. *Braguero*, Gall. *Brager*, Germ. Bruchband. Mirac. Ms. Vrbani II. PP. V. V. *Bracchiale.*

BRAGVETA, femoralia, seu femoralium apertura, quam Hispani vocant hoc nomine. Concil. Hisp. tom. 4. pag. 615. col. 2. an. 1591. *Neque caligas, crocei, rubei viridisque colorum seu albas* (deferant Clerici;) *neque bragnetas ex aliquo serico vel panno, nec cum diuersis riuetis seu fissuris.*

BRAGVILERIVS, qui facit *bragnetas* seu *bracas*, in Catalogo Sodalium Confraternitatis Nativitatis B. Mariae in Ecclesia B. M. Deauratae Tolos.

BRAGVS, forte idem quod *Bracus*, vallis. Charta Goffredi Comitis Andegauensis apud Saumarth. in Episcopis Andegauens. num. 45. *Exarta quae dicuntur ad illum bragum.* V. *Bracus.*

† BRAIA, idem ac *Bragida.* Ch. an. 1183. apud Murat. tom. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 339.

BRAIARE, Gall. *Braire*, vagire, clamare, prout infantes solent. Hesychius: Βραυκᾶσθαι, . . ἐπὶ τῶν κλαιόντων παιδίων λέγεται, ὡς μίμημα φωνῆς. Hac voce vtitur Philostorgius lib. 11. cap. 6. Regiam Majest. lib. 2 c. 58. §. 1. *Si ex eadem haeredem habuerit auditam, vel braiantem inter quatuor parietes.* V. *Bragare* 2. et *Braire.*

BRAIBANCENI, V. *Brabantiones.*

BRAIDA, BRAYDA, campus, vel ager suburbanus, in Gallia Cisalpina, vbi *Breda* vulgo appellatur. German. eine Breite, ager latus. Monachus Paduan. lib. 1. Chronici cap. 1. *Factum est praelium equestre maximum in brayda Veronensi.* Chorta Longobardica in Bullario Casinensi tom. 2. p. 9. *Similiter omnes braidas meas ad ipsam curtem pertinentes, cum pratis, siluis, vineis,* etc. Alia Desiderii Regis ibid. *Terram juges 40. de braida curtis ducalis,* etc. Statuta Parauina rubr. 70. *Si quis habuerit plus quinque campos terrae, et aliqua pecia sit alicuius bradii.* Infra: *Quicunque habet braidam terrae, etc. Bradio* etiam habet. Ioan. Villaneus lib. 9. Vide Origin. linguae Italicae Octav. Ferrarii in *Breda.*

BRAIS, BRAISIVM, grana ad conficiendam cereuisiam praeparata. V. *Brace.*

† BRAISVM. idem, in Ch. a. 1195. inter Instrum. to. 11. Gall. Christ. p. 140.

BRAIVM, limus terrae, Gallis *Bray.* Auctor Miraculorum S. Bernardi scribens de Castro Braio supra Sequanam: *Castrum Braium, quod latum interpretatur.*

BRAMBARICARII, Vide *Barbaricarii.*

BRAMOSVS, V. *Bromosus.*

rerum vnum, quod et brandonum vocatur. Hist. Monast. Viconiensis apud Marten. tom. 6. Amplissl. Collect. col. 203. *O nefanda rabies in cordibus inuidorum! nam scintilla corrodit brandonem vnum.* Instrum. a. 1364. ex Archiuis S. Victoris Massil. *Quod corpus beatae Mariae Hugonis d'Apajon quondam Episcopi Massil. recipiatur honorifice cum luminaribus brandonum.* † BRANDONVS, idem, apud Murat. tom. 16. Script. Ital. p. 395. 583. BRANDONES, appellabant Galli primam Quadragesimalis jejunii hebdomadam, quod huius prima die sub vesperum pueri *Brandonibus*, seu facibus accensis februare solerent. Dominica brandonum quae Quadragesimam praecedit, *lo Dimane qui est apelet Dimane Brandonner*, in Libertatib. villae de Perusa ann. 1260. apud Thomasserium pag. 101. In manuali Placitorum in Parlamento S. Martini 1375. *Hoc instanti anno 1376. eras bissextus. Dies brandonum, 2. die Martii. Dies Paschae 13. die Aprilis.* Vbi *dies brandonum est prima Dominico quadragesimae.* Ita haec vox passim vsurpatur in Chartis, in Probat. Hist. Drocensis pag. 272. 286. apud Buzelinum pag. 395. etc. (2) Velum, seu *Brandeum*, quod praedijs obsignatis apponitur, Gall. ol. *Brand.* Charta venditionis Caleffii Melandi in Biturig. an. 1310. *Et quotiescumque brandonem seu brandones aut impedimentum* (in re vendita) *a quibuscunque personis apponi contigerit, amouere, et facere penitus amoueri suis propriis sumptibus promiserunt.* Charta Fulconis junioris Comitis Andegav. *Quam praepositi ipsius Comitis Abbatis supradicto ac Monachis calumniabant, atque in ea brandonem posuerant - - Sed iussu ipsius Comitis, brandone sublato, nunc in dominio Abbatis - - remansit.* V. Brodeum ad Conf. Part art. 74. num. 43. et seqq. *Brandones* regii interdum appositi sunt *ratione gardiae*, iis scilicet in locis, quae Regum tutelae ac custodiae specialiter erant commendata. Loca vero, vbi appositi erant huiusmodi brandones, nullus audebat attingere. Quae consuetudo cum incommoda Dominis locorum esset, vtpote quae illorum jurisdictionem minueret: eam tandem, conquerentibus Aruerniae Nobilibus, quod etiam in locis, in quibus altam haberent justitiam, obtineret, sustulit Philippus V. Edicto anni 1319. tom. 1. Ordinat. Regum Franc. pag. 688.

BRANDONARE, *brandones* apponere. Arresta O. SS. 1291. in Regesto Parlamenti B. fol. 90. *Non licebit ei sigillare ostia Clericorum, vel terras eorum brandonare, etc. Brandonner et empescher.*, in Consuetud. Carnot. art. 32.

BRANDONVM, V. *Brando* 1.

BRANDONVS. (1) Idem ac *Brando* 1. Capitulum gener. S. Victoris Massil. ann. 1342. (2) Species panni serici. Iacobus Aurias Annal. Genuens. lib. 10. apud Murator. tom. 6. col. 589. *In qua* (naui) *cepit quatuor Pisanos, et faxies duodecim brandonorum et duos saccos lanae qui erant dictorum Pisanorum.* V. *Brandeum* 2.

† BRANDRETVM, dalmaticorum vestis in modum largioris stolae, qua in Quadragesima aliisque jejunii diebus pro dalmatica vtuntur. Ordinar. Ms. eccl. Niuern. ann. circ. 400. V. *Casula* 3.

BRANMASSI, turba praedatorum in Prouincia Lemovic. Chronicon breue S. Martialis inter Fragm. Hist. Stephanotii tom. 1. *Anno 1192, Scebrandus Episc. Lemovic. et Vicecomes Lemovic. et multi milites et populus Lemovic. pugnauerunt contra sex millia brannassorum, qui ecclesiam debacchantes et stragem hominum facientes, totam depopulabantur prouinciam.* † Iidem videntur qui *Brabanciones*, voce corrupta.

BRANNVM, ab Anglico *Bran*, furfur, Gall. *Son*. Locus est in *Salina*. V. *Bren*.

BRANTIA, vel BRANZIA, *tenuis auri lamina*. Gloss. Isid.

BRANVM, locus altus et profundus, praecipitium, Hispan. *Brenna*. Acta SS. Iulii to. 2. pag. 308. in Vita S. Moduennae: *Dixit - - melius, vt illi subtulares imponuntur in profundissimum*

diſſimum brunum, pro quibus nunc abſentiam ſenſimus Angelorum - - Ite et illos ſubtulares in aliquo profundo abſcondite.

† BRANVS, attritus, ab Ital. *Brano*, fruſtum. Ch. a. 1227. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui pag. 903. *Vnum manellum xendati xani, coopertum de ſtanforte brano.* Niſi leg. ſit *bruno*.

BRANZIA, V. *Brantia*.

BRAQVEMARDVS, acinaces, Gall. *Braquemart*, a Graeco βραχὺς, breuis et μάχαιρα, gladius. Statuta Eccleſiae Meld. ann. 1493. inter Inſtrum. Hiſt. Meld. tom. 2. pag. 515. *Neque portent enſes, braquemardos, venabula, javelinas, aut alios inuaſiues baculos, per villas aut quaenis oppida.* V. *Bragamardus*.

BRAQVILE, aquarium, f. a Gallico *Baquet*. Baluz. Miſcell. to. 6. pag. 366. *Irrigua fontium ac magna braquilia ad aquanda animalia et ad planſaria irriganda.* † *Braquile* hic pro *Brachile* ponitur, alueus, canalis, per quem aqua ducitur, Gall. *Bras d'eau*.

† BRARERIA, cingulum coriaceum, quo tudicula campanae ſuſpenditur, Gall. *Brayer*; forte pro *Braieria*. Comput. fabr. S. Petri Inſul. Mſ. a. 1473. V. *Brachale*.

BRASA, vox Hiſpanica, Gallis *Braiſe*, prunae, carbones candentes. Marten. de Antiqua Eccleſiae Diſcipl. p. 395. ex Miſſali Mozar. *Thuribulo cum braſis*.

BRASARIVM MOLENDINVM, vbi *Brace* molitur, V. *Molendinum*.

BRASBRAT, *Incubro*, in Gloſſis Iſid. Nihil ineptius, inquit Ianſonius in ſuis Collectan. Scriptum erat, *Lacubro*, *bras*, *brat*, ad indicandam verbi coniugationem, imperitus finxit, *Brasbras*.

† BRASCHETVS, canis ſagax, indagator, Gall. *Brac*. Bened. abbas Petroburg. ap. Hearn. t. 2. pag. 664. *Rex Angliae miſit Saladino leporarios et braſchetos, id eſt odoriferos et accipitres*. V. *Braccus*.

BRASCIMVM, V. *Brace*.

BRASCINA, V. *Bracina*.

BRASEVM, BRASGIA, V. *Brace*.

BRASIA. (1) Vepres, dumeta, Gall. *Broſſailles*. Stephanot. Antiquit. Benedict. Aurelian. pag. 302. *Boſcum S. Agili et braſias quasdam iuxta filnam noſtram, quae dicitur*, etc. Et pag. 303. V. *Brauſia* et *Brauſcus*. (2) Pro *Brace*, vide in hac voce.

BRASIARE, V. *Braciare*.

BRASIATOR, V. *Braciator*.

BRASIATRIX, confectris cereuiſiae, in Legib. Burgor. Scoticor. c. 39. et 69. BRAXIATRIX apud Caeſar. Eyſterbach. l. 8. c. 62. V. *Braciare*.

BRASIERE, V. *Brabeta*.

BRASILE. (1) V. *Bracile*. (2) † BRASILE, BRASILIVM, BRESILLVM, Braſilicum lignum, vel coccum infectorium, color ruber. Lib. Mſ. ann. circ. 1400. laudatus a P. Meneſt. in opere: *l'art du blaſon juſtifié*: c. 2. p. 44. *Breſillum eſt arbor quaedam, e cuius ſucco optimus ſit color rubeus*. Ch. a. 1193. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 594. *Scilicet de omnibus drappis de baſilicio, de lume zucarino, de grana de Braſile* etc. Stat. datiar. Riper. c. 12. *Item de quolibet penſe - - Braſilli, ſoldi X.* Non ergo a *Braſilia*, Americae regione, *Braſilis* nomen habemus; forte a *Braſa*, quia carbonum candentium colorem refert. V. *Braxile* et *Briſiacum*.

BRASIVM, V. *Brace*.

† BRASSA, menſura ſex pedum, Gall. *Braſſe*. Ch. a. 1369. t. 3. Ordinat. reg. Franc. p. 312. V. *Braſſia* 1.

BRASSADELLVS, placentae ſpecies in prunis excoctae. Codex MS. Conſuetudinum feſtorum Solemnicenſis Monaſterii: *In Reſurrectione Domini - - ad cenam tria ova et vnum braſiadeu, duo Braſſadelli ſunt de vno paruo pane*. V. *Bracellus*, et *Braciatus*.

† BRASSAGIVM, idem quod *Brace*, Germ. Malz, in Ch. Mſ. Caroli V. reg. Fr. V. *Brace*.

† BRASSAMEN, cereuiſiae confectio, in Ch. Mſ. a. 1233. V. *Braſſinus*.

† BRASSARE, idem quod *Braciare*, Germ. Brauen, apud Marten. Coll. Ampl. t. 1. p. 894.

Aug. fol. 10. *Et bretesſchiam quam Galtherus de Thoreta tenet de eadem Regé.* BRITESCHIA. Charta Roberti Comitis fratris Regis Franciae in Tabulario Campan. BALDRESCHAE, et BALTRESCHA, eadem notione, ex Italico *Baltreſche.* Charta Papienſis ann. 119. *Videlicet ad foſſidandum et aſpaldandum et faciendum baldreſchas.* Occurrit etiam in Statutis Mediolan. part. 2. p. 348. Memoriale Poteſtatum Regienſ. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1096. BRISEGAE. Willelmus Brito lib. 4. Philippidos verſ. 186.

Erant et alii apud Gallos vocis *Bretachiae* ſignificatus. *Breteſcham* quippe, et eorum lingua *Bretesque*, *Breteſche*, etc. dixerunt, locum quemdam editum vnde iuridicae promulgationes a praecone fiebant, quo ſenſu interpretandae conſuetudines ſupra a Cangio laudatae; *Bretecques* etiam appellarunt, aedificiorum eminentias et proiecturas ſiue ligneae, ſiue lapideae eſſent: ita Conſuetudo Scabinatus Attrebat. art. 15. Ab hac vltima notione non longe aberrauerunt, cum eadem appellatione donarunt quod Galli hodie *Angar* et *Apentis* vocant, quo ſignificatu occurrit in Geſtis Abb. S. Germani Autiſſiod. tom. 1. Bibl. Labb. pag. 585. *Iuxta domos inferiores fecit logias, bretanchiam* (MS. *Bretanchiam*) *et cameram juxta in augmentum curtis eiusdem loci.* Et in Literis Officialis Cenoman. pro Monaſt. S. Vincentii an. 1209. *Inſuper ipſe Galterius tenetur reddere annuatim ſex denarios cenſuales de ſua grangia et breteſcha.*

† BRETAGIAE, idem ac *Bretachiae.* Reg. Phil. Aug. de Feud. Normann.

BRETANCHIA, V. in *Bretachiae.*

† BRETECHIAE, BRETHECHIAE, idem. Pact. Mſ. a. 1291.

BRETELLVS, V. *Brotellus.*

BRETESCHIA, V. in *Bretachiae.*

BRETHVN SEPALDES. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 89. *Et qui Brethun ſepaldes, Betan ſpaldes, et in quibus homo non poteſt legitime iurare, quod per eum non fuerit aliquis uitae remotior, morti propinquior digne componat, ſicus factum ſit ex quibus ſunt.* Alii Codd. habent: *Brechun yaldes bet Auge yealdes.*

BRETIA, idem quod *Muta*, pretium ſcilicet quod in mutationibus praediorum domino exſoluitur; a voce fortean *Bré* in agro Dumbenſi a ruſticis vſurpata, cum in aliquo anfractu viam mutant atque ab ea declinant, quam proſequebantur. Charta an. 1236. tom. 1. Hiſt Dalph. p. 204. *In dictis caſtris et mandamentis tam in bretiis vel mutationibus, quam aliis poſſeſſionibus, et eidem D. Dalphino idem homagium ligium fecit pro ſupra dictis caſtris et mandamentis et bretiis ſeu mutationibus in dictis caſtris vel mandamentis factis, vel impoſterum faciendis.*

BRETIMVS, color equi, idem qui *Liardus.*

BRETOYSE. *Lex de Breteyſe, lex marchiarum*, ſeu prouinciarum limitanearum. Th. Blount in Nomolex. *Sciant - - quod ego Henricus de Penebrugge dedi - - omnibus liberis burgenſibus meis burgi mei de Penebrugge omnes libertates et liberas conſuetudines ſecundum legem de bretoyſe mundinis et feriis appartin. ſecundum tenorem chartae domini Henrici Regis quam habeo.*

† BREVA, vox monetariorum, Gall. *Breve* et *Brieve*; dicitur de monetis quae monetariis perficiendae traduntur, deſcripto prius earum *brevi* ſeu indice. Ch. Mſ. ann. 1342. *Confirmatio abſolutionis - - ſuper eo quod ſibi imponebatur emiſſe certam brennam argenti, quae furata fuerat in monetagio.* Vbi legendum *Brienam*, vt patet ex contextu earumdem litterarum. Ch. alia Mſ. ann. 1353. *Quaedam brena monetae nigrae* etc. V. *Brenia.*

† BREVARII, milites conductitii, forte iidem ac *Bernarii.* V. *Berroerii.* Murat. tom. 11. Script Ital. pag. 161. *Habuerunt ad eorum burſam milites, qui vocabantur brevarii.*

BREVE, BREVIS. (1) Inuentarium, rotulus, charrula continens indicem, ſeu ſummariam rei cuiuspiam deſcriptio-

ptionem. Papias: *Schedae, exemplaria, brevia*, etc. Gloſſ. Lat. Graec. Πιττάκιον, *pittacium, breuis*. Vetus interpres Iuuenal. Sat. 7. *Comites in faſce libelli: breues ſignificat.* Lampridius in Alexandro Seuero: *Milites ſuos ſic vbique ſciuit, vt in cubiculo haberet breues, et numerum, et tempora militum.* Annales Franc. Bertiniani an. 869. *Vt Epiſcopi Abbates, et Abbatiſſae, breues de honoribus ſuis, quanta manſa quisque haberet - - deferre curarent.* Acta Murenſis Monaſterii: *Continentur in ſupradictis capſulis reliquiae aliorum quorumdam ſanctorum, cum quibus breues non inueniuntur.* Synodus Romana ſub Bonifacio II. PP. *Factus eſt autem breuis de ſacris vaſis atque rebus Eccleſiaſticis.* Vtuntur paſſim hac notione Scriptores. BREVES, feminino genere. Capitul. a. 793. cap. 14. *De rebus quae Hildegardae Reginae traditae fuerunt, volumus vt fiant deſcriptae breues, et ipſae breues ad nos fiant adductae.* BREVES, acta notariorum. Lampridius in Alexandro Seuero: *Eum notarium qui falſum breuem cauſae in Conſilio Imperatorio retuliſſet - - deportauit.* Capitulare Adelchiſi Principis Beneuentani, apud Camillum Peregrinum c. 8. BREVIA MORTVORVM, quae a Monachis in ea Monaſteria, cum quibus ſocietatem, ſeu vt aiunt, *fraternitatem* inierant, mittebantur, quibus Monachorum ſuorum mortem et obitum nunciabant, quo pro iis ſtatas et ordinarias preces et Miſſas exſoluerent. *Litterae currentes* dicuntur in Concil. apud Saponarias an. 859. c. 13. quarum formula concipitur in libro Vſuum Ordinis Ciſtercienſis cap. 98. extremo. Alias formulas collegit Haëfrenus lib. 8. Diſquiſ. Monaſt. tr. 1. Diſq. 4. §. 3. Liber Ord. S. Victor. Pariſ. MS. c. 14. BREVIS TABVLAE, quae in Capitulo recitatur de quolibet Officio, ſiue ad Matutinas, ſiue ad Miſſam, ſiue ad Capitulum, ſiue ad menſam ſiue ad collationem, cuius faciendi cura *Armario* incumbit: ita Liber MS. Ordinis S. Victoris Pariſienſis cap. 19. Vide *Tabula Officialis*, et *Matricula*. BREVIS, nude, eadem notione in Guidonis Diſcipl. Farfenſi cap. 2. BREVE REMEMORATORIVM, BREVE MEMORABILE, *Memorialis deſcriptio*, paſſim in Tabulario Cadurcenſis Eccleſiae, pro ea charta quam *Notitiam* vulgo vocant. *Memoratorium*, in Chartulario Eccleſiae Aptenſis fol. 55. v. BREVE RECORDATIONIS, eadem notione, apud Vghellum to. 3. p. 35. to. 4. p. 211. 908. Vide *Notitia*. † BREVE SALVATIONIS, V. in *Breuetus*.

(2) Charta quaeuis, diploma quodvis, inſtrumentum publicum. BREVE DIVISIONALIS, teſtamentum, vltima diſpoſitio. Charta Hugonis Epiſcopi Toloſani apud Catellum p. 858. V. *Diuiſa*. BREVE SACRAMENTI, inſtrumentum confectum de ſacramento praeſtito, et teſtium ſubſcriptionibus firmatum, in Form. ſolenn. c. 128. Gregor Turon. lib. 4. Hiſt. pag. 41. BREVE ANNVITATIS, V. *Annuitas*. BREVIS DE ANNVNTIATIONE, *et opere*, qui reparanda, itidem et reparata, continet, in Capitul. Caroli M. an. 803. cap. 25. BREVE *de excommunicando capiendo*, nec non et BREVE *de excommunicato deliberando*, V. in *Excommunicatio*. BREVE INQVISITIONIS, quo inquiſitiones iuridicas fieri licet. Charta Henrici Regis Angliae a. 1155. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. p. v. BREVE DE LIBERATE, V. in *Liberare*. BREVE PENDENS EXTRA SIGILLVM, occurrit non ſemel in Libro nigro Scaccarii pro eo ſcripto quo ſeruitia ratione feudorum ſuorum debita, Henrico Angliae Regi ſignificabant ipſius feudatarii. BREVE PRINCIPIS, in Charta Henrici Regis Angliae ann. 1155. apud D. Bruſſel de Vſu feud. tom. 2. pag. v. *Breue quod vocatur Principis, de cetero non fiat alicui de aliquo tenemento, vnde liber homo perdat curiam ſuam.* († Perperam poſt Bruſſel *Breue Principis* pro *Praecipe*, vt habent Reg. S. Iuſti ex Cam. Comput. Pariſ. et Codex reg. 4651.) BREVIS PRO QVAESTA, ſeu pro

ſtipe colligenda. Statuta Eccleſiae Meldenſis cap. 60. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 901. † BREVE DE FEODO LAICO ET ELEEMOSYNA, quo quis iurisdictioni eccleſiaſticae ſubducitur, in Lit. remiſſ. a. 1388. † BREVIS INVESTITVRAE, quo quis in poſſeſſionem rei alicuius mittitur, apud Acher. t. 5. Spicil. p. 376. † BREVE DE SORDEMANDA, Gall. *Bref de Surdemande*, immoderatae petitionis. Scacar. a. 1236. BREVIS, epiſtola, mandatum. Balbus in Cathol. *Breue, pro litteris, quod et breuis inuenitur*. Heſychius: *Βαυὸν, ὀλίγον, μικρὸν γράμμα.* Leges Henrici V. Regis Angliae c. 13. *Haec mittunt hominem in miſericordia Regis, infractio pacis, quam per manum ſuam dabat alicui, contemptus breuium ſuorum, etc.* Vide c. 41. 68. et 79. Quod vero hic *contemptus breuium* dicitur, *deſpectus litterarum* Regiarum appellatur in Capitul. 5. an. 819. c. 12. et lib. 4. Capitular. cap. 55. Eckehardus Iunior de Caſibus S. Galli cap. 12. *Dictante legationis ſuae breuem.* BREVIA, Pontificum epiſtolae quae in cera rubra ſub annulo Piſcatoris obſignantur. V. *Annulus Piſcatoris* in *Annulus*. BREVE DE CAPELLA, litterae Cancellariae regiae. Conuentio inter Angliae et Scotiae legatos ann. 1209. apud Rymer. to. 2. pag. 483. V. *Capella Cancellaria*. BREVE REFVTATIONIS, charta ceſſionis, qua quis de iure ſuccedit. Charta Berardi Abbatis Farfenſis apud Fontaninum de Antiquit. Hortae pag. 396. *Si enim, quod abſit, quoque tempore venero - - contra hoc breue refutationis agere, aut cauſare, etc.* Alia apud Mabill. t. 4. Annal. Bened. p. 701. col. 1. BREVE TESTATVM, apud Otbertum lib. 1. Feud. tit. 4. eſt publicum inſtrumentum, vti interpretatur Equinarius Baro lib. 4. de Feudis cap. 7. Chron. Farfenſe apud Murator. t. 2. part. 2. col. 555. *Deinde per iudicium reinueſtiuit me de ipſo caſtello, ac fecit breue teſtatum, et renerſus eſt Romam.* BREVIS TESTATA, in Annalibus Benedict. to. 4. p. 700. col. 1. ex Hugonis Farfenſis relatione de immunitione rerum monaſterii ſui. BREVE VICTORIALE, idem quod *Teſtatum*. Chron. Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col. 592. *Et refutauit quicquid ei pertinuit de Caſtello Tribuco. Et confirmauit breue victoriale, quod dominus Nicolaus Papa exinde fieri praecepit.*

(3) BREVE, Cowello dicitur Citatio, vel decretum cauſam breuiter continens, ob quam quis in ius vocatur, aut aliquid aliud facere iubetur. Ita autem appellatur, vt eſt in Flera lib. 2. c. 13. §. 2. *quia eſt formatum ad ſimilitudinem regulae iuris, quod breuiter et paucis verbis intentionem proferentis exponit et explanat, ſicut regula iuris rem quae eſt, breuiter enarrat.* Eadem habet Bracton. lib 3. tract. 1. cap. 12. §. 2. lib. 5. tract. 5. cap. 17. §. 2. Concilium Rotomagenſe an. 1299. c. 5. *Quominus de ipſis* (caſibus) *cognoſcere valeant* (iudices Eccleſiaſtici) *impediunt atque perturbant: eisque cedulas inhibitorias dirigentes, quae breuia nuncupantur, in caſibus in quibus de ſua natura breuia nulla cadunt, etc.* Chron. Parmenſe ad an. 1244. apud Murator. to. 9. col. 769.

(4) BREVE dicitur Reſponſorium quod poſt ſingulas Nocturnorum lectiones cantatur, in Ordine Cluniac. Bernardi Mon. part. 2. c. 21.

(5) BREVE MINVTVM, forte obuentiones quotidianae minores, in breuibus annotatae. Obituarium Eccl. Morinenſ. fol. 2. *Primo videlicet in plenis obitibus, quos burſae celarii, minutorum breuium, cotidianae, luqueti, fabricae ac nouarum acqueſtarum ſoluunt.* Et fol. 6. v. *Hac die ſit ſemper ad maius altare memoria fidelium animarum fraternitatis Eccleſiae Morinenſis. Minuta Breuia ſoluunt.* Et fol. 19. v. *Kal. Septembris. Hic computus minutorum breuium et loyeſtarum.*

(6) BREVE apud Prouinciales, dicitur regio, ſeu potius dominium, *Seigneurie*, diſtrictus in quo *breue* domini curerit. Charta Gauſtredi Apten-

Aptenſis an. 1246. *Breue epiſcopale de Bocaria ciuitatis Aptenſis, et breue quod quondam fuit dominorum de Viens.* Occurrit ibi non ſemel.

(7) BREVE, annuus reditus qui ex praediis aut rebus aliis prouenit, qui in *brenibus* deſcribi ſolet. Charta Ioannae Comitiſſae Flandriae pro Marquetano Monaſterio, apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandr. cap. 30. §. 26. *Ad opus quoque vnius hoſpitalis, quod infra ambitum eiusdem Monaſterii inchoauimus, 200. librarum reditus in eleemoſynam contulimus - - ſumendos annuatim de prouentibus, ad breuia noſtra Inſulenſia pertinentibus, etc.* Infra: *40. libr. reditus aſſignantes ſoluendos ad noſtra breuia de Gandauo.* Alia Margaretae Comitiſſae apud eumd. *Sexaginta ſolidos ſinguli annis de breuibus, quae Maius officium appellantur, Brugis in S. Chriſtophoro recipiendos.* Adde Marchantium l. 1. Flandriae, Nouam Gall. Chriſt. Inſtr. to. 4. col. 304. Miraeum t. 1. Diplom. Belg. p. 556. col. 1. p. 577. col. 2. et 1323. col. 1. edit. 1723.

(8) BREVIA, characteres magici in *breuibus* deſcripti, quos ſecum deferre ſolent, qui iis vtuntur. Gloſſ. Graec. Lat. *Φυλακτήριον, ſeruatorium, amolimentum, amoletum, breuia*: perperam *praemia* in Edit. Capitula Herardi Archiepiſc. Turon. c. 3. *De maleficis, incantatoribus, et breuibus pro frigoribus, etc.* Id eſt, pro curandis febribus, cuiusmodi paſſim deſcribit Marcellus Empiricus et Myrepſus ſect. 37. cap. 66. 67. 97. V. *Character, Ligaturae* et *Phylacterium.* BREVIVM CONSCRIPTIO, diuinationis ſpecies, V. *Sortes Sanctorum.*

(9) † Idem ac *Breuiarium* 2. Caerem. eccleſ. vet. Carnot. *Incipit breue in feſto Sanctorum.*

† BREVERIA, forte pro *Breueria.* Pact. a. 1290. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 78. *Concedimus quo expenſae quas fieri contigerit ſuper homines dictorum decani et capituli ratione breueriae noſtrae, cum moderamine fiant.*

BREVETARIVS, qui *breuia* defunctorum in varia monaſteria deferebat. Conſtitut. Cluniac. MSS. an. 1301. in Biblioth. B. M. Deauratae. *Vt breuetarium Cluniaci nomina defunctorum ad eorum loca portantem, recipiant, etc.*

BVEVETVM. (1) Pontificis epiſtola, Gall. *Bref.* Lobinellus Hiſt. Britan. to. 2. p. 1023. *A SS. Domino noſtro Papa ſcripta ſub Piſcatoris annulo in modum breueti ſuſcepiſſe clauſa.* V. *Annulus Piſcatoris* in *Annulus.* (2) Schedula Archiuum Pontis-Leuii.

BREVETVS, ſchedula, indiculus. Charta Philippi Regis Fr. a. 1317. apud Argentreum lib. 5. Hiſt. Armor. cap. 34. *Exceptis et retentis dicto Duci - - peccio ſeu naufragio marino, forefacturis, emolumento ex fractura nauium, et ratione peccii et naufragii ob defectum breuetorum.* BREVE SALVATIONIS, in Hiſt. Britan. to. 2. p. 1009. Sunt autem *Breuia Saluationis* ſeu *Breueti*, ſchedulae ſeu litterae nauigantibus neceſſariae, vt res ſuas e naufragio ereptas poſſent repetere. A Duce concedebantur in Britannia, resque omnes nauibus impoſitas inſtar indiculi, vt probabile videtur, recenſebant, vt fides eſſe poſſet eas res eſſe nauigantium. Vbi deerant huiuscemodi *Breuia* ſeu *Breueti*, quidquid e naufragio eripiebatur, ad Ducem ſeu Dominos ſimili iure gaudentes pertinebat, iure ſcilicet naufragii, Gall. *Droits de Bris.*

† BREVIA, idem ac *Breua.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1360.

BREVIAGIVM, idem ac *Breue* 6. dominium. Chartularium commiſſionis in Archiuis D. de Mazaugues: *Sub domino et iuriſdictione breuiagii Nobilium praedictorum, etc.* Infra: *Mandamentum domini Iohannis de Maſalgis et eius baiuli, quod nulla perſona eius breuiagii, ſeu eius iuriſdictioni ſubiecta, audeat, etc.*

BREVIALE, idem ac *Breuiarium* 2. Teſtament. Garini Goujons a. 1314. *Legauit Hoduyno capellano melius breuiale quod habebat.* † BREVIALE,

LE, in Teſtam. a. 1345. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 219.

BREVIALIS. (1) BREVIALIS TABVLA, in qua diſcipuli regulas a magiſtris acceptas ſcribebant. Bern. Mon. Ord. Cluniac. part. 1. c. 27. BREVIALIS, idem ac *Breuis*. Ruffinus Aquileienſis in Symbolo: *Sed videamus quid iam breuialis hic ſermo proponat.* (2) Forte pro *Brebialis*, ad berbices ſeu oues ſpectans. Stat. a. 1356. ap. Duell. t. 1. Miſcell. p. 123. *Omnes pulli carnis breuiales, quinque ſolidis pullorum exceptis.* V *Berbix.*

† BREVIARE, ſubſtant. idem ac *Breuiarium* 2, in Ch. Mſ. a. 1252.

BREVIARE, in *breues* redigere, deſcribere. Gloſſ. Gr. Lat. Βραχύνω, *breuio*. Wippo de Vita Conradi Salici p. 409. *Haec de regina interim breuiaui.* Eckehardus Iun. de Caſib. S. Galli c. 16. *Has in cartis breuiatas a me clementer audi.* Charta an. 978. inter Inſtrum. tom. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 5. E: Vbi *Breuiare* idem eſt quod agendorum chartulam ſeu conceptum animo teſtamentum perſcribere, delineare, Gallice *Minuter*. Vtuntur etiam Latini Scriptores.

BREVIARIVM. (1) Inſtrumentum notariorum. Paſſim in Statutis Venetorum an. 1242. (2) Ioanni de Ianua, Locus *vbi reponuntur vel reportantur breuia, vel vbi aliquid continetur abbreuiatum: vnde quidam liber in quo eſt totum officium diurnum et nocturnum, dicitur breuiarius*, liber Eccleſiaſticum Officium compendio complectens. Charta Ludouici Pii in Vita Aldrici Epiſc. Cenom. n. 11. *Sicut in plenariis et breuiariis eiusdem Eccleſiae continentur.* Acta Murenſis Monaſt. p. 32. *Sunt et 2. curſinarii, et 3. benedictionales libri: ex his vnus habet obſequium mortuorum, et vnus breuiarius.* Epiſtola Hugonis Lugdunenſis Archiepiſcopi ad Robertum Lingonenſem Epiſcopum in Hiſt. de Exordio Ciſtercienſis Ordinis cap. 7. *Praetor breuiarium quoddam quod vsque ad feſtinitatem S. Ioan. Baptiſtae retinebant, vt tranſcribant, etc.*

BREVIARIVS. (1) Idem ac *Breuetarius*, in Charta Petri Abbat. de Talmundo an. 1366. vbi de officio Aquarii. (2) Idem quod *Breuis*. Tradit. Fuld. lib. 1. c. 39. *Sed et iſte breuiarius ad ornamentum Eccleſiae pertinet, id eſt, turibula deaurata 2. cortinae 12. etc.* (3) Idem ac *Breuiarium* 2. quod vide.

BREVIATOR, qui *breuia* conficiebat, in Nov. Iuſt. 105. *Inbreuiator ſine deſcriptor ſtipendiorum, regalium*: mox *Deſcriptor et relator ſtipendiorum regalium*, apud Hincmarum Remenſem. Vide Miraeum to. 1. pag. 679. col. 2. edit. 1723.

† BREVIATVS, in *breui* inter defunctos conſcriptus. Appendix ad Marc. Hiſp. p. 777. V. *Breuia mortuorum* in *Breue* 1.

BREVICARIVS, idem ac *Berbicarius*, paſtor berbicum ſeu ouium, apud Marten. Collect. Ampliſſ. t. 1. p. 9. V. *Berbix.*

BREVICELLVM, idem ac *Breuis*. Teſtam. Bertichranni Epiſc. Cenoman. *Quos ſolidos per ſacellos ſeparatim cum breuicellis ſigillatis ad vnumquemque locum - - commendani.*

BREVICOLA, epiſtola, mandatum, idem ac *Breuis*. Formulae vet. Alſaticae art. 13. apud Eccard. ad calcem Legis Salicae p. 239. *Nam quando nobis eadem domini regis epiſtola praeſentata eſt, numeroſam ſynodum collectam habuimus, quibus cum ipſam breuicolam legi feciſſemus, maxmo ſunt omnes gaudio repleti.*

BREVICVLVS, indiculus, compendium, breuiarium; diminutiuum a *Breue*. Occurrit in Concilio Bracarenſi II. c. 9. apud S. Auguſtinum, Agobardum de Baptismo Iudaeor. et in Epiſt. ad Proceres Palatii, Flodoard. lib. 3. Hiſt. Rem. c. 22. in Definitione Synodi Duſiacenſis II. a. 874. et alibi.

BREVIGER, idem qui *Breuigerulus*, V. *Rotlifer.*

BREVIGERVLVS, *bainlus et portator breuium*, apud Ioan. de Ianua.

BREVIL, V. in *Brolium.*

† BREVILEGIVM, *breue* Pontificis, epiſtola, Gall. *Bref*, Ital. *Brimilegio*, priuilegium. Ch. a. 833. apud Mu-

rat.

cat. to. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 926.

BREVIS, V. *Breue.*

BREVISOCREA, cognominatus Robertus Comes Normanniae, Nothi filius, Gall. *Courteheuſe*, quod eſſet corpore pingui, breuique ſtatura, vt ait Ordericus Vitalis lib. 4. et 8. p. 545. 664.

BREVITVDO, breuitas. Conſtitutio Ludouici de Canoſſa Baiocenſis Epiſcopi.

BREZELLVM, an braſilicum lignum, quo tinctores vtuntur, Gall. *Breſil?* Charta pro Communia Balneoli an. 1208. ex ſchedis D. Lancelot: *Domini de Baln. in hominibus extraneis, qui in eadem villa ad vendendum veniunt vel emendum, accipient de quintali piperis 4. denarios, de quintali brezelli 4. denar. de quintali, etc.*

BRIA. (1) *Menſura*, Ioan. de Ianua Gloſſ. Lat. Gr. *Bria*, ἐάδος ὑγρῶν. Ita ſcribendum. Ebrardus Betun. in Graeciſmo cap. 12.

Haec bria ſi dicas, modus eſt, vas Romipetarum:
Hic bria, quo vinum ſibi diſtribuunt quaſi libra.

Radulphus in Vita S. Richardi Epiſc. Ciceſtrenſis n. 31. *Quippe ſobrius dicitur, quaſi ſub bria conſtitutus, id eſt, ſub menſura.* Occurrit etiam apud Arnobium lib. 7 Inde quidam Gallicum *Buire* accerſunt. (2) Pons veteribus Gallis, Germ. Brücke; hinc *Carobriae* vicus in finibus Biturigium, qui duos habuit pontes Caro flumini impoſitos. Vide Valeſium in Notitia Galliarum pag. 129. Buchananus l. 2. Hiſt. Scotiae haec habet ad noſtram rem pertinentia: *Briam Strabo lib. 7. et cum eo conſentiens Stephanus, ait vrbem ſignificare: id vt confirmem, haec nomina inde facta proferunt, Pultobria, Brutobria, Meſimbria, et Selembria. Sed quae illis Brutobria, aliis eſt Brutobrica; et quae Ptolomaeo finiuntur in Briga, Plinio exeunt in Brica, vt veriſimile ſit, Briam, Brigam, et Bricam, idem ſignificare. Verum originem omnibus e Gallia eſſe, vel hinc apparet, quod Galli antiquitus in Thraciam et Hiſpaniam, non autem illi in Galliam, colonos miſiſſe dicuntur.* Quadraginta deinde nomina e variis ſcriptoribus deſcribit, quae in *Briga* terminantur. V. *Briga* 2. et *Brina.*

BRIBA, Gall. *Bribe*, fruſtum panis, panis mendicatus. Hiſp. *Bribar* vel *Brinar*, mendicare. Verſus Macaronici quos poſt Rabelais refert Menagius in Dictionam Etymol. Linguae Gallicae:

Hic eſt de patria natus de gente beliſtra,
Qui ſolet antiquo bribas portare biſacco.

† BRIBAZONES, iidem qui *Brabanciones.* Conc. Lateran. a. 1179. in Geſtis Henr. II. apud Hearn. t. 2. p. 299.

BRIBETHVS. Vita S. Sanſſonis Epiſc. Dolenſis lib. 1. cap. 26. *Vidit - - vetulam anum ſuis veſtimentis bribetham chryſulatamque, venalem in manu tenentem, ac ſilvas veloci curſu volueritantem.* Quid ſi legatur *Birrhatam?*

BRICA. (1) Pons, V. *Bria* 2. (2) Rixa, iniuria, V. in *Briga* 1. (3) † BRICA, BRIGVA, later, Gall. *Brigue*; item lateraria, Gallis *Brigueric*, et *Brigueterie*. Comput. Mſ. a. 1450. *Pro uno quarteronno cum dimidio bricarum ad ponendum* etc. Comput. Mſ. fabricae S. Petri Inſul. a. 1367. *Item datum bricuriae de Marquetta pro V. mil. bricarum.* Alius a. 1396. *Item pro deportando briquas* etc. Vbi BRICKARIA eſt opifex lateraria, vel quae lateres vendit.

BRICHEMINVS, idem quod *Cheminus*, via, iter. († Illud praeſertim iter, in quo propter aquas pontes ſaepe occurunt; V. *Bria* 2.) Charta Henrici Regis Angl. pro Abbatia Sauiniacenſi: *In piſcariis et mariſcis, in bricheminis et ſemitis, et omnibus aliis locis.*

BRICHOLLA, V. *Bricola.*

BRICIA PANIS, mica, fruſtrum, Germ. Broſe, Broſame, apud Bertramum in Vita S. Francae Abbatiſſae num. 16. ex Italico *Bricia, Bricio-*

Briciola. Vide Octav. Ferrarium in Orig. linguae Italicae.

† BRICIVM, *goutiere*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692.

BRICIVS, V. *Brucius*.

BRICKARIA, V. in *Brica* 3.

BRICOLA, machinae λιθοβόλου ſpecies, Gallis *Bricolle*. In iure municipali Florentinorum lib. 3. vetantur ciues priuatim in turribus *Briccolas* habere. ●Chronicon Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. cap. 26. Adde lib. 6. c. 4. Froiſſart. 4. vol. c. 18. Blondus lib. 3. Romae triumphant. *Baliſtam maiores dixere priſci trabem validam, ita libratam, vt cum pars denſior ponderibus attracta deſcenderet, eleuata proceritas ſua funiculis, quos haberet alligatos, funda ſaxum maximi ponderis longe emitteret. Eique maxime nunc machinae brichollae eſt appellatio.* Hieronymus Magius lib. 1. Miſcell. c. 1. *Bricolarum* meminit praeterea Monſtrelletus 1. vol. c. 29. 93. 121. 125. Vide Octav. Ferrarium in Origin. linguae Italicae in *Briccole*.

BRICOSVS, iurgioſus. V. *Briga* 1. et *Brigoſus*.

BRIDA. (1) Frenum; a Gallico *Bride*. Acta SS. Iulii tom. 1. p. 589. (2) † Machinae iaculatoriae eadem quae *Bricola*, vnde legendum videtur *Brica* vel *Bricha*, Gallis olim *Briche*. Occurrit in Ch. Mſ. ann. 1359.

† BRIDCO, idem ac *Brida* 2. in Ch. Mſ. a. 1343.

BRIDGVMVM, BRIDGVMA, Saxonib. *Sponſus*, Germ. Bräutigam, vti haec vox redditur in Legibus Edmundi de ſponſalib. cap. 3. vbi perperam, vt et c. 2. *Brigdunia* ſcribitur. Caput. 1. habet *Brigdumum*.

† BRIDOLEZA FARINA, purior ſimilago, Gallis *Bourdaleſe*, *Bourdaloiſe*. Lit a. 1363. t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 238.

† BRIEMARDVM, *Briemart*, apud Corgrav. potionis ſpecies, ex furfure, fermento et aqua confecta, in pauperum vſus. Locus eſt in *Biera*.

BRIEVA, V. *Brena*.

BRIGA. (1) Iurgium, rixa, pugna, Italis *Briga*. Catholicon Armoricum: *Brigus*, *Gall. Noiſeux*; *Lat. Bricoſus*. *Item Bricoſe*, *Gall. Tenſement*. *Item haec Briga*, *gae*, *Brigue*, *Tenczon*. A *trica* Lat. deducit Acharisius. Continuator Nangii an. 1348. *Et per lites*, *brigas*, *et rixas atque placita*, *etc.* Tho. Walſinghamus in Edw. III. pag. 190. BRIGA, partes, fractio, Gall. *Brigue*. Chron. Siciliae ad an. 1318. apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 84. BRIGA, lis. Charta a. 1279. in Metropoli Salisburgenſi tom. 2. p. 242. († Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Brega*, *Prov. lis.*) BRICA, pro *Briga*, rixa, iniuria. Gloſſ. Lat. Gall. *Brica*, *Brigue*, *Tenzon*. Obſeruantiae Regni Aragon. lib. 8. tit. de Homicidio §. 26. (2) Vox Celtica quae pontem ſignificat, vnde plurimae ciuitates nomen ſumſerunt, *Augustobriga*, *Iuliobriga*, *Samarobriga*, quae et *Samarobrina*. Germani ſuperiores pontem vocant *Brücke*, Inferiores *Brugge*, Anglo-Britanni *Bridge*: de quibus conſule Saluaingi Tractatum de Feudis pag. 2. et Valeſii Notitiam Galliarum in *Litanobriga*: vbi ait, forſitan fore aliquos, qui *Brigam* montem eſſe malint, quam pontem; cum apud Germanos Gallis confines mons etiamnum *Berg* nuncupetur, nomine, vt videtur a *Briga* deducto. Galli *Bergue*, interdum et *Berge* pronunciant. V. *Bria* 2. *Brighbot* et *Brina*. (3) † Difficultas, opera negotium. Guido de Vigev. de modo acquir. et expugn. T. S. *Quod ſubito es ſine briga poſſit poni et amoueri.*

† BRIGADA, idem ac *Brigata*. Comput. a. 1405. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 182.

BRIGANCII, BRIGANTINI, vulgo Scriptoribus Gallicis *Brigans*. Gloſſ. Lat. Gall. *Veles*: *Brigant*, *c'eſt vne maniere de gens d'armes courant et apert*, *à pié*. Albertus Argentin. in Chron. an. 1351. *Cum 4. millibus peditum armatorum, duobus millibus brigantum, et ducentis equitibus armatis, etc.* Vbi perperam editum *bragantum*. Io. Thwroczius in Ludov. Hung. Rege c. 20. *Oppidum Sumpniam vocatum munitum*,

sum, in quo multi erant brigancii pedites, expugnauit. Et c. 37. *Brigantiis et baleſtrariis Anglicis cuſtodiam caſtri muniendo reſeruauit.* Ex peditum genere fuiſſe docent praeterea non vno loco Froiſſartes 1. vol. cap. 128. 148. 160. etc. 4. vol c. 25. Ioannes Villaneus lib. 10. c. 173. et Monſtrelletus 1. vol. c. 195. 224. 2. vol. p. 64. Poſtmodum *praedatores* ita appellati Gallis, quorum nomenclaturam a *Brigantibus* Britanniae populis, vel a *Bagaudis*, vel denique a neſcio quo *Brigando*, vel *Burgando*, de quo Canon, *de virc*, 14. 9. fruſtra accerſit Ludouicus d'Orleans ad 2. Annal. Taciti, et ex eo Innocent. Cironus in Paratit. ad Decret. l. 5. Chronicon Flandr. cap. 45. *Un Chevalier qui fut Chevetaine des Bruyers de Franze, et qu'on appelloit Burgant.* Vbi forte leg. *Brigans.* Mauult Cangius a *briga*, *Brigandos* dictos, quod eiusmodi praedatores ſibi inuicem confoederati vias obſiderent, et quosuis transeuntium depraedarentur, rixandoque impererent, poſtea in iuſtorum militum numerum accenſiti. Italis *Briganti*, ſunt viri induſtrii, cuiusmodi erant latrunculi iſti, quorum cohors *Brigata* dicebatur, vnde Gallicum *Brigade*, eadem notione, etc. Hos ſemiueſtitos, et cum breuibus ſagittis pugnaſſe innuit Tho. Walſinghamus in Henrico V. pag. 388. Neque dubium eſt, quin ab eiusmodi *Brigandis*, illa armorum ſpecies, quam *Brigandinam* appellabant, nomen duxerit. Catholicon Armoricum: *Brigandinou*, *Gall. Brigandine*, *Lat. haec Squamma. Inde ſquammatus*, *Orné de Brigandine.*

† BRIGANDI, iidem qui *Brigancii*, militiae pedeſtris genus. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1353. Comput. a. 1356. inter Probat. t. 2 Hiſt Nem. p. 172.

† BRIGANDINA, BRIGANTINA, ſagi militaris ſpecies, Gallis *Brigandine*, qua potiſſimum vtebantur *Brigandi*, idem ac *Sclauina*. Ludewig. t. 11 Reliq. p. 118. *Sclauonia quam brigandinam vocant.* Monſtra facta apud Chaſſagniam a. 1511.

BRIGANTAE, vt *Brigancii*, in Schedis D. Lancelot, de Humberto II. Dalphino ad an. 1345.

† BRIGANTES, iidem ac *Brigandi.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1361. Murat. t. 12. Script. p. 588.

BRIGANTINA, V. *Brigandina.*

BRIGANTINI, V. *Brigancti.*

BRIGANTINVS, idem qui mox *Brigentinus.* Charta an. 1472. ex Archiuis Maſſil. *Renatus - - Capitaneo generali, et aliis quibuscis patronis, vicepatronis ac nautis quarumuis nauium balaneriorum, galeatiarum, triremium, biremium, brigantinorum, et aliorum, etc.*

† BRIGARE, rixari, contendere, negotium cum aliquo habere, quo ſenſu vtuntur Itali. Murat. t. 12. Script. Ital. p. 694. *) *Brigare*, ſchelten. Vocabul. Lat. Germ. an. 1477. V. *Briga.*

BRIGATA, turma, Gall. *Brigade.* Acta SS. Maii to. 1. pag. 396. V. *Brigada* et *Brigancii.*

BRIGDVNIA, V. *Bridgnmam.*

BRIGENDARIVS, militiae ſeu *Brigatae* praefectus, quem Galli et Angli vocant *Brigadier.* Rymer. t. 14. p. 581. col. 2.

BRIGENTINVS, nauiculae ſpecies, in *galeae* ſpeciem, Gallis *Brigantin*, Italis *Brigantino.* Occurrit apud Paulum de Paulo in Memor. an. 1391. Ita forte dicta, quod propria *Brigandorum*, ſeu praedatorum eſſet.

† BRIGERIA, ſantonicum, herba abſinthio non diſſimilis, Gall. ol. *Breguiere.* Leudae maior. Carcaſſ. V. Martinii Lex. in *Santonicum.*

BRIGHBOT, BRVGBOTA, pontis reſtauratio vel refectio. Vox Saxonica *bricg*, vel *brycg*, Anglis *Bridge*, pons, et *bote*, reparatio, reſtauratio, emendatio. Leges Kanuti Regis c. 31. apud Brompton. et c. 19. *Si quis burgbotam, vel brighbotam, id eſt, burgi vel pontis refectionem - - ſuperſederit, emendet.* Eadem habentur in Legibus Henrici V. c 10. 18. 66. *Briggebote* in Fleta lib. 1. cap. 47. §. 22. Sumitur vt plurimum haec vox in Chartis pro *quietum eſſe de auxilio dando ad reficiendos pontes.* Ita Raſtallus.

† BRI-

† BRIGIARIVS, lebetum faber, in Conc. Nannet. a. 1431. can. 16. t. 2. Hiſt. Turon. p. 102.

† BRIGIVM. Murat. t. 16. Script. p. 967. *Ea ibidem, vt dicitur, ad brigium combuſſerunt multas domos Guelphorum.*

BRIGOSSVS, V. mox

BRIGOSVS, intricatus, faſtidioſus, Ital. *Brigoſo*; item rixoſus. Chron. Aulae reg. c. 25. *Multa brigoſa negotia ſagaciter - - expediuit.* Stat. Acad. Vienn. apud Lambec. *Scholares brigoſi, luxurioſi, ebrioſi.* Inſtr. a. 1410. apud Ludewig. t. 6. Reliq. pag. 68. *Ipſi praefati non poterunt vendere hominibus brigoſis ſeu male conſeruatis vel reprobis, ſed honeſtis et conſeruatis nobis.* V. *Briga.*

BRIGRII, V. *Berſarii.*

BRILLVM, conſpicillum, German. Brille, Gall. *Lunette.* Epiſtolae obſcurorum virorum pag. mihi 134. V. *Berillus.*

† BRILOGIVN, an ab Ital. *Brillatoio*, inſtrumentum deglubendis frugibus. Inuent. MC. theſ. Sed. Apoſtol. an. 1295. *Item vnum brilogium. Item vnum cultellum acutum cum manubrio albo.*

BRIMBERGA, V. *Bainberga.*

BRINA, BRINARE, voces Italicae, pruina, gelaſcere, Gall. *Bruine.* Memoriale Poteſtatum Regienſ. ad an. 1236. (l. 1235.) *Et eo anno quodam die Martii XX. et in nocte exeunte menſis Aprilis venit brina magna, ita quod vineae exſiccatae ſunt. Et die VIII. exeunte Aprili venit alia nix et brina frigida, ita quod vineae penitus brinauerunt.*

† BRINDATOR, forte proxeneta, pararius. *Brindare*, Italis, propinare. Stat. Auellae a. 1496. c. 176. *Omnes tabernarii - - ſint aſtricti totum vinum, quod emerint ad groſſum - - ad ſuas domos transpontare facere per brindatores communis Auillianiae dumtaxas, qui tunc fuerint ad hoc deputati.*

BRINGANTINAE, pro *Brigandinae*, ſpecies armorum, Gall. *Brigandines.* Stephanonius Fragm. Hiſt. MS. t. 10. pag. 309. V. *Brigancii.*

BRINVM, nauis ſpecies. Epiſtola Anſelmi Archiepiſc. Neapolitani, in Geſtis Innocent. III. PP. p. 15. *Neuerit itaque ſanctitas veſtra me cum triſbus galeis, et vno brino Apuleorum - - feliciter applicuiſſe Panormum.* V. *Lignum*; phaſelus.

BRIOLIVM, V. *Brolium.*

BRIGVA, V. *Brica* 3.

BRISA, *πέμφυλον, vinacia.* Supplem. Antiquarii.

† BRISARE, frangere, Gall. *Briſer.* Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. *Briſare, briſer.*

† BRISATIO, infractio. Lit. remiſſ. MC. a. 1442. *De briſatione ſalueguardiae noſtrae.*

BRISATVS, infractus, non obſeruatus, a Gallico *Briſer*, frangere. Arreſtum Parlamenti Pariſ. an. 1331. pro Monaſterio Bonaeuallis: *Videlicet cognoſcendi et indicandi in eſt ſuper caſibus - - trenguarum infractarum, aſſecuramenti briſati facti earum indice.* Vide Conſuetud. Lemouic. art. 71.

BRISCA. Will. Brito in Vocabul. MS. *Briſca, ae, fauus vnde mel elicitur, a Briſin quod eſt exprimere vel elicere.* Ioan. de Ianua: *Fauus, mel eſt in cera, ſcilicet briſca.* Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Fauus, mel cum briſca.* Catholicon Armoricum: *Bruſquenn, mel, Gall. Breſché de miel, Lat. Fauus, fauillus.* Gloſſ. Lat. Gall. *Fauus, Miel en cire. Id eſt, Briſca, Breſche.* Occitanis, *Breſco de mel*, Gallis *Rayon de miel.* BRISCA ſumitur etiam adiectiue pro *mellea* in Annal. Benedict. tom. 4. pag. 699. col. 1. *Hinc ſe conuertens littera briſca fruitur.*

† BRISCHIARE, frangere, ſeu perforare; perforabantur enim monetae, quarum curſus prohibebatur, vel quae inueniebantur adulterae. Ordinat. a. 1340. t. 2. Hiſt. Dalph. p. 416.

BRISEGA, V. in *Bretachiae.*

BRISIA. Vita S. Brigidae Virg. l. 2. num. 50. *Viderunt riuulos ſupra vndam illis oleribus plenos, id eſt, briſia, et ſampſia, et caeteris oleribus abundantes.* Vbi Colganus Editor *Briſiam* Naſturtium aquaticum, *Sampſiam*

BIBLIOTHECA

ſtam vero aut Amaracum, vel Sampſycum, vel potius herbam quam Latini *acetoſam*, Hiberni *Samhadh* vocant, interpretatur.

† BRISIACVM, Braſilicum lignum, Gall. *Breſil.* Areſt. Mſ. a. 1368. *In colorem Briſiaci aut alterius boni ligni.*

† BRISILLVM, idem. Ch. Mſ. Phil. Comit. Fland. a. 1163. V. *Braſile.*

BRISIM, V. *Briſca.*

† BRISOLIVM, idem ac *Briſillum.* Lit. Mſ. Caroli IV. a. 1321. *Briſolium et quodcunque paſtellum.*

BRISTEGA, V. *Triſtega.*

BRITANEVM, *deambulatorium marmoratorum.* Papias et vetus Gloſſar. San-Germ. MS. n. 501. Iſid. habet in Gloſſis: *Britannicum marmoricum.*

BRITASCHIA, BRITESCHIA, V. *Bretachiae.*

BRITH. *Paſtum interpretatur.* Papias. Hebraica eſt ברית, foedus.

BRITIGENA, Brito, Armoricus. Britannia minor ſeu Armorica *Brit* vel *Brith*, olim dicta eſt, hodie *Breis* effertur. Vita S. Wenwaloei e Chartular. Landeuen. fol. 128. verſo: *Britigena mirabilis luminibus expers ſolis.*

BRITISCVS, V. *Bitriſcus.*

† BRITONARE, BRITONISARE, linguam in Britannia inferioris vſitatam loqui. BRITONANS, *Bas Breton*, a quo qui ſuperiorem Britanniam incolit diſtinguitur appellatione *Breton Gallet*, qui lingua Gallica vtitur. Areſt. a. 1402. *Ipſi ſcholares - - erant Britones Britonantes.* Proceſſ. a. 1440. *Cum quodam Britone Britoniſante.*

BRITONES, ſatellites ſeu milites, forte ſic dicti, quod eſſent e Britannia minori ſeu Armorica. Guibert. Abb. in Libro de Laude B. Mariae c. 10. vbi de quadam femina extremo ſupplicio punienda: *Inde ab executore citata petiit ab oratione ſupplicium. Eccleſia B. Iuſti paululum montis denexo poſita, circumſtitis illic Britonibus oratorium praeſtat, etc. Britones* pro graſſatoribus et praedonibus ſumuntur in Charta anni 1395. vbi de depoſitione variorum teſtium coram Officiali Rotomag. ex Archiuo B. M. de bono Nuncio: *Per illas partes tranſierunt gentes armorum Britones et Pillardi et amouerunt ab ipſo teſte quatuor iumenta, etc.* V. *Briguncii.*

† BRITOSVS, mendoſe pro *Briceſus*, inter Probat. t. 2. Hiſt. Brit. p. 268. V. in *Briga.*

† BRITTANEVM, *deambulatorium marmoreum*, in vet. Gloſſar. cod. reg. 7646. V. *Britaneum.*

BRIVA, Gallorum veterum lingua, *pontem* ſonat. Hinc *Samarobriva* Ambianorum vrbs dicta, quod ad *Samaras*, ſeu Somonae pontes inaedificata ſit. *Brina Iſarae*, vulgo *Pontoiſe*, vrbs ad Iſaram, ſeu Eſiam extructa: *Brina Curreria*, in Lemouicibus, apud Gregor. Turonenſ. l. 7. Hiſt. c. 10. et Aimoinum lib. 3. Hiſt. cap. 61. ſic dicta, quod ſit ad *Curreriam*, qui vulgo *la Correze*, vocitatur, et *Brinate* in Aruernis. Vide Cluuer. l. 1. Germ. antiq. cap. 7. Valeſium Notit. Gall. p. 100. et 101. et ſupra in *Briga* et *Brighbos.*

BRIVIA, V. *Bidria.*

BRIVLVM, V. *Brolium.*

† BROA. (1) Limes, terminus, forte maxime cum aliquo dumo indicatur. Ch. Mſ. Phil. Pulcri a. 1319. *Vſque ad broas, quae ſunt verſus vinum de Stricone, ſicut dicta broa aſcendit ſurſum vsque ad ſtratam.* Lit. Mſ. Caroli V. a. 1375. *Petia terrae - - quae confrontat - - ex vna parte cum - - quadam broa ſine termino in medio.* V. *Broale.* (2) Idem quod *Brolium*, ſiluula, in Ch. a. 1165. *Manſum de Alber cum broa et cum foreſte.* (3) Locus depreſſus, humidus, paſcuus, idem quod *Breil*, Germ. Bruch.

† BROALE, idem ac *Broa* 1. Libert. Figiaci a. 1318. t. 7. Ordinat. reg. Fr. p. 664. *In quaeſtionibus bolarum ſeu metarum, broalium, finium et terminorum.*

† BROBATVRA, pro *Brodatura.* Locus eſt in *Racamatura.*

BROCA. (1) Fiſtula doliaris, Gall. *Broche*, Germ. Zapfen. *Vinum venditum ad brocam*, (minutatim) in Inſtitut. Capituli Gener. Ciſterc. an. 1134. c. 50. et in Inſtitut. a. 1256. *De vino vendito in broca*, in Tabular. Compend. Vinum venditum ad BROCHIAM, in Ch. Mſ. a. 1314. V. *Broccae* et *Brocha.* (2) Ager in-

cultus, dumetum, Germ. Gerück, Gall. *Broussaille*, olim *Broce*. Ch. Mſ. a. 1205. *Concessimus - - XV. arpenna de brocis.* Tabular. S. Germ. Prat. a. 1278 *Pasturagium et usuarium in omnibus brocis.* (3) *Labrosa, bellua maris.* Papias Mſ. V. *Broccus.* (4) † Dens, cornu, aculeus. Stat. synod Tornac. a. 1366. c. 10. *Baculos ferreos cum brocis.* V. *Broccae* et *Brochia* 2. (5) † Canna, arundo, pedamentum, Ital. *Brocca.* Stat. Auellae a. 1496. c. 52. *Qui ceperit in aliena vinea - - aliquos pallos, vel perticas, seu aliquos parteglonos vel brocas.* V. *Bropa.* (6) † Vasis genus, ad mensam alioquin vsus destinatum. Inuent. Mſ. a. 1361. *Quinque brocas ferreas stagnatas ad comedendum concessas. Item VI. brocas sine candelabris ferreos stanhatos.*

† BROCALIVM, fistula doliaris, in Stat. datiar. Riper. c. 4.

† BROCARDICVM, iuris axioma, Gall. *Brocard*, Hisp. *Brocardico.* Praefat. in Constit. Frider. II. Imp. De etymo vocis consule Menag. Dictionn. etymol. v. *Brocard.* V. etiam *Brocardum.* BROCCARDAE, *regulae generales*, apud Guidon. Pancirol. V. Barber. Docum. d'amore p 292.

† BROCARDVM. Glossar. iurid. anonymi, Cod. reg. 4611. *Brocardum si non valet quod ago vt ago, nec videlicet vt posset procedit, quando peccatur in causa efficienti et in forma simul, vt in solo forma; secus quando peccatur in materia vel causa efficienti tantum.* V. *Brocardicum.*

† BROCARE. (1) Foliis seu frondibus spoliare, ab Ital. *Brucare*, frondari. Stat. ciuit. Aftae. *Brocandi folia vitis.* (2) Aurum vel argentum serico intexere, Gall. *Brocher.* Inuent. a. 1319. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 364. V. *Broccatum.*

BROCARIA, dumeta, Gall. *Broussailles*, vel f. ericeta, *Bruyeres.* Charta Caroli Comitis Flandriae apud Miraeum to. 2. p. 962. col. 2. *Decimam quoque de Oostburg tam de vetra veteri, quam de nova, scilicet et brocarias in Testrep et Gersta.* V. *Bruarium.*

BROCARIVS, proxeneta, interpres et consiliarius contractuum, Anglis *Broker.* Statuta Gildae Berwic. p. 27.

BROCAT, pannus auro contextus, Hispanis hodie *Brocado raso* vel *rico*, Gallis *Brocard d'or.* Concil. Hisp. t. 4. p. 192. *Pannis auro contextis siue de Brocat dicti.* V. *Brocare* 2.

BROCATVM, f. pro *Brodatum*, Gall. *Brodé.* Acta SS. Martii to. 3. pag. 694. *Cum superpelliceo duplicato et extra brocatum prae se ferente.*

BROCCAE, BROCHAE, BROCHIAE, fides acuae, pali, Gallis *Broche*, Armoricis *Brochenn.* Vgutio: *Broccae, acus ligneae quibus mortua in cilicio suitur, vnde inbroccare, brocis consuere.* Idem alibi: *Subula, brocca ferrea qua suitur sotulare.* Chronicon Clareuallense ann. 1187. *Quam postea sanctus Petrus Tarantasiensis a fudibus, id est, brochis igneis de brachio eius exeuntibus perfecte sanauit.* V. *Broca.*

† BROCCALVM, pannus auro intextus, Gall. *Brocard.* Ordo cumizar. Mſ. *Vnum baldachinum cum chamis broccali de auro.* V. *Brocare* 2.

BROCCARDA, V. *Brocardicum.*

† BROCCATVM, idem qc *Broccatus*, in Inuent. monaſt. Cafin. a. 1457. V. *Brocare* 2.

BROCCVS, *qui labra superiora habet*, Vgutioni. *Brocchus, labrosus*, in vet. Gloss. San-German. num. 501. Varroni *Brocchus* est dens eminulus, de serie procurrens et exertus, Plinio autem homo ipse huiusmodi dentes habens atque inde labratus supra modum.

† BROCELLVM, dumetum, idem ac *Brustia*, Gall. ol. *Brocelle.* Ch. Mſ. a. 1317. V. *Broca* 2. et *Brotellus.*

BROCVS, *obstinatus.* Gloss. Arabico-Lat.

BROCHA, ex Gall. *Broche*, veru, Anglis *Stick.* Liber Ramesiensis fol. 300. V. *Brocae*, et *Stica* 2.

BROCHATA, mensura, f. sic dicta a Gall. *Broc*, amphora. Recognitiones de Vouta Dioeceſ. Viuar. in Archiuo Principis de Rohan fol. 49. *Sub censu annuo pro praemissis septem brochatarum vini puri et sex sold.* V. *Brochèta* et *Brochus.*

BROCHELERIVM, inter arma venit, in Iure Vicentino lib. 3 *Scuto, brochelerio, vel alio insigni armorum de-*

fen-

fexibilium, etc. Ital. *Brochiere*, eſt parma. V. *Brochia.*

† BROCHERIVS, pro *Bocherius*, macellarius, in Ch. Mſ. a. 1407. V. *Barcerius.*

BROTELLVS, et BRETELLVS. Sic inſulae in Rhodano vocantur, forte a voce *Breuillet* vel *Broillet*, quod eiusmodi inſulae dumoſae admodum eſſe ſolent; Lugdunenſibus etiamnum, *les Broteaux*, vel *les Breteaux du Rhoſne.* Charta Eccleſiae Lugdun. a 1298. †. *Brotellus* diminut. eſt a *Broſſa.* Inquiſit. Mſ. a. 1480. *Illi de Molone in illis brotellis - - bochianerunt tanquam in eorum brotellis.* Areſt. a. 1492. *In dictis brotellis - - poterunt bocheare et de nemoribus capere.* V. *Brocellum.*

† BROTONS, tonans, Iouis epitheton a Graeco βροντή, fulmen. Inſcript. ap. D. de Montfauc. in Diar. Ital. p. 41. *Bono Deo Brotonti.*

BROTS, botrus, vua. Charta pro Communia de Balneolo ann. 1300. *Aliqua perſona non ſit auſa accipere brots vitium, nec agreſtam, nec amorinas, nec malhols colligere in poſſeſſionibus alienis.*

† BROVCATVM, idem ac *Broccatum*, pannus auro intextus. Obituar. apud Beſt. in Pictav. p. 348.

† BROVDATOR, idem ac *Brodator*; BROVDATVRA, idem ac *Brodatura.* Comput. Mſ. a. 1429. Necrolog. Mſ. eccleſ. Pariſ.

BROVDATVS, BROVDERATVS, V. in *Brodatus.*

† BROVETA, a Gall. *Brouette*, vehiculum, idem quod *Broeta.* Comput. Mſ. fabr. S. Petri Inſul. a. 1402.

BROVLVM, V. in *Brolium.*

† BROVRDADVS, inter opifices et miniſtros eccleſiae S. Petri Inſul. recenſetur, in Comput. Mſ. fabr. eiusd. eccl. a. 1519. *Pro vaſibus vitrarii, carpentarii, latomi, coopertoris tegularum, clienſis eccleſiae et brourdarii.* Leg. forte *Brousdarii.* V. *Brousdas.*

† BROVTARE, vehiculo, *braeta* dicta, transuehere, Gall. *Brouetter*; BROVTARIVS, qui eiusmodi vehiculo transfert. Comput. Mſ. eccl. S. Vulfr. Abbauil. a. 1450. V. *Abrotare* et *Broueta.*

BROXAE. Martinus de *Arles*, Canonicus Eccleſiae Pampilonenſis, lib. de ſuperſtitionibus: *Et primo de falſa opinione credentium illas maleficas et ſortilegas mulierculas, quae vt plurimum vigent in regione Baſconica, ad Septentrionalem partem montium Pyrenaeorum, quae vulgariter Broxae nuncupantur, poſſe transferri de eo loco in locum per realem mutationem, etc.* † *Bruſches*, ex Borello, in comitatu Fuxenſi.

BROYDATVS, V. in *Brodatus.*

BROYLVS, V. in *Brolium.*

BROZIA, V. *Bruſcia.*

BROZIVM, menſura carbonum, in Contract. Datior. Bergom. l. 5. c. 4.

BROZIVS, V. *Brociur* 1.

† BRVA, idem quod *Broſſa*, ſiluula, dumetum. Ch. Henr. reg. Angl. *Permittatis habere monachis - - tot arbores in bruis ad focum ſuum etc.* Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. *Brua, Brue.* V. *Broa* 2. et *Bruarium.*

BRVARIVM, BRVERA, Armoric. *Brug*, Ericetum, ager ſterilis, vepribus et dumetis horridus: *Bruiere*, in Conſuet. Perticenſi art. 39. et apud Froiſſart. 2. vol. c. 126. Statuta Roberti III. Regis Scotiae c. 11. *Non fiat combuſtio morum, ſine brurii, niſi in menſe Martii.* Monaſticum Anglic. tom. 1. p. 681. *Duas virgas de terra, et acras de bruaria.* Alibi: *Viis, inuiis, ſegetibus, ſilnis, brueriis.* BRVERA. Matth. Paris: *Eris tornamentum in bruera de Stane.* Vitae Abbatum S. Albani: *In montanis vel brueris. Ius falcandi herbam vel brueram*, apud Bracton. l. 4. tract. 1. cap. 38. §. 2. cap. 41. §. 1. BRVERIA, in Charta Matthaei D. Montic-

Monasmorenciaci ann. 1264. apud Duchesnium pag. 114. et in Actis Capitularibus Ecclesiae Lugdun. an. 1347. fol. 126. V. BRVIERIA, Regest. Probus fol. CCCXVIII. *Recogn. de Clermont et Trieus: cum bruieriis, boscis et terris non fertilibus.* BROIARIA, Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *Campo cum silua, cum broiario, quae est sita in pago Viennense.* BROIHERA, idem videtur quod *Bruera*, in Monastico Angl. tom. 2. pag. 205. *In redita broiherae de Mordono.*

BRVCIA, V. in *Brusia.*

† BRVCINVS, buxus, vt videtur, vel ligni genus ad capulos cultellorum aptum. Ch. pedag. Treuolt. *Bruchus debet XXIV. partem de pedagio.* Alia: *Brucin propre a faire manches de couteaux.*

† BRVCIVS. Alex. Iatrosoph. Mss. l. 2. Passion. c. 80. *Annon interius inunginus et pice brutia* (alibi *bricia*) *subfumigamus.* Vbi Glossae: *i. liquida.*

† BRVCO, vox Italica, piscis species. V. *Pastinaca.*

BRVCTARE, V. *Blutare.*

BRVCVS. (1) *Qui labrum superiorem tumidum habet.* Papias Mss. V. *Broccus.* (2) † Pro *Bruchus*, Gr. βρουχος, Ital. *Bruco*, vermis seu locustae species. Glossar. Lat. Gall. Cod. reg. 521. *Brucus*; *Gall. Haneton, nam vita eius brevis.* Murat. t. 12. Script. p. 1037. *Brucis herbas et frondes corrodentibus.* V. Martin. Lex. v. *Bruchus.*

BRVDATVS, V. *Brodatus.*

† BRVELLAE, intestina, a vet. Gall. *Brenilles.* Consuet. Mss. Monast. S. Crucis Burdegal. ante an. 1305. *Tenetur dare panem, vinum et bruellas.*

BRVERA, BRVERIA, V. *Bruarium.*

† BRVGARIA, BRVGERIA, BRVGVERA, BRVGVERIVM, ericetum, ager sterilis, vepribus et dumetis horridus, idem quod *Bruarium.* Glossar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Bruc, Prouinc. stopa, stipa, stipula. Brucar, Prouinc. a cespitare. Bruguiera, Prov. scopetum.* Ch. Mss. a. 4. Lothar. reg. *De illa brugaria.* Placit. a. 891. t. 6. Gall. Christ. Instrum. p. 170. *In brugarias nec non et in felgarias.* Et sic passim alibi.

BRVGASSA, V. in *Barta.*

BRVGBOT, V. *Brighbot.*

BRVGEDIVM, species panni. Notitia concordiae Arnaudi fol. 3. versa e Chartulario S. Vincentii Cenoman. *Notum autem fiat, quod 30. fol. Ernaudus pro hoc facto habuit, et filius eius Hugo cotellam de brugedio et caligas et sandalia.*

† BRVGGA, ager sterilis, vacuus. Ch. Margar. comit. Flandr. a. 1276. in Supplem. ad Miraeum pag. 131. *Fundum et bruggam super Roiam - - ad aedificandum domum - - necessarium.*

† BRVGIA, modus agri. Reg. Phil. Aug. ex Cod. reg. 4653. *Reginaldus de Buxeria tenet decimam de Neiron et duas brugias terrae apud Vmeium.* Vbi Cod. alter 4651. habet *Bongias.* V. *Broga.*

BRVGILVS, V. in *Brolium.*

BRVGINA, vt mox *Bruginus.* Tabular. Narbon. an. 1250. V. *Batuda.*

BRVGINVS, retis species, de qua iam supra in *Breginus.* Statuta Massil. pag. 158. *Item, statuimus, quod aliquis extraneus vel ciuis non possit vendere pisces, nisi in piscaria communis, vel ante bruginos in stario nauium, secundum quod continetur in gabella piscariae.* In Mss. legitur *Barginus.* V. *Broginus.*

† BRVGITVS, murmur, Gall. *Bruit.* Lit. remiss. Mss. an. 1450. *Auditum est murmur siue brugitus.*

BRVGNA, lorica. Testamentum Dadilae ann. 813. apud Mabillon. Diplom. lib. 6. pag. 615. D. col. 2. *Vna cum arma mea, quae ad meum opus habeo, id est, in spatis, lanceis, brugnis et in stutis*, etc. V. *Brunea.*

† BRVGOLA, fungus, vel prunum silvestre, ab Ital. *Brugnola*, vt interpretantur editores Act. SS. t. 2. Aug. p. 577. *Non inuenis vnde refectionem haberet, nisi de brugolis et aliis fructibus siluestribus.*

BRVGVERA, BRVGVERIVM, Vid. *Brugaria.*

† BRVIDA, idem ac *Brugaria*, ericetum, Gall. *Bruiere.* Ch. an. 1183.

ap. Murat. tom. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 339. V. *Bruarium.*

BRVIERIA, V. *Brugirium.*

BRVILLIVM, BRVILLVM, BRVILLVS, V. *Brolium.*

BRVIRA, vexillum apud Mediolanenſes praecipuum. V. *Carrocium.*

† BRVLETVS, moneta nigra ſeu aere mixta, quod ſit aduſti coloris, Gall. *Brulé.* Ch. Mſ. ann. 1343. *Vsque ad ſummam quingentarum librar. Turon. exiſtentem in bruletis de duobus denariis et in obolis albis* etc. V. *Bruna* 1. et in *Moneta.*

BRVLLATVS, V. in *Brodatus.*

BRVLLIVM, V. in *Brolium.*

BRVMA. (1) BRVMA, BROMA, BRVMALIA. Feſtus dies Romanorum octauo Kalendi Decembr. celebrari ſolitus, vt conſtat ex Kalendariis Romanis Heruatiano et Bucheriano, in quibus hocce die, ſcriptum *Bruma.* Huius porro feſti, originem tradunt auctor Chronici Alexandrini, Suidas et Tzetzes ad Heſiodi lib. 2. ἔργ. et ex iis Caelius Rhodiginus lib. 28. Antiq. Lect. cap. 25. qui in honorem Bacchi, quem veteres *Bromium* appellabant, a Romulo inſtitutum ſcribunt. Habet etiam Ioëles in Chron. p. 151. quaedam de illius origine non tamen omnino conſona iis, quae ab aliis traduntur. Alii probabilius a *bruma*, ſeu hieme, qua tempeſtate eiusmodi feſtum celebratur. Veteres enim Graeci, inquit Scaliger lib. 2. de Emend. temporum, a *Bruma*, vt cognoſcimus ex Octaëteridibus Cleoſtrati et Harpali, tempora ſua ordiebantur, et eos ſecuti Romani, quod facilius ex decrementis vmbrae horas obſeruarent, *brumae* confecto die, quam ab incrementis, ſolſtitio. Vide praeterea Ianum Rutgerſium lib. 4. Var. Lect. cap. 8. Gloſſ. Gr. Lat. Τροπὴ χειμερινὴ, *bruma, brumalis.* Concilium Rom. ſub Zach. PP. ann. 743. can. 9. et Capitula Atronis Epiſc. cap. 78. *Vt nullus Kalendas Ianuarias, et bromas, colere praeſumpſerit.* Tertullianus libro de Idololatria c. 14. *Saturnalia, et Ianuariae, et Brumae, et Matronales frequentantur*, etc. *Brumalia* vocat hocce feſtum Synodus Trullana can. 62. a qua etiam proſcribitur, interdicturque Chriſtianis quod paganorum eſſet. Quam vocem, alia licet notione, habet etiam Epigramma Petri Patricii ad Leonem Philoſophum, deſcriptum a Lambecio lib. 4. Comment. de Biblioth. Caeſarea pag. 180. Neque alii ſunt

BRVMATICI, de quibus Capitulare Pipini Regis Italiae, editum a Beluzio c. 32. *De pruuis illis hominibus qui Brumaticos colunt, et de hominibus ſuis ſubtus maida cerias incendunt, et vasos vouent*, etc. Vbi perperam editum *Brunaticos.* Nam eadem ſunt, quae in Trullana ſynodo interdicuntur.

(2) † Pruina. Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Brumes, Bruma, froit, gelée du matin. Brouez, gelée du matin, pruina*, in eod. Gloſſar. V. *Brina.*

(3) † Galeae ſpecies, Gallis etiam *Brument.* Gloſſar. Lat. Gall. an. 1352. Cod. reg. 4120. *Bruma, Galeie.*

BRVMALIA, V. *Bruma* 1.

† BRVMALIGVM, pruina. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Vbac, Prov. Brumaligium.* V. *Bruma* 2.

BRVMARII. *Qui habet faſtidium ciborum*, Vgutioni.

BRVMATICI, V. *Bruma.*

BRVMOSVS, V. *Bromoſus.*

BRVMVS, V. ibidem.

BRVNA. (1) Moneta, quam alii *Nigram* vocant, ſeu aeream. Chronicon Barcinonenſe: *Anno 1200. currebat moneta, quae dicebatur brũna, et duranit vsque in anno 1209.* V. in *Moneta.* (2) Lorica. Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. p. 95. col. 2. D. *De brunis vt nullus foras regno noſtro vendere praeſumat.* V. *Brunea.*

BRVNATICI, V. *Brunatici* in *Bruna.*

BRVNATICVS, f. fuſcus, ſubniger, Gall. *Brun.* Res Mogunt. edit. 1722. t. 2. p. 546. *Adelheidis legauit pallium brunaticum fabricae.*

BRVNCLERVS, idem qui ſupra *Brenetarius*, qui *brenia* defunctorum deferebat. Tabularium Calenſe fol. 97.

BRVN-

BRVNDA, *ſolida*. In Gloſſ. Iſid. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Brunda: heorues heafod*, i. ceruinum caput. Vguitio: *Brunda, caput vel cornu cerui.* Addit Ioan. de Ianua ex Papia: *Vnde Brundufium, a ſitu loci dictum, videntur enim cornua cerui, et capus, et figura in diſpoſitione eiusdem loci.* Feſtus ad vocem *Brandufium* habet: *Quidam Poëtae breuitatis cauſa Brendam dixerunt.* Ianſonio in ſuis ad Iſid. Gloſſarium Collectaneis magis placeret *Bunda* a Teutonico *Bündig.* firmus, ſolidus. Gloſſarium Anicienſe MS. *Brundus, ſolidus.* Vide Stephanum de Vrbibus, et Iſidor. lib. 15. Orig. cap. 1.

BRVNEA, BRVNIA, BRONIA. Gloſſ. Lat. Theotiſc. *Thorax, miliare ornamentum, lorica, brunia.* Capitulare 4. an. 804. cap. 7. *Et inſuper omnis homo duodecim manſis bruniam habeat*, etc. Capitula eiusdem Caroli M. lib. 6. cap. 212. *Vt armillae et bruniae non dentur negotiatoribus.* Occurrit ibidem lib. 1. cap. 14. et alibi. Capitula eiusdem Imp. data ad Saltz. cap. 8. *Vt nullus ex clericali ordine - - neque laïcus bruneas, aut arma infra monaſteria puellarum commendare praeſumant.* Praeceptum Caroli M. an. 795. ex Tabulario Narbon.: *Obtulit equum optimum et brunia optima, et ſpatam ſudiam cum tecka de argento parata.* V. *Brunus.* BRONIA. Tabul. Caſaurienſe: *Cum caeteris meis debitatibus et caballis, et bronia, et caetera arma, quae ego habui.* *Bron* Britannis eſt mamma, pectus, vnde fortaſſis *Bronia* vel *Brunea*, quod pectus tegat. BYRNE et BYRNAN, eadem notione, in Legibus Athelſtani Regis Anglo-Saxonicis cap. 26. et Kanuti cap. 69. *) Germ. olim Brunia, Brunje, Brüne, Brän, eodem ſignificatu. V. Gloſſar. Wachteri, Lexic. German. Friſchii. et Gloſſar. Suio-Goth. Clar. viri Ihre v. *Brynja.*

BRVNEARII. Charta Ottonis M. Imp. an. 950. pro Eccleſia Ratiſpon. ap. Meibomium, et in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 227. *Cum - - - piſcationibus, manjonariis, barſtalkis, aurearis, bruneariis, cidelariis, molendinis*, etc. Vbi *Aurearii* iidem, qui *Aurarii, Bruneurii* vero *Bruniarum* confectores videntur. Vide *Brunea.*

BRVNEDO, color fuſcus. Friderici II. Imp. l. 2. de Venat. c. 21. *Habentes marginem, tendentem ad brunedinem.* V. *Brunus.*

BRVNELLVS, certa menſura ſalis. Charta anni 1181. ex Chartulario Criſenonenſi: *Dedi in perpetuum et conceſſi Deo et Eccleſiae B. Mariae de Criſenone et Sanctimonialibus ibidem Deo ſeruientibus 30. brunellos ſalis apud Antiſſiodorum.* Bulla Celeſtini III. an. 1196. de Bonis monaſterii Criſenon. *Molendina de pratis, clauſum vinearum - - octingenti brunelli ſalis.* † Idem quod *Minotus*, qui centum librarum ponderis eſt, vt colligitur ex iuribus epiſc. Autiſſ. ad calcem Polypt. Bretel, *Brunelli ſeu minoti* etc. V. *Pela* 2

BRVNETA, BRVNETVM, pannus non ex nativi coloris lana confectus, ſed quauis tinctura imbutus. Sebaſt. Cobarruuias: *Brunete cierto panno baſto de color negra non fina, de bruno, que en lengua Italiana vale obſcuro.* Statuta Raimundi Comitis Toloſae apud Catellum in Hiſt. Comit. Toloſae p. 350. *Caligis de aliqua bruneta etiam nigra - - non utantur.* Bulla Gregorii IX. PP. pro Benedictinis Monachis: *Nec quisquam in quouis loco tunicis vel coopertoriis de bruneto, aut pellibus ſilueſticis - - vti praeſumat.* Concil. Monſpelienſe an. 1214. c. 17. *Non utantur cappis, tunicis, vel palliis de aliqua bruneta clara, vel nigra*, etc. Adde Concil. apud Campinacum an. 1238. cap. 25. Concil. Biterrenſe an. 1246. c. 23. BVRNETVM, idem apud Matth. Paris: *Monachii camiſiis lineis, vel burnetis non utantur.* Vitae Abbat. S. Albani: *Nullus utatur tunica de burneto.* Prouinciale Eccleſ. Cantuar. lib. 3. tit. 19. ex Concilio Oxonienſi ann. 1222. cap. 38. *Monachi nec Conuenici regulares - - burneto vel alio panno irregulari de caetero utantur.* Vbi Lindwodus: *Poteſt eſſe differentia inter brunum colorem*

ap. Murat. tom. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 339. V. *Bruarium.*

BRVIERIA, V. *Bruarium.*

BRVILLIVM, BRVILLVM, BRVILLVS, V. *Brolium.*

BRVIRA, vexillum apud Mediolanenſes praecipuum. V. *Carrocium.*

† BRVLETVS, moneta nigra ſeu aere mixta, quod ſit aduſti coloris, Gall. *Brulé.* Ch. Mſ. ann. 1343. *Vsque ad ſummam quingentarum librar. Turon. exiſtentem in bruletis de duobus denariis et in obolis alhis* etc. V. *Bruna* 1. et in *Moneta.*

BRVLLATVS, V. in *Brodatus.*

BRVLLIVM, V. in *Brolium.*

BRVMA. (1) BRVMA, BROMA, BRVMALIA. Feſtus dies Romanorum octauo Kalendi Decembr. celebrari ſolitus, vt conſtat ex Kalendariis Romanis Heruatiano et Bucheriano, in quibus hocce die, ſcriptum *Bruma.* Huius porro feſti, originem tradunt auctor Chronici Alexandrini, Suidas et Tzetzes ad Heſiodi lib. 2. ἔργ. et ex iis Caelius Rhodiginus lib. 28. Antiq. Lect. cap. 25. qui in honorem Bacchi, quem veteres *Bromium* appellabant, a Romulo inſtitutum ſcribunt. Habet etiam Ioëles in Chron. p. 151. quaedam de illius origine non tamen omnino conſona iis, quae ab aliis traduntur. Alii probabilius a *bruma*, ſeu hieme, qua tempeſtate eiusmodi feſtum celebratur. Veteres enim Graeci, inquit Scaliger lib. 2. de Emend. temporum, a *Bruma*, vt cognoſcimus ex Octaëteridibus Cleoſtrati et Harpali, tempora ſua ordiebantur, et eos ſecuti Romani, quod facilius ex decrementis vmbrae horas obſeruarent, *brumae* confecto die, quam ab incrementis, ſolſtitio. Vide praeterea Ianum Rutgerſium lib. 4. Var. Lect. cap. 8. Gloſſ. Gr. Lat. Τροπὴ χειμερινὴ, *bruma, brumalis.* Concilium Rom. ſub Zach. PP. ann. 743. can. 9. et Capitula Atronis Epiſc. cap. 78. *Vt nullus Kalendas Ianuarias, et bromas, colere praeſumpſerit.* Tertullianus libro de Idololatria c. 14. *Saturnalia, et Ianuariae, et Brumae, et Matronales frequentantur*, etc. *Brumalia* vocat hocce feſtum Synodus Trullana can. 62. a qua etiam proſcribitur, interdicturque Chriſtianis quod paganorum eſſet. Quam vocem, alia licet notione, habet etiam Epigramma Petri Patricii ad Leonem Philoſophum, deſcriptum a Lambecio lib. 4. Commenr. de Biblioth. Caeſarea pag. 180. Neque alii ſunt BRVMATICI, de quibus Capitulare Pipini Regis Italiae, editum a Beluzio c. 32. *De pravis illis hominibus qui Brumaticos colunt, et de hominibus ſuis ſubtus umida cerias incendunt, et votas vovent*, etc. Vbi perperam editum *Brunaticos.* Nam eadem ſunt, quae in Trullana ſynodo interdicuntur.

(2) † Pruina. Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. *Brumae, Bruma, froit, gelée du matin. Bromae, gelée du matin, pruina*, in eod. Gloſſar. V. *Brina.*

(3) † Galeae ſpecies, Gallis etiam *Brumeut.* Gloſſar. Lat. Gall. an. 1352. Cod. reg. 4120. *Bruma, Galeie.*

BRVMALIA, V. *Bruma* 1.

† BRVMALIGVM, pruina. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Vbac, Prov. Brumaligium.* V. *Bruma* 2.

BRVMARII. *Qui habet faſtidium ciborum*, Vgutioni.

BRVMATICI, V. *Bruma.*

BRVMOSVS, V. *Bromoſus.*

BRVMVS, V. ibidem.

BRVNA. (1) Moneta, quam alii *Nigram* vocant, ſeu aeream. Chronicon Barcinonenſe: *Anno 1200. currebat moneta, quae dicebatur bruna, et duravit vsque in annum 1209.* V. in *Moneta.* (2) Lorica. Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. p. 95. col. 2. D. *De brunis vt nullus foras regno noſtro vendere praeſumat.* V. *Brunea.*

BRVNATICI, V. *Brunatici* in *Bruna.*

BRVNATICVS, ſ. fuſcus, ſubniger, Gall. *Brun.* Res Mogunt. edit. 1722. t. 2. p. 546. *Adelheidis legauit pallium brunaticum fabricae.*

BRVNCLERVS, idem qui ſupra *Brenetarius*, qui *brevia* defunctorum deferebat. Tabularium Calenſe fol. 97.

BRVN-

BRVNDA, *ſolida.* Ita Gloſſ. Iſid. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Brunda: heorues heafod*, i. ceruinum caput. Vguio: *Brunda, caput vel cornu cerui.* Addit Ioan. de Ianua ex Papia: *Vnde Brundufium, a ſitu loci dictum, videntur enim cornua cerui, et capus, et figura in diſpoſitione eiusdem loci.* Feſtus ad vocem *Brandufium* habet: *Quidam Poëtae breuitatis cauſa Brendam dixerunt.* Ianſſonio in ſuis ad Iſid. Gloſſarium Collectaneis magis placeret *Bunda* a Teutonico *Bündig.* firmus, ſolidus. Gloſſarium Anicienſe MS. *Brundus, ſolidus.* Vide Stephanum de Vrbibus, et Iſidor. lib. 15. Orig. cap. 1.

BRVNEA, BRVNIA, BRONIA. Gloſſ. Lat. Theotiſc. *Thorax, miliare ornamentum, lorica, brunia.* Capitulare 4. an. 804. cap. 7. *Et inſuper omnis homo duodecim menſis bruniam habeat*, etc. Capitula eiusdem Caroli M. lib. 6. cap. 212. *Vt armillae et bruniae non dentur negotiatoribus.* Occurrit ibidem lib. 1. cap. 14. et alibi. Capitula eiusdem Imp. data ad Saltz. cap. 8. *Vt nullus ex clericali ordine - - neque laïcus bruneas, aut arma infra monaſteria puellarum commendare praeſumant.* Praeceptum Caroli M. an. 795. ex Tabulario Narbon.: *Obtulit equum optimum et brunia optima, et ſpatam ſuam cum tecka de argento parata.* V. *Brunus.* BRONIA. Tabul. Caſaurienſe: *Cum caeteris meis debitatibus et cabaltis, et bronia, et caetera arma, quae ego habui.* *Bron* Britannis eſt mamma, pectus, vnde fortaſſis *Bronia* vel *Brunea*, quod pectus tegat. BYRNE et BYRNAN, eadem notione, in Legibus Athelſtani Regis Anglo-Saxonicis cap. 26. et Kanuti cap. 69. *) Germ. olim Brunia, Brunje, Brüne, Brän, eodem ſignificatu. V. Gloſſar. Wachteri, Lexic. German. Friſchii. et Gloſſar. Suio-Goth. Clar. viri Ihre v. *Brynja.*

BRVNEARII. Charta Ottonis M. Imp. an. 950. pro Eccleſia Ratiſpon. ap. Meibomium, et in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 227. *Cum - - - piſcationibus, manſionariis, barſcalkis, aurearüs, bruneariis, cidelariis, molendinis*, etc: Vbi *Aurearii* iidem, qui *Aurarii*, *Bruneurii* vero *Bruniarum* confectores videntur. Vide *Brunea.*

BRVNEDO, color fuſcus. Friderici II. Imp. l. 2. de Venat. c. 21. *Habentes marginem, tendentem ad brunedinem.* V. *Brunus.*

BRVNELLVS, certa menſura ſalis. Charta anni 1181. ex Chartulario Criſenonenſi: *Dedi in perpetuum et conceſſi Deo et Eccleſiae B. Mariae de Criſenone et Sanctimonialibus ibidem Deo ſeruientibus 30. brunellos ſalis apud Antiſſiodorum.* Bulla Celeſtini III. an. 1196. de Bonis monaſterii Criſenon. *Molendina de pratis, clauſum vinearum - - octingenti brunelli ſalis.* † Idem quod *Minotus*, qui centum librarum ponderis eſt, vt colligitur ex iuribus epiſc. Autiſſ. ad calcem Polypt. Bretel. *Brunelli ſeu minoti* etc. V. *Pela* 2

BRVNETA, BRVNETVM, pannus non ex nariui coloris lana confectus, ſed quauis tinctura imburus. Sebaſt. Cobarruuias: *Brunete cierto panno baſto de color negra non fina, de bruno, que en lengua Italiana vale obſcuro.* Statuta Raimundi Comitis Toloſae apud Catellum in Hiſt. Comit. Toloſae p. 350. *Caligis de aliqua bruneta etiam nigra - - non utantur.* Bulla Gregorii IX. PP. pro Benedictinis Monachis: *Nec quisquam in quouis loco tunicis vel coopertoriis de bruneto, aut pellibus ſilueſticis - - vti praeſumat.* Concil. Monſpelienſe an. 1214. c. 17. *Non utantur cappis, tunicis, vel palliis de aliqua bruneta clara, vel nigra*, etc. Adde Concil. apud Campinacum an. 1238. cap. 25. Concil. Biterrenſe an. 1246. c. 23. BVRNETVM, idem apud Matth. Paris: *Monachii camiſiis lineis, vel burnetis non utantur.* Vitae Abbat. S. Albani: *Nullus utatur tunica de burneto.* Prouinciale Eccleſ. Cantuar. lib. 3. tit. 19. ex Concilio Oxonienſi ann. 1222. cap. 38. *Monachi nec Canonici regulares - - burneto vel alio panno irregulari de caetero utantur.* Vbi Lindwodus: *Poteſt eſſe differentia inter brunum colorem*

lorem et burnetum: brunus enim color poteſt fieri ex lana ipſa abſque tinctura, quale apud nos eſt ruſſetum et nigrum: Burnetum vero requirit tinctuam et artificium hominis quoad colorem. Occurrit apud Limborch. in Sentent. Inquiſit. Toloſ. p. 161. in Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 280. et 291. V. *Supertunicale* et *Brunus*.

BVRETVM, eadem notione. Geſta Conſulum Andegauenſium cap. 6. n. 8. *Indutus tunica illius panni, quem Franci Griſetum vocant, nos Andegani Buretum.* Forte *Burnetum*.

BRVNETI, monetae ſpecies. Chron. Ianuenſ. Iacobi de Varagine apud Murator. tom. 9. col. 34. *Hoc tempore* (an. 1113.) *inuenta eſt moneta denariorum, qui bruneti dicebantur, prius enim Ianuenſes Papienſibus vtebantur.* Et col. 27. *Anno Domini* MCXXXIX. *moneta, quae dicebatur Brunetorum, quae tunc Ianuae fiebat, ceſſata fuit - - Primo enim in Ianua expendebantur Papienſes, deinde Bruni, poſtea Bruneti, qui erant minores quam Bruni, vltimo dicuntur Ianuini.*

BRVNIA, V. *Brinea*.

BRVNICVS, BRVNITVS, equus tolutarius. Iſidorus lib. 12. Orig. cap. 1. *Mannus vero equus brevior eſt, quem vulgo Brunitum, vel Brunitium vocant.* Rectius in Gloſſis antiquis MSS. *Brunicum*. Neſcio, an huc pertineat, quod habet Bonitus Subdiac. in Actis S. Theodori Ducis Mart. n. 5. *Equum optimum - - ſibi ſternere iuſſit, quem Graeco eloquio Dardanum, quod Latine Brunum dicitur, nuncupabat.* V. *Buricus*.

† Beſtiarius Mſ. 1. cap. 44. ex Gloſſ. Iſid. habet *Brunium*.

BRVNITVS, laeuigatus, politus, Ital. *Brunito*, Gall. *Bruni*. Pallad. de Architect. *Cum ſtamno lucidiſſimo, id eſt bene brunito.* *) Germanis brunitren, etiamnum eſt polire, laeuigare, Gall. *Brunir*.

BRVNIVS, V. *Brunicus*.

† BRVNTISSAGIVM, politio, Gallis *Bruniſſage*. Comput. Mſ. redecimae S. Petri Inſul. a. 1420. V. *Brunitus*.

† BRVNTVLARE, ab Ital. *Bronzolare*, ſuſurrare, murmurare. Bareleta ſerm. in fer. 6. hebdom. 4. Quadrageſ. *Vxor litigioſa, quae numquam ceſſabat bruntulare.*

BRVNTVS. Gloſſ. Aelfrici cap. de Coloribus: *Bruntus, Wann*: forte *Brunus*, ſeu potius *brunitus*. Saxonibus *Wan*, et *Wann*, eſt liuidus, pallidus. Palladius de Architectura: *Compoſitio Brundi: fume aeruminis partes duas, plumbi vnam, ſtanni vnam.*

BRVNVS, fuſcus color, ſubniger, nigricans, Gall. *Brun*, Italis, *Bruno*, Germ. *Braun*: ſic forte dictus a *prunorum* colore, vt cenſet Octauius Ferrarius, vel quod *Bruniae*, ſeu loricae, colorem referat: vnde Galli *Bronze*, pro aere, ex quo *Brunae* et ſtatuae conficiuntur, a cuius colore ſubfuſco, *Bronzer* dicunt, Itali *Abbronzare*, fuſco colore illinere, depingere. Vetus eſſe verbum Gallicum, aut Germanicum, euincit *Brunechildis* Reginae nomen, quod a Germanico accerſunt quidam, dictamque volunt *Brunne hild*, quaſi *fuſcam heroida*. Rabanus Maurus Poëm. 12. ad Brunuwardum Chorepiſcopum:

Vltima quem clarum, hunc cauſſis prima nigellum
Syllaba.

Leges Ethelredi Regis cap. 23. *Geriſinges pannos et vnum brunum.* Statuta Maſſil. pag. 303. *Item de capa panni bruni vel blanchi - - Item de caligis - - groſſis de vario, vel bruno, ſeu blancho, vel nigro 3. denar.*

BRVSARE, Ital. *Bruſciare*, nouem calefacere, Ignem ex *Bruſcis* accendere in noui, vt facilius purgari poſſit et ſebo illiniri. Ogerii Panis Annal. Genuenſ. ad an. 1213. apud Murator. tom. 6. col. 405. *Accidit in portu noſtro quoddam infortunium; ſcilicet quum calefati bruſarent quamdam maximam nauem, quae vocabatur Conteſſa, accenſo in ea igne combuſta fuit tota, et iuxta illam duas alias naues.* Exſtat in Statutis Maſſil. pag. 570. caput integrum *de modo bruſcandi*, in quo ſtatuitur, *quod nemo audeat bruſcare, vel bruſcari facere in*

in portu Maſſiliae nauem neque bucium, nauem vsque adorire; et in bruſcando in dicto portu, ille qui bruſcabis, hanc adhibeat cautelam, quod ignis illo non tranſeendat mediam cooperta, cum a praedicta media cooperta ſuperius ſit valde periculoſa flamma illius ignis, cum tranſcendit.

† BRVSCALE, dumetum, i. q. *Bruſcia*, Gall. *Bronſſaille*. Chartul. S. Vrſini Bitur. Ch. 87.

BRVSCARE, incendere, amburere, Italis *Bruſciare* et *Brucciare*. Vtitur Sanutus Italus lib. 2. part. 4. cap. 12. vide *Bruſare* et Octav. Ferrarium in Origin. linguae Italicae in *Brucciare*. † Falſo Sanutum hic appellat Cangius, quippe qui *bruſciare*, non *bruſcare*, ſcripſit; neque enim Sanutus nec quis vmquam alius ex Italis *bruſcare* pro incendere vſus eſt, vt teſtatur Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 1091.

† BRVSCATVS, aeris colore imbutus, Gallis *Bronzé*. Ordinar. capellae reg. Mſ. in die Palmarum: *Quando peruenimus ante crucem bruſcatam.*

BRVSCAVA, BRVSQVES. Statuta Maſſil. pag 446. *Item, quod omnis nauis et omne lignum, cooperta, vel coopertum, vel diſcooperta, vel diſcoopertum, quae vel quod dabit latus in portu Maſſiliae det tantumdem, quando raſpabitur, ſeu torquebitur, ſeu quando ſi raſparia, e ſi turquaria quae non Brusques, quantum daret ſi Bruſcava;* MS. habet *Brusquava*. Voces ſunt Gallicae, quae dicuntur de naui *Brusceta* vel *Bruscanda*.

BRVSCIA, BROZIA, dumetum, Gallis *Broſſaille*, vel *Broſſes*, aut *Broce*, Armoricanis *Brouſt*. *Brocelle*, in Conſuetudine Carnotenſi art. 12. Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monaſtici Angl. *Charta noſtra confirmauimus centum acras tam de terra, quam de bruſcia, de manerio, de Riveria.* Idem Monaſticum tom. 1. pag. 773. 4. *toftas cum croftis et totam bruſuam quae ad Newold pertinet.* Leg. forte *Bruſtiam. Terra bruſcoſa*, in charta alia eiusdem Henrici III. eodem tom. 1. pag. 805. Habetur ibi pluries. BROCIA. Re-

geſtum Philippi Aug. *Heronvalliense fol. 9. Et nemus Petri de Aveſnes, quod vocatur Brocia.* BROSSIA, in Charta D. Aubel ciuis Matiscon. a. 1460. *Iuxta broſſiam ſeu terram*, etc. BROZIA, eadem notione, in veteri Charta, ex Tabulario Perſiacenſi in Burg. apud Perard. *Cirenſis villae medietatem cum medietate broziarum et agrorum*, etc. BRVCIA. Tabular Dalonenſis Abbat. fol. 39. *Donamus - - in perpetuam poſſeſſionem bruciam de Inlac, et quidquid in ea habebamus*, etc.

BRVSCIARE, V. *Bruſcare*.

BRVSCIOLVS, Italis *Brusciolo*, Carbunculus, ſpecies vlceris. Acta SS. Martii tom. 2. pag. 100. in Actis S. Franciſcae Romanae: *Horribiliter patiebatur in facie, in qua erant quidem pene nigri bruſcioli, qui totam eius faciem rodebant continuo et inficiebant.*

BRVSCOSVS, V. in *Bruſcia*.

BRVSCVS. (1) Ruſcus, Gall. *Brusc*. Vita S. Humilianae tom. 4. Maii pag. 394. *Aculeatis bruſcis ſe ſaepius verberabat.* (2) Papias: *Rubeta, ranae genus, bruſcus dicitur vulgo.* (3) Prouincialibus *Bruesc*, alvus apum. Charta Autranni in Chartulario Aptenſi fol. 34. V. *Briſca*.

BRVSDVS, BRVSTVS, opus Phrygium acupictum, plumarium; Gallis *Broderie*; Britonibus *Brout* vel *Broud*, vnde *Bronda*, acu pingere. Britannis nſulatibus iuxta Iohannem Daviel, *Brwydi*, inſtrumentum acu pingendi, *Brodio*, acupingere, intexere, etc. Charta Heccardi, Comitis Auguſtodunenſis, ex Tabulario Prioratus Perſiaci in Burgundia apud Perardum pag. 26. *Vno ſenone viridi, cum Brusdo vno de gliſo, vno eſtamo cum Strico aurifrixo, turibulum minore*, etc. Infra: *Burſa cum brusdano, et ſimiana draye plumato ſuper luitrino.* BROSDVS. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis: *Et alios palleos corporales 4. palleos 4. brosdo vnum, Dalmaticas tres*, etc. BRVSTVS. Leo Oſt. lib. 2. cap. 43. *Stolam vnam optimam auro bruſtam cum manipulo.* lib. 3. c. 32. *Albam quoque*

que - - fimulque et amictum bruſto. V. *Brodatus.*

BRVSLATVS, V. in *Brodatus.*

BRVSQVAVA, BRVSQVES, V. *Bruscava.*

BRVSSVRA, V. *Bruſura.*

BRVSTIA. (1) Arcula cogendae ſtipis, Gall. *Tronc.* Statuta Sartorum Montispeſſul. an. 1323. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 469. (2) † Pectinis genus, inſtrumentum quo linum carminatur, Gall. ol. *Broueſſe.* Inuent. a. 1476. ex Tabul. Flamar. *Plus vnum pecten ferri, vulgariter vocatum bruſtia, pro pectinando lino mulieribus.*

BRVSTIO, dumetum, minor boſcus. Charta Caroli Franc. Regis de Dote Frederitae in Chartulario Compendienſi, V. *Bruſcia.*

BRVSTVM, paſtio, cibatus, eſca, paſtio animalium ex *bruſcis*, ſeu dumetis, *le Brouſt.* Hinc *Brouſter*, paſcere, depaſcere. Tabularium S. Crucis Talemond fol. 3. BRVSTVM, Iſidoro in Gloſſis eſt *Materiae genus.* Legendum *Bruscum*, aceris ſpecies, de quo Plinius: *Pulcherrimum vero eſt bruſcum, multoque excellentius etiam molluſcum.*

BRVSTVS, V. *Brusdatus.*

BRVSVA, V. *Bruſcia.*

BRVSVRA, BRVSSVRA, livor, qui ex percuſſione in carne enaſcitur, ex Gallico *Briſure*, vt videtur. Anglis to *Bruiſe*, eſt confringere, collidere, a *Brnſing*. colliſio, confractio. Armoric. *Bruſuna*, conterere, contundere. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 5. §. 7. *Se inueniantur plagae apertae, vel bruſſurae per ictus orbos.* Cap. 23. §. 2.

BRVT. (1) Inſtrum. deſinente 13. ſaeculo aut 14. ineunte ſcriptum ex Schedis D. le Fournieut: *Item quod nullus homo - - amodo ſit vſus facere fieri feſtum, quod appellatur Brut, quia ibi Deus plurimum offenditur, et actus alii illiciti comitti poſſent. Brut* Maſſilienſibus quemadmodum *Brutto* Italis immundum, ſpurcum, ſordidum ſonat; vnde cum aliquid ſordibus inquinatum deſignare volunt, aiunt illi, *es ben Brut*; ſed quid haec ad diem feſtum? haud quidem parum, ſi referas ad id, quod Martigil olim factitarum ſe vidiſſe nobis teſtatus eſt Vir de Medicina aeque ac de Literis bene meritus: die nimirum Pentecoſtes feſta proxime excipienti pueros aliosque proiectioris aetatis homines, poſt ſaltationes cereraue eiusmodi obleſamenta eſe in luto volutari per vicos et plateas, aliis vociferantibus et tumultuantibus; quod feſtum lingua ſua *Deſtrau*, hoc eſt, ſecuricula, vocabant, voce quidem ad noſtrum *Brut* parum accommoda; ſed quid de verbo curamus, cum de re ipſa ſatis conſtat. (2) Gloſſae Iſonis Magiſtri: *Pactam, coniunctam, ſponſam, Brut.* Germ. Braut, Sponſa, Gallis *Bru*, nurus.

BRVTA, in Codice 1013. Biblioth. Reg. *Nurus, vxor filii, vel Bruta.* V. *Brut* 2.

† BRVTALIS, ad animal brutum pertinens, belluinus, ſtolidus, ſtupidus, Gallis *Brutal.* Comoedia ſine nomine Mſ. *Rem non humanam narras ſed brutalem.*

† BRVTALITAS, ſtupiditas, ſtupor Io. de Cardalhaco ſerm. in Natiuit. Dom. V. *Brutitas.*

† BRVTALITER, more animalium brutorum. Barelata ſerm. in feſto S. Ioann. Euang.

BRVTARE, V. *Blutare.*

† BRVTERE, ſtolide agere. Gloſſar. Gall. Lat. cod. reg. 7684. *Bruere, eſtre ſot.* V. *Brutire.*

† BRVTESCERE, *commencer a etre ſot*, in cod. Gloſſar. Aliud cod. 7641. *Bruteſcit, ſenſu minor fit. Bruteſcunt, ſtulte fiunt.*

BRVTES, τελῶναι: *tribuli.* Supplem. Antiquar.

BRVTESCHIA, V. *Bretachiae.*

† BRVTIANI, οἱ δουλικὰς τροφὰς χρωτοφαγοῦντες. V. Petr. Fabrum l. 1. ſemeſtr. c. 8. Haec ex Caſtigat. in vtrumque Gloſſar.

BRVTININA MELODIA, *brutorum*, multarumue beſtiarum clamor, v. g. plurium canum collatratus, commugitus boum, etc. Epiſtola Iohannis de Monſterolio apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1392.

BRV-

BRVTIRE, more brutorum agere. Carmen de varia Ernesti fortuna apud Marten. Anecdot. tom. 3. col. 344.

BRVTITAS, stupiditas vel feritas, vt vox Gallica *Brutalité*, quae vtroque hoc sensu sumitur. Spicil. Acher. t. 7. pag. 502.

† BRVTTVS, arboris genus, ex iis quae aedificandis domibus non sunt aptae; forte mendum est pro *Boulus*. V. *Bolum*, *Boula* 1. et *Boulus*. Libert. hominum de S. Paulo in Occit. a. 1391. *Arbores modicae et batae et nullo modo abiles pro hedificiis construendis vel reparandis - - videlicet buxi, cussini, brutti, quercus, et dumi diuersorum generum.*

† BRVTVM, *materiae genus*, in vet. Glossar. Cod. reg. 7641. *Brut* Galli vocant, quod arte nondum politum est.

† BRVTVRA, sordes, purgamenta quaeuis, Ital. *Brutteria*, et *Bruttura*. Stat. Altae collat. 3. c. 48.

BRVTVS, insanus, stultus, insulsus. Spicil. Acher. tom. 8. p. 111.

† BRVVACIVM, potus, potio, Gallis olim *Bruvage*, *Bronvaige*. Arest. Parlam. Paris. a. 1532.

BRVVINVS, in Glossario veteri Saxonico exponitur *lytel - - Wicga*.

† BRVXARE, vstulare, incendere, ambureré, ab Ital. *Brusciare* et *Brustolare*. Stat. Vercell. l. 5. Murat. to. 14. Script. p. 821.

BRVZIA, V. *Bruscia*.

BRYCAN, vel BRYCCAN, teges, palliastrum, instratum, lodix, lectisternium, Boxhornio in Lexico Cambrico. Occurrit hac notione in Legibus Hoëli Boni, Regis Walliae, cap. 15.

† BRYO, fons eloquentiae, a Graec. *βρύειν*, scaturire. Acta SS. tom. 2. Febr. p. 28.

BRYONIA. Reinerus in Catalogo haereticorum p. 92. *Aliqui de bryonia, quae dicitur Stuewrk, imaginem sculpunt, quam mandragoram esse fingunt.*

BRYTII, in Legibus Sueonum dicuntur serui glebae, vel praediis adscripti. Vide Ioan. Stiernhookum de iure Sueonum vetusto pag. 208.

BVACA. († Forte idem quod Italis *Buca*, cauerna minor, scrobs, locus subterraneus, V. *Buata*.) Charta Caroli Simplicis pro Monasterio S. Aniani in dioecesi Narbon. an. 898. tom. 13. Spicilegii Acheriani p. 265. *Et in ciuitate Narbonensi casalis absos cum buaca. quae sunt ante Ecclesiam S. Marcelli*, etc.

† BVADA, bouile, stabulum boum, Prouinc. *Buan*, *bos*, vt legitur in Glossar. Prou. Lat. Cod. reg. 7657. Ch. Ms. an. 1270. *Duae buadae cum femorario.*

BVANDERIA, mulier, quae abluit, purgat, candefacit lintea, ab antiquo Gallico *Buer*, lixiuiam facere. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 405. col. 1. V. *Bura* 1. et *Burraria*.

BVATA. († Crypta, testudo subterranea, locus depressus, Hisp. *Bouéda*. V. *Bodium* 2. *Boua* 4. et *Buaca*. Testamentum an. 1173. apud Martep. tom. 1. Anecdot. col. 576. *In quorum omnium praesentia suprascripti nomen testes iurauerunt suprascriptum testamentum verum esse in buata, quae est subtus vetus palatium.* Vide *Buaca* et *Bubata*.

BVATVS, mensurae species. Chartae Curiae Suession. an. 1252. ex Tabulario S. Medardi: *Se vendidisse recognouit - - redditus subnotatos - - videlicet viginti essines bladi uyemalis uno buato minus.*

† BVBA. bubo, tumor, Ital. *Bubbone*. Hisp. *Buba*, lues venerea, V. *Boba* 2. Mirac. Mi. Vrbani PP. V. *Passus quamdam malam bubam in axilla*. V. *Bubo*.

BVBAL, Βούβαλος, *bubalus*, Supplem. Antiquarii. † Leg. *Babula*, Βοῦν κρέας, ex Vulcanio in Castigat. ad vtrumque Glossar.

BVBALVS, BVFALVS, BVFLVS, Gall. *Buffle*, Germ. Büffel, bos indomitus, silueſtris. Ebrardus in Graecismo cap. 9.

Bos est camporum, bubalus est nemorum.
Bubalus est magnus, buculus est minimus.

Lex Alaman. tit. 99. §. 1. Boior. tit. 29. §. 7. apud Gregor. Tur lib. 10. cap. 10. etc. Ordericus Vital. lib. 4.

Buba-

Bubalina cornua fulvo metallo circa extremitates vtrasque decorata laude attollebat. Vox nota Plinio, et Martiali. Hic de Spectac. Epigr. 23.

Illi ceſſit atrox bubalus atque biſon.

BVFALVS. Fortunatus lib. 7. Poëm. 4.

Seu validi bufali ferit inter cornua campum.

BVFLVS, ap. Albertum Aquenſem lib. 2. cap. 43. lib. 6. cap. 42. Vide Iulium Scaligerum Exerc. 206. num. 3. 5. Lindenbrogium ad Ammiani lib. 22. et alios paſſim. † Pro boue domito occurrit apud Murat. t. 19. Script. p. 884. *Duxerunt multos bubalos praedicti malateſtae.*

BVBATA, f. locus conformicatus, ab Hiſpano *Bobeda*, fornix, camera. Marten. Tractat. de Rit. pag. 452. ex Miſſ. Mozar. *Et vaduns per bubata ad chorum.* V. *Buata.*

*) BVBIGVS, idem quod *Bubins*, in Vocabular. antiquo a. 1477. Vide *Bubii.*

BVBII, BVBONES, BOBONES, lixae, calones, nebulones, furciferi, Germ. Buben Chronicon Colmaricenſe 2. part. ann. 1300. *Rex autem habebat nimios, ita vt antiqui patres dicerent, nunquam vidiſſe eos talem et tantam militiam congregatos: ſeruorum autem pauperum, qui dicuntur Bubii, tanta fuit multitudo,* etc. Idem Chron. an. 1287. *Ordinatum enim fic fuerat, vt Regi dicebatur, quod pecuniae quatuor bobonibus datae fuiſſent, vt tentoria, ſine exercitus, in quatuor partibus incendiſſent.* Et an. 1296. *Venerunteque nudi bubones, et agros bene ſeminatos everterunt,* etc. Et an. 1298. *Hoſpitium Aduocati Imperii bubones incenderunt.*

† BVBILARE, bubonis vox. Carmen de Philomela in Cod. reg. 6876. *Bubilare* edidit Faber in Theſ.

Bubilat horrendum ferali murmure bubo.

BVBILVM. Anaſtaſius in Leone III. *Fecit velum rubeum cum bubilo.* Murator. Scriptor. Ital. tom. 3. pag. 205. col. 1. legit, *Bubalum.*

† BVBINARE, *ſanguine inquinari muliebri menſtruo*, in vet. Gloſſar. Cod. reg. 7641. Hinc

† BVBINARIVM, *le ſanguenaie della femine*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. V. *Bobinare.*

BVBIS, *barba.* Gloſſar. Iſid. ad quod Graecius: „Sic et Pithoei excerpta; „ſed quid ſibi velint, me fugit.„ *Bubis* eſt pro *Pubis* vel *Pubes*, voce ſatis nota.

BVBIVS, V. *Bubii.*

BVBO. (1) Tumor, ſpecies carbunculi, ſeu vlceris, a Graeco Βουβών, inguen, quod huiusmodi tumores ſaepius circa inguina naſcuntur, Gall. *Bouben.* Miracula S. Humilianae inter Acta SS. Maii tom. 4. pag. 406. *Patiebatur infirmitatem in femore, quae vulgo dicitur anghia, phyſice bubo.* Miracula S. Franciſci Solani tom. 5. Iulii pag. 909. (2) Cælo, nebulo, V. *Bubii.*

BVBONAE, *eminentes partes mamillarum etiam maſculorum.* Papias MS.

† BVBONOCILLI *dicuntur ſecundum Paulum habentes rupturas inguinis. Bubon Graece, inguen.* Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ.

BVBTICVLA, ſeu *Butticula*, lagena. Mabillon. Analect. tom. 3. pag. 77. ex Geſtis S. Innoc. Cenoman. Epiſcopi. Vide ibid. pag. 85. et 105. et *Butta* 3.

BVBVLA. (1) Bos, vacca. Annal. Benedict. tom. 3. pag. 553. Comes Samſon contulit Abbatiae Bremenſi *praeter aurum, argentum et equos bubulasque, cariem vnam nomine Cunobium.* (2) † Ab Ital. *Bubbula*, commentum, fabula. Bareleta ſerm. in Domin. Sexag.

† BVBVLCA, BVBVLCATA, modus agri apud Italos, idem quod *Bouata.* Alex. in Conſ. 127. Vol. II. *Vendidit petiam vnam terrae laboratae bubulcarum* 25. Infra: *Teſtes deponant de valore cuiuslibet bubulcae.* Adde Surdum Senat. Mant. in Deciſ. 65. n. 27. Boerium in Deciſ. 50. n. 5.

BVBVLCARIA, domus bubulca. Geſta Abbatum Gemblacenſium pag. 534.

BVBVLCATA, V. *Bubulca.*

† BVBVLCERIVM, praedium ruſticum, idem quo *Boueria.* Ch. Mſ. Si. mon. duc. Lothar. a. 1203. *Eidem eccle-*

ecclesiae dedi - - bubulcerium retro Menecort, et aliud bubulcerium etc. Ita etiam legendum pro *Bubulterium*, uti iam suspicatus fuerat Cangius, in Ch. Abbatis S. Stephani Divionensis apud Perardum pag. 324. *Prior ei plastrum cum horto eidem contiguo dare tenetur, si in villa vacuum inuentum fuerit, salvo tamen iure suo, et bubulterio excepto, et salvis reditibus suis*, etc.

BVBVM, *segnum, langnor.* Papias. S. Columbanus. Epist. 9. *Dixit hoc olim et victor Episcopus; sed nemo Orientalium finem recepit commentum; sed hoc spurcus spina Dagonis, hoc imbibit bubum erroris.* V. *Bubulo.*

BVBVRBARE. Chronicon Fossae-nouae apud Murator. tom. 7. col. 887. *Post Nonam usque in horam coenae cum suis militibus D. Ioannes de Ceccano in praesentia domini Papae iocavit buburbando.* V. *Burdare.*

BVBVRISMVS, V. *Burburissimus.*

BVCA (1) Truncus, stipes, Gall. *Buche.* Praestationis species. Charta Hugonis Comitis an. 1233. e Biblioth. D. de Cangé *Burgensibus de Maceriis obolum de bruillo et bucam, quam mihi debebant, in perpetuum quittant.* (2) Os, aditus, Gall. *Bouche.* Glossar. Prou. Lat. Cod. reg. 7657. *Os, boca, Prov. buca, bucula, bucella, diuin.* Lib. niger eccles S. Vulfr. *De antifolto domus et bucis cellariorum.* V. *Bucca* 1.

BVCARDA, V. *Boscida.*

† BVCALE, vas per cuius *bucam* seu canaticulum aqua lauandis manibus infunditur, Gall. *Acquiere.* Parid. de Grassis Caeremon. capellar. Papalium Ms. V. *Bauca* 1.

BVCARANVM, V. *Boquerannus.*

† BVCARE, absentem a diuinis officiis puncto notare, Gall. *Piquer.* Itali *Bucare*, est perforare. Ch. Ms. ann. 1393.

† BVCARO, idem forte qui *Buccellarius*, cliens, verna. Inquisit. a. 1235. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. *Idem dicit quod vidit bucarones, qui habitat* (sic) *in Palcano, esse Normannos curiae, et seruire nuntiis curiae, sicut proprii curiae manuales.* V. *Bucca* 2.

† BVCATVS, *enbouché*, in Glossar. Lat. Cod. reg. 7679.

BVCCA. (1) Os. Concilium Lateranense an. 1077. Vori Oscae Iacobi I. Regis Aragonum an. 1247. *Et si non fuerit per buccam iustitiae factum*, etc. Occurrit alibi, et in Bullario Cluniacensi pag. 22. 23. BVCCA PORTVS, ostium. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. l. 2. apud Murator. tom. 6. col. 304. Passim dicitur de Ostio portus Massil. in Statutis eiusdem vrbis. V. *Buccoa* 2. (2) BVCCA, BVCBA, BVCIA, V. *Bussa.* (3) † Domesticus, familiaris, qui sumtibus patroni nutritur, quo etiam sensu Galli voce *Bouche* vruntur. Murat. t. 16. Script. p. 584. *Si vnus habet in sua familia nouem buccas et duos roncinos.* V. *Bucha* 3.

† BVCCADVRVS, equus refrectarius, durioris oris, Ital. *Bocchiduro*, in Vocabul. Alberici de Rosate.

† BVCCALE, os, ostium stagni, vt videtur. Chartul. S. Ioann. Angeriac. *Stagnum quoque quod vinarium dicitur, nostrum proprie erit, excepto buccali, de quo facient medietatem.* V. *Buccea* 2.

BVCCALIS, lagena vitrea, vel alterius materiae, Gallis *Bocail*, in Ceremoniali Episcop. cap. 12.

BVCCALLVM, f. pascuum boum. Tabular. S. Cypriani Pictau. fol. 112. in Hist. MS. eiusd. Monasterii fol. 359. *Vgo Rabiolus concessit - - infra castrum Domini Petri tertiam partem cuiusdam buccalli, quod est ante domum Rannulfi.* Inter testium nomina habetur, *Willelmus Melli, qui de domo matris eius, arg. et de buccallo concessionem vidit et audiuit facere.* † Nisi idem sit ac *Buata*, testudo scilicet subterranea, locus cauus, depressus.

BVCCARANVM, V. *Boquerannus*

BVCCARIVS, lanius, Gall. *Boucher.* Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 104.

BVCCARVM, f. crustulum, a *Bucca*, os, sic dictum. Concil. Hispan. tom. 4. pag. 361. *Ob reuerentiam SS. Crucis Sanctorumque imaginibus debitam, interdicitur, ne in faccaro buccarove aut aliis esculentis - -- --*

Crucem imaginemve Sanctorum depingere liceat.

† BVCCATICVM, vectigal a Carrariensibus assignatum soluendis praemiis doctorum Gymnasii Patauini, apud Riccobon. de Gymnas. Patau. l. 1. c. 6. p. 10. Vnde Thomasin. de Cod. Gymnas. p. 138. male *Bueçaticum* exscripsit. Vox eiusdem originis ac *Buccellarius*.

BVCCEA. (1) Pro *Boucella*, Gall. *Bouchée*. Belethus de Offic. Eccles. cap. 119. *Detur statim vnicuique panis buccea priusquam recedant.* (2) Ostium fluminis. Charta an. 1243. in Regesto Tolosano Camerae Comput. Paris. fol. 59.

BVCCEA VIA, fretum Abydenum, ex Gallico *Boche d'Avie*, vti vocatur a Villharduino n. 65. et in Hist. Bucicaldi Marescalli Franciae part. 2. cap. 4. Ita autem appellatur in Epistola Comitis S. Pauli de prima expugnat. Constantinop. apud Godefridum Monachum, voce conflata ex *Bucca*, seu os, et *Avie*, seu *Avidus*, vel *Abydus*, quasi *os Abydi*. *Bucca Abydi*, in Charta an. 1311. in Tabulis ad Historiam Cangii Gallo-Byzant. pag. 81. vide Notas ad Villhard. pag. 281. 282. Cambro-Britannis *Boch* est mala, bucca, mandibula, *Bochan*, fauces. *Boncaut*, in Consuetudine Bayonensi tit. 4. art. 17. videtur esse ostium fluuii.

BVCCELLA. (1) Gloss. vet. *Buccella, ψωμαλον*. Ioan. de Ianua: *Buccella, morsella panis.* Regula Magistri cap. 27. *Buccellae mundae*, in lib. 5. Cod. Th. de Annonis ciuicis, etc. *Ciuis Romanus, qui in viginti panibus sordidis -- -- 50. uncias comparabat, triginta et sex uncias in buccellis sex mundis sine pretio consequatur.* Vbi *buccellae* dicuntur panes paruuli rotundi, seu *κοπελλοειδη ψωμια*, vti *βυκελλας* interpretatur Constantinus Porphyr. l. 1. *περι Θεματων*. (2) Hostia consecranda, vel consecrata. Capitula Caroli Mag. lib. 6. cap. 191. *Vt Sacerdotes admoneant viros et mulieres, vt ad basilicas luminaria, et incensum, et buccellas, et primitias offerant.* Eadem habent Capit. Herardi Archiepisc. Turon. cap. 114. Vide Synod. Matisc. can. 50. Tertullianus lib. de Monogamia, *Buccellas* vocat panes, quos ministri Ecclesiae mulieribus domum deferendos dabant. Graeci vero Constantinopolitani *βυκέλλατον* appellabant *Buccellam vino intinctam*, seu sacram Eucharistiam, vel panem Eucharisticum intinctum, vt est apud auctorem libri Miraculorum SS. Cosmae et Damiani c. 10. quae quidem vox apud Dorotheum doctr. 18. pro cibo profano videtur accipienda. V. *Corsned*, *Oblata*.

BVCCELLAE FABRICIAE, V. *Nebula* 2.

BVCCELLARE, vox Chymicorum, *Cibare*, Ioanni de Garlandia in Synonymis Chymicis. Idem lib. de Mineralibus cap. 5. *Vnum condimentum est salis stramenti exaltatio, et etiam salis Armeniaci, et etiam cum corporibus buccellatio, id est, cibatio, et cum olfactu stanni, et cum olfactu sulfuris.* Perperam editum *abatio*. Infra pag. 111. *Est etiam buccellatio cum corporibus.* Mox: *Ferrum non recipit buccellationem.*

BVCCELLARIVS. (1) Cliens, verna, qui patroni panem edit, *buccis*, parasitus. Papias: *Affecla, cliens, buccellarius.* Alibi: *Parasituli, buccellarii.* Qua notione vsurparetur in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 3. §. 1. *Quicunque in patrocinio constitutus sub patrono aliquid acquirit, medietas ex omnibus in patroni, vel filiorum ipsius potestate consistit, alium vero medietatem idem buccellarius, qui acquisiit.* Anastasius in S. Zacharia PP. p. 80. *Hic beatissimus Papa instituit vt crebris diebus alimentorum sumptus, qui et Eleemosyna vsque nunc appellatur, de venerabili Patriarchio, a buccellariis, pauperibus, et peregrinis, qui ad S. Petrum morantur, deportari, eisque erogari.* Sic enim MSS. praeferunt, non *Paracellarii*, vt habent libri editi: vbi *Buccellarii* videntur fuisse Pontificis domestici. (2) Cum igitur Clientes in patroni familia essent, et eorum sumtibus enutrirentur *parasiti* interdum vocati. Gloss. Isidori: *Scurra, parasitus, buccellarius.* Idem Papias: *Parasitus, buccellarius*

edu

adulator. Alibi: *Parasitus, buccellarii.* Vgutio: *Buccellarius, gluto.* Alibi: *Parasitus, buccellarius, adulator, vel blanditor.* Althelmus de Laud. Virginit. V. *Parasitus.* (3) Stationarii milites, qui panem alicuius edunt, vt apud eum morentur, ex voce *buccella*, quae panem significat. Liber 60. Basilicon tit. 18. Hinc Glossae laudatae: *Adsecla, buccellarius. Buccellarii* igitur sunt custodes corporis, stipatores, armigeri, domestici procerum, cuiusmodi fuit *Occylla buccellarius Aëtii*, a quo occisus est Valentinianus III. Augustus apud Gregorium Turonensem lib. 2. Hist. cap. 8. quem caesum ab *Armigeris* ejusdem Aëtii tradit Prosper in Chronico. Ob hanc forte causam *Spatharios et Buccellarios*, ambulante exercitu, Imperatorem immediate subsequi jubet Mauricius lib. 2. Strateg. cap. 9. BVCELLARII, eadem notione, in Passione S. Thomae Martyris, apud Martene Anecd. t. 3. p. 1743. (4) BVCCELLARII etiam, si Constantinum Porphyrogenitum audimus lib. περὶ Θεμάτων cap. 6. dicuntur, qui militibus panes ministrabant. Quod firmatur ab Olympiodoro apud Photium p. 179. qui non modo ait, *Buccellariorum* nomen sub Honorio Aug. primum auditum; sed et *Buccellarios*, a *Bucellato* appellatos. Quid autem sonet *buccellatum*, dicemus infra. Caeterum non placet Iacobi Gothofredi sententia, qui Buccellarios *a bucculis*, id est, vti censet, cassidibus, appellatos scribit ad leg. 1. Cod. Th. de Fabric. (5) BVCCELLARII denique dicti Galatae et Maryandini sub extrema Graecia, quod huic ministerio potissimum addicti essent, seu, vt alii probabilius volunt, quod milites Buccellarii olim in ea regione tuenda excubarent in praesidiis locati. Lexic. Graec. MS. Reg. Cod. 2072. Γλωσσαρία, ἢ τῶν Βυκελλαρίων χώρα, ὅς ἐστιν ἡ Ἑλληνογαλατία γραφουσῶν Eorum vero Provincia Βυκελλάριον. Cedreno pag. 466. et *Thema Buccellariorum* caeteris Scriptoribus Byzantinis passim dicitur, quod ex Suida, et Constantino, loco citato, aliisque docent Rigaltius et Meursius, quos non exscribo.

BVCCELLATIO, V. *Buccellare.*

BVCCELLATVM, *Panis ad vsus diuturnitatem excoctus*, inquit Marcellinus lib. 17. quo milites in castris pasci solent. Spartianus in Pescennio: *Pistores sequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites et omnes contentos esse.* Paulinus Epist. 36. *De buccellato Christianae expeditionis, in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis amoenam militamus, panes 5. tibi misimus.* Vita S. Ioannis Theristae, num. 9. *Oenophorum, mero plenum, ac panis buccellatum sibi cepit.* Putant quidam *Buccellatum* dici, quod milites, cum ciborum, aut panis penuria laborarent, confractum, et in minutiores dissectum partes in lagenam aqua plenam, quam *buccellam* appellabant, mitterent, quo madefieret, et facilius manducaretur. Heraclides cap. 6. Sed a *Buccella* deductum vocabulum magis arridet. *Buccellatum* tenuem fuisse panem docet Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Βυκελλάτα, ἄρτα ἴλατᾶ, ὅς λέγεται πολλάκις. Atque ita vsurpatum ab Italis docet Ammiratus in Familiis Neapolitanis tom. 1. pag. 55. Vide leg. 1. Cod. de Erog. milit. ann. Mauricium, et alios a Rigaltio, Meurfio, Cerda, Henr. Valesio, Rosweido, Iacobo Gothofredo, etc. laudatos Scriptores.

BVCCELLVM, insitionis species, de qua Petrus Crescentius lib. 2. de Agricult. cap. 22. *Modus igitur*, (insitionis) *qui vulgariter dicitur ad buccellum, - - fiat hoc modo: buccellum parvum grossitudine pollicis longum, cum gemma in medio de nono surculo elevetur, in nono surculo eiusdem grossitudinis, suo cortice in tres vel quatuor partes scisso et denudato ponatur* etc. Forte a voce Italica *buceja*, a *buccia*, quae proprie florum cortex dicitur, vel theca, siue siliqua leguminum, etc. vnde ad pellem humanam transiit.

BVCCELLVS, V. *Boucellus.*

BVCCERIA, V. mox

BVCCERIVS, macellarius, Gallis *Boucher*, in Statuto apud Richardum de S. Germano ann. 1022. *Bucceria*, macellarium, in vet. Charta apud Vghellum tom. 3. p. 487.

† BVCCETVM, locus vaccis emulgendis deſtinatus. Acta SS. tom. 1. Aug. p. 345. *Vt lac a bucceto deferret.* Niſi ſit cella lignaria, Gall. *Bucher.*

BVCCHA, apertura fluuii, ex qua deriuantur aquae. Vide Statuta Mediolan. part. 2. cap. 329. Vide *Bucca.*

BVCCINVS, forte veſtis ſuperioris ſpecies, pallium. Murat. t. 12. Script. p. 632. *Caute exiens ciuitatem eques, in quodam ſuo buchino portauit ſecum filium ſuum paruum.*

BVCCIA, V. *Buſſa.*

BVCCINA. (1) Spatium, intra quod Buccinae clangor audiri poteſt. Cosmas Pragenſis in Chron. Bohem. *Plures infimul conglobati, non longius, quam vnius buccinae, in altera rupe inter arbuſta vrbem aedificant. Buccina porcilis*, in Lege Bojor. tit. 3. cap. 10. cornu, quo vtuntur ſubulci. Editio Heroldi tit. 39. habet *Bucina*, quomodo recentiores Graeci Βούκινον dicunt. Gloſſ. Lat. Gr. *Bucinum*, τάβα, σάλπιγξ. *Bucinum* etiam neutro genere dixit Plinius. (2) BVCCINA AVRIS, pars auris, qua ſonus immittitur: *le Tambour*, apud Fridericum II. Imp. lib. I. de Venat. capite 25.

BVCCINARE, exſtimulare, animos addere; quod *Buccinae* clangore milites ad pugnam excitari ſolent et commoueri. Acta SS. Iunii tom. 5. pag. 81. F. de S. Aemiliano Epiſcopo: *Quod videns conſolator beatiſſimus ſuos buccinauit, et iſtis conſolatoriis affatur verbis, dicens*, etc.

BVCCINERIVS, buccinator, qui clangit buccina. Hiſt. Dalphin. t. 1. pag. 64. col. 2.

BVCCINISTA, eadem notione, in Actis SS. Iulii tom 3. pag. 105.

† BVCCINIVM, Βουκίνη, Βυκίνη, ex Vulc. in Caſtigat. ad vtrumque Gloſſar.

BVCCINVS, BVCINVS. (1) *Clamor buccinae.* Vgutioni. Beda lib. de Orthograph. *Buccina eſt, qua ſignum dat Bucinator. Bucinus, ipſe canor ex hac editus.* (2) Puerile crepitaculum, cymbalum, Gall. *Hochet*, Grelot. Hiſtor. Dalphin. tom. 2. p. 282. *Item, pro factura XXV. buccinorum de argento pro Domino Andrea*, et paulo poſt: *Pro factura XXV. buccinorum pro eodem*, hoc eſt, vnius crepitaculi *Hochet* conſtanti XXV. cymbalis *Grelots.*

BVCCINVS, adiect. hircinus, Vide *Buccus.*

BVCCO, *garrulus, quod caeteros oris loquacitate, non ſenſu exſuperet*, Gloſſ. Iſid. Papias MS. *Buco, Garrulus, ceteros loquacitate vincens, vel ſtultus.* In Gloſſ. Anicienſi MS. *Buco, Garrulus*; in San-German. no. 501. *Buccones, ſtulti, ruſtici.* Papias habet *Boccones*, vt in hac voce dictum eſt. Vetus Gloſſ. apud Turnebum Aduerſar. l. 28. c. 5. *Buco, ſtultus*, Gloſſ. Lat. Gr. *Bucco*, ἀφρόνιτος. Haec copioſius, cum *Buco* legatur apud Plautum Bacch. 5. 1. et Apuleium Apol. pag. 325. Nos omiſimus, quod deſideretur in omnibus fere vulgaribus Gloſſariis.

BVCCVLA. (1) Pro puſilla bucca, oſculo, labellis, vſurpaſſe Suetonium et Apuleium pridem obſeruatum: et in Architectura apud Vitruuium, quid eadem vox ſonet, docuere pariter Bernardinus Vbaldus, Philander, et alii. At *Buccula*, ſeu *Bucula*, qualis fuerit armorum ſpecies apud caeteros Scriptores, non omnino planum ac exploratum, tamenſi plerique in eam iere ſententiam, poſt Turnebum lib. 9. Aduerſar. cap. 16. vt exiſtimarent eſſe, caſſidis partem, quae demiſſa *Buccam* tegit. Sed procul a vero aberrant: nihil enim aliud eſt *Buccula*, quam *umbo* clypei, ſeu ſcuti pars eminentior, et media. Gloſſae Iſidori: *Angia, ferrum buculae ſcuti.* Eaedem: *Ancile, ſcuti bucula.* Gloſſ. Lat. Graec. *Buccula*, πυραίγνα θος, ἀμφαλός. Gloſſae Graec. Lat. ἀμφαλὸς ἀσπίδος, umbo,

Vmmo seu *Vmbo*. Vgutio: *Buccula, umbo scuti*. Porro vt Latinis Scriptoribus *Vmbo*, pro ipso clypeo vsurpatur, vt apud Statium:

Iam clypeus clypeo, vmbona repellitur umbo;

ita et *Buccula*, apud Liuium: *Galeas bucculasque tegere*. Sed prae caeteris id firmat Iuuenalis Sat. 10. vers. 133. vbi trophaei apparatum describit:

Bellorum exuuiae, truncis affixa tropaeis
Lorica, et fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victaeque triremis.
Aplustre, et summo tristis captiuus in arcu.

Nam inter *spolia, quae tropeis solent affigi, bello erepta*, vt est apud Scholiastem, clypeus recensen debuit, vti passim vetera monumenta et numismata satis conuincunt, in quibus tropaea efficta conspiciuntur, vbi et scuta et clypei a cassidibus dependent, vel certe iis subesse solent. Non igitur mirum, *Bucculas* a cassidibus non semel distingui, vt diuersas, in leg. 1. Cod. Th. de Fabricens. *Octo apud Antiochiam cassides, totidemque bucculas*. Frustra enim *totidem* adiceretur, si *Buccula* pars fuisset cassidis. Neque aliter vsurpat Capitolinus in Maximino iuniore: *Fecit et spathas argenteas, fecit et aureas, fecit et galeas gemmatas, fecit et bucculas*, id est clypeos. Proinde *Bucculorum structores*, apud Paternum in l. vlt. D. Iure immun. sunt clypeorum confectores.

Sed et *Bucculam*, pro ipso vmbone clypei vsurpauere Scriptores inferioris aeui, atque in iis Aimonius lib. 4. de Miracul. S. Benedicti cap. 11. *Buculam clypei, quo suus tegebatur aduersarius, fortiter perculit, quae clauiculis, quibus affixa tenebatur, auulsis, longius resiluit, moxque manus aduersarii nuda apparuit: quippe foramen in clypeo fuerat, quod buccula protegebat, deinceps semipedali affixa ligno: quo manu retento, grauem ille Roberti aduersarius verteret clypeum*. Sed et etiam ab hac clypei parte, toti clypeo; *Bouclier* apud Gallos appellatio indita. Aresta Pentec. an. 1288. in Reg. B. fol. 78. *Ordinatum fuit in praesenti Parlamento, quod nullus portaret Parisius cultellum ad cuspidem, nec boclerium, nec ensem*, etc. *Buccula* porro vmbo clypei appellatur, quia in vmbone effingebatur vt plurimum vultus, aut facies vel viri, vel animantis, cuius *Bucula*, seu os, medium obtinebat, vti passim vetera monumenta repraesentant. *) Germ. **Buckel**, omne denotat, quod conuexum est, e. g. gibbus hominum. **Buckelle** et **Buchelere**, medio aeuo et in Germania scutum erat. Vide Schilterum in Gloss.

(2) pro *Buccina*, in Carmine de varia fortuna Ernesti, Bauariae Ducis apud Marten. Anecdot. tom. 3. col. 321.

Haud mora concutitur lituis clangentibus aër,
Raucaque terrificos emugit buccula cantus.

(3) † Fibula, Gall. *Boucle*, Germ. **Buckel**. Iudic. Mf. an. 1304. *Licet fellarii - - non possint - - bucculas, mordacia - - facere*.

BVCCVLARE, idem vt videtur ac *Bauca* seu *Bucularis*, vasis species. Marcell. Empir. c. 8. *Deinde agitabis diu, et colabis linteo tenui, et mittes in bucularе rude, vel diligenter nitidatum, deinde lento igne decoques*. Cap. 23. *Aeris florem - - in bucculari decoques*.

BVCCVM. (1) Os, ostium, vt videtur. Reg. S. Iusti ex Cam. Comput. Paris. *Pro bucco fossati ante molendinum iuxta domum suam, quod continet sex perticas*. V. *Buccale*. (2) **BVCCVM**, vel **BVCCVS**, forte locus, vbi in monasteriis pauperibus distri. buebatur panis. V. *Buccellarius*. Ch. Mf. a. 1317. *Capella S. Egidii, quae in ingressu monasterii - - in bucco a parte sinistra consistit*.

BVCCVRIO, f. cella lignaria, Gall. *Bucher*. Computum Fr. Chaberti ann. 1347. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 85. *Sicut protenditur murus de versus. buccurionem*.

BVCCVS, hircus, Gallis *Bouc*, Germ. **Bock**. Lex Salica tit. 5. §. 3. *Si quis*

buccum furaneris, 600. den. culp. jud. Gregorius Turonenſis lib. 9. Hiſt. cap. 23. *Ferebant hunc eſſe ſuperbum, et ob hoc a nonnullis buccus validus vocitabatur.* Vbi quidam *olidus* legunt, quod magis placet, cum male oleant hirci. *Pelles buccinae*, apud Chrodegangum Epiſcopum Metenſem in Regul. Canon. cap. 41.

BVCEA, V. *Buſſa.*

BVCECARLVS, V. *Buſtarla.*

BVCELLARII, V. *Buccellarii.*

† BVCELLATVS, panis delicatioris ſpecies, qui in die natalis Domini praeberi dominis ſolitus erat a praediorum conductoribus. V. *Panis natalitius.* Inquiſit. a. 1270. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. 1. p. 315. V. *Buccellatum.*

† BVCELLVS. (1) Chron. incerti auct. apud Ludewig t. 9. Reliq. Mſ. p. 115. *Fecit ei fieri capustium de bucello XV. vt nurum.* Legendum videtur *de Burello.* (2) Modius, menſura frumentaria, Gall. *Boiſſeau.* Acta Mſ eccl. Brioc. V. *Buſſellus.*

† BVCENTAVRVS, nauis grandior Venetiis noriſſima. Murat. tom. 12. Script. p. 459. V. Pet. Iuſtin. Hiſt. Venet. lib. 14. et Itiner. Ital. Mabil. t. 1. pag. 37. vbi vocis origo indagatur.

BVCER, *pecus bubulum.* Ianſſonius in Auctario Gloſſarum Iſidori.

† BVCERIVM, BVCERVM. Gloſſar. vet. Cod. reg. 713. *Bucera, boum armenta, vel de cornibus quorum fit buccina. Buceria, armenta dicuntur. Bucerum, pecus bubulum, vel vox inepta.* Aliud Cod. reg. 7641. *Buceria, armenta pecuaria.*

† BVCETVM, forte pro *Bucerum.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7641. *Buceta, loca boum.*

BVCEVS, navigii grandioris genus. Ogerii Panis Annal. Genuenſ. ad a. 1206. apud Murator. tom. 6. coll. 394. *Dominus Iohannes Poteſtas quatuor armauit galeas, quae verſus Provinciam proficiſcentes duos magnos Piſanorum buceos ceperunt, Lanuamque miſerunt.* V. *Buſſa.*

BVCHA. (1) Truncus, ſtipes, Gall. *Buche.* Pancarta MS. titulorum Abb. S. Stephani de Vallibus apud Xantones Charta 1. Vid. *Calcitrarium.* (2) † Os, oſtium, Gall. *Bouche.* Stat. Aſtae collat. 19. c. 23. *Clauſa buchi rini.* V. *Bucca* 1. (3) † Domeſticus, familiaris, Gall. *Bouche.* Cod. Ital. diplom. t. 3. p. 1793. V. *Bucca* 2.

BVCHAGIVM, lignatio, Gall. *Chauffage.* Pancerta Mſ. *Ad ligna ſcindenda ad opus chauffagii Abbatis et conventus in illis locis, in quibus Abbatia chauffagium ſuum, ſine buchagium percipere conſueuit.*

BVCHAMEN, fontis apertura, a *Buccha*, quod idem ſonat. Vita MS S. Winwaloei: *Et a quodam luciditſimi fontis buchamine gemmatus, ex profundo terrae nouiter erupto.*

BVCHARIVS, lignator. Lambertus Ardenſis pag. 117. *Foſſarii, ligniſtae, et oneratores, et bucharii, aliique firmitatis operatores et magiſtri.* Charta Herimanni, Epiſcopi Metenſis, apud Meuriſſium p. 379. *Prouideat ne - - qui mercatorum maxime buchariorum ſe ſubtrahant*, etc. Vbi videntur eſſe carnifices, *Bouchers.*

BVCHERIA, apud Innocent. III. PP. lib. 3. Epiſt. 55. ſic appellatur in Monaſteriis *Balia*, ſeu *Praepoſitura*, quae circa lignationem ad Monachorum vſus verſatur. Gall. *Boucherie.*

† BVCHIA, a Gall. *Buche*, truncus, ſtipes, caudex. Ch. Mſ. a. 1310. *Vndecim quadrigatas boſci ſeu buchiae pro ardere.*

BVCHINA, pro *Buccina.* Nicolaus Specialis de Reb. Siculis lib. 1. cap. 14. apud Murator. tom. 10. coll. 933.

BVCHIRANVS, V. *Boquerannus.*

† BVCHVRVARE, haſtis ludere. Conſtit. Feder. reg. Sicil. c. 106. V. *Rohordicum.*

BVCIA, V. *Buſſa.*

BVCIDA, *qui bones maſſat*, in Gloſſ. Sax. Aelfrici. V. *Boſcida.*

BVCILLA, *ψωμὸς, buccella.* Supplem. Antiquarii.

BVCINA, BVCINVM, V. *Buccina.*

BVCINARIA, *voces.* Gloſſ. Iſid. Barthius Aduerſar. 14. 8. mallet *Buccinariae voces*, quaſi a ſonitu buccinatorum; Graevius vero *Bucina*, vocis

cina, quia hae duae voces vnum ſunt Iſidoro lib. 19. Orig. cap. 4.

BVCINVM, clangor buccinae, Iſidoro lib. 3. Orig. cap. 4. et in Vet. Gloſſ. San-German. num. 501. V. *Buccina* et *Buccinus*.

BVCINVS, V. *Buccina* et *Buccinus*.

† BVCITARE, *faire bouche*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679.

† BVCITVM, paſcuum. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7641. V. *Bucerium*.

BVCIVS, idem qui *Buceus*. Ogerii Panis Annal. Genuenſ. ad ann. 1204. apud Murator. tom. 6. coll. 388. Bartholomaei Scribae Annal. Genuenſ. ad ann. 1226. ibidem col. 444.

BVCKSTALL. Anglis eſt maioris retis ſpecies; eſt etiam ſeruitium quod a vaſallis ſeu tenentibus domino venanti debetur. Priuileg. de Semplingham apud Th. Blount in Nomolex. Angl. *Et ſint quieti de chevagio, hondpeny buckſtall et triſtris; et omnibus miſericordiis*, etc. Addit autem idem Blount ibid. ex 4. Inſt. fol. 306. *Buckſtalt, i. vbi homines conuenire tenentur, ibidem conuenire ad ſtableiam faciendam circa feras et ad easdem congregandas quietum eſſe de hoc ſeruitio, quando dominus chaſeaueris*. V. *Carno*.

BVCLEAMEN, Saxonice *heort-hama*, in Gloſſ. Aelfrici: id eſt, cordis tegmen, vel cutis, clypeus forte ſeu *Buccula*, qua pectus tegitur.

† BVCLIAMEN, ebullitio, Gall. *Bouillonnement*. Vita Mſ. S. Winwalaei. *A quodam lucidiſſimi fontis bucliamine gemmatus*.

BVCO, V. *Bucco*.

† BVCOLICI MILITES, praedones erant Aegyptii de quibus fuſe agit Xiphilinus. Mentionem eorum facit Capitol. in M. Antonin. et Vulcat. Gallican. in vita Auidii. Nomen huic militiae a pago vel oppido Aegypti. Hieron. in vita S. Hilaris: *Cupienti rurſum ad Aegyptum nauigare, hoc eſt, ad ea loca, quae vocantur Bucolia*. Haec ex Car. de Aquino in Lex. milit.

† BVCRANVS, idem ac *Boquerenus*, Gall. *Bougran*. Ch. a. 1447. in Supplem. ad Miraeum p. 700.

BVCTVS, finis, extremitas, ex Gallico *Bout*. Fridericus I. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 49. *Inuſtruam autem illam alarum, a qua incipiunt decem pennae maiores forinſecae, quam quidam vocant humerum, et alii buctum alae dicunt*, etc. Gallis *le bout de l'aile*.

BVCVLA. (1) Vmbo, V. *Buccula*. (2) *Paſcua*. Gloſſ. Iſid. f. *Buculta*, inquit Barthius Adverſar. 14. 8. (3) *Corveiae* ſpecies cum pari boum. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 53. *Winegaudus - - - habet de terra arabili bunnaria iii. - - et facit inde buculas*.

† BVCVLERIVS, clypeus, ſcutum, Gall. *Bouclier*. Conſtit. Feder. reg. Sicil. c. 113. V. *Bruclarius*.

BVCVS (1) *Garrulus, qui ceteros oris loquacitate non ſenſu ſuperat; ſecundum Iſidorum*. Vocabul. vtriusque juris. V. *Bucco*. (2) † Aditus. Murat. to. 12. Script. p 488. *Omnes bucos plateae fecimus praeparari*.

BVDA. (1) *Storea*. Gloſſ. Camberonenſe: *Buda, ſtramentum lecti de biblo, id eſt, papyro*. Gloſſ. Lat. Mſ. Regium Cod. 1013. et Papias: *Buda, ſtoria*, vbi legendum *ſtorea*. Seruius ad 2. Aeneid. *Vluam dicunt rem, quam vulgus budam vocat*. Pelagius libellor. 10. n. 76. *Videns autem Aegyptius veſtitum mollibus rebus, et budam de papyro, et pellem ſtratum ſub ipſo*. In Gloſſis Iſid. habetur *Buda, Hiſtoria*, pro quo legendum *Storia*, vel potius *Storea*, niſi forte magis arrideat correctio Barthii, qui Aduerſar. 14. 8. pro *Buda* cenſet ſcribendum eſſe *Buga* vel *Bugia*, quae vox fabulam hodieque Italis notat. Hiſtoria autem etiam vere Latinis Scriptoribus mendacem fabulam, denotat non raro. Alteram notionem eaedem Gloſſae Iſid. ſubiiciunt voci *Budae*: *Buda, ornamenta regalia vel camelorum*. Sed pro *Buda* legendum *Bulla* jam annotarunt Martinius in Lexico ad vocem *Bulla*, et Graeuius ad hunc ipſum locum Iſidori. (2) † Idem quod *Buta*, Gall. *But*, ſcopus. Lit. remiſſ. a. 1395. *In qua platea ſunt*

quaedam budae, Gallice Budes, aliis Berſeaux, in quibus et ad quas budas aliqui baliſtarii tunc trahebant. V. *Berſa* 1.

BVDELE, Germanis *Beutel*, Belgis *Budel*, ſeu *Buydel*, ſaccus, incerniculum, cribrum farinarium. Codex MS. Eccleſiae Colonienſis ex Bibliotheca Cathedralis Atrebat. *Hegiſter coquinae prouidebat ſal piſtrino et budele et carbones in hyeme, et ſaginen ad blo, mus, et harmus.*

† BVDELLA, inteſtinum, Ital. *Budello*, Gall *Boyau*. Stat. Taurin. an. 1360. c. 87. V. *Buella* et *Budelus* 3.

BVDELLVS. (1) Calamus, vulgo *Boudelle*, quaſi *bout d'aile*, alae pars inferior. Ioannes de Garlandia de Mineralibus pag. 155. *Accipe de ſale alkali, et eum in aliquo budello ſolue, etc. Budelli* voce potius hic intelligere vult Cangii editor lagenam, quam calamum. Quis non videat in lagena facilius, quam in calamo ſalem diſſolui? Vide *Butta* 3. (2) Idem qui *Bedellus*, apparitor, de quo plura in voce *Bedelli*. Leibnitius Scriptor. Brunſuic. tom. 2. pag. 470. (3) Inteſtinum. Acta SS. Iulii tom. 1. pag. 585. C. in proceſſu de B. Petro de Luxemburgo: *Quod propellentis tuſſis impulſu quidam budellus diſlocatus circa latus ſe traxit.* V. *Botellus.*

BVDIA, annonae ſpecies. Charta MS. Caroli Flandriae Comitis: *Appendicemque terram et de budia vnam garbam.* V *Bulzet* et *Buza* 3.

BVDINGVM, BVDING. Charta Henrici III. Imp. an. 1056. pro Monaſt. S. Maximini Treuir. apud Nicol. Zilleſium: *Si cuius bona vel praedia propter aliquam culpam vel querimoniam in placitis Abbatis, id eſt, budingum, denunciata, vel publicata fuerint, omnia Abbatis erunt, niſi bonis eisdem, poſtquam villici Abbatis ea in cuſtodiam ſuſceperint, ſe quilibet temere intromiſeris.* Alia eiusdem Imperatoris apud Marten. Collect. Ampliſſ. tom. 1. col. 431. *Quotiens vero Abbas vel ſuus villicus apud Brunwilre, vel quolibet in loco infra terminos Abbatiae placitum habere voluerit, quod vulgariter budingdicitur, id ſuae ſit poteſtatis.* *) Eſt vox Germanica Botding, quaſi geboten Ding, iudicium a Principe indictum. V. Schilter in Gloſſar. v. *Botding*, et *Ding*, Friſchium in Lex. v. Botding et ſupra *Bottingum*.

BVDOGVS, V. *Buzeucus.*

BVECATICVM, V. *Buccaticum.*

† BVELLA, inteſtinum, Gall. *Boyau*. Stat. Peruſ. p. 58. V. *Budella.*

BVESVS, nauis ſpecies. Iacobus de Vitriaco Hiſt. Orient. lib. 3. apud Marten. Anecd. tom. 3. col. 287. *Tempore Almerici Regis venit Comes Galterus de Montebeliart in terra Ieroſolymitana, et armauit quinque galeas et duos hueſos, et iuit in terram Aegypti.* V. *Buſſa.*

BVDLAFLA, in priſcis Sueonum Legibus dicebatur citatio in ius in cauſis ordinariis per baculum, quem *Baculum notitiae*, vel *Nunciatorium* vocabant. Hunc iudex nota vtrinque inuſtuſata emittebat ſingulum ſingulis territorii quadrantibus, vt per manus vicinorum extraditus et facti notitiam ſimul et comparandi mandatum circumferret: quomodo non iudicia tantum, ſed et promiſcue omnes conuentus publici indicti fuerunt, vbi de caſu aliquo extra ordinem deliberandum erat, aut iudicandum. Erat autem hic baculus nunciatorius effectus ad modum rei, de qua in Conuentu tractato inſtituenda fuit, vt, ſi res ſacra, crux lignea: ſi homicidium, ligneum telum, aut ſecuris emitteretur. Ita Iohann. Stiernhookus lib. 1. de iure Sueonum veteſto cap. 6.

BVDTEIL, vox Germanica, ius in ſupellectilem defuncti. Charta Friderici V. Imper. an. 1182. apud Tolnerum Hiſt. Palat. inter Inſtr. p. 56. *Sicut enim praefatus Imperator omnes Spirenſis ciuitatis inhabitatores, undecunque venerint, vel cuiuscunque conditionis fuerint, a conſuetudine nefanda et nequiſſima, quae vulgo vocabatur Budteil, ſuos quoque haeredes prorſus exemit, et ne aliqua perſona maior vel minor, non aduocatus, non eorum naturalis dominus, illis morientibus, de eorum ſupellectilibus quicquam*

quam inferre praesumeret, finaliter interdixit. V. *Bidella.*

† BVFA, nugae, gerrae, Ital. *Buffa.* Ch. a. 1317. inter Probat. t. 4. Hist. Occit. p. 155.

BVFALVS, V. *Bubalus.*

BVFAMARIA, V. *Bafomaria.*

BVFETAGIVM, BVFETARIA, vectigal, quod praestatur pro vini bibitione in tabernis, dictum quasi *Buuetage*, *Buueterie*, († vel pro signo vini venalis appendendo, quo sensu Galli olim dixere *Bouffel* et *Bouffiel.*) Arresta Pentecost. an. 1265. in 1. Regesto Parlamenti fol. 143. *Cum fratres domus Dei Pontisarensis peterent quandam consuetudinem, quae dicitur bufetagium, sibi solui ab Abbatissa et Monialibus B. M. Regalis iuxta Pontisarum, de vino ipsorum quod venditur in taberna apud Pontisaram, ratione bufetariae sibi datae a D. Rege apud Pontisarum, etc.* Tabularium S. Maglorii Parisiens. fol. 107. *Erant in possessione habendi et percipiendi consuetudinem, quae vocatur buffeteriae, in domo sua sita Parisiis in vico S. Martini extra muros.*

† BVFETARIVS, tabernarius, caupo, Gall. *Buffetier*, qui vinum *de Buffet* puncupatum, vendebat. Reg. parum S. Germ. Prat.

BVFETVM, a Gall. *Buffet*, abacus. Chartularium S. Cornelii Compend. *Haec sunt nomina utensilia de Ruminiaco - - unum tapetum, tria scrinia ferrata, unum bufetum.*

BVFFA, alapa, Occitanis *Buffa.* Gloss. Lat. Gall. *Alapa, Buffe.* Catholicon Armoricum: *Auinat, Gall. Buffe, Lat. haec cernica.* Item: *Buffeter, alapizo.* Charta Philippi Reg. pro Ecclesia S. Mederici Parisiens. an. 1273. *Item super verbis contumeliosis, alapis, sine Buffis, melleis sine sanguine, etc.* Et Italice *buffa*, quae est ea pars cassidis, per quem mittitur spiritus, vox, vt videtur, formata. Qui enim alapam alicui infligit, dicitur ironice caput vel genas illius galea operire ac tegere, *Couurir la jone*, quae est vulgaris apud Gallos loquendi formula. *Bofetada* dicitur trina illa colli percussio in militatibus inaugurationibus, de qua in v. *Alapa.*

† BVFFARE, inflare, Gallis *Bouffer.* Stat. Vercel. l. 3. *Et non possit aliquis buffare vel inflare ore, vel alio modo carnes.*

† BVFFARIA, ludificatio, ab Ital. *Buffare*, nugari. Epist. Bened. XIII. apud Marten. t. 7. Collect. ampl. p. 758. V. *Bufa.*

† BVFFETERIA, idem quod *Bufetagium.* Chartul Eccles. Carnot. *Comes habet aliqua* (iura) *sine episcopo, sicut est deablagium et buffeteriam.*

BVFFETVS. (1) BVFFETVS, vel BVFFECTVS PANIS, in Statut. Veronens. lib. 4. c. 109. panis siligineus, Ital. *Pane Buffeto.* Acta SS. Maii to. 1. pag. 339. in additionibus ad vitam S. Antonini n. 14. *Iussit afferri albissimum panem, quem vocant buffectum.* (2) † Confessus hominum, qui de re aliqua statuere possunt, Gall. olim *Buffet.* Chron. abbat. Corb. Ms. fol. 23. *Ordinata est camera buffeti, id est locus congregationis seniorum fratrum.*

BVFFO. (1) *Buffones*, scurrae, Gallis *Bouffons.* Breuiloq. *Goliardi, buffones, ioculatores.* Synodus Saltzburg. an. 1310. cap. 3. *Clerici - - qui se ioculatores, seu goliardos faciunt, aut buffones*, etc. V. *Goliardus.* Io. Villaneus lib. 7. cap. 88. *Onde di Lombardia, e di tutta Italia vi trahauano Buffoni, e bigherai, et huomini di corte.* Salmasius ad Tertullianum de Pallio: *Scurras, mimarios, et scenicos, placentariosque buffones hodie vocamus. Atque ita veteribus vocabantur, quod buccas inflarent in mimo, alapis accipiendis, vt validius sonarent.* Adamantius Martyrius: *Βυφο, Φυσίγγαρος*, etc. Mauult Cangius a *Buffa*, quod mimi ac scurrae inuicem sibi alapas ac *buffas* infligentes, risum spectantibus moueant. Vide Octauium Ferrarium in Origin. linguae Ital. in *Buffone.* (2) † Idem ac bufo in Lit. absolut. Ms. a. 1349.

BVFFONIA, scurrilis iocus, Gall. *Bouffonnerie.* Vide locum in *Ribaldi.*

BVFFRDVS, maior turris, Gall. *Beffroy*. Hiſt. Harcur. to. 4. p. 1099. V. *Belfredus*.

BVFLVS, V. *Bubalus*.

BVFONES, apud Marten. Anecdot. to. 4. col. 727. lidem qui *Buffones*.

BVFVRDIVM, V. *Bohordicum*.

† BVGA, minutum lignum, Gall. *Bachette*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1349. *Cum proiecisſet contra dictam gallinam quandam bugam leuem, ſeu parvum baculum*.

† BVGADA, vox Hiſpan. lexiuium, Germ. quibusdam Beuche. Comp. Mſ. a. 1363. *Pro quatuor bugadis albarum et maparum*. Ch. Mſ. a. 1414. *Faciebant in fonte ſine rino — burgadas ſuas*.

† BVGADERIVS, ad lexiuium pertinens. Inuent. a. 1476. *Plus duos cubatos bugaderios*.

† BVGADIERA, mulier quae lexiuio abluit, in Inſtr. a. 1366. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 303.

BVGARI, V. *Bulgari*.

BVGATA, vaſis ſpecies. Contract. Datior. Bergom. lib. 2. cap. 6. *De omnibus vaſis lapideis, de bugatis, de bronzo*, etc.

† BVGATTATVS, in vaſe, *bugata* dicto, poſitus. Murat. t. 16. Script. p. 946. *Quartaria XIII. farinae bugattatae*.

† BVGATVS, panni ſpecies. Stat. Riper. c. 12. *De qualibet petia bugatorum et ſtagmeniarum brachiorum XII*.

† BVGAZOLVS, alueus, alueare, Ital. *Bugno*, vel apum examen. Stat. Vallis-Ser. rubr. 129. *De quolibet auico, ſeu examine, ſeu bugazolo apium, ſeu buſo* etc.

BVGENS, *ſpado*, Papiae. MS. Eccleſiae Bituric. et vet. Gloſſarium MS. San-German. num. 501. *Bugens, Spado*. V. *Bigens*, et *Buggens*.

BVGERI, V. *Bulgari*.

BVGERIVS, V. *Bougerius*.

BVGES, V. *Bugetus*.

† BVGETVM, Gall. *Bouge*, Germ. Bucht, aedicula. Reparat. factae in ſeneſcal. Carcaſſ. a. 1435. *Bugetum ſtabularum dicti caſtri*.

† BVGETVS, lapidis genus. Ch. Mſ. a. 1384. *Soluasis — — barquerio pro portu mille lapidum — — conuectarum Buges*. Infra: *ſeptem albi pro quolibet bugeto*.

BVGEVS, V. *Bugens*.

† BVGGEVS, *ſpado*, in vet. Gloſſar. Cod. reg. 7646. V. *Bugens*.

BVGIA, (1) Aedicula, Gallis *Bouge*, German. Bucht. Libertates oppidi Iaſſeronis, apud Guichenoum in Hiſtor. Breſſenſi p. 106. *Pro domibus, grangiis, bugiis*, etc. V. *Bougia* et *Bugetum*. (2) BVGIA, Italis eſt mendacium: de qua voce vide Ochuium Ferrarium in Origin. linguae Italicae. (3) † Paſcuum, prarum, Aruernis *Buge*. Terrear. Apchon. a. 1511. *Bugias et campos contiguos*. (4) † BVGIA, BVTGIA, candela e cera candida, Gall. *Bougie*. Teſtam. a. 1472. V. *Bougia* 2.

† BVGIS, GIS, *queue de charue*, in Gloſſar. Lat. Gall. cod. reg. 7679.

† BVGLIRE, *bullire*, aquis feruentibus occidere, Gall. *Bouillir*. Inſtr. a. 1384. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 61. *Homines interficiendo, concremando, bugliendo, et alias inhumaniter tractando*. V. *Bullire* 3.

† BVGVLVS, ornamentum muliebre. (*) Forte a German. Bügel.) Murat. t. 16. Script. p. 580. *Dominae — — loco terrarum de auro vel de ſerico, quas portare ſolebant contextas ſeu internatas in capillis, nunc portant bugulos*, etc.

† BVHETERIVS, Gall. *Buhetier*, vrceorum quos *Buée* et *Bühe* vocabant Galli opifex. Lit. remiſſ. a. 1374.

BVHORS, in Tabulario Sandionyſiano. Charta an. 1230. Kal. Maii: *Guido dictus Caprofine vendit inſtitiam et Aduocatiam Comunde, et troffas foeni, et redditus, qui vocantur Hayes, et tenſamenta, ſita in aurua et denariis, et quosdam redditus, qui vocantur Buhors et corueias de ruchiis et foſſatis*. Vbi *Buhors* ſumitur, vt videtur, pro praeſtatione, quae ſit pro facultate *bohordandi*, ſeu haſtiludio decertandi. V. *Bohordicum*. In Computo Domanii Comitatus Pontiui ann. 1405. haec leguntur: *Des reuenus des Buhos du Gard les Rue, weant ceſt an, pour ce qu'il n'y en a aucuns durant le temps de ce compte*.

compte. † Quidni intelligeretur *Buhors* de praestatione quae fiebat pro facultate cupiendi ardearum speciem, quas *Buhoriaux* vocabant, vulgo *Butors?*

BVHVRDARE, idem ac *Bohordare*, ap. Rymer. t. 1. p. 332. V. *Bohordicum.*

BVHVRDICIVM, V. *Bohordicum.*

BVIBLOTA, in Legibus Alfredi, V. *Oustheft.*

BVIEVS, buxeus, Gall. *de Buis.* Spicil. Fontanel. MS. p. 232. *Pecten buxeus cum vagina.*

† BVILIO, massa monetaria, idem ac *Billio.* Ch. Mss. a. 1328.

† BVIOLIVM, pondus. Stat. Vercell. l. 3. pag. 86. *Venditor - - habeat buiolium sine marchum de libra una ad minus.*

BVINARIVM, modus agri, idem ac *Bonnarium*, Gall. *Bonnier.* Charta Clodouei Reg. Franc. a. 638. to. 3. Hist. Paris. pag. 20. *Habentem ab introitu suo vsque ad alueum Maternae fluuii buinaria duodecim.*

BVIRA. Ita Cremonenses suum appellabant *Carrocium*, V. in hac voce.

† BVIRETA, vrceolus, Gall. *Burette* Reg. episcop. Niuern. a. 1287. *In capella sunt calix argenteus, duae buiretae argenteae.*

† BVISSELLVS, modius, Gall. *Boisseau.* Ch. Lud. VII. reg. Fr. a. 1164. Mss. V. *Bussellus.*

BVISTA, V. *Buxis.*

† BVITARDA, otis, Gall. *Outarde*, Campanis *Bitarde.* Ch. Mss. a. 1463. V. *Auistarda* et *Bistarda.*

† BVLBVCARIS, pro *bubulcaris*, ad bubulcum pertinens. Lit. remiss. a. 1416.

† BVLBVS, *baculus pastoralis*, in vet. Gloss. Cod. reg. 7613.

† BVLCIA, sacculus instar *bursae.* Inuent. Mss. thes. Sed. Apost. a. 1295. *Bulcias de corio pro libris.* V. *Bulga.*

† BVLCONIA, modus agri, idem quod *Bobulca*, V. in *Bouata.* Stat. Vercell. l. 7. p. 147. V. *Bulcus.*

BVLCVS, certus agri modus, ab Anglico *Bulk*, magnitudo. Madox Formulare Anglican. p. 179. *Ingeram de Dumard - - Sciatis quod Ricardus filius Hugonis calumniauit in Osbestuna vnam virgatam terrae et tredecim acras de dominio, et terram trium bulcarum et dimid. et vnam cotlandam.*

BVLDELLVS, an *Balteus*, Gall. *Baudrier?* Tabularium Burgulense: *Ego Hubertus miles de castro Salmuro habebam vicariam de seniore meo Alano Caynone castro quam cauceffi monasterio Burgulensi. Accepi ab ipsis monachis solidos mille et senior meus Alanus ducentos solidos. Fuit vnus loricus in pretio valde bonus, et vnus caballus. Filii vero eius Alanus et Bernerius duos buldiellos habuerunt. Mater vero Odonis senioris nostri habuit vnam vnciam de auro et sepias mille. Regnante Roberto Rege, imo dominante Iesu Christo Rege aeterno.*

BVLECTA, genus tributi, apud Rymer. to. 12. pag. 283. *Sine solutione alicuius datii, pedagii, passagii, vectigalis, gabellae, bulectarum etc.*

BVLENGARIVS, BVLENGARIA, V. *Bolendegarii.*

BVLERGIS, consiliarius. Papias MS. Graecis Βουλευτής, idem.

BVLETARE, farinam incernere, cribro secernere, Gall. *Bluter*, ab Armorico *Bleut*, farina purior, vnde dictum, *Buletare*, pro *Blentare*; German. Beutlen. Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Bened. cap. 6. *Vas et locum, quo farina buletari debet.*

BVLETELLVM, cribrum farinarium, Gallis *Bluteau*, Germ. Beutel; apud Matth. Paris an. 1202. pag. 145.

† BVLETELLVS, in Arest. a. 1345. V. *Bultellus.*

† BVLETINVM, sigillum, Ital. *Bullettino*, Gall. *Buletin.* Stat. Patav. l. 2. c. 3. *Sigillum vel buletinum Mag. domini nostri.* V. *Bolletinum.*

BVLGA. Papiae: *Saccus torcus.* Sed legendum *scorteus.* Festus: *Bulgas Galli sacculos scorteos vocant.* Gloss. Saxon. Aelfrici: *Bulga, Hydig-foet.* i. vas ex corio confectum; Galli *Bouge* vocant. Eadmerus l. 2. Vitae 5. Anselmi c. 27. ap. Surium: *Bulgae et mantica reseratae sunt.* Vocem retinent etiamnum Cambro-Britanni, quibus *Bolgan*, est *Bulga*, Armorici

Boul-

Boulches appellant. De vocis etymo coſulendus praeterea Goropius Bekanus lib. 1. Gallic. p. 15. Adde praeterea Steph. Paſchaſium in Diſquiſit. Francicis lib. 8. c. 2. BVLGIA, idem quod *Bulga*. Willelmus Malmesb. lib. 1. de Geſtis Pontific. Alibi *bulgas* habet, lib. 4. Hiſt. pag. 128.

BVLGARI, BVGARI, BVGERI. (1) Haeretici, qui vulgo *Albigenſes* in Francia, alibi *Paterini*, *Cathari*, etc. Manichaeorum aſſeclae. Matth. Paris an. 1238. de quodam Roberto Dominicano ſcribens, qui in Flandriam miſſus eſt cum officio inquiſitoris: *Ipſos autem nomine vulgari Bugaros appellavit, ſive eſſent Paterini, ſive Ioviniani, vel Albigenſes, vel aliis haereſibus maculati.* Philippus Mouskes, de eodem Roberto:

Si eſtoient Bougre nouimé,
De fauſſe loy pris et prouve, etc.

Vide Matth. Weſtmonaſt. an. 1236. et infra in voce *Piſti*. Monachus Altiſiod. ann. 1201. *Ernaudus miles, haereſis illius, quam Bulgarorum vocant, coram Legato arguitur.* Idem an. 1206. *Haereticos, quos Bulgaros vocant, vehementer ſtuduit inſectari, eiusque inſtantia actum eſt, vt plerique rebus ſuis extenuarentur, exterminarentur alii, alii cremarentur.* Anno denique 1207. ſatis docet idem Scriptor, eosdem fuiſſe *Bulgaros* cum Albigenſibus: *Per idem tempus Bulgarorum haereſis execranda, errorum omnium faex extrema, multis ſerpebat in locis, tanto nocentius, quanto latentius; ſed innaluerat maxime in terra Comitis Toloſani, et Principum vicinorum.* Adde Nangium in Chron. eod. an. 1027. Hiſt. Francorum MS. quae exſtat in Bibl. Memmiana, an. 1223. de Philippo Aug. *Envoia ſon fils en Albigeois pour deſtruire l'hereſie des Bougres du pays.* Alia, quae deſinit in an. 1322. ad an. 1225. *En ceſt an fiſt ardoir les Bougres freres Ieans, qui. eſtoit de l'Ordre des Freres Preſcheurs.* Bulgarorum haereſim a Manichaeo originem ſumpſiſſe, auctor eſt Albericus in Chronico MS. a. 1239.

Bulgaros vero Albigenſes haereticos appellarunt Galli quod Bulgari eorum haereſi maxime infecti eſſent, qui eam ab Orientalibus et Graecis Manichaeis hauſerant, Baſilio Macedone imperante, vti fuſius narrat Petrus Siculus in Hiſt. Manichaeorum ſtatim initio: deinde quod eorum ſummus Pontifex, cui caeteri eiusdem ſectae miniſtri obnoxii erant in Bulgaria ſedem fixiſſet. Epiſcopus Portuenſis in Epiſtola apud Matth. Paris an. 1223. Reinerus lib. contra Valdenſes cap. 6. recenſens Eccleſias, vti vocabant, Catharorum, qui iidem ſunt cum Valdenſibus et Bulgaris, *Eccleſiam Bulgarorum* nominat, a qua caeteras profluxiſſe ait pag. 71. et cui praefuiſſe ſubdit *Epiſcopum et Filium maiorem Eccleſiae Bulgariae appellatum*, pag. 71. Vide Marcam lib. 8. Hiſt. Beneharn. n. 2. et ſeq.

(2) Interdum *Bulgari*, ſeu *Bougres*, dicti κατ' ἐξοχήν. Regeſtum Areſtorum Parlamenti: *Bougrerie, ſ eſt habiter auec les beſtes.* Vetus Franciae Conſuetudinarium: *Le bon Iuſticier a la punition de Bougerie, et la doit la Iuſtice temporelle faire ardoir.*

(3) Denique *Bulgaros* vocabant Galli vſurarios omnes, quia eiusmodi hominum genus vſurariis mercimoniis operam dabant. Matth. Paris an. 1255. *Ipſi vſurarii, quos Franci Bugeros vulgariter appellant.* Vetus Rotulus an. 1233. *Pro rebus ſaiſiendis Caorſini capti propter Bugriſiam* 7. libr. etc.

† BVLGERIA, forte domus, manſio, a Saxon. *Bol*, domicilium, Ch. Henr. reg. Angl. Mſ. *Ex dono Raduſi parui maſuram vnam terrae in bulgeria.* V. *Bulconia*.

BVLGETARIVS, bulgarum venditor. Gloſſ. Gr. Lat. *Bulgetarius*, βαλγιοπώλης

BVLGIA, V. *Bulga*.

† BVLGRI, iidem qui *Bulgari*, in Act SS. to. 5. Sept. pag. 355. V. *Bolgri*.

BVLGVLA, V. *Bolluca*.

BVLIO, V. *Bullo*.

BVLI-

BVLIRE, V. *Bullire* 3.

BVLLA. Huius vocis varias notiones complexus est Ebrardus Bethunienſis in Graecismo:

Bulla, tumor laticis, nola, ſidus, gemma, ſigillum,
Bulla notat gemmam, ſtellam, veſtem puerorum
Ornamenta ſil - - bullas, et balthea ſignat.

(1) Quid Latinis *Bulla* ſit, hic non diſquirimus obſeruamus tantum, Scriptoribus inferioris aeui ita appellari, ornamenta quaedam orbicularia, a quibus vox, *Boule*, apud Gallos originem ſumpſit. Io. de Ianua: *Vt generaliter dicitur, omnia ornamenta aurea vel argentea, quae fiunt quaſi inflata, bullae dicuntur.* Gloſſ. Iſid. *Bullae, ornamenta regalia, vel camelorum*, Mox: *Bullae, ſtramenta regalium camelorum*; leg. *ornamenta*, quomodo apud Papiam: *Bullae, ornamenta regalium puerorum, vel equorum, dictae, quod ſint ſimiles bullis, quae in aqua inflantur.* Vetus interpres Iuuenalis ſat. 5. *Antiquitus nobilium pueri bullas aureas habebant: pauperum de lotis, ſignum libertatis.* Hac igitur notione bullas accipiendas Cangius putat apud Apuleium lib. 6. *Bullisque te multis inoculatum, veluti ſtellis relucentem, - - ſaginabo.* Leo Oſt. li 3. cap. 31. (al. 33.) *Alterum quoque iconum rotundam argento - - veſtitam, argenteis etiam bullis extrinſecus in gyro circumdatam, transmiſit.* Vbi, vt et apud Anaſtaſium, *Bullae* dicuntur, quas alii *Lunulas* vocant. S. Hieronym. in c. 3. Iſaiae: *Habent mulieres in lunae ſimilitudinem bullulas dependentes, quas nos ad Eccleſiae ornamenta transferimus, quae illuminantur Sole iuſtitiae.*

(2) Sigillum, ſeu typus ſigillarius, quo bullae ipſae imprimuntur. Gloſſae MSS. *Bulla, emblema, i. varietas paimenti, vel ſigillum.* Gloſſ. Aelfrici Saxonicum: *Sigillum*, vel *Bulla*, *Mſegel.* Io. de Ianua: *Bulla, ſigillum, quod cerae imprimitur.* Hucbaldus in Vita S. Rictrudis cap. 15. *Et vt clara editus proſapia, regis quoque praeclarus fulſit in aula, regia honoratus bulla, vtpote prudens Notarius regalium praeceptorum conſcribens edicta.* Hariulfus l. 1. Chron. Centul. cap. 6. de Mayronto. *In aula eiusdem Regis militauit, et vt nobilis regiae bullae vel ſigilli baiulus.* Quando autem coeperit vel deſierit *Bullae* vocabulum pro *Sigillo* adhiberi, paucis docet Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 10. Ludouicus II. Francorum Rex *Bullae* vocabulum ſaepius vſurpauit, vt conſtat ex Spicilegio Acher. to. 5. pag. 370. 384. et 388. *Ex bulla noſtra inſſimus annotari*: tum *noſtraeque bullae impreſſione*; ad haec, *bullis noſtris roborari.* Ante Ludouici II. tempora in vſu erat *Anulus.* Idem *Anuli* ſeu *Bullae* vſus perſeuerauit ad Ottonem primum Imperatorem, qui *ſigilli* appellatione identidem vſus eſt ex eodem Spicilegii to. 5. pag. 407. 410. 414. Ottonem Magnum hac in re imitati ſunt Reges Galliae Capetiani, non tamen ſemper, vt patet cum ex aliorum, tum ex Philippi I. exemplo et verbis, *Bullis noſtris ſubſignari iuſſimus*, in Hiſtoria Trenorchienſi pag. 325. in qua Hiſtoria alia de *ſigillo* Henrici I. ac Philippi iam dicti exempla occurrunt, vt et alibi paſſim.

(3) BVLLA, ſumitur crebrius pro ipſo ſigilio, quod Chartis appenditur. Synodus Romana ſub Eugenio II. PP. an. 826. cap. 18. apud Holſtenium, de dimiſſoriis Epiſtolis: *Metropolitani bulla eas munire oportet.* Verſus de Vicelino Epiſcopo Bremenſi:

Chartas conſcriptas, et res in ſcripta redactas
Bullis firmauit, bannoque ſuo ſtabilitas.

Infra:

Scriptis firmauit haec, et bulla ſolidauit.

Acta SS. Benedict. ſaec. 6. part. 2. pag. 418. Mabill. Analect. tom. 3. p. 302. BVLLAS AVREAS, quae Imperatorem Byzantinorum proprias fuiſſe putant, longe errant, cum et caeteri Principes iis ſint vſi. Sed et non plane hactenus conſtat, a Francione ii, an vero Franci a Byzantinis iſtius-

iſtiusmodi ſigillorum vſum acceperint, cum eadem ferme tempeſtate iis coepiſſe vti legantur. Verum apud Imperatores Germanicos longe frequentior fuit aurearum Bullarum vſus: quippe *Arnulphi* Imperatoris Bullae aureae recenſentur apud anonymum Haſenrietanum in Epiſcopis Eyſtetenſibus: *Henrici I.* in Chronico Caſinenſi lib. 2. cap. 31. *Henrici III.* cap. 81. eodem lib. et cap. 49. lib. 3. *Conradi* apud Buchelium in Notis ad Will. Hedam p. 166. Guichenonum in Bibl. Sebuſiana lib. 1. c. 17. et Ioan. a Boſco in Vienna: *Henrici iunioris*, apud Ottonem Friſing. lib. 1. de Geſtis Friderici cap. 55. eiusdem *Friderici I.* apud Godofridum Monachum in Chronico a. 1167. et alios: *Henrici VI.* apud eumdem Buchelium pag. 178. *Frederici II.* apud Ioannem Villaneum lib. 6. cap. 25. Goldaſtum tom. 1. Conſtitut. Imper. pag. 289. 305. in Notis Cangii ad Ioinuillam pag. 57. apud Buchelium pag. 202. vbi Bullam ipſam exhibuit, Freherum in Appendice ad tom. 1. Scriptorum Germanic. pag. 2. Ludewig. Reliq. MSS. to. 4. pag. 257. *Caroli IV.* ap. Goldaſtum p. 347. etc. Neque Imperatoribus duntaxat propriae fuere Bullae aureae; nam et caeteros Reges ac Principes iis vſos paſſim legitur, *Reges Angliae*, apud Matth. Paris pag. 172. Willelmum Thorn. lib. 2. c. 15. et to. 3. Spicilegii Acheriani: *Reges Siciliae* apud Romualdum Salernitanum in Chronico MS. an. 1166. Bromptonum pag. 1114. vbi earum effigies deſcripſit, Nicolaum Triuettum in Chron. an. 1178. Falconem Beneuentanum an. 1137. Rocchum Pirrum tom. 1. Notit Sicil. pag. 123. 125. 404. etc. *Reges Italiae*, apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica pag. 282. *Reges Hiſpaniae*, apud Matth. Paris pag. 584. 598. Florentium Wigornienſem pag. 357. et Marcam lib. 7. Hiſt. Beneharn. c. 8. *Reges Hungariae*, in Decretis Andreae Regis cap. 25. et apud Hieron. Rubeum lib. 6. Hiſt. Rauennat. pag. 405. *Reges Bulgariae* in Actis Innocentii IV. PP. pag. 54. 55. et apud Leonem Grammaticum p. 503. *Sultanos Iconienſes*, apud Duchenium in Probat. Hiſt. Ducum Burgund. pag. 136. denique *Duces Apuliae*, in Chronico Caſinenſi lib. 3. cap. 57. lib. 5. cap. 10. Sed et *Romani Pontifices* aurea Bulla interdum literas ſuas obſignarunt; quod tamen, ait Dominicus Rainaldus, nunquam obſeruatur, niſi in confirmatione Romani Imperatoris. At Spelmannus refert, Clementis VII. diplomati, quo *Defenſoris Fidei* titulum Henrico VII. Regi Angliae contulit, appenſam eſſe Bullam auream. BVLLAE ARGENTEAE, meminit Luithprandus in Legat. *Talentum et alias literas argento ſignatas.* Meminit pariter Phranzes lib. 2. c. 10. Seruatur etiam in Gazophylacio Sangenouefano Pariſienſi Bulla argentea ſpiſſior Ludouici Pii, in cuius parte altera viſitur eius protome cum inſcriptione ſolita. XPE PROTEGE HLVDOVICVM IMPERATOREM: in altera nihil effictum eſt. Mabillon. Diplom. lib. 2. cap. 16. num. 16. Bullam hanc argenteam non ſigillum, ſed ſigilli effigiem eſſe inde colligit, quod nulla fiſſura, per quam dependere ſigillum ex Charta potuerit, in ea appareat. BVLLA PLVMBEA vſos interdum Reges Gallicae, atque adeo Carolum Mag. Imperatorem, teſtatur eius Charta pro renouatione Chartae fundationis Monaſterii Noualiciensis, lib. 1. cap. 17. quae quidem Charta deſcripta legitur in Tabulario Eccleſiae Grantianopolitanae fol. 39. vbi ſic clauditur: *Nos enim ex conſuetudine anteriorum Regum hoc facere decreuimus; ſed ſolummodo propter neceſſitatem et mercedis augmentum transcribere praeceperimus hoc modo, et ſuper plumbum ſigillari iuſſimus.* Exſtat alia Ludouici II. Imp. an. 875. pro Monaſterio S. Clementis Inſulae Piſcariae, quae *Bullae plumbeae impreſſione ſigillata* dicitur apud Vghellum tom. 6. pag. 1310. quas quidem tabulas, licet ab omni falſi ſuſpicione immunes praeſtare non vult Cangius: certum tamen omnino prio-

priores ſecundae ſtirpis. Principes vſos Bullis plumbeis, cum Gazophylacium Regum alteram ſeruat Caroli Magni, vel Calui, quam deſcripſit Steph. Baluzius in Notis ad Capitularia Regum Francorum p. 1284. alteram Gazophylacium Canonicorum Regularium S. Genouefae Pariſienſis, in cuius parte antica effigies Principis imberbis et laureati luſca protome, cum hac inſcriptione KAROLVS MP. AGS in poſtica in medio circulo hi leguntur characteres, RENO - - VATIO - - REGNI - - FRANCOR. BVLLAE CEREAE, quam χηρόβουλλον σφραγίδα vocat Nouella Alexii Comneni, vſus coepit apud Francos Gallicos, ex quo ſigillis pendentibus vti coepere, qui quidem nos ad Anglos ſerius tranſiit, poſtquam ſcilicet Normanni inſula potiti ſunt. Ingulphus: *Cliirographiorum confectionem Anglicanam, quae antea vsque ad Edwardi Regis tempora fidelium praeſentium ſubſcriptionibus cum crucibus aureis olitisque ſacris ſignaculis firma fuerunt, Normanni condemnantes, chirographa chartas vocabant, et chartarum firmitatem per vnuscuiusque ſpeciale ſigillum, ſub inſtallatione trium vel quatuor aſtantium conficere conſtituebant.* Vide *Sigillum.* BVLLA BLANCA, apud Rymer. tom. 2 pag. 297. eſt Bulla Papae recens electi et necdum conſecrati, qui nomen ſuum in Bullis, quas litteris ſuis appendit, exprimere non ſolet. BVLLA DEPRECTIVA, eadem notione. Vide paulo ſuperius adnotata.

(4) BVLLA, ipſum Diploma *Bulla* munitum, quemadmodum *ſigillum* pro ipſomet diplomate: quomodo appellantur hodie Diplomata ac Reſcripta Pontificum Romanorum. Wildebrandus ab Oldenborg. in Itiner. T. S. *Ita vt hoſpes, ſi terram intrauerit, absque regia bulla exire non poſſit.* Brompton: *Et ſuper hoc oſtendit bullas et alia munimenta, quae inde prae manibus habuit.*

(6) BVLLA, ſchedula, ſyngraphum, chirographum ad rei cuiuspiam indicium, Gallis vulgo *Bulete*, *Buletin*, Italis *Bolletta*, vel *Buletta* et *Bulletino*. Anaſtaſius in Nicolao I. PP. p. 217.

(6) † BVLLAE, dici videntur quaedam inſtrumenta ludi, in Stat. Mſ. eccleſ. S. Petri Inſul. an. 1388. *Ne aliquis audeat ludere ad pilam, vel alios ludos - - nec etiam ad tas xillos, aleas et bullas.* V. *Bouda* 2.

(7) † Ferrum, quo rei in fronte aliaue corporis parte ſignantur, in Stat. Cadubr. l. 3. c. 51. Porro ſignum quo vini venalis dolium notatur, ratione cuius certum quid exſoluitur, quod etiam *bulla* nuncupatur. Stat. Aſtae p. 107. *Debeant ſoluere datium, venum ſeu bullam.* Murat. t. 20. Script. p. 896.

BVLLANVS, V. *Bollanus.*

BVLLARE. (1) Στιγματίζειν, ferro candenti reos inurere, Italis *Bollare.* Habetur in Statutis Venetis lib. 6. c. 78. 79. et in Libro promiſſionis maleficii ibidem c. 7. 9. etc. † Pro vini venalis dolium ſigno notare occurrit in Stat. Cadubr. lib. 3. c. 58 V. *Bullatio.* (2) BVLLARE, apud Cornelium Celſum, eſt *Bullas facere*, id eſt, tumores; *Sic vrina bullat. Bullantes aquas* dixit Plinius, quaſi bullis tumentes et ſcaturientes. *Fontem affluentem bullis*, Apuleius l. 4. Papias MS. *Bullare, exundare.* (3) Teſtari. Hiſt. Ordinis Chartuſ. apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 204. *Fidem Chriſti bullantes proprio ſanguine.* (4) *Bullam*, ſeu ſigillum literis, epiſtolae aut diplomati apponere. Ioan. de Ianua: *Bullare, ſigillare.* Ratbodus Epiſcopus Treuirenſis: *Hanc ergo epiſtolam annulo Eccleſiae noſtrae bullare cenſuimus.* Anaſtaſius Bibl. in Vita S. Ioannis Eleemoſyn. num. 94. *Non potes ſcribere et bullare? mox abiens ſcripſit propria manu peccatum, et bullans portauit beato.* Vrſus Subdiaconus in Vita S. Baſilii Caeſarienſis c. 10. *Et plumbo bullauit chartam illam.* Vbi Amphilochius, ἐβάλλωσεν. Fridegodus in S. Wilfride cap. 28.

Bullatas offert ſignato cortice chartas.

BVLLA-

BVLLARII Curiae Romanae, *Bullarum* seu diplomatum confectores. Gesta Innocentii III. PP. pag. 28. *Fecit edictum, vt nullus Officialis Curiae suae quidquam exigeret, praeterquam solos Scriptores et bullarios*, quibus certum modum praefixit, etc.

BVLLARIVM, bullarum Romanorum Pontificiarum collectio, Gall. *Bullaire*. Synodus Valentina an. 1590. to. 4. Conc. Hispan. p. 462.

† BVLLATIO, ius ferro candenti reos signandi, apud Murat. t. 16. Script. p. 792.

BVLLATVRA, charta, vel facultas bullae et sigillo concessa, ratione cuius certum quid exsolvitur. Charta Ioannis Marchionis Montisferrati anno 1360. *Et quod vinum suum possint in dicto loco Rochae emere, vendere, sine bullatura, dacito, vel aliquo onere.*

BVLLETA, schedula, Gall. *Bullete, Bulletin*, Syngraphum ad rei cuiuspiam iudicium. Compendium Iurium et Consuetud. Vniversit. Paris. fol. 111. per Robertum *Goulet*. V. *Billa* 1.

BVLLETARIVS, f. qui scribit et distribuit schedulas, quas vocant *Breuetos* seu *Bulletas salutationis*, apud Rymer. to. 11. pag. 727. *Gabellatoribus, custumaris, scrutatoribus, bulletariis, theolonariis*, etc.

† BVLLETINVS, Ital. *Bulletino*, idem ac *Bulleta*, in Stat. crim. Riper. c. 16. V. *Bollettinus*.

BVLLI, Χρυσονάνθραι: *Insectum*. Supplem. Antiquarii. V. Salmas. ad Plin. p. 438.

BVLLICARE, BVLLVTARE. Vgutio: *Bubinare, menstruo sanguine, sicut bullicare, est puerili sanguine inquinare; et ponuntur quandoque absolute et passiue, vt hic bubinat et bullutat, i. tali sanguine inquinatur.* Sic in MS.

BVLLIGO. Saxo Grammaticus lib. 8. Hist. Daniae:

Nempe inter vernas ollae vicinus obunctae
Cruftula spumantis patinae bulligine stagio,
Crassa adipis macrum perfundens virginе panem.

Gallis, *Tremper son pain au bouillon du pot*.

BVLLIO. (1) Ioanni de Ianua: *Tumor aquae bullientis, bullicubus, parus bullio*. Gallis *Bouillon*. (2) Mensura salinaria, Gall. *Bouillon*. Charta Galcheri Do. Salinensis an. 1218. in Biblioth. Sebusiana Cent. 1. c. 2. *Hoc tantum excepto, quod 3. bulliones ad vsum Domus Abundantiae singulis annis percipiendos - - in manso Nicolai Vernel sibi retinuit.* BVLLO, eadem notione, in Monastico Anglicano to. 2. p. 256. *De 4. summis salis continentibus 40. bulliones pro dimidia salina sua*. V. *Cesarius*. BVLIO, in Burgundicis Perardi pag. 97. eodem significatu. (3) Massa auri vel argenti, Gall. *Billon*, Anglis *Bullion*. Rymer. to. 11. pag. 735. col. 1. *Absque aliqua bullione auri, seu valore eiusdem de argento - - ad reportandum sine retardendum a partibus exteris in regnum Angliae, sine aliter, aliquam Bullionem, massam sine platam auri vel argenti*, etc. Idem tom. 5. pag. 813. col. 2. Vide to. 12. pag. 8. et 10. et supra vocem *Billio*. BVLLIO, BVLLIONA, BVLLONIA, eadem notione. Rymer. to. 13. pag. 137. col. 1. Sic et alibi indifferenter scribitur *Bullio, Bulliona, et Bullonia*.

BVLLIONA, V. *Bullio* 3.

† BVLLIONVM, pondus quoddam. Ch. Roberti reg. Sicil. a. 1306. *Libra, media libra, marca, bullionum et alia minora seu inferiora pondera*. V. *Buiolium* et *Bullus*.

BVLLIRE. (1) († Negotium quoduis feruenter agere, quo sensu *Bullir* vsurpant Hispani.) Vetus orbis descriptio cap. 17. §. 7. *Ascalon et Gaza ciuitates eminentes, et in negotio bullientes*. V. *Ebullire*. (2) Bulla seu sigillo firmare, apud Ludewig. Reliq MSS to. 1. pag. 25. *Haec itaque vt rata et inconuulsa permaneant, sigillo nostro bullimus*. V. *Bulla*. (3) † Supplicii genus, potissimum in monetarum falsarios et adulteratores decretum. Ch. Mf. Caro-

Caroli IV. a. 1327. *Martinum de eccleſia - - ad bulliendum de conſilio proborum et ſuſpendendum pro crimine falſae monetae - - condempnauerunt.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1354. *Eosdem falſos monetarios - - ad mortem condempnauerunt, videlicet quod bulliri debebant.* V. *Calduria.*

† BVLLITVM CORIVM, corium decoctum, certa ratione praeparatum, Gall. *Cuir bouilli.*

BVLLO, V. in *Bullio* 2.

BVLLONIA, V. ibidem.

BVLLVGA, pomi ſpecies. Ionas in Vita S. Columbani cap. 19. *Vel pomorum paruulorum, quae eremus illa ferebat, quae vulgo bullugas appellant.* Hinc forte vox apud vulgum Gallicum *Breluque*, quaſi *Bulugue*, pro re minutiori. Sed ante legimus *Bolluca* cum Mabillonio.

BVLLVLA, diminut. a *Bulla*, ſigillum. Spicil. Acher. to. 7. p. 403.

BVLLVM, *baculum paſtoris.* Gloſſ. Iſid. Papias: *Bulus, baculus mali paſtoris*, in MS. omittitur *mali.* Conſtantienſes: *Bulum, bucolicum paſtoris.* Martinius cenſet legendum eſſe *Bullatum*, quia paſtorum baculi ſint plerumque bullis ornati. Forte ſcripſit *Bacillum, baculum paſtoris.* Sil. Ital. *Paſtoris bacillum.* Haec poſt Graeuium in notis ad Gloſſas Iſidori.

† BVLLVS, ponderis ſpecies vt videtur. Stat. Vallis Ser. rubr. 28. *Vicarius - - debeat - - bullare - - quaslibet menſuras, ſtateres, bullos, penſos* etc. V. *Bullionum.*

BVLLVTARE, V. *Bulticare.*

BVLONES, *cetarii qui diuerſa genera piſcium venduns.* Papias MS.

BVLPARE, dicitur de clamore mului, vt *Mugire* de bobus. V. *Baulare.*

BVLQVETTA, capra, Aruernis *Bouquetie.* Tabularium S. Illidii Claromontenſis: *Bulquetta confiſcabitur partim Domino loci, partim Domino vineae in qua fecit domagium.*

BVLSVS EQVVS, Italis *Bulſo*, Gallis *Pouſſif*, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 487.

BVLTELLVS, cribrum, quo excernitur farina, Gallis *Bluteau*, Gallo-Belgis, *Bultel*, Germ. Beutel. Fleta lib. 2. cap. 9. §. 1. *Panis de cribro et de eodem blado et eodem bultello, ponderabit*, etc. Cap. 10. perperam *Buccellus* editum, pro *Bultellus.* Statuta Hoſpitalis S. Iuliani, in Addit. Matth. Paris pag. 163. *In die Martis in carnis primo farinam bultellatam ponderis vnius albi panis eorum.* De vocis origine, vide coniecturas Octauii Ferrarii in Orig. linguae Italicae in *Bioſto*, Menagii in voce *Beluter*, (*) et Friſchii Lex. Germ. v. Beutel.) V. *Buletellus.*

BVLTER-CLOTH, eadem notione, ab Anglico *Bolter*, cribrum ſeu cribri pars lignea et rotunda, et *Cloth*, tela. Kennettus in Gloſſario ad calcem Antiquit. Ambrosden. *In emendatione vnius cribri piſtrinae huc anno 1. den. ob. et in Bulterclǫth empto ad piſtrinam - - X. den.*

BVLTRO, praedator. Meiſterlini Hiſt. Rer. Noriberg. apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. pag. 108. *Auarus denique ſpiritus immittens ignem cupiditati, facit pene diſcordiam inter depacchantes bultrones pro rebus, praeripiuntque ſibi ſinguli pretioſiora.*

BVLVM. (1) BACVLVS, V. *Bullum.* (2) † Forte propugnaculum. Ch. Mſ. a. 1223. *Poſui in manu ſua turram meam cum bulo de Dampetra, per cuſtodes ſuos cuſtodiendam in expenſis meis.* Alia in Chartular. Campan. Comput. Pariſ. *Conceſſi quod turrim et bulum de Damperta teneat - - in duos annos, et tunc - - reddet mihi ipſam turrim cum bulo.*

BVLVS, baculus, V. *Bullum.*

BVLZET, ſ. idem quod *Fodrum*, Gall. *Feurre*, ſtramentum ſcilicet, palea vnde grana flagello excuſſa ſunt, a Belgico *Bulen*, tundere, quatere. Charta MS. Caroli Flandriae Comitis: *Altare de Grenni totamque decimam de Bulzet - - et vnam garbam de Bulzet.* Occurrit ibidem ſemel et iterum. V. *Budia* et *Buza* 3.

BVLZO, vel BALZO, idem quod *Sphendona*, machinae bellicae, ſeu baliſtae ſpecies, ſic dicta, vt videtur, ab Italico *Balzare*, quod muris euertendis ſit apta; *Balzare* enim dicunt Itali eadem notione qua Galli *Faire ſauter un mur*, et Germani ſprengen. Ottoboni Scribae Annal. Genuenſ.

ad an. 1194. apud Murator. tom. 6. col. 387 *In turri Oberti de Grimaldo, et in nova turri Oberti Spinulae lignum inſtruxerunt bulzonem,* (alter cod. *Bolzonum*) *cum quo vi, cunctis videntibus; turrim novam Bulbonoſi, quae eſt in directo carrubio S. Syri, perforando, maximam partem deſtruxerunt et corrui fecerunt.* † Italis *Bolcione* et *Bolzone* eſt aries, machina diruendis caſtrorum muris apta.

† BVLZONVS, pars aſinini inſtructus. Mſ. a. circ. 1080. *De bulzono, de bulteo, de tricia aſini, de tulibus et his ſimilibus minutis rebus, etc.*

† BVMBACIVM, idem ac *Bombax* 1. in Act. SS. t. 1. Aug. p. 620.

† BVMBVCINIVM, idem. Lit. Mſ. officiat. Pariſ. a. 1380. V. *Bombax.*

BVMEDA, a voce German. infer. Bumede, *maritagium*, tributum pro licentia nubendi dari ſolitum. Ch. Lotharii a. 1135. ap. Rhetin. Chron. Brunſw. p. 288. *Si ſua mulier de familia eccleſiae ſeruo noſtro ad adminiſtradium noſtrorum nupſerit, data iuſtitia quae bumeda dicitur in perpetuum cum marito inſi noſtro remaneat.* V. C. V. Grupen. de Vxore Theot. p. 30.

† BVNA, modus agri certis limitibus ſeu *bonnis* definitus, idem quod *Bonnarium.* Ch. a. 1123. inter Inſtrum. t. 5. Gall. Chriſt. pag. 373. *Caidam eccleſiae - - terram circa eamdem eccleſiam iacentem XII. in perpetuum poſſidendam dedi.*

† BVNAIARIVS, pro *Bunatarius*, qui *Bonnarium* poſſidet ex Conſtit. Caroli Craſſi Imp. apud D. Bouquet c. l. Iur. publ. Franc. p. 393. V. *Bonnarius.*

BVNARIVM, BVNARIVS, modus agri certis terminis comprehenſus, V. *Bonnarium.*

BVNATARIVS, eadem notione, V. *Bonnarius.*

† BVNCHETTA, cibi cuiusdam nomen apud Viuarienſes. Lit. Mſ. remiſſ. an. 474. *Ung plain plat de Bunchettes.*

BVNDA. (1) Sonus tympani, Vgutioni. (2) BVNDA, pro *Bonna*, Anglis *Bound.* Monaſt. Anglic. t. 1. p. 2. *De bundis 12. hidarum.* Pag. *Haec omnia infra bundas 12. hidarum* conſenta. V. *Bonna* 2.

BVNDARE, metas figere, in Monaſt. Anglic. t. 3. p. 236. V. *Bonna* 2.

BVNDBVRDVM, V. *Mundiburdus.*

BVNDELA, BVNDELLA, libellorum faſciculus, Gall. *Liaſſe*, a Saxonic *Bindan*, ligare, vnde Angl. *Bundle* German. Bündel, faſcis, farcina Rymer. to 5. pag. 216. *Memoranda dum quod die Sabbati*, 20. *die Decembris, omnia retuli, bundellas memorandas de Cancellaria - - praefato Thomae liberata fuerunt.* Ibidem ter quaterue occurrit. *Bundela* vero p. 217. et alibi paſſim in Inſtrumentis Anglicis, in quibus frequenter, *Bundela brevium in Turri London. Bundela litterarum et brevium in Turri*, etc.

BVNDELLVS, an etiam faſcis ſeu faſciculus? Rymer. to. 8. pag. 384. col. 1. *Quadraginta arcas, centum et quatuor bundellos de Byberyngkell, decem baliſtas*, etc.

BVNDO, V. *Bondus.*

BVNGELLVS. Will. Thorn. in Chr. *Explorabant diligenter de loco, ubi Petrus inueniretur? Tandem inuenerunt eum in bungello canapis multis cautoloſe inuolutum.* Vbi *bundello* legendum cenſet Somnerus: eſt enim Anglis *Bundle*, German. Bündel, faſciculus.

BVNISLEGI. Lex. Ripuar. tit. 83. art. 1. *Si ingenuus ſeruum iſtius percuſſerit, vt ſanguis non exeat vel ſternos colpos, quod nos dicimus Bunislegi, ſingulos ſolidos componat.* Ad hunc locum Eccardus ſic cenſet de voce *Bunislegi: Schlag*, ictus. Pro *Buni* reſtituendum *Buli*, quod alibi *Puli* ſcribitur, et idem eſt ac noſtrum *Beule*, Sax. *Bule*, tumor ex percuſſione: hoc modo *Bulislegi* eſt percuſſio ſiue ictus qui tumorem efficit, vel, qui facit, vt cutis inde tumeſcat.

BVNNARIVM, BVNVARIVM, V. *Bonnarium.*

† BVBAEDES, *pueri magni, adoleſcentes qui creſcendi finem fecerunt*, in Anno-

ex Feſto. Gloſſ. Gr. Lat. *Bovrvides, puberes.*

BVRA. (1) BVRA, BVRIA. Adalardus in Statutis Monaſterii Corbeienſ. l. 1. c. 1. *Carra vero accipiant hortolani de bura omni anno, ſecundum conſuetudinem.* Eodem cap. de laicis, qui ſeruiunt extra Monaſterium: *Ad piſcariam ſex, ad ſtabulum 2. ad hortos 8. ad buriam 7.* Quo loco, *Buriam*, locum, vbi lintea eluuntur, Gallis *Bueric*, interpretantur viri docti. † Galli dixerunt *Bure*, pro lixiuio. V. *Buanderia* et *Burrarta.* (2) † Pilus, vel tomentum, Ital. *Borra*, Gall. *Bourre.* Murat. t. 16. Script. Ital. pag. 781. V. *Burra* 1

† BVRAR, vox eiusdem notionis atque originis ac *Brandones*, Dominica prima Quadrageſimae apud Lotharingos et Barrenſes, quibus *Bure* idem ſonat, quod alibi *Brandon*, fax, taeda, ignis. Ch. officiat. Metenſ. Mſ. *Datum anno Domini 1254. feria quinta poſt buras.* Ch. Radulphi Abb. S. April. a. 1249. *Die craſtina Burarum.* V. *Brando* 1.

† BVRAILLVS, panni ſpiſſioris ac vilioris ſpecies, Gall. *Bureau.* Comput. Mſ. a. 1239. *Pro buraliis ad honcias ad equos ſtabulorum.* V. *Burellus.*

BVRANEXA, ſpecies vitis, de qua Petrus de Creſcentiis l. 4. c. 4.

BVRANITVM, V. *Butar.*

† BVRATARE, *buratello*, ſeu cribro farinam excernere. Stat. Vercell. l. 7. p. 190.

BVRATELLVM, cribrum farinarium. *Buretel.* Guioto Pruuinenſi. Gerardus Mauriſius ad calcem Hiſtoriae Eccelini.

BVRBA, coenum, limus, Gall. *Bourbe.* A voce *Burba* quidam dicta volunt Borbonium Archambaldi et Borbonium Anſelmium, quod eae vrbes prae aquarum abundantia lutoſae ſint ac coenoſae. V. Valeſii Notitiam Galliarum p. 104.

BVRBALIA, *inteſtina maiora*, Papiae: *Burbulia*, Vgutioni. Gloſſ. Iſid. *Burbalia*, *inteſtina.* Gallis *Brouailles*, et *Brenille.*

BVRBAN, BVRGBAN, *banlenca*, quaſi *Burgi bannum.* Notitia de iure Aduocatorum Epternacenſis Monaſterii an. 1095. apud Marten. Collect. Ampliſſ. tom. 1. col. 553. *Si quis infregerit bannum, quod Theotonica lingua Burgban dicitur.* Ch. Friderici II. Imp. a. 1242. pro Colonienſibus: *Infra Coloniam et terminos ipſius ciuitatis, qui dicuntur Burban*, apud Maximilianum Henricum in Apolog. part. 2. pag. 10. 16. Charta Caroli IV. Imp. an. 1356. apud eumdem p. 95. *Et nihilominus eisdem ciuibus et ciuitati Colonienſi illam conſuetudinem, qua quandam libertatem, quae dicitur Burchban* (infra *Burgban*) *et Bannille habuiſſe et habere, vt dicitur, confirmauerimus, etc.*

BVRBVRICARII, *qui auro, et variis filis, hominum et aliarum rerum effigies exprimunt.* Vocabularium Suſſannaei.

† BVRBVRISMVS. Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 2. Paſſion. c. 79. *Si incancrierint vlcera, deponunt ſtercora varia et nigra - - et faciunt ſtrophum cum burburiſmo* Vbi Gloſſae: *i. e. cum rugitu.* Vnde Gloſſar. medic. Simon. Ianuenſ. eod. reg. 6959. *Buburiſmus, Alexandro capitulo de Diſenteria eſt rugitus inteſtinorum, et eſt nomen fictitium.*

BVRCA, BVRGA. Gl. Lat. MS. Regium et Papiae: *Burca*, *clauaca.* Leg. *Cloaca.* Iſid. Gloſſ. *Burga*, *cloaca.* Alio in loco *Cloaca*, *burca.* Papias MS. Bituric. *Burca*, *clauata.* V. *Burſa* 5.

† BVRCEGNVS, forte communis. Liber. Mſ. conceſſae a. 1283. *Quod nemo poteſt habere atrium in muris ciuitatis, niſi cum pariete burcegna, niſi fiat cum voluntate illius, cuius murus eſt.*

BVRCERIVS, nauis praefectus, apud Rymer. tom. II. pag. 843. col. 2. *Burcerius eiusdem nauis*; quae quater repetuntur ante *Magiſter nauis.*

BVRCHGRAVIVS, idem qui infra *Burggrauius*; apud Ludewig. to. 5. pag. 25. *Burchgrauius Bruxellae*, apud Miraeum tom. 2. pag. 1251. col. 1.

et emiſſario conceptus. Ebrardus Betunienſis in Graecismo:

Burdonem producit equus coniunctus aſellae,
Procreat et multum iunctus aſellus equae.

Vetus Epigramma:

Burdonem ſoripes generat commixtus aſellae.

Vtitur hac voce Vlpianus IC. de Legat. 3. in L. *Item Legato*, et lib. 4. Reg. c. 5. Sextus Platonic. lib. 1. de Medicina animal. l. 1. c. 15. etc. Vide Cuiac. lib. 11. Obſ. cap. 16.

BVRDINVS, apud Hermannum Monach. lib. 3. de Mirac. S. Mar. Laudun. cap 5. *) Procul dubio a voce Bürde, onus, vel verbo bären, portare; ita vt *Burdo* proprie ſit iumentum ſarcinale. (5) Baculus, a *Burdonibus*, ſeu aſinis, aut feminulis, quos inequitabant, et inſidebant, qui peregre proficiſcebantur, nomen manſit longiusculis baculis, quos geſtare ſolebant peregrini Hieroſolymitani pedites, quibus equitaturae loco quodammodo erant. Papias: *Verubus, virgis ferreis, burdonibus.* Hubertus Sipuntinus apud Vincentium Beluacenſem l. 26. c. 27. *Burdonem habebat pro lancea, et ſacculum pro parma*, etc. Vita S. Nili Confeſſoris apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 937. *Burdonem quem habebat Baſilius Dux Calabriae dans cuidam ad eam rem aptiſſimo, Panormum miſit.* Alias de vocis origine coniecturas vide apud Octauium Ferrarium in Originib. linguae Italicae, Menagium in Dictionario etymol. Gallic. Adde quae ad Ioinuillam adnotauit Cangius Diſſertat. 15. Eccardus in notis ad legem Salic. tit. 37. art 1. pag. 70 *Burdonis* erymon, reiectis aliorum opinionibus, arceſſit a Saxonico *Boeren*, portare, ſuſtinere; inde, inquit, formatur *Bort*, *Bordo*, *Burdo*, quo proprie portans, ſuſtentaculum, fulcrum denotatur; atque ita et aſino oneribus portandis aptiſſimo animali, et fulcro cuiuis competit rectiſſime. V. *Burdns* 2.

BVRDONARII. (1) A burdonibus ſeu baculis peregrinatoriis, per contemptum appellati peregrini olim ab Albigenſibus, vt auctor eſt Monachus Vallis Sarnai cap. 62. *Burdonarios autem vocabant peregrinos eo quod baculos deferre ſolerent, quos lingua communi Burdones vocamus.* (2) BVRDONARII, vel BORDONARII, aſinorum curatores, agaſones, in Conſtit. Sicul. lib. 5. tit. 38. §. 1.

BVRDONVS, V. *Burdo* 1.

BVRDVBASTA. Fragm. Petronii: *Occidit de lucerna equites: putares eos gallos gallinaceos: alter burdubaſta, alter loripes*, etc.

BVRDVS. (1) Gloſſ. Aelfrici: *Burdus, reamer*, i. furor veſtiarius. (2) † Forte baculus ſeu pedum Abbatis. Inuent. Mſ. a. 1419. *Vnam crucem paruam argenti cum pede rotundo, armandatam de burdo cum armis de Barra abbatis.*

BVRELLVM, menſa, Gall. *Bureau*. Lobinellus Hiſt. Pariſ. to. 1. p. 312. *Publicata et regiſtrata ad burellum in camera computorum.* Inſtrum. an. 1459. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. pag. 747. *Attulit in hac camera Computorum ad burellum*, etc.

BVRELLVS. (1) V. Panni ſpiſſioris ac vilioris ſpecies, Gallis *Bureau*. Cathol. Armoric. *Burell*, *Gall. Bureau*, *gros drap. Lat. Burrum*, *vide buriatus*, *veſtu en bureau*. Petr. Venerab. in Statut. Cluniac. cap. 18. *Vt nullus ſcarlatas, aut burracanos, vel pretioſos burellos, qui Reſtipoui - - ſiunt, habeat.* Regula Templar. c. 20. *Veſtimenta vnius coloris ſemper eſſe iubemus, v. g. alba, nigra, vel etiam burellà.* V. *Birrus*. (2) † Forte tabula, index. Inuent. an. 1420. inter Probat. t. 2. Annal Praemonſtr. p. 591. *Vnum textum argenteum et deauratum, cum uno barello magno, et tabula mortuorum in eodem infixa.*

† BVRENGVS, idem qui *Burgenſis*. Conſtit. Caroli Craſſi de Feud. t. 1. Iur. publ. Franc. p. 393. *Praecipimus vt ſinguli burengi decem - - ſolidos dominis ſuis impendant.*

BVRETA, amphora, ex Gall. *Bureite*, quaſi *Beurrete*, qua bibitur. Necrologium Eccleſiae Pariſienſis prid. Id.

Id. Nov. *Duas buretas aureas ad miniſtrandum vinum et aquam in Miſſa.*

BVRETVM, V. *Bruneta.*

BVRGA. (1) Cloaca, V. *Burca.* (2) Idem quod *Burgagium.* Chartular. S. Vandregeſili tom. 1. pag. 678. *Quae omnia praedicta iura dicti Abbas et Conuentus petebant - - ratione burgae*, (ſ. *Burgeſiae*) *et ratione dominii ſui.* (3) † Pars inſtructus equini, vel rei ruſticae. Reg. foreſt. de Broton. *Robert Hoſe - - debet ſeruitium rotarum et de roellis aratri, et vigorum, et burgarum.*

BVRGACEA, († potionis ſpecies, idem quod *Borgeraſtre.*) Charta remiſſionis manus mortuae data Burgenſibus Capituli Autiſſiodor. an. 1204. per Willelmum Decanum et Capitulum: *Propter hanc autem quittationem, ipſi* (homines) *quittauerunt nobis panem et burgaceam, quam eis dare ſolebamus in feſto B. Stephani de Auguſto.* Vide *Burgeraſtrum.*

BVRGAGIVM, certum et annuum vectigal, quod Burgenſis, aut *burgi* incola, pro domiciliis ſuis ſeu tenementis, quae in burgo poſſidet, burgi domino praeſtat. Leges Burgorum Scoticorum cap. 1. *Quilibet burgenſis debet domino regi de burgagio, quod defendit, pro particata ſeruae ſ. denarios annuatim.* Vide t. 2. Monaſtici Anglic. pag. 332. Madox Formulare Anglic. pag. 50. Kennetti Gloſſarium ad calcem Antiquit. Ambrosden. Chartular. S. Vandregeſili to 1. pag. 409. Eiuſmodi vero *tenetura*, vt vocant, *tenere en focage*, dicitur etiam Littletoni. In Scacario S. Michael. an. 1219. in Regeſto Ioannis de S. Iuſto Camerae Computor. Pariſienſ. haec habentur. *Accordatum eſt per Epiſcopos et Barones, quod ſi aliquis coronam habens vel habitum Clericalem, duxerit uxorem de feodo laico, quem tenet, faciet dominio Regi et dominis aliis, quem feodum debet, et de burgagio hoc, quod alii burgenſes facient, et in burgagio fiet iuſtitia, et in feodo laico pro omni eo, quod debent ſuper omnia catalla, quae ibi inuenientur. Si vero poſtquam uxorem duxerit, coronam acceperit, et habitum Clerici, de burgagio et feodo faciet tanquam laicus homo, et ad modum tractabitur.* Varias de *Burgagiis* leges proponunt Leges Burgorum Scotic. cap. 13. 17. 44. Charta Libertat. Angl. cui concinit Regiam Maieſtatem l. 2. cap. 44. §. 4. Conſule, ſi lubet, quae de burgagiis prolixiori commentario dixit Cangius ad Cinnamum pag. 487, et ſeqq. BVRGAGIVM LIBERVM dicitur, quod ſoluto vectigali annuo ſolito, ab omni alia liberum eſt ſeruitute. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 361. To. 3. pag. 91. BORGAGIVM, pro *Burgagium.* Charta an. 1251. ex Archiuo B. Mariae de Bono-Nuntio Rotomag. V. *Burgeſia.* *) *Burgagium* idem eſſe videtur ac *Burgenſalicum*, praedium ſcilicet quod a Burgenſi poſſideri poterat. V. F. C. Buri Erläuter. des Lehnrechts part. IV. p. 100 ſeq.

BVRGARIA, BVRGLARIA, violenta in domum vel priuatam, vel ſacram, vt Eccleſiam, vel etiam in tentorium nocturna irruptio, cum intentione interficiendi et furandi. Ita Cowellus lib. 4. Inſtit. cap. 18. §. 22. et Raſtallus verbo *Burglarie.* W. Thorn. in Chron. *Captus fuit infra ciuitatem pro Burgaria, grahario hoſpitalis S. Laurentii Cant. et bladis ſuis inde furatis et aſportatis - - et ſuſpenſus fuit.* V. *Burgator.*

BVRGARIVS (1) Burgenſis, Germ. Bürger, vulgo *Hoſpes.* Vide in hac voce. Charta fundat. Monaſterii S. Stephani de Fonteneto in Normannia ſub Willelmo Notho, in Regeſto 106. Tabul. Reg. Ch. 370. Tabular. S. Florentii: *Quicumque ibi voluerit habitare monachis, ſicut burgarius, omne ſeruitium ſine debitum reddet.* (2) Villicus. Vita Mſ. S. Gaugerici Epiſc. Camerac. l. 2. c. 10. *Hunc ſiquidem locum - - a ſuo burgario, qui eum poſſederat, - - comparauit.*

BVRGASATICVM, V. *Burgenſatica.*

† BVRGATA, ſuburbium, Ital. *Borgata.* Comput. ann. 1496. inter

Probat. t. 4. Hiſt. Nem. p. 64. V. *Burgetus.*

BVRGATICA, V. *Burgenſatica.*

BVRGATOR, BVRGLATOR, fur nocturnus. Officium Coronatoris infra virgam Regis, cap. de *Burgatoribus domorum*: *Omnes burgatorum domorum, vel fractores Eccleſiarum, vel murorum, vel portarum civitatis Regis, vel burgorum, invenientes malitioſe, et felonice, condemnentur morti.* Fleta lib. 1. cap. 16. §. 6. Similia habet Ioannes Britto cap. 10. cui *Burgeſſours* dicuntur: *Tempus diſcernît praedonem a fure et a burgatore, furemque diurnum a nocturno.* Adde Fletam l. 1. c. 20. §. 3. lib. 2. c. 34. §. 9. BOVRGLATORES habet Bracton. non ſemel lib. 3. tract. de Corona cap. 1. §. 1. 3. Spelmannus dictos cenſet *Burgatores*, quod dum alii per campos latrocinantur eminus, hi burgos pertinacius effringunt, et depraedantur. Vide *Burgaria.*

BVRGBAN, V. *Burban.*

BVRGBOTA, V. *Burglibote.*

BVRGBRECH, V. *Burghbrech.*

BVRGBVRGER, ciuis Caſtrenſis, V. *Ganerbii.*

BVRGELLVS, burgus minor, oppidulum. Charta donationis Iordani de Humero in Chartulario S. Fromondi: *Quaedam terra quae eſt in burgello d'Arel.* V. *Burgus* et *Burgolus.*

BVRGEMOTVS, BVRGIMOTVS, BVRGMOTVS, vox Saxonica, *Burgemote*, curia burgenſis, conuentus burgi, vel ciuitatis, i. ciuium: *Burgh* enim oppidum, burgus, *mote*, et *gemote*, conuentus, mallum publicum. Leges Eadgari Regis cap. 10. apud Bromptonum: *Vt habeatur in anno burgmotus ter, et ſcyremotus bis, et interſit Praeſul Comitatus, et Aldermannus, utrique doceant Dei rectum et ſacculi.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 7. *Debet autem ſcyremote et Burgimotus, Hundreda, vel Wappentachia, duodecies in anno congregari.* Cap. 57. *In Curiis Dothini, in Hundredo, in Comitatu, in Burgimoto, vel halimoto.*

BVRGENCIA. (1) Idem quod *Burgagium.* Charta Abbatis Graſſenſis in Occitania in Regeſto Carcaſſonenſi fol. 34. *Abbas vero et Conventus, qui ſupra ſumus nominati, habebimus in caſtris et villis propriis noſtris - - burgencias.* Vide *Burgeſia.* (2) Eadem notione qua mox *Burgenſatica.* Regeſtum Magn. Dier. Trecenſ. fol. 37. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. pag. 903.

BVRGENSATICA, Gall. *Retures*, praedia, quae a burgenſibus poſſideri poterant; vnde feudalibus, quae nobilium erant, opponuntur in Charta Roberti Regis Neapolit. a. 1319. apud Wadding. in Regeſto to. 3. *Annuum redditum vnciarum auri 400. emendum - - in burgenſaticis bonis, et non feudalibus.* Vide p. 99. 100. et 307. Conſtit. Neapol. l. 1. tit. 66. §. 2. V. *Burgeſatica.* BVRGATICA dicuntur Matth. Paris non ſemel, et in Conſtitut. Imperial. Goldaſti pag. 179. † Conſtit. Feder. reg. Sicil. c. 22. *Volumus in ſubuentionibus neceſſariis, licita et permiſſis, clerici et eccleſiaſticae perſonae pro bonis burgenſaticis, patrimonialibus, et quae aliunde quam ab eccleſiis habuerunt etc.* V. *Burgeſia* 2. *) De bonis *Burgenſaticis* Vid. F. C. Buri Erläuter. des Lehenrechts part. 4. p. 100 ſeqq.

BVRGENSES, municipes, burgorum, ſeu villarum clauſarum incolae, vel qui tenementa in iis poſſident, et ratione eorum *Burgagium* domino burgi penſitant, German. Bürger. Tidericus Langenius in Saxonia:

Vrbes muratae per Saxoniam nominatae
In queis burgenſes famoſi ſunique potentes.

Atque ii diuerſi videntur ab Hoſpitibus, quos Galli *Hoſtes* dicunt. Michael del Molino in Repertor. Fuor. Aragon. in V. *Diffidamentum*: *Verbum, Burgenſes, ibi poſitum, ſignificat, cives: vnde in Francia cives appellantur burgenſes.* Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 605. *Baldricus filius Nicolai ad Deppam dedit vnum burgenſem, et Radulfus Anſeredi filius vnum hoſpitem.* Diuerſi etiam a Ruſtici,

fticis. Idem Ordericus lib. 12. pag. 872. *Milites autem et comprouinciales, tam ruſtici, quam burgenſes.* Conſtitut. Siculae lib. 1. tit. 9. *Si comes fuerit 5. vncias, ſi baro 4. ſi miles ſimplex 3. ſi burgenſis 2. ſi ruſticus fuerit, vnam vnciam fiſco noſtro componat.* Erant igitur in commercio perinde ac hoſpites. Vetus Charta apud eumdem Ordericum lib. 5. *Vnum burgenſem in Briſtollio*, etc. Adde lib. 6. pag. 605. Guillelmus Benedicti in cap. Raimut. in Verb. et vxor. nom. Adelaſ. dec. 2. num. 299. *Burgenſes* dictos ait, *a bonis burgenſibus, id eſt, franchis et liberis, quae habent, et de quibus viuunt et ſtatum ſuum conſeruant.* Vnde ex illius ſententia, *ſoli illi proprie dicuntur burgenſes, quorum bona ſunt allodialia, nemini ſubiecta.* Alii vero cenſent *Burgenſes* efficere armatorum genus quoddam, militibus inferius, vt videre eſt in Conſtit. Sicul. loco laudato: vnde in veteribus Chartis *Milites* et *burgenſes* ſemper coniunguntur. BORGENSES, in Charta anni 1068. e Tabulario S. Mellani Pontiſarenſis. BVRGENSIS REGIS, qui licet in alterius domini iurisdictione maneat, ab illa tamen eximitur, et iurisdictioni Regiae tantum ſubeſt, niſi dominus iuribus regiis gaudeat, vt eſt in Conſuet. Trecenſi art. 2. et Senonenſi art. 141. 142. 143. Leges Burgor. Scot. cap. 2. † BVRGENSIS REGNI, idem, vel regni incola, in Lib. rub. Cam. Comput. Pariſ. † BVRGENSIS AFFORANEVS, extraneus, V. *Afforaneus.* BVRGEVS, idem ac *Burgenſis*, in Ordinatione Philippi IV. Franc. Regis ex Chartulario S. Vandregeſili: *Si contingeret quod - - - genſes noſtrae requirant aliqua tenquam burgenſem noſtrum, quoniam aliquis Praelatus, vel Baro aut quiuis alius nobis ſubiectus dicent hominem et iuſtici ibidem ſuum - - - negantes ipſum eſſe burgenſem noſtrum*, etc. † Mendum eſt pro *Burgenſis*, vt editum legitur t. 1. Ordin. reg. Franc. p. 361. BVRGENSES DE IVRATA. Charta Caroli VI. Regis Franc. an. 1398. ex Archiuo Regio: *Cui (militiae Clericali) aſcribi non poteſt, noſtra ſuper hoc licentia non obtenta, cum noſter burgenſis exiſtat de Iurata, oriundus de dicto loco Caſtri Theoderici et ibidem moram trahens, propter quam tamen Iuratam nobis in aliquo non tenetur.* etc. Erat autem *Iurata* vti deſinit D. Bruſſel. de Vſu feud. tom. 2. p. 921. penſitatio annua quae a ſingulis burgenſibus, pro ratione facultatum ſuarum, regi aut alicui domino, qui iuribus regiis gauderet, perſoluebatur. BVRGENSES FRANCI ET ABONNATI, in Conſuet. Caſtelleretenſi in Biturigib. art. 26. 28. et in aliis Conſuetud. Qui plura circa burgenſes noſſe voluerit, adeat D. Bruſſel de Vſu feud. lib. 3. cap. 15. vbi fuſe et accurate de Burgenſium origine, iuribus, rebusque ceteris quae ad eos ſpectant diſſerit.

BVRGENSIA, idem quod *Burgagium*, ſeu quod a burgenſibus domino ſoluitur. Ch. Phil. Aug. a. 1200. *De ſeruientibus laicis Scholarium qui non debent burgenſiam nobis vel reſidentiam.*

BVRGENSIS. (1) V. *Burgenſes.* (2) Moneta argentea minutior, in Gallia Philippo Pulcro regnante primum cuſa. Vetus Regeſtum Camerae Comput. Pariſ. *Ad Candel.* 1310. *incoeperunt Burgenſes, et fuerunt ad Natale S. Martae.* Nangius in Chron. an. 1313 *Philippus Rex Franciae circa feſtum B. Virginis monetam Burgenſium, quam fieri fecerat, et per biennium Pariſiis curſum ſuum habuerat, quod alias in regno Franciae fuerat inauditum, praeſertim cum iuſti pretii et ponderis aequitate cetevis paribus aequipararet*, etc. Cuſos etiam *Burgenſes* Leodii docet Radulphus de Riuo in Vita Engilberti a Marka Epiſc. Leod. cap. 2. *Nam denarios, vulgo Burgenſes dictos, valoris 2. ſolidorum mox cudit, qui non multis poſt annis 6. ſolidorum valorem ſuperarunt.*

† BVRGEOLVS, diminut. a *Burgus*, domorum congregatio. Ch. a. 1226. inter Inſtr. t. 10. Gall. Chriſt. pag. 235. *Burgeolus in quo furnus eſt ſitus.* V. *Burgellus* et *Burgetus.*

BVRGERASTRVM, († potio quaedam, eadem quae *Burgeraſtre.*) Chronicon Fiſcanenſe part. 2. *Panetarius debet praeparare per manum Cellararii Burgeraſtrum in Coena Domini, et in prima die Quadrageſimae vinum in iuſtiis*, V. *Burgacea.*

BVRGEREICHT. Laudum, ſiue ſententia lata ann. 1258. apud Maximilianum Henricum in Apolog. Archiepiſc. Colon. pag. 29. *Et iudicant ſecundum eius formam, quod Burgereicht vulgariter appellatur.* Id eſt, ius ſeu rectum burgi, ſeu burgenſium, Bürgerrecht.

BVRGER-MAGISTER, quaſi Burgi magiſter, qui *Burgo* praeeſt. Acta SS. Aprilis t. 1. p 609. in Proceſſu canonizationis B. Notkeri: *E fratre ſuo Caſpare Schlumpff nunc Burger-magiſtro oppidi.* V. *Burginagiſter.*

BVRGESIA. (1) Corpus vel ius ciuitatis, Gall. *Bourgeoiſe.* Charta Philippi Pulcri ann. 1302. pro Ordinatione et Reformatione Regni. Phuries habetur ibidem. Occurrit etiam ſimile notione in Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 26. et ſeqq. apud Miraeum Diplom. Belg. to. 1. pag. 197. Marten. Anecdot. t. 1. col. 1517. (2) Idem quod *Burgagium*, ſeu quod a Burgenſibus domino penſitatur (*) vel etiam, praedium burgenſis, *Burgenſaticum*) Ch. a. 1205. apud Lobinell. Hiſt. Britann. tom. 2. p. 389. *Concedo dictae abbatiae - - - XL. ſolidos annui redditus ſuper burgeſiam Berengarii militis, et XXX. ſolidos annui redditus ſuper burgeſiam Petri Gand.* † Compoſit. a. 1253. inter Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. p. 455. *Abbas vero et conuentus habebant in caſtris et villis propriis ſuis vilanagia et burgeſias, quae propter haereſim ſeu faidimentum cadent in commiſſum.* (3) † Diſtrictus, iurisdictio, immunitas burgi. Ch. Mſ. Rob. duc. Burg. an. 1284. *Si aliquis vel aliqui infra franchiſiam ſeu burgeſiam villae Anziaci de nouo venire voluerint.* V. *Burguisas.*

BVRGETIA, in Codice reddituum Epiſcop. Autiſſiod. e Chartophylacio Epiſcopi eiusd. vrbis: *Stallagium ſiue Burgetia L. S.* V. *Burgaginm.*

BVRGETISSA, ciuis mulier, Gall. *Bourgeoiſe.*

† BVRGETVS, BVRGVETVS, diminut. a *Burgus*, domorum congregatio, ſuburbium. Ch. Mſ. a 1230. Compoſit. Mſ. a. 1290. V. *Burgus* et *Burgeolus.* BVRGOTVS, idem in Ch. ann. 1301. ex Tabul. Maſſil. BVRGETVM, idem in Ch. Mſ. an. 1469.

BVRGEVS, pro *Burgenſis*, V. in hac voce.

BVRGFRIDA, ex Germ. *Frid*, pax burgi. Charta ann. 1391. apud Heron. Vignerium in Hiſt. Alſatiens pag. 172. *Et doions nous Eveſque de Mets, et Charles Duc de Lohereine deſſuſdits jurer une Bourgfrit enſemble en ladite forteresſe, (à Alberſtoſs) et doions donner l'un l'autre bonnes lettres de ladite Bourgfrit.*

BVRGGRAVIATVS, praefectura burgi, caſtellania, apud Wilh. Heda. p. 283. edit. 1. V. mox.

BVRGGRAVIVS, Burgi Comes, ex Germanico Burg, burgum, caſtrum, et Graf, Comes. Ita autem appellantur apud Germanos perpetui Caſtellani, Praefecti, ſiue Iudices alicuius praeſidii atque arcis, cuiusmodi ſunt Burgrauiatus Norimbergenſis, qui pertinet ad Electores et March. Brandenburgenſes, Magdeburgenſis, qui eſt Saxoniae Electoris: item Burgrauiatus, qui eſt in vrbe Imperiali Fridberg, certis nobilium familiis conſtitutus, et alii, quorum meminit Goldaſtus tom. 1. Conſtitut. Imperial. pag. 27. Praefat. et in Receſſibus Imperii. Speculum Saxonic. lib. 3. art. 52. §. 5. *Burgravius, id eſt, perpetuus Caſtellanus, Iudex eſt Marchionis.* Wichbild. Magdeb. art. 45. §. 4. *Si vero Caſtellanus ſeu Burgrauius praeſens eſſe non poterit*, art. 46. §. 2. Hos inter, *Principum* dignitatem obtinent Norinbergenſis, Magdeburgenſis, Zorbeckenſis, et Miſnenſis. Vide comm. Goldaſtum tom. 1. pag. 371. BVRGRAFFIVS, eadem ſignificatione, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. p. 181. 1. Edit.

BVRGHA, V. *Borgha.*

BVRGHALPENNI, V. *Bordhalpeny.*

BVR-

BVRGHARD, BVRGHYARD. Vetus Charta apud Somnerum in Tract. de Gavelkind pag. 22. *In borga de Wadelerſt ſunt 15. virgatae, dimid. et 1. ferling terrae nativae, quarum quaelibet debet claudere vnam perticatam ſepis circa curiam de Malling, et debet pro pollis* (f. palis) *et clauſtura, quam facere ſolebat ad Natalem B. Ioannis Bapt. annuatim reddere 1. ob. quod dicitur Gavelrod et Burghard*, etc. Alia ibidem p. 187. *Relaxaverunt tenentibus ſuis - - cariagium, impletionem, et ſparſionem ſimarum, facturam cratis, et Burghyard.* Alia pag. 189. *Item pro clauſura circa curiam, quae dicitur Burghyard. 22. denar. et oculum, et quadr. Yard* Anglis eſt chors, vnde *Burghyard* eſt *Burgi* chors, clauſura, ſeu tributum quod pro clauſura exſoluitur, vt exemplis allatis ſatis patet. Vide Octav. Ferrarium in *Baloardo*, et infra *Burgwardus*, et *Bolevardus*.

BVRGHBOTE, vrbis, burgi, vel arcis reſtauratio, vox Saxonica compoſita ex *Burg*, burgum, et *Bota*, emendatio, reparatio, reſtauratio. Praeſertim vero auxilium dicitur, quod ex Conſuetudine debetur ad reſtaurationem vrbium, burgorum, caſtrorum, a cuius penſitatione nemo fere immunis erat, vt eſt in Charta Ethelbaldi Regis Angl. apud Will. Malmesburienſem lib. 1. de Geſt. Regum Angliae. *Burgbota*, hac notione habetur in Legibus Kanuti Regis cap. 31. et 91. apud Bromptonum, et in Legibus Henrici I. cap. 10. 13. 66. Interdum haec vox, et ſaepe in Chartis, accipitur pro ipſa immunitate ſeu *quietantia reparationis murorum ciuitatis vel burgi*, vt habet Fleta lib. 1. cap. 47. §. 21. Raſtallus: *Burgbote, hoc eſt, quietum eſſe de auxilio dando ad faciendum burgum, caſtrum, ciuitatem, vel muros proſtrata.*

BVRGHBRECH, burgi, domus, ſepti, vel alterius cuiuspiam loci effractio: *Burg* enim, *burh*, et *burh*, lingua Saxonica, oppidum, portam, domum, ſeptum, praeterea ideuſſionem ſignificant, Titulus capitis 36. Legum Alvredi Saxonicarum, eſt de *Burhbryce*, agitque lex ipſa contra violatores pacis in vrbe, in villa, in domo, etc. *Burghbreche*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. 12. *Borhbreche*, cap. 35. *Effractura*, apud IC. et *Infractio vrbis* dicitur in Charta Communiae Sueſſionenſis a. 1181. *Omnia fori facta, exceptis infractione vrbis et veteri odio 5. ſolidis emendabuntur caſtelli vel burgi infractura.* Libertates villae de Graciaco in Biturigib. ann. 1246. *Si vero aliquis eorum erga alium inimicitiam incurreret, absque caſtellii vel burgi fractura et clamore Praepoſito non facto concordaverit*, etc. Charta Communiae Meldenſis ann. 1179. *Infractio vrbis 60. ſolidis emendabitur.* Charta Communiae Belnenſis ann. 1203. apud Perardum: *Infractio caſtri 65. ſolidis emendabitur.* Charta Hugonis, Decani Pariſienſ. ann. 1214. in Tabular. Campan. *Super infractione villae noſtrae, et domus noſtrae, et mercati de Roſeto*, etc. Ita in Conſuetud. Loriacenſi apud Morinum in Hiſt. Valtinenſi pag. 172. et Gallandum lib. de Franco alodio pag. 376. Interdum in Chartis, *Burghbreech, eſt quietum eſſe de transgreſſionibus factis in ciuitate, vel burgo, contra pacem.* Ita Raſtallus.

BVRGHENGLISH, ſeu BORVGHENGLISH, Raſtallo vetus eſt Conſuetudo in Burgo veteri, in quo, ſi pater relictis pluribus filiis decedat, ſecundogenitus ei ſolummodo ſuccedit in terris in et tenementis, quibus ſaiſitus erat in burgo, cum deceſſit, vi iſtius Conſuetudinis; quam etiam locum habuiſſe in familia Hoeſtratana, auctor eſt Ludovicus Guicciardinus in Deſcr. Belgii. Ea autem Lex obtinet in Comitatu et vrbe Nottinghamenſi, vt habet Chriſtophorus de S. Germano in Dialogo de Legibus Angliae cap. 6.

BVRGHERISTH. Domesdei tit. *Somerſet. Epiſcopus Wentone. Tantone. Iſtae conſuetudines pertinent ad Tantone. Burgheriſth, latrones, pacis infractio*, etc. Charta Edmundi Regis ann. 944. apud Willelmum Malmesb. lib. 2. de Geſtis Regum Angl. *Concedo Eccleſiae S. Mariae - - jura, con-*

et emiſſario conceptus. Ebrardus Betunienſis in Graecismo:

Burdonem producit equus coniunctus aſellae,
Procreat et multum iunctus aſellus equae.

Vetus Epigramma:

Burdonem ſoupes generat commixtus aſellae.

Vtitur hac voce Vlpianus IC. de Legat. 3. in L. *Item Legato*, et lib. 4. Reg. c. 5. Sextus Platonic. lib. 1. de Medicina animal. l. 1. c. 15. etc. Vide Cuiac. lib. 11. Obſ. cap. 16.

BVRDINVS, apud Hermannum Monach. lib. 3. de Mirac. S. Mar. Laudun. cap 5. *) Procul dubio a voce Bürde, onus, vel verbo bären, portare; ita vt *Burdo* proprie ſit iumentum ſarcinale. (5) Baculus, a *Burdonibus*, ſeu aſinis, aut ſeminulis, quos inequitabant, et inſidebant, qui peregre proficiſcebantur, nomen manſit longiusculis baculis, quos geſtare ſolebant peregrini Hieroſolymitani pedites, quibus equitaturae loco quodammodo erant. Papias: *Verubus, virgis ferreis, burdonibus.* Hubertus Sipuntinus apud Vincentium Beluacenſem l. 26. c. 27. *Burdonem habebat pro lancea, et ſaculum pro parma*, etc. Vita S. Nili Confeſſoris apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 937. *Burdanem quem habebat Baſilius Dux Calabriae dans cuidam ad eam rem aptiſſimo, Panormum miſit.* Alias de vocis origine coniecturas vide apud Octauium Ferrarium in Originib. linguae Italicae, Menagium in Dictionario etymol. Gallic. Adde quae ad Ioinuillam adnotauit Cangius Diſſertat. 15. Eccardus in notis ad legem Salic. tit. 37. art 1. pag. 70 *Burdonis* etymon, reiectis aliorum opinionibus, arceſſit a Saxonico *Boeren*, portare, ſuſtinere; inde, inquit, formatur *Bort*, *Bordo*, *Burdo*, quo proprie portans, ſuſtentaculum, fulcrum denotatur: atque ita et aſino oneribus portandis aptiſſimo animali, et fulcro cuiuis comperit rectiſſime. V. *Burdus* 2.

BVRDONARII. (1) A burdonibus ſeu baculis peregrinatoriis, per conemptum appellati peregrini olim ab Albigenſibus, vt auctor eſt Monachus Vallis Sarnai cap. 62. *Burdonarius autem vocabant peregrinos eo quod baculos deferre ſolerent, quos lingua communi Burdones vocant.* (2) BVRDONARII, vel BORDONARII, aſinorum curatores, agaſones, in Conſtit. Sicul. lib. 3. tit. 38. §. 1.

BVRDONVS, V. *Burdo* 1.

BVRDVBASTA. Eragm. Petronii: *Occidit de lucerna equites: putares eos gallos gallinaceos: alter burdobaſta, alter loripes*, etc.

BVRDVS. (1) Gloſſ. Aelfrici: *Burdus, reamer*, i. ſutor veſtiarius. (2) † Forte baculus ſeu pedum Abbatis. Inuent. Mſ. a. 1419. *Vnum crucem paruam argenti cum pede ramoſo, armandatam de burdo cum armis de Barra abbatis.*

BVRELLVM, menſa, Gall. *Bureau*. Lobinellus Hiſt. Pariſ. to. 1. p. 312. *Publicata et regiſtrata ad burellum in camera computorum.* Inſtrum. an. 1459. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. pag. 747. *Attulit in hac camera Computorum ad burellum*, etc.

BVRELLVS. (1) V. Panni ſpiſſioris ac vilioris ſpecies, Gallis *Bureau*. Cathol. Armoric. *Burell*, *Gall. Bureau*, *gros drap. Lat. Burum*, *vulg burianus*, *veſtu en bureau*. Petr. Venerab. in Statut. Cluniac. cap. 11. *Vt nullus ſcarlatas, aut barracanum, vel pretioſos burellos, qui Ratiſponenſes - - fiunt, habeat.* Regula Templar. c. 20. *Veſtimenta vnius coloris ſemper eſſe iubemus, v. g. alba, nigra, vel etiam burella.* V. *Birrus*. (2) † Forte tabula, index. Inuent. an. 1420. inter Probat. t. 2. Annal Praemonſtr. p. 591. *Vnum textum argenteum et deauratum, cum uno burello magno, et tabula mortuorum in eodem infixa.*

† BVRENGVS, idem qui *Burgenſis*. Conſtit. Caroli Craſſi de Feud. t. 1. Iur. publ. Franc. p. 393. *Praecipimus vt ſinguli burengi decem ſolidos dominis ſuis impendant.*

BVRETA, amphora, ex Gall. *Burette*, quaſi *Beurrette*, qua bibitur. Necrologium Eccleſiae Pariſienſis pri-

Id.

Id. Nov. *Duas buretas aureas ad miniſtrandum vinum et aquam in Miſſa.*

BVRETVM, V. *Bruneta.*

BVRGA. (1) Cloaca, V. *Burca.* (2) Idem quod *Burgagium.* Chartular. S. Vandregeſili tom. 1. pag. 678. *Quae omnia praedicta iura dicti Abbas et Conuentus petebant - - ratione burgae*, (ſ. *Burgeſiae*) *et ratione dominii ſui.* (3) † Pars inſtructus equini, vel rei ruſticae. Reg. foreſt. de Broton. *Robert Hoſe - - debet ſeruitium rotarum et de roellis aratri, et vigorum, et burgarum.*

BVRGACEA, († potionis ſpecies, idem quod *Borgeraſtre.*) Charta remiſſionis manus mortuae data Burgenſibus Capituli Autiſſiodor. an. 1204. per Willelmum Decanum et Capitulum: *Propter hanc autem quittationem, ipſi* (homines) *quittauerunt nobis panem et burgaceam, quam eis dare ſolebamus in feſto B. Stephani de Auguſto.* Vide *Burgeraſtrum.*

BVRGAGIVM, certum et annuum vectigal, quod Burgenſis, aut *burgi* incola, pro domiciliis ſuis ſeu tenementis, quae in burgo poſſidet, burgi domino praeſtat. Leges Burgorum Scoticorum cap. 1. *Quilibet burgenſis debet domino regi de burgagio, quod defendit, pro particata terrae 5. denarios annuatim.* Vide t. 2. Monaſtici Anglic. pag. 332. Madox Formulare Anglic. pag. 50. Kennetti Gloſſarium ad calcem Antiquit. Ambrosden. Chartular. S. Vandregeſili to 1. pag. 409. Eiusmodi vero *tenetura*, vt vocant, *tenere en focage*, dicitur etiam Littletoni. In Scacario S. Michael. an. 1219. in Regeſto Ioannis de S. Iuſto Camerae Computor. Pariſienſ. haec habentur. *Accordatum eſt per Epiſcopos et Barones, quod ſi aliquis coronam habens vel habitum Clericalem, duxerit vxorem de feodo laico, quem tenet, facias dominio Regi et dominis aliis, quem feodum debet, et de burgagio hoc, quod alii burgenſes faciunt, et in burgagio fiet inſtitia, et in feodo laico pro omni eo, quod debent ſuper omnia catalla, quae ibi inuenientur. Si vero poſtquam vxorem duxerit, coronam acceperit, et habitum Clerici, de burgagio et feodo faciet tanquam laicus homo, et ad modum tractabitur.* Varias de *Burgagiis* leges proponunt Leges Burgorum Scotic. cap. 13. 17. 44. Charta Libertat. Angl. cui concinit Regiam Maieſtatem l. 2. cap. 44. §. 4. Conſule, ſi lubet, quae de burgagiis prolixiori commentario dixit Cangius ad Cinnamum pag. 487, et ſeqq. BVRGAGIVM LIBERVM dicitur, quod ſoluto vectigali annuo ſolito, ab omni alia liberum eſt ſeruitute. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 361. To. 3. pag. 91. BORGAGIVM, pro *Burgagium.* Charta an. 1251. ex Archiuo B. Mariae de Bono-Nuntio Rotomag. V. *Burgeſia.* *) *Burgagium* idem eſſe videtur ac *Burgenſalicum*, praedium ſcilicet quod a Burgenſi poſſideri poterat. V. F. C. Buri Erläuter. des Lehnrechts part. IV. p. 100 ſeq.

BVRGARIA, BVRGLARIA, violenta in domum vel priuatam, vel ſacram, vt Eccleſiam, vel etiam in tentorium nocturna irruptio, cum intentione interficiendi et furandi. Ita Cowellus lib. 4. Inſtit. cap. 18. §. 22. et Raſtallus verbo *Burglarie.* W. Thorn. in Chron. *Captus fuit infra ciuitatem pro Burgaria, granario hoſpitalis S. Laurentii Cant. et bladis ſuis inde furatis et aſportatis - - et ſuſpenſus fuit.* V. *Burgator.*

BVRGARIVS (1) Burgenſis, Germ. Bürger, vulgo *Hoſper.* Vide in hac voce. Charta fundat. Monaſterii S. Stephani de Fonteneto in Normannia ſub Willelmo Notho, in Regeſto 106. Tabul. Reg. Ch. 370. Tabular. S. Florentii: *Quicumque ibi voluerit habitare monachis, ſicut burgarius, omne ſeruitium ſine debitum reddet.* (2) Villicus. Vita Mſ. S. Gaugerici Epiſc. Camerac. l. 2. c. 10. *Hunc ſiquidem locum - - a ſuo burgario, qui eum poſſederat, - - comparauit.*

BVRGASATICVM, V. *Burgenſatica.*

† BVRGATA, ſuburbium, Ital. *Borgata.* Comput. ann. 1496. inter

Probat. t. 4. Hiſt. Nem. p. 64. V. *Burgetus.*

BVRGATICA, V. *Burgenſatica.*

BVRGATOR, BVRGLATOR, fur nocturnus. Officium Coronatoris infra virgam Regis, cap. de *Burgatoribus domorum*: *Omnes burgatorum domorum, vel fractores Eccleſiarum, vel murorum, vel portarum civitatis Regis, vel burgorum, inventes malitioſe, et felonice, condemnentur morti.* Fleta lib. 1. cap. 16. §. 6. Similia habet Ioannes Britto cap. 10. cui *Burgeſſours* dicuntur: *Tempus diſcernit praedonem a fure et a burgatore, furemque diurnum a nocturno.* Adde Fletam l. 1. c. 20. §. 3. lib. 2. c. 32. §. 9. BOVRGLATORES habet Bracton. non ſemel lib. 3. tract. de Corona cap. 1. §. 1. 3. Spelmannus dictos cenſet *Burgatores*, quod dum alii per campos latrocinantur eminus, hi burgos pertinacius effringunt, et depraedantur. Vide *Burgaria.*

BVRGBAN, V. *Burban.*

BVRGBOTA, V. *Burglibote.*

BVRGBRECH, V. *Burghbrech.*

BVRGBVRGER, ciuis Caſtrenſis, V. *Ganerbii.*

BVRGELLVS, burgus minor, oppidulum. Charta donationis Iordani de Humero in Chartulario S. Fromondi: *Quaedam terra quae eſt in burgello d'Arel.* V. *Burgus* et *Burgolus.*

BVRGEMOTVS, BVRGIMOTVS, BVRGMOTVS, vox Saxonica, *Burgemote*, curia burgenſis, conuentus burgi, vel ciuitatis, i. ciuium: *Burgh* enim oppidum, burgus, *mote*, et *gemote*, conuentus, mallum publicum. Leges Eadgari Regis cap. 10. apud Bromptonum: *Vt habeatur in anno burgmotus ter, et ſcyremotus bis, et interſit Praeſul Comitatus, et Aldermannus, vtrique doceant Dei rectum et ſaeculi.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 7. *Debet autem ſcyremote et Burgimotus, Hundreda, vel Wappentachia, duodecies in anno congregari.* Cap. 57. *In Curiâ Domini, in Hundredo, in Comitatu, in Burgimote, vel haimoto.*

BVRGENCIA. (1) Idem quod *Burgagium.* Charta Abbatis Graſſenſis in Occitania in Regeſto Carcaſſonenſi fol. 34. *Abbas vero et Conventus, qui ſupra ſummus nominati, habebimus in caſtris et villis propriis noſtris - - burgencias.* Vitae *Burgeſia.* (2) Eadem notione qua mox *Burgenſatica.* Regeſtum Magn. Dier. Trecenſ. fol. 37. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. pag. 905.

BVRGENSATICA, Gall. *Roturer*, praedia, quae a burgenſibus poſſideri poterant; vnde feudalibus, quae nobilum erant, opponuntur in Charta Roberti Regis Neapolit. a. 1319. apud Wadding. in Regeſto to. 3. *Annuum redditum vnciarum auri 400. emendum - - in burgenſaticis bonis, et non feudalibus.* Vide p. 99. 100. et 307. Conſtit. Neapol. l. 1. tit. 66. §. 2. V. *Burgoſatica.* BVRGATICA dicuntur Marth. Paris non ſemel, et in Conſtitut. Imperial. Goldaſti pag. 179. † Conſtit. Feder. reg. Sicil. c. 22. *Volumus ut in ſubuentionibus neceſſariis, licitis et permiſſis, clerici et eccleſiaſticae perſonae pro bonis burgenſaticis, patrimonialibus, et quae aliounde quam ab eccleſiis habuerunt etc.* V. *Burgeſia.* *) De bonis *Burgenſaticis* Vid. F. C. Buri Erläuter. des Lehnrechts part. 4. p. 100 ſeqq.

BVRGENSES, municipes, burgorum, ſeu villarum clauſarum incolae, vel qui tenementa in iis poſſident, et ratione eorum *Burgagium* domum burgi penſitant, German. Bürger. Tidericus Langenius in Saxonia:

Vrbes muratae per Saxoniam nominatae
In queis burgenſes famoſi ſuntque potentes.

Atque ii diuerſi videntur ab Hoſpitibus, quos Galli *Hoſtes* dicunt. Michael del Molino in Reperter. Fuer. Aragon. in V. *Diffidamentum*: *Verbum, Burgenſes, ibi poſitum, ſignificat, ciues*: *vnde in Francia ciues appellantur burgenſes.* Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 605. *Balduicus filius Nicolai ad Deppam dedit vnum burgenſem, et Radulfus Anſeredi filius vnum hoſpitem.* Diuerſi etiam a Ruſticis,

ſticis. Idem Ordericus lib. 12. pag. 872. *Milites autem et comprouinciales, tam ruſtici, quam burgenſes.* Conſtitut. Siculae lib. 1. tit. 9. *Si comes fuerit 5. vncias, ſi baro 4. ſi miles ſimplex 3. ſi burgenſis 2. ſi ruſticus fuerit, vnam vnciam fiſco noſtro componat.* Erant igitur in commercio perinde ac hoſpites. Vetus Charta apud eumdem Ordericum lib. 5. *Vnum burgenſem in Briſtollio*, etc. Adde lib. 6. pag. 605. Guillelmus Benedicti in cap. Raimut. in Verb. et vxor. nom. Adelaſ. dec. 2. num. 299. *Burgenſes* dictos ait, *a bonis burgenſibus, id eſt, franchis et liberis, quae habent, et de quibus viuunt et ſtatum ſuum conſeruant.* Vnde ex illius ſententia, *ſoli illi proprie dicuntur burgenſes, quorum bona ſunt allodialia, nemini ſubiecta.* Alii vero cenſent *Burgenſes* efficere armatorum genus quoddam, militibus inferius, vt videre eſt in Conſtit. Sicul. loco laudato: vnde in veteribus Chartis *Milites* et *burgenſes* ſemper coniunguntur. BORGENSES, in Charta anni 1068. e Tabulario S. Mellani Pontiſarenſis. BVRGENSIS REGIS, qui licet in alterius domini iurisdictione maneat, ab illa tamen eximitur, et iurisdictioni Regiae tantum ſubeſt, niſi dominus iuribus regiis gaudeat, vt eſt in Conſuet. Trecenſi art. 2. et Senonenſi art. 141. 142. 143. Leges Burgor. Scot. cap. 2. † BVRGENSIS REGNI, idem, vel regni incola, in Lib. rub. Cam. Comput. Pariſ. † BVRGENSIS AFFORANEVS, extraneus, V. *Afforaneus.* BVRGEVS, idem ac *Burgenſis*, in Ordinatione Philippi IV. Franc. Regis ex Chartulario S. Vandregeſili: *Si contingeret quod - - - genſes noſtrae requirant aliqua tanquam burgenſem noſtrum, quoniam aliquis Praelatus, vel Baro aut quiuis alius nobis ſubiectus dicent hominem et inſtitici ibidem ſuum - - - negantes ipſum eſſe burgenſem noſtrum*, etc. † Mendum eſt pro *Burgenſis*, vt editum legitur t. 1. Ordin. reg. Franc. p. 361. BVRGENSES DE IVRATA. Charta Caroli VI. Regis Franc. an. 1388. ex Archiuo Regio: *Cui (militiae Clericali) aſcribi non poteſt, noſtra ſuper hoc licentia non obtenta, cum noſter burgenſis exiſtat de Iurata, oriundus de dicto loco Caſtri Theoderici et ibidem moram trahens, propter quam tamen Iuratam nobis in aliquo non tenetur.* etc. Erat autem *Iurata* vti deſinit D. Bruſſel. de Vſu feud. tom. 2. p. 921. penſitatio annua quae a ſingulis burgenſibus, pro ratione facultatum ſuarum, regi aut alicui domino, qui iuribus regiis gauderet, perſoluebatur. BVRGENSES FRANCI ET ABONNATI, in Conſuet. Caſtelletenſi in Biturigib. art. 26. 28. et in aliis Conſuetud. Qui plura circa burgenſes noſſe voluerit, adeat D. Bruſſel de Vſu feud. lib. 3. cap. 15. vbi fuſe et accurate de Burgenſium origine, iuribus, rebusque ceteris quae ad eos ſpectant diſſerit.

BVRGENSIA, idem quod *Burgagium*, ſeu quod a burgenſibus domino ſoluitur. Ch. Phil. Aug. a. 1200. *De ſeruientibus laicis Scholarium qui non debent burgenſiam nobis vel reſidentiam.*

BVRGENSIS. (1) V. *Burgenſes.* (2) Moneta argentea minutior, in Gallia Philippo Pulcro regnante primum cuſa. Vetus Regeſtum Camerae Comput. Pariſ. *Ad Candel.* 1310. *incoeperunt Burgenſes, et fuerunt ad Natale S. Marine.* Nangius in Chron. an. 1313 *Philippus Rex Francine circa feſtum B. Virginis monetam Burgenſium, quam fieri fecerat, et per biennium Pariſiis curſum ſuum habuerat, quod alias in regno Franciae fuerat inauditum, praeſertim cum inſtipretii et ponderis aequitate ceteris paribus aequipolleret*, etc. Cuſos etiam *Burgenſes* Leodii docet Radulphus de Riuo in Vita Engilberti a Marka Epiſc. Leod. cap. 2. *Nam denarios, vulgo Burgenſes dictos, valoris 2. ſolidorum mox cudit, qui non multis poſt annis 6. ſolidorum valorem ſuperarunt.*

† BVRGEOLVS, diminut. a *Burgus*, domorum congregatio. Ch. a. 1226. inter Inſtr. t. 10. Gall. Chriſt. pag. 235. *Burgeolus in quo furnus eſt ſitus.* V. *Burgellus* et *Burgetus.*

BVRGERASTRVM, († potio quaedam, eadem quae *Borgeraſtre.*) Chronicon Fiſcanenſe part. 2. *Panetarius debet praeparare per manum Cellararii Burgeraſtrum in Coena Domini, et in prima die Quadrageſimae vinum in inſtiis*, V. *Burgacea.*

BVRGERREICHT. Laudum, ſiue ſententia lata ann. 1258. apud Maximilianum Henricum in Apolog. Archiepiſc. Colon. pag. 29. *Et iudicant ſecundum eius formam, quod Burgereichs vulgariter appellatur.* Id eſt, ius ſeu rectum burgi, ſeu burgenſium, Bürgerrecht.

BVRGER-MAGISTER, quaſi Burgi magiſter, qui *Burgo* praeeſt. Acta SS. Aprilis t. 1. p 609. in Proceſſu canonizationis B. Notkeri: *E fratre ſuo Caſpare Schlumpff nunc Burger-magiſtro oppidi.* V. *Burgimagiſter.*

BVRGESIA. (1) Corpus vel ius ciuitatis, Gall. *Bourgeoiſe.* Charta Philippi Pulcri ann. 1302. pro Ordinatione et Reformatione Regni. Plures habetur ibidem. Occurrit etiam ſimile notione in Hiſt. Dalphin. to. 1. pag. 26. et ſeqq. apud Miraeum Diplom. Belg. to. 1. pag. 197. Marten. Anecdot. t. 1. col. 1517. (2) Idem quod *Burgagium*, ſeu quod a Burgenſibus domino penſitatur (*) vel etiam, praedium burgenſis, *Burgenſaticum*) Ch. a. 1205. apud Lobinell. Hiſt. Britann. tom. 2. p. 389. *Concedo dictae abbatiae - - - XL. ſolidos annui redditus ſuper burgeſiam Berengarii militis, et XXX. ſolidos annui redditus ſuper burgeſiam Petri Gand.* † Compoſit. a. 1253. inter Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. p. 455. *Abbas vero et conuentus habebant in caſtris et villis propriis ſuis vilanagia et burgeſias, quae propter haereſim ſeu faidimentum cadens in commiſſum.* (3) † Diſtrictus, iuriſdictio, immunitas burgi. Ch. Mſ. Rob. duc. Burg. an. 1284. *Si aliquis vel aliqui infra franchiſiam ſeu burgeſiam villae Anziaci de nouo venire voluerint.* V. *Burgaſias.*

BVRGETIA, in Codice redditiuum Epiſcop. Autiſſiod. e Chartophylacio Epiſcopi eiusd. vrbis: *Stallagium ſiue Burgetia L. S*, V. *Burgaginm.*

BVRGETISSA, ciuis mulier, Gall. *Bourgeoiſe.*

† BVRGETVS, BVRGVETVS, diminut. a *Burgus*, domorum congregatio, ſuburbium. Ch. Mſ. a 1230. Compoſit. Mſ. a. 1290. V. *Burgus* et *Burgeolus.* BVRGOTVS, idem in Ch. ann. 1391. ex Tabul. Maſſil. BVRGETVM, idem in Ch. Mſ. an. 1469.

BVRGEVS, pro *Burgenſis*, V. in hac voce.

BVRGFRIDA, ex Germ. *Frid*, pax burgi. Charta ann. 1391. apud Hieron. Vignerium in Hiſt. Alſatiens pag. 172. *Et doions nous Eveſque de Mets, et Charles Duc de Lotheringue deſſusdits jurer une Bourgfride enſemble en ladite forteresse, (à Albarſtoſt) et doions donner l'un l'autre bonnes lettres de ladite Bourgfride.*

BVRGGRAVIATVS, praefectura burgi, caſtellania, apud Wilh. Hedam. p. 283. edit. 1. V. mox.

BVRGGRAVIVS, Burgi Comes, ex Germanico Burg, burgum, caſtrum, et Graf, Comes. Ita autem appellantur apud Germanos perpetui Caſtellani, Praefecti, ſiue Iudices alicuius praeſidii atque arcis, cuiusmodi ſunt Burgraviatus Norimbergenſis, qui pertinet ad Electores et March. Brandenburgenſes, Magdeburgenſis, qui eſt Saxoniae Electoris: item Burgrauiatus, qui eſt in vrbe Imperiali Fridberg, certis nobilium familiis conſtitutus, et alii, quorum meminit Goldaſtus tom. 1. Conſtitut. Imperial. pag. 27. Praefat. et in Receſſibus Imperii. Speculum Saxonic. lib. 3. art. 52. §. 5. *Burgravius, id eſt, perpetuus Caſtellanus, Iudex eſt Marchionis.* Wichbild. Magdeb. art. 45. §. 4. *Si vero Caſtellanus ſeu Burgravius praeſens eſſe non poterit*, art. 46. §. 2. Hos inter, *Principum* dignitatem obtinent Norinbergenſis, Magdeburgenſis, Zorbeckenſis, et Miſnenſis. Vide eund. Goldaſtum tom. 1. pag. 371. BVRGRAFFIVS, eadem ſignificatione, apud Ludewig, tom. 6. Reliq. p. 283. 1. Edit.

BVRGHA, V. *Borgha.*

BVRGHALPENNI, V. *Burdhalpeny.*

BVR-

BVRGHARD, BVRGHYARD. Vetus Charta apud Somnerum in Tract. de Gavelkind pag. 22. *In borga de Wadeherſt ſunt 15. virgatae, dimid. et 1. ferling terrae natiuae, quarum quaelibet debet claudere vnam perticatam ſepis circa curiam de Malling, et debet pro pallis* (f. palis) *et clauſtura, quam facere ſolebat ad Natalem B. Ioannis Bapt. annuatim reddere 1. ob. quod dicitur Gavelrod et Burghard*, etc. Alia ibidem p. 187. *Relaxauerunt tenentibus ſuis - - cariagium, impletionem, et ſparſionem ſimarum, facturam cratis, et Burghyard.* Alia pag. 189. *Item pro clauſura circa curiam, quae dicitur Burghyard. 22. denar. et oculum, et quadr. Yard* Anglis eſt chors, vnde *Burghyard* eſt *Burgi* chors, clauſura, ſeu tributum quod pro clauſura exſoluitur, vt exemplis allatis ſatis patet. Vide Octav. Ferrarium in *Baloardo*, et infra *Burgwardus*, et *Bolevardus*.

BVRGHBOTE, vrbis, burgi, vel arcis reſtauratio, vox Saxonica compoſita ex *Burg*, burgum, et *Bota*, emendatio, reparatio, reſtauratio. Praeſertim vero auxilium dicitur, quod ex Conſuetudine debetur ad reſtaurationem vrbium, burgorum, caſtrorum, a cuius penſitatione nemo fere immunis erat, vt eſt in Charta Ethelbaldi Regis Angl. apud Will. Malmesburienſem lib. 1. de Geſt. Regum Angliae. *Burgbota*, hac notione habetur in Legibus Kanuti Regis cap. 31. et 91. apud Bromptonum, et in Legibus Henrici I. cap. 10. 13. 66. Interdum haec vox, et ſaepe in Chartis, accipitur pro ipſa immunitate ſeu *quietantia reparationis murorum ciuitatis vel burgi*, vt habet Fleta lib. 1. cap. 47. §. 21. Raſtallus: *Burgbote, hoc eſt, quietum eſſe de auxilio dando ad faciendum burgum, caſtrum, ciuitatem, vel muros proſtrata.*

BVRGHBRECH, burgi, domus, ſepti, vel alterius cuiuspiam loci effractio: *Burg* enim, *burgh*, et *burh*, lingua Saxonica, oppidum, portam, domum, ſeptum, praeterea ſeditioſionem ſignificant, Titulus capitis 36. Legum Alvredi Saxonicarum, eſt de *Burhbryce*, agitque lex ipſa contra violatores pacis in vrbe, in villa, in domo, etc. *Burghbreche*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. 12. *Borhbreche*, cap. 35. *Effractura*, apud IC. et *Infractio vrbis* dicitur in Charta Communiae Sueſſionenſis a. 1181. *Omnia fori facta, exceptis infractione vrbis et veteri odio 5. ſolidis emendabuntur caſtelli vel burgi infractura.* Libertates villae de Graciaco in Biturigib. ann. 1246. *Si vero aliquis eorum erga alium inimicitiam incurreret, absque caſtellii vel burgi fractura et clamore Praepoſito non facto concordauerit*, etc. Charta Communiae Meldenſis ann. 1179. *Infractio vrbis 60. ſolidis emendabitur.* Charta Communiae Belnenſis ann. 1203. apud Perardum: *Infractio caſtri 65. ſolidis emendabitur.* Charta Hugonis, Decani Pariſienſ. ann. 1214. in Tabular. Campan. *Super infractione villae noſtrae, et domus noſtrae, et mercati de Roſeto*, etc. Ita in Conſuetud. Loriacenſi apud Morinum in Hiſt. Vaſtinenſi pag. 172. et Gallandum lib. de Franco alodio pag. 376. Interdum in Chartis, *Burghbrech, eſt quietum eſſe de transgreſſionibus factis in ciuitate, vel burgo, contra pacem.* Ita Raſtallus.

BVRGHENGLISH, ſeu BORVGHENGLISH, Raſtallo vetus eſt Conſuetudo in Burgo veteri, in quo, ſi pater relictis pluribus filiis decedat, ſecundogenitus ei ſolummodo ſuccedit in terris in et tenementis, quibus ſaſitus erat in burgo, cum deceſſit, vi iſtius Conſuetudinis; quam etiam locum habuiſſe in familia Hocſtratana, auctor eſt Ludovicus Guicciardinus in Deſcr. Belgii. Ea autem Lex obtinet in Comitatu et vrbe Nottinghamenſi, vt habet Chriſtophorus de S. Germano in Dialogo de Legibus Angliae cap. 6.

BVRGHERISTH. Domesdei tit. *Somerſet. Epiſcopus Wentone. Tantone. Iſtae conſuetudines pertinent ad Tantone. Burgheriſth, latrones, pacis infractio*, etc. Charta Edmundi Regis ann. 944. apud Willelmum Malmesb. lib. 2. de Geſtis Regum Angl. *Concedo Eccleſiae S. Mariae - - jura, con-*

consuetudines, et forefacturas omnium terrarum suarum, id est, Burgherstha, et hundred setena, athas, et ordelas, etc. Somnerus emendandum censet, reponenduinque *Burghbrich*, nec abhorret Spelmannus a vocis significatione. *) Quid si idem esset ac German. Burggericht, praefectura scilicet alicuius castelli seu *burgi*, iudicium castellani?

BVRGHESSALDVS, V. *Borgheældir.*

BVRGHWARE, ciuis, burgensis, in Charta Willelmi Nothi apud Spelmannum, quasi *Burgi vir*: *Ware* enim Saxonibus est *vir*. Charta apud Th. Blount in Nomolex. *Willelmus Rex salutat Willielmum Episcopum et Goffredum Portgrefium et omnem Burgware infra London.*

BVRGHYARD, V. *Burghard.*

BVRGI, Calepino ex Tit. C. de fund. rei priuatae. Qui collegio, vel curiae, vel burgis, caeterisque corporibus seruierit.

BVRGIA, pluries legitur in Chartulario S. Vandregesili pag. 1858. vbi refertur Edictum Philippi Pulchri supra laudatum; sed abbreviatio est pro *Burgesia*, vti patet ex aliis eiusdem Edicti exemplis. V. *Burgesia.*

BVRGIMAGISTER, aedilis, consul, qui burgo praeest; German. Burgermeister. Henricus Aquilonipol. de Primordiis Lubecanae Vrbis lib. 1. cap. 5.

Schultetum huc habuere vsque hic, vel burgimagistrum,
Iam cum consulibus burgimagister erat.
Seu protenconsul, seu dicendus burgimagister.

Occurrit apud Cornelium Zantfliet in Hist. Leod. ann. 1343. et alios passim.

BVRGIMOTVS, V. *Burgemotus.*

BVRGINVS, V. *Bruginos.*

† BVRGIO, fideiussor, a German. Bürge, eodem significatu. Ch. a circ. 820. to. 6. Anecd. Pezii part. 1. p. 51. *Et isti sunt fideiussores et burgiones et testes* etc.

† BVRGISIA, pro *Burgesia*, ex Ch. Phil. Pulcri a. 1302. in Hist. Lugd. p. 84. V. *Burgesia.*

BVRGIVM, pro *Burgus*. Charta an. 961. inter Instr. to. 2. nouae Gall. Christ. col. 409. Miraeus Diplom. Belg. to. 1. pag. 358. col. 2.

BVRGKLEHEN, vox Germanica, feudum castrense, V. *Gamerbii.*

BVRGLARIA, BVRGLATA, Vide *Burgaria.*

BVRGLATOR, V. *Burgator.*

BVRGMOTVS, V. *Burgemotus.*

BVRGONES, Papiae, *castra*, vel *caulae*. Gloss. Sangerman. MS. n. 501. *Burgones*, *caulae*. Isid. *Burgones*, *caules*

BVRGOSATICA, praedia quae a *Burgensibus* possideri poterant, Gall. *Roture*s. Epistola Friderici II. Imper. apud Marten. tom. 2. Amplissi. Collect. 1184. V. *Burgensatica.*

BVRGOSIA, V. *Burgesia.*

BVRGOTVS, BVRGVETVM, BVRGVETVS, V. in *Burgetus.*

BVRGRAFFIVS, V. *Burggravius.*

BVRGVITAS, f. *Banlenca*, Burgi districtus. Charta Caroli Calvi Imp. apud Sammarthanos in Episcopis Viuarienſibus num. 34. *Concedimus et confirmamus Abbatiam, quae vocatur Dozera. - - cum cellulis et pertinentiis suis, districtum quoque ex burgusate, et portum ex vtraque parte*, etc. V. *Burgesia.* 2.

BVRGVLATOR, fur nocturnus apud Rymer. tom. 14. pag. 369. V. *Burgator.*

BVRGVM. (1) Pars nauis, V. *Pistus.* (2) V. mox *Burgus.* (3) † Repagulum; *Burguet* enim vocant Insulenses id, quo loca subterranea defenduntur, ne quis in ea cadat. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. a. 1473. *Item pro extrahendo antiquum burgum putei claustri* etc. (4) † Teloneum S. Bertini: *Pensa burgi, 11. den. Pensa cerae IIII. den.* Forte axungia vel sebum.

† BVRGVII, *a burgis dicti, quia crebra per limites habitacula constituta burgos vulgus vocat.* Glossar. vet. Cod. reg. 7646.

BVRGVS, BVRGVM, ita appellabant, *crebra habitacula constituta*, vt est apud Orosium lib. 7. cap. 22. et Isidorum lib. 9. cap. 11. seu *domorum congregationem, quae muro non cluditur*, vt est apud Luitprandum lib. 3. cap. 12. atque in de

de *Burgundiones* appellatos iidem ſcribunt, populos ſcilicet, qui ripas Rheni inſederunt; et poſtmodum in interiora Galliarum penetrarunt: de quibus praeter caeteros Scriptores, qui horum meminere, ſcripſit auctor Vitae S. Faronis Epiſc. Meld. cap. 8. At Vegetio lib. 4. *Burgus*, eſt *Caſtellum parvulum*. Et in Gloſſis πύργος eſt *turris*, *burgus*. Vnde Caſaubonus ad Strabonem, cui concinit Sirmondus ad Sidonium, exiſtimat, vocis iſtius originem petendam a Graecis, imo a Macedonibus et Thracibus, qui βύργον, pro πύργον dixerunt. Hanc tamen ſententiam improbat Cluuerius, contenditque, vocem eſſe puram putam Gallorum et Theutonum, penes quos *Burgus* ſemper fuit domorum complurium congregatio, etſi apud Latinos pro turre, vel turrito propugnaculo in limitibus conſtituto, *Burgos* dici praeterea conſtet ex leg. 11. Cod. *de Offic. Praef. Praet. Afr.* Sed haec ita concilianda exiſtimat Cangius, vt *Burgos* Latini, vel etiam Galli ac Germani primitus appellarint domorum congregationes, cuiusmodi maiores *villas*, et vicos hodie appellant Galli; atque adeo non tam Graecorum, quam Gallorum et Theutonum vocem eſſe: poſtmodum vero exſtructis ad *Burgos* militum Germanorum, qui per limites Rheni et Imperii Romani diſpoſiti fuerant ad illorum cuſtodiam turribus et praeſidiis, iis etiam *Burgorum* appellationem inditam. Id omnino firmant oppidorum plurium terminationes in *Burg*, quod quidem nominis attributum non ipſis domorum congregationibus; ſed caſtris et caſtellis, quae in burgis exſtructa ſunt. Exemplum praebet Freherus in orig. Palat. cap 7. in *Lobodo*, ſeu *Lobodunа*, ciuitate, quae poſtmodum *Lobdenburg* dicta eſt, quaſi burgum et Praeſidium ipſius pagi. Sic *Batenburg*, Batauorum caſtrum, et ita de caeteris, quae hanc terminationem habent. Cum vero *Burgus* vel *Burgum*, nude ponitur, tunc non ipſum caſtrum ac praedium; ſed villam, quae caſtro ſubiacet, appellarunt Galli. Conradus, de Fabaria de Caſibus S. Galli c. 14. pag. 142. *Quo levius caſtrum potuiſſet obtinere cum burgo Wille.* Houedenus: *Erant quidem infra Vernolium tres burgi praeter caſtellum*, etc. Madox Formulare Angl. p. 36. *Edwardus Rex - - vobis notifico, quod volo burgum de Wininтuna, et quatuor lidas terrae inſuper - - Monachis apud Weſtmonaſterium in haereditatem cedere.* Vox *Burgum* ibidem Saxonice redditur *Byrig*, vrbs, ciuitas. Acta SS. Benedict. Saec. 3. part. 1. pag. 373. in Miraculis S. Wlframni Epiſc. Senon. *Graviſſima fames - - quae per ſeptem annos continuos orbem oppreſſit, frequenter vrbes et caſtra multa populorum ſtipatione gridem referta, ſine villas, ſine burgos, ita depopulata eſt, vt aedificiis paſſim dirutis rarus incola inueniretur.* BVRGVM, inquit Cowellus, *eſt oppidum omni ciuitate inferius, quod per Chartam Regis ſit corpus politicum, et iuriſdictionem talem infra ſuos limites exercet.* BVRGVS, ſuburbium, Gall. *Fauxburg*. Barthii Gloſſar. ex Guiberti Hiſt. Palaeſt. lib. 4. cap. 3. *Hoſpitatus eſt extra vrbem, donec iniquus Imperator juſſit eum hoſpitari in burgo vrbis.* *Burgus Forenſis*, in Chronico S. Medardi Sueſſion. apud Acherium Spicil. tom. 2. pag. 797. id eſt, *Burgus* qui *foris* eſt ſeu extra vrbem. Hinc Gallicum *Fauxbourg*. Primo *Forsbourg* et *Forbourg*, deinde *Fauxbourg* dictum eſt. BVRGVS, pro *Burgus*. Willelmus Britto lib. 2. Phil. de Corbeia. Idem lib. 7. † BVRGVS, pro iure burgi occurrit in Ch. Mſ. W. reg. Scot. *Scians - - me conceſſiſſe - - vt burgum habeant apud Glasgu, cum foro diei Iouis.*

† BVRGVVS, idem ac *Burgus*, in Chartul. Roton.

BVRGWARDVS, BVRGWARDIVM, quibusdam, caſtellania, Burgi territorium, ager, dicitur: ex Teutonico *Burg*, burgum, et *Ward*, cuſtodia. Sed ex locis, quos hic deſcribimus, *villa* dicitur, et *munitio*, ſcilicet quae *Burgis* adjacet, et quae inde Gallis *Boulvard*, pro *Bourgward* vocatur, vnde

vnde et ipſi oppido, et agro circumiacenti nomen poſtea attributum. Nam quod Salmaſius vocem a βῶλος, cespes, deducit, nihil eſt. Charta Ottonis M. Imp. ann. 965. pro Eccleſia Magdeburg. apud Meibomium: *Munitionem etiam, vel burgwardium vrbis Spuitineburg in pago Nudhice ſitae, cum omnibus pertinentiis, taleque praedium, quale Huodo in beneficio habet in pago*, etc. Hiſtoria erectionis Archiepiſcopatus Magdeburgenſis per Ioannem PPrin Concilio Rauennat. *Cum omnibus pertinentiis et villis, quas Burgwart vocant.* Dimarus l. 6 p. 59. *Merſeburgenſe Burgwardum.* Lib. 6. p. 72. *Inſuper Zurbizi Burgwardum, quem anteceſſores ſui in beneficium poſſederunt, ſibi vendicauit.* Lib. 7. p. 79. *Vt parochiam in Orientali parte Mildae fluminis jacentem, i.e. in Burgwardis Bichmi et Wtein Eilhardo concederem.* Infra: *Ekkiardus - - in Burgwardo ſuimet Rochelizi dicto 2. munitiones ad capiendas ibidem feras - - parat.*

BVRGWERCK, Ius burgum muniendi, a Teutonico *Burg*, Burgum, et *Werck*, Opus; quomodo Gall. vocant *Ouvrages* caſtri ſiue vrbis munitiones. Litterae Wichmanni Archiep. Magdeb. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. pag. 340. *In his tribus manſis cenſum, decimam et Worrop, cum omnium reliqua juſtitia, quam in eis habemus, excepto iure quod Burgwerk appellatur, ipſi eccleſiae contradimus.* V. *Burghbote.*

BVRHBRYCE, V. *Burghbrech.*

BVRHMANNVS, idem quod *Burgenſis*, ciuis. Vox ex Saxon. *Burg*, vrbs, oppidum, et *man*, homo, efficta; in Legibus Ethelredi, Regis §. 23.

BVRIA, fons, ſcaturigo. Donatus Exiguus in Vita S. Trudonis: *Altera vero nocte pergebat ad villam, quae Septimburias dicitur.* Ioannes Bapt. de Gramaye in Bruxella de encomio Rubeae vallis meminit Prioratus Septem Fontium in Zonia prope Bruxellas ſiti in loco habitationi, et quieti conueniente circa *Fontium Septem Scaturigines*, et Miracula in Orig. Canonic. Regul. Ord. S. Aug. refert, Monaſterium B. Mariae ad *Septem fontes* prope Bruxellas vulgo *Sevenbor* appellari. Et certe *Sevenbor*, Belgice idem ſonat, quod Septem fontes; eſt enim *Seven*, ſeptem, et *Bor* ſeu *Borne* fons, Saxonice *Burn*, fons, torrens, vnde *Buria* facile potuit deriuari, non a Graeco βρύω, ſcateo, vt vult Fr. Iunius. V. *Bura.*

BVRIATVS, veſtitus *Burello*, Vide in hac voce.

BVRICA. Lex Alamann. tit. 97. *Si quis Buricas in ſiluis, tam porcorum, quam pecorum, incenderit, 12. ſol. componat.* Stabulum forte, inquit Spelmannus, vel caſula ex ramis confecta, quod Angli *Bowre* dicunt, a Saxonico *Burt* et *Bur*, i, cubiculum, conclaue. Galli olim *Buron* pro caſa dicebant, quod a Graeco βούριον deducit Borellus.

BVRICHALE, Βαριχάλιον, in Chron. Alex. pag. 718. Vide Meurſii Gloſſ. vbi βουριχάλιον redditur per *Inſtrata equorum.* Sic etiam illam vocem interpretantur Macer in Hierolexico et Ioſ. Laurentius in Amalthea. Salmaſius vero ad Hiſtor. Aug. p. 211. *Burichum* intelligit, ſed perperam. Mirandum Cangium noſtrum Salmaſii opinionem amplexum fuiſſe in ſuo Mediae Graecitatis Gloſſario. Teſtament. S. Gregorii Nazianzeni: ἐν ἐσθῆτι σηρικῇ, ἢ λινῇ, ἢ ἑρέᾳ, ἢ βαριχαλίοις, quo in loco intelligi poteſt veſtis ſtragula. V. *Buricus.*

BVRICTARIVS, pincerna, ſic dictus a Gallica voce *Bure*, lagena maior, vnde Gallicum *Burette*. Litterae Philippi Regis Francorum an. 1292. ex antiquo Chartulario Aeduenſi: *Aſtantibus in palatio noſtro, quorum ſubſcripta ſunt ſigna et nomina: S. Theobaldi Comitis Dapiferi. S. Guidonis Buricarii noſtri. S. Matthaei Camerarii noſtri, cum ſtabulario nullo, etc* V. *Baticularius.*

BVRICVS, BVRRICVS, Gall. *Bourique.* Gloſſ. Lat. Graec. *Mannus*, βαρίχος, Iſid. Gloſſ. *Mannus buricus.* Gloſſae antiquae MSS. *Mannus, equus*

equus breuior, quem vulgo brunicum vocant. Papias MS. *Burides animalia, manni.* MS. Bitur. *Manni, qui et burides, dicti, manſuetudine manum ſequantur.* Editus habet *Burrides*, forte leg. *Burici.* Porphyrion, in libr. Epod. Horatii: *Mannos equos, vulgo burrichos appellans.* Paulinus Epiſtola 10. p. 128. *Macro et viliore aſellis burico ſedentem.* Eadem habet Petrus Venerab. Epiſt. ad S. Bernardum inter huius opera t. 1. col. 222. A. edit. 1690. Hieron. in Eccleſ. c. 10. *Dignitate perflati vias publicas manibus* (i. *mannis*) *terant, quos vulgo buricos appellant.* Et Epiſt. 26. c. 3. *Vbi* (videris) *feruentes buricos, mannos, comatulos pueros, pretioſas veſtes*, etc. Petrus Damiani lib. 7. Epiſt. 5. *Is, cui inſidebas, non dicam equus, ſed potius burdo, vel buricus.* etc. Vide Vegetium lib. 4. Art. veterin. cap. 2. et Cujacium lib. 11. Obſerv. cap 16. Salmaſius ad Vopiscum a πυῤῥίχος, deducit, quae vox Graecis idem eſt, quod πυῤῥὸς, rufus: ſic enim omnes equos breuiores a colore appellaſſe Latinos aeui inferioris ait, etſi alterius coloris eſſent, idque abuſiue. Adde Octauium Ferrarium in Orig. linguae Italicae Voce *Borra.* *) Vox *Buricus* eiusdem originis eſſe videtur ac *Burdo* 4. ſcilicet a Bären, portare, ſeu Bürde, onus. Vide in *Burdo.*

† BVRIDA, *lo ſono del timpano.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ V. *Burdo.*

BVRINA (1) Seditio, proprie *Mesleia.* Charta Henrici Imp. ann. 932. apud Miracum in Cod. Don. piar. cap. 30. et Barthol. Fizenium in Hiſt. Leodienſ. p. 213. *Et in his locis - - concedimus et confirmamus eis bannum et iuſtitiam, impetum, et burinam, ictum et ſanguinem*, etc. Alia apud eundem Miraeum cap. 55. *In his locis poſſidet Eccleſia bannum et iuſtitiam, impetum, et burinam.* Charta Samſonis Archiepiſcopi Remenſis pro Ciſonienſibus: *Si forte latro captus fuerit, ſine aliqua burina facta fuerit, aliquid iuſtitiae exerçebit; ſed tamen latro dimitti non debet, - - niſi Aduocatus vel familia eius reſcierit.* Charta Henrici Imp. an. 1107. apud Chapeuillum t. 2. p. 55. *In ſeditionibus, quas vulgo ſtuer et burinne dicimus, judicandis.* Ex his emendanda Charta ſeu Epiſtola Fulcardi Abbatis Lobienſis, in Chr. Lobienſi p. 602. *In placitis, praeter burinam et teſteiam, non debet habere Aduocatus, niſi tres denarios.* Perperam enim editum *bincinam. Mesleia* et *Burina* in hoc differunt, quod *Burina* ſit animoſa contentio, in qua rixantes mutuis ſeſe laceſſunt conuiciis; in *Mesleia* vero mutuis conuiciis etiam adiiciant verbera vtrumque ſic optime vertitur Gallice, *Querelle de fait et Querelle de parole*, in veteri translatione Gallica Chartae Guidonis Comitis Flandriae an. 1237. (2) † Ludi genus. Stat. Montisreg. p. 178. *Quod aliquis non ludat in ciuitate Montisregalis -- ad taxillos, vel ad burinas, vel ad alium ludum vetitum* V. in *Bulla.* *) Vox *Burina*, quatenus ſeditionem denotat, eiusdem originis eſſe videtur ac Empörung, ſcilicet a verbo Bären, tollere, alleuare, et obſol. Bor, ſeu por, altum, ſublime. V. etiam *Burma.*

BVRINDIS, *Suſtentaculum*, in Gloſſis MSS.

BVRINGI. Charta Caroli Craſſi Imp. apud Goldaſtum to. 1. Conſtit. Imp. p. 208. *Praecipimus vt ſingulæ buringi 10. cum 12. ſicibus de canapo ſoldos dominis ſuis impendant, et inſuper ſomarium cum capiſtro concedant.* In quam Conſtitutionem Freherus, *Buringos* eſſe putat colonos, qui iuſta praedia et villas, curtes integras et inſtructas exercent, non poſſeſſiones quas Iuſtinianus *foeneas* vocat, quos a colendo et aedificando *Bauren* Germani dicunt. V. *Burs.*

BVRIOSIA, annuum vectigal, quod a Burgenſibus, Burgi Domino penſitatur. Engelb. *Magbe* in Chronico Bonae Spei pag. 151. V. *Burgeſia.*

BVRIRE. Formulae ſolennes cap. 123. *Quod hominem ſuum - - in via malo ordine adſaliſſet, et ipſum ibidem interfeciſſet, vel occidiſſet, vel raubá ſua, caballos, aurum, et argentum, et draps alia exinde tuliſſet, vel deportáſſet, vel leodem contra legem ibi buriſſet.* Vbi Spelmannus *leodem burire*, vaſallum ſepelire, a Saxonico, *burian*, ſepelire,

pelire, interpretatur. At Wendelinus in Gloſſ. V. *Leode, buriſſet* vertit *abſtuliſſet*. *Leodem* vero pro bonis vniuerſis intelligit, ſeu potius pro compoſitione homicidii. Apud Papiam legitur: *Burrit, vox bellua.* Sic etiam in vet. Gloſſar. San-Germ. n. 501.

BVRIS, V. *Buricus* et *Burs.*

BVRISTA, V. *Burs.*

BVRJVRATVS, Tabularium S. Dionyſii in Francia ex Bibl. Thuana: *Ebroinus et vxor ſua Agnes, de cuius hereditate feudus Buticulariae erat, dederunt in eleemoſynam B. Dionyſio, vinum, panem, porros, piſa, lardum, claratum, burjuratum, feſta principalia, et mediocria feſta. Teſtes Milites Odo de Malboiſſon*, etc. † Idem videtur ac *Burgeraſtrum.*

† BVRLA. (1) Spicarum manipulus, faſcis vt videtur. Stat. Aſtae p. 80. *Nulla perſona audeat intrare in aliqua poſſeſſione in qua ſint meſſes et manipulis ſeu couis, burlis ſeu canaglouis.* V. *Borla* 1. (2) Res ſeu ornatus leuis momenti, puta victoria fibula; quo ſenſu *Burla* dicunt Hiſpani. Areſt. parlam. a. 1368. *Conſueuerunt etiam dicti mercerii ſuas eſtoffas diuerſis artificibus villae Pariſienſis tradere - - quorum aliqui burlas, aliqui manubrium faciunt* V. *Burallus* (3) Pro *Bulla*, in ſentent. arbitr. a. 1457. V. *Burlare* 3.

BVRLARE. (1) Vetus Charta apud Colombum in Manuaſca lib. 1. n. 43. *Prohibetur burlare, niſi in burlaria antiqua, videlicet a portali ſuperiore ad portale clauſum.* Hiſpanis *Burlar*, eſt jocari, ludere, Vaſconibus *Burlaze*, Occitanis *Bourlos*, ludus, jocus, illuſio. Eſt igitur *Burlaria* locus in vrbe, vel extra vrbem, in quo ludere ſolent incolae. In Pacto Tongrenſi a. 1403. in Magno Recordo Leodienſi p. 38. *Bourlatores* (Bourleurs) ganeonibus accenſentur; *Sadoiers, Manecheurs, ou Bourleurs.* Adde p. 225. V. *Bohordicum, Campus Martius*, et Octauium Ferrarium in Origin. linguae Italicae in hac voce. (2) † Irridere, contemnere, ludificare, Hiſpan. *Burlar.* Ch. Mſ. a. 1333. *Ipſum ſic male tractatum, verberatum, et burlatum poſuit in carceribus.* (3) † Pro *Bullare*, in ſentent. arbitr. laudata in *Burla* 3.

BVRLAWA, lex ruſticorum, ſeu de re ruſtica, a *Bur*, ruſticus, et *Law*, lex. Regiam Majeſtatem lib. 4. cap. 39. §. 8. *Caetera omnia et ſingula, quae currunt in Curiis dominorum, ſecundum auxilium et favorem terminantur: exceptis legibus de burlawis, quae per conſenſum vicinorum erunt.* Vbi Skenaeus: *Apud Germanos Baur ruſticum ſignificat, Lauch, vel Law, lex: hinc Burlaw ruſticorum leges, de re ruſtica latae. Nos hodie Bir law Curtis, et Bir lawmen dicimus.*

BVRLESCHVS, ſatyricus, Gall. *Burleſque*, in Act. SS. Aprilis t. 1. p. 797.

BVRMA, procul dubio pro *Burma*, vti etiam legendum videtur. Litterae Reginardi Leod. Ep. an. 1034. apud Marten. t. 4. Ampl. Coll. col. 1172. *Nullum ibi obſonium, nullum ibi precaturam habebit; nunquam niſi ab Abbate et miniſtris eius, ſe intromittet de aliqua inſtitia ibi facienda, vel de ſturma ſine burma, niſi coactus pro hoc ipſo fuerit, et tunc tertium accipiat denarium.* Alia Henrici itidem Leodienſ. Epiſc. an. 1081. ibid. coll. 1175 *Quicunque allodium ibi habeas, ſis,* (ſic) *falſa menſura, et lance, et lex campali, et ſturma, et burma, et cetera ad Comitatum appendentia.*

† BVRNA, meta, terminus, Gall. *Borne.* Ch. Mſ. Florent. epiſc. Glasguenſ. *Et ſicut ſicus deſcendit ab illa via in praedictam burnam.* V. *Borna.*

BVRNETA, BVRNETVM, pannus ex lana tincta confectus. Statuta S. Audoeni in Anecdot. Marten. t. 4. col. 1209. V. *Brunetta.*

† BVRNEVM, ebur. Areſt. Parlam. a. 1368. *Eboris, iwear, ſeu burnei.*

† BVRO, ſagitta, telum. Hiſt. fabul. necis Creſc. t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 256. *Sagittas iacere ſine burones.*

BVROLA, V. in *Buſſa.*

BVRRA. (1) Tomentum, Gall. *Bourre.* Gloſſae Biblicae MSS. *Stipula, Stypa*, i. *eſcare. Stupa lini, burra lanae purgamentum eſt.* V. *Burda*, et Octauium Ferrarium in Origin. linguae Ital. in *Borra* (2) † Certa pellium quantitas, vt videtur, a Flandr. *Burre,*

rie, brachiata crates. Ch. Mſ. Phil. com. Flandr. a. 1163. *De burra variarum pellium.* (3) † Penſitatio, quam a vaſſallis dominus exigit pro molitura frumenti in molendinis ſuis, idem quod *Molta* 2. Ch. Mſ. Theobaldi com. Bleſenſ. a. 1182. *Eccleſiae - - in elemoſinam dedi burram molendinorum meorum. ! Verum quoniam burra aliquo anno minus, aliquo anno plus valebat* etc. (4) † Fuſtis, vectis, idem quod *Barra*, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1379.

† BVRRARIA, quae *bura* ſeu lixiuio linteas veſtes abluit, purgat. Chartoph. reg. ad 1317. *Officium burrariae domini regis.* V. *Bura* 1.

BVRRENE. Charta Heccardi Comitis Auguſtodunenſis ex Tabul. Perſiacenſi in Burgundia: *Cum ſpondale et tapete* I. *et burrene meliore* I. *cum faſcianculo*, etc. † Forte veſtis ex *birro* vel *burro*. V. *Birrus*.

BVRRICHVS, BVRRIDES, V. *Buricus*.

BVRRINGSECK, V. *Byrthinſack*.

BVRRIRE, V. *Burire*.

BVRRIS, V. *Buricus*.

BVRRITANICI, *flores, qui in ſilua naſcuntur*. Vet. Gloſſarium San-German. num. 501.

† BVRRIVM, forte viuarium cuniculorum, Angl. *Burrow*. Ch. Mſ. Florent. Epiſc. Glasg. *Terra - quae vocatur Schotteſchales per ſuas diuiſas, ſcilicet inter burria de Schotteſchales et viam per quam itur ad petariam*, (f. petrariam.)

BVRRVM, *rufum et nigrum*, Papias MS. In veteri Gloſſar. San-German. *Burrus, rufus et niger*. Eſt a Graeco πυῤῥὸς, Tufus.

BVRS. (1) Idem qui *Buringi*, coloni. Agardus: *Burs*, i. *colonus*. Ita forte dicti a *Buris*, i. aratrum, vel *Curuatura aratri*, vt eſt apud Papiam. Idem mox; *Buris, dicta quaſi bos paris in ſimilitudine caudae bouis, i. ea pars aratri, qua inflexa ſtiua ſtimoni adiungitur*. Gloſſ. Lat. Gr. *Buris, ζῦγος ἀρότρου*. Baur et Bauren, Germanis, eſt colonus, ruſticus: cui ſcilicet *Buridis* cura eſt, quem *Buriſtam* vocat Olla Patella: *Mango, viticola, buriſta, ſubulcus, agaſo*. Domesdei: *Sunt* 4. *hidae, quae pertinent huic manerio, vbi tempore Regis Edwardi erant* 8. *burs, id eſt, Coliberti cum* 4. *carucis*. BVRI, in eodem Domesdei, in Monaſtico Anglic. t. 3. pag. 183. *In Vptune ſunt* 7. *hidae geldabiles. In dominio ſunt duae carucatae, et* 8. *villani, et* 11. *hordarii, et* 2. *buri, et Presbyter*. Infra: *In dominio ſunt* 3. *carucatae, et* 23. *villani, et* 3. *hordarii, et* 6. *buri, cum* 28. *carucatis*. Vide *Buringi*. (2) † Ch. Mſ. a. 1390. *Cum, quodam glauioto, tam de plato quam de burs cum cauda percuſſerat*. Hoc eſt tam caeſim quam punctim.

BVRSA. (1) Crumena, Gall. *Bourſe*, Ital. *Borſa*, ex Graec. βύρσα, *corium*, quod ex corio confecta ſit. Io. de Ianua: BVRSA, *marſupium, dicitur a burſa, quod eſt corium bouis, quia de corio fiat. Hinc Burſella, parua Burſa. Burſare, burſas facere, vel in burſam reponere. Imburſare*. Io. de Garlandia in Synonymis:

Marſupium burſa, forulus, loculusque, crumena.

S. Audoenus lib. 2. Vitae S. Eligii cap. 12. *Habebat quoque zonas ex auro comptas, nec non et burſas elegantes gemmatas*. Orderic. Vitalis lib. 9. *Rogerius cognomento burſa id eſt crumena*. REVOCATIO PER BVRSAM, in Iuribus et Conſuetud. Normanniae c. 118. ius quod proximiori conſanguineo competit, tenementum ſeu feodum a conſanguineo, extraneo venditum, pretio conuento numerato, intra annum a venditione, ſibi reuocare et aſſerere, practicis Gallicis *Clameur de bourſe*, Germ. das Näherrecht. V. *Forum burſae*. REVOCARE ET RECVPERARE RATIONE BVRSAE, eadem notione in Chartul. S. Vandregeſili t. 1. pag. 838. † BVRSA CORNVTA, Praemonſtratenſibus interdicitur, in Stat. eorumdem Mſ. diſt. 4. c. 8. † BVRSA, corporalis theca, Gallis *Bourſe*. Murat. t. 16. Script. p. 810. *Burſa vna dicti drappi pro corporalibus*. (2) Arca, ταμεῖον, Gazophylacium; ſed proprie ad certos vſus. Compotus Baillivorum Franciae anno 1285.

Expenſæ: Pro burſis Scholarum Regis, qui fuerunt de Curia, - - pro burſis bapeizatorum - - pro burſis Beghinarum. In his namque *Burſis*, ſeu arcis, reponebantur, quæ ad Scholaſticorum, verbi gratia, ſeu baptizatorum, etc. alimoniam ſpectabant, et quæ in eum vſum a viris piis erant legata. Concil. Hiſp. t. 40. p. 188. col. 2. *Quin et burſa ſine arcam communem.* (3) † Diſtributio quæ fit ex arca communi. Lit. a. 1372. t. 5. Ordinat. reg. Fr. p. 580. *Quia dictus magiſter Petrus de numero aliorum notariorum noſtrorum vadia et pallia ac burſas percipientium, non exiſtit.* Stat. a. 1389. ibid. t. 7. p. 274. *Prout ſit in diſtributione burſarum.* (4) † Commodum, quod præter *præbendam* canonicis obuenit. Stat. Capit. Gandersheim. apud Leukfeld. in Antiq. Gandersheim. p. 447. *Si aliquis abſentium canonicorum de hac vita migraverit, præbenda integra (exceptis conſolationibus et burſa) anno integro poſt mortem illius dabitur eidem.* (5) Conuenticulum, illicitus coetus forte ſic dictus ex arca communi ad illos conuentus fouendos deſtinata. Stat. Radulphi Epiſcopi Trecor. an. 1439. apud Marten. Anecdot. to. 4. col 1149. *Qui conventicula et burſam, vel communem ſocietatem, ſeu collegium illicitum fecerint*, etc. (6) Forte ſaccus inſtar burſæ, lana, tomento aliaue re ſimili plenus, quem taurorum cornibus illigabant, ne dum agitantur, ludentes poſſent laedere. Concil. Hiſp. t. 4. p. 428. *Nullo feſto die fiant torneamenta, vel agitationes taurorum. - - habentes curam ludorum qui aliis plus habent periculi taurorum cornua caute ligando vel burſam illis imponendo.* † BVRSA, ſaccuſus in organis. Comput. Mſ. fabr. S. Petri Inſul. a. 1473. *Pro reparando magna organa, in eis ſcilicet faciendo burſas et patellos.* (7) Cloaca, in Gloſſis Iſid. et in vet Gloſſar. San-German. 501. Supra habetur *Burca.* (8) *) Statio mercatorum, vbi de rebus ſuis conſultum conueniunt, Germ. die Börſe, Belg. *Borſe, Burſe.* Putatur communiter nomen natum eſſe Brugis Flandriae ab ingenti ſubſtructione, burſae imagine inſignita. V. *Forum* et *Mercatura burſæ.*

BVRSARE, nummos in *burſam* ſeu crumenam demittere, V. *Burſa* 1.

BVRSARIA. (1) Officina ſeu conclave burſarii, vbi creditam ſeruat pecuniam, recipit et ſoluit, apud Kennetum Antiquit. Ambrosden. p. 288. et Martenium Anecdot. tom. 1. col. 1348. (2) † Locus vbi aſſeruantur Chartae. Inuent. Chart. Monaſt. *De quibus procurator penes ſe ſcripta debet habere, vel in burſaria reponuntur.* (3) † Officium apud moniales ſumtuarium. Regula ſoror. Fontis-Ebraldi c. 71. *Burſaria recipit a depoſitaria certam pecuniæ ſummam, quatenus opus eſt*, etc. Ch. an. 1338. inter Inſtr. t. 6. Gall. Chriſt. p. 491. *Prioriſſa, ſubprioriſſa et burſariae.*

BVRSARIVS. (1) Cui ex *burſa* ſtipendia præſtantur: quae vox eiusmodi obtinet in Academiarum publicarum Scholaſticis, quibus ob rei domeſticae penuriam certa quaedam ſtipendia exſoluuntur ex arca ad id deſtinata, ad peragendos ſtudiorum curſus. Vide Nomaſticon Ciſterciense p. 645. et *Burſa* 2. (2) Officium monaſticum, penes quem eſt *burſa*, ſeu pecunia Monaſterii. Monaſt. Anglic. tom. 1. p. 134.

John Tortoun quintus burſarius officiatus.

† BVRSERIVS, in Conſuet. Mſ. monaſt. S. Crucis Burdegal. (3) † Officium claſſicum, Gallis etiam *Bourſier*, idem, vt videtur, qui nunc *Ecrivain.* Tract. pacis an. 1497. inter Obſeruat. ad Hiſt. Car. VIII. p. 741. *Capiteneus, magiſter, ſubmagiſter, burſarii, ſocii et alii præcominentiam in naui habentes.* (4) † *Burſarum* opifex. Inuent. Chartar. reg. ann. 1482. *) Vet. Vocabul. a. 1482. *Burſarius.* Börſner, Beutlmacher.

BVRSCATVM, f. idem quod mox *Burſta.* Codex MS. Conſuetud. Eccl. Colon. ex Archiuis Cathedr. Attrebat. *Magiſter coquinae providebat, ſibi piſtrino - - cum datur bursus datur ei unum burſcatum.*

BVRSELLA, V. *Burſa* 1,

BVRSELLVLA, parua *burſa*, in vita B. Coletae cap. 6. num. 37.

BVRSEMAGISTER, an non idem qui *Burſarius*, quem penes eſt *burſa?* Rymer. to. 8. p. 727. col. 1. *Ioannes Paslew Magiſter, Rogerus Orger Mercator, et Ricardus Beck Burſemagiſter - - Mandans etiam firmiter et iniungens Burſemagiſtro praenotato, et caeteris, vt praemittitur, incarceratis eſculenta et poculenta cuſtubus ſuis propriis miniſtraret.*

BVRSERIVS. (1) Qui facit *burſas*. Charta Ludouici Iunioris an. 1160. apud D. Bruſſel de Vſu feud. tom. 1. pag. 536. *Et conceſſimus ex nunc inpoſterum Theci vxori Yvoni la-Cloe - - magiſterium canatorum - - et burſeriorum in villa noſtra Pariſienſi.* (2) † Penes quem eſt *burſa*, V. *Burſarius* 2.

BVRSHOLDER, V. *Borghealdir.*

BVRSTA, Germanis Bürſte, ſcopula, Gallis *Broſſe*. Statuta Teutonicorum Equitum apud Duellium to. 2. Miſcell. pag. 60. n. 79. *Inſuper ſtrugulas, ſtramina et burſtas* (Vicemarſchalcus) *dabit fratribus, et ordeum beſtiis iuxta conſuetudinem.*

BVRTHVM, *rufum et nigrum*, Papiae. Sed legendum *Burrum.*

BVRVM, a Saxonico *Bur* vel *Bure*, conclaue, Germ. Bauer. Charta Euſtachii de Fiennes in Chron. Andrenſi pag. 396. apud Acherium Spicil. tom. 9. ſic clauditur: *Actum ann. 1117. ſuper motam meam in buro meo.* Ibid. pag. 360. et 362. *In buro ſuo, in buro meo.*

BVRVS, V. *Burs.*

BVSA. (1) Belgice *Buſſe* vel *Buyſe*, tubus, canalis. Chronicon B. Mariae Bonae Spei pag. 213. *Reſtauraſſe etiam in Rinrolle vaccariam, in Daigniet buſas ventales*, hoc eſt, canales *excluſarum*, ſeu aggerum ad continendas aquas, Gall. *Ecluſe*; *Ventalum* enim *excluſam* ſignificat. (2) † Neuigii ſpecies idem quod *Buſſa*, in Ch. Phil. comit. Fland. an. 1163.

† BVSASVM, ſtercus, coenum, ſtabulorum purgamenta, Gall. *Bouſe*. Stat. Taur. ann. 1360. c. 81. V. *Boſa.*

BVS-BAS, fragor Scloporum, et certaminis. Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 364. de B. Lidwina: *Effectus belli dubius detinebatur; Bus-bas vltro citroque ex eorum mortariolis ſagittisue reſonantibus in aſtris, vt quisque horripilationem conſequi videretur.*

BVSCA, ligni ſeu arboris ſtipes, caudex ſocarrus, Gall. *Buſche*, vox efficta ex *boſcus*. Inquiſitiones de foris factura foreſtar. cap. 26. *Inquiratur de extraſtoribus vel venditoribus buscae, maeremii, et carbonis de foreſta.* Charta Regis Ricardi I. in Monaſtico Angl. tom. 1. pag. 527. *Concedimus - - 2. carretas ereantes ſingulis diebus in boſco de Scotorum ad deferendum buſcam ad opus eorum.* Chartular. Monaſterii SS. Trinit. Cadom. fol. 23. verſo: *Poteſt ibi emere ſuum ſal, et ſuum vinum et ſuam buſcam*, hoc eſt, ligna ad focum neceſſaria.

† BVSCADELLVM, Apianum vinum, Gall. *Vin muſcat.* Ch. a. 1360. inter Probat. tom. 2. Hiſt. Nem. p. 236. V. *Muſcatellum.*

BVSCAGIVM, praeſtatio pro *buſcis*, ſeu lignis, quae in vrbem inferuntur. Lib. cenſ. et feodor. comit. Cardot. fol. 1. V. *Boſcagium* et *Boſca.*

BVSCALATOR, V. *Boſcator.*

BVSCALE, idem quod *Boſcus*, *Bois*, ſeu potuis dumeta. Tabul. S. Remig. *Habet ibi buſcalia map.* 1. Ch. Conr. Imp. an. 1038. in Bibl Sebul. pag. 208. *Piſcationes, foreſta, ſiluas, paſcua, buſcalia* etc. Ch. a. 981. in Bullario Caſin. t. 2. p. 54.

† BVSCALEVS, nemoroſus, ſiluoſus. Ch. an. 1033. apud Murat. tom. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 17. Alia an. 1091. ibid. pag. 419. V. *Boſcalinus.*

† BVSCALHARE, arborum ramuſculos caedere vel colligere. Stat. an. 1353. inter Probat. tom. 2. Hiſt. Nem. p. 151. V. *Boſcairare.*

† BVSCAREVM, BVSCARIVM, damerum, ſenticetum. Ch. an. 1038. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 447. V. *Boſcaliae.*

BVSCARIA, idem, Germ. Buſchwerk, Gebüſch. Vet. Ch. apud Vghell. t. 3. p. 455.

BVSCARLA, BVTSECARLA. Domesdei tit. Wiltsh. Wilton. *Quando Rex ibat in expeditionem, vel terra vel mari, habebat de hoc manerio aut 20. Sol. ad paſcendos ſuos Buzecarl, aut unum hominem ducebat ſecum pro honore 5. hidarum.* Annales Waverleienſes: *Edwinus Conſul venit cum exercitu per terram, et ſuguis eum, et Bucelarçi cum refutarunt. Ipſe vero iniit Scotiam cum 12. puppibus.* Radulphus de Diceto an. 1051. *Aſſectis ſibi in auxilium Butſecariis, qui portus nauticos cuſtodire debebant.* Roger. Hoved. an. 1052. pag. 442. *Omnes Buthſecarlas de Haſtinga, et ubique circa ripas maris, aliosque nonnullos in auxilium ſui allexit.* Mox: *Et Buthſecarlas omnes, quos obuios inuenerant ſibi in adiutorium legentes.* Ann. 1064. *Danicos Huſcarlas*, etc.

Ex praedictis colligimus, *Buscarlas* et *Buthſecarlas*, videri dictos *Marinarios*; vox plane compoſita, cuius pars poſterior *Carla*, aut *Carlus*, a *ceorl* venit, id eſt, mas, maſculus, vir, ſeu, vt vult Spelmannus, miniſter: prior a *buſſa*, nauigii ſpecie, de qua infra; ita vt *Butſecarlae* dicti fuerint, quaſi nauium miniſtri. Ita Spelmannus et Somnerus augurantur.

BVSCELLVS, BVSCHELLVS, modius, Gall. *Boiſſeau*, V. *Buſſellus*.

BVSCHA, *buſca*, lignum, in Tabul. Solemniac. V. *Boſcus*.

† BVSCHATIA, ludi aleatorii ſpecies; Ital. *Buſchette*, ſortes. Stat. culmin. Riper. cap. 164. *Quod nullus audeat ludere ad taxillos et buſchatiam, quae intelligatur omnis ludus taxillorum et cartarum.* Vide *Biſſatia*.

BVSCHELLVS, V. *Buſſellus*.

BVSCHERIO, V. *Boſcus*.

† BVSCHERIVM, praeſtatio, forte quae pro iure vtendi *boſco* ſoluebatur, vel pro ligais in vrbem inferendis. Ch. Mſ. Phil. III. a. 1271. *Aucnagium, buſcherium, feneſtragium, montnagium*, etc. V. *Boſchadium*.

† BVSCHERIVS, lignator, Gall. *Bucheron*. Stat. Cadubrii p. 52. V. in *Boſcus*.

† BVSCHETVS, paruus *boſcus*, Ital. *Boſchetto*, Gall. *Bosquet*. Acta SS. t. 2. Aug. p. 592.

† BVSCHIA, ligni ſeu arboris ſtipes, caudex focarius, Gall. *Buche*. Ch. Ingcr. Dom. de Marign. ann. 1310. c. 11. *Quadrigatus boſci ſeu buſchiae pro ardere.*

† BVSCHIVVS, nemoroſus, ſiluoſus. Stat. Vallis-Ser. n. 188. V. *Buſcoleus*.

BVSCHVS, nemus, ſilua, V. *Boſcus*.

BVSCIA. (1) Nauigii genus, V. in *Buſſa*. (2) † Pyxis, arcula, forte pro *Buſtia*. Areſt. Mſ. an. 1384. V. in *Buxis*.

BVSCIVA TERRA, in qua *boſci* ſeu *buſci* ſunt, vel ſiluae, apud Rollandin. in Summa Notariae.

† BVSDVNVS, pro *Burdunus*, vt videtur; diminut. a *Burdo*, baculus, radula, radius, quo menſurae radunntur. Ch. ſec. XIII. in Tabul. capitul. Bellouac. *Si vinarius - - moratur, nimis ad aſportandum vinam cum busdunc, vendita poteris menſurare ad aliam · vinam - - Fiunt duae minae ad auenam raſtes ad busdunum, quae valeant vnam cumulatam*, etc. Germ. Strichholz.

† BVSELLVS, pro *Buncllus*, panni ſpiſſioris ac vilioris ſpecies, Gall. *Bureau*. Comput. an. 1403. inter Probat. tom. 2. Hiſt. Nem. p. 175. V. *Birrus*.

† BVSIA, vt ſupra *Buſa* 1. Comput. Mſ. fabr. S. Petri Inſul. ann. 1469. *Pro mundando - - roquerias et buſias.*

BVSINVS, candela. Statuta S. Victoris per Cardinalem Triuultium Abbatem ann. 1531. *Item teneatur facere ardere ſex buſinos in magno altari.*

BVSIO, percnopterus, aquilae ſpecies timidior, vel ineptior, German Buſſard, Gallis *Buſe*, quo nomine ineptioris, vel nullius mentis homines vulgo

vulgo appellant. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 201. *Beraldus, quem cognominabant Buſionem, et quem reuera Buſionem eſſe conſtaret.*

BVSIVS, color, Saxonice dictus *fealu*, fahl, in Gloſſ. Aelfrici, i. helvus, gilvus. Inde forte dicti *Buſi*, populi, de quibus Adam Bremenſis cap. 228. vbi de inſulis Balthici maris: *Ibi ſunt homines pallidi, virides, et macrobii, id eſt, longi, quos Buſos appellant*, a vultus nempe colore. Papiae, *Buſi*, appellantur *Pingues, obeſi.* Idem Papias MS. ſicut et vetus Gloſſ. San-German. MS. num. 501. *Buſſus, pinguis, obeſus.*

BVSKETVS, V. *Boschetus.*

BVSNACHIA. Andreas Monachus Fondebraldenſis de morte B. Roberti Arbriſelli pag 39. de eod. Roberto, qui in Fonte-Evraldi ſepeliri cupiebat: *Cui cum Andreas fidelis Collega eius diceret, Pulcher magiſter, quid eſt, quod dicis? ſi ſenſi, hic finem eſſe, ſaltem fac quod tuum eſt; impera corpus tuum poſt obitum ad Fontem Euraldi portari. Ille reſpondit: et quare meum cadaver hinc portaretur? nam per omnes Busnachias (vt verbis illius vtar,) ablatum eſſet a vobis.*

BVSONES. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 1. num. 1. *Juſtitiarii, vocatis ad ſe 4. vel 6. vel pluribus de majoribus Comitatus, qui dicuntur Buſones Comitatus, et ad quorum nutum dependent vota aliorum*, etc. Vbi Spelmannus monet deſiderari in ſuo MS. haec verba, *qui Buſones Comitatus dicuntur.* Quid ſi *Barones* legatur?

†BVSQVETA, portio ligni, Gall. *Buchette.* Inuent. ex Tabul. S. Victor. Maſſil. *Duas buiquetas crucis boni latronis*, etc.

BVSQVETVS, V. *Boschetus.*

BVSSA, BVZA, BVCCA, BVRCIA, nauigii genus grandioris, a ſimilitudine pyxidis, quae Anglis *Buſſe* dicitur, appellatum, inquit Spelmannus: pandum aluo, et obtuſum prora; ſeu potius, quod dolii, vinarii formam referret: quod Graeci recentiores *βάτζον* et *βάτζιον* vocant, vt alibi docemus. Varie autem eiusmodi nauigii nomen ſcriptum occurrit apud Scriptores: nam promiſcue *Buſſa, Buza, Buccia, Buccea, Buſcia* et *Burcia* dicitur. Et primum BVSSA, quae propria nauigii eiusmodi videtur appellatio. Vetus Scriptor apud Spelmannum 13. *naues pergrandes, quas vocant buſſas triplici velorum expanſione velificante.* BVZA. Albertus Aquenſis lib. 9. cap. 9. *Rex ab Aſſur exiens, nauem quae dicitur buza, aſcendit.* Occurrit etiam apud Nicolaum Trivettum in Chron. an. 1191. BVCCA. Radolphus de Diceto. Vtitur praeterea Matth. Paris pag. 112. BVCIA. Brompton. pag. 1179. Oberti Cancellarii Annal. Genuenſ. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 338. BVCCIA, apud eundem Brompton. pag. 1174. BVCEA. Raduiſus de Diceto. BVSCIA. Brompton. in Ricardo. I. BVTZ, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epiſt. 78. BVRCIA. Rogerus Hoved. in Ricardo I. pag. 661. Italis *Burchio*, dicitur nauis onerariae minoris ſpecies, vehendis lignis et id genus mercibus, qua voce vtitur Dantes in infer. 17. V. *Buta, Buttis.* BVROLA. Raphanus de Careſinis in Chron. MS. an. 1379. *Cum barchis et burolis per viam molendinorum*, etc.

BVSSELLATA TERRAE, tantum terrae, quantum *Buſſello* frumenti ſeminari poteſt, in libro Chirographor. Abbiae fol. 167. ſeqq. V. *Buſſellus* et *Boicelata.*

BVSSELLVS, modius, Gall. *Boiſſeau*, menſura frumentaria, diminut. ex *Buc, Buza*, V. *Butta.* Lamb. Ardenſ. pag. 153. *Vnum polkinum vel buſſellum frumenti.* Fleta lib. 2. cap. 12. *Pondus 8. librarum frumenti faciunt buſſellum, de quibus 8. conſiſtit commune quarterium.* Occurrit paſſim. BVSTELLVS, in Chron. Andrenſ. an. 1214. BVSCELLVS, in Indice reddit. Monaſt. Corbeienſ.

BVSCHELLVS, in Chartis Anglic. V. *Busta* 3.

† BVSSIVM, V. *Buxum*, Gall. *Buis*. Ch. Phil. V. Mſ. a. 1320.

† BVSSO, dumus, Gall. *Buiſſon*. Ch. Mſ. a. 1352.

† BVSSOLA, pyxis, arcula, Gall. *Boete*. Inuent. a. 1389. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 366. BVSSVLA, idem, in Stat. Vercell. l. 3. BVXOLA, in iisdem Stat. l. 1. BVSSOLETVS, ap. Steph. de Inſeſtura ad an. 1491.

BVSSONAGA, V. *Buxonaga*.

BVSSVLA, V. in *Buſſola*.

† BVSSVM, buxum, Gall. *Buis*, Ital. *Buſſo*. Stat. Aſtae. V. *Buſſum*.

BVSSVLVS, ciſtâ, pyxis, qua colliguntur ſuffragia. Acta SS. Martii tom. 3. p. 244. de B. Ambroſio Senenſi, V. *Buxis*.

BVSSVS. (1) Pinguis, obeſus, V. *Buſſus* et *Buſus*. (2) Pro *Byſſus*, vt videtur. Rymer. tom. 7. pag. 233. *Vnam pipam pulueris ſaluiſtri, et quinque balas buſſi*.

BVSTA. (1) Monaſticum Anglic. tom. 1. pag. 473. *Ex dono Alexandri - - vnam carectatam buſtae ſingulis ſeptimaniis in boſco de Couon*. Fleta lib. 2. cap. 7. §. 1. *Parata ſibi debent eſſe quaecunque pro corpore ſuo fuerint neceſſaria, videlicet cibus, potus, buſta et candela*. Idem videtur, quod *Buſca*, caudex, ſtipes focarius. V. in hac voce. (2) († Arcula in qua probatae monetae includuntur, Gall. *Boete*.) Computus an. 1289. vbi de expenſis pro moneta, apud D. Bruſſel de Vſu feud. tom. 1. pag. 472. *pro buſta VII. lib. VII. ſol. III. don. groſſ. - - Et erat buſta bona de pondere et tallia, ſed deficiebant duo grani cum dimidio*. (3) Arcula, pyxis, in qua emendas aliaque minuta expleta congerebant. Compurus an. 1265. apud eundem D. Bruſſel, ibid. pag. 423. *De buſta Caſtelleti pro vltimo tertio 110. lib.* (4) † Virga, baculus, forte pro *Buſca*. Lit. remiſſ. an. 1357. *Buſtam quamdam de armis dicti domini ſecum deferens*. (5) † Si mendum non eſt, pro *Cuiſta*, praeſtatio eſſe videtur pro iure percipiendi *buſtas* ſeu lignum in ſilua aliena. Ch. a. 1475. inter Probat. tom. 3. Hiſt. Lothar. p. 279. *Cum - - redditibus, cenſibus, ſeruitiis, venationibus, piſcationibus, caſquis*, (l. tasquis) *buſtis* etc.

BVSTARE, humo condere. Papias MS. *Buſtare, ſepelire, funeſtare*. Gloſſ. Iſid, *Buſtantes, ſepelientes*. Gloſſae San-German. MSS. n. 501. *Buſtantes, funes ſtantes*. Lege *Funeſtantes*. Verſus antiqui apud Bruſchium:

Annis decurſis octingentis octuagintaque tribus,
Buſto in hoc buſtarii feliciter buſtauerunt Hildegardim,
Quae variis claret ſignis, etc.

BVSTARIVS, qui condit humo, V. *Buſtare*.

BVSTEA, arcula, pyxis, Gall. *Boëte*. Miraeus tom. 1. pag. 21. col. 2. vide *Buxis*.

BVSTELLVS, modius, Gallice *Boiſſeau*. V. *Buſſellus*.

BVSTIA, V. in *Buxis*.

BVSTICETA, *ſepulcra antiqua, vbi Antiqui mortuos incendebant*. Gloſſ. San-German. MSS. num. 501. Gloſſar. Iſid. *Sepulcra in agro*. Arnobius lib. 1. p. 24, *Herculanum ipſ vos fertis vinum arſiſſe poſt poenas, et concrematum in funeſtis buſticetis*. Et lib. 7. p. 222. *Aras iſtas, quas dicitis infeliciſſimi animalium generis vſtrinae, rogi ſunt et buſticeta*.

† BVSTILLA, diminut. a *Buſta*, arcula. Acta SS. t. 7. Iul. pag. 286, V. *Buxis*.

BVSTINARE, pro *Buccinare*, buccina clangere, Gallis olim *Buiſiner*, et *Buiſineur*, is qui buccinat. Statuta Arelat. MSS. art. 123.

BVSTRA, V. *Buſtar*.

BVSTVALE, pro *Buſtum*, rogus. Homilia S. Auiti de S. Mamerto inter Acta SS. Maii to. 2. pag. 631. Adiectiue ſumſerunt Prudent. Cathemer. 9. 52. *Suetus antro buſtuali ſub catenis frendere*; et Sidonius l. 3. Epiſt. 12. *Refertus buſtualibus fauillis*.

BVSTVARIVS, *qui corpora comburit humana*. Sic Gloſſar. Iſid. et vet. Gloſſ.

Gloſſ. San-German. MS. num. 501. Ciceroni *Buſtuarius gladiator*, qui ante buſta et ſepulcra dimicabat: quod olim, inquit Graeuius, fiebat tantum ad buſta Imperatorum, ad quos captiui cogebantur concurrere, et mutuis caedibus ſe confitere, poſtea in artem fuit conuerſa haec pugna gladiatoria. Ammianus Marcell. lib 24. cap. 4. *Buſtuarium* accipit pro Libitinario, qui accepta, mercede funerum curam habet. V. ibi Valeſium.

BVSTVLA. (1) Conſpicilla, duo circuli vitrei, *Bi-cycli*, Gall. *Beſycles*, quibus vtuntur ad iuuandam aciem oculorum. Epiſt. Iohann. Abb. apud Marten. Anecdot. to. 1. col. 516. *Statim vt litterarum veſtrarum bainlum vidi, buſtalam arripiens, non ſolum auide legi et relegi, verum etiam a ſcribendo manum retinere non potui.* † *Buſtulam* hic intellige arculam, in qua repoſitae erant litterae, de quibus ſermo eſt. (2) *Pro pyxis, vel arcula*, V. *Buxis.*

† BVSTVLVM, *petit ſe pulcre, le lieu ou l'en art les morts*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7679. V. *Buſtum* 1.

BVSTVM. (1) Vox Latinis notiſſima, pro loco vbi cadauer mortui hominis vrebatur, eiusque condebantur oſſa et cineres; hinc iſtud vocabulum ad ſepulcra quaeuis ſignificanda translatum fuit. Plura ſunt huius rei exempla; vnum duntaxat, quod multis negotium fecit, referam. BVSTORVM COMITES, eodem tumulo ſepulti. Epitaphium eccleſiae B. Mariae Piſciaci:

Buſtorum comitum cuiusdam nomen auitum;
Gratia dat reliquo. Blanca nati et Ludouico.
Regibus hi nati, ne non reges haberentur,
Vitae morte dati celeſti fede locantur.

In explicando hoc epitaphio multum inſudarunt eruditi plerique, quorum coniecturas videre potes in Mercurio Gallico menſium Iunii, Auguſti, Nouembris anni 1725. Februarii et Iunii 1726. nec non Diarii Treuoltiani menſis Martii eiusdem anni. Inter omnes conuenit hic agi de duobus Ludouici VIII. et Blanchae filiis Philippo et Iohanne: quibus poſitis rem ſic expedit, et quidem, vt videtur, accuratiſſime ſcriptor epiſtolae relatae in Mercurio iam laudato menſis Februarii 1726. *Nomen cuiusdam*, inquit i. e. vnius, horum *Comitum buſti eſt auitum*, ſeu eſt nomen aui eius ſcil. Philippi II. *Gratia dat* nomen Iohannis (quia iuxta vim vocis, *Iohannes* Hebraice idem eſt qui *Gratioſus*) *reliquo* i. e. alteri. *Nati* ſunt ex *Ludouico et Blancha. Ne hi nati ex regibus non haberentur reges* (habebant fratres natu maiores, quibus paternum regnum erat debitum) *dati* ſunt *vitae* aeternae *morte*, ac *locantur* in *fede coeleſti*. (2) Charta Stephaniae vxoris Graeciae Regis Aragon. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 6. *Dono illum vnum buſtum de meas vacas ad Sanctam Columbam, et illo alio buſto alias medias ad illa Eleemoſynaria de Najara pro pauperibus, etc.* (3) † Corporis truncus, corpus ſine capite; Hiſp. *Buſto*, Gall. *Bu*. Translat. SS. Vandreg. et aliorum ex Cod. reg. 5506. Murat. t. 21. Script. p. 91.

† BVSTVRA, *la ſepulture*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

BVSTVS, *perflammatus*, in veteri Gloſſario San-German. MS. n. 501. pro *Vſtus* ſcilicet, vt *Buſtum* pro *Vſtum*.

BVSVS. (1) *Pinguis, obeſus*. Papias. V. *Buſus*. (2) † Alueus, alueare, V. *Bugavolus*. (3) † Forte politus, laeuigatus. Murat. to. 16. Script. p. 808. *Cum vno botono perlarum et bonenis IV. argenti buſis.*

BVT, *μῦς*: *nugae*. Supplem. Antiquarii.

BVTA. (1) Pyxis, Gall. *Boete*. Rituale S. Martini Turon. 13. ſaeculi apud Marten. de antiq. Eccleſ. Rit. to. 1. pag. 569. (2) V. in *Butta* 3.

BVTAGIVM, V. *Botagium*.

† BVTALLVS, cupa, dolium, vas vinarium. Stat. Vercell. l. 7. p. 189. V. *Botallus*.

BVTANEVM, *quidam liber Phyſicae, qui et Herbarium dicitur, quia ibi herbae*

herbae notentur. Vgutio, qui Graece Βοτανικον expreſſit. BVTANICVM, idem, apud Papiam.

BVTAR. Vgutio: *Buranitum, dicitur genus vaſis, quod Butar dicitur.* V. *Butta* 3.

BVTARE. (1) Ital. *Buttare*, aliquem ad terram proiicere. Charta a. 1345. *Si aliquis aſſaltum -- fecerit ſine armis, vel ipſum butauerit, ſoluat poenae nomine*, etc. Galli etiam *Bouter* dicunt, pro pulſare: *Bouter a terre*, ad terram deiicere. *Bouter*, Picardi pro ponere vſurpant. Fallitur porro Meurſius, qui βάπτειν Graecos recentiores pro *Butare*, ſeu ad terram deiicere, vſurpaſſe dixit. Nam βαπτίζειν, immergere ſonat, vt docet Simon Portius, id eſt, εἰς βοῦτλον ſeu in dolium iniicere. V. Ferrar. in Orig. Ital. V. *Buttare*. (2) Terminare. Vox Agrimenſorum. In Chartulario S. Fromondi paſſim: *Vna virgata terrae butante ad terram Thomae le Fort. Item vna acra butante ad cheminum*, etc. V. *Butum*. (3) † *Butare, inflare, botar, Prov.* in Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. V. *Buffare*.

† BVTARIA, forte praeſtatio *buttarum* vini. Ch. Lud. Craſſi reg. Franc. a. 1112. *Butariam, de Pariſius, magiſterium, praeconium vini, totam terram quam tenet apud Monteruillam.* V. *Botagium*.

BVTARIVS, V. *Boutarius*.

BVTEL, V. *Bidella*.

BVTELAGIVM, V. *Botagium*.

BVTELERIA, BVTELLARIA, officium *Buticularii*. Ordinat. domus reg. ſub Henr. II. Angl. reg.

BVTELGIR, V. in *Buticularius*.

BVTELLA, V. *Bouteſla*.

BVTELLARIA, V. *Butelerie*.

BVTEO. (1) *Iuuenis*, Vgutioni. Alibi: *Lecator, ardelio, gulo, eſuo, epulo, ambro, lurco, buteo, ganeo*, etc. V. *Butheo*. (2) V. *Butor*.

BVTERIA. (1) († Moles ſaxea ſeu id omne, quo pons vel agger fulcitur aut retinetur aut ipſamet via ſtrata ſeu agger, Gall. *Butée*, Prouinc. *Butiero*. Marten. Anecdot. tō. 1. col. 316. ex Charta anni 1105. *Dedi etiam in vſus Canonicorum -- iuxta veterem buteriam tantum terrae, quantum poterint quatuor boues arare.* V. *Botaria* 1. et *Bouteria* 2. (2) † Modus agri ſeu agellus, Gallis *Bout de terre*. Ch. Mſ. a. 1320. *Duas buterias et vnam virgatam iuxta.* V. *Butum*.

BVTGIA, V. *Bugia* 4.

BVTHEO, idem quod *Buteo*, in miraculis S. Germani Autiſſiodor. ex MS. Regio: *Quandam villam inuadendo peruaſerat, et ſuis butheonibus diſtribuendo ad poſſidendum dederat.* † *Buteonibus* in mirac. S. Germ. Autiſſiod. t. 7. Iul. p. 286. vbi *Buteones* dictos, Emmae proceres, ſortaſſis a buteone, qui eſt auis rapax, notant Editores.

BVTHSECARLA, V. *Buſcarla*.

BVTIA, idem quod *Bauſia*, in Ch. Alfonſi aerae 1172. ap. Mich. del Molino in Repertorio Foror. Aragon. p. 226.

BVTICA. (1) Ciſtae genus. Acta SS. Martii tom. 3. p. 846. in Miraculis S. Veroni: *Quaedam etiam ciſta, vulgo butica dicta, quantitate magnitudinis ampla.* Britonibus Armoricanis *Bouteo* eſt illud ſportae genus, quod Galli vocant *Hotte*. (2) BVTICA, lagena, V. in *Buta* 3. (3) Gall. *Boutique*, in Inſtrum. a. 1304. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. V. *Butigia*.

BVTICELLA, lagena, *Butica* ſeu *Bus* parua. Ch. ſcripta ſub Iuſtiniano apud Briſſon. l. 6. Formul. Rochus Pirrus p. 485. Siciliae S. V. *Buta* 3.

BVTICVLA, idem, Gallis *Bouteille*. Acta SS. Benedict. ſaec. 4. part. 1. Capitulare de Villis c. 3. Hincmar. Remenſ. t. 1. p. 715. et paſſim alibi. V. *Buta* 3.

† BVTICVLAGIVM, BVTICVLATIO, praeſtatio *Butarum* vini. Iudic. a. 1250. t. 1. Probat. Hiſt. Britan. p. 946. *De buticulatione doli*, in Inquiſit. a. 1181. ibid. p. 683.

BVTICVLARIA. (1) Omne id quod ad officium *Buticularii* pertinet. Hiſt. Dalph. t. 2. p. 272. (2) Praeſtatio quae Buticulario Franciae ſoluebatur.

tur, praeſertim a Praelatis et Abbatibus regalibus, in Regeſt. Parlam. Pariſ. paſſim.

BVTICVLARIVS. (1) Penes quem *Buticularum*, vel *potus* cura demandata erat, vt ait Hincmar. de Ord. Palat. c. 23. idem qui Pincerna. Capitul. de Villis cap. 16. *Miniſteriales noſtri Sineſcalcus et Buticularius.* Adde cap. 47. Hariulf. l. 4. Chron. Centul. c. 22. BVTELLARIVS, in Leg. Malcolmi II. reg. Scot. c. 6. §. 5. BOTELGIR, apud Galbert. in vita Caroli Comit. Flandr. n. 54. 56. 70. BVTIGLARIVS, in Conſtit. Henr. VII. Imp. ap. Goldaſt. t. 1. Conſt. Imp. pag. 318. BVTICVLARIVS FRANCIAE, vnus e quatuor maioribus officialibus, qui litteras et diplomata regia ſubſcribebant, vel eorum expeditioni intererant, de qua dignitate legendi Io. Tillius, Vinc. Lupanus, Andr. Fauynus, P. Anſelmus et alii. Buticularii et Pincernae officia non eadem fuiſſe poſt Ducheſnium obſeruauit P. Anſelmus t. 2. p. 1373. (2) BVTICVLARIOS praeterea vocant Normanni, qui mercatorum vina deguſtant, an proba ſint. Vſat. Mſ. Vicecomit. Aquarum Rotomagi.

BVTICVLATIO, idem ac *Botagium*, praeſtatio pro vino, quod in *Botis* ſeu doliis vinariis diſtrahitur. Lobinell. Hiſt. Brit. t. 2. p. 132. V. *Buticu'agium*.

BVTICVM. Hariulfus lib. 2. Chronici Centulenſ. cap. 7. *Cum ergo columnae in butico erigerentur, etc.* Infra, vbi de Eccleſia: *Turnis orientalis cum cancello et butico Sancto Richario dicata eſt, et turris Occidentalis in honore S. Saluatoris ſpecialiter eſt dicata.* Vbi *Buticum* aedis ſacrae pars videtur: at quae incertum. Mabillonius in Actis SS. Benedict. Saec. 4. part. 1. pag. 109. de his ipſis locis agens ait: Coniicio *Buticum* idem eſſe ac ciborium, quod columnis quatuor octoue conſtans, ſuper altaria Sanctorumque tumulos erigi mos erat. *Buticum* iterum occurrit in Actis SS. Benedict. Saec. 5. p. 571. vbi de miraculis S. Richarii: *Vidit fuſam lucem, totam turrem repleſſe, quae ſe dilatans totum buticum Baſilicae caepit implere.*

BVTICVS, V. *Butticus.*

BVTIFREDVS, V. in *Belfredus.*

BVTIGIA, officina, Gall. *Boutique.* Inſtrum. an. 1304. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Quod ciuitas concederet Regi ad opus galearum butigiam Planiforniguerii.*

BVTIGLARIVS, V. *Buticularius.*

BVTIGLIONVS, V. *Botiglius.*

† BVTILAMEN, *Enwyn*, Cambro-Britan. apud Dauies, lac butyraceum.

† BVTILLA, vas vinarium, Gall. *Bouteille.* Stat. ſynod. eccl. Caſtr. a. 1358. V. *Butta* 3.

† BVTILLIARIA, Buticularii officium. Ch. Mſ. a. 1250. V. *Buticularia* et *Buteleria.*

BVTINA. (1) Lex Ripuariorum tit. 60. §. 4. *Si ibidem infra terminationem aliqua indicia ſua arte, vel butinae aut mutili facta extiterint, ad Sacramentum non admittatur; ſed in praeſente cum legis beneficio cogatur reſtituere.* Codices alii habent, *Bucinas, Bucinae*, et *Bucine.* Omnes erronee, inquit Eccardus in hunc locum, vbi addit: *Butinam* hic ego idem eſſe reor ac Gall. *Butin*, a Germanico Beute, Sax. *Bute.* Italis *Botino* et *Butino*, praeda, deriuatum. (2) Idem quod *Butica*, lagena. Heſych. ὠμαγρώγιν, βυτίνην, τρυβλίν. Io. Damaſcen. de Condiment. *Reponantur in butinam, ſic vt mel ciſtra plurimum excedat.*

† BVTINO. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. c. 102. *Cauerna quae vulgari ſermone dicitur butino.*

BVTINVM, praeda, Gall. *Butin.* Rymer. to. 10. pag. 107. col. 1. *Ratione butinorum et lucrorum guerrae prouenientium.*

† BVTIRE, butionis vox. Carmen de Philom. ad calcem Cod. reg. 6816.

Ae vlulant vlulae lugubri voce canentes,
Inque paludiferis butio butit aquis.

BVTIROSITAS LACTIS, apud Iacob. de Dondis in Aggregationibus virtutum medicinarum, etc.

BVTIRVM GLASVM. Tabularium Maioris Monaſterii: *Guillelmus filius Morelli et Haduiſa vxor eius conceſſerunt quidquid habebant de Herlando de Ponde Lahonum, de terra Iuhel de Ioffredia, de Butiro Glaſo de terra noſtra propria de Butiro Glaſo de Plehaco etc.*

BVTIS. (1) *Stella cometes, quae quaſi comas habet.* Gloſſ. Iſid. Papias: *Butis, Stella cometes.* In excerptis additur Βολίς. Non inepte Reineſius coniicit iuxta Graeuium, duas Gloſſas male coaluiſſe, legendumque *Butes*, id eſt *Bootes, Stella, Cometes, quae* (Scil. Stella) *comas habet.* Βολίς eſt inter faces quae videntur decidere ex aëre, longiorem trahentes limitem. Vide Plin. II. 26. (2) Lagenae ſpecies, V. *Butis* in *Butta* 3.

† BVTO, *lo verme de la lacte.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

BVTOR, BVTORIVS, ardea ſtellaris, Gallis *Butor*, Anglis *Buteor.* Will. Thorn. pag. 2010. *De Perdicibus, mallardis, butoris, alaudis,* etc. BVTORIVS, Alberto Magno lib. 23. de Animalib. cap. 10. Thuanus: *Inter accipitres, qui* Τριόρχης *et* πρᾶτος τῶν ἱερακων *Ariſtoteli eſt, is Plinio buteo dicitur: vnde palam eſt iniuriam maximam fieri maximo et nobiliſſimo Accipitri ab iis, qui buteonem interpretantur Buzart.* Vide Nicolaum Vptonum lib. 4. de Militari officio p. 183.

BVTRISTA, eiusdem notionis et originis ac *Butro* ſeu *Butta*, apud Alcuin. Poem. 165.

Tu quia miſiſti butriſtas vt quoque binas,
Bis puto ſeptena calipes iam forte tenentes.

Vbi legendum *ſeptenos calices*, et forte *Buttiſtas.*

BVTRO, idem ac *Butta* 3. vt fortaſſe etiam legendum. Anaſtaſ. Biblioth. in Leone III. Idem in Leone IV. *Obtulit butronem de argento puriſſimo.*

BVTSECARLA, V. *Buscarla.*

BVTTA. (1) Guillelmus de Baldenzeel in Hodaeporico: *Hoc brachium vulgariter butta Conſtantinopolitana dicitur, eo quod ſuper ipſum in litore Europae egregia ciuitas Conſtantinopolis ſituata ſit.* Sed ibi videtur legendum *Bucca*, ſeu fretum Helleſpontiacum, et Bosphorus, quem etiamnum Turci *Bogaſin* appellant, voce vt videtur, a *Bucca* efformata: etſi *Butta Conſtantinop.* appellari potuerit, quo ſenſu Galli *butten* appellant, quod prominet; nam Conſtantinopolis in collibus exſtructa in mare procurrit. (3) BVTTA TERRAE, forte agellus, pro quo Galli ſaepe dicunt, *un Bout de terre.* Monaſt. Anglic. t. 2. p. 453. *De XXIV. ſelionibus et XII. buttis terrae et de grano vnius acri.* T. 3. p. 49. *Quadam buttas terrae quas Hunyth vidit de Hope aliquando tenuit.* Kenner. Antiquit. Ambrosd. p. 402. *Quatuor buttae quae continent vnam acram.* V. *Butum.* (3) Cupa, dolium, vas vinarium, lagena maior, Gallis *Bute*, veteribus Septentrionalibus *Bute*, Saxonibus *Butte* et *Bytte*, Cimbris *Bytta*, Germanis Butte, Bottich. Vet. Inſtrum. apud Cuiacium lib. 3. Obſerv. c. 26. vbi inter caetera mobilia recenſentur *Buttae*, et *Butticlae granariae.* Danis, auctore Pontano, *Butte*, eſt *Cupa.* Vide Ceremon. Roman. lib. 1. ſect. 2. BVTTIS, Gloſſ. Lat. Graec. *Vagna, ſeu cuppa,* βᾶττις μεγάλη, ἄγγος γαῦλον καλῶσιν. Gloſſ. Graec. Lat. Βάττις, *cupa.* Βαττίον, *cupella.* Βάτζον, apud Pachymerem lib. II. cap. 14. Βατζίον, apud Nicetam in Alexio Ang. lib. 3. num. I. et Ioannem Cananum de Bello Conſtantinop. pag. 196. Βαττίον in Chronico Alexandr. pag. 642 et apud Leonem in Tactic. cap. 15. §. 75. 76. Simon Portius: Βατζί, κάδος, σύστ. *Botte*, Italis; *Bote*, Hiſpanis. Chartula plenariae ſecuritatis, ſcripta ſub Iuſtinianeo, apud Briſſon. lib. 6. Formul. *Ferro fracto libras 12. Butte de cito valente ſemiſſe vno, Butte minore valente ſiliquas duas,* etc. Marculfus in formula Parabolae: *Lege et pericla in pectore repone; ſine*

ſive autem non vis, in Butte recondе; id eſt, in pyxide. Ioannes Epiſcop. Laudenſis in Vita S. Petri Damiani Card. num. 22. *Aliquando vir Dei Buttem vini repoſitum apud quandam ſuam capellam habuerat.* Petrus de Creſcentiis lib. 4. de Agricult. cap. 35. *Ne aliqua transmutatio fiat circa fecem, gignentes cenopes, vel fangum album, quem facit ſubtus Butem.* BOTA Dolium. Statuta Maſſil. pag. 394. *Cuiusmodi botae fieri et vendi debeant a boteriis. Ordinamus praeſenti capitulo, quod omnes boterii Maſſiliae, qui vendiderint botas, vendant - - illas botas bonas et legales - - quod omnes botae circa vnum palmum ad bondonum ſint inueſtitae circulis - - et quod omnes bodii botarum, ſive vegetum - - ſint bironati.* Pluries occurrit pag. 395. et pag. 467. vt et in inuentario anni 1341. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. BVTA, vel BVTVS. Computum Theſauri a. 1312. *Scanctionarius pro butis, boutellis, cadis, flaſconibus, etc.* Gloſſ. Lat. Graec. *Antelabra, χεῖλη ἀγγείων, ὡς πρὸς βύτον.* BVTICA idem quod *Buta* Germ. Bottich. Papias: *Obba, vaſis genus, butica.* Capitulare de Villis c. 62. *Quid de buticis, et coſinis, id eſt, ſcrinis, etc.* BVTTICVS. Papias: *Cantharus, vas quoddam cum ansis,* (leg. *ansis*, vt in MS.) *Graecum eſt,* vt *quidam dicunt: vulgo butticus dicitur.* Ita in MS. pro *butribus.*

BVTTARE, pro *Abbutare*, terminare. Monaſticum Anglic. tom. 2. p. 389. *Vnum croſtum, - - quod buttat ſuper virgultum meum.* Madox Formulare Anglic. pag. 106. *Buttantes verſus auſtrum ſuper quandam clauſuram dicti Prioris.* Kennettus in Antiquit. Ambrosden. p. 533. *Seliones buttans totaliter in terram ipſius Prioris.* Occurrit iterum eadem pagina et ſequenti, et alibi non ſemel. V. *Butum* et Origines linguae Italicae Octauii Ferrarii in hac voce.

BVTTTARIVS, qui *Buttas* ſeu eiusmodi vaſa onerat, implet. Lambert. Ardenſ. p. 258. *Oneratores etiam et buttarii cum boccis - - operantur.*

† BVTTATIVM, lagena maior, Ital. *Bottaccio.* Inquiſit. a. 1270. apud Murat. t. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 125.

BVTTELARIVS, V. *Buticularius.*

† BVTTERICVS, vaſis ſpecies, cantharus. Ch. c. 1011. apud Murat. in Antiq. Eſtenſ. p. 195. *Pro quibus a te precium recepi, butterico vno de auro in praefinito.* V. *Butticus* in *Butta* 3.

BVTTICVS, V. *Butta* 3.

† BVTTIFREDVS, propugnaculum, i. ac *Belfredus*, apud Murat. t. 15. Script. p. 359.

BVTTILGERIVS, idem ac *Buticularius*, in Ch. a. 1158. apud Cenc. inter Cenſ. eccl. Rom.

BVTTIS, V. in *Busta* 3.

BVTTORIVM, BVTTITORIVM, V. *Batatorium.*

† BVTTVS, caput, Gall. *Bout.* Ch. Mſ. a. 1270. *Domus, ſita Pariſius in busto vici de l'Hirondelle.* V. *Butus* 3.

† BVTVARIVM, pro *Batuarium*, Germ. Stampfmühle, Walkmühle, inter Probat. Hiſt. Autiſſ. pag. 74. V. *Baſtitorium.*

† BVTVLVS, vmbo equini lupati, Gall. *Boſſette.* Areſt. Parlam. a. 1304. *Strigiles ſeu eſtrinos, butulos, mordaria, capos ſeu claues.* Leg. forte *Buculos.* V. *Buccula* 1.

BVTVM, ex Gall. *Bout*, finis, limes, terminus, in Charta a. 1146. apud Ducheſn. in Probat. Hiſt. Caſtil. pag. 85. In Chartulario S. Vandregeſili to. 2. pag. 1359. in Indice MS. Beneficiorum Eccleſiae et Dioeceſis Conſtantienſis fol. 55. V. e Muſaeo D. de Cangé. Et in Charta anni 1304. ex Archiuis Monaſterii B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. etc. Alii *Butum* deriuant a Celtico *Bot* vel *Bod*, quod fundum, imam partem ſeu extremam ſignificat. Plinius lib. 3. cap. 16. de Pado fluuio loquens ait: *Ligurum lingua amnem ipſum Bodincum vocari, quod ſignificet fundo carentem: cui argumento eſt opidum iuxta Induſtria, vetuſto nomine Bondincomagum, vbi praecipua altitudo incipit.* Etiamnum fundus a Ger-

a Germanis Boden et Bodem, ab Anglis *Bottom*, a Suecis *Boten* appellatur. Vide Valeſium Notit. Gall. pag. 185. col. 2. et Menagium in Etymol. Gall. *Habouts*, in Conſuet. Salae Inſulenſis cap. *des purges*, art. 1. Vox videtur formata a *botm*, *botontinus*, etc. quae quidem vocabula Agrimenſoribus limitem ſonant. Vide in *Bonna* 2.

† BVTVR, butyrum, Germ. Butter, in Carm. anon. inter Diſſert. D. le Beuf t. 2. p. 423.

BVTVS. (1) Paplas et Gloſſae Iſidori: *Butus*, *imbutus*, *ab imbuendo*. (2) Cupa, V. in *Butta* 3. (3) † Caput, extremum, Gall. *Bout*. Ch. Mſ. a. 1422. *Domus ſita Pariſius in vico ſine capite, ſiue ſine buto*. V. *Butus* et *Butum*.

BVTYRATVS, illitus butyro. Leibnitius Scriptor. Brunſwic. tom. 1. pag. 308. ex Annalibus Corbeienſ. MCLVIII. *in villa noſtra Herbam ruſticus phreneticus duos bufones aſſatos et bene butyratos, vt delicatum quid vorauit ſine noxa*.

BVTZ, V. *Buſſa*.

BVVERIVS, modus agri, idem quod *Bonagium*. Lobinellus Hiſt. Pariſ. tom. 3 in Gloſſario: *Buuerios terrae viginti*. † BVVERIVM, in Ch. Mſ. a. 1308. *XVIII. Buueria et III. iornalia terrae arabilis*.

BVVETVM, eadem notione. Rymer. tom. 10. pag. 237. col. 2 *Manſum vnum et culturam, in qua ſunt quinque buueta terrae cum adiacentiis ſuis*. V. *Boueta*.

BVVINARE, *ſanguine inquinare mulieris menſtruae*. Gloſſ. Iſid. Eſt pro *Bubinare*, vt apud Feſtum et Lucillum.

† BVXA, vel BVXVS, idem forte, ac *Buxeria*. Ch. a. 1313. *Ad quasdam ruppes elevatas, vbi ſunt buxae ſine buxi*.

† BVXEAE, *calcei*. Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613.

BVXERIA, buxetum forte, ſeu filua buxis conſita, Gallis *Boiſſiere*, *Boeſſiere*, *Buiſſiere* et *Bouchiere*. Charta Henrici II. Regis Anglic. tom. 2. Monaſt. Angl. pag. 1010. *Et feodum, quod Fulco - - tenet in praedicto manerio, excepta buxeria*. Infra: *Et praecarias de ipſa buxeria*. Tabular. Nantolienſe in Pictonibus an. 1327. *Buxeria, garenna, vindemiae*, etc.

† BVXETVM, BVXIDVM, praeſtationis ſpecies. Ch. Mſ. an. 1053. *Medietatem buxeti, tam in ſiluis, quam in agris cultis et inculsis concedo*. Alia eadem de re ibidem habet *Buxidum*.

BVXIA, V. *Boxia*.

BVXIDA, V. in *Buxis*.

BVXIDVM, V. *Buxetum*.

BVXIS, BVXIDA, BOSSIDA, BVSTVLA, etc. Pyxis, arcula, Gallis *Boiſte*: nam a *Pyxis*, voces *Buxis*, et *Buxida*, videntur formatae. Menagius eas deriuat a *Buxus*, quod pyxides, inquit, ſaepius fuerint ex hoc ligno confectae. Paulus Diaconus in Vita S. Gregorii Magni PP. cap. 19. *Eosdem pannos conſecratos - - ſingulis ſingillatim buxis impoſuit*. Petrus Damiani lib. 6. Epiſt. 21. *Dum Euchariſtia reſeruata fuiſſet in buxide*. BVXIDA. Ratherius Veronenſis Epiſcopus in Synodica ad Presbyt. *Super altare nihil ponatur, niſi Capſae et Reliquiae, aut forte quatuor Euangelia, et buxida cum corpore Domini ad viaticum infirmis*. BOSSIDA. Charta Ioannis Archiepiſc. Capuani an. 1301. in Sanctuario Capuano: *Vas vnum, quod dicitur tabernaculum de argento, cum caſcia ſua*. Item *boſſidam vnam de ebure*. BVXVLA. Fulbertus Epiſt. 116. *Et in buxula tuae mentis hoc antidotum diligenter recondes*. Adde libr. Miraculor. S. Valburg. lib. 3. cap. 1. Hinc Gallis *Bouxole*, vel *Bouſſole*, pro pyxide magnetica, cuius vſus creber in nauigatione. BVXTA. Synodus Arrebatenſis an. 1125. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 19. *Particulatim pannos, ſuper quibus ſancta celebrauit, diuiſit, et ſingulis ſingulatim buxis impoſuit*, etc. Charta Heccardi Comitis Auguſtodun. ex Tabulario Perſiacenſi apud Perardum: *Vna buxta eburnea, quae non eſt ſculpta*. Infra:

Infra: *Odonnico donate ille buxte imparato.* BOXTA, apud eumdem Perardum pag. III. BVISTA, in Hiſtoria Monaſterii ſancti Nicolai Andegauenſ. pag. 53. BOSTA. Gloſſae MS. *Pixis, Boſta.* BVSTIA. Petr. Damiani lib. 4. Epiſt. vlt. *Sacras mundiſſimae buſtiae reliquias intulit.* Infra: *Sentit, quod intra buſtiam aliquid agitatur.* Charta Petri II. Regis Aragon. *Mittantur nuncii - - qui portant buſtiam cum ſigno Vicarii.* BVSTVLA. Charta Hugonis Ducis Burgundiae an. 1077. pro Eccleſia Aualonenſi tom. 6. Spicilegii Acheriani: *Tabula eburnea vna, buſtulae eburneae 2. phylacteria aurea 22.* etc. Et mox: *Buſtulae eburneae 9.* etc. Glaber Radulfus lib. 5. c. 1. *Dum buſtulam vel pyxidem, in qua ſeruabatur,* (ſacra Euchariſtia) *vt mos eſt, adtractare velket.* BVXTVLA. Odo Cluniacenſis de Translat. ſancti Mauri cap. 4. *Quae* (reliquiae) - - *in buxtula lignea reconditae fuerunt.* Quidam Codd. habent *Buxula*, vnde Brulius pyxidem conficit. Synodus Atrebatenſis an. 1125. *Fractis ſigillis, et apertis buxtulis, nihil aliud niſi pannos contemplantur.* Vide Octauium Ferrarium in Origin. linguae Italicae in V. *Boſſo.*

BVXIVVLSOR, arculae, theſauri diſſipator. Vita S. Johannis Valent. Epiſc. apud Marten. Anecd. to. 3. col. 1696. *Alii conuiuia ingerunt, buxiuulſorem, bonorum omnium exterminatorem, patriae ſubuerſorem appellant.*

BVXOLA, V. in *Buſſola.*

BVXTA, V. in *Buxis.*

BVXTVLA, V. ibidem.

† BVXTVM, pro *Buſtum*, ſepulcrum. Gloſſar. Lat. Gall. Mſ. ann. 1352. *Buxtum, ſepoure.* V. *Buſtum* 1.

BVXVLA, V. in *Buxis.*

† BVXVM, tabula ex buxo laeuigato confecta. Prudent. lib. περὶ στεφ. Hymn. 9. t. 3. Aug. p. 23.

Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Rubetque ab ictu curua tumens pagina.

BVXVS. (1) Diptychum. Regula S. Pachomii ex verſione S. Hieronymi cap. 37. *Numerabuntque funiculos, quos per ſingulas hebdomadas torſerunt, et eorum ſummam deſcribent in buxis.* V. *Vxus.* (2) † *Buxus, tibiolae.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7641.

† BVYRELLVS, pro *Burellus*, panni ſpiſſioris et vilioris ſpecies, Gall. *Bureau.* Teſtam. Ludov. comit. Valent. a. 1345. Mſ.

BVYSALE, corporalium theca. Inuentarium an. 1342. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Item vnum buyſale de tela linea.*

BVYSSA Charta Libert. Bellom. ex Cod. MS. Biblioth. Coislin. *Abſoluentes - - ab omni carnagio, feſtagio, banno, qualibet buyſſa vel buyſſis.* An *Buyſſa* idem eſt, quod *Buza*, vas vinarium?

BVZA. (1) Vas vinarium, idem quod *Butta*, vox formata ex Gall. *Bouts* vel *Bouz.* Willelm. Tyr. lib. 12. cap. 25. *Modios et buzas ad vinum, oleum vel mel menſurandum.* Perperam Ludov. de Cerda *Buzam* ſaccum apud Tyrium interpretatur. V. *Butta* 3. (2) Nauigii genus, V. *Buſſa.* (3) Annonae ſpecies. Charta MS. Caroli Flandriae Comitis: *Et vnam garbam de buza.* V. *Budia* et *Bulzet.*

BVZECARL, V. *Buſcarla.*

† BVZECCHAE, ab Ital. *Buzecchia*, interanea, exta. Stat. datiar. Riper. c. 25. V. *Buella.*

BVZERIVS, ex Gall. *Boucher*, carnifex, lanio, in Conſtitut. Neapolitanis lib. 3. tit. 36.

BVZEVCVS, in mari merſus, ab Armorico *Beuzi*, mergi. Acta S. Budoci MS. *Azenor angelico et beatae, vt aſſerunt, cui deuote inſeruiebat, virginis Brigidae miniſterio cibata et conſolata, filium in dolio peperit, quem Budocum multi, Buzecum caeteri, Euducum vero nonnulli, nec ab re quidem, vocauerunt: Budocum, cui mala gens inuideret, Buzecum, mari merſum; Euducum, bonum ducem enenu rerum intrepretantes.*

BVZI, *interpretatur deſpectus vel contemptus.* Papias. Idem forte quod *butia*, etc. de qua voce ſupra. Seu potius ab Hebraico *Bus* vel *Banz*, ſpreuit.

† BVZIANI, haeretici, ab auctore. *Buzène* ſic dicti, Valdenſium ſectarii. Ludewig. tom. 9. Reliq. Mſ. p. 372.

† BVZINA, pro Buccina, in Ch. Mſ. a. 1223.

BVZSECARLA, V. *Buſtarla.*

BYBLEVS, V. *Billeus.*

BYEZIVM, BYESIVM, V. in *Bedum.*

BYKERINGTAKEL, V. *Bundellus.*

BYMIXVS, dicitur de lucerna duplicis elłychnii apud Muratorium to. 3. pag. 204. pro quo Cangius noſter in eodem exemplo legit *Bimixus.* V. *Mixa.*

BYNGHEYS. Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 38. §. 1. *Qualia ſunt blada, prata, ligna, byngheys, ſicut ad boues.*

BYNOMIVS, V. *Binomius.*

BYRDLYME, ab Anglico *Bird*, auis, Saxonice, pullus, et *Lime*, Island. *Lym.* Dan. *Lim*, gluten. Eſt ergo *Byrdlyme*, iuxta vim nominis gluten ſeu viſcus ad capiendas aues, German. Vogelleim, Gall. *glu.* Kennettus Antiquit. Ambrosden. pag. 574. *Et in duabus ſeris magnis* II. *den. et in vna lib. de byrdlyme empt. ibidem* III. *den.*

BYRETVM, V. *Birretum.*

BYRGVS, pro *Burgus*, ex πύργος, vt quidam volunt. Charta Caroli Magni apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſib. p. 185. *Nec homines eorum per mallos, byrgos publicos, nec per audientias mallus deberet admallare.*

BYRNAN, BYRNE, V. *Brunea.*

BYROTA, vehiculum conſtans duabus rotis. Baldricus Dolenſis Archiep. vt ſe ipſe nominabat, in Itinerario MS. Abbati et Monachis Fiſcanenſibus dedicato: *Cum forte in itinere repperi byrotam onerariam victualibus domni Abbatis refertam.* V. *Birota.*

BYRRHVS, V. in *Birrus.*

BYRSA, corium, βύρσα. Rabanus Maurus Poëm. 29.

Cinxit eos velamine byrſae,
Et decentiſſime, etc.

Athelmus de Laude virg. v. 25.

Exin tortores baculam deginbere byrſa
Mandant.

BYRSVM, idem. Miracula S. Adelardi Abbatis Corbeienſis cap. 5. *Denique ipſum* (corpus S. Adelardi) - - *in mundo pallio, poſtea in byrſo ceruino inuoluerunt.*

BYRSAGIVM, Hungaris *Birſag*, mulcta iudicialis, compoſitio publica, quae fiſco infertur. Decretum Sigismundi Regis Hungariae a. 1435. *De byrſagiis autem Comitum parochialium ad portionem iudiciarum pertinentibus, Comites Parochiales et iudices, aequam inter ſe diuiſionem facere tenentur.* Infra: *Partes tamen litigantes, quandocunque voluerint, abſque requiſitione Iudicis, et omni ſolutionis byrſagiorum, liberam concordandi habeant facultatem.* Occurrit ibi non ſemel. Vetus Conſtitutio de officio Comitis Palatini cap. 9. apud Goldaſtum tom. 3. Conſtitut. Imper. pag. 403. *Caeterum, ſi qui iure coram Comite Palatino in byrſagiis, aut aliorum iudiciorum oneribus conuincantur*, etc. A *Burſa* videtur manare, quod in Burſam publicam, ſeu in fiſcum eiusmodi mulcta inferatur: vnde Adagium.

Burſa oculos claudit, dicit byrzagium.

BYRSVM, V. *Byrſa.*

BYRTHINSAK. In Regiam Maieſtat. lib. 3. cap. 16. inſcribitur, *de lege Byrthinſak*, alias *Burdingſak.* Vbi Skenaeus vocem effictam putat ex *Burding*, onus et *ſak*, ſaccus, q. d. *onus cibi in ſacco.* Agitur ibi *de furto vituli vel arietis, vel quantum quis ſupra dorſum ſuum poterit portare de cibo:* de quo quidem furto curiam non tenendam eſſe ſtatuitur. *Burringſek* hanc legem vocat etiam idem Skenaeus.

BYRZAGIVM, V. *Byrſagium.*

BYSSINAE LVCERNAE. Anaſtaſius in S. Silueſtro pag. 17. *Auro corpus B. Laurentii Martyris argento cluſum ipſius paſſionem, figillis ornatum,*

tum, cum Lucernis byssinis argenteis pensant. etc. f. *binixis.*

BYSSIS, vel BYSSES NOCTIS, f. duae noctis vigiliae, seu bina spatia secundum antiquam consuetudinem noctium diuidendarum, a Latino *Bis.* Gesta Tancredi apud Marten. Anecdot. to. 3. col. 174. *His perterritus, vbi somnum euasi, iam simul certior factus sum et sollicitior, adhuc ambigens clamne facerem an palam: in hac cura totum transegi diem et byssem noctis, et orationi et ieiunio vacans, postulansque a Deo vicem tertiam, si duae ab eodem fuissent.*

BYSSVS DIRECTORIVS, mappa ex bysso quae super *directorium* seu abacum explicari solet. Charta a. 1474. apud Miraeum tom. 2. pag. 1042. edit. 1723. *Inferunt ipsam petiam ligni de dicto vase extrahi, et super alba et munda sindone illiccine ad hoc, super quodam byssi directorio extenso et explicato nude poni fecerunt.*

† BYZA, piscis genus. Tract. de piscib. c. 23. ex Cod. reg. 6838. *Quae αἴμια a Graecis dicitur, Latino nomine caret. A nostris et Hispanis Byza, quasi Byssatia, vt opinor; amia enim Byssantia in pretio habebatur. Ab aliis Boniton vocabatur.*

† BYZANTIA, in ecclesia Autissiodorensi ita appellabatur annua quaedam distributio, quae fiebat in vigilia translationis S. Stephani ad Byzantium; vnde vocis origo. Stat. capit. Autissiod. inter Probat Hist. Autiss. p. 196.

BYZANTIVS, nummus aureus ab Imp. Constantinopolitanis cusus Constantinopoli, quae olim *Byzantium*, vnde monetae nomen. Ioan. de Garlandia in Synonymis:

Dragma Bisantius est vel Aureus, atque Talentum.

Vguio: *Bizantium olim dicta est Constantinopolis, vnde Bizanticus et Bizantius, et hinc adhuc moneta illius loci dicitur Bizanteus et Bizantius.* Ioannes VIII. PP. Epist. 133 primus videtur hanc vocem vsurpasse. *Et nostram iram habebis, et mille Bizanteos palatio nostro componet.* Baldricus Dolensis lib. 2. Hist. Hieros. *Dixerunt itaque legationem Constantinopolim, quae vocabulo antiquiori Byzantium dicta fuit, vnde et adhuc monetae ciuitatis illius denarios, Byzanteos vocamus.* Willelm. Malmesbur. lib. 4. de Gestis Regum Angl. *Constantinopolis primum Byzantium dicta: formam antiqui vocabuli praeferunt Imperatorii nummi, Byzantini vocati.* Guntherus in Hist. Constantinopol. cap. 15. de Constantinopoli: *Graeco nomine Byzantion vocabatur: vnde et apud modernos nummi aurei, qui in illa formari consueuerant, a nomine ipsius vrbis Byzantii appellantur.* Perperam igitur Miraeus, qui a *Vesuntione Sequanorum metropoli*, vulgo *Bezançon*, Byzantios dictos scripsit. Charta Henrici Imp. an. 1075. pro Monasterio Hirsaugiensi apud Trithemium: *Vt vnus aureus, quem Byzantium dicimus, singulis annis - - persoluatur.* Charta Henrici Imp. an. 1107. in Metropoli Salisburgensi to. 3. pag. 310. Vide V. Cl. Iacob. Petitum post Poenitentiale Theodori pag. 680. BYZANTEI, BYZANTI, apud Petrum Damiani lib. 5. Epist. Tudebodum lib. 4. pag. 790 793. et Ordericum Vitalem p. 736. 740. 751. 760. 829. 830. BISANTI AVREI, in Capitulari Radelchisi Princip. Beneuentani c. 20. et 27. et apud alios passim. AVRI OPTIMI BEZANTII, in Charta an. 915. apud Vghellum tom. 1. 853. 960. BISANTII, in noua Gall. Christ. tom. 4. 585. *Dedit ad mensam Canonicorum ecclesiam de Noirot, et medietatem molendini de Faanai, et quatuor Bisantios, pro quibus debet bursa centum solidos.* Instrum. a. 1222. apud Marten. t. 1. Ampliss. Collect. col. 1170. BIXANTII, in Charta Guillelmi de Tociaco Autissiodor. Episc. a. 1178 in Chartul. Crisenon. BIZANTEI, et BIZANTII. Charta Hugonis Autissiodor. Episc. a. 1150. *Inde habuit Bizantium vnum.* Doubletus in Antiquit. Sandionys. p. 726. *Quatuor modo aureos tibi offero Bizantios. Bizantium auri boni et ponderis 3. denar.* in Charta Adriani PP.

ex

ex Chartul. Compend. Occurrit praeterea apud Madox Formul. Angl. p. 190. et alibi non ſemel. † BISANTIVS, in Ch. Mſ. an. 1215. † BISANTVS, in Necrol. Mſ. eccl. Meld. BYZANTII ALBI, ſeu argentei. Conſtitutiones Odonis Legati Apoſt. in Cypro a. 1248. c. 4. *Quibus etiam volumus, in Nicoſienſi Eccleſia 40. et in aliis 25. Byzantios albos - - exliberi.* In Charta an. 1399. in inſula Cypro deſcripta, legimus datos Conuentui et Monaſterio FF. Praedicatorum Nicoſiae, vbi humatus erat Hugo Princeps Galileae, *Bizancios albos de Cypro mille*, pro anniuerſarii dicti Principis fundatione. Occurrit etiam in Bulla Gregorii IX. apud Vghellum to. 7. pag. 60. in Conſtitut. Ioannis Archiepiſc. Nicoſienſis an. 1321. cap. 8. etc. BYZANTIVS DE PLATA, ſeu argenteus. Charta Bermundi de S. Martino nobilis, Maioricenſis an. 1232. *qua Nunoni Sancii vendit aliquot alquerias pro mille et quingentos Biſancios bonae Platae veteris Mirialmomenni quos omnes habuit et recipit*, V. *Plata*. BYZANTII MASSAMVTINI, in veteri Charta apud Vghellum tom. 3. pag. 486. V. *Marabotinus*. BYZANTII MELECHINI, pro Mechlinienſes, ſic dicti quod Mechliniae cudebantur. Charta pacis inter Leodienſes duos Abbates Euerlinum S. Laurentii et Marſilium S. Aegidii de Monte-publico. † Fucum fecit vocis ſimilitudo; iidem enim ſunt atque *Saraceni*. V. *Malachinus*. BYZANTII SARACENATI, SARACENICI, nummi aurei Sultanorum Iconienſium, apud Innocent. III. PP. lib. 16. Ep. 173. Gauter. Cancell. pag. 463. Will. Tyr. lib. 12. cap. 25. Vincent. Bellouacenſ. lib. 32. cap. 56. 201. Nangium in Vita S. Lud. p. 356. Ioinuillam etc. *Saracenati*, nude apud Iacobum de Vitriaco lib. 3. p. 1126. *Suraceni*, pag. 1125. Vide Diſſertat. 20. ad Ioinuillam, et Tractatum Hiſtoricum Monetarum *Francicarum* D. le Blanc p. 157. et ſeq. edit. *1692.* vbi coniicit, Byſantii nomen non fuiſſe cuiusdam monetae peculiaris proprium, ſed potius omnium nummorum aureorum commune, ac proinde nullum illius fuiſſe valorem fixum, ſed diuerſum pro vario pondere. Verum auctor ipſe conſulendus eſt, et Menagius in Dictionario Etymol. Gall. ad vocem *Beſant*.

